*Reſpondeo non &c. In quo etiam DD. communiter conſentiunt: Quod ſi obiicias vulgarem illam regulam Juris in 6. qui tacet conſentire videtur, Reſpondeo, tacentem conſentire, videlicet quantum eſt in ſui favorem, non verò quantum eſt in ſui præjudicium, juxta aliam Regulam in 6. nempè: Qui tacet, neque conſentire, neque diſſentire videtur. Cum autem repromiſſio, & conſenſus traditionis ſui corporis non ſit in ſui favorem, ſed in favorem alterius, tacens non cenſetur conſentire &c. & Rebell. de Obligat. Juſtit. lib. 2. de Matr. qu. 10. nu. 9 fol. mihi 266.* ibi: *Non tenetur Puella reclamare, ac proinde tacendo non magis conſenſum, quàm diſſenſum ſignificabit.* Omniumque præmiſſorum illa aſſignari ſolet convincens ratio, quia taciturnitas eſt quid medium inter affirmationem, & negationem *Cap. Qui tacet de Regul. Jur. in 6. del Bene de Juram. cap. 3. dub. 18. n. 26 fol. mihi 481.*

## §. III.

*Quomodo exprimendus ſit Contrahentium conſenſus.*

SEd debet idem conſenſus neceſſariò exprimi ab utroq; Contrahente cor. Parocho, & duobus ſaltem teſtibus, claris, & univocis verbis, ex præcepto Eccleſiæ neceſſariis, juxtà 1
celebre reſponſum Innoc. III. ſuper hac ipſa quæſtione conſulti ab Epiſcopo Brixienſi, & regiſtratum in *Cap. Tuæ fraternitati de Sponſal.* ibi: *Nos igitur taliter reſpondemus, quod matrim. in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris conſenſum, ſed neceſſaria ſunt quantum ad Eccleſiam verba, conſenſum experimentia.* Et claram determinationem Concilii Florentini in Decreto fidei Eugenii IV. §. *Septimum* ibi: *Cauſa efficiens matrimonii regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus,* Cujus Pontificii oraculi rationem aſſignat *Card. Paleoth. de Noth. & Spur. c. 5. n 1.* ibi: *Lex* 2
*Pontificia, quæ cujuſque ſalutem præ oculis ſemper habet, ut periculis omnibus occurrat &c. illam partem, quæ unicuique tutior eſſe poſſit, ſemper amplectitur, proptereaque ubi verba non ſunt expreſſa, cum dubia &c ſit conjunctio, alteriuſque mutata voluntate, fraus facilè committi.*

In quorum literalis textus, & Conciliaris diſpoſitionis ſequelam ita tenent *Gloſ in d. cap. Tuæ, verb. Verbis,* ibi: *Licet enim ſolo conſenſu contrahatur matrim. ſine verbis, ut in Mutis &c. tamen in iis, qui loqui poſſunt non contrahitur ſine verbis, per quæ exprimatur conſenſus, quæ ad bo. inventa ſunt:* Et in cap. *Tua nos, verb. Nec forma eodem tit.* ibi. *Nota, quod ad eſſe matrimonii duo ſunt neceſſaria: ſcili et ſubſtantia, & forma, ſicut ad eſſe hominis: pro ſubſtantia eſt ibi conſenſus, & pro forma verba, ad exprimendum conſenſum deputata Gloſ. in l Cum notiſſimi C. de Præſcript. 30 vel 40. ann. verb Solum,* ibi: *Hoc nomen ſolam non excludit executorem, ſed litis conteſtationem, ſicut cum dicitur ſolus conſenſus facit matr. quia & verba ſunt neceſſaria, ſed excludit concubitum. Innoc. Canoniſtarum Pater in c. Tuæ de Sponſal.* ibi: *Licet enim ſolus conſenſus ſufficiat ad matr. contrahend. in Mutis &c. in loquentibus tamen non ſufficit quoad Eccleſiam ſine verbis,* ibique etiam *Butr. ſub nu 4 & Calder. n. 5. Præpoſ. n. 10. & pluribus ſeqq. & Henrich Boich. n. 2. & ſeq. Jo: Andr. in cap. 1. ſeu Rubr. de Deſponſ Impuber in 6. ante finem,* ibi: *Potiſſimè caſu, quo verba requiruntur, ut in ſponſalibus, & matrimoniis. Goffred. in Sum tit de Sponſal. n 22. Bonifac de Vitalin. in clem. Sepè, n. 29. de Verb ſignif.* ibi: *Inter eos, qui fari poſſunt neceſſaria ſunt verba ad matrim. contrahendum, tamen ipſa verba non faciunt matrimon. ſed mutus conſenſus, verbis declaratus. Lancell. Inſtit. Canon. lib 2. tit de Nuptiis §. Licet,* ibi: *Attamen quantùm ad Eccleſiam verba, præſen-*

tem

tem conſenſum exprimentia, ſunt neceſſaria, ſi Contrahentes lo-
qui poterunt. Bart. in l. Nuptias in med. ff. de Regul. Jur. Bald. in
l. Cum notiſſimi, n. 7. C. de Præſcript. 30. vel 40. annor. ibi: In ea
Gloſſ. ibi, verba ſunt neceſſaria, hoc intelligitur in his, qui loqui
poſſent &c. aliàs Mutus &c. Et in l. Ad recognoſcendos, C. de In-
gen., & manumiſſ. ibi: Quædam ſunt, quæ ſine voce fieri non poſ-
ſunt, ut matr. Et in c. Ex tranſmiſſa n. 2 de Reſtit. ſpoliat. ibi: Et
debet iſte conſenſus eſſe verbis expreſſus: Cor enim datum eſt ho-
3 mini ad ſignificandum Deo, labia autem ad ſignificandum homi-
nibus, nam vox eſt inſtrumentum voluntatis, & intellectus ratio-
nalis. Caſtr. in l. Ex facto 43. n. 3. §. De Vulg., & Pupill. ibi: Nota
&c. quod Mutus poteſt contrahere matr. nec tunc ſunt neceſſaria
verba, &c. licet quando poſſit loqui ſint neceſſaria, & aliàs non
valet matrim. Aretin Inſtit. de Patr. poteſt. col. 2. in princ. Pa-
dilla in l. Et in epiſtola, n. 13. C. de Fideic. Alex. in l. 1. nu. 3. &
ſeqq. ff. de Verb oblig. & conſ. 143. ſub n. 1. lib. 2. Anton Franc.
in Addit. ad Abbatem in c. 1. n. 6. de Sponſ. verſ. Circa hanc ibi:
Dicas, iſtum verum dicere de neceſſitate ad ſubſtantiam ipſius
matr. in quo ſufficit, tam de Jure canonico, quàm civili ſolus con-
ſenſus Contrahentium, verbis expreſſus, ſi fari ſciunt, aliàs nu-
tu, & ſignis poſſunt contrahere. Gozza. conſ. 77. nu 9. & 14. Ant.
Patav. conſ. 68. n. 10. inter Conſ matr. Zileti, inter quæ etiam
Stephan. de Bonacurſ. conſ. 9. n. 2 Cæphal. conſ. 54. n. 39. & ſeq.
ubi n. 42., quod cor datum eſt ad ſignificandum Deo, lingua verò
ad ſignificandum hominibus. Torniol. conſ 54. n. 7. Gig. conſ. 46.
n. 10. ubi quod caſus iſte deciſus eſt ad literam per Tex. in cap.
Tuæ de Sponſal. qui non poteſt cavillari, & n. 21. Barbat. conſ.
6. n. 52. in fine lib. 1. Joan. Lup. de Matr par. 1. nu. 47. & ſeqq.
Henriq eodem tract. lib. 10 c. 2. n. 6. Triviſ. de Sponſal. privil. 6
n. 3. in fine ibi: Ad removendum, & radicitùs tollendum abuſum,
& extirpandam clandeſtinitatem, verba ſunt neceſſaria: Medic.
in ſupplem. 3. par. D. Thom. qu. 137. art. 2. Veg. in Summ, c. 25.
de Matrim caſ. 27. in princip & caſ. 34., Torreblanc. Jur. Spi-
ritual. lib. 2. c. 14. n. 19. Sylvan. conſ. 45. n 37. Franc. Marc. dec.
3. n. 1. ibi: Quæritur, an in matrimonio requirantur verba pro
forma in valentibus &c. videtur dicendum quod ſic &c. Corvin.
de Jur. Can. lib. 2. c. 13. de Nupt. ibi: Purè conſenſus interpo-
ni debet per verba, præſentem conſenſum exprimentia, ſi Con-
trahentes loqui poſſunt, ſi non ut Muti, Surdi per ſigna Cevall.
Opin. comm. contra comm. qu. 206. & 750. per tot. Emanuel Sua-
rez. in Summ. tom. 1. 2. Edit. cap. 216. nu. 5. Greg. Lopez ad leg.
partitar. leg. 5. verb. Per palabras tit. 2. pact. 4. & Tiraquell. ad
Leg. connubiales gloſ. 7. Verb. Expreſ. n. 17. Brunel. de Sponſal.
concl. 15. col. 1. Layman. in Theol. mor. libr. 5. tract. 10. de Matr.
ſecundùm ſe, par. 2. c. 2. nu. 3. fol. mihi 964. & Villalob. in Theol.
mor. tom. 1. tract. 13. de lo eſſential del matr. difficult. 7. n. 5. fol.
295. ibi: Ay precepto, que el matrimonio ſe contraiga por pala-
bras, aſſi lo dizen Ledeſma, Enriquez. y otros, pruebanlo por
un capitulo Tuæ de Sponſal. Haveman. de Jur. conub. lib. 1. tit. 6.
poſit. 4. n. 2. fol. mihi 132. ibi: Innocentius verba requirit, Ale-
xander concludit, malè teſtari teſtes, qui dicunt, ſe vidiſſe, con-
traxiſſe hos, vel illos matr. quia iſte contractus non viſu, ſed au-
ditu nititur, &c. verba requiri quantum ad Eccleſiam: Brovver
de Jur. connub. lib. 1. c. 20. n. 13. fol. mihi 185. ibi: Signa requi-
runtur in mutis, & ſurdis, qui fari nequeunt &c. verba regulari-
ter requiruntur ab iis, qui fari poſſunt: & Ledeſma de Matrim.
in Addit. ad 3. par. quæſt. 45. art. 2. lit. A. ibi: Contractus ma-
trimonialis fieri non poteſt, niſi per verba, quæ explicent conſen-
ſum, ex quo infert D Thomas, quod expreſſio verborum ſe habet
ad matr. ſicut ablutio exterior ad Baptiſmum: Et in §. His non
obſtantibus, ibi: Doctrina D Thomæ eſt veriſſima, & hanc ſen-
tentiam tenent omnes Scolaſtici, & Juriſperiti: Et verſ. ſecun-
da concluſio fol. mihi 152 dat rationem ibi: Nam cum contractus
matrimonialis ſit graviſſimus, oportet, quod conſenſus explicetur
modo commodiori, itaque non ratione contractus, neque ratione
Sacramenti, ſed ratione Eccleſiaſtici præcepti ſunt neceſſaria
verba ad matr. Capon. diſcep. foren. 277. n. 16. ibi: Et licet verba
non ſint de eſſentia matrimonii &c. tamen ſunt neceſſaria quan-
tum ad Eccleſiam: cum aliis concordantibus, ab iſtis allega-
4 tis, & egregiè Marchant. in Trib. ſacram. poſt tom. 3. caſ. 3. de
Sacram. matr. in princ., fol. mihi 31. ubi, quod hæc opinio pro-
pter authoritatem Textuum, & multitudinem Authorum, ita
ſentientium, multum probabilis eſt, & cuivis licet in con-
ſcientia, & praxi illam tenere..

Ad quem effectum ſola ſufficeret authoritas D. Thomæ, qui
5 tot fecit miracula, quot ſcripſit articulos, ut ex Oraculo
Joannis XXII. legitur in Breviario Ordinis 4. die infra Octa-
vam ejuſdem, & refert l' Abbè de Stript. Eccleſ. ibi: Qui enim
6 ſententiam hujus Authoris tenet, nunquam invenitur à veri-
tatis tramite deviaſſe, & qui eam impugnavit, ſemper fuit de
7 veritate ſuſpectus, Innoc. VI. Judice, ut refert Flamin. in vi-
ta ejuſdem pagin. 159. in fin., & legitur in Breviario Ordinis
Lect. 1. 2. Nocturni 2. diei infra Octavam ejuſdem, atque
Doctrina iſtius Sancti oſtenditur eſſe vera ſupra omnes doctri- 8
nas Doctorum modernorum, juxta aurea verba Clem. VI. rela-
ti à Lucar. in Man. Thomiſt. controv. par. 2. in fine, Angelicus ſi-
quidem Doctor in 4. Senten. diſc. 1. qu. 1. art. 3. Suppl. 3. par. qu.
45 artic. 2. quærens: Utrùm oporteat conſenſum per verba de
præſenti exprimi; clariſſimè dubium ſolvit cum illis verbis:
Reſpondeo dicendum, quod ſicut ex dictis patet, conjunctio
matrimonialis fit ad modum obligationis in contractibus mate-
rialibus, & quia materiales contractus non poſſunt fieri, niſi ſibi
invicem voluntatem ſuam verbis promant, qui contractum fa-
ciunt, idem etiam oportet, quod conſenſus matrimonium faciens,
verbis exprimatur, ut expreſſio verborum ſe habeat ad matri- 9
monium, ſicuti ablutio exterior ad Baptiſmum: Reſpondendo
etiam obiectioni, quæ poſſet fieri, ducta paritate à voto, ſeu
promiſſione, quod in voto non eſt aliqua Sacramenti obliga-
tio, & ideo non oportet, quod fiat ad modum materialium 10
contractuum ad hoc, quod obliget, ſicut de matrimonio.
Cui objectioni reſpondet etiam Oliver. de Nullit. matrim. par.
4. fol. 96. ante finem, ibi: Quamvis enim Eccleſia tacitam ac-
ceptet profeſſionem Religioſi, ad matrimonii validitatem ex-
preſſum requirit conſenſum per verba de præſenti, & D. Thom.
ſequitur Card. Bellarm. lib. 2. controv c. 8. de Sacr. matr. verſ.
Quanto, & ſeq. fol. 1274.

Admittendo autem probabilitatem contrariæ opinionis, de
qua plenè Fagn. in cap. Tuæ de Sponſ. Coninch. de Sacr. diſput.
24 dubit. 8. per tot. & Boſſ. de Contract. matr. c. 1. n. 58. & c. 3. n.
36. & ſeq. Adhuc dicimus, inapplicabilem eſſe in noſtris ter-
minis. Primò quia Authores, inclinantes in contrariam ſen- 11
tentiam, loquuntur in caſu, toto cœlo à noſtro diverſo, quan-
do ſcilicet nullum adeſt ſcandalum, nullumque periculum in-
explicabilium litium, ut videre eſt apud Caſtrop. Oper. moral.
tom. 5. tit. de Matr. diſput. 2. punct. 7. n. 3. Gobat. in Theol. ex-
perim. tom. 3. par. 2. de Matr. Sacr. num. 340 fol. mihi 81. Sanch.
de Matr. lib. 2. diſput. 31. n. 10. Marc. Vidal. in Arc. ſalut. tit. de
Matrim. Sacr. inquiſ 5. n 30. fol. mihi 167. Perez ab Unanoa de
Matr. diſp. 15. ſect. 1. n. 13, & Boſſ. eodem tract. cap. 3. §. 18. n.
49. Atque loquuntur in caſu, quo matrimonium contrahatur 12
ſervat. ſerv. præſentibus Parentibus, vel aliis Conſanguineis
Sponſæ, & magna Adſtantium corona, quorum præſentiæ 13
attribuunt iidem Doctores verecundiam in loquendo ad Text.
in c. Honorantur 32. quæſt. 2. in fine, ibi: Ipſum conjugium plus
commendet verecundia: & obſervat D. Thom. in Supplem. 3.
par. quæſt. 45. art. 2. ad 3. ibi: Sicut quando Puella tacet præ ve-
recundia, Parentibus eam viro tradentibus, & de Regim. Prin-
cip lib. 4. c 6. Gloſ. in cap. Si inter virum, verb. Dicente in fine
de Sponſ. ibi: Nam multæ propter verecundiam annuunt potiùs,
quàm loquantur, maximè præſentibus Parentibus; Luc. de Pen.
in leg. unic. n. 4. & 5. C. de Mulier. in quo loco, lib. 10. ibi: In mu-
lieribus à natura quædam ſunt laudabilia, quædam vituperabi-
lia, laudabile eſt, quia ut plurimum ſunt verecundæ: Sinibald. in
Geneanthrop. lib. 4. tract. 3 cap. 9 lit. C. fol. 410. ubi, quod ve-
recundia in Mulieribus deſiderabilis eſt, uti Veneri contraria,
Fagn. in cap. Tuæ fraternitati, n. 29. de Sponſ. ibi: Nam mulie-
res præ verecundia, & pudore plerumq; annuunt potiùs, quàm
loquantur, maximè præſentibus Parentibus. Card. de Luc. de
Matr. diſc. 2. n. 14. ibi: Quoniam ſæpè modeſtæ Puellæ ex vere-
cundia in eo actu non audent loqui: Haveman. de Jure connub.
lib. 1. tit. 6. poſit. 4. n. 1. ibi: Virgines propter verecundiam, maxi-
mè præſentibus Parentibus, ne Sponſum videantur ambire, vel
annuere, vel dexteram porrigere ſolent, non autem loqui; &
Brovver. de Jure connub. lib. 1. cap. 20. n. 13. fol. mihi 185. ibi:
Ipſum nuptiarum nomen benè moratis, & indelibatis virginibus
ſanguinem diffundit, cumque exornet Puellam, de cujus nuptiis
agitur, frons ad pudorem compoſita, facies modeſtiæ, & ingenui-
tatis colore purpurans, & mixta tenerrimis lacrymis taciturni-
tas, ſatis eſt, ut vultu annuat Sponſa, quæ à Parentibus deſpon-
detur &c. timida quaſi mentem etiam teſtatis verbis expromere
ne appetentiæ procacioris eſſe, & expetere maritum videatur, &
Tiraquel. ad leg. connub. l. 9. n. 152., ubi inter multa fræna, quæ 14
natura mulieribus impoſuit, annumeratur etiam verecundia,
refertque illud Homeri in lib. Odyſ. 6.

Verecundata eſt novas nuptias nominare.

Et leg. 13. gloſſ. 1. par. 13. num. 8. fol. 198. ubi, quod hoc na-
tura ipſa rerum omnium parens apertiſſimè docuit, qua duce
maſculæ ſolùm Cicadæ canunt, mutum verò eſt fœminarum
genus,

Celebranturque in hac parte ab eruditis Viris reſponſiones 15
Charicleæ apud Heliodorum, quæ interrogata nimis modeſtè
de nuptiis reſpondiſſe fertur: Magis decebat meum fratrem
Theagenem pro me loqui, quàm meum Viri verba facere:
& Cydippæ apud Ariſtenætum, quam legentem pomo in-
ſcripta

ſcripta hæc verba : Per Dianam Acontio nubam Sermonem ve-
recundata projecit, dimidiamq; reliquit vocem ultimam, in qua
nuptiarum mentio, quas etiam aliis loquentibus erubeſcunt ho-
neſtæ Virgines: ut obſervant Lat. Cipr. c.3. §.2. & ſeqq. c.4. co-
dem §. de Jur. connub. l.1. Gamol. Synopt. Arniſ. c.3. ſect. 1. n.
6. pariter de Jur. connub. & Brovver eodem Tract. lib.1. c.20.;
Quibus verbis contrahantur ſponſalia n. 14. Et Hermionis reſ-
ponſio ad Oreſtem illam ad nuptias petentis ibi :

Sponſalium quidem meorum Pater meus
Curam ſubibit, meum non eſt hæc diſquirere.

Quæ legitur in can. Honorantur 32. q.2. omiſſis tamen Græ-
cis verbis, imperitia forſan difficillimi idiomatis, vel Libra-
riorum incuria, ut obſervant eruditiſſimi Tiraquell. ad l. Con-
nub. leg.9. ſub nu. 153 fol.158. & Gratian. Hervet. in Oration.
ad Concil. Triden. de Clandeſt. matr. fol.9. à terg. impreſſa poſt
Conſil. matr. diverſor. Venetiis n.63.

Quæ verecundiæ ratio cum non militet reſpectu illarum,
16 quæ nulla illius pudoris habita ratione, de quo eſt Tex. in can.
Honorantur 32. qu.2. ibi: Non eſt enim virginalis pudoris elige-
re maritum, & obſervant D. Ambroſ. de Inſtit. Virgin. c.1. ibi:
Virginalis dos quædam eſt verecundia quæ commendatur ſilen-
tio: Medran. de Conſenſ. connub. c.3. n.7. ibi : Indignum eſt pu-
dori virginali maritum ſibi eligere. Zaul. ad Stat. Favent. rubr.
26. lib 4. n 11. fol.540. ibi: Quod eò magis procedit in filia, cum
Virginali pudori repugnet Virum eligere: & Rot. dec.314. n.11.
cor. Ludov. prorſus invitis, inſciis, & abſentibus Parentibus, &
aliis Conſanguineis, matrimonia contrahunt, nec etiam il-
17 lorum favore militare debet ead. opinio ad Tex. in leg. Si ita ff.
de Manum. teſt. & in l. Servus, ff. de Stat. liber. Surd. conſ. 67.
n.19. & Rot. dec.205. n.6. par.17. & dec.165. n.12. par.19. rec.
Et in noſtris individualibus terminis obſervat Marchant in
Tribun. Sacram. poſt tom.3. caſ.3. in Sum. tot. reſponſ. fol. mihi
18 33. ibi: Nec credo, Authores, qui dixerunt, ſignis poſſe matrim.
contrahi abſque verbis, id ita intelligere potuiſſe, ut ſemper qua-
vis occaſione, & ad libitum quilibet &c. uti poſſet in hoc Sacra-
mento extra caſum neceſſitatis, anguſtiæ, vel cauſæ multum ra-
tionabilis, cum hoc aperiat januam omni dolo, fraudi, & incerti-
tudini, ac mille peccatis, quod nec Eccleſia prudentiſſima, nec
Reſpublica in contractibus vellet permittere.

Quæ omnia nullo modo conveniunt noſtro caſui: Pater enim
He. jam ex hoc mundo diſceſſerat, Mater non aderat in Ur-
be, Proaviam in Domo relinquerat, Conſanguinei proxi-
19 miores reperiebantur in Eccleſia, D. Gregor. dicata; Unus te-
ſtis orabat ante Crucifixum, cum diſtantia 80. palmorum, ter-
ga vertendo Confeſſionario, alter (ut deponit Parochus) ſede-
bat ad ſiniſtram ejuſdem : Verſo la Portiecella, corriſpondente
all'Oſtaria della Campana &c. & in conſeguenza gli era impedi-
to affatto il poter vedere d E &c. eſiſtente a mano deſtra, come
depongono i due Chierici: Circa iſtos parùm eſſet laborandum
20 pro excludenda verecundia, potuiſſet ſiquidem He. ſuppone-
re eſſe de illis, cum quibus più volte il giorno faceva le bagat-
telle, & tamen: Teſtis uterque ſtabat ad lavacrum Aquæ be-
nedictæ in diſtantia 12. vel 13. paſſuum ab ipſo Confeſſionario,
in tali ſitu locato, ut Puella in eo geniflexa, Teſtibus iiſdem con-
trariis verteret terga : ut legitur in Scriptura diei 12. Novem-
bris 1695. §. Quodque fortiùs, Parochus demum ſupponitur
illam non reſpexiſſe, ſed terga vertiſſe, quod ruborem dimi-
nuebat. Cui igitur adſtantium qualificatæ coronæ, quorum
Conſanguineorum reſpectu, quali Parentum reverentiæ at-
tribui poteſt in noſtro caſu He. verecundia in loquendo, quan-
do in his caſibus mulieres tali matrimonia contrahentes non
ſubmiſſa voce loqui, ſed exclamare ſolent, ut legitur in Pata-
vina 11. Maii 1669. ibi: Queſto è mio marito, è Signor sì, che
il Sig. Gambara deve eſſer mio marito

Si autem ad ſenſum ipſorummet Doctorum pro ſignis, &
nutibus ſupra allegatis, abolendus eſt abuſus etiam in matri-
21 moniis, quæ ſervatis ſervandis contrahuntur, & in quibus
propterea ceſſat omne dubium voluntatis, omniſque fraudis
ſuſpicio, ut videre eſt apud Coninch. de Sacram. diſp.24. dub.
8. concluſ. 4. ibi : Omninò decet eos, qui loqui poſſunt, verbis
ſuum conſenſum exprimere, quia hoc eſt ferè neceſſarium, ut
omninò clarè tàm Partibus, quàm Eccleſiæ de eo conſtet, quod
in re tanti momenti omninò fieri convenit. Quare Parochi nul-
lo modo deberent permittere, ut aliter fiat benè Medran de
Conſenſ. Connub. cap. 11. nu. 13. ibi : Abſurdum eſt, & à recta
ratione alienum infrà graviſſimo matrimonii contractu commo-
diori modo poſſibili conſenſum non aperiri, qui quidem meliùs
verbis, quam ſignis declaratur: Sannazzar. de Matr. c.3. art. 4.
n.112. ibi: Cauti tamen eſſe debent Parochi ne fortè ſigna dubia
eſſent, vel Teſtes ea non perciperent ut Contrahentes omninò lo-
qui faciant, prout ita etiam obſervatur: & Beſſ. de Contr. matr.
c.3. n.182. ibi: Uſus explicandi conſenſum per ſigna, & per nutus
ſi id fiat cor. Parocho, & Teſtibus, juxta formam Tridentini &c.
eſt abrogandus, & in praxi ſervandum, ut ipſi Contrahentes 22
verbis reſpondeant, conſenſumq; mutuum exprimant, nam eo-
rum loquutio, & vox &c magis enixam contrahendi voluntatem
&c. judicabunt : Quanto magis introducendus non videtur in 23
Matrimoniis clandeſtinis, Parentibus invitis, & abſentibus,
atque nemine teneram Puellam interrogante, non quidem ab
aliquo privato Doctore, ſed ſuprema authoritate hujus Sacr.
Congreg., contra quam recalcitrare non licet ex animadver-
tendis infra §. 6. n. 48. & 49.

Secundò non applicatur opinio, nutibus favorabilis, quia
iidem Authores loquuntur de ſignis, & nutibus ita certis, &
univocis, ut ad nihil aliud referri poſſint, & ex iis determina- 24
ta, indubitata, & præciſa Contrahentium voluntas deſuma-
tur, ut probant Abb. in c. Illud quoque n.3. de Præſumpt. ubi,
quod ſignum æquivocum nec probat, nec præſumptionem 25
facit. Angel. in Summa verb. Matrimonium ſecundo quomodo
contrahitur n.12. in fin. ibi: Sed tamen ego credo &c. & ſic eſt con-
ſenſus &c., & cum ſignis neceſſariis, ibique Ungarell. in Addit.
ſub n. 4. Camerar. in Conſ. matrim. impreſſ. poſt Conſil. Zabar.
nu.14. ibi : Siquidem ſigna, quæ ad probandum Matrimonium 26
concurrunt, præciſa eſſe debent, non autem æquivoca: Cephal.
conſ.540 nu.49. ubi, quod matrimonium, quod probatur ſi- 27
gnis, non continet veram certitudinem. Nicol. Rucker inter
Conſ. diverſ. de Matrim. conſ.34. n.22. ibi: Inter Contrahentes
matrimonium debet apparere &c. non ex levibus præſumptio- 28
nibus, ſed evidentibus, inter ſe factis &c. Et n.23. ibi : Pericu-
lum ſit divinare de matrimonio: Marchan. in Tribunal. ſacram. 29
poſt tom.3. in reſol. de Matrim. caſ.4. fol. mihi 34. ibi: Signa æqui-
voca ad multa, & ideo nihil certum probant: Paleotth de Noth.
& Spur. c.5. n.1. ibi: Non nego tamen, & abſque verbis &c. dum
&c. evidenti quopiam indicio &c. ſignificetur : Perez ab Unanoa
de Matrim. diſp.15. ſeſſ.1. n.12. ibi : Quod intelligitur dummo-
do externa ſigna benè, & ſufficienter conſenſum mutuum expri-
mant: Marc Vidal. in Arc. ſalutar. tit. de Matrim. ſacram. inqu.
5. nu.30. fol. mihi 167. ibi : Quod intelligunt &c. dummodò ex-
terna ſigna ſufficienter conſenſum exprimant: De Graff. Dec. au-
rear. p.1. lib.1. c.12. de Matr. ſacram nu.11. ibi: Dummodo per
evidentia ſigna conſenſus mutuus exprimatur, & in conſ 25. nu.
11. de Sent. excomm. lib.5. ibi: Quare niſi probetur evidentibus
ſignis &c. Marchant. in Trib. Sacr. poſt tom.3. caſ.3. de Sacr. ma-
trim. verſ. Reſpondeo ſecundò, fol. mihi 31. ibi: Requiruntur ſi-
gna certa, & quæ abſque tergiverſatione, & dubio foris conſen-
ſum exprimant Tambur. Oper. Moral. lib. 8. tit 4. c.3. n.6. ibi :
Regula generalis hæc eſt, illud verbum, ſeu ſignum requiritur,
ſeù ſufficit, quod certò in circumſtantiis, in quibus efformatur,
exprimit internum conſenſum, & Card. de Luc. ad Concil. diſc.
26. n.28. ibi: Nutus, & ſigna ad id ſufficiunt, dummodò ex eis
certa, & determinata voluntas arguatur, vel reſultet.

Quod non eſt ſpeciale in matrimonio, ſed generale in om-
nibus contractibus, qui probari prætenduntur per ſigna, fun-
daturque in ipſamet natura æquivocæ probationis, ut in debi-
lioribus terminis aliorum contractuum minoris ponderis, & 30
rerum, ac ſit ille matrimonii, qui principem locum obtinet
inter contractus, obſervant Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. qu.
99. nu. 77. ibi: Et talis ſit nutus, ex quo clara mentis intentio
percipiatur, & Graſſ. de Succeſſ. §. Inſtitutio quæſt. 17. ſub n.
4. §. Cæterum in fin. ibi: Dummodo ille nutus eſſet ſatis certus,
& dilucidus: de Ang. de Reg. Teſtat. volunt. n. 81. impreſſ. poſt
Tract. de Impenſ. dotalib. ubi, quod tunc ſolum admittuntur
teſtamenta per nutus, & ſigna, quando ceſſat omne dubium,
omniſque ſuſpicio, & conſtat de Teſtatorum mente, antea
propalata. Et pluries firmavit Rot. ut in dec. 95. num. 4. apud
Zacc. qu. medic. legal. ibi: Nec fuerunt adeo certa illa ſigna, ut
claram, & deliberatam demonſtraverint ejus voluntatem, ita
quod nullum reliquerint hæſitationi locum, prout in omnem ca- 31
ſum neceſſarium fuit &c. & in deciſ.363. num.3. cor. Peutinger.
ibi: Nutus ita certi, & indubitati eſſe deberent, ut ex illis cla-
ra &c. intentio colligi, & neceſſariò inferri poſſit, & dec.409.
n.5. cor. eod. ibi: Ideoque meritò nullum ſuper eis conſtitui poteſt
pro validitate actus fundamentum, cum deficiat inconcuſſa eo-
rum certitudo, & dec.308. n.7. par.10. rec. ibi : Nutus eſt actus
valde periculoſus, & fallaciis ſuppoſitus, & applicatur lepidum 32
dictum Jo: de Anan. in c. Cum tibi, ſub n.5. de Teſtam. ibi : Sed
amice mi ſum contentus, quod ſtemus Juri Divino : ſed dic mi-
hi, quid dicit Jus Divinum, quod in ore duorum, vel trium
ſtat omne verbum, Nota quod non dicit nutu. Et in præciſis
terminis Sponſalium, quod non probentur per ſigna æquivo-
ca Rota in Meliten. prætenſorum Sponſalium 4. Maii 1682. §.
Signa coram Paulutio.

§. IV.

## §. IV.

*Verba, referentia Matrimonium de præterito, vel illud in futurum indicantia, apta non eſſe ad illud probandum oſtenditur.*

ET quidem de conſenſu conſtare debet cor. Parocho, &
Teſtibus non per verba referentia, vel ſigna indicantia
1 matrim. factum de præterito, quia tunc nullo modo valeret
matrim. ut de verbis obſervat *Card. de Lugo de Juſtit. & jur.
tom... diſput.22. n.22. & ſeq.* quem refert, & ſequitur *Tamb.
Oper. moral. lib.8. de Matrim. tract.6. de Solemn. c.2. §.3. n.15.*
& de ſactis *Gonzal. in cap. Cum inhibitio nu.9. in fin. de Clan-
deſt. deſponſ. Pont. de Matrim. lib 5. c.22. n 6.* ibi: *Quare tan-
tum teſtificari poterunt, vidi illos copulari, & præſumo, ante-
quam copularentur, habuiſſe conſenſum de præſenti, licet mihi
non conſtet, quod quidem non eſt teſtificari de matrim &c.*

Nec per verba, ſeu ſigna, indicantia voluntatem poſteà
2 contrahendi; Ea ratione, quia: *tam Parochus, quàm Teſtes
eſſe debent Teſtes, nedum matrimonii incboati, ſed etiam perfe-
cti, & completi:* ut probat *Marc Vidal. in Arc. ſalutar. tit. de
Matrim. ſacram. in qu.2. nu 44. fol mihi 157 Pont. de Matrim.
3 lib.5. c.22. nu. 2.* ibi: *Parochus, & Teſtes debent eſſe præſentes
actui, &c. ad ſignificandum conſenſum de præſenti, aliàs matri-
monium eſt nullum, &c Ratio facilis, quia ideò requiruntur Pa-
rochus, & Teſtes, ut poſſint Eccleſiæ ſufficientem probationem af-
ferre de conjugio eorum: Ergò debent eſſe præſentes actui, ſivè
ſignis manifeſtativis conſenſus de preſenti, &c Sanch. de Matr.
4 lib.2. diſp.18. n.26. verſ. Limita 2.* ibi: *Velle contrahere non eſt
contrahere: Sotus in 4. Senten. diſtinct.27 q.2. art.1. poſt ſecun-
dam concluſionem, verſ. Eadem ferè. Conincb. de Sacram. tom.
2. diſput.29. dub.1. n 15. fol. mihi 787* ibi: *Debent eſſe Teſtes,
5 non modò incboati, ſed perfecti, & abſoluti contractus, &c. 2.
Marchant. in Trib. ſacr. poſt tom.3. in reſol. de Sacram. matrim.
c.3. fol.33.* ibi: *Apertè Tridentinum, &c. mandavit ſub pœna
nullitatis, ut matrim. contraberetur cor. Parocho, & duobus Te-
ſtibus. Quare? ut nimirum moraliter aſſiſterent, & Teſtes eſſent
conſenſus expreſſi matrimonialis, & contractus concluſi, &c.
Quid verò teſtabitur, qui tantùm ſigna aliàs incerta, & dubia
6 viderit? qui nihil verborum audiverit? &c. du Hamel in Theo-
log. ſpeculat. & pract. tom.7: tract de Matrim. lib.1. diſſer.3 c.
3. n.6. fol 651* ibi: *Eſt enim ſaltèm Teſtis contracti matrimonii.
Tancred de Matr. lib. 3. diſp. 39. nu. 2. in fin.* ibi: *Nam hic non
poteſt eſſe Teſtis, niſi de voluntate contrahendi (quam illi tem-
pore, quo habet oculos, & aures clauſas poſſunt mutare, & oppo-
ſitum velle) non de ipſo contractu, atque adeò ſi juraret, ſe vidiſ-
ſe, & percepiſſe, eorum contractum per verba de præſenti fuiſſe
initum, eſſet perjurii reus, cum ipſe tantùm perceperit, eos
voluiſſe contrahere.*

Veritatem, & ſubſiſtentiam hujus concluſionis docuit expe-
rientia, qua teſte, non ſemel accidit, ut unus ex Contrahen-
7 tibus in ipſomet actu contrahere recuſaverit, verificatumque
fuit adagium, multa tractantur, quæ non perficiuntur, de
quo in noſtris punctualibus terminis *Camer. in conſ. matrimon.*
impreſſ. poſt *conſ. Zabarel. num.34. poſt med. Dec. conſ.133. n.
8 5. verſ. Sextus Teſtis*, ubi quod tota vis conſiſtit in concluſio-
ne, *de Juſtis de Diſpenſ. matr. lib.1. cap.4. n.236. & ſeqq.* ubi
9 quod fruſtra inſiſtitur in antecedentibus, quando de conclu-
ſione non docetur, in terminis punctualibus *Gob. conſult. 15.
n.14 fol.112. Card. de Albic de inconſtant. in Judic. in præfat.
nu. 39.* ubi, quod Mulier ter in hora mutari ſolet. *Et Corrad.
in Prax. diſpenſ lib.7. c.7. n. 37 & 38.* ubi, quod mutatio vo-
10 luntatis ſolet faciliùs evenire in fœminis propter ſexus fragi-
litatem, & variationem cerebri, in quo omnes illius infirmi-
11 tates reſident, teſtaturque ita accidiſſe Paduæ cum illis ver-
bis: *Paduæ ſemel hoc accidit, nam interrogatus prius vir,
12 reſpondit, ſe eam velle in ſuam, poſtmodùm verò mulier inter-
rogata negavit, ſe illum velle in ſuum, & ſic remanſit deriſus,
& ex eo tempore ſemper Paduæ ſervatur, ut priùs ſponſa inter-
rogetur, prout etiam in multis aliis Locis.* Quod commendat
etiam *Fagnan. in cap. Licet nu.12. de Sponſ. duor. & Vivald. in
Candelabr. aur. tit 17 de Matr n.41. Averſ. de Sacr. matr. q.
6. ſect.7. verſ. Atque fol.351.* Noſtriſque diebus ſimilem caſum
13 ſequutum fuiſſe in Urbe in Parochia S. Franciſci de Paula,
teſtis eſt illius Parochus, cum majori parte Religioſorum di-
cti Conventus.

Quod ſi evenire ſolet in matrimoniis, ſervatis ſervandis
contrahendis, & in quibus de libera, & ſpontanea voluntate
Contrahentium nulla adeſt difficultas, juxtà terminos autho-
ritatum allegatarum, & in quibus eadem præſentia ſponta-
nea, & libera Parochi, & Teſtium, omnem doli, & ma-
chinationis ſuſpicionem tollit, ut obſervat *Uffel. in Conſult.* 14
*connub. fol.46. in princ.* ibi: *Præſentia Parochi, & Teſtium, &c.
ad præcavendos dolos, & deceptiones eorum, qui illegitimè con-
trahunt à Concilio Tridentino in matrimonio requiri videtur*; 15
*& Marchant. in Trib. ſacr. poſt tom.3. in reſolut. de Matr. cap.3.
fol mihi 33.* ibi: *Unde apertè Tridentin. mandavit, &c. Qua-
re, &c. utique ad evitandos dolos, fraudes, incertitudines,
quæ ſcandala in Eccleſia cauſant, & contractus nullos ſæpè in-
troducere ſolent;* Multò magis procedit, quando agitur de
matrimoniis, in quibus de eadem libera voluntate non con-
ſtat, ſed potiùs de contraria, quod ſcilicet mulier ſeducta fue-
rit, & doloſis artibus circumventa. In iſtis enim caſibus fa- 16
ciliùs poteſt habere locum pœnitentia ex aliqua cognitione,
etiam confuſa, deceptionis, ſeù ab aliqua alia circumſtan-
tia, ut de ſe patet.

## §. V.

*De Probatione Matrimonii.*

QUando vertitur lis circa probationes matrimonii duplex
occurrere ſolet inſpectio: Una cum lis eſt ſuper legiti-
mitate ad effectum ſucceſſionis, vel alimentorum; Al-
tera quando agitur de ipſomet fœdere; Atque communis,
receptaque eſt diſtinctio, quod in hoc ſecundo caſu non atten- 1
duntur conjecturæ, & præſumptiones ſecus in priori, jux-
tà celebre conſilium *Geminiani* 27. à Doctoribus, & Sacra
Rota paſſim approbatum, ut videre eſt apud *Wames conſ.532.
num.3. Cardin. de Luc. de Matrim. diſc 16. num.7. & 8. Car-
din. de Albic. in Addit. ad Pamphil. dec.139. num.13. & Rot.
dec.761. num.2. coram Cerro*, ubi, quod hoc caſu non atten- 2
duntur conjecturæ, & in *dec.411. num.1 coram Royas, & in
dec.634. eod. num. cor. Burat., & dec.86. n.4, & 5. & dec.248
n.5. & dec.317. n.13. p.12. rec.* ubi, quod hoc caſu probationes
debent eſſe concludentiſſimæ, & in *Theat. Matrim. 25. Jun.
1696. §.1. cor. Pio.*

Quæ concluſio abſq; difficultate procedit in caſu, quo ma-
trimonium ab uno ex Conjugibus controvertatur, ut obſer-
vat citatus *Cardin. de Albic. in Addit. ad Pamphil. d. dec.139.* 3
*num.13. verſ. Probatio, & Rot. dec.634. n.1. verſic Et per Ca-
tharinam negetur fuiſſe contractum, cor. Burat. & in Toletana
Matrimonii 26. April. 1596. §.1 cor. Juſt.*

Et in caſu, quo conſtat de vitioſo initio, ſeù deceptione,
vel allucinatione unius ex Contrahentibus, quod operatur,
ut eo certior, & concludentior exigatur probatio, per ea, quæ 4
generaliter obſervant *Panimol. deciſ.19. annot.2. num.15. &
Rot. dec.667. num.1. & dec.682. num.9. cor. Emer. jun.* Et in
noſtris præciſis terminis *Camerar. in cit. conſ. matrim.* poſt illa
*Zabarel. n.38. & Maſcard de Probat. concl.1021. n.11. & Rota
cor. Seraph. dec.893. n.32. & 33.*

Triplici concurrente congrua ratione. I. quia agitur de pro-
banda intentione Actoris, quod præſtari nequit per conjectu- 5
ras, juxtà communem opinionem, de qua, adductis concor-
dantibus *Add. ad Burat. dec.707. nu.10. verſ. Nec ſufficiunt,
Rot. dec.109. n 15 par.15. rec. & in Tolet. Decim. de Capil. 15.
Jan. 1677. §. Primum cor. Bourl.* ibi: *Quæ tamen concludenter
probari debuiſſent, &c. Non autem per conjecturas, & præſum-
ptiones, quæ ad fundandam intentionem non ſufficiunt:* & in
*Romana Pec. 6. Junii 1679. §. Perperam cor. eod. Tuſculana
Immiſſion 27 Jun. 1695. § Verùm cor. Card. Priolo.*

II. Quia, quando agitur ſolùm ad effectum ſucceſſionis,
vel alimentorum, non agitur de tanto præjudicio, ac quando 6
agitur de ipſo fœdere, quam in noſtris terminis adducunt, &
exornant *Creſp. de Valdav. obſerv.23. numer.108. Adden. ad
Greg. deciſ.247. numer.22. & Rot. deciſ 390. num.2. verſ. Et
ratio eſt quia, quando agitur ſolùm ad effectum legitimitatis,
par.2. recen.*

Et III. quia in caſu probationis ad effectum alimentorum,
ſeù ſucceſſionis, non poteſt aliquid imputari filio, quod ſibi
non providerit de ſufficienti probatione, cum tunc nondum
eſſet natus, quod non verificatur in eo, qui inſiſtat in proba-
tione fœderis Matrimonii, qui optimè poterat, & debebat 7
majores probationes exquirere, quam adducunt *Creſp. de Vald.
ubi ſupra Adden. ad dec.247. Greg. & Rot. in par.2. rec. in locis
mox alleg. Gavat. inter Conſ. matrim. diverſ. conſ.81. nu.27.*
aliique infra citandi *§.22. num.4.*

Poſito autem, quod hujuſmodi concludentiſſimæ proba-
tiones non concurrant, itaut controvertatur ipſummet fa-
ctum præſtationis conſenſus, in dubio contra illius exiſten-
tiam pronunciandum eſt, nulla habita ratione præſum-
ptionum, & conjecturarum, ut in præciſis terminis obſer- 8
vant

vant Bald.in cap.Ex tranſmiſſa, ſub num.2. de Reſtit.ſpoliat.
ubi, quod in Sacramentorum materia nimis periculoſum eſt
divinare Dec.conſ.133.n.2.Wames conſ 532.num.3. Zaſ.conſ.3.
n.26.Camer.in Conſ.matrim.impreſſo poſt illa Zabarel n.32.in
fin.ibi: Quodquidem non erit frivolis, ac æquivocis conjecturis
propria cervice adinventis, ſed per veros legum tramites, & n.
40.ibi: Ex quibus jam vides, has præſumptiones imaginarias
quaſdam chimeras contra Juris regulas eſſe: Nicol Rucher in-
ter conſ.diverſ.de matr conſ.34.n.22.& 23.ibi: Inter Contrahen
tes matrimonium debent apparere, &c. non ex levibus præſum-
ptionibus, ſed evidentibus in ſe factis, &c. periculum ſit divina-
re de Matrimonio, Jacob.Heinrchman.conſ.20.n.1.inter Conſ.
matr.div.ibi: Cùm itaque matrimonium ſit magnum Sacramen-
tum, & factum individuum cenſeatur, non debet ex levi præ-
ſumptione judicari; Alex.conſ.150.num.12.lib.5 ibi: Cùm enim
matrimonium ſit Sacramentum maximum, & maximi præjudi-
cii, non debet judicari ex levi præſumptione, & Rot.d.dec 761.
n.2.cor.Cer. Ea ratione, quia in dubio, Actore non probante,
9 Reus abſolvitur, quàm in noſtris præciſis terminis exornant
Zaſ.conſ.3.n.24. Alex.conſ.150.n.1.& conſ.154.n.6. lib.5.Card
Ant Quet inter Conſ matr.div.conſ.13. n.1.ubi, quod hoc tritum
eſt in utroque Jure, & Anton.Franc.de Doct.inter eadem Con-
ſilia conſ.68.num.38.Eſtius in 4.Sent.diſt.27.§.7.in fin & Rot.in
10 Agrigentiar. prætenſæ Illegitimitatis 15. Decembris 1589. §.
Quibus in fin.cor.Orano, & in Faventina Matrimonii 5.Julii
1660.§.Nec obſtitit cor.Card.Taya. Et in dubio ſemper pro li-
bertate reſpondendum eſt, ut bene obſervat Rebuff.in conſ.68.
col.fin.verſ. Nec me conturbat, & firmavit Rot.deciſ.491.num.
20.coram Royas, & decſ.9. num.83. & ſeqq.coram Arguell.
Quæ regula ſi locum habet in omnibus contractibus, itaut
ſemper in dubio pro excluſione obligationis reſpondendum
11 ſit ad Text. literalem in leg. Quidquid adſtringendæ 99. ff. de
Verb.obligat & Rot.coram Bich deciſ.5.num.27. Quantò magis
in contractu Matrimonii, quod continet perpetuam ſervitu-
tem, juxtà doctrinam D.Thom. in Supplem.3.part.quæſt.47.
12 art.6.in corp. & in individuo caſus noſtri obſervant Nevizz.
in Sylv.nupt.fol.255.num.18. Jacob.Leoniſſ.conſ 49. nnum.25.
inter conſ.matr.diverſ.Rub. Alexand.conſ.73.n.12.inter eadem
Conſ.tom.1.Theodoric.Reiſacher.conſ.48.& Nicol. Ruckerus
conſ.9.ſub num.8.& conſ.34.n.32. inter Conſ.matr.diverſ J.C.
German. Pantzſchmann.quæſt.pract.part.1.quæſt.9.num 44.
ibi: Requiruntur probationes, luce meridiana clariores, &c.
13 æquiparatur enim ſervituti; Sanchez de Matim.lib.1.diſp.5.
num.5.ibi: In dubio obligatio inducenda non eſt, cùm ſit contra
poſſeſſionem voluntatis, ſuam libertatem poſſidentis; Sperel.
deciſ.138.num.11.verſ.Confirmatur, & egregiè Rot.deciſ.411.
n.1.coram Royas ubi, quòd cùm hoc caſu agatur de ſtatu ho-
minis, plena, & concludens requiritur probatio, & debent
14 teſtes eſſe bonæ conditionis, & famæ, nulloque modo de fal-
ſitate ſuſpecti, & deciſ.207.num.1.part.1.recent & in Melevi-
tana prætenſorum Sponſalium 4.Maii 1682. §.2.cor.Paulutio,
ubi, quod talis debent eſſe naturæ, ut ſit prorſus inveriſimile,
quod pro aliquo velint falſum deponere, & meliùs Adden.ad
Dec.conſ.163.lit.A.ibi: Hinc meritò irridenda, imò execranda
illorum ſuperſtitio præpoſtera, qui ex qua probatione non judi-
15 carent, eſſe legitimam venditionem Equæ, vel Levidenſæ, ta-
men judicarent matrimonium, non ſolùm inæquale, ſed fune-
ſtam, perpetuamque perſonæ alienationem, & ſervitutem &c.

## §. VI.

*In dubio quando pro Matrimonio judicandum ſit, oſtenditur.*

NOn obſtante favorabilitate Matrimoniorum, qua at-
1 tenta etiam in dubio pro illo ſit inclinandum, ad regu-
lam Text.in cap.final.de Sent.& re judic.
Inter multas ſiquidem limitationes hujus regulæ, quas latè
comprobant, & exornant Maſchard.de Probat.concl.1025.&
Barboſ.vot deciſ.19 à num.82. ubi quod talis præſumptio non
militat attenta diſparitate perſonarum, tres caſui noſtro mi-
2 rabiliter applicantur, operanturque ut etiam ſi eſſemus in
dubio, contra illud reſpondendum eſſet.
I. Quia regula procedit, quando Matrimonium eſt plenè
3 probatum, agiturque ſolùm de illius ſolemnitatibus; Ea ra-
tione, quia dubietas, ſeù favorabilitas, non eſt modus ſup-
4 plendi in facto probationes, ut egregiè obſervant Zaſ.conſ.3.
num.72.ante fin ibi: Non obſtat, &c.Reſpondemus negando in
primis, quod ſimus in dubio, imò in claro, ex quo Actrix ſuam
intentionem non probavit; Nec obſtat, quod cauſa Matrimonii
ſit favorabilis, non propterea debemus injuſtitiam alteri facere,
imo etiam ſi dicta Teſtium eſſent ambigua, non tamen ob hoc de-
beret fieri interpretatio pro eo, tanquam pro cauſa favorabili;
5 Dec.conſ.133.in fin.ibi: Non obſtat, quòd in dubio ſit judican-
dum pro Matrimonio, quia hic non ſumus in dubio, ſed in caſu
claro, in quo patet, quod Actor legitimè non probavit intentio-
nem ſuam, licèt cauſa Matimonii favorabilis ſit, tamen favo-
rabilibus cauſis ita debitores ſumus, ne aliis injuſtitia fiat; Alex.
conſ.152.num.1 lib.5.ibi: Teſtis, deponens ambiguè, non pro
bat etiam in cauſa favorabili, & propter cauſam favorabilem
non debemus tamen injuſtitiam alteri Parti facere &c. Et poſi- 6
to quod aliquo caſu verba dubia interpretentur pro Matrimonio
illud eſt quando Teſtis refert determinatè, & præciſè verba
Contrahentium; Camerar.in d conſ.matrim.poſt illa Zabarell.
num 43 ante fin.ibi: Aliud quidem eſt pro Matrimonio in dubiis
judicare, aliud verò nihil conſtito, pro quo præſens initiatus,
legitimuſquè conſenſus adfuerit, ſtuprum in Matrimonium con- 7
vertere; Angel.de Caſtro Conſiſtorialis Advocatus conſ.34.n.4.
& 5 inter Conſ.matrim.diverſ.ibi: Et licèt matrimonium ſit fa-
vorabile, favor Matrimonii non eſt talis, & tantus, ut pro eo 8
judicandum ſit, ſi non ſit probatum, quia pro eo non eſt judi-
candum, etiam ſi ſit ſemiplenè probatum, cùm ſit de majoribus
cauſis; Alexand.de Nevo inter ead Conſ conſ.35.n 30.ibi: Nec
obſtat, quòd in cauſa Matrimonii in dubio judicandum eſt pro
Matrimonio &c. Quia illud eſt verum ubi matrimonium eſt pro- 9
batum plenè, ſecus ubi matrimonium non eſt plenè probatum
&c.nam ad probandum Matrimonium requiruntur Teſtes bonæ
converſationis, & vitæ probabilis, ita quod non ſit veriſimile 10
quod pro aliquo velint falſum deponere: Jacob.Leoniſſ conſ 49.
n.1.inter ead.Conſ. ibi: Licèt enim Matrimonium ſit res favo-
rabilis &c. tamen eſt diligenter animadvertendum, ne ſub hu- 11
jus favoris prætextu defendatur Matrimonium, & introduca-
tur, ubi non eſt, quia invitæ nuptiæ ſolent exitus difficiles pa- 12
rere, & ego ſæpiùs expertus ſum, & vidi de facto &c. Nicol.
Ant.Gavat.inter Conſ.matr diverſ.conſ.81.num.27.ubi, quòd
imputandum eſt taliter contrahenti, qui ita contraxit, ut cla- 13
riores probationes non procuraverit Galeat. Malvatic. inter
ead Conſ conſ.84.num.1.& ſeq.ubi, quòd licèt matrimonium
ſit favorabile, illud tamen alleganti plena, & legitima in-
cumbit probatio Theodoric.Reiſacher.conſ 7.num.37 & ſeq in- 14
ter Conſ.matrim diverſ J.C.German ubi, quòd favorabilitas
matrimonii, quæ ſupponit illius ſubſtantialia, & formalia, 15
non eſt tanti ponderis, ut pro illa fieri debeat injuſtitia alteri
Parti Havemann.de Jur.connub.tom.2.in Append.ad conſ.49. 16
fol mihi 260.ibi: Et ſi favor matrimonii magnus ſit, quod in-
telligendum de matrimonio in facie Eccleſiæ contracto, non ta-
men defendendum eſt ſub hoc prætextu matrimonium ubi nul-
lum eſt, nec favor ad clandeſtina fertur, quæ multis nominibus
ſunt odioſa Hoping.conſ.7.verſ.Reſpondetur enim: Vvames conſ
533.n.4. ibi: In dubia probatione contra illud eſt judicandum;
Maſcard.de Probat.concl.1025.num.4.ibi: Præterea ſecundo
loco procedit eadem concluſio, ubi matrium eſſet probatum plenè
&c.Secus ubi matrimonium eſſet tantum ſemiplenè probatum,
ita limitant &c.Oliver.de Matrim nullit.part.3.fol mihi 77.in
fin ibi: Quamvis cauſa matrimonii ſit favorabilis, etiam in fa-
vorabilibus cauſis debitores ſumus, ne aliis injuſtitia fiat &c. &
egregiè Joan. Ficara conſ.38 n.19.inter Conſ.matrim. diverſ.
German. ibi: Denique non obſtaret, quod cauſa matrimonialis
ſit favorabilis, proindeque pro matrimonio eſſe in dubio judi-
candum; Quia reſpondetur &c.quod propterea non debemus al-
teri injuriam, ſeù injuſtitiam facere &c.ſanè ſi rectè rem per-
pendimus, favor matrimonii non in eo conſiſtit, ut protinus pro 17
matrimonio pronuncietur, & inviti, reluctantes, & impares
ſæpè conjugantur, ubi aliàs legitimus conſenſus, & contractus
ipſius matrimonii non eſt clarè, & ſufficienter probatus, nam
ex tali violenta conjunctione devaſtatio potiùs matrimoniorum 18
quod ipſa docet experientia, quàm conjugalis concordia, & di-
lectio conſequitur.
II. Limitatio fundatur in clandeſtinitate matrimoniorum,
quæ operatur, ut in dubio contra clandeſtina matrimonia, & 19
punibili modo contracta, reſpondendum ſit, per Text. litera-
lem in cap.1.de Clandeſt.deſponſ.qui ita ſummatur: Pro clan-
deſtino matrimonio non præſumitur, & obſervant Bald in leg.
1.n.1.in fin.Cod de Interdict matr.inter Tutor & Pupill.Grat.
conſ.75.n.43 inter Conſ.matrim diverſ.inter quæ etiam Jacob.
Leoniſſ.conſ 48.n.16.& conſ.49.n 1.& ſeq.n Anton Galeat.Mal-
vat.conſ.8.n.1 & ſeq Vvames conſ.533.n.4 ibi: Nulla tamen
in dubio, & ambiguo debet eſſe inclinatio, vel Judicis, vel præ-
ſumptionis pro matrimonio, quod dicitur clandeſtinè contra-
ctum; Honor.Van. Axel.de Seny in Compend.Jur. Canon.lib.4.
tit.4.n.2.ibi: Pro clandeſtino matrimonio non præſumatur Soc
cin.ſen.conſ.55.n.32.lib.2. Gigas conſ 42.n.52 Purpurat.conſ.
579.n 16.lib.2. Rebuff conſ.68.n.32. Rimin jun.conſ.362.n.10.
Monald.conſ 4.n.4 par.2 Camerar in cit conſ.matrim. poſt illa
Zabarel num.36.n.43.ante fin.& in Epilogo ante medium verſ.
Neque in hoc caſu, Maſcard.de Probat.concl.1025.n.10. ubi n.
11, quod hujuſmodi matrimonia ſunt ſummoperè odioſa San-

chez de

*chez de Matim lib.* 3. *diſp.*45.*n.*1. *verſ. Et ratio eſt*, *Capon. controv.*27.*n.*22. *& diſcep foren.*22.*n.*21.*& ſeq. Barboſ. vot. deciſiv.* 1.*n.*137. *Card. de Luc. de matrim. diſc.*16.*n.*61. *de Juſtis de Diſpenſ. matrim. lib.*1.*cap.*4.*n.*248. ubi quod in hujuſmodi matri-
21 moniis præſumitur mala fides *Wames conſ.* 534.*n.*8. ubi, quod clandeſtinè Contrahentes dicuntur ignorantiam affectare. *Havemann. de Jure connub. tom.* 2.*in Append. ad conſ.* 74.*fol. mihi* 966. ibi: *Favor matrimonii non tranſiliat ad clandeſtina &c. quæ odioſa ſunt*; *Tambur. Oper. moral. lib.*8. *de Matr. tract.* 6.*cap.*2.§.3. *num.*15. ibi: *Licèt matrimonium eſſet dubium*, *& in dubio ſoleat præſumi in favorem validitatis matrimonii*
22 *tamen quia in hoc Parochus fuit invitus*, *& non præceſſere denunciationes*, *unde matrimonium ſecundum jura fuit clandeſtinum illi non eſt favendum &c. & conſequenter non erit validum pronunciandum*: *Et Card. de Lugo de Juſt. & jur. tom.*2. *diſp.* 22.*num.*23. *verſ. Addidi autem*, ibi: *Quia licèt cauſa matrimonii ſecundùm ſe favorabilis ſit*, *ſed tamen matrimonii clandeſti-*
23 *num*, *quale erat illud*, *ſine denunciationibus præmiſſis*, *& Parocho invito præſente*, *non eſt favorabile*, *ſed odioſum*, *nec in eo locum habent*, *quæ in favorem matrimonii ſunt*.

Hujus quoque limitationis non deſunt rationes, nec congruentiæ. Non rationes; Quia abſque præmiſſis denuncia-
24 tionibus Contrahentes matrimonia, exponunt ſe periculis multorum impedimentorum dirimentium, atque fraudolenter, & poſitivè ſacros Canones contemnendo, reddunt ſe indignos illorum favore, ad *Text.* clarum *in leg. Auxilium*
25 *in fin. ff. de Minor.* & in individualibus terminis egregiè Sacroſanctum Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *de Reform. cap* 5. ibi: *Siquidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio*
26 *neglexerit*, *eiſdem ſubiiciatur pœnis*; *Non enim dignus eſt*, *qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur*, *cujus ſalubria præcepta temerè contempſit*; *Oliver. de Matrim. nullit. part.*1. *fol.*42. ibi: *Non eſt dignus favore*, *atque Divinæ legis bene-*
27 *ficio*, *qui legem Sacramenti evertit*, *Coninch. de Sacram. tom.*2. *diſp.*27. *dub.*9. *num.*80. *fol. mihi* 774. *& Rot. coram Seraph. deciſ.* 893. *num.* 9. mutilatè impreſſa *apud del Bene de Juram. deciſ.*14. *num.*2.
28 Neque deſunt congruentiæ; Quia cùm materia non poſſit eſſe delicatior, magiſque lubrica, atque mali duces facilio-
29 rem præbeant errandi viam hominibus, quibus imitari inſi-
30 tum eſt à Pueris, & breve, & efficax reputetur iter per exem
31 pla, nimia favorabilitas, in his caſibus, ſtabiliendo maximum exemplum, haberet ſpeciem iniqui, ut in individuo ca-
32 ſus noſtri obſervant *Adden. ad deciſ.*431. *num.* 42. *part.*4. *tom.* 2. *recent.* Quam viam non eſſe in his caſibus aperiendam per
33 favorabilem interpretationem, in individuo obſervat *Boſſ. de Contract. matrim. cap.* 3. *num.*4. ibi: *Nè detur anſa paſſim violandi ſanctionem Tridentini de denunciationibus præmittendis*, *& aliis obſervandis in contractu matrimonii*; & egregiè *Rot. deciſ.*308. *n.*20. *coram Dunoz. ſen.* ibi: *Et via aperiretur fraudibus*, *clandeſtiniſque matrimoniis*, *quæ ſacri Canones*
34 *tantoperè abhorruerunt*, *habere ſiquidem videtur ſpeciem iniqui omne magnum exemplum*, *quod contra ſingulos utilitate*
35 *publica rependitur*. *Nec ſuper his quæ rariſſimè accidere &c.* benè *Card de Luc de Matrim. diſc.*16. *num.*22. *& ſeqq.*

III. Limitatur regula favorabilitatis matrimonii, quando concurrunt ſuſpiciones fraudis, deceptionis, improbæ ſugge-
36 ſtionis, & extorſionis, quo caſu ſemper in dubio contra matrimonium reſpondendum eſſe obſervant, *Adden. ad Decium conſ*163. *lit. A* ibi: *Non deliberatus*, *& legitimus Puellæ conſenſus*, *ſed improba ſuggeſtio*, *& extorſio non valet*: *Gratian. diſcept. for.*849. *num.*32. ibi: *Contra authorem fraudis*, *& doli*
37 *in tali matrimonio adhibitas*, *& Judex debet arbitrari*, *illud eſſe omninò invalidum*, *cùm totum hoc ejus arbitrio committatur*, *qui*, *omnibus rectè conſideratis*, *non debet aliud ſtatuere*,
38 *& ita ex prædictis fuit judicatum pro invaliditate matrimonii per Rotam*, *&c. Marchant in Trib. Sacram. poſt tom.*3. *de Sacr. matrim caſ.*3 *in fin. verſ. Dixit itaque fol mihi* 34. ibi: *Nec valet quod aliqui dicunt*, *in dubiis in favorem matrimonii judican-*
39 *dum*. *Hic enim in favorem matrimonii verè judicatur*, *ne præſumant dolis*, *erroribus*, *aut ignorantiis illud profanare*, *maximè cùm in hoc caſu nulla fuerit neceſſitas*, *anguſtia*, *aut cauſa rationabilis ſic matrimonium celebrandi*, *&c. Hoc ſanè non potuit fieri*, *niſi ignorantia*, *vel malitia Contrahentium*, *quibus Eccle-*
40 *ſia in re tanti momenti ſuffragari non debet*; *Oliver. de matrim. nullit part.*1 *fol. mihi* 46 ibi: *Concludo*, *pronunciandum contra doloſum matrimonium*, *non ſolùm in foro interiori*, *ſed*
41 *etiam exteriori*, *vel Eccleſiæ*, *quæ quidem Divinam Legem interpretatur*, *ſeu mentem exequitur*, *&c.* & meliùs *pag.*43. ibi: *In foro fori*, *vel exteriori*, *ubi proceditur ſecundùm allegata*,
42 *& probata*, *ſi dolus probari poteſt*, *Eccleſia non judicabit pro matrimonio*, *nè ſcilicèt injuriarum occaſio naſcatur unde jura*
43 *expectantur*. *Et Barboſ. vot. deciſ.*19 *à num.*81. *lib.*1. Et hanc limitationem in caſu practico ſequuta fuit *Rot. coram Barat. deciſ.* 634. *num.* 1. *& per totum* & ſignanter *num.*2. *verſ.* 6. *Tanto minùs*.

Præcipuè quando hujuſmodi deceptiones, & allucinationes reſpiciunt incautas Puellas, quibus in dubio favendum eſſe, quia ſimpliciùs res tractare ſolent, faciliùſque à viris de- 44
cipiuntur, per hæc verba uniformi calamo in eorum Tractatibus *de Matrim.* aſſerunt *Henriquez lib.* 11. *cap.*11. *§.* 6. *lit. O. Pont. lib.*2. *cap.*9. *n.*15. *Boſſ. cap.*3. *num.*246. *Sanchez lib.*1. *diſp.* 18. *n.*4. *in fin. & Ledeſm quæſt.*45 *art.*3. *dub.*1. *concl.*4. ibi: *Et placet nobis quod aſſerunt aliqui viri docti*, *videlicet quod in ſimili dubio declinandum eſt in favorem Puellæ*, *&c.*

Quibus jungitur conſideratio, quod Cauſa ſimilis, cum tot circumſtantiis noſtri caſus, ab hac Sac. Congreg. non oſtenditur ampliùs deciſa, nulluſque Doctor ex adverſo allegatur, qui tot punctualibus authoritatibus, ſuprà citatis, contradicat, minores circumſtantiæ cauſam dederunt replicatis recurſibus huic Sac. Congreg. teſtibus Cardinalibus Lancellot- 45
to, & Bellarmino, ut in hujus Epiſtola, reſponſiva ad Archiepiſcopum Mechlinienſem, quam regiſtravit *Pignatel in conſult canon.* 145. *num.* 22. *tom.* 4. & in qua promiſſa fuerunt 46
remedia, quæ deſiderantur adhuc.

Non igitur videntur augenda eadem mala, & dilatanda eadem periculoſa vulnera, inclinando in favorabilitatem illorum matrimoniorum, quæ concludenter non probantur, incontrovertibiliter contracta fuerunt in ſpretum Sacroſan- 47
cti Concil. Trident. cum concurſu improbarum ſuggeſtionum, deceptionum, & allucinationum; Hoc enim non eſſet in dubio pro matrimonio judicare, ſed dolis, machinationibus, & deceptionibus Contrahentium illud profanare ad ſenſum eruditiſſimi *Marchant. in Trib. Sacr. poſt tom.*3. *caſ.* 3. *fol.* 34. Supplicantes obſervare, quod non ſupereſſet aliquod remedium pro impediendo in dies majora mala, quia non eſſemus in caſu opinionis alicujus privati Doctoris, quæ à Contrahentibus ſperni poſſet, vel ab aliis Doctoribus, & Theologis inſubſiſtens demonſtrari, ſed ageretur de ſuprema authoritate hujus Sac. Congreg. cujus reſolutiones multum ponderis habere, rationibus, & exemplis latè, & nervosè 48
probat *Fagnan in cap. Quoniam num.*8. *de Conſtit.* & adverſus illas recalcitrare non licet, quod fas eſt adverſus aliorum Do- 49
ctorum interpretationes, ut ad propoſitum obſervat doctiſſimus *Raynaud. in Heroclit Pietat. tom.* 16 *ſect.*1. *punct.* 14. *de Matrim Sacram. num.*12. *fol. mihi* 178. Imò quod faciant Jus 50
quoad omnes, habeantque vim legis, obſervavimus in noſtris *Inſtit. crim. lib.*1. *tit.* 0. *§.*4 *num.*149.

## §. VII.

### *De Clandeſtinitate Matrimoniorum.*

DUas aſſignant Theologi, & Canoniſtæ clandeſtinitatis ſpecies, Primam quando matrimonium contrahitur Parocho abſente, ſecunda verò, quando illo præſente, ſed culpabiliter non præmiſſis denunciationibus in Eccleſia, quæ clandeſtinitatis ſpecies in eo differunt, quod ſolùm pri- 1
ma cauſat nullitatem matrimonii, in eo autem conveniunt, quod utraque dicitur odioſa, & reſtringenda quoad fieri poteſt, cæteris autem ſolemnitatibus omiſſis, non clandeſti- 2
num, ſed minùs ſolemne appellatur matrimonium, ut, præter authoritates mox adductas, utramque ſpeciem diſtinguentes benè obſervant *Gonzal. in cap.* 1. *ſub num.* 11. *de Deſponſ. impub. & in cap. Cùm inhibitio num.*6. *de Clandeſt. deſponſ.* ubi, quòd conciliari poſſunt Authores, confundentes has clandeſtinitatis ſpecies, aſſerendo, illas differre quoad ſubſtantiam denominationis, non verò quoad incurſum pœnarum: *Salſed. in Practic. crimin. canon. cap.* 73. *de Clandeſtin. nupt. fol.* 280 *ſub lit. A Veg. in Summ. cap.*25. *de Matrim. caſ.*36. *in princip. & caſ.*40. *in fin. Cocq. in princip. Theolog. moral. & ſpeculat. cap.* 13. *de Matrim. ſect.* 9. *in princip. Perez ab Unanoa de Matrim. diſp.* 39. *ſect.*1. *num.*3. ubi, quòd in ſecundo modo contrahendi Matrimonia deeſt huic ſolemnitas magni momenti, ad perfectam ejus publicitatem ab Eccleſia petita, tametſi non ſubſtantialis, neque contractui eſſentialis: *Guttier. de Matrim cap.* 55. *num.* 1. ubi, quòd iſtis duobus modis appellatur clandeſtinum, aliis autem ſolemnitatibus omiſſis, minùs ſolemne appellatur matrimonium *Pont. eod Tract. lib.* 5. *cap.*1. *num.*1. *& cap.*2. *n.*4. *Jacob. Leoniſſ. inter Conſ. matrim. diverſ. conſ.*49 *num.*5. *Theſaur de Pœn. Eccl. part* 2. *verb. Matrimonium cap* 6 *ſub num.*2 *verſ. Filii nati*, *Coninch. de Sacram. tom.*2. *diſp.* 2. *n.*2. *Sanchez de matrim. lib.*3. *diſp.*43. *n.*6. *verſ. Sed quidquid Ant. à Spirit. Sanct. in Direct. Confeſſ. tom.*1 *tract.* 11. *diſp.*4. *ſect.* 1. *n.* 20. *fol.*433. *Gratian. diſcept.*83. *n.*16. *& ſeq. Paſſerin de Elect. cap.*13. *n.*50. *verſ. Ideò matrimonium Vulp. in Prax for Eccleſ. cap.* 15. *n.*7. ibi: *Valeret quidem matrimonium*, *ſed*

*ſed diceretur clandeſtinum quoad alios effectus* : *& Roſſign. in
Prax.Theolog.legal de Matr.prænot.32.in princ.& n.*6.ibi:*Con-
tra hunc textum multæ inſurgunt rationes dubitandi, &c.Pri-
ma eſt,an intelligatur tantùm de conjugio,quando celebratum eſt
clandeſtinè ſine Parocho,& Teſtibus,an verò etiam quando cele-
bratum eſt coram Parocho,& Teſtibus,ſed ſine denunciationibus
à Iure requiſitis . Sentio abſolutè intelligendum eſſe etiam quan-
do precisè omittantur denunciationes*:*Caſtrop.Oper.moral.to.6.
tit.Deſponſal.pun.*13.*§.3.n.* 3. ibi : *Matrimonium verò preſente
Parocho &Teſtibus celebratum,omiſſis culpabiliter denunciatio-
nibus,quia ex communi ſententia clandeſtinum eſt, penas omnes*
3 *contrahit, que Matrimonio clandeſtino Jure antiquo impoſitæ
erant:& §.ult.n.*1.*Salarin.reſp.*12.*n.*24.*fol. mihi* 43. *Leand. de
Matr.diſp.*17.*q.*91.ubi citat alios,*& Tambur.Oper.moral.lib.*8.
*de Matr.tr.*6.*c.*3 *§.*2 *n.*14.ibi: *Matrimonium , celebratum coram
Parocho,& Teſtibus , ſed omiſſis culpabiliter denunciationibus
aliqui,&c.ſubſtinent,non ſubjici pœnis matrimonii clandeſtini ,
ſed jam communis eſt doctrina,&c.ſubjici; Quia,&c.in Iure ma-
trimonium ſine denunciationibus clandeſtinum eſſe dicitur , id
quod Tridentinum nunquam correxit:& Quintanadven.de Sa-
cram.tit.de Sacram.penit.tr.*3 *ſingul.*5.*n.*5.ibi:*Licèt enim , &c.
aſſerant penas,in Iure impoſitas pro matrimonio clandeſtino,nõ
inueniri,quando illicitè omiſſe ſunt denunciationes,&c.& verior
ſententia docet,propriè eſſe clandeſtinum , peniſque clandeſtini
ſubjici*:latè *Monacell.in Formular.to.*2.*tit.*16.*formul.*2.*à n.*27.;
Quodque matrimonia clandeſtina dicantur , & ſint *contro la*
4 *giuſtizia,contro la carità,e contro l'oneſtà,condãnati dalla Chie-
ſa orientale , & occidentale* per hęc verba obſervat *Card. Pal
lav.in Hiſtor.Concil.Trident.lib.*22.*c.*8.*n.*20.*in fine.*

Quando proindè in antiquis Authoribus, & in Jure Cano-
5 nico legitur mentio clandeſtinitatis, hæc non de prima ſpe-
cie, derivante à Conc. Trident. intelligenda eſt , ſed de ſe-
cunda , multò antiquiorem originem habentę , & ſignanter
6 à magno illo Conc..Lateranenſi , circa initium decimi tertii
ſæculi ſub Innocentio III. celebrato, cum interventu 70.
Archiepiſcoporum , & 412. Epiſcoporum , cujus decretum
7 circa hanc clandeſtinitatem reperitur regiſtratum in *c.final.de
Clandeſt.deſponſ.*, & obſervat *Trullench. in Prax. Sacram.
lib.*7.*c.*6.*dub.*8.*n.*1.

Circa concluſionem , quod Epiſcopus non poſſit ſub pæna
8 excommunicationis impedire matrimonii celebrationem in-
ter illos,inter quos nullum adeſt cannonicum impedimentum,
quam comprobavit *S.C.C. in Bojanen. Matrimonii* 6. *Julii*
1680.*lib.*31. *Decr.fol.*152.confirmata *die* 24. *Auguſti ejuſd. an-
ni d.lib.*31.*fol.*206 cum reſcripto, *Non conſtare de nullitate ;
Cenſuras non ſubſtineri ; & Epiſcopum monendum acriter per*
9 *Eminentiſs. Præfectum* , curioſus evenit caſus in una *Caſer-
tana anno* 1717. qnando requiſitus fui ad ſcriben.ab uno ex
Cauſæ Patronis , quem conſultò nominare nolo , ſuper ſimi-
li articulo , In congreſſu deſuper , penes me habito cum eo-
dem Cauſæ Patrono , & alio juniore Advocato , ego inge-
nuè dixi , quòd caſus erat punctualiſſimè deciſus per S. C. C.
10 in una *Bergomen.*citata poſtea *in To.*2.*par.*1.*diſcept.*14.*n.*25 ,
*& in Cuſentina Matrimonii* 18.*Novembris* 1684.*ad ſecundum
dub lib.*34.*Decret.fol.*393.Deindè verò nihil ampliùs mihi di-
ctum fuit : Cæterùm quando expectabam ſcribere in Cauſa ,
obſervavi in Folio Congregationis Conc. habitæ die 11. Se-
ptembris 1717.quod illa fuerat jam propoſita ſub duplici du-
11 bio . *Primo: An cenſuras incurrerint Joſeph Sponſus,Franciſ-
cus Pater, & Canonicus Rocchus Patruus* , & quatenùs affir-
mativè : *An Rocchus ob Miſſæ celebrationem incurrerit irre-
gularitatem* . Quorum primum fuit reſolutum cum reſcripto:
*Negativè:& Epiſcopus procedat ad alias penas prout de Jure*,
de quibus *in To.*2.*par.*1.*diſc.*14.*n.* 26. Secundum verò *Negati-
vè ;* Cùmque gratia curioſitatis percurrere voluerim Scriptu-
12 ras, in d.Cong.exhibitas , obſervavi , cautum Defenſorem
unicè citaſſe d. punctualem reſolutionem,cum qua Cauſæ vi-
ctoriam reportavit . Verùm tamen eſt , quod iſti caſus , non
ſunt rari , & ego poſſem multos hìc recenſere : An autem id
13 laudem mereatur , tacitus Lector judicet , ut in ſimili ſcri-
ptum reliquit *D.Hieron.lib.*2.*epiſt.*4.*ad Domn.apologet.*

## §. VII.

### *De Denunciationibus.*

IMò quanti hujuſmodi denunciationum defectus, etiam ex-
tra Italiam , ęſtimetur , ad oſtendendam odioſitatem
clandeſtinè Contrahentium , ubique ferè Locorum , novis
1 ſuperadditis pœnis ab illis , quæ ſtatutæ fuerunt in Concilio
Tridentino , recognoſci facilè poteſt ex iis, quæ ſcribit *Me-*

*dran.de Conſenſ.connub.c.*10.*n.*2.ubi refert Pragmaticam ſan-
ctionem maximi Regis Philippi II.Hiſpaniarum Salomonis,
editam contemporaneè ad terminationem Concilii anno ſci-
licet 1563.*Qua clandeſtinè Contrahentibus exhęredationis pę-* 2
*na indicta eſt , amiſſioniſque omnium bonorum, & exilii non
tantùm Contrahentibus , ſed etiam omnibus hujuſmodi matri-
monio clandeſtino intereſſentibus* . Quam exhæredationis pe-
nam imponi poſſe clandeſtinè Contrahentibus matrimonia ,
de vera , & recepta opinione teſtantes , obſervant *Oliva de
For.Eccleſ.par.*1.*q.*29 *n.*44.*& Sanch.de Matr.lib.*3.*diſput.* 47.
per totam , & ſignanter *n.*12.

Et de Patria noſtri Parochi videri poſſunt, *Bell.conſ.* 224.
*Tondut.q.benefic.to.*2.*c.*165.*ſub n.*1.*& Natal ab Alex.in Theo-* 3
*log.dom.& mor to.*2 *de Sacram.matr.propoſ.*3.*fol. mihi* 483.*&*
502.*Du Hamel.in Theolog.ſpecul.& pract.to.*7.*tr.de Matr lib.*1.
*diſp.*3.*c.*3.*n.*3 *& Carolus Feuret.de Abuſu lib.*2. *c.* 2.*n.* 15. ibi :
*Par tuos les Concile de France cette ſolennitè a eſtè fort ſoigneu-
ſement recommandèe, meſmes il y a eu peine d' excommunica-
tion , non ſeulement contre les Curez, qui adminiſtreroient ,
&c.à ceux des quels les mariages n' auroient eſtè proclamez ,* 4
*&c.mais auſſi contre ceux, qui auroient negligè en ce point les
commandemens dell'Eglſie .*

Eidemque Galliæ gratias referendas eſſe pro maximo De-
creto, quod in Trid. Conc. promulgatum fuit contra clan-
deſtina matrimonia , teſtantur Acta ejuſdem, in Arce S.An- 5
geli exiſtentia *tom.ult.pag* 7.& obſervat *Card. Pallav in hiſt.
d.Conc.lib.*22.*c.*8.*n.*16.ubi , quod Oratores Regis Galliæ pri-
mo loco tale decretum à Concilio magno apparatu petierunt ,
*& Reding.in Conc.Trid.to.*4.*tr.*11.*ſect.*1 *n.*17.*fol.*231.*verſ. Hoc
poſtulatum Gallorum . quod certè ſolemne fuit , & in Acta re-
latum &c.& du Hamel.in Theolog.ſpecul.& practic.lib* 7.*diſſert.*
3.*de Matr cap.*2.*num.*11. ; Quidquid aut dicat *Doujat. in Spe-
cim.Jur.Gallic : in præfat.fol.*5. ibi : *Ab Eccleſia quoque Gal-
licana fluxiſſe conſuetudinem publicè in Eccleſiis matrimonium
Contrahere volentium nomina ſignificari* , nemo dubitat lon-
gè antiquiorem eſſe denunciationum uſum in Catholica Ec- 6
cleſia , cùm de illo mentio habeatur apud *Tertull. in lib.*2. *ad
Uxor. circa fin cap.*9. cum illis verbis : *Unde ſufficiam ad enar-
randam felicitatem ejus Conjugii , quod Eccleſia conciliat , &
confirmat oblatio : & in lib. de Monogam cap.*11. ibi : *Id matri-
monium poſtulas quod eis , à quibus id poſtul as non licet habe-
re ab Epiſcopo Monogamo , &* ibi : *Petere maritum ab Epiſco-
po : & lib.*11.*de Pudicit. cap.* 4. ibi : *Penès Nos occultæ quo-* 7
*que conjunctiones , ideſt non priùs apud Eccleſiam profeſſæ ,
juxta mechiam,& fornicationem judicari periclitantur* : Apud
*D.Ignat.in epiſt.*11.ibi:*Decet verò,ut,& ducentes uxores,& nu
bentes cum Epiſcopi arbitrio conjungantur* : Apud *D. Gregor.
Nazianz. epiſt.* 57. in qua ſcribens ad Anyſium ſe excuſans ,
non poſſe ad nuptias ejus filiæ , ad quas fuerat invitatus ve-
nire , ita ait : *Animo,& voluntate adſum,ſimulque feſtum cele-
bro,juvenileſque dextras inter ſe jungo,& utraſque Dei manui*:
Apud *Evariſt.I.in Epiſt.ad Epiſcopos Africanos*,apud *D. Am-
broſ.epiſt.*23.*ad Vigil.*ut obſervant *Albaſpin de Veter. Eccleſ.
ritib.lib.*1.*obſerv.*24.*per tot.Eſtius in* 4 *Sent diſt.*26.*§.*10.*lit.C.
fol.mihi* 66.*& §.*11.*in fine , Carol.Feuret.de Abuſ.lib.*2.*cap.*2.
*n.*36.*fol.mihi* 49.*Ferdin.Roxas in addit. ad Hermenegild. Ro-
xas de Incompatib.Regn.par.*8.*cap.*2.*n.*38.*& ſeqq fol.mihi* 355.
*Sirmond.Oper.var.to.*5.*in Comment.Epiſtol. Theodori Studitę
fol.*270.*lit.D.& Marchant.in Trib.Sacr.to.*3.*tit.* 7.*quæſt.* 1.*in
princ.fol.mihi* 373.ubi refert plura antiqua Concilia , in qui-
bus mentio habetur hujuſmodi denunciationum .

Quas Cardinalis Baronius autumat fundatas eſſe in Apo-
ſtolicis traditionibus , & ab ipſiſmet Apoſtolis orig nem du- 8
xiſſe , ut obſervat *in To.*1.*Annal.anno Chriſti* 57.*fol.mihi* 440.
ibi:*Cæterùm quoad illum ſpectat,primùm quidem,non aliundè,
quàm ab Apoſtolica traditione fluxiſſe , ut non ſinè Sacerdotis
pręſentia Matrimonium contrahatur,hoc eſt enim,quod idem A-
poſtolus inferiùs dicit:Cui vult nubat,tantùm in Domino.In Do-
mino enim nubere nihil aliud eſt , quàm ſecundùm Leges , & Ri-
tus Eccleſiæ,& ab ipſis Apoſtolis traditos contrahere Matrimo-
nium*: Et explicando deindè verba ſupradicti Tertulliani ſub-
dit ibi: *Eccleſia quippè Fidelium conciliat Matrimonium , dùm
per Sacerdotem Contrahentium mutuo elicito priùs conſenſu
Junguntur:& Card.Baroniũ* ſequitur *Ferdin. Roxas ubi ſupra
n.*38.ibi: *Ab initio naſcentis Eccleſię Ritus ab Apoſtolis inſtituti.*

Cùm Latina Eccleſia concordat, etiam circà hunc R[illegible]
Eccleſia Græca , ut eruditè obſervat *du Hamel in Theolog.* 9
*ſpecul.& practic.to.*7.*tract.de Matr c.*6.*nu.*4.*fol.*673.ibi: *Huc ad
de Grææ Eccleſiæ conſenſum , Timotheus Patriarcha Alexan-
drinus,qui Concilio ſecundo interfuit,ſic habet in ſuis Reſponſis
Canonicis: Si quis Clericus ad conciliandas nuptias , & oblatio-
nem pro nuptiis celebrandam evocetur , nè id faciat , ſi matri-*

*monium illegitimum eſt* ; *& Sirmond. Oper. var. to. 5. in Comm.*
10 *Epiſt. Theodori Studitæ lit. D. fol.* 270. referens in Greco idio-
mate formulam hujuſmodi antiquiſimi Ritus.

Nec defuerunt, qui denunciationes cum benedictionibus
nuptialibus confundentes, illarum umbram etiam Roma-
norum tempore fuiſſe obſervarunt, fundando eorum credu-
litatem in illis verbis *Taciti lib. 12. Annal.: Pactum inter Clau-
dium, & Agripinam Matrimonium jam fama, & amore illici-*
11 *to firmabatur, nedùm tamèn celebrari nuptiarum ſolemnia au-
diebant*: ut videre eſt apud adductos per *Carolum Feuret de
Abuſ. lib. 2. c. 2. n. 34 fol.* 48 ubi, quod Romani nuptiarum ſo-
12 lemnia appellabant hunc uſum, refertque *n.* 35. ad id proban-
dum verba illa *Valerii Flacci in Argon*.

*Indè ubi ſacrificas cum Conjuge venit ad Aras*. Et apud
*Plutarchum in Prolog. lib. de Præcept. nupt.* ubi, quòd Cereris
Sacerdos ſolemni vinculo Contrahentes conjungere ſolitus
erat, & de conjugalibus Diis meminit etiam *Tacit. de Morib.*
13 *German. & Quintilianus declamat.* 347. ibi: *Vos profectò Dii
conjugales*. Ceterum quod nuptiales benedictiones originem
habeant ab Evariſto Papa legitur in lectione ejus officii diei
14 26. Octobris ibi: *Idem conſtituit ex traditione Apoſtolica, ut
Matrimonium publicè celebretur, & Sacerdotis benedictio ad-
hibeatur*.

## §. IX.

### *De Teſtibus pro Matrimonio deponentibus.*

TEſtes matrimoniales, à Sac. Conc. Trid. ex neceſſitate
adhibendi, non debent divinari, ſeù argumentari,
1 unum ex alio inferentes, ſed probè videre, rectèque audire
id, de quo teſtantur, aliàs non attenduntur, juxtà receptam
opinionem, de qua *Barboſ. in c. Tuæ fraternitati n. 2. in fin. de
Sponſal. Ventrigl. in Prax. par. 2. tit. de Teſtib. in cauſ. matr. an-
not. 3. §. 2. num. 2. Ciarlin. contr. 131. n 29. Bonac. Oper. moral. to.
1. de Natur. & propriet. matr. q. 2. punct. 8. nu. 41. fol mihi* 306.
*Pignatel. conſult. canon. 79. n. 19. verſ. Dummodò tamen to. 5. &
Adden. ad deciſ 431. n. 25. & ſeqq. par. 4. to. 2. rec.*

Rationem aſſignat *Gargiar. conſ. 19 n. 4.* ibi: *Quia Conci-*
2 *lium requirit præſentiam Teſtium, ut audiant, nec ſufficit per
ſigna credere, Contrahentes præſtitiſſe conſenſum per verba,
&c. nec conjecturæ hodiè poſt Concilium proſunt: & Biſs. in Je-
ſurg. ſeù de Sacr. Rit. verb. Parochus, §. 74. in fine, & Gobat.
in Theol. experim. tr. 9. n. 491. antè fin.*

Præterea: Malè teſtantur teſtes, qui dicunt, vidiſſe con-
3 traxiſſe hos, vel illos matrimonium, &c *Haveman. de Jur.
connub. lib. 1. tit. 6. poſit. 4. n. 2. Nec ſufficit eos audire verba, aut
videre externa ſigna, niſi determinatè intelligant quid iis ſi-*
4 *gnificetur, quia non debent teſtari, talia verba prolata eſſe,
ſed matrimonium eſſe contractum, ſaltèm quoad apparentiam
externam. Coninch. de Sacram. to. 2. diſp. 27. dub. 4. num. 44. fol.
mihi* 768.

In nulla autèm conſideratione ad probandum matrimo-
5 nium habentur teſtes, inveriſimilia deponentes, ut in indi-
viduo caſus noſtri obſervant inter *Conſ. matr. div. Jacob. Leo-
niſs conſ. 49. n. 57 Alex. à Scala conſ. 56. n. 10. Jo: Maria Brunell.
conſ. 70. n. 31. Sigiſmund. Brunell. conſ. 74. num. 7. Nicol. Anton.
Gravat. conſ. 82. n. 47. & Paulus Merend conſ. 86. n. 25. & inter
Conſil. matr. diverſ. I. C. German Theodoric. Reiſach. conſ. 7. n.* 50
ubi, quòd teſti non veriſimilia deponenti, nedùm non cre-
6 ditur in eo, quod dicit inveriſimile, ſed nec etiam in aliis
ratione individuitatis juramenti, *& Rot. in Rom Matr. 24. Fe-
bruarii 1668. §. Sub hoc cor Card. Carpin.* ibi: *Cùm novum non
ſit, Judicem poſſe fidem Teſtibus, licèt plenè deponentibus, non*
7 *adhibere, quando, ut hìc, vel nimis animosè, & inveriſi-
milia deponunt.*

Varii, & de falſo ſuſpecti, generaliter *de Roſis par. 2. ob-*
8 *ſerv 74. n 36. Bordon. in Manual. Sancti Officii ſect. 66. nu. 3. &
Dondæus conſult. 86. n. 17.* & in terminis *Camer in Conſ. matr.*
impreſſo *poſt Conſ. Zabarell. num.* 3. ubi *num.* 30. quod teſtis fal-
9 ſus in uno, talis præſumitur in omnibus, *& num.* 32. ubi,
quòd in his terminis ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate,
*& num. 34. in fin.* ubi refert illud *Suſannæ. Io. Maria Brunell. in-*
10 *ter Conſ. matr. diverſ conſ. 70. n. 23 & 24.* ubi, quòd teſti vario,
& falſo in uno, nullo modo creditur, inter quæ etiam *An-
ton Rub. Alex. conſ. 72. n. 13. & 14. & Sigiſm. Brunell. conſ 74. n.
2. & 3* ubi, quòd ſuſpicio falſitatis in his caſibus habetur pro
falſitate, & teſti vario non creditur.

Sibi ipſis contrarii, ſeù contraria deponentes, ut genera-
liter obſervant adducti per *Card. de Albic. de Inconſt. in Jud.*
11 *q. 34. n. 22. & ſeqq & Rot dec 753 n 14. par. 18. rec.* & in terminis
filiationis *Rota dec. 100 n 4 par. 19. & in Romana Filiationis
1. Aprilis 1680. §. Præterea cor. Albergato.* Et in præciſis ter-
minis teſtis, deponentis pro matrimonio *Alex. conſ. 143. num.*
2. ubi refert exemplum *Suſannæ, & conſ. 253. n. 3. in fin. & n. 6.
lib. 1. Cephal. conſ. 540 n. 59. Gig. conſ. 46. n. 19. Jo: Maria Bru-
nell. inter Conſ. matr. diverſ. conſ. 70. num. 27. & Rot. in cit. Rom.
Matr. 24. Febr. 1668. §. Duo verò, cor. Card. Carpin.* Et quod
Teſtium contradictio incertam reddat probationem, in eo-
rum dictis fundatam, obſervat *Rota in Cavallicen. Pecunia-
ria 15. Junii 1696. §. Contra coram Olmo.*

Nec locus eſt concordiæ teſtium, quando iſti ſunt ſolùm
duo, ut in individualibus terminis egregiè obſervat *Io: Andr.* 12
*in addit. ad Specul. in tit. de Teſtib. §. Iam de interrogatoriis, n.
16. lit. A.* ibi: *Abſit enim, quòd uno teſte deponente de Matrimo-
nio contracto, &c. certo loco, vel hora, ſi alius deponat idem de
alio loco, vel hora, quod ſint probata matrimonia, &c. licèt
fatear, quod non ſit contrarietas, eſt tamen ibi ſingularitas, &c.
non obſtat, &c. quia ibi plures erant concordantes in tempore
uno, & alii plures in alio,* quem, aliis adductis, refert, & ſequitur
*Alex conſ. 143 n. 3. lib. 2.* ibi: *Licèt dicatur, quod teſtes debent re-
duci ad concordiam, &c. ut probent, tamen illud eſt verum, quan-
do reperiuntur plures conteſtes, ſaltèm duo, &c. ſed ubi duo tan-
tùm ſunt teſtes, non conteſtes, non reducuntur ad concordiam, ut
probent:* Rationem aſſignat *Camerar. in cit. conſ. matr.* impreſ- 13
ſo *poſt Conſ. Zabar. n.* 43. in medio, aſſerens, quod ſi admit-
teretur conciliatio, poſſent ad ſummum teſtes ſalvari à per-
jurio, ſed nullo modo probarent, quia quilibet in ſuo dicto
remaneret ſingularis.

Deponentes per verba, credulitatem denotantia, etiam
ſi aſſerant firmiſſimè credere quod deponunt, ut generaliter 14
probat *Bordon. in Man ſanct. Offic. ſect. 66. n. 25.* ubi, quòd Te-
ſtis, deponens per verbum *Credo* nec etiam meretur nomen
Teſtis, etiamſi addat benè, pro certo, firmiter, & firma-
vit *Rot. in dec. 176. n. 13. cor. Peuting. & dec. 372. n. 8. cor. Dunoz.
jun & dec. 338. n. 22. par. 9. & dec. 267. n. 11. par. 16. & in Roma-
na Filiationis 1. Aprilis 1680. §. Præterea Teſtes cor. Alberg.*
Et in terminis Teſtium matrimonialium obſervant inter
*Conſ. matr. diverſ. Ang. de Gamb. Aret. conſ. 13. n. 93. Iacob. Leo-
niſſ. conſ. 49. n. 103. Alex. à Scala conſ. 57. n. 6. & Anton. Galeat.
Malvat. conſ. 83. n. 11.* & inter *Conſ. matr diverſ. I. C. Germ. Cor-
rad Weim. conſ. 6. n. 14. & Theodor. Reiſach conſ. 7. n. 46. & Alex.
conſ. 156. n. 11. lib. 5. & Havemann. de Jure connubb. to. 2. in ap-
pendic. ad conſ. 58. fol. mihi* 962

Et teſtis convictus in uno de perjurio, quia ratione indivi-
duitatis juramenti, in omnibus rejiciendus eſt, ut in termi- 15
nis probat *Monald. conſ. 5 n. 105. tom. 2.*; Et generaliter obſer-
vant *Innoc. in c. Fraternitati de Hæretic. Caſſan. conſ. 44. n. 28.
& Guazzin. ad Defenſ. reor defenſ. 28. c. 13. n. 17.* ubi, quòd in
his materiis, qui in uno delinquit, factus eſt omnium reus; 16
juxta dictum *Beati Jacobi Apoſtoli*, quem refert etiam *Bordon.
in Manual. ſancti Officii ſect. 66. n. 5. & Rota Avenion. dec. 33. n.
1. & 2.* ub refert illud Virgilii: *Crimine ab uno Diſce omnes.*

## §. X.

### *De Teſtibus deponentibus contra Matrimonium.*

QUamvìs autem quando agitur contra Matrimonium
neceſſarium ſit, quod hujuſmodi teſtes ſint omni exce- 1
ptione majores, nec admittantur minores, vel aliquem ſi-
milem defectum patientes.

Limitatur tamen concluſio, quando impedimentum conſi-
ſtit in conſenſu, ad cujus defectum probandum admitti quos- 2
libet teſtes in individuo caſus noſtri egregiè obſervant *Mo-
nald. conſ. 5. n. 96. tom 2 Guttier. de Matr. c. 44. nu. 54. Barboſ. vot.
dec. 1. n 82.* ibi: *Objectio autem ob teſtium inhabilitatem admit-
tenda non eſt, quod eſſent omni exceptione majores, quamvis
non requiratur ubi in cauſa matrimoniali nullitas intentatur
ex defectu conſenſus, &c. Sed admittuntur qui aliàs non admit-
terentur, & vot dec. 17. n* 116. ibi: *Et quamvis non defuerint, qui
in cauſa matrimoniali requirant, ut teſtes ſint perſonæ legales,
& omni exceptione majores, precipuè cùm deponunt contra ma-
trimonium, &c. nihilominùs tamen ubi nullitas procedit ex de-
fectu conſenſus, ſufficiunt quicumque teſtes, etiam ſi non ſint per-
ſonæ legales, &c admittunturquè qui aliàs non admitterentur.
Et de Juſt. de Diſpenſ. matr. lib. 2 c. 10 n. 62.* ubi poſtquàm *n. 54.
& ſeq.* agendo de diſſolutione matrimonii conſumati, & ci-
tando omnes authoritates in contrarium allegari ſolitas, fir-
maverat requiri ad hunc effectum, quod teſtes ſint omni exce-
ptione majores, concluſionem limitat; ibi: *Excipe, niſi impedi-
mentum, de quo ageretur, eſſet defectus conſenſus in Conjugibus
vel altero illorum, quia tunc omnes teſtes admittuntur.*

Limi-

Limitatur ſecundò, quando Teſtes minores jam effecti
3 majores, deponunt de illis rebus, quæ cadere poſſunt ſub
ſenſu Minorum, ut exemplificant Doctores in Teſtibus mi-
noribus, deponentibus de numeratione monetæ facta per
aliquem, & de eo, quòd eadem moneta erat falſa, quod
ſcilicèt benè probent numerationem, quæ cadebat ſub eo-
rum ſenſu, non verò de falſitate, quæ ſub illo non cadebat,
juxtà receptam theoricam Felin. in cap. Cùm nobis de Præſ-
cript. ibi: Quod, &c. intellige, ſi materia eſt talis, quæ non ca-
dit in ſenſum illius ætatis, ſecùs ſi materia eſt, quæ potuit faci-
lè cadere in ſenſum etiam infantis, quia poteſt de ea teſtificari
factus major. Alex. conſ. 88. n. 20. & ſeq. lib. 5. Farin. de Teſtib. q.
58. n. 61. & ſeqq. Maſcard. de Probat. concl. 1246. n. 4. & 11. ubì
teſtatur de opinione communi, adductis concordantibus. Nar-
bon de Ætate ann. 14. q. 44. n. 11. ubi, quod plenam fidem fa-
ciunt, quando facti jam puberes, teſtificantur de iis, quæ
in ætate proxima pubertati viderunt, quando ſcilicèt habent
decimum annum cum dimidio, & n. 14. ubi de puero octo an-
4 norum, teſtificante de eo, quod conſiſtebat in facto, quod
percipi poterat ab ipſiſmet infantibus. Card. de Luc. de Te-
ſtam. diſc. 26. num 4. & Rot. dec. 220 num. 8. par. 2. diverſ. ubi de
puero decem annorum, & dec. 75. n. 9. par 10. rec. ubi, quòd
5 proximus pubertati dicitur impubes annorum decem, & dec.
293. num. 9. par. 13. ubi, quod minores optimè probant, de-
ponendo de illis, quæ viderunt in ætate pubertati proxima,
6 & dec. 78 num. 9. cor. Ubag.

Accedente congrua ratione, adducta per Senec. lib. 7. con-
7 trov. cap. 5. antè fin. ibi: Nihil puero eſt Teſte certiùs, &c. nam
& ad eos pervenit annos, ut intelligat, et nondùm ad eos, qui-
bus fingat.

Certiùs, quando dictum horum teſtium non adducitur
principaliter ad probandum, vel negandum matrimonium,
8 ſed ſolùm ad adimendam fidem teſtibus, illud affirmantibus,
unà cum quampluribus aliis adminiculis, & probationum
generibus, ut obſervant Bald. conſ. 10. num. 4. lib. 5. Rom. conſ.
486. in fine, & Rot. coram Coccin. deciſ. 2027. num. 27. & coram
Celſ. deciſ. 352. num. 8. & in rec. dec. 186. num. 22. & ſeqq.
par. 19.

Quamvis autem ad coarctandam negativam deponere
9 Teſtes debeant per verba, quod alitèr eſſe non poſſit, quin
ipſi ſcirent; Nihilominùs, quando agitur de Teſtibus ple-
nè informatis, hoc non eſt neceſſarium, ſed eadem negativa
dicitur coarctata ex ſola negativa, cui virtualiter ineſſe dici-
tur coarctatio, ut obſervat Gratian. diſcept. 525. n. 35. & ſeq.
Adden. ad Ludoviſ. dec. 325. n 27. ibi: Et hoc caſu, quando Teſtis
eſt veriſimilitèr informatus ſuper negativa, non eſt neceſſe, quod
10 removeat ſenſum ab actu, dicendo, quod aliter eſſe non poſſit, quin
ipſe ſciviſſet; Sed ſufficit, quod ſimpliciter deponat de negativa:
Adden. ad Burat. dec. 41. n. 10. ibi: Hoc tamen non procedit quan-
do Teſtes deponunt ſuper eo, quod veriſimile eſt, eis eſſe notum,
tunc enim non eſt neceſſe, quod removeant actum à ſenſu, ſed ſuf-
ficit, quod ſimplicitèr deponant de negativa. Rot. apud Marcheſ.
de Commiſ. p. 1. fol. 629. §. Quia eſt advertendum, ibi: Quia fuit
reſponſum, quod ex quo prędicti Teſtes profitentur ſcire omnia
onera, &c. meritò ipſam negativam virtualiter concludere vi-
dentur, &c. Maximè cùm unus veriſimiliter de ipſa veritate in-
11 formatus, &c. & cor. Burat. dec. 705. n. 3. ibi: Quorum pręcipuè
ſextus optimè coarctat negativam, prout etiam cæteri, quamvis
directè ſuper illa non deponant, ſed virtualiter, cùm fuerint ad-
miniſtratores: & cor. Merlin. dec 98. n. 1. in fin. & 2. ibi: Et quam-
vis hęc negativa expreſſè non fuerit coarctata per dictos Teſtes,
attamen virtualiter cenſetur coarctata, cùm ipſi Teſtes fuerint
OEconomi, & Adminiſtratores, & cor. Bich. dec. 522 n. 15. & 16.
12 ibi: Quorum quintus, &c. deponit, &c. quod vidit Evangelium in
his feſtivitatibus cani à Canonico, nec unquam vidit, quod alius
non Canonicus cecinerit, id quod in Teſte veriſimiliter informa
to, &c. includit negativam coarctatam, licèt non ſubdat, aliter fie-
ri non potuiſſe, quin ſciverit; & cor. Cerr. dec. 508. n. 1. ibi: Qui
proinde videntur coarctare negativam, etiam ſi non exprimant,
alitèr eſſe non poſſe, quin ipſi ſcirent, cùm adhunc effectum ęqui-
pollens ſit, quod dicant, ſe eſſe benè informatos &c. Rot. in Ca-
merinen. Cappellæ 9 Iunii 1690. §. Minuſque cor. Manuel. ibi:
Præter quàm cùm ſimus in Teſtibus, qui ob frequentes, & conti-
nuas acceſſiones ad dictam Eccleſiam, dignoſcuntur informatiſſi-
13 mi, etiam abſque formali coarctatione negativæ per remotio-
nem actus à ſenſu, virtualiter illam probare dicuntur; & in
Romana Reſtitutionis in integrum 23. Jun. 1698. §. Non obſta-
re cor. Card. Caprar.

## §. XI.

### De Parochi præſentia in Matrimonio.

SEdulò, & matura conſideratione libratis in Sacroſancta 1
Tridentina Synodo, inconvenientibus, ex clandeſtinis
Matrimoniis derivantibus, de quibus Du Hamel. in Theol.
ſpecul. & practic. to. 7. in tr. de Matr. lib. 1. diſſert. 3. c. 3. n. 4. fol.
650. concordi ſententia, omniumq; votis, poſt 14. Congre-
gationes particulares, reſolutum tandem fuit, tanto malo
efficax aliquod remedium applicandum eſſe. In horum au- 2
tem remediorum diſcuſſione, in diverſas abeuntibus Patri-
bus ſententias, in eum tandèm (non ſine aliquorum diſſen-
ſu) maximum deventum fuit decretum, quod legitur in
ſeſſ. 24. de Reform. cap. 1. ubi ſub pœna nullitatis, nomine
Eccleſiæ aſſiſtere deberet omnibus matrimoniis in futurum
celebrandis, aliqua qualificata Perſona, à qua in caſuum
contingentia poſſet eadem Eccleſia rationem exigere contra-
ctus matrimonialis, & inter omnes Eccleſiaſticos miniſtros, 3
publico Notario tandèm à majori parte ſecluſo, non fuit
aptior repertus Parocho, ut legitur in actis per Cardinal
Pallavic. adductis in lib. 22. ferè per tot. & ſignanter in cap.
4. num. 1. ubi, quòd in tot Trident. Concilio non adeſt de- 4
cretum iſto majus, & num. 3. & ſeqq. refert plures variatio-
nes, & mutationes hujuſmodi decreti, quas refert etiam
Redingus in Conc. Trid. tom. 4. tract. 11. ſect. 1. fol. 283. num 4.
& ſeq. verſ. Decretum ſæpiùs ad limam revocatum &c. Et quod
Card. ad Lotharingia omnium primus exquiſivit in Conci-
lio, ut unus ex tribus Teſtibus eſſet Sacerdotali dignitate
præditus, obſervat idem Card. Pallav. eodem lib. 22. cap. 4.
num. 8. in fine.

Non defuerunt, de more, inter Theologos diſputatio-
nes circa figuram Parochi in celebratione Marimoniorum,
aliquibus exiſtimantibus, ipſum figuram facere principalis
miniſtri; Aliis verò perſonæ eccleſiaſticæ, authoritatem 5
quandam Matrimoniis contrahendis præſtantis; Sed ve-
rior, communior, & receptior opinio eſt, quod figuram
faciat Teſtis Eccleſiæ, magnæ authoritatis, authorizabilis,
& authoritativi, ut, aliis adductis, videre eſt in To. 1. par.
2. diſcept. 2. n. 42. Quibus add. Segur. in Director. Judic. Eccleſ.
par. 2 c. 15. n. 55. & 57.

Ex tanta fide, quam habuit Sacroſanctum Concilium in- 6
tegritati Parochorum, derivavit alia communis concluſio
inter Doctores, & Tribunalia, eidem plenam fidem adhi-
bendam eſſe, etiamſi in ſuo dicto ſingularis ſit, quia teſtatur
de re, ad ſuum officium ſpectante, ut videre eſt apud cita-
tos in To. 1. p. 1. diſcept. 1. n. 5. quibus addo Rot. in Rom. Matr 29
Maji 1641. §. Datum enim cor. Pirovano, & 24. Febr. 1668. §. Et
licèt cor. numquam ſatis laudato cl. m. Card. Carp.

Quia verò pręſentia diſtinguitur in pręſentiam localem, hu-
manam, ſive moralem, & politicam, Pręſentia localis dicitur, ſe-
cundùm quam homo dicitur in loco pręſens, ſivè dormiat, ſivè 7
vigilet, ſivè aliud agat. Pręſentia humana, ſivè moralis dicitur,
quando homo eſt in loco videns, & advertens quę in loco fiant: &
pręſentia politica eſt, quando quis eſt in loco ad uſum aliquem
politicę ſivè eccelſiaſticę, ſivè civilis exercendi, ut in his verbis
obſervat Marchant. in Trib. Sacr. to. 3. tr. 1. de Matrim. lib. 7. q. 5.
in princ. fol. mihi 376.

Ideò dubitatum pariter fuit, quæ nam ex prædictis præſen-
tiis eſſet neceſſaria, & communiter firmant Teologi, & Ca-
noniſtæ, requiri præſentiam moralem, humanam, & po- 8
liticam, ut nimirum advertat Parochus, & probè intelli-
gat id, quod agitur, ut videre eſt apud citatos in To. 1. par.
2. diſp. 2. num. 33.

Fundatur hæc opinio in literali Textu in l. Coram Titio, ff.
de Verb. ſignif. ibi: Coram Titio aliquid facere juſſus, non vide- 9
tur pręſente eo feciſſe, niſi is intelligat &c. Sive autem, non etiam
velle is debet, nam, & invito eo rectè fit quod juſſum eſt &c quem
præter mox adductos, in punctualibus terminis ſequuntur,
& exornant Gonzalez ad Reg. 8 Cancell. gloſſ. 48. n. 21. & ſeqq.
Parlad. Rerum quotidian. differ. 45. num. 5. & ſeqq. Coninch. de
Sacr. to. 2. diſp. 17. dubit. 4. n 44. fol mihi 768. Barboſ. de Poteſt.
Epiſc. alleg. 32. n. 49. & Rot. dec. 375. n. 9 p. 11. rec.

## §. XII.

### Virtualis præſentia non ſufficit ad validitatem Matrimonii.

QUod eſt adeò verùm, ut ſi Parochus à principio
firmum habeat propoſitum, determinatamque 1

1 voluntatem matrimonio intereſſendi, & verba Contrahen-
tium audiendi, & deindè involuntariè diſtrahatur in ip-
ſomet actu prolationis verborum à Contrahentibus matri-
monium ſit nullum, eo quia illius præſentia non dicitur for-
malis, ſed ſolùm virtualis, quam ad noſtrum propoſitum
non ſufficere, cum de actu coram ſe geſto teſtificari non va-
leat, punctualiter obſervant *Sanch. de Matrim. lib. 3. diſput.
39. num. 5* ubi adducit illam rationem, quia: *Attentio, &
advertentia Parochi, & Teſtium deſideratur, ut ipſorum te-
ſtimonium comprobari poſſit. conſtetque Eccleſiæ quod teſtimo-
monium nullo modo ferre poſſunt, niſi actu advertant:* Et id
2 probat exemplo Sacramenti pœnitentiæ, in quo quia: *Sacer-
dos eſt futurus peccatorum Judex, quamvis voluerit adverte-
3 re, ſi adhuc non advertat, minimè ſufficit: Ergo nec in Sacra-
mento Matrimonii, ubi Parochus eſt tanquam Teſtis: Fillucc.
Oper. moral. tract. 10. de Sacram. matr. p. 1. c. 6. de Miniſtr. nu.
224. f. mihi 237.* ibi: *An autem, ſi eo tempore contract. mente va-
garetur, ſatis eſſet, probabiliùs videtur, non ſatis fore, quia ad
4 teſtificandum requiritur attentio actualis, non ſic in audienda
Miſſa, vel conficienda Euchariſtia, Franc Torreblanc. Jur. Spir.
practic. lib. 2. c. 15. n. 35. Hurtad. de Mat. diſp. 5. diffic. 15. n 48.*
ibi: *Eſt tamen difficultas &c. an ſufficiat attentio virtualis &c.
non ſufficere &c. ſed requiri actualem, & meritò, quia abſque
intentione, ſeu advertentia actuali non poſſunt teſtificari, fa-
5 ctum eſſe matrim. Trullench. in Prax. Sacr. lib. 1. c. 6. dub. 5. n.
2.* ibi: *Dico ſecundò, ſi Parochus, Sacerdos, aut Teſtes acceſſe-
rint animo advertendi, tamen dùm actu proferuntur verba, aut
exprimuntur conſenſus diſtracti ſunt; itaut nullo modo adverte-
rint &c. ſed probabiliùs, & veriùs docent &c. Ratio eſt, quia ad
teſtificandum requiritur actualis attentio, aliter enim non pote-
6 runt de contract. teſtificari, ſi dum fit vagatur animo, & diſtracti
ſunt: Ventrigl. in Prax. p. 1. de Teſtib. in cauſa matr. adnot. 3.
§. 2. n. 6.* ibi: *Reſpondeo negativè, & non valere matrim nam ve-
rè &c non dicuntur præſentes; dum non advertunt &c. & ad ef-
fectum teſtificandi de matrim. contractu, perinde eſt, ac ſi eſſent
abſentes: Tambur. Oper. mor. lib. 8. de Matr. tract. 6. c. 2. §. 3. n.
5.* ibi: *Quid ſi quis interſit animo advertendi, ſed deinde, pro-
pter mentis evagationem, non advertat, quæ appellatur à Theo-
logis aſſiſtentia virtualis. Reſpond. hanc non eſſe ſatis, quamvìs
7 enim attentio virtualis ſatis ſit in miniſtro, ut conficiat ſacram.
tamen in caſu noſtro, in quo Parochi, & teſtes debent teſtificari
de facto aliorum, ſufficiens non eſt: Perez de Matrim. diſp. 40.
8 ſect. 10. n 3.* ibi: *Dico tamen cum communiori ſententia, non ſuffi-
cere attentionem virtualem: Ratio eſt, quia niſi Parochus, & te-
ſtes actu advertant, nequeunt certò teſtificari, quod initum ſit
matrim. nam ad effectum teſtificandi de eo, perindè eſt actu non
9 advertere, & non adeſſe. Firmo, quia Trident. parificat præſen-
tiam Parochi, & teſtium &c. At ſi teſtes præ mentis evagatione
non adverterent ad mutuum conſenſum, minimè ſufficeret, quia
revera non eſſent teſtes: Ergo idem dicendum de Parocho;* Et
deindè adducit paritatem Sacram. Pœnitentiæ *Anton. à Spir.
Sanct. in Direct. Confeſſ. tit. de Matr. tr. 11. diſp. 4 ſect. 11. n.
10 76. fol. mihi 442.* ibi: *Unde non ſufficit attentio virtualis, qua ac-
cedant ad aſſiſtendum matr. ſi tempore contractus non adverte-
runt ad illud: Ratio eſt, quia ad teſtificandum requiritur actua-
lis attentio, aliàs non poſſunt teſtificari, ſi dum fit vagantur ani-
mo, vel diſtracti ſunt: Alphon. à Veracr. in Spec. conjug. in Ap-
11 pen. dub 5. conc. 5 fol. mihi 14.* ibi: *In tantùm hæc præſentia pro-
prii Sacerdotis &c. requiſita eſt, ut hæc non quæcumq; ſufficiat,
ſed humana debeat eſſe, ſeu moralis, quod eſt dicere, quod ſi pro-
prius ſacerdos eſſet &c non attendens ad contractum, & ad Con-
trahentes, & ad expreſſionem conſenſus, talis aſſiſtentia non ſuf-
ficeret, neq; diceretur aſſiſtere, & ſic eſſet irritum & nullum. Pa-
tet, quia S Synodus, quæ aſſiſtentiam exigit neceſſariam, hanc
petit, quæ humana, & moralis, intelligenda eſt, ſed ubi miniſter
&c. non advertit, perindè eſt, ac ſi non aſſiſteret: Ergo non eſt aſ-
12 ſiſtentia, quia ſicut lapis, vel truncus adeſſet: Pont. de Matr. lib.
5. c. 41. nu. 8.* ibi: *Ideo enim nomine Eccleſiæ Teſtis adhibetur,
ut poſſit Eccleſiam certam reddere de hujuſmodi contracto matr.
quod præſtare non poteſt, niſi intelligat id, quod agitur, qui enim
non advertit, in Jure non cenſetur eſſe præſens; Laym. in Theol.
13 mor. lib 5. tr 10. p. 2. c. 4. n. 6. Barboſ ad Conc. ſeſſ 24. de Refor.
c 1. nu. 73.* ibi. *Idem pariter dicendum de illo Parocho, qui præ-
ſens corpore eſt. ſed animo nihil omninò advertens; Ventrigl. in
Prax. p 1. ann. 3 §. 2. de Teſtib. in cauſ. matr. n 5. & 6.* ubi, quod
14 diſtractus, & actualiter non advertens perinde eſt ac ſi eſſet
abſens *Leand. Oper. mor t. 2 tr 9. de Matr. ſacr. q. 38 fol. mihi
251.* ibi: *Sed longè probabiliùs &c. non ſufficere, ſed neceſſariò
requiri, quod Parochus habeat actualem attentionem, & adver-
tentiam, cum aliàs nequeat teſtificari, factum eſſe matr. Amic.
15 in Curſ. theol. tom 9. diſp 7 ſect. 12 n. 93* quem refert, & ſe-
quitur *Dian Oper mor tom 10 tr. 13 reſol. 20* ibi: *Præſentia
Parochi, & Teſtium in matrim. requiritur, ut poſſint de contracto
matr. ſi opus fuerit cor. Eccleſia juridicè teſtari: Ad hoc autem
non ſufficit præcedens attentio actualis, virtute tantùm perſe-
verans tempore contractus, quia per præcedentem attentionem* 16
*non intellexerunt &c. Dicaſtil. de Matrim. tr. 10. diſp. 19. n. 159
& ſeqq.* ibi: *Ideo communis ſententia docet, neceſſariam eſſe
actualem majorem advertentiam, quia abſque hac teſtes eſſe non
poſſunt eorum, quæ coram ipſis geſta ſunt; Guttier. eodem
tract. cap. 69. n. 7.* ibi: *Secundò infertur non eſſe veram doctri-
nam quod ſi Parochus acceſſerit animo attendendi, quamvis tem-
pore contractus diſtrahatur evagatione mentis, valere matrim.* 17
*Hoc enim falſum eſſe ex pluribus latè, & rectè probat Sanchez
&c Roſſignol. in Prax. Theologico leg. de Matr. prænot. 32. n. 7.*
ibi: *Præſentia Parochi debet eſſe cum actuali attentione, nec ſuf-* 18
*ficit, ſi ſit cum virtuali ad validitatem matrimonii.*

## §. XIII.

*Affectante Parocho non audire verba, vel non videre in-
dubitata, & evidentia ſigna Matrimonii, & revera
illa non audiente, & iſta non vidente, an illud ſit va-
lidum.*

IMò etiam ſi Parochus affectatè, & data opera non audi-
ret verba, vel non videret evidentia ſigna, adhuc ma- 1
trimonium nullo modo ſubſiſteret, ea viva ratione, cui nun-
quam poterit aſſignari congrua reſponſio, quia non poteſt te-
ſtari de matrimonii contractu, ut punctualiter omnium pri-
mus advertit doctiſſimus *Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 39. nu.
6.* ibi: *Unum tamen ſcio, nullo modo valere matrim. quamvis
Parochus affectatè, & conſultò non attendat, quia tunc reve-
ra non eſt præſens, nec poteſt teſtificari de matrimonio:* quem
communiter ſequuntur Theologi, & Canoniſtæ, ut videre
eſt *in Tom. 1. par. 2. diſcept. 1. num. 129. & diſcept. 2. numer.
106. & ſeq*

Non obſtante duplici ratione, cui innituntur *Ledeſm. in
Summ capit. 7. de Matrim. concl. 7. & Pont. eodem tract. lib. 5.* 2
*capit. 21. in fine*, qui in contrariam inclinare videntur ſen-
tentiam. Prima, quia hoc modo Parochus ſua culpa non au-
dit; Et ſecunda, quia audiviſſe præſumitur, ſeu percepiſſe,
quod de matrimonio ageretur, eo ipſo, quod percipere af-
fectat.

Ultra quod enim hujuſmodi rationes ſe ipſas deſtruunt,
atque una poteſt congruè deſervire pro reſponſione ad aliam; 3
Quia ſi culpa ſua non audivit: Ergo præſumptio auditio-
nis non militat; Et ſi hæc admittitur: Ergo jam audivit:
Dicimus pro adæquata reſponſione ad primam rationem,
quod ſuppoſita diſpoſitione Conciliari, requirente pro for-
ma Parochi auditum, hujus propoſitionis; Parochus cul-
pa ſua non audivit; Legitima conſequentia eſt; Ergo ma-
trimonium eſt nullum; Prorſuſque diſparata, & inſubſi-
ſtens eſt alia: Ergo matrimonium eſt validum. Si enim hu-
juſmodi arguendi modus non admittitur in Sacramentis ne- 4
ceſſitatis, in quibus de fide eſt ex infrà allegandis *§. 16. nu.
10.* hanc propoſitionem eſſe falſam: Parochus ſua culpa, vel
malitia non habuit intentionem babtizandi, abſolvendi &c.
Ergo Baptiſmus, & Abſolutio eſt valida, ut fuit noviſſimè 5
à *Sancta Sede definitum 5. Decembris 1690. propoſ. 28.* Quan-
tò minùs admitti poteſt in matrimonio, quod eſt Sacramen-
tum voluntatis, ut in terminis probat *Guttier de Matr. cap.
69. num. 9.* ibi: *In ſumma igitur valebit matrimonium ſi in rei
veritate eos intelligat &c. Secus aliàs, quamvis ſuo facto,
cum, ut reſolvimus, & eadem Congregatio inſinuat, requiri-
tur intellectus, & advertentia Parochi, aſſiſtentis matrimonio
pro valore ipſius, unde his deficientibus, quamvis propter &c.
culpam Parochi &c. matrimonium non valebit:* Et ſi in aliis
minoribus contractibus, putà in Teſtamentis, abſentia unius 6
Teſtis, ſive propria culpa, ſive ex accidenti operatur, ut Teſta-
mentum ſit nullum, ex *Tex. in leg. Si unus C. de Teſtam* cum
aliis, adductis à *Gloſſ. in leg. 1. §. Si quis rege:, ff. Quemadm.
teſtam. aper. Salycet. in l. In exercendis, C. de Fid. inſtr. Fagn.
in cap. Cum eſſes, n. 37. de Teſtam. Soccin jun. conſ. 229. n. 5. lib.
2. Surd conſ. 378. n 9 & 10. & Rot. in Rom. ſeù Januen. Teſtam.*
impreſſa poſt *Card. de Albic de Inconſt. in Judic. qu. 35. à n 58
uſque ad fin.* & ſignanter *num. 62.* ibi: *Ex quo ſolemnitas Te-* 7
*ſtium adeo cum ipſa voluntate defuncti unita eſt, ut unà ſimul
formam ſubſtantialem conſtituant, & ſi unus ſolus deficiat ex di-
cto numero ſeptenario, à lege conſtituto, teſtamentum ipſo jure
annullatur &c.* Quare eundem effectum operari non debet ab-
ſentia, ſivè culpoſa, ſivè accidentalis unius ex neceſſa-
riis teſtibus contractus matrimonialis, de cujus excellentia 8
inter

ſinter omnes alios contractus latè tractat *Rebell. de Obligat. ju-*
*ſtit lib. 2. de Matrim. in proœmio*.
Pro reſponſione verò ad ſecundam rationem, dicimus, il-
lam, uti fundatam in præſumptione, cedere veritati, ut
9 generaliter probat *Text in leg. fin. ff. Quod met. cauſ.* & obſer-
vant *Menoch. conſ. 86. n. 106. Gaill. Pract. obſerv. c 144. n. 6. lib.*
*2.* & firmavit *Rot. dec. 112. n. 3 cor. Priolo*, & in noſtris indivi-
dualibus terminis egregiè *Gobat. in Theol. experim tr. 9. n. 491.*
*ibi: Præſumptionem tamen, quod reipſa perceperit percipienda,*
*non eſſe tam firmam, quin Iudex Eccleſiaſticus poſſit, & debeat*
*fidem habere tali Parocho, juranti ſe non intellexiſſe.*
At quando contra communem opinionem, negantem mul-
tiplicationem præſumptionum, de qua *Gloſ in leg. 1. verb. Do-*
10 *tem, C. de Dot. promiſſ. Rot. dec. 34. n. 29. cor. Cerr. & dec. 513 nu.*
*9 par. 14. & dec. 642. n. 14. par. 18. rec.* admitteretur præſum-
ptionum cumulus, quod Parochus audiverit verba, vel ſi-
11 gna, ſufficienter indicantia conſenſum, hæc ad ſummum
terminarent in ſolis præparatoriis, quæ non ſufficiunt ex al-
legatis ſupra §. 4. *n.* 3. Ad omnem enim pejus præſumeretur,
12 Parochum percepiſſe, quod Contrahentes erant in via, &
parati ad contrahendum. Ipſe autem: *Ut validum ſit matri-*
*monium debet poſſe teſtificari, de facto, eos contraxiſſe, neque ſuf-*
*ficit, quod teſtificetur, eos voluiſſe contrahere:* ut in individuali-
13 bus terminis obſervat *Biſs. de Sacr. Ritib verb. Parochus ſub §.*
74. & alii adducti ſupra § 4. *n.* 3. Aliud enim eſt velle contra-
here, & aliud de facto contrahere, ut proſequitur *Biſs.* ubi
14 ſupra, *Tancred. de Matr. lib. 3. diſp. 39. ſub n. 2.* ibi: *Nec dicas cum*
*Pontio, Parochum non poſſe ignorare conſenſum Contrahētium,*
*eo ipſo, quod ſit primò admonitus, eos, qui adſunt, velle matri-*
15 *monium contrahere; Nam hic non poteſt eſſe Teſtis, niſi de*
*voluntate contrahendi (quam illi tempore, quo habent oculos, &*
*aures clauſas, poſſunt mutare, & oppoſitum velle) non de ipſo*
16 *contractu, atque adeo ſi juraret, ſe vidiſſe, & percepiſſe, eorum*
*contractum per verba de præſenti fuiſſe initum, eſſet perjurii re-*
*us, cùm ipſe tantùm perceperit, eos voluiſſe contrahere:* Ulteriuſ-
17 que fimbrias dilatantes, quando etiam admitteretur, Paro-
chum percepiſſe innegabiliter Contrahentium intentionem;
Vel quia iſti dicant alicui tertiæ Perſonæ, Parocho audiente
omnia, volumus modò contrahere matrimonium; Vel
quia idem Parochus in principio probè omnia advertat, &
de facto velit matrimonio aſſiſtere; Adhuc ſi deindè aufu-
giat, vel mente evagetur, ſemper matrimonium erit nul-
lum, ut de primo caſu eſt celebre reſponſum *Card. de Lug.* de
18 quo infrà §. 15. *n.* 5. Et de ſecundo videri poſſunt Authores,
allegati ſupra §. 12. *per tot.* & addimus *Amic. in Curſ. Theolo-*
*gic. to. 9. diſp. 7. ſect. 11. n. 93.* ubi, quod ſi deinde Parochus re-
19 flectendo ad actus antecedentes advertat ad contractum ma-
trimonii, iſtud eſt validum, dummodo in illo actu reflexo
adſint Contrahentes, & Teſtes matrimoniales, Secus ſi iſti
20 non reperiantur ampliùs cum Parocho, & *Amicum* refert, &
ſequitur *Dian. Oper. moral. to. 10. tract. 13. reſolut. 20. circa prin-*
*cipium*.

## §. XIV.

*Oſtenditur verus, & germanus ſenſus reſolutionum Sac.*
*Congreg. Concilii circa Parochi affectationem.*

1 CUi communi concluſioni non adverſatur reſolutio S. C.
C. in celebri *Giennen.* quam refert *Fagn. in c Quoniam n.*
25. *de Conſtit.* firmans, non valere matrimonium, ſi non in-
tellexit Parochus, niſi ipſe affectaſſet non intelligere; Illius
enim verus, & germanus ſenſus eſt, matrimonium eſſe va-
lidum quando, non obſtante affectatione, Parochus verè in-
2 tellexit, ut illam explicando in individualibus terminis ob-
ſervant *Sanch. de Matrim. lib. 3 diſp. 39. ſub n. 6.* ibi: *Senſus illo-*
*rum verborum eſt, niſi Parochus affectet, ſe non intelligere,*
*hoc eſt niſi conſultò, & data opera fingat, ſe non intelligere, cùm*
*tamen revera non intellexerit; Tancred de Matrim. lib. 3. diſp.*
39. *n.* 2. ibi: *Fateor, difficilem eſſe horum verborum ſenſum,*
*unum tamen ſcio, nullo modo valere matrimonium, etiam in*
*hoc caſu, quia tunc revera non eſt præſens moraliter, nec po-*
*teſt teſtificari de matrimonio: Fortè tamen horum verborum*
3 *ſenſus eſt, niſi Parochus conſultò fingat, ſe non intelligere, ſed*
*revera intelligit, & quamvis hæc explicatio difficilis ſit, tamen*
*abſurdus intellectus vitandus eſt &c. Debebat igitur Pontius*
*prudentem ſimul, ac modeſtam noſtri Sancii reſponſionem mirari*
*potiùs, quàm frigidam appellare &c.* Debuit, *inquam Pontius*
4 *modeſtam Sancii reſponſionem mirari, nec ſolùm debuit ultima*
*verba Sancii referre, ſed integram reſponſionem, poſitam à nobis*
*n. 1. fideliter ab ipſo exſcriptam, ut omnes adverterent hominis*
*modeſtiam, qui cùm poſſet abſque ullo abſurdo, etiam poſita tali*
*declaratione, ſuam retinere ſententiam, voluit nihilominùs ut-*
*cumque eam explicare, ne aliquod abſurdum Cong. Cardinalium*
*tribueret: Nam revera ſi Parochi præſentia qui oculos, & aures* 5
*claudat, itaut quando præſtatur conſenſus non attendat quid a-*
*gant, non eſt ſufficiens; Cur erit ſufficiens, ſi ipſe data opera clau-*
*dat, itaut non intelligat, nec attendat quod fiat? Pac. Iordan. var.*
*reſol. lib. 3. tit. 7. de Matr. n 93.* ibi: *Congregationis ſenſum fore,*
*validum eſſe matrimonium quando Parochus affectat, ſe non in-* 6
*telligere cùm tamen revera intellexerit &c ſecus &c quando ve-*
*rè non intelligeret etiam ſi affectatè, Herintz in Theol. Scholaſt.*
*moral. tr. 5. de Sponſal. & Matr diſp. 5 q. 2. n 24.* ibi: *Et quamvis*
*dicantur, Cardinales reſpondiſſe pro matrimonio, dum Parochus*
*ignorantiam affectavit, id ſane explicari debet de Parocho ſimu-*
*lante ſe non intelligere, vel adlaborante quidem adſubterfugiē-* 7
*dum, & non attendendũ verà tamen audiente. Diana Oper. mor.*
*to. 10. tr. 13. reſol 20. in fin.* ibi: *Nec huic doctrinæ obſtat delaratio*
*Cardinalium, quæ ſic eſt intelligenda, ut velit fieri verum matri-*
*monium, cùm Parochus, invitè aſſiſtens, affectatè fingit, ſe non*
*percipere cùm tamen revera perceperit ac intellexerit,* ut adver-
tit *Tambur. Oper moral. tit. de Matr. c. 2. §. 3 n. 10 in fine,* ibi: *Ni-* 8
*mis immeritò vanam, & inutilem appellavit diſtinctionem San-*
*ch. Boſſius Amic in Curſ. Theolog. to. 9. diſp. 7. ſection. 11. n. 90.* ibi:
*His accedit declaratio Cardinalium, quod ſi Parochus adfuiſſet,*
*nihil tamen eorum quæ agebantur vidit, & audivit, Congregatio* 9
*reſpondit, matrimonium non valere ſi non intellexiſſet, niſi ipſe*
*Parochus affectaſſet non intelligere; Non eſt ſenſus & ſi affectet*
*non intelligere, itaut revera non intelligat, validum eſſe matri-*
*monium; Sed hic alius, etiamſi fingat ſeù oſtentat ſe nõ intellexiſ-* 10
*ſe modò reipſa intellexerit, validum eſſe matrimonium, cùm va-*
*lori matrimonii obſtare non debeat Parochi fictio, modò reipſa in-*
*telligat, quæ à Cõtrahẽtibus aguntur: Trulench in Prax Sacram.* 11
*lib. 7. c. 6. dub. 5. n. 3. ante fin fol. mihi 386.* ibi: *Declaratio autem*
*Cardinalium fortè intelligenda eſt, quando Parochus, aut teſtis,*
*qui vidit, & intellexit fingit, nec audiviſſe, nec intellexiſſe; Bo-*
*nac. Oper. moral. to. 1. de Natur & propriet. matr q 2 pun. 8. n 80*
ibi: *Reſpondeo, validum eſſe; modò verè intelligat. Ita declaravit*
*Cardinalium Congregatio quam citat &c Guttier. de Matr. c. 69.* 12
*n. 9.* ibi: *In ſumma igitur valebit matrimonium, ſi in rei veritate*
*eos intelligat ſecùs aliàs, ſcilicèt ſi conſenſus non intellexit,*
*quamvis ſuo facto, cùm, ut reſolvimus, & eadem Cõgregatio inſi-*
*nuat, requiritur intellectus, & advertentia Parochi, aſſiſtentis*
*matrimonio pro valore ipſius, unde his deficientibus, quamvis* 13
*propter affectationem & culpam Parochi &c. matrimonium non*
*valebit; Et Perez ab Unanoa de Matr diſp 40 ſect. 10 ſub nu 3.*
ibi: *Nec huic doctrinæ obſtat declaratio Cardinalium, quæ ſic eſt*
*intelligenda, ut velit fieri verum matrimonium, cùm Parochus* 14
*invitè aſſiſtens affectatè fingit, ſe non percipere cùm tamen reve-*
*ra perceperit, ac intellexerit: Et Roſſignol in Prax. Theologico le-*
*gal. tit. de Matr. 1. prænotat 32. ſub n. 5.* ibi: *Omninò improbabile*
*eſt, quod Sac. Congr. voluerit, teſtimonium illius eſſe validum,*
*qui nihil percepit eorum, quæ facta ſunt; Quomodò enim teſtifi-* 15
*cari poteſt de matrimonio, quod non cognovit? Et Jorius de Ma-*
*tr. p 4. de Paroch q. 7. n. 8. Sed contrarium dicit declaratum à Sa-*
*cra Congregatione, modò verè intelligat Bonacina &c.*
Quæ communis interpretatio eò magis recipienda videtur,
quo uniformatur cum præſumptione, quæ ſtat pro recto ju-
dicio Judicantium, ut in terminis obſervat *Oliver. de Matr.*
*null. par. 2. fol. 90.* ibi: *Nullo modo credendum eſt, hujuſmodi*
*caſus noſtro fuiſſe ſimiles, ne fiat injuria Judicibus, qui malè*
*judicaſſent, non debet in Eccleſiæ judicio communi error face-* 16
*re jus, quia exemplis non eſt judicandum, ſed legibus, & rationi-*
*bus;* Et concordat etiam cum poteſtate Sac. Congr. à qua
regulari voluntatem in actibus humanis obſervant *Alex conſ.*
*210 ſub num. 1 lib 2. Honded. conſ. 20 num 6. & 7. eodem lib Eu-*
*gen. conſ 99. n. 32. in fine paritèr lib. 2. Ambroſin. de Immun. c. 21.*
*num. 12. & ſeq. & Rot. dec. 258 num. 10 cor. Celſ. & dec 192. num.*
*12. cor. Priol. & in rec dec. 38. nu. 5. par. 19.* Concilium enim di-
cit: *Eorum mutuo conſenſu intellecto &c. qui alitèr, quàm præ-*
*ſente Parocho, &c contractus, irritos, & nullos eſſe decer-*
*nit:* ut in punctualibus terminis obſervat *Uffelius in Conſult.*
*Connub. fol mihi 41 in fine, & Caſtald in Prax. Cærem. lib 2.*
*cap 9. num. 5. fol. mihi 361. & Ugolin de Sacrament. tit de Matr.* 17
*cap. 3. num. 2. in fin.* Eo autem ipſo, quod Parochus affectat,
vel mente evagatur, ſemper verificatur non intellectus ejuſ-
dem mutui conſenſus, illiuſque abſentia, & conſequenter
impoſſibilitas teſtificandi de matrimonii contractu, quod à
Concilio pro forma requiritur, ut noviſſimè obſervat *Ga-*
*vard. in Theolog. ex antiquat. tom. 6. quæſt. 2. de Matr. artic. 8.* 18
*ſub nu. 7 fol. 591.* Contrarium verò decidere eſſet non ſecun-
dùm Concilium, ſed de Concilio judicare, quod ſoli Sum-
mo Pontifici eſt reſervatum, nulloque modo convenire Sac.
Congrega. generaliter probant *Alvar. Pegaſ. ad Ordinat.*

*Portugal.tom.1.tit.2.gloſs.10.n.3.& Fraſs.de Patron.Reg.In-*
19 *diar.cap.9.n.9.Leand Oper.mor.tom.2.de Sacram.Ord.q.16.§.*
*Sed clariùs*,ibi:*Et DD.Card ſolùm declarent,& interpretentur*
*non verò diſponant,diſpenſent,reſtringant,aut amplient*; Et in
punctualibus terminis obſervat *Raynaud.in Heteroclit.Piet.to.*
*16 ſect.1.pun.14.de Matr.Sacram.n.12.in fin fol.mihi* 178. ibi:
20 *Hi porrò Eminentiſs. Interpretes non habent locum Legislato-*
*rum &c.ſed merè interpretantur Legislatoris mentem, qualis*
*fuit cum lex eſt lata &c.eorum ſcripta &c.ſunt tantùm declara-*
*tiones ſenſus Legis à Tridentina Synodo latę, non autem reno-*
*vationes ejus ad abrumpendum &c.Tantùmque differant ab in-*
*terpretationibus privatorum Doctorum,quod ſint authenticę in-*
*terpretationes,nec adverſus eas recalcitrare liceat, quod fas eſt*
*adverſus aliorum Doctorum interpretationes præſtare &c.* Ni-
21 mis eruditè, & ſolidè deindè à n.23.uſque ad finem,matrimo-
niorum conſcientiæ materiam pertractando. Attenta præci-
puè efficacia, & virtute decreti irritantis, contenti in Literis
confirmatoriis ſa.me.Pii IV.quę operantur, ut nullius ſint
22 efficaciæ,neque allegari mereantur geſta contra conciliarem
diſpoſitionem, ut generaliter firmavit *Rota in dec 1279 n.17.*
*& 18.& dec.1296.n.26.cor.Emerix jun.*& in pręciſis terminis
diſpoſitionis conciliaris *in ſeſſ.24.de Reform.matr.c.1.* eadem
*Rota in Colonien.Juriſdictionis 17.Aprilis 1679.§.Nec ſuffra-*
*gari,& 29.Martii 1680.§.Cùm enim cor Albergato.*

Sed quid adhuc improbo labore inſiſtimus in adducendis
23 Authoritatibus, comprobantibus hanc veritatem à veriſimi-
libus, & improbabilitate contrariæ interpretationis, dùm il-
la intra evidentiæ fines conſtituitur à ſola, ſimplici, & pu-
ra narrativa facti ejuſdem reſolutionis *Giennen.* quam refert
*Petr.de Ledeſm.de Matr.q.45.art.5.dub.2.verſ.Et alia fol.mihi*
202,ibi:*Eſt alia declaratio eorundem Cardinalium facta Epi-*
24 *ſcopo Giennen.quæ quidem declaratio graviſſima eſt, & ſe ha-*
*bet in hunc modum &c.In Civitate Giennenſi quidam Alvaricus*
*&c.in quadam tamen nocte quidam Conſanguineus d. Puellæ*
*vocavit Parochum pro audienda confeſſione, confingens, quod*
*quædam mulier parturiens laborabat in extremis.qui Parochus*
*fide bona domum fuit ingreſſus,ubi aderat dicta Puella, & ibi-*
*dem conſtitutis multis hominibus armatis, Conſanguineis d.*
*Puellæ ut ipſa Puella cor.d.Parocho,cum &c. matrimonium cō-*
*trahere fecerunt,reclamante,& dicente Parocho ſe neque,ut Pa-*
*rochum,neque ut Teſtem illi clandeſtino matrimonio poſſe, nec*
*velle intereſſe(*Ecce innegabilem intelligentiam, & adverten-
tiam Parochi)*Teſtes tamen dicunt, contractum fuiſſe matrimo-*
*nium &c.eod.Parocho obturante aures licèt eis vis fieret &c. Se-*
*cùndum dubium &c utrum tale matrimonium validum ſit; Con-*
*gr.cenſuit, non valere, ſi non intellexit, niſi affectatum eſſet*
*non intelligere.*

In iiſdem prorsùs terminis loquitur reſolutio Sac. Congr *in*
25 *Patavina*, quę proindè eodem prorſus modo intelligenda eſt,
ex adductis per *Card.de Luc.de Penſion.diſc.81.ſub n.19.* In il-
la enim clarè conſtabat de intelligentia Parochi,qui,ut legitur
26 in decreto; *Cæpit indignatus eos* (nimirum Contrahentes)
*increpare,& redarguere*;tempore, quo conſenſum perfectè ex-
plicabant: Sponſus enim: *Innuens Parocho d. Mariam pro-*
*nunciavit hæc verba:* Vedete, queſta è mia moglie: *Eadem*
*verò Sponſa ſtatim ſubjunxit*; Queſto è mio marito, &c. e
27 Signor sì, che il Sig.Gambara deve eſſere mio marito; De
qua Parochi intelligentia, & de adeò claris, & incontrover-
tibilibus verbis Sponſæ in caſu noſtro nullo modo conſtat ex
ſuprà animadverſis.

Reſolutio in Cauſa *Sarzanen.* nulla indigeret reſponſione,
28 ex quo non exhibetur ſolitis legalitatibus munita, ut fuit
practicatum reſpectu reſolutionis *Patavinæ*. Quando enim
reſolutiones Sac.C.C.non adducuntur munitæ ſolitis legali-
taribus, ex ſpeciali ſanctione Urbani VIII *inter ſuas la 197.*
*in Bullar.nov.to.4.*nulla fides eſt illis præſtanda, ut, omiſſis
29 generalibus, in noſtris præciſis terminis obſervant *du Hamel.*
*in Theol.ſpecul.& practic to.7.tr de Matrim.lib.1.diſcept.3.c 3.*
*n 6.verſ Quo autem,& cap.6.ſub n 2.fol 671. Herinkx.ubi ſu-*
*pra n.2.*ubi ampliat concluſionem, quandò non videntur con-
30 venire cum juris ratione, & generalitèr *Sylveira opuſc.2 re-*
*ſol.25.de Declar.Card.nu 7.fol.283.* & reſolvit C.C 2 *Aug.*
1631.teſte *Barboſ.de Jur.Eccleſ.univ.lib.1.c.4.num.83.* Quam
communiter receptam concluſionem limitari in Urbe, ob fa-
31 cilitatem recognoſcendi Regeſta Sacrarum Congr. advertit
*Card.de Luc in Relat.Rom.Cur for.diſc.16.n.2.in fine.*

Augeturque dubietas à nimis eleganti, & fundatiſſimo Vo-
32 to tunc temporis Præfecti, eidem aſſertæ reſolutioni contra-
rium, quod hac occaſione per manus circumfertur.

Et tamen, quandò etiam adduceretur in authentica for-
33 ma, illud nil aliud firmat, quàm quod matrimonium ſubſti-
neatur, etiamſi Parochus non intellexerit verba Sponſæ,
quàm conſtabat, fuiſſe alloquutam, dummodò tamen de il-
lius conſenſu ex aliis ſignis, juxtà juris communis diſpoſitio-
nem legitimè conſtet, idque ad ipſius Epiſcopi diſpoſitio-
nem pertinere; Ex quibus nullo modo infertur validitas ma-
trimonii, quando Parochus non audivit verba illius, quam
non oſtenditur, fuiſſe loquutam, nec vidit ſigna ejuſdem, 34
de quorum exiſtentia, & ſignificatione concludenter non do-
cetur, ut in noſtro caſu.

## §. XV.

*De pœnis Parochi, aſſiſtentis Matrimonio clandeſtino,*
*& ad illas effugiendas quid facere teneatur.*

QUæ omnia ſi habent locum in genere, & reſpectu Ma-
trimoniorum, contractorum etiam denunciationibus
præmiſſis, juxta terminos majoris partis authoritatum, ſu- 1
prà allegatarum, multò magis procedunt in terminis Matri-
monii clandeſtini, cui nedùm Parochus aſſiſtere non tene-
tur, nec poteſt abſque incurſu pluriùm pœnarum, & ſignan-
ter ſuſpenſionis à Divinis, ut videre eſt *in Tom. 1.par.2. di-*
*ſcept.2.à num.28.*

Sed tenetur eiſdem clandeſtinis Matrimoniis poſitivè reſi-
ſtere, ſeu illa, quantum in ſe eſt, prohibere *ad Text. litera-* 2
*lem in c.Cùm inhibitio de Clandeſt.deſponſ.*ibi: *Sanè ſi Paro-*
*chianis Sacerdotales conjunctiones prohibere contempſerit &c*
*per triennium ab officio ſuſpendatur, graviùs puniendus, ſi*
*culpę qualitas poſtulaverit*; quem ſequuntur, & exornant
adducti *in To.1.p.2.diſcept.2.n.26.*

Ultrà quam ſuſpenſionis pęnam, incurrunt etiam Paro-
chi, clandeſtinis matrimoniis voluntariè aſſiſtentes, rea-
tum peccati mortalis, ut in ſpecie obſervant innumeri Theo-
logi,citati *in d To.1.p.2.dicta diſcept.2.n.29.*& addo *Vulp.re-*
*ſol.moral.107.n.7.& à Spiritu Sanct.in Director.Confeſſar.to.*
*2.fol.192.n.994.& ſeq.*

Si igitur reſpectu horum matrimoniorum Parochus poteſt,
imò præciſè tenetur etiam ſub pœna peccati mortalis, poſi-
tivè, & activè agere, illa prohibendo, quantò magis neu- 3
tralitęr ſe habendo, poteſt affectare non videre, vel non au-
dire, imò fugam arripere ad non audiendum, & videndum,
juxtà practicum caſum hujuſmodi affectationis, mediante fu-
ga, de quo pro veritate conſultus reſpondit *Card. de Lug. de*
*Juſtit.& jur to.2 diſp.22.ſub n.23.*ibi: *Præſente caſu Parocho,*
*& duobus Teſtibus,& fęmina ex induſtria ibi expectante, adve-* 4
*nit Sponſus,ut clandeſtinè cōtraheret qui in ipſo ingreſſu à quo-*
*dam Tertio rogatus, ad quid veniret in eum locum, reſpondit:*
*Venio,ut videam Dominam meam &c.quę mea Conjux eſt; Ipſa*
*autem tunc ſubjunxit,& iſte eſt meus Conjux, quo audito Paro-* 5
*chus ſurrexit,& fugit, nè cogeretur Matrimonio clandeſtino aſſi-*
*ſtere.Dubitatum ergo fuit, &c. Ego tamen in rigore exiſtimavi,*
*non eſſe verum matrimonium quia licèt Contrahentes poſtea,*
*data mutuò manu, conſenſum expreſſerint, id tamen Parochus,*
*non vidit, nec audivit.*

## §. XVI.

*Remedia de Jure, & de Facto contrà Parochum affe-*
*ctantem.*

NEc per Parochi affectationem in aliquo derogatur li-
bertati matrimoniorum, ultrò enim admittimus, ad
horum celebrationem, non eſſe neceſſarium Parochi con- 1
ſenſum, ſeu actum aliquem voluntariæ potentiæ, juxtà fir-
mata *per Hurtad.de Matrim.diſp 5 difficult.15.Veg.in Sylv caſ.*
*lib.6.caſ.114.& 115.Ciarlin.controv.131.n.60.& ſeqq. Barboſ.*
*ad Concil.ſeſſ.24.n 85* & ad tenorem reſolutionis Sac. Congr. 2
Concilii *in Brugnaten.16.Maji* 1630. In quo Parochi conſen-
ſu conſiſteret reſtrictio libertatis, ut in ſpecie obſervat *Fa-*
*gn in cap.Quod nobis ſub n.54. verſ. Non eſt cur matrimonium*
*de Clandeſt.deſponſ.*ubi, quod non eſt credendum Concilium, 3
quod maximè ſtuduit libertati matrimoniorum, voluiſſe il-
lud ſubjicere conſenſui Parochi; Sed ex vi decreti Concilia-
ris requiri ſolum actum potentię neceſſariæ, intellectus, ſci-
licet, ſeu ut loquitur *Card.Pallavic.in Hiſtor.Concil.lib.22.*
*cap.8.n.14.* his verbis: *Non fù biſogno al valore del matrimo-*
*nio che nè il Veſcovo, nè veruno de' Parrocchiani preſti autori-*
*tà, ò conſenſo, baſta, che in ſua preſenza, etiamdio à ſuo diſpet-*
*to l'huomo, e la donna con l'intervento di due altri teſtimonii,*
*eſprimano la volontà di ſpoſarſi, & n 17.* ibi: *Li Padri, &c.*
*non vollero che il Parrocchiano con altro vi doveſſe concorrere,* 4
*ſe non col miniſterio, etiamdio forzato, dell' orecchie, e dell'*
*occhi;*

ecchj; Quod poteſt commodè haberi, tam de Jure, quàm de Fa-
cto contra ipſammet voluntatem Parochi, nedùm in matri-
moniis ſer. ſer. contrahendis, mediante recurſu ad Superio-
rem, ut Parochum cogat ad intereſſendum, vel alium in
5 ejus locum ſubroget, ut advertunt *Gonz. in cap. Cùm inhibi-
tio n. 8. in med. de Clandeſtin. deſponſ. Gratian diſcept. 169. n. 8.
& 9. & in eorum Tract. de Matr. Sanch. lib. 3. diſp. 28. num. 4. Le-
deſm qu. 45. art. 5. punct. 3. paulò antè dub. 4. Guttier. cap. 66. nu.
3. & 15. & Ventrigl. de Juriſdict. Archiep cap. 148. nu. 2. & ſeqq.*
Sed etiam in matrimoniis clandeſtinis, mediante poſitiva
6 coactione; Licèt enim in his caſibus Parochi detineantur al-
ligati, vel alio modo impediantur, nè diſcedant, adhuc )
quidquid ſit de peccato ) certum eſt, quod ſi advertant, &
intelligant, matrimonium eſt validum, ut obſervant *Zoeſ.
in Jus canon. lib. 4. de Clandeſt. deſponſ. n. 12 fol.* 398. ibi: *Sola
præſentia Parochi, tanquam Teſtis qualificati &c cùm ſufficiat
ſi adſit, & intelligat quid agatur, &c. etiam per vim compulſus,
&c. modò intellexerit quid actum ſit. Sanch. lib. 3 diſp. 39. n. 7. &
ſeqq.* & ſignanter *n. 9.* ubi, quod hoc caſu ſalvatur finis de-
creti Concilii, cùm jam matrimonium, taliter contractum,
7 conſtet Eccleſiæ, & refert ita deciſum ab Sac. C. Conc. citat-
que innumeros concordantes, *Caſtrop. Oper. moral. to. 2. diſp.
2 de Matrim. punct. 13 § 8. n. 11.* ubi, quod injuria non impe-
dit, quin Parochus de Matrimonio teſtari poſſit, qui eſt fi-
nis Concilii, *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de Reform. matr. cap. 1.*
8 *n. 96. Cabaſſut. in Noti. Concil. in notis ad Conc. Trid. ſeſſ. 24.
verſ. Hìc jam quæritur fol. mihi 484. Chriſtin. dec. Belg. c. 333. n.
10. lib. 1. Pac Jordan. var lucubr. lib. 3. tit. 7 de Matr. n. 96. Gut-
tier. de Matr. c. 69. n. 10.* ubi, quòd conſulta S. C. Conc. ab Epiſ-
copo Salamantino ita reſpondit *Albornoz. de Art contract. lib.
4. to. 1 Aval. de Segur. in Direct. Jud. Eccleſ. par. 2. c. 15. num.* 51.
*Corrad. in Prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 7. cap. 7. n. 37. verſ. Nec ta-
men, Theſaur. de Pęn. Eccleſ. par. 2. verb. Matrimonium c. 6. n. 2.
verſ. Nota ſecundo, Ciarlin. controv. 131. n. 63.* ubi, quod Pa-
9 rochus non requiritur ad approbandum matrimonium, ſed
ut ipſe ſciat, & intelligat, & ab illo Eccleſiæ conſtare poſ-
ſit, *Parlad. Rer. quotid. differ. 45. num. 5. & ſeqq. Trullench. in
Prax. Sacram. lib. 7. cap. 6. dubit 5. nu.* 3. ubi, quod Tridenti-
10 num requirit præſentiam, ſufficientem ad teſtificandum, &
aſſiſtentia, quamvis coacta, ſi fiat cum advertentia, eſt ſa-
tis ad teſtificandum, & cenſetur humano modo, *de Rubeis
de Validit. legal. c. 15. n. 66. & ſeq. Hurtad. de Matr. diſp. 5. diffic.
15. n. 49. Merbeſ. in Sum. Ethic. Chriſtian. de Sacram. Matrim.
diſp. 7. q. 8. fol. mihi* 462. ubi, quòd matrimonium eſt validum,
ſed illicitum, tum ratione injuriæ Parocho illatę, tum ratio-
11 ne contemptus Eccleſiæ, *Gobat. in Theolog. experim. tract. 9.
n. 491. in princip. Perez ab Unanoa de Matr. diſp. 40. ſect. 10. n. 5.*
ubi, quod Tridentinum requirit ſolam præſentiam Parochi,
ſufficientem ad teſtificandum matrimonium factum, quæ,
12 quamvis coacta, ſufficit ad dictam teſtificationem, latè
*Monacell. in Formul. tom. 3. tit. 2. form. 5. à n. 6. fol. mihi* 138. &
*Rota cor. Seraph. dec.* 1099. *num.* 5. ubi teſtatur de opinione S. C.
Conc. *& in Calaguritana Matr. 26 Junii 1671. §. Accedit cor.
Alberg. & Gavard. in Theolog. exantiquat. tom. 6 par. 2. de Matr.*
13 *art. 8. ſub n. 16. fol.* 595. & pluries reſolvit hæc Sac. C. ut videre
eſt *in To. 2. par. 1. diſcept. 10 n. 135 & ſeq.*

Et tamen cùm ſimus in terminis Sacramentorum, hujuſ-
modi voluntas Parochi, quando etiam eſſet neceſſariò re-
quiſita ( quod ſemper negamus ) adhuc non eſſet res nova,
dum neceſſariò requiritur in aliis Sacramentis, non volun-
14 tatis, ut eſt Matrimonium, ſed neceſſitatis, ut eſt Baptiſ-
mus, Pœnitentia &c. in quibus, voluntate præciſa, illa
nullo modo conferuntur, juxta communem Theologorum
ſententiam, de qua *Uaſquez in 3. par. D. Thom. to. 2. diſp.* 188.
*per tot. Cabren. in 3. p. to. 3 q. 64. art. 8. diſp. 5. & Quintanadven.
de Sacram. tr. 1. ſingul. 1. per tot.* ubi, quod hoc eſt de fide uti de-
terminatum *in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can.* 11. & noviſſimè fuit defi-
nitum a S. Sede 5. *Decemb. 1690. propoſit.* 28 inter illas, da-
mnatas ab Alex. VIII.

Et in præciſis terminis Sacramenti Matrimonii expreſſè
15 probant *Eſtius in 4. Sent. diſt. 26. §. 10. per tot & Card. Pallav.
in Hiſtor. Concil lib. 22. c. 8. n.* 13. ubi nimis ſolidè obſervat,
quod non verificaretur decantata reſtrictio matrimoniorum
per Authorem damnatæ memoriæ, quem reprobat, quia
illorum celebratio non ab una, ſed à quatuor qualificatis
Perſonis dependeret, nimirum Parocho Mulieris, Parocho
Viri, Vicario Generali, & Epiſcopo, & addi poſſunt Vi-
carius Generalis Archiepiſcopi, & ipſemet Archiepiſcopus,
16 ut benè probant *Ventrigl. de Juriſdict. Archiep. cap.* 148. *per
tot. Amic. in Curſ Theolog. tom. 9. diſp. 4. ſect.* 10. *num.* 80. *&
ſeqq. & Jorius de Matrim. p. 4 q. 7. de Paroch. num.* 6 *verſ. Et
etiam poſſe.* Et reſolvit *hæc S. C. in Nullius Carpen. Matrimo-
nii 20. Januarii 1680. in lib. 31. decr. fol.* 1. Imo etiam Legatus
à Latere, ex traditis per eundem *Ventrigliam ubi proximè*,
eo quia iſte omnia poteſt in ſua Provincia, quæ poteſt Epi- 17
ſcopus in ſua Dięceſi, quos omnes prorſus inveriſimile, ne
dicam moraliter impoſſibile eſt, velle conſpirare in matri-
moniorum deſtructionem, ut benè obſervat *Rot. dec. 135. nu.
7. & ſeqq. cor. Merlin. & dec. 408. n. 10. cor. Priol.* Et adaptantur
firmata in Voto, edito *à b. m. Lonio in Romana annuæ Præ-
ſtationis 23. Martii 1715. §.* 24. Itant meritò concludat idem 18
*Pallavicinus* non fuiſſe auditum: *Che nello ſpatio, e nell'uſo
di 90. anni &c. li Popoli Cattolici gridino di non poter libera-* 19
*mente contraere li loro matrimonii, perchè li Preti non vo-
gliono.*

Si autem aperitioni meræ poſſibilis Feneſtræ voluntatis tot
qualificatarum perſonarum, tanto zelo ſe oppoſuit olim
hujus S. C. Præfectus Card. Caraffa, ut legitur in apoſtilla
propria manuſcripta in Voto originali ibi: *Ne patefacere-* 20
*mus magnam feneſtram*: Quali intrepiditate, ſi viveret, ſe
opponeret hodiè maximæ Portę cont. Concilium, quam nul-
la habita ratione ad magnum exemplum, ſpeciem iniqui ha- 21
bens, omni adhibito conatu, & ferè per vim F. aperire præ-
tendit.

Enixè EE. PP. rogando advertere, quod ex affirmativa
reſolutione noſtri caſus, non ſine congrua deductione, in-
ferri legitimè poſſet, quod validum ſit matrimonium, con-
tractum abſque ſolemnitatibus à Conc. Trid. præſcriptis,
cor. Parocho, cum juramento affirmante, ſe attentè adſti-
tiſſe, & non obſervaſſe conſenſum unius ex Contrahenti- 22
bus; Fundando eundem conſenſum in dicto duor. Teſtium,
nullo modo conteſtium, innumeras exceptiones patientium,
& de falſo convictorum à Parocho, & aliis Teſtibus, cum
Parocho perfectiſſimè concordantibus. Quodque pro vali-
ditate matrimonii, etiam poſt Concilium, non ſit neceſ-
ſe, ut Parochus audiat, & intelligat mutuum Contrahen-
tium conſenſum; Quæ propoſitiones, deſtruentes conci-
liarem diſpoſitionem, non videntur ab hac Sac. C. per-
mittendæ ex animadverſis *ſuprà §. 14. num.* 10. Taliſque vi-
dentur naturæ eędem propoſitiones: *Per cui ſarebbeſi potu-* 23
*to meritamente congregare un Concilio a poſta*, ut ad propoſi-
tum obſervat *Card. Pallavic. in Hiſtor. Concil. lib. 22. cap. 8.
num. 19. in medio.* Et faciunt animadverſa *per Card. de Luc.
de Matr. diſc. 16. n. 22.*

Quò magis autem exageratur libertas matrimoniorum,
quam in rei veritate ſummoperè præ oculis habuit Trid. 24
Conc. excludendo etiam neceſſitatem conſenſus Parentum,
eo magis emicat neceſſitas major attentionis, & perfectæ
intelligentiæ Parochi, quem ſub pœna nullitatis, uti prin-
cipalem, & qualificatiſſimum Teſtem adhiberi voluit, ad
hoc ſcilicèt ut ſupplere poſſet vices eorundem Parentum ab-
ſentium, & attentè videre, maturèque conſiderare, an ve-
rus adſit conſenſus, abſitque omnis doli, & fraudis ſuſpi-
cio, ut in terminis advertit *Marchant. in Tribun. Sacram. poſt
10. 3 caſ. 3. in Reſolut de Matr. fol. mihi* 33. ibi: *Ut nimirum mo-* 25
*raliter aſſiſterent, & Teſtes eſſent conſenſus expreſſis matrimo-
nialis, & contractus concluſi, utique ad evitandos dolos, frau-
des, incertitudines, quæ ſcandala in Eccleſia cauſant, &
contractus nullos ſæpè introducere ſolent, & Uſſel. in Conſult.
connub. fol. 46. in princ.* ibi: *Præſentia Parochi &c. ad præcaven-
dos dolos, & deceptiones eorum, qui illegitimè contrahunt à
Conc. Trid. in matrimonio requiri videtur.*

## §. XVII.

*Formam Conciliarem non poſſe per æquipollens adimple-
ri, pluribus exemplis, comprobatur.*

Cum receptum unanimiter ſit inter Theologos, & Ca-
noniſtas, ea, quæ reſpiciunt aſſiſtentiam Parochi,
& Teſtium *in cap. 1. ſeſſ. 24. de Reform. matr.* eſſe de hujus
forma, hinc communiter admittunt, illam non poſſet per 1
æquipollens adimpleri, ut obſervant quamplures, adducti
*per Sanch. de Matrim. lib. 3. diſp. 17. num. 4. & ſeq. Barboſ. de Pa-
roch. cap. 21. num. 61. Card. de Luc. de Matrim. diſc. 3. num.* 14.
*Adden. ad dec. 431. num. 35 & ſeq. par. 4. to. 2. rec. Rot. in magi-
ſtrali dec. 657. per tot. par. 1. diverſ. & dec. 308. n. 1. & per tot cor.
Dunoz. ſen.*

Nullum propterea reputatur matrimonium, in hac for-
ma deficiens, etiam ſi per æquipollens pluſquam adimple- 2
tum videatur hujuſmodi decretum, ut de matrimonio con-
tracto abſente Parocho, & ſcientibus omnibus Vicinis, ob-
ſervant *Gonzal. in cap. Cùm inhibitio num. 6. in fin. de Clandeſt.*

*deſponſ.Sanch.de Matr.lib.3.diſp.17.n.7. Enriquez de Matr. lib.11.cap.3.n.5.Navar.in Sum.cap.25.num.124 Boſs de Contract.matr.cap.1.§.12.num.29.& ſeqq.Guttier. eodem tract. c. 55. num.6.& cap.61.nu.8. Barboſ.de Paroch.c.21.n.61.& Filliuc.Oper.mor.tract.10.de Matrim.cap.6.de Miniſtr.n.196.verſ. Quartus, fol.mihi 235.*

Et de matrimonio, contracto in præſentia Parentum, &
3 plurium Teſtium, *Gavard.in Theolog. exantiquat.to.6.qu.2. de Matr.art.8.n.1 fol.590.*

Et de matrimonio, contracto in præſentia mille Teſtium,
4 & multarum Perſonarum egregiarum, atque Sacerdotis non proprii *Zipp.in Jus Pontific.tit.de Sponſal.& Matrim. nu. 14. Gonzal. ad Regul.8.Cancel.gloſs.48.num.30 & 31.Corrad. in Prax. diſpenſ.lib.7.cap.7.num.36 Barboſ de Poteſt.Epiſc.alleg. 32.num.81.Boſs.de Contract matr.cap.1 num.29. & de Juſtis de Diſpenſ.matr.lib.2.cap.6.num.376.& lib.2.cap.19.nu.95. & ſeqq.*

Et de matrimonio, contracto coram omni Populo, Pa-
5 rocho abſente, *Caſtropal.Oper.mor.tom.5.diſput.2. de Matr. punct.13 §.8.num.2.*

Et de matrimonio, contracto coram Magiſtratu, & Ple-
6 bis multitudine, Parocho per accidens, & tanquam uno de Populo, ſpectante inter multitudinem, *Herinthz. in Theol. Schol.& mor.tr.5.de Sponſ.& matrim.diſp.5.q.2.n.25.*Et de matrimonio contracto coram Parocho, à Contrahentibus non rogato *Fagn.in c.Cùm eſſes n 20.de Teſtam.*

Et de matrimonio, contracto in publica Platea, coram
7 magno cœtu Virorum qualificatorum, & coram magno numero perſonarum, in Eccleſiaſtica, etiam majori dignitate, conſtitutarum, ſeu aliàs qualificatarum, *Card. de Luca de Matrim.diſc.3.n.14.& 15.*

Et de matrimonio, contracto in facie Eccleſiæ coram eo,
8 qui publicè reputabatur Parochus, non obſtante deſcriptione in Libro Parochi, & conſumatione, imò Prolis ſuſceptione, cum publica Eccleſiæ bona fide, *Adden. ad dec. 431. num. 35.& ſeq. par. 4. tom. 2. rec. Gobat. in Theolog. experim. tract. 9.num. 417.& Rot.* in celebri *dec. 308.per tot.coram Dunoz.ſen.*

Viva autem ratio hujus inſupplebilis formæ ( ſequendo
9 modum diſcurrendi de Sacramentis, mediantibus terminis materiæ, & formæ, primo loco uſurpatis anno 1215. *à Guillelmo Altiſſiodorenſi,* quem deinceps omnes penè Theologi ſequuti ſunt, ut ex *Morin exercitat. 1.de Sacr. Ordin.*obſervat eruditus *du Hamel in Theolog.ſpeculat. & pract. tom. 7. tract. de Matr. lib. 1. diſſert. 3. cap. 5. per tot.* ) ea eſt, quia Concilium Perſonas matrimonium, contra formam ab eo præſcriptam contrahentes: *omninò inhabiles reddit*; Ma-
10 teria autem Sacramenti Matrimonii ſunt Perſonæ contrahentes, ut docent communiter Theologi, adducti per *Bellarm. Contr. lib. 1.de Matr. cap. 6. Suar. in 3. part.tom.3.diſp. 2.ſect. 1. concluſ. 3. Raynaud. in Heteroclit Pietat.lib.16. ſect. 1.punct. 14 de Matr. Sacram.num.3.& ſeq fol. mihi 175. Tolet. Inſtruct. Sacerdot. lib. 7. cap.2.num.4 Filliuc.Oper. moral. tom. 1.cap.1.de Eſſent.matr.num.14 Barboſ.ad Conc.ſeſſ.24.de Refor.cap.1.num.125 & ſeq.Caſal.de Veter.ſacr.Chriſt.ritib.cap. 1.num.18.Cotron.contr.1 de Matr.cap.1.num.18.& Gavard.in Theol.exantiqu.tom.6.quæſt.2.de Matr.art.2.§.1.nu.4.fol. 555.*

11 Inhabilitatis igitur Perſonis, deeſt materia, proindeque daretur acceſſus ad non ſuam, contra præceptum Divinum, ut obſervant *Araux deciſ. moral.diſput.11.de Stat.civil. quæſt.3. num.5.fol.mihi 497.Sanch.de Matr.lib.3. diſp.17. num. 4 Paſqualig.de Privileg.Conſtit.in art mort quæſt.449.num.3. & per totam*, & firmavit *Rot.dec.398.num.3.& 4 coram Dunoz jun.* Non mirum igitur, ſi eadem Sacramenti materia ſuppleri nequeat ab æquipollente, etiam ſi pluſquàm ſuperet requiſitum Concilii, ut de ſe patet.

Non obſtantibus inductionibus, & argumentis, à Civi-
12 lium legum diſpoſitione deducti: *Alias enim eſſe leges Cæſarum, alias Chriſti, aliud Papinianum, aliud Paulum præcipere*; ſcriptum reliquit *D. Hier.ad Ocean. in Epitom. Fabiol.* teſte *Uſſelio in Conſult. connubial.fol. mihi 63. in princ.* Atque Apoſtolorum dicta prævalere dictis Imperatorum, obſervat *Fagnan. in cap. Cùm eſſes num.134.de Teſtam.*

## §. XVIII.

*Demonſtratur defectus conſenſus Helenæ ex dictis, & factis omnium perſonarum, exiſtentium in Eccleſia, & primo loco ex depoſitionibus Parochi, & duorum Teſtium, in omnibus concordantium.*

Redeundo ad probationes defectus conſenſus, advertendum eſt, nos eſſe in terminis actus, geſti in Eccleſia S. Ivonis, præſentibus ſeptem perſonis, nempè Parocho, Antonio, & Alexandro Clericis, Helena, & Franciſco, aſſertis Sponſis, & Dominico, & Petro Teſtibus.

Parochus, tàm in Relatione abſque juramento, facta Curiæ Eccleſiaſticæ, quam in duplici jurata atteſtatione, ad puram veritatis comprobationem emiſſa, non poteſt clarioribus verbis conſenſum excludere, & quidem non aſſerendo, quod non audiverit verba, vel non viderit nutus, quod ſuperabundaret, ſed quod He. ab ipſo attentiſſimè ratione proprii officii conſiderata, non fuerit loquuta, minuſque aliquod fecerit ſignum, ſeu nutum, cui Parocho plenam 1
in hoc adhibendam eſſe fidem, ex quo teſtatur de re, ad ſuum officium ſpectante, punctualiter probavimus ſupra *§.11.n.6.*

Antonius, & Alexander Clerici in omnibus concordant cum Parocho circa excluſionem ejuſdem conſenſus, ut ex eorum depoſitionibus, qui cùm fuerint ad factum attentiſſimi, 2
totamque illius ſeriem optimè concludant, licèt non formaliter, virtualiter tamen negativam coarctare dicuntur, ex allegatis ſup.*§.10.n.9.*

Nec illis obſtat defectus minoris ætatis, quia cùm teſtentur de verbis, & nutibus, qui abſque dubio percipi poſſunt à Minoribus, puberes effecti plenam merentur fidem; Pre- 3
cipuè quia concordant cum aliis adminiculis, de quibus infra, nec adducuntur principaliter ad diſſolvendum matrimonium, ſed ſolùm ad demendam, ſeu debilitandam fidem Teſtibus contrariis, ex allegatis ſupra *d. §. 0. num.* 8. & addimus in punctualibus terminis *d. Uſſell. in Conſult. connub.fol. mihi 38. in princ.* ibi: *Quod univerſim etiam procedit, ubi teſtimonium &c. aliis argumentis, ut in præſenti controverſia, adjuvatur.* Præſertim ex quo in Eccleſia non aderant alii, ex quibus id comprobari poſſit, in punctualibus termi- 4
nis *Alex.conſ.156.num 10.lib.5.* citans concordantes, *à Pont. conſ.44.num 2 & 3.& Ventrigl in Prax.p.1.de Matr.met. contract.§.4.annot.3.num.4.*ibique *de Luc.in addit.num.2.*ibi: *Dices in cauſa matrimoniali, quando agitur ad deponendum matrimonium, requiri Teſtes omni exceptione majores, & probationes exactas, Ergo Teſtes inhabiles non admittentur. Reſpondet &c.Regens de Pont. d. conſ. &c. non procedere objectionem, quando ſumus in probando facto, ad quod alii Teſtes haberi non poſſunt; Oliver.de Matr.nullit.inſpect.4 fol. mihi 85.* ibi: *Verùm in caſibus difficilis probationis admittuntur Teſtes, qui aliàs eſſent inhabiles.*

Addita conſideratione, quod concordant cum Parocho: *Eſto enim Teſtes per ſe admittendi non eſſent ad matrimonium, ob eorum vitium, & defectum, quia tamen admittuntur ſimul* 5
*cum Parocho, ex ejus præſentia eorum vitium ſuppletur*; ut in terminis obſervat *Caſtropal.Oper.moral.to 5. diſp. 2. de Matr. punct.10.§.13 n.3.Oliver.de Null.matr inſpect. 4. fol. 86. in princ.*ibi: *Inhabiles etiam admituntur, quando &c concurrunt cum aliis habilibus; Ventrigl.in Prax.p.1.de Teſtib.in cauſ. matr.annot.3.§.2.ſub n.9.* ibi: *Defectus horum Teſtium ſuppletur per præſentiam Parochi; Amic. in Curſ.Theolog to. 9. diſp. 7. de Conſenſ.clandeſt.n.103.*ibi: *Hunc tamen defectum ſupplet Eccleſia per Parochum, qui eſt omni exceptione major, & cum duobus Teſtibus, licèt infamibus, poterit in judicio ſufficientem probationem facere; & Rot dec.179 n.11.cor.Peuting.*ibi: *Ac Pe-* 6
*tri Teſtes corroborantur, tam ex cæteris facti circumſtantiis, quàm ex trajudiciali depoſitione Parochi, & ob hoc præferri debent ex Judicis arbitrio, Et dec.490.n.13 p.18.rec.*ibi: *Et ulteriùs adeſt Sacerdos, à Parocho deputatus, cujus dictum, & authoritas ſupplent, & reintegrant aliorum Teſtium perſonas, & depoſitiones, itaut plenè probent.*

Abſque ulla difficultate, ex quo dubium verſatur circa defectum conſenſus, ad quem probandum, quoslibet admitti Teſtes, etiamſi aliàs non eſſent de jure admittendi, punctualibus authoritatibus, loquentibus in ſpecie contra Matrimo- 7
nium conſumatum, probavimus ſupra *§.10.n.2.* Et ad hunc effectum *Neceſſe eſſe Iudicem Eccleſiaſticum omnia rimari, & perpendere, omneque genus rationabilis probationis admittere ad eruendam veritatem*; in terminis obſervat *Oliver. de Null. matr fol.89 in princ.*

§. XIX.

## §. XIX.

*Demonſtratur ſecundò defectus conſenſus ex dictis, & factis
Helenæ prætenſæ Sponſæ, & Franciſci aſſerti Sponſi.*

HElena ſeriò ab Eccleſiaſtico Judice interrogata, poſt-
quam repoſita in ſui libertate reperiebatur in Conſer-
vatorio, eundem conſenſum apertis verbis negavit, quod
1 in terminis obſervant *Cepol. conſ. 59. num. 13. Sanchez de Ma-
trim. lib. 2. diſp. 42. num. 12. Ciarlin. controv. foren. 131. num.*
39. & firmavit *Rot. deciſ. 102. num. 5. part. 15. recent.* Attento
præſertim, quod non adducitur principaliter ad deſtruen-
dum matrimonium, & adminiculatur ab aliis probationi-
bus, ut præcisè obſervant *Corn. conſ. 91. colum. 3. verſ. Item
facit lib.* 3. ibi; *Et ſecundum hoc cum Domina N. aſſerat,
non conſenſiſſe in eum uti in Maritum, multùm conferat, cùm
aliter verba ſaltem ſint æquivoca; & maximè ſtante aperta
confeſſione &c. quæ dicit quod nunquam contraxit matrimo-
nium cum dicto &c. & Rot. deciſ. 505. num. 9. part. 15. recent.*
ibi: *Præcipuè quia hanc ejus deliberatam intentionem Puel-
la Rev. Namurcenſi ab hoc ſacro Tribunali ad explorandam
ejus voluntatem deputato, expreſſit, talis enim declaratio in
ſubjecta materia plurimùm attendi ſolet; Et in Colonien. Il-
legitimit. 6. Maii 1653. §. Quorum coram Veroſpio, & in Fa-
ventina Matrimonii 5. Junii 1658. §. Certiùs in fine cor. Card.
Taya, & in Bononien. Matrimonii 15. Junii 1676. in fine co-
ram Vicecomit. & in Novarien. Sponſalium 1. Julii 1593. §. Et
omnia coram Muto, & in Monaſterien. Matrim. 27 Junii 1696.
§. Juſtificata coram Card. Caprara.* Quæ punctuales deciſio-
nes loquuntur in terminis explorationis voluntatis, non poſt
unum, & alterum menſem, ut in caſu noſtro, ſed poſt an-
num, & ultra. In his enim caſibus vis non ſtat in tempore,
ſed in libera, & præciſa voluntate, quæ quandocumque ha-
beatur, ſemper attenditur.

Nec credimus repetendas divinationes, quod hujuſmodi
declaratio proceſſerit, & perſeveret ab illecebris ſeducentis
Aviæ, Hæc enim ſeorſim habitat à Conſanguineis, mo-
2 ram facit in celebri Monaſterio, cum omnibus palam, &
quotidiè loquitur, ejuſque voluntariæ perſeverentiæ in hac
declaratione adſunt tot Teſtes, quot exemplaris vitæ ibi-
dem degunt Moniales, quotquot in quinquennio cum ipſa
ſunt allocuti, & F. met qui per interpoſitas perſonas non ſe-
mel ſuam tentavit voluntatem, hanc ſemper expertus eſt
conſtantiam.

Sed quando contra hanc facti evidentiam concederetur,
Conſanguineos He. aliquid eidem dixiſſe circa hoc factum,
nonnè juſtè conqueri poſſent, licitum fuiſſe F. eadem ſedu-
cere malis artibus, deceptionibus, doloſis ſuaſionibus, &
machinationibus (juxtà verba Sententiæ Tribunalis Eccle-
ſiaſtici in judicatum tranſactæ, & à Papa approbatæ) &
3 deinde in culpam imputare eiſdem Conſanguineis pietatis
neceſſaria officia ab ipſa natura inſita, aperiendi ſcilicet,
& declarandi eaſdem ſeductiones innocentiſſimæ Nepti:
*In his enim caſibus libertas non diminuitur, ſed regulatur,
& perficitur, quando Pater ex officio pietatis, quo tenetur,
curat nè male filia nubat;* ut obſervat his verbis *Tranchedin.
4 conſult. 33. num. 15.* & concordant alii adducti à *Rot. in deciſ.
301. num. 18. part. 11. recent* Si autem voluntariè ut exadver-
ſo prætenditur ad nuptias convolaſſet He. vix pubertatem
egreſſa, multò magis poſtquam effectus earundem experta
fuit, adulta hodiè in eodem propoſito perſiſteret, ut in ter-
5 minis obſervat *Oliver. de Matrim. nullit. part. 2. fol. 53.* ibi:
*Probatur etiam diſſenſus &c. quia ſi verè conſenſiſſet, illum
non ſpreviſſet, neque odio habuiſſet; & fol. 58. in fine* ibi:
*Mulier &c. perſeveravit in confeſſione diſſenſus &c. nam perſe-
verantia omnem levitatis, & iracundiæ præſumptionem ex-
cludit &c. & fol. 70.* ibi: *Mulier &c. perſeveravit in confeſſione
diſſenſus, ſignis addendo ſigna &c. perſeverantiam, confeſ-
ſionem, & factionem magis eſſe attendendam quàm verba ſe-
mel prolata, non etiam obſtante copula &c. ubi non proceſſit
conjugali affectu; & part. 4. fol. 104.* ibi: *Non eſt præſumen-
dum &c. nec ipſa tamdiu perſeveraſſet in ſignis diſſenſus; &
in Faventina Matrim. 5. Junii 1658. §. Conjecturæ coram
Card. Taya.*

F. eundem defectus conſenſus He. non obſcurè indicavit
in ipſamet Eccleſia, quando poſt colloquia habita cum Pa-
rocho, præſentibus, & intelligentibus, tàm teſtibus ma-
6 trimonialibus, quàm contra matrimonium deponentibus,
replicavit verba matrimonii ad effectum extorquendi ali-
quod verbum, vel ſignum ab He. quam nullo modo fuiſſe
loquutam, nullumque ſignum conſenſus tunc temporis de-
diſſe, uniformiter deponunt, tàm teſtes matrimoniales,
quàm teſtes deponentes contra matrimonium, quæ verbo-
rum replicatio excludit, ſeu ſaltem nimium dubium reddit 7
conſenſum antecedentem, ut in terminis punctualibus ad-
vertit *Jacob. Leoniſſ. conſ. 4. num. 3. & ſeqq. inter Conſ. matrim.
diverſ.* ibi: *Præſupponebat Matrimonium jam fuiſſe contra-
ctum inter eos, ideò non erat opus alio ſecundo contractu Ma-
trimonii &c. quia ille fuiſſet ſuperfluus &c. imo illud qui reiterat* 8
*facit injuriam Sacramento: Corn. conſ. 91. col. 3. lib. 3. & Gon-
zad. conſ. 77. num. 13.*

Non obſtante reſponſione, quod id factum fuerit ad cau-
telam, quia hoc etiam per hypotheſim admiſſo, cautela
non reſpiciebat conſenſum F. de quo nulla unquam fuit diffi- 9
cultas ex utrinque admiſſis, ſed reſpiciebat conſenſum He.
Cùm igitur hæc nullo modo ſignum aliquod dederit, vel
verbum aliquod protulerit poſt audita eadem verba, illius
conſenſus remanet in ſtatu prorſus incerto, vel ſaltem mul-
tum dubius ad ſenſum ipſius met F. *ex allegatis ſupra.*

Ex hac verborum replicatione reducuntur ad perfectam
concordiam ea, quæ dixerunt Parochus in Relatione, fa-
cta Curiæ, & He. in ſuo judiciali Conſtituto, in quibus ex- 10
adverſo inſiſtitur; Veritas enim una eſt, & ſæpiùs exami-
nata magis eluceſcit, diſputandoquè faciliùs invenitur, ut
obſervant adducti per *Barboſ. axiom. 224. num. 1.* & benè
*Prob. in cap. Offic. noſtri num. 4. de Offic. Legat. in 6. Fenzon. ad
Stat. Urb. lib. 2. cap. 141. num. 1. & Rota in Romana, ſeu Ja-
nuen. Teſtamenti 2. Aprilis 1683. in principio coram Card.
Matthæjo.* De hac ſiquidem ſecunda verborum replicatione
loquutum fuiſſe Parochum, aſſerentem non intellexiſſe 11
verba He. oſtendit ſola lectura illius depoſitionis, in qua
verba, negantia intelligentiam, cum dictione copulativa,
immediatè cohærent eidem ſecundæ replicationi ibi: *Pietro
&c. à detto al detto Franceſco, dateli al Sign. Curato almeno
li nomi, all'ora il detto Franceſco &c. cavato di ſaccoccia que-
ſta carta &c. e me l'à data in mano dicendomi, eccogli li nomi,
e replicò di nuovo: Io piglio per moglie queſta Signora, la
quale ſtava alla Porta, e queſti Signori, che ſtanno qui, ſiano
per teſtimonii, e non ò inteſo ſe la Giovane mi abbia detto co-
ſa alcuna.*

Nec poteſt aliter intelligi id, quod dicit He. in ſuo Con- 12
ſtituto, ibi: *Sentii, che detto Franceſco alla preſenza del
Parrochiano, e di due Uomini, che ſtavano in Chieſa &c. per
mia legitima Spoſa &c.* Quoniam nec F. prætendit, nec ipſi-
met contrarii teſtes aſſeruerunt, ipſos fuiſſe præſentes coram
Parocho propè Confeſſionarium, tempore quo F. primo lo-
co protulit verba matrimonii, & tamen cùm He. aſſerue-
rit, F. fuiſſe alloquutum in præſentia teſtium: *Che ſtavano
in Chieſa*: non propè Confeſſionarium, etiamſi intellige- 13
rentur de prioribus verbis, nullo modo obſtarent ubicationi
Petri propè Altare Crucifixi, quia ſemper verum eſſet, quod
manebat in Eccleſia, quod ſolum legitur in Conſtituto He.

## §. XX.

*Tertiò infertur idem defectus conſenſus He. ex depoſitionibus
ipſorum met teſtium pro matrimonio deponentium.*

DOminicus teſtis matrimonialis (cujus reſpectu applican-
tur verba *Ciceron. pro Client.* relati *ab Uffellio in Conſult.
connub. fol. 29.* ibi: *Vos auditis de eo, &c. quem non videtis,
&c. de eo quem natura mulctavit*) non potuit verbis magis ro-
tundis eundem conſenſum excludere quàm cum juramento
aſſerendo, ibi: *Io non ſentii, che la ſudetta Giovane avvan-
ti al Parrocchiano, nè avvanti Noi altri diceſſe coſa alcuna:*
qui teſtis, quamvis unicus, contra F. illum producentem 1
plenè probat, ut obſervant adducti per *Rot. coram Coccin.
deciſ. 1396. num. 315. & coram Priol. deciſ. 3. num. 6. & deciſ.
324. num. 8. & in recent. deciſ 737. num 14. part. 18.* Cùmque
data opera pro quarta vice ſe contuliſſet ad Eccleſiam, ad
rem gratam faciendam F. ut ipſemet in ſua depoſitione teſta-
tur, utique dicendum eſt, fuiſſe ad omnia attentiſſimum,
& tamen: *Mirum videtur, quod dictus D. B conductus fuiſ-* 2
*ſet, ut eſſet præſens, in tali contractu, ut ipſe deponit, &
quod ipſe non viderit, vel audierit contrahi dictum matrimo-
nium:* ut in ſpecie per hæc numero verba obſervat *Dec. conſ.
163. num. 20.*

Petrus demum conſenſum probare non poteſt, quia repe-
riebatur in Eccleſia, ut ipſemet fatetur ex mero accidenti,
& ad audiendum Sacrum, manebatque octuaginta palmis
diſtans à Confeſſionario, cui vertebat terga: Si igitur eun-

dem

3 dem conſenſum non audierunt Parochus, duo Clerici, &
Dominicus, qui ſive ex officio uti Parochus; Sive ex ani-
mi deliberatione ad faciendam rem gratam F. uti Domini-
cus; Sive demùm ex magnifico adventu incognitæ Puellæ,
cum Curru, abſque ullo ſamulo, vel famula, uti duo Cle-
rici; Multò minus potuit illum obſervare in ſua ubicatio-
ne, & ſitu terga vertendo Petrus, & quatenus de eodem
conſenſu iſte deponat, attenta hac maxima inveriſimilitu-
dine, nulla eſſet ei præſtanda fides, ex allegatis ſupra §. 9.
4 *num.* 5. & addi poteſt *Rota coram Seraph. deciſ.* 893. *num.* 26.
*& in Romana Filiationis* 1. *Aprilis* 1680. *§. Prætera co-
ram Alberg.*

Non obſtante, quod in ſecundo examine, oblitus prio-
ris, in quo dixerat, audiviſſe quando manebat: *All' Altare
del Crociſiſſo, rivoltatomi verſo il Confeſſionario, nel rivol-*
5 *tarmi ſentii*; ſubjunxerit: *Accorſi per vedere, e ſentire, che
coſa ſi faceva, e nel medemo tempo inteſi, &c.* Cùm enim
hujuſmodi depoſitiones ſint inter ſe contrariæ, ſtatur prio-
ri, ut firmavit *Rota in Peruſina Filiationis* 3. *Martii* 1690. *§.
Si verò, coram Card. Caprara*, cum aliis infra allegandis
§. 23. *num.* 7. Præcipuè quia in illa teſtis clariſſimè individuat
6 ſitum, ubicationem, & modum videndi, & audiendi,
nempe: *All' Altare del Crociſiſſo, voltatomi, e nel rivoltar-
mi ſentii, &c.* Nec poſſunt clara hæc verba detorqueri ad
auditum poſt approximationem, ſicque non: *All' Altare
del Crociſiſſo*: neque: *Rivoltatomi*: minuſque: *Nel ri-
voltarmi*.

Habemus præterea in facto ex depoſitionibus ipſorummet
teſtium contrariorum, & ex illis, qui deponunt contra ma-
trimonium, Parochum à Confeſſionario ſurrexiſſe ſtatim
7 ac audivit priora verba F. prætenſum matrimonium invol-
ventia Supponitur etiam ex adverſo, hoc ipſo tempore ſur-
rectionis Parochi (quod conſiſtit in tot momentis, quot fue-
runt neceſſaria ad faciendum quatuor, vel quinque paſſus,
poſt quos Parochus ſtetit in medio parvæ Eccleſiæ immobi-
lis) He. fuiſſe alloquutam, & ſigna feciſſe; Indeque præten-
debatur inferri in præteritum, ideo non audiviſſe, vel vi-
diſſe, quia ſtatim terga verterat: *Senza darli tempo*: com-
plendi diſcurſum. Hoc poſito, He. vel loquebatur, vel erat
alloquuta: *Al mormorio delle parole*; Sivè attendantur illa
F. quæ fuerunt illa dumtaxat ab eodem teſte relata, ibi:
*Io piglio per mia legitima Spoſa la Sign. Elena e non furono
altre*, de quarum efficacia, & virtute *Rota in Romana Ju-
ris adminiſtrandi* 4. *Junii* 1696. *§. Fortiùs concurrente coram
Molines*; Sive illa Parochi: *Io non vi conoſco, non sò chi
ſiate, &c.* Si autem Petrus terga vertit ſolummodo audito
hoc verborum murmure, à quo ejus magna devotio in
orando forſan fuit interrupta, ſeu ſi: *A queſte parole accorſi
per vedere, e ſentire, che coſa ſi faceva*: Quomodo poſſu-
8 mus dicere, ipſum audiviſſe id, quod anteà dictum fuerat,
vel in ipſomet inſtanti dicebatur, quando eadem verba non
audierunt teſtes, qui non vacabant orationibus, erantque
in ſola diſtantia octo, & tredecim paſſuum reſpectivè: *Et
rivoltati, & accorſi per vedere*; antequam Parochus ſe po-
neret in Confeſſionario, Mirum certè videri debet, quod
eadem verba audierit tanta facilitate Petrus, orans in diſtan-
tia 8. paſſuum, vel ſe vertendo: *E nel rivoltarſi*; ut dixit
in primo examine, vel accurrendo, & ſe approximando,
audito verborum murmure, ut dixit in ſecundo, quando:
*Dictus D B conductus, &c. ut eſſet præſens in tali contractu,
ut ipſe deponit, &c. non viderit, vel audierit dictum matri-
monium contrahi*; ſunt verba *Dec. conſ.* 163. *num.* 20. Non eſſe
9 autem in Jure novum: *Judicem poſſe fidem teſtibus, licèt
plenè deponentibus, non adhibere, quando, ut hic, &c. ni-
mis animosè, & inveriſimilia deponunt*: punctualiſſimè his
formalibus verbis firmavit, & practicavit *Rot. in Rom. Ma-
trim.* 24. *Februarii* 1668 *§. Sub hoc coram Card. Carpin.*

Quibus jungitur improprietas maxima prætenſæ reſpon-
ſionis cum duabus illis dictionibus: *Io ancora*: quæ, ut de
ſe patet, nihil ſignificant, nullumque habent perfectum
ſenſum, cùm juxta Dialecticæ regulas, ſint ſola tertia pars
cathegoricæ propoſitionis, continentis nimirum ſolum ſub-
10 jectum & carentis copula, ſeu verbo, & prædicato, ita-
ut meritò applicentur verba *Alberic. Gentil. lib.* 2. *de Nupt.
cap* 9. relati ab *Havemann de Jure connub. lib.* 1. *tit.* 6. *poſ.* 6. *in*
11 *ſine*, ibi: *Mihi maximè hic diſplicet, ut ſic ſyllabas, & ar-
ticulos in tanto contractu, &c. captemus, quos nec ipſi Periti
ſatis intelligunt*: Augeturque improprietas ſi conſiderentur
unita verbis, quæ refert Aloyſius B. ibi: *Diſſe &c. Franceſco,
Signor Parocho queſta è mia moglie, e voltato alla Sign. E.
non ſon'o voſtro marito? Io ancora.* In terminis *Ciarlin.
controv.* 131. *num.* 37. *&* 38. & in puncto caſus præciſi, de
quo diſputamus, *Rainald. obſerv. crim. tom.* 4. *ad cap.* 22. *ſup-
plet.* 4. *num.* 21.

Quia verò in hac parte datur omnibus argumentandi, &
addendi locus, ſupplendo: *Io ancora piglio per mio legitimo* 12
*Spoſo*; Quare Nos etiam dicere non poſſumus: *Et io ancora
voglio pigliare*; Vel: *Io ancora mi contento di pigliar per mio
Spoſo*; Ex quibus matrimonium de præſenti nullo modo pro-
bari, adductis concordantibus, in terminis longè duriori-
bus, ſupponendo interrogationem præcedentem, firmavit
*Rot. deciſ.* 121. *per tot. part* 1. *diverſ* & ſignanter *num.* 7. ibi:
*At in caſu iſto abſque dubio adeſt communis opinio Doctorum,
volentium verba iſta: Vis accipere in Uxorem: non importa-
re matrimonium de præſenti, nam ita tenent Joan. Andr. &c.
etiamſi, &c. ſunt prolata in præſentia teſtium, & Sacerdotis,
& poſtea ſequuta ſunt oſcula*; Teſtaturquè, hanc eſſe opinio-
nem Legiſtarum, Canoniſtarum, & Summiſtarum, *& co-
ram Peuting. deciſ.* 179. *num.* 2. ibi: *Verba, &c. Vi contenta-
te di pigliare per voſtro Spoſo, non matrimonium perfectè con-
trahendum inferunt, ut plenè probat, &c & in Peruſina Ma-
trimonii* 10. *Maii* 1688. *§. Quibus ita, coram Hervault.*

Quare, inhærendo probatis ſupra §. 4. *num.* 16. probabili-
tate maxima aſſerere non poſſumus, He. allucinatam pœni- 13
tuiſſe, noluiſſeque ulteriùs progredi, pœnitentia ſaltem in-
terpretativa, & occaſione accepta à verbis Parochi, deſu-
mendo hanc noluntatem, ſeu interpretativam pœnitentiam
ab immediata nova interrogatione F. abſque ullo verbo, vel
aliquo ſigno ejuſdem He. Si enim in iſtis caſibus perſeveran-
tia voluntatis præſumitur, ut generaliter probant *Brunor. à* 14
*Sole in loc commun. verb. Voluntas num.* 9. *Clemen. de Patr. po-
teſtat. effect. ultim. num.* 104. *Surd. deciſ.* 111. *eod. num. & Gra-
tian. deciſ. March.* 43. *num.* 23. ubi ampliat concluſionem, 15
quando nulla cauſa mutationis deducitur, & apparet *Rot.
deciſ.* 1223. *num.* 18. *coram Coccin* & in noſtris præciſis termi-
nis *Corn. conſ.* 91. *col.* 3. *verſ. Item lib.* 3. ibi: *Præſumitur,
quod perſeverabat in eadem voluntate; Card. Quetta inter
Conſ. matrim. diverſ German. conſ.* 13. *num.* 9. ibi: *Præſumi-
tur perſeverantia in priori voluntate; & Rota in Peruſina
Matrimonii* 10. *Maii* 1688. *§. Hinc tollitur, coram Hervault,*
ibi: *Inſtantanea mutatio nonniſi gravi cum crimine in Spon-
ſa, & Parocho fingi poteſt.* Atque ſi antecedens voluntas ab 16
immediatè ſubſequentibus, & contemporaneis actibus con-
gruè declaratur, ad notata per *Ruin. conſ.* 192. *num.* 5. *lib.* 23.
*Soccin. jun. conſ.* 32. *num.* 12. *lib.* 4. *Surd. deciſ.* 54. *num.* 6. *& Rot.
deciſ.* 71. *num.* 7. *coram Bich.* & in noſtris terminis *Oliver. de
Matrim. nullit. part.* 3. *fol.* 79. ibi: *Ex præcedentibus enim,
& ſubſequentibus declarantur media*: Noſtra interpretatio, 17
uti veriſimilior, & concordans cum tot aliis probationibus,
conjecturis, & adminiculis, de quibus ſupra, & ſignanter
cum jurata confeſſione He. præferenda eſt contrariæ, egre-
giè *Rot. deciſ.* 317. *num.* 11. *coram Priol.* ibi: *Cui declarationi* 18
*valdè acquieſcit dubius judicantis animus, cùm non poſſit fieri
ſecurior interpretatio, quàm illa, cui convenit, & propendit
declaratio ipſius diſponentis.*

Præcipuè quia: *nulla nos neceſſitas cogit ad interpretan-
dum illa verba aliter*: ut proſequitur *Rota d. deciſ.* 121. *num.*
13. *part.* 1. *diverſ.* reſpondendo præcisè circumſtantiarum
complexui: ibi: *Secundò, principaliter movebantur ali-
qui, quia etiamſi hujuſmodi verba matrimonialia, ſum con-
tentus accipere Hiellam in Uxorem, non eſſent de jure ita cla-
ra, quo minus ex uſu, obſervantia, ſeu voluntate Partium,
ex variis circumſtantiis collecta, poſſent recipere aliam inter-
pretationem, & intelligi pro matrimonio de præſenti, tamen
id eſt verum, quando res urgeat taliter, ut non poſſit mens
comparari cum omni ſenſu, & intellectu illorum verborum,* 19
*aliàs abſurdum eſt &c.*

## §. XXI.

*Defectus conſenſus Helenæ à Sententia Tribunalis Eccleſia-
ſtici, à Papa approbata, intra evidentiæ fines con-
ſtituitur.*

TRanſitum verò facientes à probationibus probantibus ad
probationes probatas, de quibus *Rot. coram Cerr. deciſ.* 1
498. *num.* 12. innegabili evidentia excluſus remanet He. con-
ſenſus in Eccleſia à re judicata qualificatiſſimi collegialis
Tribunalis Eccleſiaſtici, In qua rotundis verbis dicitur,
ibi: *Doloſis ſuaſionibus, minis, & malis artibus allucinatam
Puellam, nondùm* 13. *annum completum habentem, violan-
do etiam fidem ſamulatus, &c. F. &c. ad fugam arripiendam,
&c induxit, & in executionem nullo habito conſenſu dictæ*

Puellæ

*Puellæ contra formam Rituum Eccleſiæ matrimonium in præ-
ſentia Parochi, quem ſub prætextu confeſſionis accerſire fe-
cit, & duorum teſtium, quorum alter data opera in dicta Ec-
cleſia ad hoc reperiebatur, contrahere curavit, quod tamen
aſſequi minimè potuit, quia defecit conſenſus dictæ He. &c.
Dicimus, & ſententiamus &c. condemnamus &c. in pœnam
Triremium per quinquennium.*

Si enim verè magnus intellectus *Card. de Luc.* agentis *in*
2 *diſc.6. ſub num. 34. de Matrim.* de viribus ſententiæ, latæ à
pedaneo Judice laico, captivari non potuit in contrarium
ſenſum: *Quoniam ſi Judex criminalis crediidiſſet matrimo-
nium validum, utique nullus ſuberat condemnationi, vel pœ-
næ locus, ideoque non videbatur ſubeſſe probabile fundamen-
3 tum, quod &c. captivaret intellectum;* Quomodo poſſumus
noſtrum captivare, dum non ſolùm idem collegiale Tribu-
nal, ſed ipſemet SS. D. N. poſt maturam cauſæ cognitio-
nem, & reviſionem ejuſdem ſententiæ, mandavit, illam
eſſe ſervandam. Conſumatio enim matrimonii, in qua tan-
ta vis pro validitate conſtituitur, debitis circumſtantiis ve-
4 ſtita, & in gratia exercita, actus eſt meritorius, confertque
gratiam ex opere operantis, juxta ſenſum omnium Theolo-
rum, ut videre eſt apud *D.Thom. in Supplem. 3. part. quæſt. 41.
art. 4. & quæſt. 42. art. 3. per tot. Eſt in 4. Sentent. diſt. 26. §. 7. fol.
mihi 60. Card. Bellarm. tom. 2. Controv. lib. unico de Matrim.
cap. 1. & pluribus ſeqq. Zacch. queſt. medico leg. lib. 6. tit. 1. quæſt.
5. num. 8. Paludan. in 4. Sentent. diſtinct. 26. quæſt. 2. num. 6. Joan.
Baptiſt. Corrad. in reſponſ. Caſ. Conſcient. quæſt. 144. Sanchez
de Matrim. lib. 9. diſp. 1. per tot.* ubi, quod hæc eſt Catholica
veritas, quam nullus Theologus negat, vel negare poteſt,
*& Pont. eod. tract. lib. 9. cap. 2. per tot.* ubi unicè inſiſtit in con-
futatione Hæreticorum, hanc veritatem impugnantium,
*du Hamel in Theolog. ſpecul. & pract. tom. 7. tract. de Matrim.
lib. 1. diſſert. 3. cap. 4. per tot.* Quomodo igitur poterat F. pro
illa condemnari pœna Triremium, quæ multum differt ab il-
lis, quas imponere ſolent noſtri temporis Confeſſarii, ni-
5 mium forſan in hac pœnitentiarum impoſitione indulgentes,
ut obſervat *Card. Denhoff. de Pœnit. ſeu Inſtruct. Paſtor. fol.
mihi 105. & P. Segner nel Criſtian. inſtruit. part. 3. ragionam.
11. num. 8.* ibi: *Quanto alla ſodisfazione, ſono sì leggiere le
penitenze, che i Confeſſori (compatendo forſe più del dovere
alla debolezza de' Penitenti) impongono à ciaſcheduno di eſſi
prima di aſſolverli, che à pena meritano il nome di penitenza;*
Ad quorum Confeſſariorum ſolatium ſubjungimus ea, quæ
ſcripta reliquit *Card. Pallavicin. nell'Iſtor. del Concilio lib. 24.
cap. 12. num. 6. antè fin. Queſta commodità di ottenere le plena-
rie Indulgenze, agevola il miniſtero, per altro graviſſimo,
de'Confeſſori, mentre ſpeſſo li libera dallo ſcrupulo, che le pe-
nitenze, da loro impoſte, ſiano inferiori alla qualità de'peccati.*

Cùm autem nefas ſit dubitare de ſubſiſtentia dictæ ſententiæ
in judicatum tranſactæ, & à Papa approbatæ, & facientis
6 proinde de albo nigrum, ut in punctualibus terminis obſer-
vat *Hotomann. conſ. 39. num. 4. inter Conſ. matrim. diverſ. Ger-
man.* & firmavit *Rota deciſ. 82. num. 6. coram Ubag.* dicendum
utique eſt. Nos majorem probationem afferre non poſſe de-
fectus ejuſdem conſenſus.

Neque obſtat, eandem ſententiam eſſe contumacialem;
Hoc enim operatur, quod ſe conſtituendo Reus intra an-
num, poſſit contenta in ſententia purgare, ſed non impe-
dit, quin, eadem ſententia non revocata, non vigeat pro
illa maxima præſumptio, quam auget F. illius revocationem
non procurando, ut benè obſervant *Spad. conſ. 65. num. 5.
Raynald. Obſerv. Crim. tom. 3. cap. 34. §. 9. num. 50. & ſeqq.*
7 ubi, quòd poſt annum ſententia contumacialis facit rem no-
toriam, & liquidiſſimam probationem, & firmavit *Rota
deciſ. 486. num. 7. & ſeqq. part. 14. recent.* ubi, quod ex con-
ſuetudine Urbis, & Orbis ſententia contumacialis, durante
contumacia, habetur pro liquida probatione, quidquid di-
cendum eſſet purgata contumacia per comparitionem, *&
deciſ. 512. num. 7. part. 18. recent. & deciſ. 461 num. 3. coram
8 Emer. jun.* Et tamen in rei veritate eadem ſententia ex poſt-
modum ſequutis dici non poteſt contumacialis, dum fuit ma-
turè reviſa, recognita, & tandem approbata à tunc tempo-
ris Papæ Auditore, opponente contra illam F. omnia oppo-
nibilia, ut obeſervat *Rot. in Cavallic. Tranſact. 7. Maii 1696.
§. Nec contra coram Card. Priolo*, ibi: *Quamvis emanaverit
per Contradictas, cùm ab illa Communitas non appellave-
rit, & poſtea ſuccubuerit in taxatione, & refectione expen-
ſarum, eandem vim habet, ac ſi in contradictorio judicio ema-
naſſet, ut modò tenet Rota &c.*

§. XXII.

*Speciales circumſtantiæ operantes, ut rigoroſior, magiſque
concludens exigatur probatio conſenſus.*

SI hæc omnia, præcipuè ſimul unita, ſuperabundarent ad
excludendum conſenſum, quando probatio illius negati-
væ Nobis incumberet, cujus contrarium docet punctualis:
*Gloſſ. in cap. 1. verb. Viro incumbit probatio de Clandeſtin. de-* 1
*ſponſat.* ibi: *Negantis factum nulla eſt probatio.* Quintò ma-
gis attendi debent ad debilitandam fidem teſtibus contrariis,
& ad hoc ut F. non dicatur plenè fundaſſe ſuam intentionem,
ut eſſet neceſſarium, ſine enim perfecta probatione conſen- 2
ſus, matrimonium per nullam potentiam poteſt ſubſiſtere,
ut probavimus ſupra §. 2. *num. 1.*

Creſcitque in immenſum neceſſitas hujus concludentis
probationis ex duplici circumſtantia, prima quod lis eſt ſu-
per ipſo fœdere, quo caſu non admitti conjecturas, ſed ne- 3
ceſſariò requiri claras, & concludentes probationes demon-
ſtravimus ſupra §. 5. *num. 1. & ſeqq.* Ea inter alias concur-
rente congrua ratione, à Doctoribus, & Sacr. Rota conſi-
derata, quòd ſibi imputare debet Actor, ſi concludentes 4
probationes ad fundandam ſuam intentionem, ut tenebatur,
non procuravit ex allegatis ſuprà *d. §. 5. num. 7.*

Secunda circumſtantia, quam ſupplicamus præ oculis ha-
bere in qualibet parte probationum contrariarum, fundatur
in Sententia, à Tribunali Eccleſiaſtico ſer. ſer. lata, & in
judicatum tranſacta, quæ proinde facit de albo nigrum, 5
& pro veritate habetur, ut generaliter firmavit *Rot. deciſ.
312. num. 14. coram Bich. & deciſ. 133. num. 4. coram Priol.* &
in individualibus terminis ſententiæ contra matrimonium la-
tæ, obſervat *Hotoman. conſ. 39. num. 4. inter Conſ. matrim.
diverſ. Germ.* & firmavit *Rot. deciſ. 82. num. 6. coram Ubag.*
quæ ſententia principaliter lata eſt ſuper deceptionibus, do-
loſis ſuaſionibus, malis artibus, minis, & machinationi-
bus F. pro extorquendo conſenſu ab He. Sub hac etenim
conſideratione certum eſt, quòd probationes ejuſdem con-
ſenſus debent eſſe evidentiſſimæ, nedum quia tot habent 6
contra ſe contrarias probationes. Sed etiam, quia referri
poſſunt ad eandem deceptionem, & allucinationem in Jure
odibiliſſimam per *Text. in leg. unica Cod. de Rapt. Virg* ibi;
*Niſi etenim eam ſollicitaverit, niſi odioſis artibus circumvene-
rit; non facit eam velle*, de quo *Sanchez de Matrim. lib. 7.
diſp. 12. num. 11.*

Quibus non reſiſtit matrimoniorum libertas; Aliud enim
eſt, ſacros Canones deſiderare in illis libertatem, illaque 7
relinquere in arbitrium Contrahentium; Aliud verò, quod
iſta voluntas, & libertas ſit pura, & immunis ab omni do-
lo, nec procurata fraudibus, & machinationibus: *Qui* 8
*enim dolo capitur errat, & voluntati vim infert, qui frau-
de perſuadet*, in terminis *BrolVer. de Jur. connub. lib. 1. de* 9
*Sponſal. dol. contract. cap. 19. num. 1. & 2. fol mihi 176.* & ibi:
*Sanctiſſima matrimonii ſocietas amore, & benevolentia coire
debet, non arte, & dolo &c. Abſit itaque omnis fallacia,
calliditas, machinatio ad circumveniendum, fallendum, de-
cipiendum, parata, niſi quis velit reſtituta in integrum per* 10
*Prætorem Parte altera, prædam, quam venabatur ereptam
ſibi cum dedecore deplorare. Nam ſicut in amore, & ambien-
dis Puellis candidè, & ſyncerè agere laurum meretur, & lau-
dem, ita fallere, & candoris oblivíſci, ignominiam, & pœ-* 11
*nam: & num. 4.* ibi: *Nec mutat &c. dummodo fraus, doluſ-
que intervenerit &c. & in cap. 20. num. 15. fol. 186.* ibi: *Omnis
captioſa obſcuritas &c. abſit, in quo quàm maximè exubera-
re bona fides debet, & cogitare quemlibet oportet, non eſſe* 12
*operoſam gloriam fallere credentem Puellam, cujus ſimplici-
tas potiùs digna favore fuit &c. ne cui ſua calliditas proſit, &* 13
*alteri ſua ſimplicitas obſit.*

Non enim æquum eſt, dolum ſuum quemquam releva-
re, ſunt verba *Textus in leg. Veram §. Tempus ff. Pro Soc.* &
obſervant *Vermigl. conſ. Crim. 99. num 14. Maſtril. deciſ. 169.
num. 13. & Panimoll. deciſ. 95. num 15.* Cùm autem duobus 14
modis, ideſt, aut vi, aut fraude fiat injuria, fraus quaſi
Vulpeculæ, vis Leonis videtur, utrumque alieniſſimum ab
homine, ſed fraus odio digna majore, ut per hæc verba ob-
ſervat *Cicer. in lib. 1. de Offic.* relatus à *Pignatel. conſult. 99. num.
4. in fin. tom 1.*

## §. XXIII.

*Inſubſiſtens prorſus detegitur probatio conſenſus He. fundata in depoſitione duorum Teſtium pro Matrimonio.*

REſtat igitur conſiderare, an in noſtro caſu concurrat hujuſmodi ſuperlativa probatio. Prætenditur hæc fundari in dictis Petri, & Dominici, multas, & relevantiſſimas exceptiones patientium, ut fuit aliàs demonſtratum, quibus attentis eiſdem nullam præſtandam eſſe fidem
1 probavimus ſupra §. 9 *num.* 5. & *ſeqq.* Specialiter reflectendo ad exceptiones contrarietatis, varietatis, ſuſpicionis, falſitatis, ſubornationis, & perjurii, juxta firmata ubi ſupra.

Inter quas exceptiones illæ contrarietatis, & varietatis, reſpectu Petri non poſſunt eſſe clariores; In triplici enim jurato examine conſtanter aſſeruit: *Eſſer' andato accidentalmente per ſentir Meſſa in Chieſa, &c.* claris verbis negando ſe acceſſiſſe ex invitatione F. & tamen iſte contrarium deinde faſſus fuit, ibi: *Undè faciliùs ſumenda eſt conciliatio in caſu noſtro, ubi Eccleſia eſt anguſta, & Teſtes iverant ad Eccleſiam ad hunc effectum;* Et ibi: *Dum iverant ad hunc effectum, tanquam fingentes aliud agere, nihilominus oculatè attendebant negotio peragendo.*

Quod comprobant etiam ea, quæ ſequuta fuerunt in Eccleſia, dum ſtatim ac ſe approximavit F. dixit ei: *Dateli al meno al Sign. Curato li nomi*: quod illicò practicatum fuit, mediante porrectione chartulæ, ubi illa erant deſcripta. Si enim prorſus erat ignarus rei, quæ gerebatur, & ex mero accidenti venerat ad Eccleſiam ad audiendum Sacrum, quis ei revelaverat, F. non dediſſe nomina Parocho in Confeſſionario? Quis eadem nomina habere in ſacculo prompta ad hunc effectum? Quænam cura, ut Franciſcus daret nomina? Dum ipſe proprium recuſaverat dare Parocho, eum roganti, aſſerendo: *Non voler eſſer teſtimonio, mà poi avendoli io fatto inſtanza come ſi chiamava, &c. gli diedi il mio nome, e cognome, e Lui lo ſcriſſe in detto pezzo di carta, nel quale ſcriſſe il nome di un'altro, che parimente ſi trovò preſente à queſto fatto, che diſſe chiamarſi Domenico, &c. nel quale il Curato ſcriſſe il mio nome, e di poi quello di detto Domenico, &c. Io lo riconoſcerei, perchè viddi ſcrivere il detto Curato*: ut in *Proceſ. crim. fol.* 7. & 8. cujus tamen contrarium depoſuit in *Proceſ. civil. fol* 15. aſſerendo nomen Dominici fuiſſe jam ſcriptum in chartula, ibi: *Nella detta carta vi era ancora ſcritto il nome, e cognome di Domenico, &c. & il Parocho diſſe, chi è queſto Domenico? &c. il medemo li preſente diſſe, ſon' Io.*

In primo pariter examine aſſeruit, non cognoſcere He. ibi: *Vicino al Confeſſionario, &c. una Giovane, da mè non conoſciuta, ſtava parimente inginocchiata poco diſcoſta dal ſudetto Franceſco;* Et tamen Parocho: *Stando, &c. dubbioſo il detto Pietro, &c. diſſe, forſe ſarà la figlia di queſto Speziale, &c.* Si ſciebat eſſe filiam Aromatarii, quomodo eam non cognoſcebat; Etſi illam ignorabat, *da mè non conoſciuta*, quis ei ſtatim revelavit eſſe forſan *la Figlia di queſto Speziale*.

Legitur etiam in contrariis Scripturis, ipſum ingreſſum fuiſſe Eccleſiam prima vice ad recognoſcendum, an ibidem eſſet Dominicus unus ex teſtibus, & cum eo intraſſe etiam Petrum, quibus in Eccleſia relictis, rediiſſe ſecunda vice cum He. ibi: *Venne ivi un Giovane baſſotto* (ideſt Dominicus) *quale, &c e poi, &c. ſi poſe à ſedere, &c. vicino al Confeſſionario vicino alla Porticella, che rieſce verſo l'Oſtaria della Campana, e poi doppo un pezzo venne un'altro Uomo, veſtito di nero lungo, & in un ſubito entrò in d. Chieſa un Giovane della Speziaria, &c.* (ideſt Franciſcus) *e la ſeconda volta con lui menò una Giovane, &c.*

Quis igitur poterit ſibi perſuadere ex his, & aliis circumſtantiis, & contra claram, univocam, & literalem confeſſionem F. Petrum acceſſiſſe ad Eccleſiam accidentaliter ad audiendum Sacrum, & tamen cùm idem triplicato juramento id aſſeruerit, ei non eſt præſtanda ulla fides, vel ſaltem illius dictum nullo modo ſufficiens reputari debeat ad faciendam illam concludentem probationem, quæ in his circumſtantiis requiritur ex allegatis in §. 5. *num.* 1. & *ſeqq.*

A contrarietate, & varietate Petri, tranſitum facimus ad veras, & formales contradictiones Dominici; Iſte enim in uno examine cum juramento aſſerit, ibi: *Non ſentii, che diceſſe coſa alcuna;* In alio verò cum ſimili juramento deponit, ibi: *Diſſe non sò, che parole, che non le potei ſentire*:
2 quæ ſecundùm regulas Dialecticæ ſunt veræ contradictoriæ. Nec explicari poſſunt de intelligentia in confuſo, quia hoc poſſet verificari quando teſtis iſte dixiſſet, *non audivi aliquid quod dixiſſet*, non verò aſſerendo, *non audivi quod dixiſſet aliquid*, & dixit *aliqua verba, quæ non potui audire*, quæ ſicuti ſeipſas deſtruunt, ita omnem fidem tollunt illa proferenti ex allegatis ſupra §. 9. *num.* 11. & in terminis *Camer.* in ſepiùs citato *Conſ. matr.* impreſſo poſt Zabarell. *n.* 2. ibi: *Expreſſam contrarietatem in ſe continet, audivi, non audivi*: & *num.* 32. *in fine*, ibi: *Sed ſuper alio controverſia eſt, nimirum audiviſſe, vel non audiviſſe, quæ ex diametro contraria inter ſe ſunt, & teſtem omnino perjurum faciunt*: 3
& *Rota in Melevitana prætenſorum Sponſalium* 4. *Maii* 1682. §. *Tertius teſtis coram Paulut.*

Agnoſcitur difficultas probandi matrimonium per verba, & proinde recurritur ad nutus, in quibus prætenduntur concordare Petrus, & Dominicus; Sed recurrunt eædem animadverſiones, quod iſte nutus negatur à Parocho, à duobus Clericis, ab He & excluditur à facto F. & quod magis eſt, iidem contrarii Teſtes in primo examine de eo non de- 4
poſuerunt, Petrus enim quamvis interrogatus, ut diceret omne id, quod viderat, examen concluſit illis verbis: *E queſto è quanto ſucceſſe jer mattina in queſta Chieſa di S. Ivo per quel, che viddi, e ſentii*: Et tamen in toto examine de 5
nutu nihil legitur: *Eſt ne veriſimile hoc, quod, &c. immemor in primo examine fuerit, poſtea verò utriuſque recordetur? aut rectiùs dicemus inſtructum fuiſſe, ut hanc falſitatem deponeret*, ut in ſuo caſu obſervat *Camer.* in *Conſ. matrim.* im- 6
preſſo poſt *Conſ. Zabarel. num.* 9. *ante fin.* & *num.* 31. *paulò ante fin.* ibi: *Dictus Benignus, &c. ſed poſtea ſubductus aliud depoſuit*: & *Rot. in Rom. ſeu Januen. Teſtamenti impreſſ. poſt Card. de Albic de Inconſtant. in Judic. quæſt.* 35. *num.* 16. ibi: *Regula-* 7
*re enim eſt in teſtibus, quod, &c. ſecundum dictum nunquam attenditur, quia præſumitur dolus, & ſubornatio, quando agitur de re ſubſtantiali; Et in Colonien. Illegitimitatis* 6. *Maii* 1653. §. 1. *coram Veroſpio, & in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683 §. *Nihil coram Card. Matthæjo, & in Piſauren. Hæreditatis* 10. *Decembr.* 1696. §. *Adhuc tamen coram Card. Priolo.*

Quodque in omnem caſum opinio affirmans in loqui valentibus eſſe neceſſaria verba ex præcepto Eccleſiæ in contractu matrimonii, eſt adeò firma, ut poſſit tuta conſcientia amplecti, etiam in terminis matrimoniorum ſer. ſer. contracto- 8
rum, multò igitur magis in clandeſtinis, ut probavimus ſupra §. 1. *num.* 1. & *ſeqq.* & *num.* 20. & *ſeqq.* ex doctrina illorummet Authorum contrariorum, aſſerentium, uſum contra- 9
hendi matrimonia ſignis uti periculoſum eſſe abolendum, etiam in matrimoniis, quæ ſer. ſer. contrahuntur: Ergo 10
multò minùs introducendum in clandeſtinis. Jus ſiquidem 11
Divinum loquitur de verbis, non de nuptibus, ut obſervat *Anania*, *citatus ſupra* §. 3. *num.* 33. Lingua data eſt ad ſignificandum hominibus ad ſenſum *Baldi*, & aliorum, citato- 12
rum d. §. 3. *num.* 3. & 4. Atque inſtrumentum humanæ volun- 13
tatis eſt eadem lingua, ut ibidem probavimus, & benè *Prob. ad Monach. in cap. Si quis num.* 7. *de Elect. in* 6. ubi, quod animæ rationalis inſtrumentum eſt vox, & cor eſt linguæ impe- 14
rator, cùm illam habeat ſicut mancipium in ſua juriſdictio- 15
ne, & egregiè *Amic. in Curſ. Theolog. tom.* 9. *diſp.* 4. *ſect.* 7. *num.* 75. ibi: *Et ſanè rationabili cauſa Eccleſia moveri potuit ad id præcipiendum, eſto non deeſſent alia ſigna, quibus poſſet celebratum matrimonium Eccleſiæ conſtare, tum quia hæc ſunt certiora, tum ad omne periculum tollendum, ne dubium reddatur matrimonium; Etenim cùm non omnia ſigna certa ſint, ſed aliqua obſcura, ambigua aliqua, & minùs certa, expediens fuit ad omne periculum dubii matrimonii tollendum in iis, qui loqui valent, &c. ſicut fecit ad dubiam electionem evitandam in Prælatorum electione. Quod autem id notato* cap. *Tuæ, ſub præcepto determinaverit, ſatis probat terminus neceſſaria, alioquin non poſſent in rigore vocis verba dici neceſſaria, ne quidem quoad probationem, ſi unicuique contrahenti liberum foret alia ſigna loco verborum adhibere.*

Non attenta replicatione, quod Mulieres ex verecundia 16
ſæpè loqui non ſolent. Quidquid enim ſit in abſtracto de hac reſponſione, illa in concreto noſtri caſus prorſus inapplicabilis eſt ex animadverſis ſupra §. 3. *num* 16. & 18.

Verùm quid ulteriùs deponat Dominicus circa hunc in ſecundo examine ſuperadditum nutum, obſervemus attentiùs, ibi: *Inchinò la teſta con il ſegno di sì, per quanto io credo*: Hæc ſola credulitas operatur, ut nulla ei præſtanda ſit fides ex ſupra allegatis § 9 *num.* 14. Quamvis enim in celebri illa quæſtione, an loqui valentes matrimonium contrahere poſſint per nutus, reperiantur quamplures in affirmativam inclinantes, illi tamen omnes, ut ſupra demonſtra-

vimus

17 vimus §. 3. *num.* 23. *& ſeqq.* requirunt nutus certos, eviden-
tes, neceſſarios, & ad nil aliud referibiles, quod tantum
abeſt, ut in caſu noſtro concurrat, quin potiùs ipſemet teſtis,
qui de illo deponit, hanc evidentiam excludat, dum ſequi-
tur ſolam, & ſimplicem, & nimis tenuem ſuam credulita-
tem. Excluditur ulteriùs hujuſmodi evidentia à noſtris teſti-
bus, à Parocho, ab He. & à reſolutione hujus Sac. Congreg.
18 diei 14. Aprilis 1694. quando dictum fuit, ut coadjuvaren-
tur probationes, per ea, quæ advertit *Vermigl. conſ* 10. *nu-
mer.* 2. & firmavit *Rot. dec.* 405. *num.* 54 *par.* 5. *rec. & coram*
19 *Priol. dec.* 101. *num.* 10. & 11. Quamvis autem eadem Sacra
Congregatio deinde in contrarium inclinaverit ſenſum, ex
ratione, quam adducit *Fab. in Epiſtola ad Lectorem ſui Codi-
cis*, ibi: *Idem planè Senatus eſt, &c. ſed non iidem Senatores*
quem refert, & ſequitur *Rota dec.* 583. *in princip. cor. Emer.*
20 *jun. & deciſ.* 13. *in princip. coram Anſald. & in Fulgin. Fidec.*
17. *Martii* 1683. *§. Huic coram Guaxar.* Veritas tamen eſt,
quod ex concordibus votis capta tunc reſolutione, idem nu-
tus non fuit habitus pro certo, & indubitato ſigno conſenſus
He.

Pro majori autem inapplicabilitate prætenſi nutus eſt ani-
madverſione dignum, quod He. à nemine fuit interrogata.
Quomodo igitur poſſumus fundare conſenſum in dicto nutu,
21 ſi non oſtenditur illius præcedens determinativum, median-
te congrua interrogatione? quando, ſequendo dictam opi-
nionem, nutibus favorabilem, præcedere ad hunc effectum
debet neceſſaria interrogatio illius, qui per nutum conſenſit
ſive illa procedat à Parocho, ſive à Sponſo, ſive à quolibet
alio Conſanguineo, juxta exempla adducta per *Caſtropal.
Oper. moral. tom.* 5. *titul. de Sponſal. diſput.* 2. *punct.* 8. *num* 3.
& in punctualibus terminis, quòd non præcedente Puellæ
interrogatione, hujus conſenſus nullo modo inferatur à qui-
buſcumque aliis actibus, & ſignis coram Parocho geſtis,
imò nec etiam ab ipſamet mutua manuum conjunctione, co-
ram Parocho, & teſtibus, in terminis terminantibus probat
*Marchant. in Trib. Sacram poſt tom.* 3. *caſ.* 3. *de Sacr. matrim.
fol.* 34. ibi: *Quomodo verò in hoc caſu Presbyter ille conſenſum
Mariæ intellexit, qui nec eam interrogavit, nec ab illa cer-
tum aliquod ſignum accepit, quo ejus conſenſum intelligeret?
Apprebenſio enim manus ejus, facta per Petrum, etiam ver-
bis prolatis, de conſenſu quidem Petri certitudinem in Foro
exteriori reddunt, ſed ex parte Mariæ nullum ſignum datum
eſt præſentis actualis conſenſus ad matrimonium requiſiti*: &
22 rationem adduxerat ſupra *fol.* 32. ibi: *Præſumitur probabili-
ter expectaſſe donec à Sacerdote interrogaretur, ut tum de-
mum conſenſum in ordine ad matrimonium exprimeret, &c.
Non ſufficit conſenſus, quem Maria prætenditur dediſſe à
principio, conveniendo ad Eccleſiam, adeundo Sacerdotem,
nec ille, qui permiſſione apprehenſionis ſuæ manus à Petro ex-
primitur, ſed requirebatur conſenſus ultimatus, requiſitus in
actu formali, cum jam cenſetur contractus concludi, quem
jam exprimendum putabat more Eccleſiæ ſolito ad interroga-
tionem Sacerdotis, & verba ab illo dictanda, vel alio ſimili
modo: & du Hamel. in Theolog. ſpecul. & pract. tom.* 7. *Tract.
de Matrimon. cap.* 3. *in princ.* ibi: *Conſenſus, &c. utique de-
bet innoteſcere, ſecus nullam habebit contractus rationem,
nulla ex eo naſcetur obligatio.*

Ex his igitur omnibus ſimul unitis, vel adeò clarè excluſus
remanet He. conſenſus, ut vix poſſit alter caſus inveniri, in
quo tot, & tantæ probationes, animadverſiones, & facta
ipſum excludant, & applicantur verba *Gozzad. dict. conſil.*
77. *ante fin.* ibi: *Fateor in dubio pro matrimonio judicandum*
23 *eſſe, ſed Nos ſumus in caſu claro, in quo apparet de diſſenſu,
& Avendan. in Theſaur. Indic. tom.* 2 *tit.* 12. *cap.* 14. *numer.*
416. *in fine*, ibi: *In illius enim favorem ſemper inclinandum,
cum res dubia eſt, &c. niſi fortè non dubium tantùm, ſed pro-*
24 *babilis opinio ſit, tunc enim eam licebit amplecti, &c.* Vel
ſaltem idem conſenſus remanet innegabiliter dubius, prorſ-
ſuſque incertus, & ſolum interpretativus, & præſumptus,
quem non ſufficere in punctualibus terminis probant *Gobat.
in Theolog. experim. tract.* 9. *num.* 491. *in princ. & Marchant.*
25 *in dict. caſ.* 3. *verſ. Reſpondeo primo*, ibi: *Non poteſt deduci
niſi conſenſus privativus, qui eſt non diſſentire, qui etiam ad
matrimonium non ſufficit, cum requiratur utrimque conſenſus
poſitivus.*

Nec dicatur, quod in hac dubietate adhuc reſpondendum
26 ſit pro matrimonio ex regula *Text. in cap. final. de Sent. &
re judic.* Tum quia dubietas in caſu noſtro reſpicit non exi-
27 ſtentiam conſenſus, qui cum ſit quid facti, non poteſt à du-
bietate ſuppleri, favor verò matrimonii ſupponit, iſtud eſ-
ſe probatum, nec eſt tanti momenti, ut non conſtito, quod
legitimus conſenſus adfuerit, ſtuprum in matrimonium con-
vertendum ſit; Licèt enim matrimonium ſit favorabile, ad-
vertendum tamen eſt diligenter, ne ſub favoris pretextu in-
troducatur ubi non eſt: Illius ſiquidem favor non in eo con-
ſiſtit, ut protinus pro matrimonio pronuncietur, & inviti,
reluctanteſque conjungantur, quia ex hoc devaſtatio potiùs
matrimoniorum, quàm concordia conjugalis ſequeretur,
ex animadverſis ſupra *§.* 6. *num.* 3. *& ſeqq.* Tum quia ſumus
in terminis matrimonii clandeſtini ſecundæ ſpeciei, & in 28
Jure odioſiſſimi, & in dubio nunquam canonizandi, ut pro-
bavimus *dict.* §. 6 *num.* 19. *& ſeqq.* Cum enim iſte favor fun-
detur in ſacrorum Canonum benigna diſpoſitione: *Non eſt
dignus qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, cujus ſa-
lubria præcepta temerè contempſit*: juxta verè aurea verba 29
Trid. Conc. in *ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 5. loquentis in ſpecie de
eo: *Qui ſolemnitates requiſitas in contraben. matr. neglexerit*:
Tum demum quia concurrunt in noſtro caſu fraus, deceptio,
& malæ artes F. necnon allucinatio He. per ſententiam in
judicatum tranſactam canonizatæ, quæ omnia operantur,
ut quamvis eſſemus in dubio, ſemper contra taliter qualifica- 30
tum matrimonium reſpondendum ſit, ut punctualibus Au-
thoritatibus probavimus ſupra *dict. §.* 6. *num.* 36. *& ſeq.*

In omnem verò caſum in hoc dubietatum conflictu poſſet 31
exquiri Votum magni illius Tribunalis, à cujus deciſioni-
bus *fugantur omnes difficultatum tenebræ*, ut obſervat *erudi-
tiſſ. de Rubeis in epiſt. ad Lector.* impreſſa *in par.* 7. *rec. num.*
231. & quorum Judicantium placita tanquam legum dogma-
ta, & ſacri Canones ſervantur, ut ſuis etiam temporibus ob-
ſervavit *Jo: Franc. Rip. reſpon.* 3. *num.* 11. *de Cauſ. poſſeſſ. & 32
propr.* & comprobavit *Card. de Albic. in addit. ad Pamph. de-
ciſ.* 43. *num* 9. & 10. & latè *Urſell. congreſſ. legal.* 8. *numer.* 20.
ubi, quod tanta eſt in Urbe Rotæ authoritas, quanta fuit
Pithagoræ apud Pithagoricos, & quod Conſilium Neapoli- 33
tanum in quodam magno dubio conſuluit Rotam Romanam
& ſecundùm illius opinionem judicavit, quod refert etiam 34
*de Rubeis ubi ſupra num.* 226. & recognoſci poteſt ex *dec. Af-
flict.* 351. *num.* 10.

Nec aliquam involveret novitatem reſpectu hujus Sacræ
Congr. Omiſſis enim antiquioribus exemplis, ita practicatum 35
fuit in *Mediolanen. Nullitatis Profeſſionis* reſoluta ab eadem
Sac. Congreg. *die* 10 *Aprilis* 1688. Abſque reſolutione repro-
poſita *die* 30. *Aprilis* 1689. Et Alex. VIII. mandante à Ro-
ta deciſa *diebus* 3. *Martii*, 26. *Junii*, & 5. *Julii* 1690. *coram* 36
*Emer. jun.* ejuſdem Sac. Tribunalis olim meritiſſimo Decano
ut videre eſt in *ejus deciſ. le* 952. 983. & 1003. & in *Valven.
Præeminentiarum*, quæ adhuc pendet in Rota, in qua ema-
narunt *duæ dec. coram eodem Emer. diebus* 18. *Junii* 1694. & 37
11. *Martii* 1695. hodiè impreſſæ *le* 1185. *e* 1236. & *in Friſin-
gen. Matrimonii*, in qua hæc Sacra Congrega io die 26. Sept.
1693. reſcripſit: *Dilata, & Exquiratur Votum Rotæ, ut in
Tom.* 43. *Decretor fol.* 493. *à tergo.* Quamvis poſtea ad enixas
preces, SS. D. N. porrectas per nimium qualificatum Ora-
torem reſcriptum effectu vacuum remanſerit.

Et de praxi alterius S.C.E. videre eſt *in Turritana Eleemo- 38
ſynarum, ſeu Legatorum*, nedum ab ead. Sac. Congreg. priùs
reſoluta, ſed roborata Congreg. reſolutione, mediante Pon-
tificio Brevi, & tandem, ipſamet Sacr. Congr. Votum Ro-
tæ exquirente, ab hac deciſa fuit ſub diebus 10. Januar. 1695
& 6. Aprilis 1696. ut legitur in deciſionibus dictis diebus ex-
tenſis *coram eodem Emer.* inter ſuas *la* 1219. *e la* 1326. Et de
praxi Sac. Congreg. ſuper ſtatu Regularium videre eſt in *dec.*
1173. *cor. eod. Emer. jun.*

Præcipuè ſi habeatur ratio ad ipſammet Cauſæ naturam, 39
quæ cum non conſiſtat in illis articulis, qui ad ſenſum *Pontii
in Proem. de Matrim.* magnum expoſcunt Theologum, &
juxta opinionem *du Hamel. in Proem. pariter Diſput. de Matr.
tom.* 7 difficillimi reputari ſolent omnium Theologorum judi-
cio, ſed plures involvat inſpectiones facti, à verbis, & exa-
mine Teſtium dependentes, eo magis diſcutienda eſt in eo-
dem Tribunali, nedum juxta antiquam Sanctionem Sixti
V. quæ legitur in *Bullar.* inter ſuas *la* 74 ſed juxta moder- 40
nam Reformationem ſanct. mem. Innoc. XII. in ejus *Bulla-
riol. la* 71 ibi: *Non poſſe in dd. Congregationib. cognoſci Cau-
ſas contentioſas, ſeu negotia, formam, & ordinem judicia-
rium requirentes; Cauſas autem contentioſas, & ordinem ju-
diciarium requirentes, cenſuit eſſe omnes illas, in quibus ne- 41
ceſſarius eſt Proceſſus judicialis, aut fieri debent probationes,
Parte citata, ſeu mediante examine Teſtium in Curia, ſive
mediante Jurium, & Inſtrumentorum productione &c. Subla-
ta &c. eiſdem Sacr. Congr. earumque Præfectis, ac Secretariis
&c. facultate Cauſas prædictas &c Quod ſi ſecus à præſenti
decreto factum fuerit, omnia acta, reſolutiones, ac decreta ſint
ipſo jure nulla, perinde ac ſi non emanaſſent.* 42

§. XXIV.

## §. XXIV.

*Reſpondetur conjecturarum complexui.*

QUibus omnibus contraponi non meretur cumulus, ſeu complexus conjecturarum, deductarum ex eo, quod He. voluntariè exierit à domo, deceperit Proaviam, illam interrogantem, advenerit ad Eccleſiam Sancti Ivonis, ibique Parochum expectaverit prætextu confeſſionis, coram eodem Parocho non reclamaverit, voluntariè iterum ab Eccleſia exiverit, in illa S.Nicolai Tolentinatis per horam circiter permanſerit, non ſe conquerendo, neque auxilium implorando, tempore, quo F. quærebat domum, ubi habitaret. Quodque confeſſa fuerit matrimonii contractum coram utroque Aloyſio.

Huic enim conjecturarum cumulo ſolidè opponi poteſt ſola
1 Judicis Eccleſiaſtici ſententia, à SS.approbata, illius allucinationem canonizans, congruè aſſerendo, quod hujuſmodi actus, & quotquot exadverſo unquam adduci potuerunt, proceſſerunt ab eadem allucinatione, ſicque in nulla conſideratione habendi ſunt per ea, quæ firmant Authores, ſupra adducti.

Sic à pari videmus in furioſis, mentecaptis, habentibus lu-
2 cida intervalla, & ſimilibus, qui ſi matrimonium contrahunt, iſtud non tenet, ut de matrimonio furioſi, & habentis lucida
3 intervalla, *Medran. de Conſenſ. connub. cap. 6. num. 1.* ubi, quòd ad hoc, ut valeat matrimonium probandum eſt, illud eſſe contractum tempore, quo quis habebat lucida intervalla, *Rota in Romana, ſeu Veneta Immiſſionis* 14. *Maii* 1698.§. *Rurſus cor.Card.de la Tremoille, Carol.Feuret. de Abuſ.lib.* 5. *cap.*3 *num.* 37. *verſic.Comme la fureur fol.* 115. ubi, quòd habens lucida intervalla poteſt contrahere matrimonium, ſed illud aſſerens tenetur probare, tunc temporis habuiſſe lucida intervalla, & raro exemplo, poſtpoſitis anthipaticis illis conſiderationibus, de quibus *Carol. Garzias in particulari Libello cap.* 11. *& ſeqq.* ad comprobandam ſuam opinionem refert hiſpanicam legem: ibi: *El Loco, ò Loca, que nunca pierden la locura, no pueden conſentir para hazer caſamiento:* Et de mentecaptis *Michalor. de Surd. & Mut.cap.* 49. *num.*5.
4 Et de Clerico amente, quod ſi contrahat matrimonium iſtud eſt taliter nullum, quod nec etiam vacent Beneficia *Ricciull. de Jur. perſon. lib.7. cap. 2. num.*2. Et de matrimonio contra-
5 cto tempore iracundiæ, quod non valeat noviſſimè, & benè probat *Gavard.in Theolog.E xantiquat. tom.6. quæſt.2. de Matrim.art.7. num* 3. *fol* 582. ubi id probat à paritate voti, & juramenti, quæ ſicuti tempore iracundiæ non obligant, ita
6 nec obligat matrimonium, quod majorem requirit libertatem, & priùs *in quæſt.2.art.5. num 2.fol.*569. benè advertit,
7 conſenſum in his caſibus terminari in ſolo ore, & adeſſe verum diſſenſum in animo, ad matrimonium autem requiri
8 veram conjunctionem corporum, & animorum, cùm ſit vinculum perfecti amoris, qui habet animos non exterioritates unire.

Opponi quoque eadem ſoliditate poteſt huic magnificato conjecturarum complexui tenerrima ætas He. tunc temporis annorum duodecim, & illius ſimplicitas, & innocentia: dum: *Come che aveva poca età, così anche non aveva giudizio, nè capacità delle coſe del Mondo*: ut deponit *Antonia B.in Proceſſu fol.*64. *E più d'una volta il giorno veniva da me, e ſi metteva à combattere, e fare le bagattelle con le mie Creature*: ut deponit *Antonia R.in eod. Proceſ.fol.* 68. *Et era ancora Ragazza, e come tale in vece di attendere alle facende di Caſa, ſi ſvariava con le Pupazze*: ut deponit *Margarita eod. Proceſſ. fol.* 73. Si enim diligenti criticatione in unum unirentur operationes tenerrimæ ætatis Puellarum (ut fit reſpectu He.) qualis complexus, qualiſvè conjecturarum cumulus extorqueri non poſſet ad quemcumque effectum, ut de ſe patet.

Præterea ex hoc conjecturarum complexu ad ſummum inferri poſſet alia probationis ſpecies, ab illa Conciliari diver-
9 ſa, quamvis forſan eidem æquippollentis. Sed cum decretum hujuſmodi in eo, quod reſpicit probationem conſenſus, contineat formam præciſam, illa non poteſt per æquipollens adimpleri, etiam ſi pluſquam ſuperet certitudinem formæ Conciliaris, ex authoritatibus, cumulatis ſuprà §. 17. Ea ratione, quia etiam ante Concilium hujuſmodi probationis
10 ſpecies deſerviebat ad probanda matrimonia, ſed idem Concilium aliam exquiſivit, non ut ita dicam, mortuam, à longè petitam, & à remotiſſimis conjecturis deductam, ſed à viva voce Parochi, & Teſtium, reiiciendo in ſpecie quamlibet aliam legitimam probationem; Cùm enim ad mitigandos animos ſexaginta Patrum, ſe opponentium huic decreto, & aſſerentium: *Niuna raggione richiedere, che ſi reſtringeſſe il valore à tre teſtimonii, potendoſi avere legitima prova, o per due, o per via di Scrittura, la qual ſeconda provazione è aſſai più ferma, e più certa, che quella de' teſtimonii*: ut refert *Card.Pallav.in Hiſtor.Concil.lib.*22.*cap.*4. *num.* 19 *in fin.* Approbata in una ex particularibus Congregationibus fuiſſet hujuſmodi ſuppletiva probatio, ut conſtat ex Actis in Arce S.Angeli exiſtent. 7. Septemb. 1563. & refert *Card. Pallavic. in lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 9. ibi: *L'argomento delle queſtioni diſputate era il matrimonio clandeſtino, e per agevolare la deliberazione fù propoſta un' altra forma nella quale ſi temperava l'annullamento con queſte parole: Se pure il Veſcovo non giudicaſſe opportuno &c. che li matrimonii, e li ſponſali, contratti in preſenza di tre teſtimonii, ſi poſſano provare con due di loro, o con altra legitima prova*: Illa tamen rejecta fuit in publica ſeſſione, neque in decreto legitur appoſita. Si igitur à ſacroſancto Concilio legitima probatio in ge- 11
nere, ab illa teſtium matrimonialium diverſa, non fuit admiſſa, quantò minus attendi poteſt in noſtro caſu generalis probatio, deducta ex vagis, æquivocis, & inſubſiſtentibus conjecturis, quæ non poteſt eſſe magis dubia, minuſque legitima ex animadverſis ſuprà §.18. *& ſeqq.*

Nec eiſdem aliquod pondus addunt teſtes matrimoniales, patientes tot, & tantas exceptiones, & ſignanter illam ſuſpicionis de falſo, qua attenta nullo modo, imò inauditum eſſe, ut cum conjecturis conjungantur ad probandum, in terminis probat *Camer.in cit. Conſ. matrim. num.*28. *&* 35. *in fin.*ibi: *Sed audio noviſſimè, aliquem dicere, hoc certè fatemur, ut ipſi ſoli ſufficientes non ſint, ut pro matrimonio judicemus, ſed aliquid interim agere, ut cum cæteris præſum-* 12
*ptionibus conjungantur. Res quippe hactenus non audita, ut ſuſpectus de falſo cum aliis conjungatur.*

Certiùs, quia ambo teſtes contrarii, ultrà falſitatis ſuſpicionem, multas alias, & quidem relevantiſſimas patiuntur exceptiones, de quibus ſuprà §. 20. In his enim caſibus, ſi inter teſtes non reperiantur aliqui valdè idonei, & integri, ſed omnes patiantur exceptiones, & quidem relevantes, nunquam conjunguntur ad faciendam probationem, ea ratione, quia: *Vitia, & defectus viciſſim ſuppleri non poſſunt*: quam in noſtris præciſis terminis adducunt *Boſſ. de Contract. matrim. cap.* 5. *§.*13. *num.* 94. *&* 95. *Adden.ad Buratt. deciſ.* 143.*num.*38. *& Rot.coram Merlin. deciſ.*277. *num.*11. *& coram Priol. deciſ.*93. *num.*12. *&* 13. ubi de propoſitione viginti teſtium, patientium diverſas exceptiones, *& in Meliten. prætenſorum Sponſalium* 4. *Maii* 1682. §. *Reliqui coram Paulutio.*

## §. XXV.

*Conjecturæ antecedentes confutantur.*

TRiplicem tamen hunc conjecturarum complexum pro faciliori diſruptione ſeparantes in conjecturas antece- 1
dentes, concomitantes, & ſubſequentes; Dicimus quoad antecedentes, quod iſtæ in nulla prorſus conſideratione habendæ ſunt, quia cùm variabilis ſit hominis voluntas, & in effe- 2
ctu non ſemel acciderit in noſtris præciſis terminis hujuſmodi voluntatis mutatio in mulieribus, ſua ſponte Eccleſias adeuntibus, non poſſunt adnumerari inter illa ſigna, & conje- 3
cturas, quæ determinatam, & perfectam voluntatem con-
tinent, & de qua, non autem de hujuſmodi initiativis acti- 4
bus teſtari debent Parochus, & teſtes, ut probavimus ſuprà § 4. num. 2. & addimus *Amic. in Curſu Theolog. lib. 9. diſp. 7. ſect.3. num* 14. ibi: *Cæterum ad validitatem matrimonii non ſufficit, ut Parochus antea certus fuerit de mutuo conſenſu Conjugum, ſed requiritur tunc, quandò coram ſe, & teſtibus contrahunt, de eo certior fiat, cùm potuerint illum revocare*, & reſpondendo conjecturis, in noſtro caſu præciſè concurrentibus egregiè *Marchant. in Trib. Sacr. poſt tom. 3. in reſol. de Sacram. matrim. caſ 3 fol. mihi* 31. 32. & 34. ibi: *Petrus volens contrahere matrimonium cum Maria &c. in Eccleſia cum illa conveniens advocavit Presbyterum, ut ſupponitur habentem poteſtatem, & duos teſtes, coram quibus accepit manum Mariæ his verbis: Accipio Mariam in Conjugem meam; Maria nihil omninò ad hoc reſpondit, ſed nec manum retraxit, nec de conſenſu interrogata fuit, &c. Mea ſententia eſt, prætenſum matrimonium Petri cum Maria eſſe abſolutè invalidum, & nullum, ſicque in foro Eccleſiæ judicari debere, &c.& ibi: Dices ſecundò, &c. Hoc ipſo, quo conveniebat ad Eccleſiam, & accedebat ad Sacerdotem in præſentia teſtium, & cenſebatur intendere, & conſentire matrimonio: Ergo ſufficiens ſignum erat, ſaltem ex circumſtantiis adjun-*
*ctis, tum intentionis, tum conſenſus, &c Reſpondeo primò,* 5
*&c.*

&c. Non poteſt deduci, niſi conſenſus privativus, qui eſt non diſſentire, qui etiam ad matrimonium non ſufficit, cùm requi-
6 ratur utrinque conſenſus poſitivus, &c. Reſpondeo ſecundò, &c. non ſufficit quilibet conſenſus etiam externus, ſed requiritur ille ultimatus, qui ad ſignum principale, & formam exprimitur &c. Non ſufficit conſenſus, quem Maria prætenditur dediſſe à principio conveniendo ad Eccleſiam, adeundo Sacerdotem, ſed requirebatur conſenſus ultimatus, requiſitus in actu formali, cùm jam cenſetur contractus concludi, quem jam exprimendum putabat, more Eccleſiæ ſolito, &c. & in caſu præſenti quid aſſiſtentia Presbyteri, aut teſtium fecit, &c. utpotè qui à ſolo Viro advocati, ipſius ſolius verba audierint, ipſius apprehenſionem manus viderint, Puella nihil dicente, &c. Certè tali caſu non cenſetur Parochus, aut teſtes verè ad contractum præſentes, cùm verus contractus non ſit, ſed potiùs ad aliquam Tragædiam, quæ diverſimodam interpretationem patitur.

## §. XXVI.

*Concomitantes oſtenduntur prorſus irrelevantes.*

1 QUoad concomitantes, reducuntur hæ ad duas, ad taciturnitatem ſcilicet, & ad non retractionem manus in Eccleſia. Primam fundatam in Deuteron. cap. 22. in quo ad alium, prorſuſque diſparatum effectum leguntur illa verba: Quia non clamavit cùm eſſet in Civitate: in individualibus terminis reprobant communiter Theologi, & Canoniſtæ, adducti ſupra §. 2. num. 3 & ſeqq.

Secunda verò non probatur in facto, in quo habemus, He. non manibus junctis cum F. ſed: Inginocchiata poco diſcoſto dal ſudetto &c. Et: Quella Giovane ſtava avvanti a Lui &c. E ſtava à braccio di Eſſo F. ut deponit Petrus &: Appoggiata nel Confeſſionario vi era la Giovane, che ſeco conduſſe il detto F. ut deponit Dominicus, &: Pigliatala in mezzo al braccio inſieme uſcirono &c. ut deponit Alexander: E la pigliò per un braccio, e la conduſſe ſu la porta &c. E la pigliò novamente in un braccio, e la conduſſe fuori di detta Chieſa: ut deponit Antonius, &: Ritornando lì, dove ſtavo Io, mi pigliò per un braccio, e mi diſſe, andiamo via in Carozza: ut legitur in judiciali Conſtituto He. de cujus viribus benè Rot. deciſ. 105. num. 12. cor. Priol. & meliùs in dec. 239. num. 21. part. 17. recent.

Ex quorum teſtium concordi depoſitione declaratur Paro-
2 chi Relatio, facta Curiæ Eccleſiaſticæ, ſupponentis, F. accepiſſe per manum He. juxta theoricam Specul. in §. Sæpè 10. ſub num. 7. de Teſtib. de qua Ciarlin. controv. 16. num. 40. Cùm enim ex rei novitate eſſet: Tutto ſturbato: ut legitur in finalibus verbis ejuſdem Relationis, nil mirum ſi non fuit curioſus obſervare ea, quæ ad ſuum officium non ſpectabant, & anathomica diligentia perſcrutari, an F. apprehenderat He. in fine brachii, ſeu per un braccio, ut deponit Antonius, a braccio, ut deponit Petrus; in mezzo al braccio, ut deponit Alexander, ſed ſumendo partem pro toto, brachii extremitatem cum toto brachio confudit, ad firmata per Theſaur. deciſ. 229. num. 3. & ſeqq. Afflict. deciſ. 299. num 7. Baron. de Corp. tit. de Manib. num. 6. & Gratian. diſcept. 538. num. 17.
3 ibi: Quamvis utroque pollice, ideſt pro utraque manu accipiatur, Synecdoche à parte ad totum.

Si igitur non conſtat de hac manuum conjunctione, in vanum philoſophatur circa illius ſignificationem: Quilibet
4 enim bonus Judex debet ſollicitè inſtare ad indicia indaganda, non ex his, quæ ſibi, ut homini occurrunt, ſed ex his, quæ ſibi tanquam Judici ex deductis in Proceſſu conſtare poſſunt: ut in terminis obſervat Camerar in citato Conſ. matrim. num. 42. ante fin & Haveman. de Jure connub. tom. 2. in Append.
5 ad conſ. 68. fol. mihi 964. ibi: Judicem juxta acta, & probata judicare &c. Oliver. de matrim. part. 3. fol. 75. in fine, ibi: Quamvis Judex uti privata perſona ex aliquo diverſum putaret &c. ubi enim legitimis probationibus de re conſtat, debet
6 ipſe Judex propriæ credulitatis &c. Atque: Unumquodque adminiculum, vel indicium, faciens ad matrimonium, ad hoc
7 ut poſſit haberi ratio illius adminiculi, debet probari legitimè per duos teſtes: ſunt verba Alexand conſ. 150. num. 27. lib. 5. Nec in his terminis habet locum regula: Singula, quæ non
8 proſunt &c egregiè Camerar in citato Conſ. matrim. num. 41. & 42. Minuſque imperfectæ probationes conjunguntur in termi-
9 nis Pariſ. con. 15. num. 37. & 38. lib. 2. & Rot. deciſ. 596. num. 7. coram Emer. junior.

Verùm quando etiam hujuſmodi manuum conjunctio coram Parocho, & teſtibus per impoſſibilem hypotheſim ſu-
10 perlativè probaretur, illa non relevaret, nedum attenta ſententia ſuper deceptionibus, & allucinatione, quibus illa congruè attribui poſſet, ſed etiam quia non retractatio manuum in his caſibus non poteſt deſervire pro valido conſenſu, juxta originalem doctrinam D. Antonin. in Summ. part. 3. tit. 1. cap. 18. in princip. Tabien. pariter in Summ. verb. Sponſa quæſt. 3. 11
num. 4. ibique Armill. num. 3. & Bartholom. à Ledeſm. de matr. dubit. 9. quos refert, & ſequitur Sanhez de matrim. lib. 1. diſp. 22. num. 6. ibi: Secus eſſet ſi quis fœminæ manum capiat dicens, do tibi fidem de matrimonio &c. ſi enim ipſa nihil reſpondeat, non ſufficiens ſignum &c. Guttierez eodem tract. cap. 12. num. 7. in fine, ibi: Secus autem ſi quis fœminæ manum capiat dicens, do tibi fidem de matrimonio &c. ſi ipſa nihil reſpondeat: Beuſt de Sponſ. part. 1. num. 5. fol. 7. Tarnov. lib. 1. cap. 84. ubi aſſignat rationem, quia manuum acceptio ad alios fines ſolet uſurpari, & præberet occaſionem litibus, Haveman. de Jur. connub. lib. 1. tit 6. poſit. 5. num. 2. fol. 134. ibi: Nutus &c. dextræ porrectionem &c. hæc ſigna eſſe æquivoca; Et in Append. tom. 2. reſp. 6. ibi: Die hand von ſich gegeben: latinè, manum à ſe porrexit, egregiè Brrolwer. de Jure connub. lib. 1. cap. 20. Quib. verb. contrahant. Sponſal. num. 14. fol. mihi 185. ibi: At verò cautè agendum eſt, ne capteretur mens
Puellæ ex ſignis, animi conſenſum non planè inferentibus, non 12
enim ſtatim ex complexu manuum &c. rectè colligi poteſt, Puellam &c. conſentire, poteſt enim invitæ ſurripere, & manum Puellæ non ſpontè porrectam, vel non in eum finem, ut con-
ſentiret: Marchant. in Tribunal. ſacr. poſt tom. 3. caſ. 3. de matr. 13
verſ. Dices primò, ibi: Fœmina non retraxit manum; Reſpondeo non teneri retrahere ipſo inſtanti manum, ſed potuiſſe expectare donec ſuper conſenſu interrogaretur, ut ſuam tum demùm intentionem exprimeret; Et in terminis durioribus non retractionis, ſed ſpontaneæ oblationis manuum coram Parocho, & teſtibus, benè Hoppingh. conſ. 7. ante fin. verſ Sed re-
ſpondetur fol. mihi 294. ibi: Conſtat etiam inter Doctores, ex 14
dextræ datione non ſtatim argui conſenſum expreſſum, tendentem ad fidem conjugalem, cùm ex multis aliis de cauſis ſubinde adhibeatur: & eſt punctualis deciſ. 179. coram Peuting. in
princip. ibi: At ſtatim ambo concorditer mutuò ſibi manus por- 15
rexerunt &c. & num. 1. ibi: Qui actus inter vulgares Perſonas frequens ſecundùm communem obſervantiam non præſefert matrimonii contractum, ſed præviam diſpoſitionem &c. matri-
monii contrahendi &c. Quæ punctualis deciſio magni facienda 16
eſt, ne dum habita ratione qualitatis Tribunalis, de quo
Bonden. colluct. legal. 3. num. 7. ubi, quod quando allegatur 17
Rotæ deciſio, non eſt ampliùs quærenda ratio, & Vizzan.
de Mandat. Princip. leg. 2. num. 29. ubi, quòd tanta eſt Rotæ 18
Auditorum authoritas, ut quod ipſis in judicando placuit communis opinio reputetur, & in Romana Juris Tumulandi 5. Martii 1703. §. 1. coram Card. Priol. ubi, quod Rotæ deciſiones præbent normam in poſterum judicandi, & in Legionen. Parochialis 2. Julii 1706. §. Admiſſa coram Kauniz, ubi, quod Rotæ authoritas potiùs venerari meretur, quàm ſcrutari, & in Romana Primogenituræ de Corſinis 16. Maii 1710. §. 28. coram Aldrovando, ubi, quod Rota facit opinionem communem, & prævalet aliis, etiam extra Statum Eccleſiaſticum. Sed etiam quia non allegatur authoritas in con-
trarium, unde illa habetur pro caſu legis, ut obſervant Becc. 19
conſ. 23. num. 6. Franch. deciſ. 363. num. 4 Surd. deciſ. 29. num. 36. Gratian. diſcept. 531. num. 29. & Rocc. diſp. 191. num. 26. & firmavit ead. Rot. deciſ. 560. num. 3. part. 18. recent. & in Gerunden. Beneficii 8. Martii 1697. §. Secus coram Muto, & in Syracuſana Primogenituræ 20. Novembr. 1697. in fine coram eod.

## §. XXVII.

*Subſequentes in nulla conſideratione habendas eſſe demonſtratur.*

QUo demum ad ſubſequentes, illa fundata in matrimo- 1
ni conſummatione, poterat, imò debebat prorſus omitti, uti deteſtabile factum, ſaltem ſecundùm præſentem juſtitiam, quia à Tribunali Eccleſiaſtico per ſententiam, in judicatum tranſactam, & à Papa approbatam qualificatur pro actione, digna pœna triremium: Si enim Ju-
dex Criminalis credidiſſet matrimonium validum, utique nul- 2
lus ſuberat condemnationi, vel pœnæ locus, ideoque non videbatur eſſe probabile fudamentum quod &c. captivaret intellectum: ut in individuo obſervat Card. de Luc. de Matrim. diſc. 6. num. 21. Nec eſt de illa mirandum, ratione adducta per He. in ſuo Conſtituto, ibi: Ci condiſcendevo, perchè ſtavo in manſua &c. perchè l'errore, che ò fatto per eſſer ſtata &c.
ingannata dal ſudetto F. Seductionem enim, & deceptionem 3
faciliùs præſumi in teneris Puellis, Virorum converſationum ignaris, in terminis obſervant Knipſchildt de Fideicom. Nobil. cap.

4 *bil.cap.8.num.220.* ubi, quod hujuſmodi mulierum fragilitas naturalis, & immutabilis eſt: *Tiraquell. ad Leg.connub. leg. 9. gloſſ.1. part. 9. num. 137.* ubi refert illud *Propertii ad Cinthiam lib. 2.*

*At nimium faciles aurem præbere Puellæ.*

*Barboſ.Vot. deciſ.17. num.105. Carol.Ant. de Luc.ad Ventrigl.*
5 *in Prax.part.1. de matrim.met.contract.annot.3.§.2.n.5.Jovius de Solemn.in contract. Minor.gloſſ.9. §. 1. num. 102.* ubi, quod
6 matrimonium non reddit ſagaciorem, & prudentiorem minorem, *Card.de Luc.de matrim.diſc.6.ſub num.23.& ad Concil. diſc.28. num. 12. & Rot.deciſ.23. num.14. & ſeqq. part. 12. deciſ.38. num.10. part.16. recent.& in Peruſina Matrimonii 15. Martii 1688.§. Litterali coram Hervault.*

Reſpondemus pariter cum punctuali authoritate *Antonii Galeatii Malvaticei in conſ. 84. num. 9. inter Conſ. diverſ. de matrim.* quod: *Cùm in caſu propoſito &c. non interceſſerit con-*
7 *ſenſus, per copulam ſubſequutam perfici non potuit matrimonium;* Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit *leg. Nuptias 31.ff. de Reg.Jur.* ubi *Gloſſ.* quod ſæpè eſt concubitus, licèt non ſit matrimonium *Galganett. de Jur. public. lib. 3. tit. 180. de Nupt.in princ. Gargiar. conſ.19. num.2.& 3.* ubi, quòd quando non conſtat de valido conſenſu, licitum eſt Contra-
8 hentibus propria authoritate recedere, etiam ſi copula eſſet ſubſequuta, *Gigas in Sing.de matrim.* impreſſis *poſt Conſ.ſing.*
9 *52. & 57.* ubi, quòd ſequens copula in his caſibus arguit ſtuprum, non matrimonium: *Havemann.de Jure connub. tom. 2. in Append.ad conſ.14. fol.mihi 970.* ibi: *Talis copula non reperit materiam præjacentem: Portell.de Dub.Regular. tom 2. cap. 97. verſ.Ad primum dic fol. mihi 322.* ibi: *Traditio enim*
10 *corporis inter Conjuges non fit, niſi per verum matrimonium, verumque Sacramentum, quod in hoc caſu non intervenit: de Graffis conſ. 25. num. 11. lib. 5. de Sent.excomm.* ibi: *Nec*
11 *conſenſus iſte debet eſſe occultus, ſed expreſſus &c. aliter non matrimonium, ſed adulterium, vel ſtuprum, aut fornicatio diceretur &c. & hodiè clarè patet per Concil. Trid. &c. etiamſi ſubſequatur copula; Bottiglier. de Succeſſion. cap. 1. theor. 5. num. 6.* ubi, quod hoc caſu abſque Sententia Ordinarii uterque Contrahentium poteſt diſcedere à primo, & cum aliis ſecundum contrahere matrimonium: *Oliver.de matrim.nullit. part. 1. fol. 39.* ibi: *Conſenſus ſi defuerit cætera etiam cum ipſo coitu conjugali fruſtrantur, & corruunt.* Et in terminis
12 ſponſalium *Rot. coram Celſ. deciſ. 374. num. 3. & deciſ. 1285. num.4. coram Emer.jun.*

Aliàs F. ex proprio dolo, machinationibus, & malitia commodum reportaret, quod generaliter improbat *Rot. in Ferrarien. Reſtrictus Ghetti 22. Mart. 1697. §. Quo enim coram R. P. D. Lancetta*, & in terminis improbat *BroVver. de*
13 *Jur.connub.lib.1 cap.19. de Sponſal.dol.mal. contract.fol. mihi 177.* ibi: *Sæpè ſolent &c. concubitum adjungere &c. ut dolo captos majoribus implicent pedicis, utque efficiatur, quaſi re non ampliùs integra, difficilior reſiliendi poteſtas &c. Quod*
14 *quidem flagitium duplex continet crimen: & Oliver. de matrim.part.3.fol.74.* ibi: *Fraudem nemini debere patrocinari,*
15 *ſed potiùs ſibi, quàm alteri nocere, ne fructum ſuæ malitiæ conſequatur: & Amic.in Curſ.Theolog. tom.9. de Diſſolut.matrim ſect. 4. num. 39.* ibi: *Dolus nemini debet patrocinari, & nullus debet Jus perdere ob alterius culpam. Et Salſed. in Practic.crim.canon. cap.73.de Clandeſt.nupt.fol.286.* ibi: *Quod ſi non tantum matrimonium clandeſtinum contractum fuerit, ſed Contrahentes carnali copula conſumaverint, graviore ſupplicio immune hoc crimen ab aliis puniri oportet: Veg.in ſumm. cap.25. de Matrim.caſ.89.* & egregiè *S.C.C. in Ulixbon.de qua in Tom 1. part.2. diſc 1. num. 208.*

At quando tot non adeſſent congruæ reſponſiones huic ſequenti circumſtantiæ, ſola ſufficeret animadverſio, quod in
16 his caſibus matrimonii conſumatio, tunc ſolum deſervire ſolet pro conjectura, quando ſequuta fuit affectu maritali, in quibus terminis loquuntur omnes ex adverſo allegabiles, quibus addimus *Oliver.de matrim.part.2. fol.50.& fol.63. in fine, & part. 3. fol. 66.* pariter *in fin.* ibi: *Qui omnes probant non cenſeri contractum legitimum matrimonium, atque ita pro illo*
17 *non eſſe judicandum, quando copula non præceſſit uxorio, vel maritali affectu reſpectivè:* Circa quod credendum eſſe aſſerenti, probaverat *ſupra d. fol. 50.* reſpondendo regulæ, quod
18 nemo audiatur, allegans propriam turpitudinem, limitari: *Quando agitur de animæ periculo;* Quod firmavit etiam *Rota in deciſ. 87. num. 41. poſt Zacch. quæſt. medic.legal. & Oliver. fol.64. in princip.* quod accedente Conjugis confeſſione: *Circa*
19 *hoc non eſt ulteriùs diſputandum, quia in claris non eſt opus argumentis, vel conjecturis.*

Quo autem affectu ſequuta fuerit in noſtro caſu copula declaravit cum juramento He. in ſuo Conſtituto ibi: *Io ci con-*
*diſcendevo, perchè ſtavo in man ſua, che per altro non l'ò mai* 20
*conoſciuto, nè conoſco &c. per Marito &c.* Cui eſſe credendum probant authoritates, ſupra adductæ, & addimus *Abb. in cap Super eo num. 4. de Conſang. & affinit. & Maſcard. de Probat. concluſ. 132. num.8.*

Illa verò, quæ deducitur ex depoſitione utriuſque Aloy- 21
ſii, domum F. commodantium, non probatur in facto, ex quo iidem teſtes ſunt in eorum dicto ſingulares, ut ex lectura, ſicque nullo modo attendi debent in terminis *Alexand. conſ. 143. ſub num. 1. lib. 2.* ubi, quod hoc caſu dictum unius 22
teſtis ſingularis nec etiam declaratur per dictum alterius. Et in Jure reiicitur *à Grat.diſcept.849.num.15.&17.& à Rot.dec.* 23
*634. num. 8. coram Burat.* Atque prorſus inſubſiſtens detegitur ex ipſis met verbis dictorum teſtium, referentium pro 24
Authoribus ejuſdem confeſſionis, tàm F. quàm He. in confuſo, & ſignanter illa Aloyſii P. ibi: *Anzi, che per maggiormente indurlo à ta'e atto, li ſuppoſe, che ſe non la conduceva via in quella ſettimana &c. e quanto ſopra ò narrato, me* 25
*l'anno raccontato ſuſſeguentemente molte altre volte, si il detto Sign. F. che la detta Sig.E.* & in illa Aloyſii B. ibi: *Alternativamente l'uno e l'altro mi diſſero &c.* & ibi: *E dato queſto appuntamento, come eſſi diſſero &c.* Quæ propria oris confeſſio ſuperat omne probationis genus, ut contra eundem te- 26
ſtem firmavit *Rot. deciſ.783. num.6. part. 18. recent.* Si igitur Author harum confeſſionum eſt ipſemet F. nullum gradum probationis conſtituunt teſtes, de illo deponentes, qui non magis probant, ac illi à quibus audiviſſe dicunt, ut in termi- 27
nis obſervat *Rot. deciſ.8 num.23. coram Arguel.* ne videatur plus eſſe fidei copiæ quàm originali contra *Text. in cap. Licèt ex quodam de Teſtib.* ibi: *Cùm ſatis videretur abſurdum, illos admitti, quorum repellerentur Authores:* & obſervat *in ejus Vot.* impreſſo *in part. 14. recent.* in ordine *il 535. num. 11. &* 28
*num. 32. b. m. Marcellus Severolus, Canoniſta celeberrimus, & Juris Conſultus maximè exercitatus, nimiumque eruditus, & omnium ſcientiarum cognitione percelebris.* Et firmavit *Rota in Firmana Prædii 29. Martii 1694. §. Non minùs coram Card. Capraia, & in Cavallicen. Pecuniaria 5. Junii 1696. §. Similiter coram Olmo:* & in noſtris præciſis terminis *Rota coram Seraph. deciſ. 893. num. 15.*

Recurritque ſemper congrua animadverſio, quod matrimonium, non Conjugum confeſſione, in abſentia Parochi, 29
& teſtium, ſed ex actu, coram iſtis geſto probatur, in terminis *Innoc in cap. Tuæ Fraternitatis de Sponſ.* ibi: *Imò plus videtur, quod etiamſi conſtet modò, quod ad invitem conſenſerunt, quia hoc confitentur, tamen non eſt matrimonium: Gargiar. conſ. 19. num. 4.* ibi: *Matrimonium per confeſſionem* 30
*mulieris, quòd ex verbis tacitè colligebatur, non probatur: Grat.conſ.75.n.42.inter Conſ. matr.diverſ.de Valduar.obſerv. 23.num.94.& ſeqq.* ubi, quòd quidquid eſſet ante Concilium, quando matrimonii probatio à ſolo Conjugum conſenſu pendebat, poſt Concilium hujuſmodi confeſſiones ad nihilum 31
deſerviunt *Barboſ.* loquens in terminis matrimonii conſumati, cum ſignis approbationis, & lætitiæ *Vot. deciſ. 1. num. 115. & ſeqq.* ibi: *Prætenſa confeſſio de matrimonio &c. fuit actus matrimonio poſterior, qui ſanare non potuit defectum* 32
*conſenſus, in ejus celebratione intervenientis.*

Præcipuè quando hujuſmodi confeſſiones emiſſæ fuerunt, ut in noſtro caſu, præſente Sponſo, & durante adhuc allu- 33
cinatione, egregiè *Pariſ.conſ.60. num. 37. lib. 4.* ibi: *Talem confeſſionem, & verba in nihilo obeſſe, &c. ex quo fuerunt prolata durante metu, & exiſtente eadem cauſa metus, & conſequenter omnia tunc temporis, nedum dicta, ſed etiam facta* 34
*tolluntur, & non ſubſiſtunt, quia cenſentur omnia meticuloſa, & facta, & dicta: Ventrigl. in Prax.part.1. annot.4. §.2. de matrim.met. contract. num.21. Ricc. deciſ. 15. num.6. part. 2. & Seraph. 863. num. 4.* ubi, quod etiam in dubio actus in his 35
terminis attribuuntur cauſæ præcedenti. Atque fuerunt poſtea hujuſmodi confeſſiones revocatæ, juxta punctuales authoritates, quas allegat *Barboſ.in d voto deciſ.1. num 120.* & egregiè *Corrad. Weidman inter Conſ. diverſ. German. conſ. 6. ſub num. 24.* ibi: *Et ipſa, & eaſdem nunc veras confeſſa eſt,* 36
*& à quibuſdam &c. inductam ſe, & perſuaſam dicat, ut ex reſponſione &c. Certè præſumendum eſt ipſam ſalutis ſuæ magis memorem fuiſſe in reſponſionibus ad poſitiones, &c. quàm priùs, ubi ex inſtigatione pravorum hominum animata fuit:* & firmavit *Rota in Peruſina Matrimonii 15. Martii 1688. §.* 37
*Reliqui verò coram Hervault.*

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

*Oſtenditur, Parochum non affectaſſe non audire in noſtro caſu.*

1 SEd quatenus omnia iſta deficerent, conſtaretque de indubitato conſenſu He: nullaque adeſſet ſententia, canonizans illius deceptionem, adhuc matrimonium eſſet nullum ex defectu intelligentiæ Parochi. Habemus enim in facto quod iſte ad omnia attentiſſimus, eundem conſenſum non percipit, proindeque matrimonium eſt nullum, juxta literalem diſpoſitionem *Sacr. Concilii Tridentini ſeſſ.24. de Reformat. matrim. cap.1* Hujus ſiquidem intelligentia adeo ne-
2 ceſſaria eſt, ut non ſufficiat illius ſola præſentia materialis, & phyſica, ſed requiritur moralis, & humano modo, ut probavimus ſupra §.11. *num.*8. Imò etiam ſi Parochus ac-
3 cedat animo advertendi, & deinde vagetur animo, tempore, quo Contrahentes proferunt verba, matrimonium adhuc eſt nullum, ex allegatis ſupra §.12. *per tot.* Multò magis, ſi conſenſum verè non percipiat, etiamſi affectatè
4 ſe habeat, ex doctrina *Sanchez*, quam communiter ſequuntur Theologi ſupra allegati §.13. *per tot.* qui egregiè reſpondent omnibus contrariis, & aperiunt verum, & germa-
5 num ſenſum reſolutionum hujus Sac. Congregat. quæ ſolent in contrarium allegari, ut videre eſt in §.14. *per tot.*

Quæ tamen omnia dicta ſint ex abundanti, & ad ſolum materiæ ornatum. Suppoſito ſiquidem, quod affectatio nihil aliud ſit, quàm determinata, & conſulta omiſſio alicu-
6 jus rei, ut in noſtris terminis benè obſervant *Sanch de Matr. lib.3. diſp.39. num.5 Guttier. eod. Tract. cap.69. num 8. & Roſſignol. in Praxi Theologica Leg. tom.10. de Matrim. prænot. 32. num.5.* Ejuſdem affectationis termini, nec etiam à remotiſſimis caſui noſtro applicantur, tam ſi habeatur ratio ad ſubjectum affectans, quàm ad rem affectatam.

Quo enim ad ſubjectum affectans, noſter Parochus non clauſit oculos, neque ſe obturavit aures, neque fugam arripuit ab Eccleſia, & tamen quod iſta facere debeat, qui vult affectare, declarando reſolutiones hujus S. C. de affe-
7 ctatione loquentes, in terminis obſervant *Fagnan. in cap. Quoniam, num.25. de Conſtit. & Natal. ab Alex. in Theolog. dogmat. & moral. de Sacram. Matrim. lib.2. art.2. de Conſenſ. clandeſt. propoſit.1. reg.10. in fin. fol. mihi* 494. Sed permanſit in medio parvæ Eccleſiæ, diſcurſus habuit cum F. ab ipſo
8 nomina in folio ſcripta recepit. Quando poſt hæc omnia, iterùm de matrimonio idem F. fuit loquutus, perfectiſſimè audivit, ut ipſemet Curiæ Eccleſiaſticæ retulit; Vocavit teſtes, ex induſtria in Eccleſia exiſtentes; Ipſos rogavit, ut proprium darent nomen; Fuitque ultimus in diſcedendo, & redeundo ad Sacriſtiam, ut miſſam celebraret, quo tempore poterat etiam F. matrimonium coram ipſo contrahere, juxta exemplum, de quo *Card. de Luc. de Matrim. diſc.2.*
9 ubi de matrimonio contracto coram Parocho dicente: *Dominus vobiſcum*: de quo etiam caſu *Rot. cor. Royas dec.431. & in par.11. rec dec.375.* cum aliis, de quibus in *Tom.2. p.1. diſcept.10. num.135.*

Quomodo igitur poteſt dici, ipſum affectaſſe non audire verba, vel non videre nutus illius matrimonii, cujus probationes tantis diligentiis procuraverat à teſtibus, recuſan-
10 tibus dare proprium nomen, ut de ſe ipſo dicit Petrus, ibi: *Che egli ſi era trovato accidentalmente, e che non occorreva dare il ſuo nome, il quale poi diſſe, &c.* Et clariùs idem Parochus in Relatione facta Curiæ, ibi: *E benche il ſudetto Pietro, &c. diceſſe non voler eſſer teſtimonio, ma poi avendogli io fatta iſtanza, come ſi chiamava, mi diſſe chiamarſi, &c.*
11 Nec inſiſtatur in eo, quod terga verterit in Confeſſionario, quia cùm non eſſet neque de forma, neque congruentiùs, matrimonium ibidem contrahi, minuſque poſſet divinari He: velle facere ſigna, ut exadverſo figuratur, ſed potiùs credere debebat voluiſſe loqui ad imitationem F. tergorum verſio in his circumſtantiis non eſt modus affectandi non au-
12 dire, ut de ſe patet; Verba enim non minus à parte antica, quàm poſtica audiuntur, experientia teſte, quando revera adeſt qui loquatur.

Vox ſiquidem: *Currit concavo, vel recto, &c. ſpatio &c. ſi nulla inæqualitas impediat*: juxta Mathematicorum axioma, quod *Plinio* attribuit *Bartolus in Tractat. del Suono de Tremori armonici, e dell'Udito tract.2. cap.6 fol. mihi 99. verſ. Or à vedere, & Rot. deciſ.6. num.11. & deciſ.7. num.5. apud*
13 *Antonell de Jurib. Clericor.* Et, habita ratione ab brevem diſtantiam Confeſſionarii à loco, in quo ſtetit immobilis Parochus, non obſcurè deduci poteſt ex iis, quæ nimis ſolidè advertit *Vitalis Jordan.* (in Romana Sapientia, atque In Regia Gallorum in Urbe Accademia publicus Mathematicæ Profeſſor, jam meus Magiſter) *in ſuo Euclide Reſtituto in demonſtrat. princip. Paralellorum poſt Theor. 18. præpoſit. 26. lib.1.*

Quo verò ad rem affectatam, hoc eſt ad verba He: affecta- 14
tio non poteſt eſſe inſubſiſtentior. Si enim non conſtat de verbis, quæ dicta fuerunt in Eccleſia, dum ipſa cum juramento aſſeruit: *per il quale matrimonio non proferii parola alcuna:* Petrus aſſerit, fuiſſe tantummodo illa: *Io ancora:* Aloyſius P. *Che anche Lei riſpoſe di sì.* Aloyſius B *Diſſe, &c. Sig. Parocho queſta è mia moglie, e voltato alla Sig. Elena Non ſono Io voſtro marito? Ella più con gl'atti, che con le parole facendoſi roſſa, diſſe di sì.* Dominicus: *Non ſentii, che la ſudetta Giovane avanti al Parrocchiano; nè avanti Noi altri diceſſe coſa alcuna*: & in alio examine: *Diſſe non* 15
*sò che parole, che io non le potei ſentire.* Antonius: *Stava tutta timida, e pallida, non proferì mai parola di ſorte alcuna.* Alexander: *Non parlò mai, nè diſſe parola di ſorte alcuna con alcuna perſona, nè diede conſenſo, &c.* Quomodo quæſo poteſt dici in hoc caſu, Parochum affectaſſe non audire, vel non videre ea, quæ abſolutè negantur ab illa, quæ 16
prætenditur fuiſſe loquutam, & à duobus teſtibus, in omnibus conteſtibus, non affirmantur ab altero pro matrimonio, conducto ad audiendum præciſè, & illa negante cum illis claris, & univocis verbis, oportunè repetendis: *Io non ſentii, che la ſudetta Giovane avanti al Parrocchiano, nè avvanti Noi altri diceſſe coſa alcuna:* & prorſus deſtruuntur à conbinatione dictorum teſtium contrariorum? Quanam ve- 17
riſimilitudinis apparentia prætendi poteſt, Parochum affectatè non percepiſſe conſenſum illum He: circa cujus non exiſtentiam adeſt ſententia, ſervatis ſervandis lata ab Eccleſiaſtico nimirum qualificato Tribunali, in judicatum transa- 18
cta, & à SS. poſt maturam Cauſæ reviſionem mediante organo ejus R. P. D. Auditoris ſpecificè approbata?

Non obſtante, quod eadem verba audita diſtinctè fuerint à Petro, & confusè à Dominico, ut in eorum 2. examine 19
depoſuerunt. Ultra enim congruas reſponſiones, datas huic claræ auditioni Petri, & confuſæ Dominici, ſuperadditæ in 2. examine, quæ legi poſſunt in §§. 20. & 23. Semper urget animadverſio, vimque facit intellectui conſideratio, quod Parochus, ex improviſo vocatus ad audiendam confeſſio- 20
nem, & ſimplicitate maxima, optimaque bona fide ſe collocans in Confeſſionum Sede, affectatè non audiverit id, quod coram ipſo dictum non probatur, quodque unus ex teſtibus, ad audiendum conductus, ex propria oris confeſſio- 21
ne, ſimpliciter non audivit, coram Parocho dictum fuiſſe, ut legitur in jurato examine, ibi: *Io non ſentii, che la ſudetta Giovane avanti al Parrocchiano, &c diceſſe coſa alcuna, &c.*

Et quod prorſus intolerabile videtur, omiſſo nimis ſolido, inconcuſſoque uſque ad præſentem diem modo diſcurrendi de affectatione, vel quia Parochus claudat oculos, obturet aures, vel aufugiat ab Eccleſia, ex animadverſis ſupra *nu-* 22
*mer.7.* affectationem prætendere ex facti ſerie, & illis præſumptionibus, & conjecturis, circa quas oleum, & operam perderent ipſemet *Hermes, Cœcilius, & Camo*, quicumque ex illis ſit Author, vel Auctor modi lambiccandi, & filtrandi; & diſtillatoriæ cucumellæ (de cujus ſignificatione videri poteſt *Gloſſ. marginalis in l. Si quando, verb. Catel-* 23
*lianus Cotta circa med. ff. Si ſervit. vendicet.*) quod inter Chimicos non conſtat, dum communis quidem Schola in magiſtrum agnoſcit *Hermetem Donzell. nel Formaceutic. nell'Introduzzione §. Altri*, ſed non deſunt illum attribuentes *Cœcilio*, ut videre eſt apud *Plin. in Hiſtor. natur. in princ. Epiſt. Veſpaſ. Imperat. fol. mihi* 16. Et in Authorem agnoſcentes *Camum*, Ægyptiorum Regem, ut probat *Lucatel. nel Teatri* 24
*d'Arcani fol. mihi 20. circa med. verſ. E perche Camo è ſtato l'Inventore, e Autore, &c.*

Quinque igitur ex iſtis, imò etiam ſimul unitim adlaboran- 25
tes, operam, & oleum perderent, prætendendo ex illarum exquiſitiſſima diſtillatione unicam miſerabilem guttam affectationis Parochi extorquere, quando è converſo ex ſola, & ſimplici manuum compreſſione ex illis undique manat unda fraudis, deceptionis, machinationis, malarum artium, allucinationis, minarum, doloſarum ſuaſionum, 26
&c. juxta præciſa verba Sententiæ, de qua ſupra §.21.

## §. XXIX.

*Diluuntur Objectiones contra Parochum.*

1 NEc replicetur, Parochum terga vertiſſe; Quia ſi poterat, imò tenebatur aufugere, imò ſi debebat matrimonio poſitivè reſiſtere, ad effugiendas pœnas, & non committendum mortale peccatum, ut probavimus ſupra *§.15. num.1.& 3.* Nedum nihil mali fecit terga vertendo, ſed potiùs ille fuit actus meritorius, quales ſunt omnes illi, qui
2 fiunt ad evitanda, & effugienda peccata; Itaut mirum videatur in culpam imputare eidem Parocho actus verè meritorios. Obſervando præcipuè, quod idem Parochus natus, & enutritus eſt in illis Regionibus, ubi: *Par tous les Conciles, &c cette ſolemnité à eſtè fort ſoigneuſement recomandeè, meſmes, il y à eu peine d'excomunication, non ſeulement contre les Curez, qui adminiſtrojent, &c. à ceux des quels les*
3 *mariagnes n'aurojent eſte proclamez, &c. mais auſſi contre ceux, qui aurojent negligè en ce point les comandements dell' Egliſe:* ſunt verba *Carol. Feuret. de Abuſ. lib.2.cap.2. numer.15.* Certiùs quia in ſe ipſo ſtatim reverſus, conſiderans forſan, quod non reperiebatur in Patria, quodque propriæ ſatisfecerat conſcientiæ, oſtendendo, ſe non aſſiſtere voluntariè clandeſtino matrimonio, poſt paucos paſſus permanſit in Eccleſia, diſcurſus habuit cum F. teſtes contrarios ad
4 ſe vocavit, quo tempore non unum, ſed plura contrahi poterant coram ipſo matrimonia, fuitque ultimus in diſcedendo, quæ circumſtantiæ tanta evidentia exceptionem affectationis excludunt, ut nihil magis addi poſſit pro illius excluſione.

Minuſque inſiſtatur in eo, quod replicatas emiſerit atte-
5 ſtationes circa hoc factum; Si enim licitum fuit Petro, qui in primo examine ſaltem implicitè negaverat nutus, illos ſuperaddere in ſecundo, & Dominico, qui dixerat priùs, non audiviſſe, He: aliquid dixiſſe, in poſteriori examine contrarium deponere. Quare eidem Parocho permiſſum non
6 erit Relationem, factam Curiæ Eccleſiaſticæ, declarare? Cum hac tamen maxima differentia, quod Parochus primam Relationem fecerat abſque juramento, & ad ſe excuſandum coram Judice Eccleſiaſtico, teſtes verò contrarii in ſecundo examine jurato, depoſuerunt contrarium illius, quod in priori cum juramento affirmaverant. Et tamen quod in his caſibus optimè ſe gerant Parochi, novas declarationes addendo, haſque anteponendas eſſe primæ, in individualibus terminis firmavit *Rot. cor. Peuting. deciſ.179. numer.7. & ſeq.* ibi: *Et hoc ipſum ejuſdem Parochi depoſitio judicialis affirmantis, nullum fuiſſe matrimonium contractum, com-*
7 *probat, &c. Et parùm refert, quod idem Parochus extrajudicialiter aliud atteſtatus fuerit, quia judicialis aſſertio magis attendi debet, ut latè probat, &c. Idque eò magis, quia judicialis atteſtatio poſterior, non ſit antecedenti extrajudiciali contraria, ſed potiùs declaratoria, & ſic magis attendenda:* Et generaliter quod ſecunda atteſtatio jurata, declarativa, & aliundè adminiculata, præferenda ſit priori *Rota in Romana, ſeu Januen. teſtamenti 2. Aprilis 1683. §. In conflictu coram Cardinali Matthæio.*

8 Speciemque habet veri paradoxi pretenſio convincendi de mendacio ex iſtiſmet depoſitionibus, & aliis conjectutis Parochum, in ſuo dicto concordantem cum duobus teſtibus, & tot aliis probationibus, *de quibus ſuprà à §.18. uſque ad §. 23.* Hoc enim eſſe propriè divinare, quod nimis periculoſum reputatur in his materiis, in individuo notat *Bald. in cap. Ex tranſmiſſa ſub num.2. de Reſtit. ſpoliat. & Nicol. Ruckerius inter Conſil. matrim. diverſ. German. conſ.34. num.23. & Hopping. conſ.7. verſ. At cum fol.293.*

Attentis præcipuè inſubſiſtentia in facto, & æquivoca ſignificatione in jure conjecturarum, & ſignorum, ex quibus induci prætenditur Parochi ſcientia, *ex allegatis ſupra §.26.*
9 Si enim illa nullo modo probantur in facto, & in toto rigore Theologico non admittuntur ab Authoribus, *allegatis ſupra d. §.26.* Quantò minus deſervire poterunt ad convincendum noſtrum Parochum, cum juramento aſſerentem, illas non
10 vidiſſe, & proinde matrimonium non fuiſſe contractum. In his enim caſibus attendi capacitatem Operantium, & communem, non egregiorum Theologorum, & ſubtilium Scholaſticorum intelligendi modum, in terminis obſervant adducti per *Gabriel. à Sanct. Vincent. de Matrim. diſcept.3. quæſt 8. num 74* ibi: *Nec &c ad difficultates Theologicas, neque ad illarum formalitates attendere, ſed ad communem loquendi modum: Boſſ de Contract. matrim cap.3. num.247. & Guttier. eod tract cap 3. num 15.* Subtilitas enim perniciosa reputatur, nec facilè à Judicibus admittenda eſt, ut obſervat *Fagnan. in cap. Cum eſſes num.43. de Teſtament.* Et propter nimiam ſubtilitatem ſæpè erramus, ad ſenſum, & verba *Baldi in leg.8. ſub num.37. C. de Impub. & aliis ſubſtit.* quem refert *Rota in deciſ.307. num.2. par.16. recent.* ubi quod idem Baldus non fuit craſſæ Minervæ.

Indeque videmus, quod ſi Parochus non intelligat idioma 11
Contrahentium, matrimonium non valet, etiam ſi memoriæ teneat confuſos illos ſonos idiomatis ſibi ignoti, quibus verus conſenſus ſignificatur: *Surdi namque ſumus omnes in* 12
*linguis, quas non intelligimus:* ad ſenſum *Ciceronis lib.5. Tuſc. quæſt.* & obſervat generaliter *Pignatell. conſul.56. ſub num.2. tom.6.* & in noſtris terminis *Ventrigl. in Prax. par.1. de Teſtib. in Cauſa matrim. adnot.3 §.2. num.2. in fin.* ubi, quod non dicitur præſens Parochus, ſi non intelligit quid agitur, & alii, adducti ſup. *num.12.* Imò non deſunt Authores, firmantes, matrimonium nec etiam per Interpretem in his caſibus validum eſſe, ut videre eſt apud *Pont. de Matr. lib.5. cap.21. num.10.* ea ratione, quia: *ſi Parochus, & te-* 13
*ſtes per Interpretem intelligant quod agitur, non poſſunt illi eſſe certi, neque Eccleſiam certam reddere, innumeris enim litibus pateret aditus &c. Teſtis deponere debet de his, quæ novit, & quibus præſens fuit, & ſic per proprium ſenſum, & non per ſenſum alterius:* & noviſſimè *Gavard. in Theolog.* 14
*exantiq. tom.6. quæſt.2 de Matr. art.8. num.16. fol 595.* ibi: *Parochi præſentia, & teſtium neceſſaria eſt per Tridentinum, ut certam reddant Eccleſiam de matrimonio jam contracto, unde ſi Parochus, & teſtes audirent per Interpretem &c. matrimonium eſſet nullum, quia debent eſſe teſtes de viſu, & auditu immediato, non mediato.*

Sumit robur exorbitantia hujuſmodi prætenſionis convincendi Parochum ab illius verbis; Non enim aſſerit, non audiviſſe verba, neque vidiſſe nutus He: quo caſu ex legiti- 15
mis, & concludentibus probationibus poſſent forſan applicari termini illum convincendi; Sed cum repetito juramento atteſtatur, ibi: *La detta Elena non parlò mai, nè diede altro ſegno del ſuo conſenſo, &c.* & ibi: *Non può eſſere, che ſe la detta Elena &c. aveſſe parlato, ò fatto ſegno veruno, io non l'aveſſi ſentita, ò veduta &c. mentre per debito della mia carica ſtetti ſempre avvertito, & attento à tutto &c.* Circa quam attentionem concordant omnes teſtes, dum dicunt, Parochum, coram F. & H: ſemper ſtetiſſe, nihilque aliud egiſſe, quam exire à Confeſſionario. In his enim terminis, 16
prætendere Parochum convincere, nihil eſt aliud, quàm velle, ut iſte aſſerat id, cujus contrarium non ſemel cum juramento affirmavit, paratuſque eſt, veritate ita impellente, in æternum affirmare.

Sed quando, per impoſſibilem hypotheſim, admitteretur, quod ex magnificatis conjecturis, & circumſtantiis ſimul unitis, ſuppleretur Parochi intelligentia, hoc nil aliud eſſet, quàm per æquipollens habere eandem Parochi intelli- 17
gentiam. Si autem hanc æquipollentiam non admittunt Theologi ex ſcientia totius Viciniæ, mille teſtium, & multarum perſonarum egregiarum, totius Populi, Magiſtratus, & Plebis multitudine, & Cœtus Virorum qualificatorum, & magni numeri Perſonarum, in Eccleſiaſtica etiam majori Dignitate conſtitutarum, *ex authoritatibus, ſupra allegatis §.17.* Et ex eadem ratione per eoſdem Authores adducta, nec etiam æquipolleret in noſtro caſu præſentia totius humani Generis, ſi poſſibile eſſet in aliquo loco adunari, ad 18
inſtar illius unionis, quæ erit in Valle Joſaphat. Quomodo poteſt æquipollentia hæc fundari in aſſertis conjecturis, & circumſtantiis, de quibus nulla habetur probatio in facto, & quæ, quando eſſent concludentiſſimè probatæ, nullam haberent operationem in jure, *ut probavimus ſupra §. 5. numer.1 & ſeq.* Ubi §.2. num.2. oſtendimus etiam ad hunc effe- 19
ctum non ſuffragari certitudinem, ortum habentem à Divina revelatione, quantò minus conjecturalis probatio admitti poterit, ut de ſe patet.

## §. XXX.

*Rejicitur objectio, fundata in poſſibilitate Adulteriorum.*

PIæ meditationi circa duplicata poſſibilia adulteria, quæ 1
divinæ Providentiæ in his caſibus relinquenda eſſe reſpondit Summus Pontifex Clemens VIII. mediante organo hujus Sac. C. *in una Elboren.* relata à *Pignatell. conſult 150. num.40. to.1.* ibi: *In his, quæ ad forum fori pertinent; ſatis eſſe proviſum Jure Canonico, quæ verò ad forum Poli ſpectant, ipſius Dei Providentiæ relinquenda.* Opponi poteſt clara,

ra, univoca, & jurata confeſſio He: ibi: *Io non diſſi, nè proferii parola alcuna, nè in altra forma preſtai il mio conſenſo*: Quæ ſi in foro interiori totum operatur cùm de illo
2 Judices non teneantur judicare, ut in terminis obſervat *Tolet. Inſtr. Sacerd. lib. 7. cap. 2. num. 8. in fine*. Atque prævalet mille teſtium exercitui, directiſque aciebus, juxta celebre dictum *Covar. in Decr. tit. de Sponſ. part. 2. cap. 2. num. 2.* ibi: *In foro interiori conſcientiæ ipſius Confitentis dictum ſufficiens exhibet teſtimonium, etiam repugnantibus mille teſti-*
3 *bus*: quem ſequuntur in eorum *Tract. de Matr. Sanch. lib. 1. diſp. 18. nu. 6. Pont. lib. 1. cap. 9. num. 16. & Boſs. cap. 3. n. 233. & 247. & Rot. dec 994. num 4. cor. Dunoz. jun* Imo ſi: *Illi credendum eſt in foro externo, &c. ſi adſint probabiles conjecturæ, & præſumptiones, quibus animus prudentis Judicis poſſit mo-*
4 *veri ad præſtandam illi fidem: Sufficit enim certitudo moralis, quæ in Jure non eſt definita, qualis eſſe debeat, & ideò talis ſufficit, quæ Virum prudentem, attentis circumſtantiis, & conjecturis, certum moraliter reddere poſſunt &c.* ut obſervat *Ciarlinus contr. 131. num. 20.* amplians, idem procedere etiam
5 ſi negans conſenſum reclamet ex intervallo. Quanto minus hujuſmodi He: jurata confeſſio expugnari poterit ab inermi
6 ſuſpicione, nuda, inſubſiſtentique præſumptione, & pura adulteriorum potentia poſſibilitatis?

Tanti autem non ſolent à Judicibus æſtimari hujuſmodi merè poſſibilia adulteria, quando, ut in præſenti, non conſtat de valido, & legitimo Contrahentium conſenſu. In terminis ſiquidem matrimonii conſumati loquuntur *Barboſ. vot. deciſiv. 1. Grat. diſcept. forenſ 849. de Juſtis de Diſpenſ. matrim. lib. 2. cap. 10. num. 54. & ſeq. & Rot. deciſ. 634. coram Buratt. cum aliis, ab iſtis allegatis*; Et in terminis matri-
7 monii conſumati cum Prolis ſuſceptione eſt *dec. 308. coram Dunoz. ſen.* cujus circumſtantiæ, ſi poſſet dari caſus, quod forma Conciliaris poſſet adimpleri per æquipollens, ut exadverſo prætenditur, talis videntur eſſe naturæ, ut arbitrium extorqueri poſſet ab ipſiſmet lapidibus, ſi voluntatem habe-
8 rent; Bona enim fides Contrahentium non poterat eſſe major, illaque in terminis etiam diſpoſitionis conciliaris attenditur, ſuperabundatque pro illius adimplemento in terminis ſimilibus, ut obſervant *Conciol. alleg. 67. num. 8. Pignatell. conſul. 36. num. 8. lib. 3. & Rot. in Hortana Parochialis 4. Maii 1693. §. Quæ omnia coram Molines.* Et in præciſis terminis matrimonii *Genuenſ. in Prax. Cur. Archiep. Neap. quæſt. 2. cap. 50. in adnotat. & Roſſignol. in Prax. Theolog. legal. de Matrim. prænot. 20. numer. 3.* Et in durioribus terminis ob defectum ſolius qualitatis ſpontaneitatis, non ſubſtantiæ conſenſus, ut in noſtro caſu, eſt *deciſ. 405. par. 18. rec.* in qua, ut dicitur num. 1. mulier: *Per plures annos vixerat cum viro, & filium ſuſceperat*: & benè *Gentian. Hervet. oration. de Clandeſt. matrim.* impreſs. *poſt Conſil. matrim. diverſor. Venetiis 1563. fol. 14. à tergo* ibi: *Conſumatum quoque matrimonium nunquam eſt dirimendum, ſed priùs videndum eſt, an ſit matrimonium, alioquin non dirimetur matrimonium, ſed ſtuprum, & adulterium.*

Congrua verò ratio in his caſibus ea eſt, quia non fuit
9 Deus, qui conjunxit, ſed fraus, malitia, deceptio, ſubornatio, ſicque matrimonium fuit in radice nullum, & quando matrimonium eſt nullum, non dicitur diſſolvi, ut in ter-
10 minis obſervat *Monald. conſ 5. num 95. tom. 2 & Paſſerin. de Elect. cap. 10. ſub num. 30.* ubi, quod hujuſmodi matrimo-
11 nium, tàm coram hominibus, quàm coram Deo nullum eſt. *Oliver. de Matrim. nullit. part. 1. fol. 42.* ibi: *Deus enim non conjungit quos animorum, & voluntatum vinculum ſacra-*
12 *mentaliter non adſtringit, neque ligat &c. Unde non dicitur homo, vel Eccleſia ſeparare illos &c. quia privatio præſupponit habitum &c.* Et in caſu hujus Authoris agebatur in ſpecie de matrimonio conſumato, prout in noſtris terminis, per copulam continuatam quindecim diebus, ut legitur in *fol. 32.* ibi: *Habuiſſe copulam per quindecim dies, &c. & fol 77.* ibi: *In omnem verò caſum utilius ſcandalum naſci permittitur, quàm*
13 *veritas &c. deſeratur &c. & fol. 82.* ibi: *Ceſſat enim ratio, quia tam in cap. Super eo, quàm in cap. Quanto, agitur de diſſolutione matrimonii, vero accedente conſenſu legitimè contracti: Sed in caſu noſtro petitur declarari, ab initio nullum fuiſſe contractum matrimonium, ſaltem validum, & legitimum*: & *fol. 85.* in medio reſpondendo favorabilitati matrimonii, qua attenta potiùs patienter ferendum ſit, aliquos contra homi-
14 num ſtatuta dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra Domini præceptum ſeparari, ait: *Veriſſima ſunt ubi agitur de diſſolutione matrimonii, verè, atque legitimè contracti, propoſito aliquo impedimento dirimente poſt longam cohabitationem, & copulam longi temporis &c. Sed longè diverſa eſt ratio caſus noſtri, quia, &c. abſque animi conſenſu, &c.*



non eſt matrimonium: *Carolus Feuret de Abuſu lib. 2. cap. 2. num 4.* ibi: *En la loy de puretè, & de perfection Evangelique toute autre conjonction eſt condannèe, e repreuvèe, hors celle du legitime mariage, ſolemniſè ſelon les formes, e ceremonies dell' Egliſe, les quelles n'eſtans ſuyves, ny obſervees, les co-*
*pulations auſſi faites in contemptum Eccleſiæ, non ſervatis ſo-* 15
*lemnibus, ſint urayes fornications, contubernia, non matrimonia, furtivæ, occultæ, clandeſtinæ conjunctiones, non legitimæ nuptiæ*: & *Coinch. de Sacr tom. 2. diſp. 46. dub. 2. n. 17. fol. 752. & Sperell. dec. 139. num. 17.* ubi quod in his caſibus non Deus ſed Demon conjungit, & *Card. Pallav. in Hiſtor.*
*Concil. Trid. lib. 22. cap. 4. num. 12.* ubi, quod in his terminis 16
non annullatur matrimonium poſtquam eſt Sacramentum, quia non obſervantia ſolemnitatum operatur, ut contractus non ſint matrimonia, neque Sacramenta.

## §. XXXI.

*Concluſio.*

EX quibus omnibus, præcipuè ſimul unitis, concurrere 1
prorſus videntur omnes animadverſiones, circumſtantiæ, & conjecturæ, prætenſum matrimonium ſubſtinentes, unde jure meritò ſperatur à deciſis receſſus. In his enim cir- 2
cumſtantiis gloria reputatur ſupremorum Tribunalium, ab antecedentibus reſolutionibus recedendo, Sapientum more, conſilium mutare *Rot. deciſ. 23. in princip. cor. Anſald* circa quod celebre habemus exemplum *Juſtiniani*, & celebriora ſunt verba ejuſdem, quæ leguntur in *Auth. de Nupt. poſt*
*princ.* ibi: *Non enim erubeſcimus ſi quid melius horum, quæ* 3
*ipſi priùs diximus adinveniamus, hoc ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem*: & latè *Card. de Albic. de Inconſt. in Judic. in præfat. num. 42 & ſeq. & Rota in Romana Primogenituræ de Corſinis 10. Decembris 1710. in princ. cor. Aldrovando.* Et de laudabili ſtylo hujus S. C. teſtis eſt *Pi-*
*gnat. conſul. can. 162. num. 17. tom. 4.* quem, me ſcribente, 4
practicavit in duriori Cauſa, minorumque conſequentiarum
productiva, *Veneta, ſeu Mantuana Nullitatis Profeſſionis*, 5
de qua *in Tom 1. par. 1. diſc. 3.*

Præſertim habendo præ oculis Cauſæ gravitatem, articuli raritatem, magnumque exemplum, ſpeciem iniqui ha-
bens, ad ſenſum nimiùm noti Authoris, tacito nomine ſe- 6
quuti *à Rota* in noſtris individualibus terminis in *deciſ. 308. num. 20. cor. Dunoz. ſen.* Atque ſemper deteſtatum, & etiam pœna mortis è hominum memoria deleri procuratum, ab ipſiſmet antiquis Romanorum Imperatoribus, & quidem Religioni Chriſtianæ infenſiſſimis, ut de Valente, qui regnavit circa finem quarti ſæculi, teſtes ſunt *Amianus*, & *Gregorius Tholoſanus*, quos refert, & ſequitur *Calvin. de*
*Æquit. lib. 2. cap. 168. num. 79.* ibi: *Et cùm quidam Marinus,* 7
*olim Romæ Cauſarum Defenſor, tempore Valentiniani, & Valentis Hiſpanillæ malis artibus affectaſſet matrimonium, ultimo ſupplicio damnatus eſt*: & *Card. Sfrondat. in Nodo prædeſtin. diſſol. §. 3. fol. 201.* & recognoſci poteſt ex *tit. 10. de Rapt. Virgin. & Viduar. & tit. 21. de Corrupt. mulier. antiqui Codicis Theodoſiani fol. mihi 697. & fol. 700.*

Quibus attentis certò confidimus, quod nedùm revocare 8
dignabuntur illas: *Duas ſententias, quibus voluntariam B. fornicationem in ſanctum matrimonium convertere &c.* Sed ulterius: *Quod viam hanc non aperiant, nè fornicationes falsò in matrimonium convertantur*: ut in ſuo caſu ſcriptum re-
liquit *Camer. in Conſ. matr.* impreſſo poſt illa *Zabarell. in* 9
*expoſitione ſui caſus ante num. 1. & in fine conſulti*, & benè obſervat *Calvin. de Æquitat. lib. 2. cap. 29 num. 2.* Hujuſmodi enim matrimonia: *ut plurimum ſunt ſemina diſcordiarum, fomenta carnalitatum, litium, & injuſtitiarum inſtrumenta*: teſte *Marchant in Tribun. Sacram. tom. 1. tract. 1. tit. 7. quæſt.*
*5. concluſ. 2. in fine fol. mihi 377.* 10

Favorabilitas enim matrimonii in his caſibus: *Non in eo* 11
*conſiſtit, ut protinus pro matrimonio pronuncietur, & inviti, reluctantes, & impares, ſæpè conjungantur, ubi aliàs legitimus conſenſus, & contractus ipſius matrimonii non eſt clarè, & ſufficienter probatus, nam ex tali violenta conjunctione deva-*
*ſtatio potiùs matrimoniorum, quod ipſa docet experientia,* 12
*quàm conjugalis concordia, & dilectio conſequitur*: ſunt verba *Ficard. conſ. 38. num. 19. inter Conſil. Matr. diverſ. German.*

Imo verus favor matrimonii reputatur illud diſſolvere, quando de legitimo conſenſu non conſtat, juxtà celebrem theoricam *Abb. in cap. Series numer. 5. ante med. de Teſtib.*
ibi: *Non minor favor eſt diſſolvere matrimonium, contra le-* 13
*gem Dei contractum, ſicut conſolidare legitimè contractum &c. & eſt dictum veriſſimum &c.* quam ſequuntur communiter repeten-

repetentes, & ſignanter *Felin. in cap. Lator. ſub num. 3. poſt*
14 *princ. verſ. Hanc declarationem de Sent. & de re judic.* ibi : *Abbas &c. dicens hoc eſſe veriſſimum, quia ita favor eſt diſſolvere matrimonium, contractum contra legem Dei, ſicut conſolidare legitimè contractum*: & *Rot. cor. Pamphil. dec. 16. n. 6.*
15 ibi : *Cùm ita favor ſit diſſolvere matrimonium, contractum contra legem Dei, ſicut conſolidare legitimè contractum.*

Breviſſimè totam Diſceptationem paucis verbis perſtringendo: *Prætenditur, defenditurque præſumptionibus, & conjecturis magnum Sacramentum, deficientibus materia, &*
16 *forma*: ad ſenſum unius ex Eminentiſs. & Reverendiſs. Patribus ad beneficentiam nati, qui non ex officio, ſed puro, nimiumque commendabili zelo Decretorum Conc. Trident. perlegere voluit Scripturas, in ultima Congregatione diſtri-
17 butas, in integritate, rectitudine, veritatis, & juſtitiæ amore, animi ingenuitate, & candore, ſtrenua tuitione Jurium Apoſtolicæ Sedis, & Eccleſiarum, ejus curæ commiſſarum, necnon Eccleſiaſticæ libertatis, & immunitatis defenſione, admirabilique conſtantia, cum iis, quos mirata eſt antiquitas, meritò comparandus, ipſiſmet livore, & invidia, & in veritatis obſequium, præ confuſione obmu-
18 teſcentibus. Cætera, proprio ſatis corruſcantia ſplendore, conſultò prætereo,

*Nam Genus, & Proavuos, & quæ non fecimus ipſi*
*Vix ea noſtra voco*

cùm *Ovid. lib. 13. Metam.* relato à *Tiraquell. de Nobilit. cap. 22. num. 21.*

## §. XXXII.

*In eadem Cauſa Replicatio.*

1 NOn quinquennium, ſed vix quarta pars unius anni effluxa eſt à die prioris reſolutionis hujus exemplariſſimi articuli, quem expediret forſan potiùs ſolitum Cauſarum matrimonialium exitum habere, de quo *Card. de Luc. de Matrim. diſc. 9. num. 2. &* 14. quàm mediante poſitiva Deciſione terminari, ob conſequentias, inde reſultantes, ut practicatum fuit *ab hac Sac. Congr. in Neapolitana Matrimonii 7. Septembris* 1680. *lib.* 31. *Decr. fol.* 229.
2 Agitur de matrimonio, probando poſt Concilium, deque interpretatione illius maximi Decreti *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 1.* quod tantam dedit materiam ſcribendi hinc inde Theologis, & Canoniſtis, dum in ipſomet ſacroſancto Concilio 57. Patres diſſenſiſſe narrat Cardin. Pallavicinus in illius
3 *Hiſtor. lib. 23 cap. 9. num. 6.* Parochus inculpatæ vitæ, optimæque conſcientiæ, nullum prorſus, prorſuſque, nec etiam à remotiſſimis, habens intereſſe in Cauſa, teſtatur non vidiſſe ſigna, neque audiviſſe verba Helenæ, non ſe obturavit aures ne audiret, non clauſit oculos ne videret, non aufugit, juxta terminos Reſolutionum, in contrarium allega-
4 tarum; Permanſit in medio parvæ Eccleſiæ, diſcurſus habuit cum F. vocavit, rogavitque teſtes, ab eodem data opera ad Eccleſiam invitatos, ut proprium darent nomen, fuitque ultimus in diſcedendo, & ſe conferendo ad Sacriſtiam,
5 ut Miſſam celebraret, cui interfuit Petrus; Duo Clerici, qui erant in Eccleſia, concordant cum Parocho; Non diſſentit He. Factum F. idem comprobat; Teſtes matrimoniales non ſunt conteſtes, unus deponit de verbis *Io ancora*, cum inveriſimilitudine, vim faciente intellectui, quod au-
6 diverit in diſtantia 80. palmorum ea, quæ non audierunt duo Clerici in diſtantia 13. & Dominicus in diſtantia 8 ſtans ad audiendum, & Parochus ferè tangens He. alloquentem;
7 Nihilque dicit de nutu in uno examine, quando interrogatus, ut diceret omne id, quod viderat, vel audierat *Proc. fol. 5.* ita concludit. *E queſto è quanto ſucceſſe jer mattina in queſta Chieſa di Sant' Jvo per quel, che viddi, e ſentii*; Alter ſibi ipſi contradicit, oppoſitione, in toto rigore Philoſophico, contradictoria benè *Rot. deciſ. 121. num. 1. & 2. cor. Emer. jun.* In Eccleſia non aderant alii.

In his terminis ab Eccleſiaſtico Judice interrogata Helenam exclamat nunquam conſenſiſſe; Perſeverantia maxi-
8 ma, uniformique per ſpatium quinque annorum in hac voluntate perſiſtit, ulterius in æternum perſtitura. Conqueritur de malis artibus, & deceptionibus F. Pro ſua libertate non deſinit deprecari, Judicis auxilium implorat teneriſſima ætas tempore prætenſi matrimonii, ſolus lapſus pauco-
9 rum menſium moræ F. in Domo ſuorum Conſanguineorum, atque, *il ſare più d'una volta il giorno le bagattelle, e metterſi à combattere con le Creature*, necnon *lo ſvariarſi con le Pupazze*, voluntatem ferè cogunt ad credendas deceptiones; Adducimus circa hæc Sententiam ſapientiſſimi Judicis Eccleſiaſtici, approbatam quoad pœnam à Sanctiſſimo 10
Non plus ultra. Majorem comprobationem afferre non poſſumus ſub Sole.

Res ex confeſſione ipſorummet DD. exadverſo Scribentium reducitur ad maximam dubietatem, Eminentiſs. PP. in contrarias diviſi ſententias, dubium augent; Imò intra fines evidentiæ ponunt duo ex illis, qui ſtant pro matrimonio, 11
primo loco contra illud inclinantes, ut mihi inter informandum ſumma benignitate retulerunt, quorum unus nimis elegans, fundatumque Votum pro nullitate compoſuit, conſervatque.

Videndum igitur in hoc dubio quid agendum; Allegatur generalis regula *Text. in cap. final. de Sentent. & re judic.* firmantis in dubio pro matrimonio reſpondendum; Adducimus limitationem, quando, ut in præſenti, agitur de matrimo- 12
nio, punibili modo, & ſine denunciationibus contracto, uniformi calamo Doctorum comprobatam; Illam in caſu practico ſequutum fuit magnum *Rotæ Tribunal coram Buratt. deciſ. 634. & cor. Dunoz. ſen. deciſ. 308.* quæ eſt in termi- 13
nis durioribus; Non deſunt rationes, non congruentiæ hujus limitationis; Ut terreantur alii, *Ut prohibeantur futura*, ut ſacris Canonibus, oecumenicoque Concilio debita præſtetur reverentia in poſterum, ne F. eorundem ſacrorum Canonum, ſacroſanctique Concilii inexcuſabilis contemptor, illorum gaudeat favoribus contra omnia Jura Mundi; Ne 14
facilior ſternatur via ſacros Canones, ſacroſanctaque Decreta conculcandi, nimia erga tranſgreſſores conniventia, & favorabilitate. Materia non poteſt eſſe delicatior, magiſque lubrica. *Citò malis Ducibus erratur; Imitari inſitum eſt hominibus à Pueris, & in hoc differunt à cæteris Animalibus; Longum ſiquidem iter per præcepta, breve, & effi-* 15
*cax per exempla.* In noſtris terminis *hujuſmodi exempla haberent ſpeciem iniqui*, in individuo caſus noſtri benè *Adden. ad deciſ. 431. num. 42. par 4. tom. 2. rec.* & egregiè *Rota coram Dunoz. ſen. deciſ. 308. num. 29.* ibi : *Et via aperiretur fraudibus, clandeſtiniſque matrimoniis, quæ ſac. Canones tanto-* 16
*perè abhorruerunt, habere ſiquidem videtur ſpeciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur*; Uſquequo igitur adducatur, comprobeturque ſublimitatio, pro limitatione ſtandum eſt, vulgatis Juribus.

His jungitur conſideratio, quod dubium, nedum verſatur circa conſenſum He. quod ſuperabundaret, ut ſemper pro libertate reſpondendum eſſet, ut benè obſervat *Rebuff.* 17
*conſ. 68. column. fin. verſ. Nec me conturbat*, & meliùs *Rota deciſ. 491. num. 20. cor. Royas, & deciſ. 9. num. 83. & ſeqq. cor. Arguell.* Sed circa omnia. Dubium circa advertentiam; Dubium circa intelligentiam Parochi (juxta contrariam prætenſionem, quia revera Sole clarius eſt, non intellexiſſe, neque percepiſſe.) Dubium circa intelligentiam verborum 18
à teſtibus, dum unus aſſerit, illa audiviſſe, alter non; Negant duo Clerici; Dubium circa teſtium ſitum in Eccleſia, ita ut opus ſit recurrere ad improprias verborum detorſiones, & inceſſus more Cancrorum pro illo adſtruendo. Dubium circa exiſtentiam nutuum, dum Petrus in primo examine aſſerit, illos non vidiſſe, duo Clerici, & Parochus conſtanter illos negant Dubium circa illorum ſignificationem, dum 19
Dominicus non evidenter, ut eſſet neceſſarium, ſed tenuiſſima credulitate in affirmativam inclinat, ibi: *Inchinò la teſta con il ſegno di ſi, per quanto io credo.*

In hoc dubietatum conflictu He. exclamat, agitur de mea libertate, poſſeſſio ſtat pro me, non dedi conſenſum, ecce teſtes, Parochus teſtatur ita eſſe. *Cui, licèt ſingulari Rota* 20
*ſolet in hac materia plenam fidem adhibere, ex quo teſtatur de facto proprio nomine ſui officii*, Sunt verba *Rotæ deciſ. 761. num 13. cor. Cerro.* Hujus dictum coadjuvatur à duobus Clericis, teſtes matrimoniales illum de mendacio non convincunt, ut in caſibus, exadverſo exagerатis, ſed confunduntur ad invicem, ſibique contradicunt; Cauſa ſimilis cum his ſpecialitatibus ab hac Sac Congreg. non oſtenditur 21
amplius deciſa, nullus Doctor exadverſo citatur, ad hos terminos deſcendens; Minores circumſtantiæ cauſam dederunt replicatis recurſibus huic Sac. Congreg. teſtibus Cardinalibus Bellarmino, & Lancellotto, Summis Pontificibus 22
illos referentibus; Promiſſa fuerunt remedia, deſiderantur adhuc, ut obſervat *Pignatell. conſ. 145. numer. 14. tom. 4.* Saltem non augeantur mala, non dilatentur vulnera.

Quatenus igitur in hoc dubietatum cumulo pro nullitate reſpondendum non videatur, poſſet in Conſultorem acceſſiri *collegiale aliquod Urbis Tribunal, cui in præterito Sæ-* 23
*culo ſimilis Cauſa, à qua ſalus trium, penitùs toto divi-*
*ſorum*

ſorum Orbe; *Regnorum pendebat, legitur commiſſa, plau-*
*dente Orbe;* Poſſet ſaltem injungi aliquibus Theologis, &
Canoniſtis, ut coram hac Sac. Congr. ſcribant in re tam ar-
dua, tam dubia, tantarumque conſequentiarum producti-
va, ſupplendo noſtros defectus, dum ſcribimus ad momenta
24 temporis, inſufficientes in minimis, quantò magis in hac
maxima inſpectione; Heſterna die erat jam prima hora no-
ctis pulſata, & Partis Scriptura ad noſtras manus non per-
venerat, hodiemanè oportet reſponſiones diſtribuere;
Quomodo igitur poteſt in materia concludenter ſcribi;
Cauſæ pecuniaræ cum majori otio tractantur, & deci-
duntur.

Dubietatibus circa ſolemnitates, & formam, accedit
concurſus deceptionis, ſubornationis, fraudis, & allucina-
tionis. In his præciſis terminis nullus exadverſo allegatur
25 Doctor, qui firmet in dubio pro matrimonio reſpondendum.
Nos adducimus individuales authoritates, firmantes, quod
*non deliberatus, & legitimus Puellæ conſenſus, ſed improba*
*ſuggeſtio, & extorſio non valet; Adden. ad Dec. conſ.163. lit.*
26 *A.* Quod *contra authorem fraudis, & doli in tali matrimonio*
*adhibitas, &c. Judex debet arbitrari illud eſſe omninò inva-*
*lidum, cum totum hoc ejus arbitrio committatur, qui omnibus*
*rectè conſideratis, non debet aliud ſtatuere, & ita ex prædi-*
*ctis fuit judicatum pro invaliditate matrimonii per Rotam, &c.*
*Gratian. diſcept. forenſ. cap.849. num.31.* Quodque *in dubio*
*favendum eſt fœminis, quia ſimpliciùs res tractare ſolent, fa-*
*ciliùſque à Viris decipiuntur: Sanch. de Matr. lib.1. diſp.28.*
27 *num.4. in fin.* Quibus individualibus doctrinis ſolum ſilen-
tium opponitur, peſſimi juris optimum indicium.

Repetuntur ſolitæ animadverſiones circumſtantiarum an-
tecedentium, concomitantium, & ſubſequentium; Non
eſt multum laborandum pro reſponſione; Iſtæ ad ſummum
æquipollent probationi conciliari, ſed hæc utì de forma non
admittit æquipollentia, etiamſi pluſquam ſuperent requiſita
28 Concilii, magiſtraliter *Rota deciſ.657. per tot. par.1. diverſ.*
quam refert, & ſequitur *Card. de Luca de Matrim. diſc.3.*
*num.14. Adden. ad deciſ.471. num.35. & ſeq. par.4. tom.2.*
*rec. & Dunoz. ſen. deciſ.308. num.1.* Ratio in prumptu eſt,
Concilium requirit conſenſum à Contrahentibus clarè ex-
preſſum coram Parocho, & teſtibus, non à Judicibus, vel
ab eiſdem teſtibus è conjecturis elicitum, quam comproba-
vibus ſupra mediantibus punctualibus authoritatibus, & ſi-
gnanter *ex conſil.19. num.4. Gargiaræi*, ibi: *Sufficit per ſigna*
29 *credere, Contrahentes præſtitiſſe conſenſum per verba, &c.*
*nec conjecturæ hodie poſt Concilium proſunt*, quibus libenter
aliquam reſponſionem videremus. Tenentur Parochi in par-
30 ticulari Libro probationes conſenſus Contrahentium ex ſac.
Concilii præſcripto adnotare *Cerr. deciſ.7. num.9.* Quid pra-
cticandum in caſibus, noſtro ſimilibus, oporteret ſcribere in
illo ad ſupplendam teſtium præſentiam, & intelligentiam.
*Præſentibus circumſtantiis, videntibus conjecturis, & ha-*
*rum complexu audiente, & comprobante.* Parocho autem cum
juramento affirmante ſe non percepiſſe conſenſum.

Præterea Tridentinum Concilium perſonas, matrimo-
nium contra formam ab eo præſcriptam, contrahentes:
*Omninò inhabiles reddit:* Materia Sacramenti matrimonii
31 ſunt perſonæ contrahentes, *Filiuc. Oper moral. tom.1. cap.1.*
*de Eſſent. matrim. num.14. Barboſ. ad Concil. ſeſſ.24. de Re-*
*form. cap.125. & ſeqq.* & Theologi communiter. Inhabili-
tatis igitur perſonis, deeſt materia, ferè per hæc verba in
32 puncto *Rot. dec.308. num.3. & 4. cor. Dunoz. ſen. Eo autem*
*ipſo, quod Eccleſia inhabilitat materiam, ideſt perſonas ali-*
*ter contrahentes, daretur acceſſus ad non ſuam contra præce-*
*ptum Divinum: Rota ubi ſupra.* Et cum quibus Theologiæ
principiis poterunt unquam exadverſo Scribentes nobis oſten-
dere, Sacramentorum materiam ſuppleri poſſe per æqui-
33 pollens, ab extrinſecis circumſtantiis, à conjecturarum cu-
mulo, vel complexu? Egregiè *Paſqualig. de Privil. Conſtit.*
*in mort. artic. quæſt. ultima num.3.*

Cum his propoſitionibus, in ſolida Theologia, & lite-
rali Sac. Concilii Tridentini diſpoſitione fundatis, quomo-
do cohærent animadverſiones illæ exadverſo Scribentium in
34 tertia Facti cum Reaſſumatur 2. Junii 1696. &c. Et ratio eſt
ibi: *Sufficit hoc requiſitum adimpletum fuiſſe de facto, ſicuti*
*dici ſolet de conditione, quæ adimpleri non poteſt de Jure,*
*ſufficit, quod adimpleatur de facto leg. Mulier §.1.* & ibi:
*Bart. ff. de Condit. inſtit.* Exagerando complexum totius fa-
cti, conjunctis ſimul omnibus geſtis, tam ante, quam poſt,
35 ad probandum conſenſum præſtitum cor. Parocho, & teſti-
bus, itaut etiamſi iſti de ipſo non teſtarentur, adhuc in cla-
ris poſitus eſſet ex eodem magnificato complexu. Novus
diſcurrendi modus, de Sacramentorum materia authorita-
te civilium legum, illarumque Repetentium. Moderna
Theologia. Theologi egregii Labeo, & Jabolenus, autho-
res *d. leg. Mulier.* In mea Summa Divi Thomæ de Conditio-
nibus inſtitutionum nulla quæſtio, de adimplemento de fa- 36
cto articulus nullus. Aliter de legibus, & ultimis voluntati-
bus, de Theologia aliter philoſophandum. *Aliæ enim ſunt*
*leges Cæſarum, aliæ Chriſti, aliud Paulus, aliud Jabole-*
*nus præcipit.*

Concilium novam induxit formam ad evitandas polyga-
mias, teſtes requiſivit, ad hoc ut tentantibus uxoratis novum
inire matrimonium, poſſent de jam contracto teſtari. De 37
hoc nemo poteſt dubitare, Concilii textus ex ſeipſo clarus eſt:
Illius egregius Defenſor. Card. Pallavicinus clariùs, & la-
tiùs id comprobat, clariſſimè *Pac. Jordan. var. reſol. tom.1.*
*tit. de Matrim. lib.3. tit.7. num.95. Herinthz. in Theol. Schol.*
*moral. tract.5. de Sponſal. & matrim. diſp.5. quæſt.2. num.23.*
ibi: *Ratio eſt quia &c. Nam illorum præſentiam requiſivit,* 38
*ut poſſent teſtari de matrimonio contracto, ſi fortè Conjuges*
*vellent alias nuptias inire, & Adden. ad deciſ.431. num.13.*
*& 14. par.4. tom.2. rec.* ibi: *Parochi enim, teſtiumque præ-*
*ſentiam non requiſivit, niſi ad effectum, ut poſſit Eccleſiæ con-*
*ſtare de eodem matrimonio contracto, & de eo teſtificare poſſint,*
*nè vivente prima Uxore aliquis poſſit ducere ſecundam: & Ro-*
*ta in Colonien. Juriſdictionis 17. Aprilis 1679. §. Habuit co-*
*ram Alberg.*

Ergo ad hunc effectum conjecturæ non attendendæ, nam
etiam ante Concilium deſervire poterant ad probanda ma-
trimonia, & tamen idem Concilium, nulla illarum habita
ratione, etiamſi pluſquam evidentiſſimè matrimonium con- 39
cluderent, aliam exquiſivit pro forma probationem, non
ut dicam mortuam, à longè petitam, & à remotis conjectu-
ris deductam, ſed à viva voce teſtium, & Parochi, de quo
multùm confidit, ut obſervat *Fagnan. in cap. Cùm quis nu-* 40
*mer.31. de Teſtam. in cap. Quod nobis num.54. de Clandeſtin.*
*deſponſ.* & firmavit *Rota in magiſtral. deciſ.275. num.7. & per*
*tot. par.11. rec.*

Laceſſitur iſte, contumelioſis verbis afficitur, lato cala-
mo criminatur; Videamus tamen in quo peccavit, quid ma-
li fecit. Vocatus confeſſionis prætextu, inexplicabili prom-
ptitudine ſtatim acceſſit. Ex abrupto, maximaque impro- 41
prietate in confeſſionis ſede audivit verba matrimonii, à ſe-
ipſo in Eccleſia non denunciati, aſſurgit à confeſſionario nè
pœnas incurreret à ſacr. Canonibus comminatas; Non au-
fugit, audire non recuſat, non videre non affectat, in media 42
parte Eccleſiæ ſe collocat, ibi omnes excipit, F. alloquitur;
ab ipſo nomina recipit, He: propè portam ſtantem intuetur,
non loquentem, nec ſigna aliqua facientem.

Sed ecce ſervatur forma Concilii, deponuntur veſtes fictæ
perſonæ pœnitentis, Parochus non amplius terga vertit,
nota eſt illi F. intentio, in medio Eccleſiæ fixus permanet 43
(Eſt forſan locus iſte pars illa Eccleſiæ, in qua ſolet Spon-
ſos matrimonio jungere) probè intelligit, ipſemet factum
refert, ex Reſponſione exadverſo in facto ſcribentis 2. Junii
*1696. §. Denunciat Parochus*, teſtes matrimoniales ſtant
propè Parochum, poſſunt perfectiſſimè audire; Ad abun-
dantiorem cautelam adſtant duo alii Clerici, Sponſus cla-
mat: *Replicò di nuovo, Io piglio per Moglie queſta Signora,*
*&c. E queſti Signori, che ſtanno quì ſiano per teſtimonii, &c.*
Attentis audiamus verba, *Io ancora*, à Petro tanta inveriſimi-
litudine modò audita; Cauti obſervemus nutus, credulitate
tenuiſſima, in ſecundo dumtaxat examine ad ſenſum Do-
minici indicantes conſenſum; Expectantur adhuc, He. non 44
loquitur, caput tenet immobile. Mirum eſt, quod ut an-
tea fecerat F. à ſemetipſo pro ea non reſpondeat, *Io voglio lei,*
*e lei vuole me*, ſed in melius mutato conſilio, novoque exco-
gitato modo Concilii formam ſervandi, *la pigliò nuovamen-*
*te per un braccio, e la conduſſe fuori di eſſa Chieſa, & ambe-*
*due entrarono in detta Carrozza;* Nonne æquè innegabile ac 45
evidens hoc factum manifeſtiſſimum eſt diſſenſus He. ſi-
gnum, pluſquam evidens non ſervatæ formæ Concilii pro-
batio? egregiè *Corn. conſ.91. colum 3. verſ. Tertiò, & verſ.*
*Item lib.3. Gozzad. conſ.77. num.13. & Ciarlin. controv.131.*
*num.33.*

Reſpondetur exadverſo, id factum eſſe ad cautelam;
Curioſa reſponſio: Diſputamus de conſenſu Mulieris, præ-
tenditur iſte ſuppleri per cautelam conſenſus Viri; Inter il-
las Cœpollæ non reperitur hæc cautela, qua non indigebat 46
Franciſcus, dum adeò ſtrepitosè loquutus antea fuerat pro-
pe Confeſſionarium, ut nedum matrimoniales teſtes,
ſed ipſemet Parochus, & Clerici, quibus ferè audi-
tus, & viſus ſenſus exadverſo denegatur, illum audie-
bant, de eoque uniformiter teſtabantur: *In ordine ad* 47

*conſenſum nulla dubitatio ex parte Viri*, *totaque difficultas re-*
*ducitur ad partem Mulieris*. Ut legitur in contraria Scriptu-
ra. Ad quid ergo Vir cautelas adhibet? cautela cautelarum
poteſt meritò appellari modus iſte operandi. Maxima cau-
tela, ubi dubitatio nulla, ubi maxima dnbitatio, nulla cau-
tela. Hoc eſt abundare in ſuperfluis, & deficere in neceſſa-
riis, cautela erat neceſſaria ex parte Mulieris, de cujus
conſenſu dubitabatur, & nullo modo conſtat. In caſu exa-
48 gerati *conſil. Decii 163. D. Hyppolita replicando dixit Viro*,
*te accipio in Maritum*, *promittendo non accipere altum in*
*Maritum*, *quàm te*, ut legitur ſub *num.1*. Cautela reſpicie-
bat Joannem Petrum Virum, *qui illud fecit ad cautelam*,
*& ad clariorem probationem*, *ut ipſe Benedictus* (teſtis) *di-*
*cit*, *& ideò abundans cautela non nocet*, ſunt verba ejuſdem
*Decii ſub num.20*.

Qualem igitur, quantamque Parochus iſte majorem præ-
ſtare poterat patientiam, audiendi, & dare commoditatem
loquendi. Eratne de forma matrimonium coatrahi in Con-
49 feſſionario, eratne forſan congruentius? Hæc ſola circum-
ſtantia ferè obſtinatæ perſeverantiæ Parochi in medio Ec-
cleſiæ, uſque ad omnium diſceſſum, ab ipſiſmet teſtibus
50 contrariis in claris poſita, tali evidentia affectationem non
videndi, & non audiendi excludere videtur, ut nihil magis
addi poſſit pro ulteriori illius comprobatione.

Quomodo igitur poteſt dici affectaſſe non videre, vel non
audire verba Conrrahentium? Et ſi non affectavit non vi-
51 dere, neque audire, quomodo validum poteſt dici matri-
monium coram ipſo contractum? egregiè *Vener. in Exam.*
*Epiſc. cap.29. de Paroch. in matrimon. num.6.* ibi: *Si quis in*
*præſentia Parochi occultè contrahat*, *& Parochus nihil in-*
*telligat*, *quia dixerunt verba ſecretè*, *vel adeò longè*, *ut in-*
*telligere non poſſet*, *valetne matrimonium? Reſpondeo nega-*
*tivè*, *quia requiritur præſentia Parochi cum intelligen-*
*tia rei*.

Rationem adducit *Text. in l. Coram Titio*, *ff. de Verb. ſi-*
52 *gnif.* ibi: *Coram Titio aliquid facere juſſus*, *non videtur præ-*
*ſente eo feciſſe*, *niſi is intelligat*, *&c. Scire autem*, *non etiam*
*velle is debet*, *nam & invito eo rectè fit quod juſſum eſt*.
Quem in terminis terminantibus refert, & ſequitur *Rota in*
53 *dec.395. num.8. & 9. par.11. rec.* ubi innumeri allegantur
concordantes.

In his circumſtantiis nulla unquam allegata fuit, neque in
æternum allegari poterit authoritas alicujus Doctoris, vel
reſolutio aliqua hujus Sacr. Congr. determinantis validum
54 matrimonium, Parocho non audiente verba, neque perci-
piente nutus Contrahentium; Illæ enim omnes procedunt,
& loquuntur in terminis Parochi, ſimulantis, vel affectan-
tis, ſe non intelligere, vel adlaborantis ad ſubterſugiendum,
& non attendendum, juxta claram lecturam omnium uſque
adhuc allegatarum, & in individualibus terminis obſervat
55 *Guglielm. Herinthz in Theolog. Scholaſt. moral. tract.4. de*
*Sponſal. & matrim. diſp.5. quæſt.2. num.24.* ibi: *Et quamvis*
*dicantur Cardinales reſpondiſſe pro matrimonio*, *dum Paro-*
*chus ignorantiam affectavit*, *id ſanè explicari debet de Paro-*
*cho*, *ſimulante ſe non intelligere*, *vel adlaborante quidem ad*
*ſubterfugiendum*, *& non attendendum*. Iſtæque punctuales
56 authoritates præferendæ ſunt generalitatibus, ſolitis exad-
verſo cumulari *dec.66. num.3. par.15. rec.*

Sed quando per impoſſibile aliqua allegaretur doctrina in
contrarium, oporteret illam benè recognoſcere, & videre,
an eſſet alterius generalis Concilii, vel Summi Pontificis.
57 Solus enim iſte eſt ſup. Concilium, & ò utinam abſque Do-
ctorum catholicorum diſſidio! Concilium dicit: *Eorum mu-*
*tuo conſenſu intellecto*. Parochus reſtatur, non intellexiſſe,
duo Clerici ſuum dictum comprobant, factum ipſum oſten-
dit eum non affectaſſe non intelligere, non ſugam arripuiſ-
ſe, ſed ut ita dicam, immobilem, intrepidumque in medio
Eccleſiæ permanſiſſe, uſque ad omnium diſceſſum: In iſtis
terminis non loquuntur contrariæ authoritates, nec loqui
poſſunt, quia eſſet vim inferre literæ Concilii, quod ſoli
Summo Pontifici eſt reſervatum: Prout etiam eidem pari-
ter reſervatum eſt illius dubietates tollere, ut nonat *Cobell.*
*Notit. Cardin. quæſt.15. controv. 6. fol. mihi 56. verſ.*
*Quam*.

Verùm replicatur exadverſo, Parochus in ſua Relatione
dicit contrarium, ibi: *Io ſenza darli tempo li voltai la ſchie-*
58 *na*: Reſponſio clariſſima, facta prævalent verbis, leges
non ſunt impoſitæ verbis, expoſcunt facta. Parochus vo-
luit ſe excuſare coram Judice Eccleſiaſtico, quia poſitiva
permanentia in Eccleſia ipſum accuſabat, ad quem effectum
ita dixit, ſed factum negari non poteſt, tempus non fuit F.
ſublatum à verbis Parochi, in Curia Eccleſiaſtica ſequenti
die prolatis, fuit verò illi à permanentia in Eccleſia pluſquam
impartitum. At Parochus non ſibi contradicit, proprietas 59
hæc quarto modo convenit teſtibus contrariis: Quid dicit
Parochus? *Senza darli tempo*, *&c.* Ubi manebat tunc tem-
poris? in Confeſſionario? Ergo ad ſummum non dedit illi
tempus in Confeſſionario, inſiſtendo Judaicè in verbis, con-
tra communem Doctorum ſenſum, de quo *Fagnan in cap.*
*Cùm veniſſent ſub num.38. de Judic.* ſed ex hoc non infertur,
abſolutè tempus non dediſſe; Erat forſan de forma matri-
monium contrahi in Confeſſionario? Adeone rigidè, &
ſcrupuloſè in hac materia procedendum, ut debeant Paro-
chi, quando audiunt verba matrimonii, fieri immobiles 60
quaſi lapides? Renovanda miracula Uxoris Loth? Non-
ne aliquid primis motibus, inaſpectatæ rei, & ne volunta-
riè Sacr. Canonibus contrafacere videantur, conceden-
dum?

Eſtne forſan incongruum, quod F. ſacrorum Canonum 61
inexcuſabilis tranſgreſſor, ſacroſanctique Concilii manife-
ſtus contemptor, non invenerit in Parocho affabilitatem,
benignitatem, quas experiuntur illi, qui ſervatis ſervandis
matrimonia contrahunt? Inauditum prorſus eſt (citentur
Annales, individuentur Chronologiæ, nec etiam illas bar-
bararum excipimus Nationum) Canonum tranſgreſſorem, 62
Conciliorumque contemptorem arbitria, favores, benevo-
lentiam multiplicatis verbis, & ſcriptis prætendere à Cuſto-
dibus, à Defenſoribus, à Vindicibus ſacrorum Canonum,
non poſtquam eum facti pœnituit, cùm diſplicentiæ ſigna
oſtendit, quando veniam implorat, ſed in ipſomet actu tran- 63
ſgreſſionis, & contemptus. Et qualis tranſgreſſionis? Qua-
lificatiſſimæ. Adeſt ſententia, lata à ſapientiſſimo Judice,
exadverſo etiam meritiſſimè laudato, non continens ſylla-
bam, quæ non verſetur circa ſeductiones, doloſas ſuaſio-
nes, deceptiones, malas artes, minas, & machinationes
F. atque allucinationem He conſtitutæ in duodecimo ſuæ
ætatis anno, quando *più d'una volta il giorno ſi metteva à* 64
*combatere*, *e fare le bagatelle con le Creature*, *& in vece d'*
*attendere alle facende di caſa ſi ſvariava con le Pupazze*.
Hæc ſententia eſt à ſummo Pontifice approbata; Et inſi-
ſtitur adhuc in arbitriis, in favoribus? Non ſunt hæc audi-
ta à conſtitutione Mundi? non audientur uſque ad illius con-
ſumationem?

Innegabile ſtuprum, per quindecim dies impunè ad arbi-
trium continuatum *più volte quando gl'è parſo*, *e piaciuto*: 65
ut non ſemel legitur in Proceſſu, quod juxta ſacratiſs. Cano-
nes, & cæſareas ſanctiones etiam ſemel perpetratum cum
minoribus circumſtantiis noſtri caſus pœnam meretur ordi-
nariam, quodque ſempiternæ tradi deberet oblivioni, regi-
ſtratur in Summario, diſtinguitur cum lineis, literiſque
minoribus, notatur majuſculis in margine. Non ſine lepidis 66
phraſibus exageratur, pro obtinendo arbitrio in caſu dubio, in
libertatis perniciem. Extollitur pro motivo validitatis Matri-
monii; Nec inſiſtatur in prætenſa bona fide contractus ma-
trimonialis; Hæc enim excluditur ab ipſamet replicatione 67
verborum, quæ ſicuti dubietatem indicant, ita bonam fi-
dem tollunt *Magon. deciſ. Flor. 150. num 11. & 12. Barboſ.*
*in cap. Qui contra de Regul Jur. in 6.* Necnon in radice re-
movetur omnis dubitatio ex illa ſolida reflectione, quod ma-
trimonium contractum fuit ſpretis Eccleſiæ ſolemnitatibus,
in quibus terminis inallegabilis prorſus eſt omnis prætextus
bonæ fidei *Rota in Mediolanen. Impotentiæ ad coeundum*
*16. Martii 1588. §. Verùm coram Gyptio*, ibi: *Nam in ſi-*
*mili videmus contra interdictum Eccleſiæ Contrahentes pri-*
*vilegio bonæ fidei non gaudere*, juxta *Textum in cap. Cùm*
*inhibitio §. Si quis verò de Clandeſtin. deſponſat.* Excludi-
tur ulterius à ſententia, lata à Judice Eccleſiaſtico, & ap-
probata à Papa, canonizante ſtuprum, quæ uſquequo non
revocetur, magnam habet pro ſe præſumptionem, & quid-
quid ſit, an influere poſſit in implicitam malitiam pecca-
ti, certum eſt, quod operatur, ut ſecundùm præſentem ju-
ſtitiam factum F. explicitam habeat ſpeciem qualificati de-
licti; Non igitur ampliùs audiendum, *præfigendum illi ni-* 68
*grum theta*.

Arbitria, quæ ſperari non poſſunt à patrato ſtupro, men-
dicantur à merè poſſibilibus adulteriis; Non eſt adulterium
ſine matrimonio; Iſtud non datur ſine conſenſu, He. ſuam 69
reſpiciens animam debita ſollicitudine, eo modo quo faciant
Domini exadverſo Scribentes, conſenſum negat, in foro
poli non quæritur aliud, Judices non judicant de internis,
benè in noſtris terminis *Tolet Inſtruct. Sacerdot. lib.7. cap.2.*
*num.8. in fin.* Pœnitentiæ qualitates, & remedia metiun-
tur Confeſſarii à Pœnitentis confeſſione, in hac per-
manſit He. & permanet ab annis quinque, non ſine
frequen-

70 frequenti Sacramentorum receptione; Horret animus tot
ſacrilegia ſuſpicari, quantò magis, cum ſuppoſito illorum
exiſtentiæ, prætendere arbitria, inclinationem in partem af-
firmativam, tollentem, vel ſaltem reſtringentem libertatem.
Ubi ſunt igitur hujuſmodi ſcrupuloſa pericula? Adeſt
71 aliud quidem, & maximum, ſed He. libertatem reſpiciens,
Poteſtas, ſeu arbitrium hanc tollendi, vel reſtringendi in
ſacris Paginis nemini legitur conceſſa. Unuſquiſque Jus ha-
bet pro illius tuitione? Helena illam poſſidet, omnia Theo-
logiæ principia in his circumſtantiis favent libertati *Paſqua-
lig. quæſt. moral. juridic. 12. n. 160. Rota deciſ. 715. num. 15.*
72 *cor. Cerro.* Non igitur hæc lædenda ad occurrendum ſcru-
puloſis adulteriis, quæ ad eorum puram poſſibilitatem præ-
ſupponunt neceſſariam exiſtentiam tot ſacrilegiorum, quot
Helena recepit Sacramenta per quinquennium, ſi nullum
crimen eſt præſumendum, quanto minus ſacrilegium?
*Utroque judicio tractatur, an matrimonium probetur; id-*
73 *eſt an conſenſus conjugalis fuerit præſtitus, ſed in foro inte-*
*riori conſcientiæ, ipſius Confitentis dictum ſufficiens exhibet*
*teſtimonium, etiam repugnantibus mille teſtibus: Covar. in*
*Decret. tit. de Sponſal. par. 2. cap. 2. n. 2. Eccleſia non poteſt*
*facere, ut ſit matrimonium, quod invalidum eſt, ſed tantum*
*in cognoſcendi modo verſatur differentia, nam in foro interno*
*ſtatur confeſſioni propriæ, in externo autem allegatis, & pro-*
74 *batis, ut optimè Covarr. Sanchez de Matrim. lib. 1. diſp. 18.*
*num. 6.* A Judice Eccleſiaſtico prævio juramento interro-
gata Helena reſpondet: *Io non diſſi, nè proferii parola al-*
*cuna, nè in altra forma preſtai il mio conſenſo:* Confeſſio
75 hæc, quæ ſuperari non poteſt mille teſtium exercitu, dire-
ctiſque aciebus, expugnari prætenditur ab inermi ſuſpicio-
ne, nuda, inſubſiſtentique præſumptione, & pura adulte-
riorum potentia poſſibilitatis.
At relinquamus iſta Confeſſariis, & Divinæ Providen-
76 tiæ; Judices Tridentinum Concilium præoculis habere de-
bent in his caſibus, curando, ut forma ab eo præſcripta ſer-
vetur, omnibus aliis conſiderationibus omiſſis. Hujus ve-
ritatis non minus practicum, quàm punctualiſſimum habe-
mus caſum, deciſum per *Rot. cor. Dunozett. ſen. dec. 308.*
77 *per tot.* Agitur ibi de hoc eodem magno matrimonii Sacra-
mento, ab ipſomet Deo initio Mundi in terreſtri Paradiſo
inſtituto. In parvo Oppido Barbarano Vincentinæ Diœ-
ceſis, ubi unus aderat Parochus, Vincentius, & candida
cupiebant matrimonium contrahere, de libera voluntate,
nec umbra dubii. Recurrunt ad Eccleſiam, Parochum quæ-
runt. Ecce nos dicunt, prompti ſumus omnia adimplere,
ſacroſancti Concilii Tridentini diſpoſitionem ſervare, vo-
lumus matrimonium contrahere, Sacramenti neceſſarium
Miniſtrum petimus. Candida laborabat in extremis, Pa-
rochus per horam antecedentem ex hac vita migraverat,
ſubſtitutus ei fuerat Scacchus Sacerdos, qui eo ipſo tempo-
re revertebatur à commendanda illi anima. Epiſcopus mo-
ram faciens in Civitate adiri nequibat, ob diſtantiam vigin-
ti milliariorum. Non eſt dicendum, ſacroſanctum Triden-
tinum Concilium adeo matrimonia reſtrinxiſſe, ut poſſet
dari caſus, quod volentibus Contrahentibus ad illius con-
tractum devenire, ex defectu Miniſtri celebrari non poſſet,
Eſſet hæc manifeſta libertatis læſio, Matrimonii Sacra-
menti adminiſtratio non à Parochi, ſed à Contrahentium
pendet arbitrio, teſtibus omnibus Authoribus, qui de hoc
magno Sacramenti matrimonio ſcripſerunt. Accurrit Scac-
chus ſubſtitutus, ſponſos Matrimonio jungit juxta Trid.
Concilii diſpoſitionem, teſtibus præſentibus, illud in Li-
bro Parochi deſcribit, in figura matrimonii naſcitur filia,
Conjuges per longiſſimum tempus maritali affectu ſeipſos
cognoſcunt.
Vincentium tandem facti pœnitet, litem ſuper invalidi-
78 tate introducit ob non interventum legitimi Parochi; Ex-
clamat Candida, exagerat bonam fidem, libertatem, in-
negabilem conſenſum, Sacerdotis ſubſtituti, & teſtium in-
terventum, Epiſtolam Card. Bellarmini de ordine SS. &
hujus Sacr. Congr. ſcriptam, in qua habetur, non eſſe ſer-
vandam formam Concilii, quando in Civitatibus non ad-
79 ſunt Epiſcopi, & in Oppidis Parochi, quam refert, & ſequi-
tur *Rent in Encyclop. univ. Theolog. tom. 2. lib. 1. de Sacr.*
*tract. 8. de Matr. cap. 3. ſect. 4. q. 1. verſ. Difficultas fol. 501.*
Hujus caſus circumſtantiæ, in Deciſione latæ recenſita,
arbitria extorquere potuiſſent ab ipſiſmet lapidibus, ſi vo-
luntatem haberent.
Contrahentes non Scacchum, vel alium Sacerdotem,
80 ſed Parochum quærunt, hujus perſona non ſolet per teſtes,
vel alio modo in his caſibus recognoſci, Scacchus figuram
Parochi fecerat in ipſamet hora vocationis, animam de-



functo Parocho commendando. Uti Parochus accedit;
Non aſſerendum voluiſſe Contrahentes decipere, ſub hac
Eccleſiæ publica fide, vulgaris conditionis homines matri-
monium contrahunt, conſummant, filia in hac matrimonii 81
figura naſcitur, in ſimilibus caſibus etiam diſpoſitionis ſa-
cri Concilii fundata credulitas, publica fides ſuperabundant
*Conciol. allegat. 67. n. 8. Pignatell. conſult. 26. n. 8.* ubi refert
ita deciſum ab hac Sac. Congreg. in una *Neapolitana 23. A-*
*prilis 1651. & Rota in Hortana Parochialis 4. Maii 1693. §.* 82
*Quæ omnia cor. Molines*, ubi alii allegantur concordantes,
& in noſtris præciſis terminis *Sanch. de Matr. lib. 3. diſp. 22.*
*per tot. & Veracrux in Append. ad Specul. Conjug. dub. 5. ſo-*
*lut. 2. Barb. ad Concil. ſeſſ. 24. de Matr. cap. 1. n. 79. Herintz*
*in Summ. Theolog. moral. lib. 11. de Matr. cap. 6. n. 4. & Roſſi-*
*gnol. de Matr. prænotat. 20. n. 3.* Subjungeret exadverſo Scri-
bens. *Reflecti ſupplicamus, agi hìc de matrimonio jam conſum-*
*mato* (poſſet addi cum Prolis ſuſceptione) *validitatem ma-*
*trimonii exigere ad ſui favorem arbitria Judicum; Laborare* 83
*Nos pro Sacramento, pro honeſtate, & pro cauſa favorabili,*
*& in dubio ſtandum eſt pro matrimonio, &c. quia agitur de fœ-*
*dere divino, & humano, de Sacramento, & de periculo ani-*
*mæ, ne tot ſint, ac duplicata ex duplici hinc inde futuro ma-*
*trimonio adulteria.*
Quid in hoc caſu practicatum? Harum circumſtantiarum
complexus, antecedentes, concomitantes, & ſubſequentes
conjecturæ, motiva evitandi adulteria diligenter, & ſimul 84
unita ponderata, *inventa ſunt minus habentia*, pro nihilo
reputata, ſolus Tridentini Textus præ oculis habitus, *Lex*
*quamvis dura ſervata fuit, non de lege, ſed ſecundum legem*
*fuit judicatum*, juxta monitum *D. Auguſtini*, ſequutum *à Ro-*
*ta dec. 378. n. 19. par. 18. rec. Magna exempla ſpeciem iniqui ha-*
*bentia non approbata.* Articulo maturè diſcuſſo, & omnibus
Auditoribus votantibus contra matrimonium conſumma- 85
tum cum Prolis ſuſceptione intrepidè reſponſum eſt. Ratio:
*Maximum, & præcipuum deciſionis fundamentum elicitur ex*
*verbis ſacri Concilii Tridentini; Ex quibus verbis clarè ap-*
*paret, induci formam præciſam, & ſubſtantialem, ſine qua*
*actus ſubſiſtere non poteſt, quæ nec poteſt adimpleri per æqui-*
*pollens, &c. Nec obſtat, quod dictum matrimonium dicitur ce-*
*lebratum urgente graviſſima neceſſitate, qua Candida in arti-* 86
*culo mortis conſtituta, quæ bona fide nupſit, &c. Placuit enim*
*reſponſio, formam præſcriptam à ſacro Concilio non eſſe ſole-*
*mnitatem extrinſecam, & accidentalem, ut ſunt publicationes,*
*& denuntiationes, & aliæ ſimiles, ſed realem, eſſentialem, &*
*ſubſtantialem, quæ nec poteſt adimpleri per æquipollens, &c.*
*Unde nullam poteſt aliam recipere interpretationem ſac. Con-*
*cil. diſpoſitio quæ voluit formam præciſam inducere, &c. aliàs*
*actus corruat neceſſe eſt.*
Tali zelo, tantaque conſtantia magnum, & nunquam ſatis 87
laudatum Rotæ Tribunal in caſus contingentia pro Triden-
tino Concilio ſtetit, ejus reſolutio communi plauſu ab Orbe
recepta, à Doctoribus celebrata, unum pro cunctis in hac
temporis anguſtia citaſſe ſufficiat doctiſſimum, & eruditiſ-
ſimum *de Rubeis in Addit: ad dec. 431. à n. 35. part. 4. tom. 2.* 88
*rec.* Quomodo prætendere poterunt contrarii Scribentes, ut
S. hæc C. in eodem non perſiſtat ſenſu, dùm ab illius interpre-
tatione, & defenſione, denominationem eſt ſortita, ut ſuis
rebus nomina conveniant.
Motivum porrectionis, & junctionis manuum poterat ve-
rè omitti, ex quo, nedum aliquam non habet ſubſiſtentiam in
Facto, ſed etiam quia nimis debilem operationem ſortitur 89
in Jure, imo nullam, quando non probatur in ipſomet actu
cor. Parocho, & teſtibus, de qua præciſa, & limitata temporis
circumſtantia, ſi verba contrariorum Scribentium excipia-
mus, nullam habemus probationem; Imo oppoſitum deſu-
mitur ex ipſiſmet teſtibus, exadverſo inductis, Et quando:
*Ex facti ſpecie, & depoſitionibus Parochi, ac teſtium utriuſ-* 90
*que Partis, compertum fuit. non fuiſſe contractum matrimo-*
*nium:* ſunt verba punctualiſſimæ *dec. 179. per tot. cor. Peu-*
*ting.* ut ex Facti ſerie ibi: *Dubitatum fuit &c. ac ſtatim am-*
*bo concorditèr mutuò ſibi manus porrexerunt, &c.*
Prætenſio, ut ipſamet dilatio reſolutionis noſtræ contro-
verſiæ ob Votorum paritatem habenda ſit pro affirmativa re- 91
ſolutione cum illis verbis. *Dilata reſolutione ſub die 17. No-*
*vembr. 1695. propter Suffragiorum paritatem, credimus uſque*
*ex tunc ſtabilitum eſſe decretum affirmativum pro validitate*
*matrimonii &c. & EE. PP. in tribus propoſitionibus pro ma-*
*trimonio ſteterunt, primò nempè 11. Novemb. 1695. in qua*
*paritas Suffragiorum importabat ſententiam pro validitate fa-*
*vore matrimonii, juxta Text. in c. fin. de Sent. & re judic. 11. cla-*
*riùs 2. Jan. &c. 111. 28. Julii mox elapſi &c.* Poterit addi quar- 92
ta 22. Septembris currentis. Nullam omnino habet ſubſi-

ſtentiam; Aliud enim eſt, quod *duobus Judicibus*, *&c. di-
verſas ſententias proferentibus &c.* præferatur illa favore ma-
trimonii, ut dicit *Text. dict. cap. fin.* Aliud verò; quod nul-
la capta reſolutione ob Votorum paritatem, hujuſmodi di-
latio habenda ſit pro ſententia, quando agitur de matri-
monio.

Poſtquam Conc. ſub ſuo unico, legitimoque ſtetit Judice,
à quo omnis ei præſervata fuit reverentia, mediante reſcripto;
93 *Firma remanente pœna*; Adhuc reperitur in ſtatera () Ex
alia parte non alicujus Catholici Regni imminens ruina,
non totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalus, ſed intrepiditate
helvetica ſtat ſac. Can. manifeſtus tranſgreſſor, & inexcu-
ſabilis contemptor. In hoc æquilibrio, Conc. ne minus
ponderare debet? *Adeò mendax ſtatera inter filios hominum*
94 *reperietur nunquam.* Non aliqua ſaltem habenda ratio ve-
nerationis tali, tantoque cœtui ſummo Jure debitæ, à quo
plura Eccleſia Dei conſequuta eſt commoda, quàm ab
omnibus aliis generalibus Conciliis ſimul unitis, experien-
tia teſte, & id obſervantibus *Cabaſſut. in Notit. Concil. in
Notis ad Concil. Trident. in principio fol.* 471. *& Authore cu-
juſdam Libelli; Gallico idiomate compoſiti, ſub titulo Trait-
tez des Legats Coloniæ impreſſo anno* 1669. *fol.* 237. ibi: *A
l'avantage du quel on peut dire, qui il à decide plus des que-
ſtions en matiere de foy, que tous ceux qui &c. ont precede,
e qui id ne cede à pas un*; Non reſpectus aliquis habendus ad
id, quod operationes hujus ſacrorum Canonum contempto-
ris uno ore deteſtentur ab omnibus, in propria domo timean-
tur à ſingulis, pœnam meruerint condemnationis ad trire-
mes, Papa ipſo doctiſſimi Eccleſiaſtici Judicis ſententiam
95 approbante. *Si quando majora minoribus coæquantur, mi-
noris comparatio, majoris injuria eſt*, qualem injuriam fa-
ciunt exadverſo Scribentes Trident. Conc. prætendentes,
ut nedum comparandum, ſed collatione facta, & in dubio,
poſtponendum ſit Canonum tranſgreſſori?

Gratias agimus uni ex Scribentibus exadverſo pro reſolu-
tione *Giennen.* 26. *Julii* 1582. ibi: *Non valet matrimonium
ſi non intellexit, ipſe affectaſſet non intelligere*: Illa enim
96 mirabiliter favet huic Parti, & retorquetur ad hominem,
quia noſter Parochus teſtatur, reteſtatur, & triteſtatur, non
intellexiſſe. Affectatio autem non intelligendi pluſquam
evidenter excluditur à facti ſerie, & ſignanter à colloquiis,
97 & diſcurſibus, habitis cum F. & à fixa permanentia, *non à
longe, ſed in medio parvæ Eccleſiæ, ut videret finem.*

Si verè doctiſſimus Card. Ant. Caraffa, olim hujus Sacr.
C. Præfectus tantum timebat: *Ne pateſaceremus magnam
feneſtram contra hoc Sacramentum*: ut legitur in ejus Voto,
quali zelo, quanta conſtantia, fortitudine, intrepiditate
ſi viveret hodiè, ſe opponeret maximæ Portæ contra Con-
98 cilium, quam nulla habita ratione ad magnum exemplum,
ſpeciem iniqui habens, omni adhibito conatu, & ferè per
vim aperire, ſeù veriùs dehiſcere prætendunt exadverſo
Scribentes.

Deceptio He. non eſt mera præſumptio malè fundata,
ut exadverſo dicitur, ſed pura veritas, mediante ſententia
Tribunalis Eccleſiaſtici canonizata, & in judicatum tran-
ſacta, ſicque faciente de albo nigrum, & quadrante rotun-
da, juxtà vulgata dicteria, & in terminis punctualibus *Rot.*
99 *cor. Ubag decis.* 82. *num.* 6. Et quod illi inexplicabile pondus
addit eſt illius approbatio, facta à Sanctiſs. tam mediante
organo ejus Auditoris, quàm ſuæ vivæ vocis oraculo. Sed
concedamus, quod hæc omnia deficerent, eſſetque juxta
Partis prætenſionem mera præſumptio; Nonne eſſet ma-
gnifacienda, ne Sac. C. in caſu dubio arbitrium impartiatur
100 ei, qui contra ſe talem habet deceptionis, & ſeductionis
præſumptionem Puellæ, vix pubertatem egreſſæ, cum ipſa
commoranti ſpatio quinque dumtaxat menſium, tota Urbe
obſtrepente, & non ſubmiſſa voce factum deteſtante; Non-
101 ne omnia *Jura clamant deceptis, & non decipientibus ſub-
veniendum eſſe?*

Quoad nutus non negavimus, in Sententia aliquo modo
probabili poſſe ipſis mediantibus matrimonia contrahi:
*Dummodo per evidentia ſigna conſenſus mutuus exprimatur*,
juxta verba *de Graff. deciſ. aur. part.* 1, *lib.* 1, *cap* 12. *num.* 12.
102 præter alias authoritates ſupra allegatas; Sed ubi ſunt iſta
evidentia ſigna in noſtro caſu? Parochus, & duo Clerici,
optimè videntes, illa non diſtinxerunt. Dominicus amicus
Sponſi cum triplicato incommodo ad Eccleſiam perventus,
prope confeſſionarium ſtans, cum attentione maxima, illa
non vidit, ut teſtatur in primo examine; In ſecundo verò
illa vidiſſe dicit, ſed tantum abeſt cum qualitate evidentiæ,
quin potiùs tenuiſſima credulitate id aſſeruerit, ibi: *Inchi-*
103 *nò la teſta con il ſegno di sì, per quanto io credo.* Petrus in
primo examine: *Interrogatus, ut dicat quid evenerit &c.*
Poſt recenſitam facti ſeriem circa verba *Io ancora*, ab ipſo
audita, de nutibus, nec ſyllaba, quamvis in fine ita con-
cludat: *E queſto è quanto ſucceſſe jeri mattina in detta Chieſa,
per quel che vidii, e ſentii.*

Duas nihilominus ſupra adduximus, & punctualibus at- 104
thoritatibus comprobavimus limitationes opinionis, ſignis,
& nutibus favorabilis, & ad evitanda ſcandala, & propter du-
bietatem matrimonii, circa quas exadverſo Scribentes dant
manus victas, nihil prorſus reſpondendo.

Depoſitionibus utriuſque Aloyſii, domum F. commodan-
tibus, ut ipſimet in eorum depoſitione fatentur, reſpondet
*Gratian. diſcept.* 849. *num.* 15. *&* 17. ibi; *Nec aliquam fidem* 105
*facit Stephanus, alter teſtis, quia etiam ipſe particeps frau-
dis, permittendo in domo ſua tale matrimonium doloſum com-
mitti, & Rot. cor. Burat. dec.* 634. *num.* 8. ibi: *Cùm propterea
domum ad prætenſum matrimonium contrahendum accomoda-
verit &c. ideo repellitur*: Recurritque ſemper congrua ani-
madverſio, quod matrimonia, non Conjugum confeſſione
in abſentia Parochi, & teſtium, ſed ex actu coram iſtis geſto
probatur, in terminis terminantibus *Innoc. in cap. Tuæ fra-
ternitati de Sponſal.* ibi: *Imò plus videtur, quod etiamſi con-* 106
*ſtet modò, quod ad invicem conſenſerunt quia hoc confitentur,
tamen non eſt matrimonium &c. & Gargiar. conſ.* 19. *numer.* 4.
ibi: *Nec conjecturæ hodie poſt Concilium proſunt*: *& Rota in
Tullen. Matrimonii* 18. *Martii* 1627. *§. Latè deducta coram
Ghislerio.* Quibus, & aliis authoritatibus ſupra allegatis
nihil exadverſo reſpondetur.

Preces tandem, ſupplicationes, precibus, & ſupplica- 107
tionibus addendo EE. PP. enixè rogamus, ut dignentur re-
flectere, quod non agitur de contemptibilis ſummæ credito,
nec de viliſſimæ veſtis pretio, ſed de vita, libertateque ho-
minis. Probationes contrariæ non poſſunt eſſe debiliores,
noſtræ ſunt augumento incapaces. De Parocho enim adeo
confidit Sac. Conc ut ipſius interventum pro forma requiſi-
verit ad hujuſmodi Sacramenti celebrationem, eidem, licèt
*Rota* ſolet in hac ſingulari materia plenam fidem adhibere
*cor Cerr. deciſ.* 761. *num.* 13. *& deciſ.* 374. *num.* 3. *& deciſ.* 630.
*num.* 1 *par.* 3. *rec.* Ad noſtrum præciſum effectum: *Suffice-
re conjecturas probabiles ad diſſenſum probandum, & ex illis* 108
*poſſe Judicem deprehendere conſenſum defeciſſe*: per hæc ver-
ba obſervat *Ciarlin. contr.* 131. *num.* 22. Si in dictis caſibus in
dubio pro excluſione obligationis reſpondendum eſt, ad
*Text. in leg. Quidquid adſtringendæ* 59. *ff. de Verb. obligat. &
Rot. cor. Bich. dec.* 5. *num.* 27. Quare non in præſenti, ad pro-
poſitum *Ledeſm. de Matr. in Addit: ad* 3. *par. quæſt.* 15. *art.* 2.
*lit. E fol. mihi* 152. ibi: *Nam cum contractus matrimonialis
ſit graviſſimus, oportet quod conſenſus explicetur modo commo-
diori*; Et in terminis ita referendo deciſum per Officialem
Epiſcopi Sueſſionen *Add. ad Dec. conſ.* 163. *lit. A* ibi: *Hinc* 109
*meritò irridenda, imò execranda illorum ſuperſtitio præpo-
ſtera, qui ex qua probatione non judicarent eſſe legitimam ven-
ditionem Æquæ, vel Levidenſæ, tamen judicarent matri-
monium, non ſolum inæquale, ſed funeſtam, perpetuamque
perſonæ alienationem, & ſervitutem &c.*

Abſoluta defenſione He. tranſire deberemus ad propriam, 110
reſpondendo verbis verè peſſimi exempli, nec noſtri, nec
præteritorum ſæculorum ibi: *Cumque demum omnia exad-
verſo congeſta non ſufficerent ad oſtendendam puerilitatem He.
auſi ſunt Adverſarii confingere novum Proceſſum, citantque
in eorum Reſtrictu §.* 32. *in tres teſtes Mulieres Antoniam Pro-
ceſs. fol* 64 *Antoniam fol.* 68 *& Margaritam fol.* 73 *qui quidem
Proceſſus in rerum natura non reperitur, vel ſi reperiretur,
eſſet inventio malè excogitata; Noſtri nanque Proceſſus ſunt
tres, quorum major non excedit fol* 40. *& nullibi eorum hujuſ-
modi teſtes reperiuntur, ſicuti teſtari dignabitur Illuſtriſs. D.
Secretarius: Res eſt peſſimi exempli, nec noſtri ſæculi eſt, niſi
quatenus tantùm de moribus audent Adverſarii.*

Libenter tamen ab illa abſtinemus, ſequentes, eodemque
tempore exadverſo Scribentibus inſinuantes *Conſtitut.* 2 *Be-
nedicti XI. dicti XII in Bullar. nov. tom.* 1. ibi: *Sit ergo cau-* 111
*ſæ Patronus &c. ſuperflua, & impertinentia non admittens,
nec ultra quam cauſæ expoſcit utilitas in licentiam convician-
di, & malecarcendi temeritatem prorumpat*: & diſpoſitionem
*Text. in leg. Quiſquis Cod. de Poſtul.* ibi: *Ante omnia autem
&c. ita præbeant patrocinia Jurgantibus, ut non ultra quàm
litium poſcit utilitas, in licentiam conviciandi, & maledicen-* 112
*di temeritatem prorumpat. Agant quod cauſa deſiderat, tem-
perent ſe ab injuria; nam ſi quis adeo procax fuerit, ut non
ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ im-
minutionem patitur.*

Atque imitando, nedum Curiæ nunquam ſatis laudatam

urbani-

urbanitatem, ſed præcipuè Advocatorum ſolitum, de quo
113 *Cardin. de Luc. de Teſtam. diſc. 81. num. 1. in med. & in Miſ-*
*cell. diſc. 15. num. 2.*
Ad demonſtrandas palpabiles, innegabileſque puerilitates
He. in tenerrima ætate conſtitutæ tempore prætenſi matri-
114 monii, & ad oſtendendum, quod à conſenſu, & à forma
Concilii non ſervata, *non à magnificata dote veniebant ſagit-*
*tæ*, allegavimus depoſitiones trium mulierum, individuan-
tes folia Proceſſus, nomina, & cognomina teſtium, cum
eorum præciſis verbis: Hæc ſola diſtincta ſpecificatio, ſtans
pro maxima præſumptione illarum exiſtentiæ, motivum
præbere debebat exadverſo Scribentibus, vel juxta morem
115 probatorum Curialium Acta perquirere, vel ſecundùm urba-
nitatis regulas nos percontari, ſed quando defuerunt congruę
& civiles reſponſiones, fuit factus tranſitus ad criminalita-
tes, nota eſt in Urbe jocoſa illa cautela, quæ vulgò tribuitur
noſtri ſæculi Vitruvio, de quo mentionem cum laude fecit
*Rota in dec. 764. n. 5. par. 18. rec.*
Multò tamen antiquiorem originem habens, ex quo de il-
la mentionem faciunt *Bart. in leg. In criminibus §. Cum quis*
116 *ff. de Quæſt.* ibi: *Ego vidi in Civitate iſta, cum quidam non*
*haberet contra eum, niſi unum teſtem, vidi fieri hanc mali-*
*tiam, quia dedit reus illi teſti unam alapam &c. Contra iſtam*
*malitiam habetis remedium hic: & Bald. in auth. Sed, & ipſis*
*ſub num. 5. Cod. de Teſtibus* ibi: *Cautela tamen eſſet quod per*
*interpoſitam perſonam quis faceret diffamari &c.* Illamque di-
dicerunt exadverſo Scribentes à magnificato, & totiès per
eos contra nos citato *conſ. Dec. 163. num.* 18. ibi: *Et in propo-*
*ſito notat Bald. in auth. Si dicatur verſ. Modo quæritur Cod. de*
117 *Teſtibus ubi inquit, quod ſi ego eram debitor tuus in centum,*
*& tu non poteras probare debitum, niſi per Petrum, & Joan-*
*nem, Cum igitur à me velles petere debitum, ad hoc ut tibi*
*auferrem poteſtatem probandi per iſta, accuſavi illos de gravi*
*crimine, concludit quod ſi apparet de malitia, teſtes ſunt acci-*
*piendi, ne mea calumnia mihi proſit.* Quam cautelam diabo-
licam vocat *Nevizzan. in Sylv. nupt. lib. 5. fol. 595.*
Proceſſus eſt in rerum natura, tempore hujus calumniæ
reperiebatur pœnes D. Card. Cavallerinum, D. Secretario,
118 qui illum voluit videre, ſtatim oſtenſus, non ex inventione
malè excogitata, ſed originaliter exhibendus in Sacra Con-
gregatione in quo fol. 47. legitur ſupplex Libellus, propria
manu F. ſcriptus, & ſer. ſer. recognitus. Quomodo potui-
mus illum fingere? Poſſumus ne palpabiliori calumnia de fal-
ſo redargui? Tanta intrepiditate, talibus verbis, ac ſi falſi-
119 tas eſſet per tres conformes canonizata, cum Signaturæ re-
ſcripto: *Sine præjudicio, & ampliùs;* Vel cum Brevi Pon-
tificio, imponente deſuper perpetuum ſilentium, quando
ſomniata hæc falſitas eſt verum ens rationis chimericum,
Quanam fronte aſſeri poteſt, majorem Proceſſum non exce-
120 dere folia 40. ſi D. Secretarius, in teſtem exadverſo vocatus,
recognovit illum ſuperare folia 70. *Excuſanda eſt intentio, ubi*
*excuſari non poteſt opus*, juxta nobilem animadverſionem *S.*
*Bernardi ſuper Cantic. ſerm. 20. ante fin. Ia dub. contra falſi-*
*tatem reſpondendum, omniſque capienda eſt interpretatio pro*
*illius excluſione, Rota in Peruſina 22. Junii 1693. §. Verùm*
*coram Card. Priolo.* Nos in claris ejuſdem odibilis criminis
rei per ſummam calumniam gratis appellamur. Quando in
præteritum allegabantur juridicæ exceptiones ad meram
He. defenſionem contra unum ex contrariis teſtibus, diceba-
121 tur exadverſo, & forſan non extra propoſitum, teſtem: *eſ-*
*ſe in eadem hierarchia Scribentium, optimæque famæ Cauſi-*
*dicum;* Modo hujus congruentiæ, & urbanitatis conculca-
tis legibus, contrarium tanta diverſitate practicatur? Non
ſine myſterio in ultima propoſitione, in qua dumtaxat ſcri-
122 pſimus, prorſus omiſſis exceptionibus circa perſonas teſtium,
unicè inſtetimus in illis circa dicta. *De bonis operibus lapida-*
*mur; Retribuuntur nobis mala pro bonis; Magis contra nos*
*elevantur, quia magis à Nobis contra meritum benè tractan-*
*tur.* Noſtrum non eſt, exadverſo Scribentes cum illis com-
parare, *quibus cum benè ſcripſeris pejores fiunt, è ſemetipſis*
*dijudicantur.* Sed de hoc ſatis, loquatur originalis, & au-
123 thenticus Proceſſus, omnes judicent: *Si quis adeò procax*
*fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opi-*
*nionis ſuæ imminutionem patitur*: ſunt verba *Tex. in leg.*
*Quiſquis Cod. de Poſtuland.* Atque malum eſſe ſignum quan-
124 do quis maledictis ſe defendere vult, benè obſervat *Neviz-*
*zan. in Sylv. nupt lib. 5. fol.* 594. & meliùs *Reinck de Regim.*
*Sæcular. Ecclef. lib. 1. clauſ. 5. cap. 11. num. 63.* his verbis, *ubi*
*cauſarum ſibi commiſſarum infirmitatem rationibus tueri non*
*poſſunt, ad conviciandi libidinem deflectunt.*
Hujus cauſæ exitum vide *in Tom. 1. par. 2. diſcep. 2. n. 213.*
125 *& 214. & diſcep. 2. num. 257.*

Præſens Diſceptatio ſub titulo *Diſſertatio Theologico Lega-*
*lis de Matrimonio*, impreſſa fuit in Typographia Came-
rali, uſque ab anno 1696. Verùm quia illius Exemplaria non
de facili reperiuntur, iterum hic reimprimen. curavi, pau-
cis mutatis, vel additis; Sequendo ſimile exemplum *Stepha-* 127
*ni Quaranta*, qui cum priùs particularem edidiſſet Tracta-
tum *de Præſtantia Archiepiſcopi, & ejus authoritate in Suf-*
*fraganeos*, quia deinde rara erant illius Exemplaria, illum
reimpreſſit *in Summa Bullarii* ſub verb. *Archiepiſcopi autho-*
*ritas in princ. ſeu num. 1. fol. mihi* 43. ut ibidem ingenuè teſta-
tur his verbis: *Ego Stephanus Quaranta dixi in Tractatu*
*meo, impreſſo Neapoli in anno 1586. de Præſtantia Archie-* 127
*piſcopi, & ejus authoritate in Suffraganeos, eorumque Sub-*
*ditos, & in tota Provincia, qui cum non facilè reperiatur, hic*
*inſerendum eſſe cenſui, recognoſcendo, & addendo.*

---

# DISCEPTATIO II.

## Mediolanen.

### Pro Monachis Ciſtercienſibus Mediolani.

### ARGUMENTUM.

*Monachis Ciſtercienſibus Baſilicæ S. Ambroſii Mediolani,*
*pro celebrandis feſtivitatibus propriorum Sanctorum, li-*
*citum eſt eandem Baſilicam propriis paramentis orna-*
*re, recuſante id facere Canonico Cimiliarcha; Idq; vi-*
*gore Tranſactionis, approbatæ ab Urbano VIII. in ejus*
*Conſtit.* 140. *in Bullar. nov. tom.* 4.

AD dirimendas antiquiſſimas controverſias, à quingentis,
& ultra annis vigentes inter D. Cardinalem Archiepi-
ſcopum Mediolanen. pro tempore ex una, P. Abbatem, &
Monachos Eccleſiæ S. Ambroſii Mediolanen. ſacri Ordinis 1
Ciſtercienſis ex alia, & Capitulum, Præpoſitum, & Ca-
nonicos ejuſdem Eccleſiæ ex tertia parte, ſanct. memor. Ur-
banus VIII. uſque ab anno 1631. mediante particulari *Conſti-*
*tutione*, impreſſa inter alias ejuſdem Pontificis in ordine *la*
140. *in Bullar. nov. to.* 4. in forma ſpecifica approbavit ſole- 2
mniſſimam Tranſactionem, & Concordiam inter dictas Par-
tes, initam, cooperantibus pro illius concluſione, & ter-
minatione cl. mem. Card. Franciſco Barberino ſeniore, Ro-
berto Ubaldino, & Theodoro Trivultio, ut refertur *in prin-*
*cipio ejuſdem Urbanæ Conſtitutionis.*
Inter alia Capita præfatæ Tranſactionis, & Concordiæ
nullam habentia connexionem cum hodierna inſpectione, 3
*num.* 22. diſpoſitum fuit, ut infrà.
*Teneatur Cimiliarcha, abſque ulla contradictione, utri-*
*que Collegio neceſſaria, communia tamen, pro ſervitio Divi-* 4
*norum tradere.*
*Numero autem* 44. diſpoſitum pariter fuit, ut idem Ci- 5
miliarcha.
*In ſolemnibus Eccleſiam decenter ornari pro utroque Colle-* 6
*gio curet, & ornatam pariter in priſtinum redigi.*
In exequutionem hujuſmodi Concordiæ mihi in facto con- 7
ſtanter ſupponitur, quod die 14. Auguſti anni 1718. occa-
ſione tunc proximæ feſtivitatis S. Bernardi, ſacri Ordinis
Ciſtercienſis inſignis Propagatoris, de Mediolanenſi Eccle-
ſia, ejuſque Clero, necnon de tota Catholica Eccleſia opti- 8
mè meriti, Pater Magiſter Innocentius Gradignani ſe contu-
lerit in Canonicam, ibique alloquutus fuerit Præpoſitum
ejuſdem Eccleſiæ, ei inſinuando, ut in exequutionem diſpo-
ſitorum in dicta Concordia *dictis num.* 42. & 44. vellet injunge-
re Canonico Cimiliarchæ, ut Eccleſiam, quæ decenter repe-
riebatur ornata, occaſione antecedentis feſtivitatis Beatiſſi-
mæ Virginis in Cœlum aſſumptæ, relinquere vellet cum 9
eodem ornatu pro feſtivitate S. Bernardi; Quodque reſpon-
ſum acceperit ab eodem Præpoſito, velle id participare ſuis
Canonicis, quos credebat, nullatenus id eſſe denegaturos,
cum omni civilitate ſubjungendo d. P. Magiſtro Gradigna-
no, quod ea, quæ accepturus erat à dd. Canonicis eidem ſta-
tim communicare paratus erat.
Tranſactis autem, non ſine admiratione quatuor diebus, 10
abſque ullo reſponſo d. Præpoſiti, atque urgente ex una par-
te præciſa neceſſitate ornatus Eccleſiæ, ob imminentem fe-
ſtivitatem Sancti Bernardi, ex alia verò creſcente eadem ad-
miratione, ob præceptum, datum à Canonicis tollendi or-
namen-

namenta, quæ jam exiſtebant, ut ſupra, in Altare majori,
11 ut fuit punctualiter exequutum; Congruum exiſtimavit idem P. Gradignani iterum ſe conferre ad Canonicam, ad effectum repetendi ſuam inſtantiam, prout factum fuit cum Canonico Sacriſta, in præſentia Alexandri Rampini Notarii publici,
12 & duorum teſtium, omni fide digniorum. Audita eadem inſtantia, petiit Canonicus, an ornatus Eccleſiæ prætenderetur à Patribus ex juſtitia, vel potiùs ex gratia: Fuitque ſtatim reſponſum, quod eis debebatur ex juſtitia, & ad terminos dictæ ſolemniſſimæ Tranſactionis, & Concordiæ; Cum immediata replicatione, quod Canonici ex dict. titulo
13 juſtitiæ nullo modo intendebant id facere. De quibus interrogatione, & reſponſione ab eodem Notario in præſentia dictorum teſtium facta fuit ſolemnis atteſtatio, & publicus actus.

Poſt hæc optantes adhuc Religioſi omnia in pace componere,
14 iterum, & tertiò ſe contulit apud Præpoſitum dict. Patr. Gradignani, eidem fideliter narrando ea, quæ geſta fuerant, quæquè evenerunt paulò ante cum Canonico Sacriſta, ſed æquali eventu, eò quia in omnibus ſe conformavit Præpoſitus cum reſponſionibus, antea datis à dict. Canonico Sacriſta.

In iſtis proinde poſiti anguſtiis iidem Religioſi, alio modo non valentes celebrare feſtum Sancti Bernardi, eò quia
15 jam intrabat tempus initii Veſperarum, circa horam 19. ornari curarunt Cappellam majorem cum propriis ornamentis, vidente, & non contradicente Subſacriſta Canonicorum, de quorum mandato eodem tempore appoſita fuerunt in eodem Altari candelabra argentea communia, una cum aliis ornamentis ejuſdem Altaris, in quo deinde ſumma pace, priùs à Canonicis, & deinde à Religioſis de more ſolemniter recitatæ fuerunt Veſperæ, attento quod in eadem Baſilica duo inter ſe prorſus diſtincta Collegia Eccleſiaſtica repeቀriuntur, quorum unum regitur ab Abbate regulari, aliud verò à Præpoſito ſæculari, ut notorium eſt in Civitate Mediolani, & notant *Lottber. de Re benef. lib. 1. quæſt. 18. num. 20. & Rota deciſ. 103. num. 2. par. 19. rec.* ubi, quod id etiam practicatur in Eccleſia Montis Regalis *juxta deciſ. 157. coram Coccin. & dec. 640. n. 23. cor Dunoz. jun.*

Quæ deinde circa primam horam noctis ejuſdem diei eve-
16 nerunt, non ſine admiratione, & ſcandalo in eadem Eccleſia, adeo nota ſunt in Civitate Mediolani, ut opus non ſit illorum memoriam hìc renovare, ſolumque videndum remanet, An, renuentibus Canonicis adimplere dictam eo-
17 rum obligationem, ornandi Eccleſiam in ſolemni feſto Sancti Bernardi, ad terminos antedictæ Tranſactionis, licitum fuerit Religioſis illam propriis paramentis ornare.

In qua parte, ſuppoſito tanquam certo, ex parte Canonicorum, ſeù Canonici Sacriſtæ adfuiſſe eandem obligatio-
18 nem, quæ literaliter deſumitur ex diſpoſitis *in dd. numer. 42. & 44.* memoratæ Tranſactionis, cujus verba ſunt adeò clara, adeoquè præciſa, & expreſſa, ut nulla poſſint contraria interpretatione in alium ſenſum detorqueri, dum obliga-
19 tur Cimiliarcha, ſeù Sacriſta in ſolemnibus Eccleſiam decenter ornare; Itaut verificentur verba *Textus in leg. Ille aut ille ff. de Legat. tertiò*, & cum majori proprietate reſpectu materiæ, de qua agimus, applicantur ea, quæ ſcripta reli-
20 quit *S. Gregorius Magnus ep. 61. indict. 2.* de quibus *tom. 2. par. 1. diſcept. 17. num. 59.*

Quod autem feſtum Sancti Bernardi reſpectu ſacri Ordinis
21 Ciſtercienſis, cujus fuit inſignis Propagator, & egregius Illuſtrator, *ut legitur in 2. lectione ejus officii*, necnon *in conſtit. 34. Sixti V. §. 2. in Bullar. nov. tom. 2.* & notant *Jo: Maria Novar. in Lucern. Regular. verb. Ciſtercienſes numer. 1. & Barboſ. in Summ. Apoſt. dec. collect. 489. numer. 1. & ſeqq.* an-
22 numerandum ſit inter ſolemnes feſtivitates dicti ſacri Ordinis ex eiſdem conſiderationibus, quod Ordinem ipſum illuſtrem reddiderit, & feliciter propagaverit, non poteſt in dubium revocari, & conſequenter illud celebrandum erat, & eſt à
23 Religioſis cum omni majori pompa, & decentiori ornatu, ut præſcribitur *in Cœremon lib. 1. c. 12.* & advertunt *Bauldr. in Man. ſacrar. Cœrem. par. 4. cap. 18. art. 19. num. 1. fol. 290 & Piſcar. in Prax. ſacr. Cœrem. lib. 2. ſect. 5. de Celebrat. dier. feſt cap. 1. num. 5. fol. 199.*

Ad comprobandam verò eandem qualitatem ſolemnitatis
24 feſtivitatis S. Bernardi, tres particulares reflexiones in præſenti nimis urgere videntur.

I. Quod agitur de feſtivitate Sancti, qui nedum multa pa-
25 travit miracula in Civitate Mediolani, ſed mediolanenſibus Civibus multas ſcripſit epiſtolas, amore, & benignitate plenas, ut videre eſt inter *ejus Epiſtolas*, & proinde ex animadverſis per *Gavant. in Manual. Epiſcop. Verb. Beatorum, & Patronorum cultus num. 26. fol. 14.* ſpeciali cultu, & diſtincta pompa celebrari debet feſtivitas ejuſdem Sancti in illa Civitate, in qua tot ſigna amoris, & tanta beneficentiæ argu- 26
menta reliquit, & à cujus Clero electus fuit in ejus Archiepiſcopum, quam dignitatem modeſtiſſimè recuſavit, *ut legitur in 2. lect. ejus Offic. in Brev. Rom.*

II. Quia, à tempore cujus initii memoria non exiſtit, hujuſmodi feſtivitas, nedum celebrata ſemper fuit cum triplici 27
ſolemni campanarum pulſatione, necnon cum diſtincto muſicali concentu, ut practicatur in omnibus aliis magnis ſolemnitatibus, ſed etiam cum præcedenti jejunio ex devotione ergà eundem Sanctum, & propterea, ut omnia ad invicem con- 28
cordent, atque ex omni parte emicet qualitas dictæ ſolemnis feſtivitatis, omninò conveniens eſt, ut etiam ipſa Eccleſia eo modo ornetur, quo in aliis ſimilibus feſtivitatibus ornata conſpicitur.

III. Quia in eadem Eccleſia adeſt particularis Cappella, 29
à Religioſis erecta in honorem ejuſdem Sancti Bernardi, inſignis Propagatoris ſacri Ordinis Ciſtercienſis: Dignum proinde, & juſtum videtur, ut illius feſtivitas celebretur cum ea pompa, & ornatu, qui in ſimilibus caſibus practicatur à Canonicis pro particularibus feſtivitatibus illorum Sanctorum, quas ex devotione celebrant in noſtra Eccleſia, ut ſignanter 30
paulò ante feſtivitatem Sancti Bernardi die 22. Julii 1718. practicatum fuit ab eiſdem Canonicis, ex devotione ſpeciali erga Sanctam Mariam Magdalenam, in cujus feſtivitate ornata fuerunt Altare majus, & Eccleſia cum illis ornamentis communibus, cum quibus Canonicus Cimiliarcha, ad terminos Tranſactionis in ſolemnibus tenetur ornare Eccleſiam: Difficile ſiquidem erit oſtendere rationis diſparitatem, qua- 31
re id permiſſum eſſe debeat Canonicis in feſtivitatibus, ex mera devotione ab ipſis celebratis, non autem permitti debeat Religioſis pro illis feſtivitatibus, quæ propriæ ſunt ſacri Ordinis Ciſtercienſis; Quia aliàs ad imparia judicarentur,
adverſùs diſpoſitionem *Textus in leg. Non licet de Regul Jur. in 6.* cum concordantibus, allegatis *in Tom. 2. par. 2. diſcept. 11. num. 11.* 32

Quæ omnia comprobantur ulteriùs ex ſolito in pluribus ſimilibus feſtivitatibus, à Religioſis celebratis cum dicto or- 33
natu, à Canonico Cimiliarcha ad eorum inſtantiam practicato, quæ in facto comprobantur ex publicis actibus. In Jure verò magnifaciendæ ſunt ad obtinendam illarum continuationem, ex animadverſis, *per Cagnol. in Rubr de Orig Jur. ſub num. 1. verſ. Et ſic continuatio*, cum concordantibus cita- 34
tis *Tom. 2. par. 2. diſcep. 1. num. 16.*

Non attenta reſponſione, quod iidem actus poſſint dici expleti ex gratia, non autem ex debito, ſeù obligatione, & conſequenter uti facultativi non inducant obligationem in 35
futurum, ex adductis in *Tom. 1. part. 1. diſcept. 16. num. 74.*
Tum quia iidem actus ſunt multi, & ſæpè repetiti, & qui- 36
dèm non ſine incommodo, & expenſis; In quibus terminis nunquam præſumuntur facultativi, & ex gratia, ut benè obſervat *Rota deciſ. 522. num. 9. & ſeqq. coram Bich.* de qua in *Tom. 2. par. 1. diſcep. 33. num. 30.* quibus addo citatos *à* 37
*Rota in Olomucen. Juriſdictionis 19. Januarii 1693. §. Quoad ultimum coram Muto.* Tum etiam, quia in Tranſactione, ſeù Concordia *dd. numer. 42. & 44.* adeſt clarum, & literale principium obligationis illos faciendi, & proindè ſemper referri debent ad dictum titulum præexiſtentem, non autem ad alium, de quo nullatenus conſtat, ex adductis *per Menoch. de* 38
*Præſumpt. lib. 6. præſumpt. 67. numer. 2. & ſeqq. Cardin. de Luc. de Feud. diſcu. 90. ſub num. 5. Add. ad Ludoviſ. dec. 262 num. 5. & Rot. dec 866. num. 3. coram Coccin. & dec. 138. numer. 22. par. 17. rec.*

Adverſùs quæ non relevat reflexio, quod de præterito non ſemper hujuſmodi feſtivitas celebrata fuit eodem modo, 39
dum aliquibus annis celebrata prætenditur ſine tali ornatu: Quidquid enim ſit in facto circa hujuſmodi prætenſam difformitatem; Hoc unum certum eſt in Jure, quod ea, quæ determinata fuerunt in dicta Tranſactione reſpiciunt com- 40
modum, & favorem totius ſacri Ordinis Ciſtercienſis: Et proinde etiamſi per inſubſiſtentem hypotheſim admittatur, quod uno, vel altero anno id non fuerit practicatum ex fa- 41
cto, vel negligentia unius, vel alterius Religioſi noſtri Monaſterii, adhuc nunquam dicitur renunciatum Juri, clarè fundato in d. Concordia, eo quia particulares Religioſi, neque tacitè, neque expreſsè præjudicare poſſunt Juribus, & 42
prærogativis, toti Ordini conceſſis, ut notant citati *in Tom. 1. part. 2. diſcep. 10. num. 12.* quibus addo *Rot. in deciſ. 606. numer. 6. coram Emer. jun.* ubi, quod particulares Religioſi abſque apoſtolico beneplacito nequeunt præjudicare Juribus, toti Ordini competentibus.

Poſita

Poſita proindè hujuſmodi clara obligatione ornandi Ec-
43 cleſiam ex parte Canonicorum, necnon attenta præciſa ne-
ceſſitate talis ornatus ex parte Religioſorum, oritur dictum
aliud dubium, An, deficientibus dd. Canonicis in eorum
obligatione, licitum fuerit eiſdem Religioſis Eccleſiam pro-
pria authoritate apparare eorum ornamentis, vel potiùs de-
buiſſent in hac parte implorare Judicis officium, ad obligan-
44 dos dd. Canonicos ad adimplenda ea, ad quæ adſtricti erant
ex tenore, & claris verbis Tranſactionis.

In qua parte procedendum videtur cum illa ſolida diſtin-
45 ctione, quod, aut ſermo eſt de illis rebus, & actibus, ſeu
functionibus, quæ admittunt congruam dilationem, qua
durante, poteſt haberi neceſſarius recurſus ad Judices, iſti-
que opportuno tempore poſſunt obligare Partes recuſantes ad
eorum obligationes adimplendas, & in his terminis non ſit
licitum propria authoritate facere id, quod alia Pars adim-
46 plere tenebatur; Aut verò ſumus in terminis illarum rerum,
actuum, & functionum, quæ nullam admittunt congruam
dilationem, ſed per neceſſe fieri debent in illis temporis angu-
ſtiis, in quibus Judices, vel nullo modo, vel cum maxima
difficultate obligare poſſunt Partes recuſantes ad adimplen-
47 das proprias incumbentias in tempore præfixo, quæ ſunt præ-
ciſæ circumſtantiæ noſtri caſus, & tunc poſt monitiones an-
tecedentes, & opportuno tempore factas, licitum ſit pro-
pria authoritate id peragere.

Videmus id practicari in illo caſu, in quo aliquis ſepultu-
ram ſibi eligat in Eccleſiis Regularium; Iſtis enim nullo
48 modo permiſſum eſt ejus cadaver ad propriam Eccleſiam aſ-
ſociare, non vocato, neque audito Parocho, ſub cujus Pa-
rochia defunctus habitabat; Cæterùm ſi Parochus vocatus,
vel invitatus, recuſet accedere, ad ſuum officium adimplen-
49 dum, in aſſociatione dicti cadaveris, non eſt recurrendum
ad Judices, ſed permiſſum eſt ipſis Regularibus, etiam ſine
Parocho, cadaver ejuſdem defuncti ad propriam Eccleſiam
aſſociare, ut per viam legis generalis declaravit *S. R. C. 12.
Januarii 1604.* & videre eſt apud *Lantuſc. in Theatr. Regular.
verb. Exequiæ num. 5. fol. 236.*

Quæ ſi procedunt in illis terminis, in quibus ſermo eſt de
50 rebus, ſeu actionibus, reſpicientibus favorem hominum,
multò magis admittenda ſunt in iis, quæ concernunt divi-
num cultum, Eccleſiarumque ornatum, in quibus habemus
regulam, uno ore receptam à Doctoribus, quod actus, reſ-
picientes divinum cultum omnibus dicuntur permiſſi, niſi
51 oſtendatur illorum expreſſa prohibitio, quam adductis con-
cordantibus, ſequuta fuit *Rota in dec. 316. numer. 1. & ſeqq.
par. 14. rec. & in Romana Juris celebrandi 27. Januarii 1698
§. Ratio reſolutionis coram Card. Priolo*; In cujus *§. Nec di-
52 catur* ad rem advertit *Rota*, hujuſmodi praxim eſſe nimis
commendabilem, *ut eò magis perſonæ eccleſiaſticæ* (ſunt ejus
præciſa verba) *diligentiores reddantur circa ea, quæ reſpi-
53 ciunt cultum, & ornatum Eccleſiæ*, juxta præciſos terminos
noſtri caſus.

In qua parte habemus *Textum*, id expreſsè demandantem
54 in *cap. In iis de Privileg.* ut ſcilicet in rebus, quæ ad divinum
cultum facere dignoſcuntur, benigna ſemper fiat interpreta-
tio, & ampliatio, in cujus ſequelam ita tenent *Butr. in cap.
Cum olim num. 11. de Conſuet. Rot. deciſ. 847. num. 3. cor. Se-
raphin. & dec. 685. num. 5. coram Cerr. & dec. 258. numer. 23.
part. 7. recent.*

Habemus præterea hoc idem individualiſſimè aliis etiam
55 vicibus, & feſtivitatibus, abſque ulla contradictione Cano-
nicor. practicatum: ſignanter vero anno 1704. in feria v. ma-
joris hebdomadæ, ac in ipſo die Paſchatis; Necnon in feria
56 v. majoris hebdomadæ anni 1706. quando, recuſantibus
Canonicis ornare Altare majus cum paramentis communi-
bus, ad formam diſpoſitorum in Tranſactione *num. 42. & 44*
illud ornatum fuit cum propriis paramentis Religioſorum,
neque auditæ fuerunt conqueſtiones aliquæ Canonicorum,
57 & meritò quia Religioſis in eorum Eccleſia licita ſunt omnia
ea, quæ divina officia, divinumque cultum reſpiciunt, dum-
modo in Tranſactione, ſeu Concordia prohibita non ſint,
qualis eſt major Eccleſiæ cultus, ampliorque Altaris majoris
58 ornatus, qui potiùs expreſsè reperitur permiſſus in d. Tran-
ſactione *num. 52.* his verbis: *Abbas pro ſuo arbitrio propria
Monachorum candelabra argentea, & Sanctorum Reliquias,
in ſuis vaſis exiſtentes, ad ampliorem Altaris majoris orna-
tum, candelabris tamen argenteis communibus non amotis,
59 exponere valeat.* Ubi notanda occurrunt verba hæc *pro ſuo
arbitrio:* Ex quibus remanet manifeſtum, quod ornatus Al-
taris majoris non eſt fixus, & invariabilis ex parte Reli-
gioſorum, vel Canonicorum, ſed poteſt eſſe major, am-
pliorq; ad arbitrium Abbatis noſtri Monaſterii.

Prout etiam notandum eſt, quod verba illa *Candelabris ta-
men argenteis communibus non amotis*, non ſunt intelligenda 60
de qualibet minima mutatione ſitus eorundem candelabro-
rum, ſed de totali amotione ab Altare; Itaut proinde ad ma-
jorem Altaris ornatum licitum omni Jure ſit eiſdem Religio-
ſis propria addere candelabra argentea, vel ſimilia argentea
ornamenta, etiamſi oporteret dicta candelabra communia in
aliqua parte reſtringere, vel magis propè ad alia ornamenta
ponere. Ea viva ratione, quia dicta candelabra communia
non dicuntur amoveri ab Altare, eo ipſo quod in illo relin-
quuntur, licet unà cum ipſis alia ornamenta, & candelabra
addantur ad procurandam ampliorem Altaris majoris orna-
tum, qui literaliter in Concordia permiſſus eſt.

Omnia hæc videntur in ſe clara, nimiſque fundata, & ta-
men, præter omnem neceſſitatem, dicimus, quod, quate- 61
nus etiam admitterent aliquas ex contrariis criticationibus,
adhuc iſtæ attendendæ non eſſent, eo quia omnia ſequuta
ſub fundamento diſpoſitorum in Tranſactione; Ad hunc
enim effectum ſuperabundat ſola credulitas, & opinio non
tranſgrediendi fines dictæ Tranſactionis, juxtà literalem 62
*Textum in leg. Igitur verſ. Et generaliter*, ibi: *Juſtis rationi-
bus ductus ff. de Liberal. cauſ.* cum concordantibus, citatis in
*Inſtitution. Crimin. lib. 4. tit. 6. num. 21.* Atque ad evitan. om- 63
nem pœnam, omnemque reatum, quælibet cauſa, etiam
colorata admittitur, *Anſald. in Addit. ad dec. 86. num. 99. &
100. & Rot. dec. 160. num. 13. cor. Otthobon.* ubi, quod ſufficit
etiam cauſa minus juſta, & beſtialis.

Cauſa pendet adhuc indeciſa. 64

---

# DISCEPTATIO III.

## Romana Bullæ Innocentianæ.

### Pro P. Caſimiro Guida Trinitario.

### ARGUMENTUM.

*Conſtitutio Innocentiana circa Miſſarum celebrationem, il-
liuſque lecturam, bis in anno faciendam à Commu-
nitatibus Religioſis, quando adimpleta dicatur.*

CONtraria inſtantia, excitata à perſonis illis, quas gra-
tis fide dignas vocat Pater Commiſſarius Provincialis,
& proſequuta mendicato nomine cujuſdam Fratris Laici
Conventus Sanctæ Franciſcæ Romanæ Ordinis Trinitario- 1
rum, tanquam Procuratoris Fiſcalis, una eſt ex illarum nu-
mero, quæ non promoventur *propter Jeſum tantum*; Atque
videtur participare de natura illarum criticationum, quæ
adverſus D. N. J. C. Apoſtolos exagerabantur ſub prætextu, 2
quod non lavabant ſibi manus quando panem manducabant,
de quibus *apud D. Matth. 15. 2.*

Ad hoc demonſtrandum neceſſe eſt percurrere omnia capi-
ta accuſationum; in Proceſſu deducta, ut cum omni ſermo-
nis proprietate dicere poſſumus Pat. C. Gener. Procuratori
Generali ejuſdem Ordinis, & actuali Miniſtro dicti Con-
ventus Sanctæ Franciſcæ, Eminentiſſimo Protectori noſtri 3
Ordinis, in Civitate Neapolis, & in Urbe ſatis noto: *Vi-
de in quantis te accuſant*, Quorum omnium reſpectu ex ſe-
quentibus apparebit in noſtro caſu verificari vulgatum illud, 4
*Parturient montes.*

Circa accuſationum capita, non poſſumus meliùs illa per-
ſtringere, quàm mediantibus verbis 4. teſtis, cujus opera, 5
& expenſis præſens promota fuit, & proſequitur inſtantia,
de quibus *in Proceſſ.*

1. *Non aver ritenuta la Bolla in Refettorio.*
2. *Non averla fatta mai leggere.*
3. *Non aver conſegnata la chiave di detta Caſſetta a perſona legitima.*
4. *Non aver quella aperta in fine di ogni meſe.*
5. *Non averla aperta alla preſenza de' Padri diſcreti.*
6. *Non aver ritenuto dentro di eſſo il Libro:* Ac demum.
7. *Non aver notati li denari, e fatto il calcolo delle Meſſe.*

Quibus capitibus in ſecundo examine (non contentus de 6
primo) idem 4. teſtis addidit aliud, quod his verbis aperuit.

*Il P. G. in tempo, che il medeſimo era Preſidente di queſto
Convento, venne à trovarmi nelle mie Stanze pochi giorni pri-
ma,*

7 *ma, che ſi faceſſe il Capitolo provinciale, & alla preſenza di*
*F. P. C. &c. mi pregò à dire, che ſe foſſi ſtato ricercato in occa-*
*ſione del Capitolo ſudetto, che doveva farſi, ſe avevo mai ce-*
*lebrato per Lui, aveſſi detto di sì, perche eſſo molte volte ſi era*
*ſcritto al Libro di aver celebrato, e non aveva celebrato, & Io*
*li riſpoſi, ſe quante volte era ſtato queſto, mi riſpoſe, che era*
*ſtato da 40. ò 45. volte in circa, & Io li diſſi, che aveva fatto*
*molto male, e che ſe ne foſſi ſtato ricercato eſtragiudicialmente,*
*Io averei detto, che quando Lui non aveva celebrato, avevo*
*celebrato Io per lui da 45. volte in circa; Ma che ſe poi ne foſſi*
*ſtato richieſto giuditialmente, Io non averei potuto dire una co-*
*ſa, che non era, e coſi reſtaſſimo.* Ac ſi negativum illud De-
calogi præceptum: *Nè dicas falſum teſtimonium*, non obli-
get ſemper, & ad ſemper, ſed in ſolo judicio.

Incipiendo à primo capite *di non aver tenuta la Bolla in Re-*
*fettorio*, neſcimus videre ubi nam fundetur talis obligatio re-
8 tinendi Bullam Innocentianam in Refectorio: Et proinde
primum hoc delicti caput congruentiùs in tenebris relinqui
poterat.

II. *Di non averla fatta mai leggere*, ejuſdem eſt inſubſi-
ſtentiæ: Ad quod demonſtrandum, I Præmittendum in fa-
cto eſt, quod eadem Conſtitut. Innocent. per extenſum im-
9 preſſa *à Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ capit. 10. §. 1. à num.*
8. emanavit *die 23. Decembris 1697.* & ſic à 20., & ultrà an-
nis. II. Præmittendum, quod eadem Conſtitut. Innocent à
Superioribus illius temporis, quo emanavit, neſcitur quo
fundamento, nullatenus procurata, minuſque alligata fuit
inter alias Pontificias Conſtitutiones, quæ legi debent in Re-
fectorio determinatis anni temporibus, quæ in unum colle-
ctæ reperiuntur in noſtro Conventu, & punctualiter lectæ
10 fuerunt tempore P. C. ejus præciſo mandato. III. Præmit-
tendum eſt, quod caſus obligationis lectionis ejuſdem Bul-
læ nonniſi ſemel evenit tempore gubernii P. C. eo quia illa
legi debet bis in anno diſponitur in ejus §. 36. hoc eſt feria
ſecunda poſt primam Dominicam Adventus, & feria 6. poſt
Octavam Corporis Chriſti, quæ anno præterito 1717. fuit
11 dies 4. Junii, quando P. C. erat abſens ab Urbe, ut uno ore
deponunt omnes teſtes fiſcales *in Proceſſu*, & ſignanter *fol.* 17
ubi, quod diſceſſit die 6 Maii, & rediit die 10. Junii.

Ex quo ſequitur, quod tempore dicti P. C. ſemel tantùm
omiſſa fuit eadem lectio, idque optima fide, quia ſcilicet ne-
12 mo dubitabat, vel præſumere poterat, quod in ipſa Urbe
ſub oculis Summi Pontificis per adeo longum tempus non fuiſ-
ſet à Superioribus, qui per 20. annos noſtrum Conventum
gubernarunt, neq; etiam empta, & alligata inter alias Pon-
tificias Couſtitutiones, quæ in illo redactæ in Volumen repe-
riuntur, & quolibet anno punctualiter leguntur.

Dum igitur idem P. C. referente primo teſte fiſcali *in Pro-*
13 *ceſſ. folio* 8. demandavit lecturam Voluminis Pontificiarum
Conſtitutionum, inter quas adeſſe debebat eadem Innocen-
tiana, ut videre eſt in illo, in Typographia Camerali im-
preſſo anno 1698. in quo adeſt etiam inpreſſa dict. Conſtitut.
Innocentiana, ad nihil aliud tenebatur, ut in fortioribus
terminis inadimplementi dictæ Innocentianæ Conſtitutionis
ex longè minori bona fide, Partibus acerrimè informantibus,
reſolvit *S. C. E. in Provinciæ Marchiæ Capituli provincialis*
14 1. *Decembr.* 1713. Ponente D. Card. Caſino, ut videre eſt *in*
*Tom. 1. part. 1. diſcept. 13. num. 149. & 150. & tom. 2. par. 2.*
*diſc. 29. per tot.*

Cumque attenta earundem Conſtitutionum multiplicitate,
ac longitudine, illæ non poſſint integrè legi in unica refectio-
ne Religioſorum, nil mirum ſi Pat. Commiſ. non cognovit
15 omiſſionem Innocentianæ, quia ad occurren indigentiis
Conventus, & ſatisfaciendum oneribus Procuratoris Gene-
ralis ſui muneris, non poterat continuò eidem communi
menſæ intereſſe: In qua parte relinquimus conſiderandam
qualitatem zeli contrariorum teſtium, qui probè ſcientes,
16 ut ipſi aſſerunt, diſpoſitionem dictæ Bullæ, omiſſionemque
ipſius lecturæ per annos 20. nullatenus voluerunt charitativè,
religioſèquè admonere eundem Pat. Comm. ut ſerena fronte
poſſent deinde contrà ipſum deponere, quæ leguntur in Pro-
ceſſu.

III. *Di non aver conſegnata la chiave della Caſſetta delle*
*meſſe a perſona legitima*, apparet ſinè ullo fundamento ex de-
17 poſitione 1. teſtis fiſcalis, hæc aſſerentis in *Proceſſ. fol. 7. Le*
*chiavi di detta Caſſetta ſono ſtate ſempre a mio tempo, una ri-*
*tenuta dal P. Miniſt., e l'altra dal P. Sagr., che Io l'hò ritenu-*
*ta ſempre, perche quando ero Depoſitario ero anche Sagreſtano;*
Quod autem electus fuerit capitulariter talis, hoc eſt Depoſi-
18 tarius, aſſerit idem teſtis fiſcalis *in Proceſſ. fol. 6.* ibi: *Quan-*
*do Io fui eletto Depoſitario di queſto Convento fui eletto capito-*
*larmente dalli Padri di queſto Convento.*

IV. *Di non aver aperta detta Caſſetta in fine d'ogni meſe*,
nullam pariter habet facti aſſiſtentiam, juxta rotundam de-
poſitionem d. 1. teſtis fiſcalis, de qua *in Proceſſ. fol. 29. à terg.* 19
ibi: *La ſudetta Caſſetta, eſiſtente in Sagreſtia, è ſtata ſempre*
*aperta in fine d'ogni meſe in tempo del miniſtero del detto P. G.*
*a riſerva d'una ſola volta. che il detto andiede in Napoli, e*
*ſtiede due meſi ſenza aprire d. Caſſetta, perche non ſi trovò la*
*chiave;* Ex quibus patet, quod ex mero accidenti id unica
tantùm vice adimpleri non potuit, propter oblivionem relin-
quendi clavem, quando diſcedendo ab Urbe acceſſit ad Civi-
tatem Neapolis; Quæ omnia ictu oculi comprobantur ex 20
Libro originali, in Secretaria S. C. V recognito, & appro-
bato, in quo initio cujuslibet menſis adnotatur aperitio ejuſ-
dem capſulæ ſequentibus verbis *Apertaſi more ſolito la Caſſet-*
*ta, ſi ſono ritrovati &c.*

Eſt autem prorſus inſubſiſtens id, quod cum juramento in
hac parte teſtatur 4 teſtis *in Proc. fol. 23.* his verbis: *Detta* 21
*Caſſetta in tutto il tempo, che ſono in queſto Convento* (hoc eſt
à die 14. Novembr. 1716. ut dixerat folio 20.) *non ſolo non è*
*ſtata aperta, come l'obligo in fine d'ogni meſe.* Ictuque oculi
detegitur tale ex concordi dicto omnium aliorum trium te-
ſtium fiſcalium, uno ore aſſerentium, ſemel tantùm non
fuiſſe apertam in fine cujuslibet menſis, hoc eſt de menſe
Maii 1717 occaſione diſceſſus P. C. ab Urbe, & acceſſus ad
Civitatem Neapolis, ut videre eſt *in Proceſſ. fol. 7.* ibi: *La ſu-*
*detta Caſſetta è ſtata ſempre ſolita aprirſi ogni meſe, & fol* 12. 22
*& fol.* 17. Teſti autem perjuro nullam eſſe adhibendam fidem
ea ratione, quia falſus in uno talis præſumitur in reliquis, ra-
tione individualitatis juramenti, uniformiter notant Docto-
res, adducti *à Guazz. ad Defenſ. Reor. defenſ. 28. capit. 13.* 23
*numer. 17 & Rot. deciſion. 58. numer. 10. coram Anſald. & de-*
*ciſ. 268. numer. 10. coram Benincaſ. & deciſ. 369. num 7 par.*
*16. recent.*

Non minùs palmare, & æquè ſolemne eſt aliud æqui-
vocum 1. teſtis fiſcalis, *in Proceſſ. fol.* 28. ſequentia cum ju-
ramento aſſerentis: *Il P. C. ogni giorno ſolea ſcrivere nel Li-*
*bro eſiſtente in Sagreſtia, nel quale ſi deſcrivono tutti quelli,*
*che celebrano la meſſa, e vi ſi ſcriveva ancorche l'aveſſe detta* 24
*fuori del Convento.* Et tamen in hoc Libro, in quo, inter-
polatis menſibus, 48. ſubſcriptiones dicti 1. teſtis fiſcalis le-
guntur, oculis corporeis apparent multi dies, in quibus non
reperitur illius ſubſcriptio, quia non celebravit, in quorum
aliquibus adeſt ſpatium album cum dictione *Vacat*: In aliis 25
verò deeſt adnotatio illius diei, in quo non celebravit, ut vi-
dere eſt ibidem *fol. 1. poſt diem 18. Februarii*, & poſt *diem*
*14. Martii, & fol. 2. poſt diem 25. ejuſdem menſis Maii*, &
poſt *diem 7. 9. 12. 15. 18 & 20. Aprilis*, & alibi; Difficile
autem eſt adducere evidentiorem probationem falſitatis, &
mendacii d. 1. teſtis fiſcalis, cui proindè nulla fides adhiben-
da eſt, ut obſervant adducti in *Inſtit. crimin. lib. 2 tit. 6. n. 23*
Et in terminis teſtis, vocantis alium in conteſtem, quod 26
nihil probet, & ſit de falſo ſuſpectus, quando vocatus in
conteſtem non concordat, pluribus cumulatis, probat *Con-*
*ciol. reſol. crim. verb. Teſtis quoad d. reſol. 2. per tot.*

V. *Di non aver aperta detta Caſſetta alla preſenza de' Padri*
*diſcreti*: Hoc ex eo proceſſit, quia in noſtro Conventu hu-
juſmodi PP. diſcreti in præteritum non adfuerunt, vel priva- 27
ti fuerunt voce activa, & paſſiva, ut notarium eſt in noſtro
Conventu, & patet ab enumeratione Religioſorum, eo quia
1. teſtis uti Sacriſta, & Depoſitarius ſemper fuit præſens;
Prout etiam ſemper eidem aperitioni præſens fuit P. C. Vi- 28
carius, qui propriis manibus eandem capſulam aperiebat;
2. teſtis erat privatus voce activa, & paſſiva; 3. non erat
conventualis, qualis neque etiam erat 4. teſtis, licet uti Ma-
giſter, honoris cauſa, aliquando vocatus fuerit ad Capitula
conventualia: Et quod magis eſt dicti 2. & 4. teſtes ſe decla-
raverant, vel nolle intervenire, quando vocabantur, vel 29
illorum interventum non eſſe neceſſarium.

VI. *Di non aver ritenuto il Libro delle meſſe dentro detta*
*Caſſetta*, ut fecerunt Oppoſitores P. C. qui tempore Proceſ-
ſus ſtatim ornarunt dictam capſulam cum novo Libercülo,
habet ſpeciem ridiculi, & tamen in eo concordarunt omnes 30
contrarii teſtes: Imò, nedum fuit conteſtatum P. C. à Com-
miſſario, acſi eſſet maximum inter ejus prætenſa delicta,
ſed ulteriùs maxima ſimplicitate, idem Commiſſarius aſ-
ſociatus à Notario, & teſtibus ſe contulit ad Sacriſtiam
ad deſcribendum delicti corpus, ſeu ad recognoſcendum,
an idem Liber reperiretur in dicta capſula, confecto dein-
dè publico actu per eundem Notarium, *quod in illa nullus*
*fuerat repertus Liber, nullaque alia carta &c.* Neſcimus
enim videre ubinam legatur impoſita dicta obligatio; In
eadem ſiquidem capſula retineri debent nummi, ſeù elee-
moſy-

moſynæ, relictæ pro miſſis, non autem Libri, ſeù cartæ
inanes, & vacuæ, ut diſponitur in §. ejuſdem Conſtit. ibi :
*Omnes, & quaſcunque eleemoſynas &c. Miſſarum reponere in*
32 *capſula particulari ſub duabus clavibus*. Et proindè magnifi-
cato delicto, pueriliter deſumpto ex non retentione Libri in
capſula eleemoſynarum, applicantur verba *Cardin. Baron.
de Monarch. Sicil. in Reſp. ad Card. Aſcanium Columnam num.
14. fol. 191. Sic itaque ridiculum de ridiculo ſumptum, reddi-
tur argumentum*, ſeu delictum.

VII. *Di non aver mai notato li danari, e fatto il calcolo delle
meſſe*, non regit in facto, idque ad hominem oſtendit 1. teſtis
33 fiſcalis ſequentibus verbis; *Il P. Commiſſ. era ſolito notare il
denaro, che ſi trovava ogni volta nella detta Caſſetta in un Li-
bro, e nel tempo, che Io, come hò detto, fui per quattro meſi
Depoſitario, li conſegnava à me &c.* Qui etiamſi eſſet unicus
contra Fiſcum, ipſum inducentem, pleniſſimè probat ex cu-
mulatis per *Conciol. Reſol. crim. verb. Teſtis quoad dicta reſol.*
34 *16. numer. 12. Vermigliol. conſ. 95. num. 1. & Guazzin. ad De-
fenſ. Reor. defenſ. 33. cap. 14. numer. 11. Farinac. de Teſtibus
quæſt. 62. numer. 214. & ſeqq.* Hujuſmodi autem Liber hodiè
originaliter exhibetur, in quo cum omni diſtinctione, &
candore quolibet menſe legitur adnotata illa quantitas pecu-
niarum, quæ in capſula reperiebatur, quæ aliquibus menſi-
bus non exceſſit tres julios.

Circa verò calculum miſſarum, illarumque adnotationem
35 in dicto particulari Libro, tres teſtes fiſcales nempè 2. 3. &
4. voluntario æquivoco eundem Librum negarunt; Quia il-
le omnium oculis expoſitus erat in Sacriſtia, & ſuo congruo
tempore exhibitus fuit in Secretaria S. C. V. à qua poſt accu-
ratam recognitionem, & prævia approbatione Secretarii
ejuſdem S. C. remiſſus fuit ad noſtram Eccleſiam, & fideli-
bus oculis ſubiicitur; Ex cujus recognitione ictu oculi dete-
guntur inſubſiſtentes omnes contrariæ criticationes, & piæ
meditationes.

In dicto autem Libro videtur maxima conſideratione di-
36 gnum, quod 2. teſtis fiſcalis, qui eundem Librum rotundè
negavit, in ejus examine his verbis: *Mà non vi ſi è trovato
nè meno il Libro, nè mai ci è ſtato*, proprio charactere in illo
adnotavit, pluriès miſſam celebraſſe.

Occaſione verò hujuſmodi adnotationis eleemoſynarum,
& numeri miſſarum adventitiarum, quæ proportionabiliter
37 celebrari debebant, videtur ponderandum, quòd nulla ade-
rat neceſſitas adhibendi operam Ratiocinatorum, quia age-
batur de pauperrimo regno, hoc eſt de juliis tribus, novem,
vel decem pro quolibet menſe, ut ictu oculi deſumitur ex di-
cto Libro, ad eundem effectum retento, cui menſe Januarii
1717. datum fuit initium ſequentibus verbis: *Adì 14. Genna-
ro 1717. apertaſi la Caſſetta delle Meſſe in Sagreſtia, ſi ſono
trovati giulj nove*, & deindè cum æquali claritate, & can-
dore continuatur punctualis deſcriptio per totum annum
1717.

Remanet ultimum exageratum delictum deſcriptionis miſ-
ſarum pro illis diebus, quibus gratis utique aſſeritur non cele-
39 braſſe, quod eſt omnium antecedentium debilius, mirumq;
in rei veritate eſt, quod Procurator fiſcalis non erubuerit il-
lud cum tali, tantoque faſtu in ſcenam adducere.

Fundatur atrox hoc facinus in miſerabili dicto unici teſtis
40 aſſerentis, id fuiſſe ſibi confidenter dictum à P. C. Omiſſa au-
tem indagine, an ſimiles confidentiales diſcurſus, abſque
inhumanitatis nota, in judiciis propalari poſſint, ad ſenſum,
& verba *Ciceronis*, ſequuti à Doctoribus, quos citat *Card.
de Luc. de Judic. diſc. 23. n. 24.* cum aliis *in Tom. 2. par. 2. di-
ſcep. 26. num. 17. & ſeqq.*

Reſpondemus I. quod de hoc non habemus niſi unicum te-
ſtem, cujus dictum æquiparatur dicto nullius, *Textus* eſt li-
41 teralis *in cap. In omni judicio de Teſtibus & in leg. Juris juran-
di Cod. eodem*, cum concordan. apud *Conciol. Reſolut. crimin
verbo Teſtis quoad d. reſolut. 15. per tot.* ubi *n. 3.* concluſionem
ampliat, etiamſi teſtis eſſet digniſſimus, & ſenatoria qualita-
42 te prædítus, id exemplificando in *Q. Scevola*, quod refert
etiam *Tiraquel de Judic. in rebus exig. poſt princ.*

II. Reſpondemus, quod iſte teſtis detegit ſuam turpitudi-
nem, quia fatetur ſeriam promiſſionem mentiendi favore P.
43 C. quatenus fuiſſet extrajudicialiter interrogatus; Teſti au-
tem, ſuam turpitudinem detegenti, non eſſe credendum, uno
ore aſſerunt Doctores, adducti per *Rot. coram Cerr. dec. 474.
num. 12. & coram Emer. jun. dec. 5 num 8.*

III. Reſpondemus, quod notorium eſt in noſtro Conven-
tu, iſtum teſtem ſubminiſtraſſe de proprio omnes expenſas
Proceſſus, contra P. C fabricati, quod omnem fidem eidem
44 adimit, per ea, quæ notant adducti à *Conciol. Reſol. Cri-
min. verbo Teſtis, quoad perſonas reſolut. 1. per tot. & in tom.
2. diſcept. 8. num. 61. & Rot. dec. 141. num. 7. part. 16. & deciſ.
207. num. 15. & 16. par. 17. rec.*

IV. Reſpondemus, delictum hoc eſſe penitus inveriſimi-
le, & omninò improbabile, quia nullum omninò lucrum
ex tali inſigni mendacio percipere poterat Pat. Commiſſ. ex
quo eleemoſynæ miſſarum non implebant ejus burſam, ſed
uſque ad ultimum quadrantem erogatæ fuerant in utilitatem 45
Conventus. Præciſa autem utilitate delinquentis, incredi-
bile redditur omne delictum, juxta nobilem animadverſio-
nem *Roland. conſ. 38. numer. 301. & ſequentibus lib. 1.* ubi,
quod licet plura ſint genera delictorum, ad nullum patran-
dum ſolet quis abſque lucro, vel utilitate moveri, quodque 46
hoc patet ratione naturali quam ſolam allegare ſufficit *Con-
ciol. Allegat. crimin. verbo Falſum reſol. 6. numer 2. & 3.* ubi,
quod non omne lucrum ad hunc effectum attenditur, ſed il-
lud debet eſſe nimis conſiderabile, cum aliis citatis in *Tractat.
de Livell. cap. 1. §. 4. num. 5.* & in Voto edito in *Peruſina fal-
ſæ monetæ 24. Novembris 1711.* ubi, quod, quando, ut in
præſenti verificatur, ſermo eſt de crimine, quod non aſſeri-
tur commiſſum in offenſam, vel odium alicujus, non ſe ade-
quat ad intellectum, quod perſona ingenua pro modica quan-
titate, & miſerabili ſumma voluerit ſe execrabili turpitudi-
ne fœdari, ſeque periculo amiſſionis honoris ſubiicere.

V. Reſpondemus, quod falſitas contrariæ aſſertionis evi-
denter deſumitur ex ſola lectura dicti Libri miſſarum, à Se-
cretaria S. C. V. approbati, in quo oculis corporeis leguntur
illi dies, in quibus Pat. C. celebravit, & non celebravit. 48
Quis igitur poteſt credere credat, quod voluerit petere à d.
4. teſte ea, quæ ipſe depoſuit, cujus contrarium ſola aperi-
tione d. Libri remanebat, & remanet pluſquàm manifeſtum,
ac ſuperlativè evidens.

VI. Demùm reſpondemus, quod ſeria, & attenta lectu-
ra depoſitionis d. 4. teſtis ſe ipſam deſtruit. Dicit enim, *mi
pregò a dire, che ſe foſſi ſtato ricercato in occaſione del Capitolo* 49
*&c. ſe aveva mai celebrato per lui, aveſſi detto di sì, perche eſ-
ſo molte volte ſi era ſcritto al Libro di aver celebrato, e non ave-
va celebrato.* Si enim ex Libro apparebat, P. C. celebraſſe,
ut iſte teſtis dicit, & ictu oculi patet ex eodem Libro, ad
quid requirere falſos teſtes ad probandam duplicatam proba-
tionem dictæ celebrationis? Quod enim miſſarum celebratio
probetur ex ſola atteſtatione Sacerdotis celebrantis, certum 50
eſt, ex punctualiter animadverſis per *Carol. de Luc. ad Ven-
trigl. par. 2. annot. 28. §. 1. num. 90.* & ex firmatis per *Rot. in
Toletan. Adminiſtrat. 15. Febr. 1700. §. Hinc primo cor. Pio.*
Quodque ſine cauſa nemo præſumatur delinquere, pro indu-
bitato ſupponunt Doctores illi, quos refert, & ſequitur 51
*Farinac. quæſt. 50. num. 3.* cum aliis citatis *Inſtr. crim lib. 4.
tit. 2. num. 36.*

Non negavit tamen idem P. C. aliquando occaſione impe-
dimentorum ob ſuum munus Procuratoris generalis obliga-
tum fuiſſe celebrare miſſas extra Eccleſiam proprii Conven-
tus, & ſignanter in Eccleſia Sancti Franciſci ad Ripas, &
in alia S. Dionyſii de Urbe, juxtà authenticas atteſtationes 52
exhibitas, & concordat 1. teſtis. Sed in hoc nullum conſide-
rari valet delictum, ad quod demonſtrandum ſat eſt relativè
ſe habere ad *Diſcurſum pro Veritate*, de mandato S. C. C. 53
compoſitum *ab R. P. D. Lambertino*, ac impreſſum poſt *Ap-
pendic. de Livell. cap. 1. §. 32. à num. 50. uſque ad num. 81.* In
quo non minus eruditè, quàm ſolidè probatur, miſſas ſim-
pliciter relictas in una Eccleſia, præciſa particulari devotio- 54
ne erga aliquem Sanctum, vel ſpeciali inclinatione, ut illæ
in determinata Cappella, vel Altari celebrentur, quæ in no-
ſtris terminis neque etiam allegatur, abſque ullo ſcrupulo,
poſſe celebrari in alia; Ea viva ratione, quia per celebratio-
nem miſſæ, in quacunque Eccleſia ſequutæ, pio benefacto-
ri ſolvitur totum id, quod ei debetur; *Solvens autem in alio* 55
*loco* (ſunt verba *Paſqual. de Sacrif. nov. leg. quæſt. 1148. nu-
mer. 9.*) *ſolvit totum id, quod debet*, quem ſequutus fui, pro
veritate pariter ſcribens circa idem dubium de mandato ejuſ-
dem Sac. Congreg & *Diſcurſus* impreſſus pariter fuit *in dict.
Append. de Livell. cap. 1. §. 33. num. 29. & ſeqq.* & eſt *in Tom.
2. par. 1. diſcept. 5.*

Prò quorum faciliori admiſſione non omittimus enixè ro-
gare, ut dignentur reflectere, quod tempore P. C. quo ſemel 56
tantùm legi debebat, & lecta non fuit Bulla Innocent. in no-
ſtro Conventu, fuit nihilominus punctualiter obſervata in
omnibus illius partibus, tàm quoad exactam celebrationem
miſſarum, quàm reſpectu retentionis diſtinctæ capſulæ, cum
duabus clavibus, illiuſque aperitione in fine cujuslibet men-
ſis, necnon in ordine ad Depoſitarium eleemoſynarum, & alia
de quibus ſupra. Negari autem non poteſt, quod in his cir- 57
cumſtantiis hujuſmodi innegabilia facta paritionis, & exe-
quutio-

quutionis dictæ Bullæ longè potentiora ſint verbis, ex quorum criticatione prætenditur, non fuiſſe ad literam judaicè exequutioni demandatam, juxtà *Text. in leg. Paulus ff. Rem rat. haber. & leg. De quibus ff. de Leg.* cum aliis apud *Rot. dec. 21. num. 8. coram Celſ.* Habemuſque in hac parte aureum il-
58 lud dictum *S. Bernard. in Cant. ſerm. 59. Operis vox validior eſt voce ſermonis.*

Dignentur pariter obſervare æquè diſtinctam ac egregiam, illam notitiam, quam habebant contrarii teſtes omnium ope-
59 rationum, omniumque circumſtantiarum, circa quas examinari debebant, antequam examinarentur, ibi: *Io sò beniſſimo la cauſa, per la quali li ſudetti vengono proceſſati, & è perche ſono ſtati traſgreſſori della Bolla Innocenziana*, & alibi; Et exindè dignentur inferre quænam fides eiſdem de-
60 beatur, eò quia illorum reſpectu verificantur ea, quæ his verbis leguntur nella *Pred. 35. numer. 9. del P. Segneri. Nel reſto ſe voi mirate, qui furono l'iſteſſi Accuſatori, Fiſcali, Emoli, e Teſtimonj.* In quibus circumſtantiis P. C. unicum ſolamen recipit à verbis illis *Caſſiod. libr. 4. epiſtol. 44.* ſcriptis Epiſcopo Polenſi *Sanctitatis Veſtræ animus non gravetur,*
61 *nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum, quia multo major eſt opinio purgata, quàm, ſi deſinentibus querelis, non fuerit impetita.*

Et tandem dignentur præ oculis habere anteactam vitam P. C. contra quem nullus efformatus fuit unquam criminalis
62 Proceſſus, nullaque inflicta privatio vocis activæ, & paſſivæ, vel alia ſimilis pœna, quod ad præciſum effectum abſolvendi accuſatum ex titulo innocentiæ poſt *Text in leg. Deſertorem*, ibi: *Inſpecto vitæ ejus præcedentis actu ff. de Re militar.* cumulatis concordantibus, obſervant adductis *in In-*
63 *ſtit. crimin. lib. 4. tit. 7. num. finali.*

Cumque ex hucuſque animadverſis ex una parte undique effulgeat inſubſiſtentia omnium contrariarum criticationum,
64 & ex alia ex ipſomet Proceſſu fiſcali remaneat evidenter comprobata bona fides, & innocentia P. C. ejus favore, nedum proferenda videtur ſententia abſolutoria ex capite dictæ
65 ejus innocentiæ, ut in terminis ſimilis inventionis erga alium Religioſum practicatum fuit à Congregatione particulari die 29. Aprilis 1705. ut videre eſt in *Inſtitut. crimin. lib. 4. tit. 8. numer. 22. & ſeqq.* Idemque practicatum pariter fuit à *Congr. crimin.* Gubernii Urbis favore nobilis Peruſini, ut patet ex
66 Voto *in Peruſina falſæ monetæ 24. Novemb. 1711. §. Qua innocentia*; Et quidem ſub titulo innocentiæ, quem Criminaliſtæ vocant Juris, hoc eſt reſultantis ex recognitione Proceſſus fiſcalis, & ex deficientia concludentis probationis aſſertorum delictorum, ut notat *Bald in l. Nihil 17. n. 1. ff. de Quæſtion.* ubi, quòd lex quemlibet habet pro innocente, quando
67 non concurrunt delicti probationes, cum aliis citatis in dicto Voto *§. Hos in facto, & §. Omnia uſque.*

Sed ulteriùs videntur P. C reficiendæ omnes expenſæ hujus calumnioſæ vexationis, ad quas condemnari in his terminis ſolent promoventes ſimiles inſtantias contra innocentes,
68 ut pluriès deciſum à S. C. patet ex *Inſtitut. crim. lib. 1. titul. 5. num. 38.* & concordant *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 5. formul. 3. num. 10 fol. 159. Anſald. de Commerc & Merc. diſcur. 31. num. 44. & diſc. 37. num. 3. & 4.* & idem practicavit *S. C.*
69 *I. in Spoletana 10 Aug. 1705. & S. C. E. & R. in Biſinianen. 14. Decemb. 1708.*

## In eadem Cauſa.

Contrarii Scribentes, omiſſis tribus ex ſeptem capitibus, circa quæ compilatus fuit Proceſſus contra P. Commiſ.
70 reſtringunt hodiè eorum inſtantiam ad quatuor capita dumtaxat.

I. Nempè, *quod non retinuerit, nec curaverit legi Bullam*
71 *Innocentianam tempore ejus gubernii.*

II. *Quòd non elegerit Religioſum probatæ fidei, qui retine-*
72 *ret unam ex duabus clavibus capſulæ eleemoſynarum.*

III. *Quod eandem capſulam aperuerit temporibus ſibi benè*
73 *viſis, & abſque interventu PP. Diſcretorum Conventus.*

IV. *Quod falsò ſe celebraſſe ſubſcripſerit in Libris cele-*
74 *brationis miſſarum, etiam illis diebus, quibus non celebravit.*

Quæ capita cum ejuſdem prorſus inſubſiſtentiæ ſint, ac
75 dd. alia tria, hodiè conſultò exadverſo omiſſa; Ideò cum omni fundamento ſperat idem Pat. G. eſſe ab impetitis ex innocentiæ capite abſolvendum, effuſis deſuper humillimis precibus.

Non enim ſubſiſtit primum, circa quod ad evitan. volun-
76 taria æquivoca, cum quibus procedunt contrarii Scribentes, ſupplicamus obſervare, quod tempore ejus gubernii ſemel tantùm evenit caſus lecturæ dictæ Bullæ, ut ex recognitione depoſitionum omnium teſtium fiſcalium probavimus *ſuprà à num. 9.* ubi ulteriùs demonſtravimus, quod id ſequutum fuit optima fide, quia ſcilicet non poterat cadere in mentem ſani hominis, quod in Urbe ſub oculis Summi Pontificis eadem 77
Bulla Innocentiana alligata non eſſet cum Faſciculo aliarum, & ſignanter alterius Urbani VIII. edita circa eandem omninò materiam, & quæ legi pariter debet bis in anno, ut punctualiter practicatum fuit. Si igitur P. C. cum dicta bona fide in hac parte ſemel proceſſit, non poteſt id ei imputari in delictum, Superior enim bona fide faciens id, quod ejus anteceſſores fecerunt, numquam dicitur delinquere, ex animadverſis per *Cravet. conſ. 280, nu. 3. poſt med. Cancer. var. reſol.* 78
*par. 3. cap. 5. nu. 12. Cavalc. dec. 371. n. 19. & Fontan. dec. 356. numer. 11.*

Hodiè verò addimus aliam reflexionem, quæ videtur omnem difficultatem in hac parte tollere, in eo conſiſtentem, quod Bulla Urbana, quæ indubitanter lecta fuit in Refecto- 79
rio, literaliter mandat illud idem, quod confirmatum fuit *ab Innocentiana*, ut videre eſt *in §. 13. & §. 36.* ex quarum combinatione palpatur manibus, in *Innocentiana* nihil additum in hac parte fuiſſe, ſed nullo jota addito, vel minimo apice immutato, tranſcriptum fuiſſe integrum paragraphum dict. 80
Bullæ Urbani VIII ut ex illarum recognitione remanet manifeſtum. Dum igitur id punctualiter adimpletum fuit, remanet clarum, quod nulla poteſt allegari contraventio Bullæ Innocentianæ confirmantis, dum in hac parte punctualiter exequta fuit Bulla Urbana confirmata; Regulare ſiquidem eſt, quod confirmatio non extendit actum confirmatum, ſed 81
ſolùm illi addit majus robur, prout etiam confirmatum, & confirmans non ſunt duo actus ſeparati, & diſtincti, ſed habentur tanquam unus actus idem omninò diſponens, & demandans, ut ait *Cæleſtin. III. in cap. Cùm Monaſterium in fi-* 82
*ne de Election.* & notant *Matta de Cauſis Conſiſtorial. ſect. 40. num. 42, & ſeqq. & Rot. dec. 61. num. 8. cor. Anſaldo.*

Nec dicatur, quod in Bulla Innocentiana additæ fuerint aliquæ diſpoſitiones, quæ non continebantur in Bulla Urbana: Reſponſio enim in promptu eſt, quod ſcilicet prætendi- 83
tur exadverſo, ut dictæ additiones conſtituant diſtinctum, & ſeparatum delictum reſpectu P. C. & propterea non ſunt confundendi termini lecturæ bis in anno faciendæ, circa quam 84
ad unguem concordant, cum aliis actibus, qui exagerantur uti diſtincta delicta.

Deveniendo modò ad dd. diverſas diſpoſitiones Bullæ Innocentianæ, ſecundo loco non regit in facto, quod P. C. non 85
elegerit Religioſum probatæ fidei, qui retineret unam ex duabus clavibus capſulæ eleemoſynarum miſſarum, ſed illam retinere fecerit à Novitio, ſuis nutibus obtemperante; Hujuſmodi enim Religioſus probatæ fidei electus fuit *capitolarmente dalli Padri di queſto Convento*, ut deponit teſtis fiſcalis his 86
verbis: *Quando io fui eletto Depoſitario di queſto Convento. fui eletto capitolarmente*: Neſcimus proindè videre quanam fronte hodiè Oppoſitores, volvendo pallium, nimis inciviliter aſſerant, eundem non fuiſſe probatæ fidei, dum tamquam 87
Religioſus probatæ fidei fuit ab ipſiſmet capitulariter electus Depoſitarius Conventus: Si enim ab eis habitus fuit pro Religioſo probatæ fidei quoad omnes redditus Conventus, quod eſt majus, cum omni candore habitus fuit pro tali à P. C. quoad minùs, ſeù quoad dictas eleemoſynas miſſarum, quæ conſiſtebant in paucis obulis in fine cujuslibet menſis recognoſcendis, ut patet conſideranti.

Poſita autem dicta probata fide, recognita, & canoniza- 88
ta ab omnibus Religioſis, qui illum capitulariter elegerunt in Depoſitarium Conventus, reſpectu cujus officii poterat à ſe ſolo redditus Conventus exigere, & adminiſtrare, difficile erit oſtendere, deliquiſſe P. C. quando eidem tradidit unam ex duabus clavibus dictæ capſulæ, cujus reſpectu nihil à ſe ſolo agere poterat, attento quod altera clavis retinebatur à Superiore, ad præſcriptum Innocentianæ. Sunt hæc adeò 89
clara, adeoque in facto, & in operationibus Oppoſitorum fundata, ut mirum videatur, quod exadverſo criticentur, & qualificentur pro idealibus delictis.

Ejuſdem prorſus farinæ eſt tertia, quod prædictam capſulam P. C. aperuerit temporibus ſibi benè viſis; Dùm ex concordi depoſitione omnium teſtium fiſcalium habemus, *Che la ſudetta Caſſetta è ſtata ſempre ſolita aprirſi ogni meſe*, ut pro- 90
bavimus *ſuprà à numer. 19.* ubi oſtendimus verum motivum, quare ſemel aperta non fuerit in fine menſis Maii 1717. & 91
quare aliquando aperta non fuerit coram PP. Diſcretis noſtri Conventus.

Admittuntur hæc exadverſo, ſed reſpondetur, quod ſaltèm

tèm aperiri debebat coram duobus teſtibus : Hoc tamen in
noſtris terminis non deſideratur, quia in aperitione capſulæ
92 ſemper fuit præſens dictus Depoſitarius, necnon P. Vicarius
qui, præſente P. C. tanquam Superiore, illam propriis ma-
nibus aperiebat, & conſequenter ex hujuſmodi innegabili fa-
cto ceſſare videtur in hac parte omnis dubitandi occaſio.

Nec replicetur, quod pecuniæ, quæ reperiebantur in dict.
capſula adnotabantur proprio charactere P. C. in quodam
93 parvo Libro, *ſeù in una Carta piegata à modo di Libro*, ut
dicit unus ex teſtibus fiſcalibus, quæ poterat ab illo deindè
mutari. Mirum enim in rei veritate eſt, quod attentiſſimi
teſtes fiſcales non admonuerint contrarium Scribentem, ei-
dem aperiendo, quod id erat impracticabile à ſolo P. C. quia
in eodem parvo Libro, quem Oppoſitores gratìs ubique vo-
cant *Carta piegata à modo di Libro*, originaliter exhibito, ac
approbato à Secretario S. C. V. A. oculis corporeis leguntur
94 plures adnotationes celebrationis miſſarum, factæ propriis
characteribus dictorum duorum teſtium fiſcalium; Ex qua
facti innegabili circumſtantia palpatur manibus impoſſibilitas
mutandi paginas ejuſdem parvi Libri, quia opus fuiſſent fal-
ſificare manum dd. duorum teſtium fiſcalium.

Hoc autem admiſſo, cum habeamus in principio cujuſli-
bet menſis in d. Libro ſpecificam adnotationem illius ſummæ,
95 quæ inventa fuit in capſula, ſequentibus verbis. *Apertaſi
more ſolito la Caſſetta, ſi ſono ritrovati giulj nove*, remanent
abſque ullo colore probabilitatis exagerationes illæ, quod ea-
dem ſumma à P. C. potuerit occultari, & intercipi; Quia
ad hoc ut id poſſibile eſſet, debebat, ut diximus, & repete-
96 re juvat, falſificari manus duorum teſtium fiſcalium, appo-
ſita in eodem Libro, ſeù poſt d. adnotationem eleemoſyna-
rum, reportatarum in fine cujuſlibet menſis, quod neque
97 etiam aſſerere auſi ſunt ipſimet contrarii teſtes.

Remanet 4. caput, quod falsò P. C. ſe ſubſcripſerit celebraſ-
ſe miſſam multis diebus, quibus illam non celebravit, quod
in rei veritate nullam omninò facti aſſiſtentiam habet, ut vi-
dimus *ſuprà num. 39.*

Quia verò exadverſo, ad proiicien. pulverem ante oculos
98 ſapientiſſimorum Judicantium, aperta fronte aſſeritur, hoc
delictum probari ex concordi depoſitione trium teſtium fiſca-
lium; Reſpondemus, id nullo modo, neque etiam à remo-
tiſſimis ſubſiſtere.

Ad hoc manibus palpandum dignentur obſervare, quod
duo in hac parte obiiciuntur P. C. *Primo*, *che il ſudetto P. C.*
99 *ogni giorno ſoleva ſcrivere nel Libro, eſiſtente in Sagreſtia, nel
quale ſi deſcrivono tutti quelli, che celebrano la meſſa*, quam
tamen multotiès nullatenus celebraverat; Et hoc eſt ſolemne
mendacium d. teſtis, quia in dd. Libris oculis corporeis appa-
rent multi dies, in quibus non legitur hujuſmodi adnotatio.
100 Iſte igitur teſtis, ictu oculi utì mendax convictus ex ſola ape-
ritione Librorum, nullam omninò meretur fidem, vulgatis
Juribus, de quibus *Franciſ. Palm. conſ. 32. numer. 22. & Rot.
deciſ. 52. num. 8. coram Peuting. & in part. 18. recen. dec. 319.
num. 9. & 19.*

Ejuſdem farinæ eſt alter teſtis, ſerena fronte aſſerens: *Sa-
101 pevo che il noſtro P. Com. ſi era ſcritto più volte nel Libro delle
Meſſe, con dire, che aveva celebrato, e non era vero*. Cùm
enim non explicaverit motivum d. ſuæ aſſertionis, *e non era
vero*, nullam in hac parte fidem meretur; Teſti enim non
adducenti cauſam ſui dicti, & motivum ſuæ aſſertionis, nun-
102 quam creditur, ex cumulatis per *Rot. in dec. 100. num. 3. poſt
2. Vol. Conſil. Farin. & dec. 66. n. 6. par. 7. & dec. 544. nu. 9. &
10. par. 18. rec. & dec. 153. n 4. cor. Benincaſ.*

Fortiùs quia potuit id credere, quando celebravit in Eccle-
103 ſiis extra Conventum, quod nullum involuit delictum, ex
animadverſis *ſupra à n. 52.*

Aliud verò, quod obiicitur P. C. eſt, quod prætenditur ro-
104 gaſſe d. teſtem, ut aſſereret celebraſſe pro illo, idque in diſ-
curſibus confidentialibus.

Diximus autem in eadem Scriptura, & repetimus, quod
teſtis iſte nullam meretur fidem; Quia unicus; Quia detegit
105 ſuam turpitudinem; Quia propriis ſumptibus promovet præ-
ſentem vexationem; Quia aſſerit inveriſimilia; Et quia con-
trarium apparet ex ſola recognitione Libri, in quo à P. C. ad-
notatæ fuerunt celebrationes miſſarum, eò quia dùm ille
106 ſcripſerat celebraſſe, non opus habebat alio falſo fulcimento
ad proban. celebrationem, ex adductis *ſuprà num. 49.* & mo-
dò addimus *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13. formul. 2. nu-
mer. 46. fol. 53.*

Ex quibus patet, quod hujuſmodi tres teſtes nullo modo
107 concordant circa eundem actum: Quod omnes ſunt ſingulares
in proprio dicto; Quod ſunt etiam aperti inimici P. C. Quodq;
innegabiliter deteguntur mendaces, ex ſup. animadverſis.

Negatur exadverſo, quod præſens vexatio promoveatur à
contrariis teſtibus. Pro reſponſione autem non poſſumus, ni-
ſi rogare EE. PP. ut dignentur reminiſci, an dd. teſtes un- 108
quam coram ipſis comparuerint, faciendo partes acerrimi
Fiſcalis, & deinde concludere, an, & qualem fidem me-
reantur in figura prætenſorum teſtium.

Quia verò contrarius Scribens negare non potuit, alacri
animo unum ex dictis teſtibus ſubminiſtraſſe, & ſubminiſtra-
re expenſas præſentis vexationis, aſſerit hoc in nihilo rele- 109
vare P. Caſimirum, eo quia quicumque ſit Authot iſtius ve-
xationis, ipſe P. C. propriam innocentiam probare tenetur:
Nos autem congruè reſpondemus, quod ſaltèm debeat idem
teſtis eſſe contentus in hoc Judicio facere unam figuram, hoc
eſt Accuſatoris, Fiſcalis, & Inſtigatoris, non autem illam 110
teſtis *Omnibus enim in re propria dicendi teſtimonium faculta-
tem Jura ſubmoverunt*, dixit *Text in leg. 5. Cod. de Teſtibus*
Prætereà ſi uno ore firmant Doctores, neque etiam in civili-
bus adhibendam eſſe fidem illi teſti, qui ſolam propenſionem
oſtendit, ut victoriam reportet ille, pro quo deponit ex ad-
ductis *à Rot. in dec. 544 à numer. 4. par. 18. rec.* Ratione ma-
jori fides præſtanda non eſt teſti, qui in criminalibus adhæ- 111
rendo Fiſco, cum magna affectione ad Cauſam, unit effe-
ctivam esburſationem multarum pecuniarum, ut de ſe
patet.

Aſſerit pariter, quod non ſit permiſſum P. C. alios accuſa-
re antequam purget propriam innocentiam; Reſpondemus 112
quod P. C. nunquam ſomniavit in hac parte aliquem accuſa-
re, probè ſciens, accuſationem vocari genus illaudabilis in-
tentionis *in can. Si quis Epiſcopus 2. quæſt. 7.* ubi *Gloſſ. verbo
illaudabilis*, ſequentem adducit rationem; *Quia præſumi-
tur ſemper, quod invidiæ cauſa fiat accuſatio &c. & quia vix* 113
*ſinè culpa experiri poteſt*, cum concordantibus apud *Raynald.
tom. 3. cap. 34. §. 8. num. 1.*

Cæterùm quod permiſſum ſit accuſato detegere teſtium vi-
tia, quando id neceſſarium eſt ad propriam defenſionem, eſt
unum ex primis principiis Criminaliſtarum, ex adductis *in* 114
*Inſtit. Crimin. lib. 2. tit. 9. num. 124.* In qua parte concordant
etiam Theologi, & Canoniſtæ; quorum reſpectu non poteſt
eſſe magis punctuale celebre dictum, & innegabile factum 115
*Cardin. Pallavic. nell' Iſtor. del Concil. in Introduct. capit. 2.
numer. 2.*

Coronat tandèm ſuam Scripturam contrarius Scribens cum
alià reflexione, quod Pat. C. utì translatus ab alia Religione
non poteſt eſſe Superior in noſtra; Quodque proinde ex hoc
motivo privandus veniat muneribus, quæ in noſtra Religione
obtinet; Quamvis autem ſuperabundaret reſponſio, quod
hæc reflexio non eſt præſentis criminalis inſpectionis; Poteſt- 116
que proindè illam in alio congruo judicio promovere, & tunc
illius inſubſiſtentiam demonſtrabimus. Nihilominùs brevi-
ter dicimus, *Textum*, in contrarium citatum *In Clem. 1. de* 117
*Regul.* loqui de Religioſo mendicante, translato ad Religio-
nem non mendicantem, qui non ſunt noſtri termini, & pro-
indè nullatenùs in hac parte ulteriùs immorandum eſt.

Audivimus exagerari adverſo neſcio quam Gratiam Sacr.
Pœnit. pro condonatione pœnarum, in Conſtitutione Inno- 118
centiana inflictarum, quam nunquam petiit P. C. & circa
quam proindè nihil diximus.

Cæterùm ad evitand. æquivoca opportunè ſubjungimus,
quod, vel eſt ſermo de illa Gratia ejuſdem ſacri Tribunalis,
quam pendente hac inſtantia obtinuit P. Vicarius Provincia- 119
lis Neapolis, antequam mitteret ad Urbem Commiſſarium,
ad compilan Proceſſum contra P. C quæ Gratia notoria eſt,
tàm in noſtro Conventu Urbis, quàm in alio Neapolis, &
hæc nullam habet connexionem cum præſenti contraria in-
ſtantia: Aut verò ſermo eſt de alia ſimili Gratia, quæ aſſe-
ritur obtenta à P. Vicario noſtri Conventus tempore quo Pat.
C. erat abſens ab Urbe, & hæc nullo modo attribui poteſt ei- 120
dem P. C. illam non ſomnianti petere, nè alteri per alterum
iniqua conditio inferatur, adverſus diſpòſitionem omnium
Jurium, de quibus *Barboſ. axiom. 22. num. 1.*

Quoad prætenſas pœnas, dicimus, quod non opus habe-
mus id mendicare à ſimilibus privationis Beneficiorum, de- 121
lationis habitus talaris, utentis tranſumptis, non habenti-
bus neceſſaria requiſita, dum habemus materiam, Partibus
acerrimè informantibus, ex profeſsò diſcuſſam in terminis
Bullæ Innocentianæ à S C. E. in una *Provinciæ Marchiæ Ca-
pituli Provincialis*, in qua die 1. Decembris 1713. Ponente
Card. Caſino reſponſum fuit pro excluſione omnium pœna- 122
rum dictæ Conſtitutionis, ex illo motivo, mirabiliter præ-
ſenti caſui accommodato, quod non conſtabat de pertinaci
voluntate non parendi dictæ Conſtitutioni, dum adduceban-
tur atteſtationes circa bonam fidem electi in Provincialem,

ut vi-

ut videre eſt *in Tom. 2. part. 2, diſcept. 29. per tot.* & ſignanter *num.* 124. Quæ bona fides in noſtris terminis remanet evidens
123 ex hucuſque animadverſis: Eſt autem nimis improprium, & æquè inſolitum recurrere ad ſimilia, ubi habemus caſum, individualiter deciſum, ut advertit *Cardin. de Luc. de Legat. diſc. 61. num. 7.*

Ex accurata demum pervolutione noſtri Proceſſus, *ex Patre Segneri* obſervavimus *ſupra numer.* 60. quod in illius con-
124 fectione fuerunt *l'iſteſſi Accuſatori, è Fiſcali, Emoli, e Teſtimonj*: Modo verò, iterum pervoluto eodem Proceſſu, illoque combinato cum contrariis Scripturis, ſubdimus ex *Petro de Monte*, ſequuto *à Galleſ. de Juſtit. Annatar. num.* 13.
125 lecturam ejuſdem Proceſſus; abſquè ulla operatione intellectus digito oſtendere, *omnia ibidem contenta plena eſſe odii, diſſidii, & ambitionis.*

Ad quæ evitanda, quatenus nil aliud deſiderent Oppoſitores quàm obtinere gradum Superioris localis in Urbe, &
126 munus Procuratoris generalis, in Religione, quos P. Commiſſar. actualiter exercet; Abſque ulla neceſſitate recurrendi ad frivolum prætextum translationis à ſua antiqua Religione ad noſtram; Et parcendo expenſis replicatarum Scripturarum, quæ, adverſus laudabile ſolitum Urbis, & Or-
127 bis, à particularibus Defenſoribus nomine Fiſc. criminalis in hac parte divulgatæ fuerunt, quod neque etiam practicatur in cauſis læſæ Majeſtatis divinæ, vel humanæ, promptus, paratuſque eſt idem Pat Commiſs. eorum deſideriis plenè ſatisfacere, paucis mutatis, utendo verbis illis; quibus in ſimili caſu uſus fuit *Cardin. Baronius*, & leguntur in
128 ejus Vita, poſt illam *S. Phil Nerii fol. mihi* 43. *Io non hò mai cercati, nè deſiderati li detti Officii, però ſenza dolore laſciarò quello, che ſenza amore poſſiedo &c. Niente altro deſidero, che far ritorno a' miei Fratelli, & alla mia Cella &c. Tenetevi per Voi li voſtri Officj, che a me baſta la mia buona conſcienza, & P Bernab in ejus Vita lib. 2. cap. 1. folio* 61. Hujuſmodi au-
129 tem declaratio non eſt hodie excogitata, ſed ante præſentem vexationem multotiès humillimè ſeriò facta, & non ſemel cum majori ſerietate repetita fuit Cardin. Protectori noſtri
130 Ordinis, qui in electione Superiorum illarum Religionum, quæ ejus protectioni commendatæ ſunt, reducere ſolet ad praxim aureum illud dictum *Sancti Gregorii in Paſtoral. Locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, fugientibus offerendus*, quem ſequutus fui *in Tom. 2. part. 1. diſceptat. 37. numer.* 121.

131 Die 26. Septembris 1718. Sac. Cong. particularis ſuper reviſione Onerum Miſſarum reſcripſit; *P. C. ex hactenus deductis non eſſe moleſtandum.*

# DISCEPTATIO IV.

## Romana.

PRO

P. Joſepho Maria Gagino

CUM

P. Superiore generali.

## ARGUMENTUM.

*Religioſus, præcipitanter privatus ſuo Officio à Superiore generali, quando ſit ſtatim ad idem Officium reintegrandus, Ex juſta cauſa Sac. Congregat. ſolet demandare, ut Generales incæptam Viſitationem Provinciarum ſuſpendant ad arbitrium earundem Sacrarum Congregat.*

Giuſeppe Maria Gagini della Congregatione del Beato Pietro di Piſa rappreſenta umilmente all' EE. VV. eſſer egli ſtato canonicamente eletto per la ſeconda volta Se-
1 gretario, o ſia Cancelliere della Provincia Romana nell' ultimo Capitolo generale, tenuto nel meſe di Maggio 1716 à tenore delle *Coſtituzioni della medema Congregazione capit.* 38. nel quale, tra le altre ſue incumbenze, ſi preſcrive, che ſia tenuto il Cancelliere accompagnare il Padre Generale, quando ſi porta in Viſita, come appunto ſeguì negl' ultimi giorni di Agoſto, quando il ſud. P. Generale li fece dire, che ſi metteſſe all'ordine per accompagnarlo, in eſſecuzione del ſuo Officio.

Gionto il medeſimo Oratore unitamente col Padre Generale nel Convento di Serongarino, Dioceſi di Fano, *ex* 2
*abrupto* fu precettato da detto Padre Generale, che non lo ſeguitaſſe nella Viſita, al qual effetto fu ſoſtituito altro Religioſo.

Non mancò l'Oratore nell' anguſtie di detto Convento, & in un caſo aſſai raro tra le Fameglie religioſe, da pro- 3
cedura tanto irregolare di appellarſi all' EE. VV per trattarſi di gravame, al quale irreparabilmente in faccia a tutta la ſua Congregazione contro ogni giuſtizia, viene *de facto* ſottopoſto, non eſſendo in facoltà del P. Generale di rimovere da' loro Officj quelli, che in eſſecuzione delle loro Coſtituzioni canonicamente ſono ſtati eletti ne' Capitoli generali, de' quali ſono Eſſecutori, non Deſtruttori i Generali delle Famiglie religioſe, come oſſervano *Ant. à Spir. Sanct.* 4
*de Regim. Regul. cap.* 13. *num.* 13. *& Bordon. tom.* 3. *Var. reſol. par.* 2. *reſol.* 58, *num.* 3.

Mà perche, ciò non oſtante, ſotto frivolo preteſto, che 5
l'Oratore due anni, e mezzo ſono, mentre in Napoli fabricava un Proceſſo contro alcuni Religioſi, che avevano maltrattato un'altro Religioſo, publicaſſe prima del tempo le depoſizioni de' teſtimoni, perſiſte detto Padre Generale a non voler reintegrare l' Oratore.

Perciò il medeſimo proſtrato a piedi dell' EE. VV. umil- 6
mente le ſupplica ad ordinare, che ſia reintegrato nella ſua Carica, o almeno, che il Padre Generale ſopraſſeda la continuazione della Viſita, ſino a che l' Oratore abbia concludentemente dimoſtrata la ſua innocenza, come è prontiſſimo a fare ad ogni cenno dell' EE. VV. dalla nota giuſtizia, e pietà delle quali ſpera reſtar conſolato, atteſo che ſoſſiſte l' eſpoſto, comprovato dalla Relazione del Padre Procuratore generale; che l' EE. VV. ſi ſono degnate vo- 7
ler ſentire.

La prima parte della ſua umiliſſima ſupplica per la reintegrazione a quell' Officio, al quale è ſtato *ſervatis ſervandis* eletto dal Capitolo generale, è appoggiata al difet- 8
to di autorità, che non hà il detto Padre Generale ſopra li Capitoli generali, nè può a ſuo arbitrio disfare quel, che ne' medeſimi è ſtato canonicamente operato; come ſi è dimoſtrato di ſopra numero 4. e literalmente è determinato nelle noſtre *Conſtituzioni capit.* 62. *in fine*, dove ſi dice, che in 9
queſti caſi vi poſſa apporre le mani *ſolum generale Capitulum.*

Al che ſi aggiunge il modo precipitoſo, tenuto dal detto Padre Generale col far partire da Roma l'Oratore per eſſercitare il ſuo Officio, e poi, ſenza precedente prova di 10
*efficaciſſimiſquè medicamentis cedit.*

Quibus non adverſatur, quòd ex hac parte non adduca-
tur depoſitio Medici Alexandri Vitelli, qui P. Salvatorem
45 curavit ante ingreſſum in Religionem. Quia ille de tempore
intentati præſenti Judicii jam ab humanis deceſſerat, ut noto-
rium eſt in Civitate Neapolis, & ingenuè fatetur 4. teſtis;
Cæterùm cùm habeamus tot alios teſtes, & alias proba-
tiones, de quibus ſupra, præmorientia ejuſdem Medi-
ci nocere non debet, eo quia agitur de morbo, haben-
46 te ſigna nimis univoca, quæ *vel ipſis mulieribus notiſſima*
*ſunt*, ut per hæc numero verba, aliis adductis, obſervat
*Zacch qu. Medico legal. to. 2. conſult. 1. nu. 1.* & firmavit *Rot. dec.*
171. *ſub n. 2. cor. Ubald.*

Prout etiam non obſtat, quod de tempore Novitiatus nul-
lum epilepſiæ accidens paſſum fuerit à P. Salvatore; Ultra
47 quod enim illius Connovitii multa indicant univoca ſigna,
multaſquè animi affectiones, deſcriptas in Summario, quo-
rum magna pars ſunt evidentes demonſtrationes, & vera ar-
48 gumenta epilepſiæ, enumeratæ *à Riverio in ejus Praxi med.*
*in Tract. de Morbis Capit. & Thorac. cap. 9. de Epilepſ. fol. mi-*
*hi* 37. *& ſeq.*

Strictè, ac ſolidè reſpondemus, quod ſpatium anni No-
vitiatus non eſt tempus aptum, minuſquè ſufficiens ad oſten-
49 den. curationem morbi comitialis, ſeù epileptici, quia *illius*
*periodi aliquando citiùs, aliquando tardiùs recurrunt*, expe-
rientia teſte, & per hæc numero verba id obſervante *eodem*
*River. in d. Tract. de Morb Capit & Thorac. cap. 9. de Epilepſ.*
*fol. mihi* 35. & concordant adducti *per Zacch. quæſt. Medico-*
*leg. lib. 8. tit. 1. de Epilepſ. quæſt. 5. num. 9. & num.* 10. ibi:
*At morbus, qui gravis quidem ſit, ſed non graviſſimus, ſe-*
*mel, atquè iterum in ſingulis annis invadere ſolet, interdum*
50 *etiam rariùs: Unde non ſolùm non ſufficit menſtruum ſpatium ad*
*deſumendum experimentum ſanitatis, ſed nequè fortè annuum,*
& cum effectu idem *Zacch. to. 2. tit. 10 conſil. 59. in fin.* argumē-
tum ſanitatis ab hac ſpecie morbi deſumere conatur à bienna-
51 li ſpatio, ibi: *Cùm ergo in caſu noſtro in ſpatio duorum annorum*
*morbus quieverit &c. dicendum eſt ab illa &c. ſanatum &c.*

Minùs adverſatur prætenſa ratificatio, à P, Salvatore
emiſſa 28. Sept. 1708. Non ſolùm quia illa extorta fuit mo-
dis illis, qui referuntur à teſtibus in dicto Summario; Cum
52 illo addito, quod tempore dictæ prętenſę ratificationis dura-
bat eadem cauſa nullitatis profeſſionis, per P. Salvatorem
emiſſæ, quodquè ante illius emiſſionem factæ fuerunt ab
eodem reiteratæ proteſtationes illæ, quæ concludenter pro-
batæ fuerunt, quæ operantur, ut in tali ratificatione non
poſſint figi pedes ad validam profeſſionem, nulliter emiſſam, 53
ut in terminis probat *Pignatell. conſult.* 180. *num.* 16. *tom* 9.
& firmavit *Rot. dec.* 225. *per tot. coram Caril* loquens in ter-
minis ratificationis, ſequentibus verbis per Monialem factæ:
*Quamvis Monialis non eſſet, hodiè Monialis eſſe volebat*, &
reſolvit *hæc Sac. C. in Cephaluden.* 12. *Febr.* 1699. juxta ver- 54
ba Folii, dicta die diſtributi, ibi: *Profeſſionem expreſſè ra-*
*tam habuit, & munera Magiſtræ Novitiarum, & Decaniſſæ*
*laudabiliter exercuit. Et in Mantuana* 9. *Julii* 1701. ibi: *So-*
*lemnem emiſit profeſſionem &c. eamquè die* 28. *ſeq. menſis Jan.*
*ratificavit.*

Sed fortiùs ex innegabili defectu poteſtatis Superiorum no-
ſtræ Religionis, de quo in Ordinis Conſtitutionibus in for-
ma ſpecifica à Sede Apoſtolica confirmatis, de quibus præ-
cisè loquitur *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 44. *num.* 13. & 14. 55
quem ego ſequutus fuit in *Tom. 2. par. 1. diſcept. 25. num.* 12.
A quibus ſtrictiſſimè prohibitum eſt ad habitum admittere
morbis perpetuis, & incurabilibus laborantes, quod intelli-
gendum eſt, tàm per profeſſionem, quàm per illius ratifi-
cationem, nè una via Superioribus noſtræ Religionis pro- 56
hibitum, alia permiſſum dicatur, adverſus diſpoſitionem
*Textus in l. Neque per ſe C. de Hæred. inſtit. & in cap. Cùm*
*quid una via de Reg. Jur. in* 6. de quibus *Seſs. dec. Aragon.*
28. *num.* 11. & *Barboſ. axiom.* 193. *num.* 1. & *axiom.* 255. *n.* 3.
Præcipuè quia uno prohibito cenſentur omnia ea prohibita, 57
per quæ ad illud pervenitur, ex cumulatis *à Rot. dec.* 1724.
*num.* 15. *coram Coccin.*

Demum non omittimus EE. PP. rogare, ut dignentur eo-
rum miſericordes oculos convertere erga verè infelicem ſta- 58
tum P. Salvatoris, ejuſquè miſeriis misereri, etiam ob bo-
num noſtræ Religionis, conſideratum in hac parte ab ex-
cellenti Medico Neapolitano ibi: *Continuando il medeſimo*
*a portare li peſi della Religione, ſi viene ad inhabilitare affat-*
*to per detto male, perchè viene ad avvanzarſi, rendendoſi à Lui*
*di ſommo pregiudizio, anche alla ſua Religione.* Quæ omnia in
circumſtantiis noſtri caſus ad facilitandam gratiam reſtitu- 59
tionis in integrum conſiderant adducti per *Pignatel. conſult.*
173. *n.* 6. & 7. *to* 9. Terminantes noſtras preces verbis illis ma-
gni practici *Amayden. de Stylo Datariæ lib. 1. c. 12. n. 23. Ego ſa-*
*nè, ut hoc ingenuè fatear, propenſior ſum erga dimiſſiones Re-* 60
*gularium, in Clauſtris vitam degere renuentium: Nam hi ſunt,*
*qui reliquos quietos turbis miſcent, Ordinemquè univerſum*
*ſuſquè, deque agunt, & propterea exiſtimo, me obſequium præ-*
*ſtare Deo, quandocumquè adſum Cauſæ Regularis, contra pro-*
*feſſionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo libe-*
*ratur.*

## In eadem Cauſa.

RESCRIPTUM fuit in hac Cauſa die 12. Martii 1718 *Dilata,*
*coadjuventur probationes, reaſſumat habitum, & poſtea*
*ſupplicet;* Quæ omnia punctualiter adimpleta fuerunt, & pro 61
indè, cum omni fundamento ſperat hodiè Orator multiplici
EE. PP. favorabili ſuffragio conſolari.

Adimplevit enim partem, reſpicientem reaſſumptionem
habitus, ut concludenter probavimus, mediantibus authen- 62
ticis juſtificationibus, in Secretaria relictis.

Adimplevit pariter aliam partem, coadjuvando probatio-
nes circa perpetuum, & incurabilem morbum confirmatæ
Epilepſiæ, qua laborare cœpit ante ingreſſum in Religionem,
circa quod tempus reſtricta fuit difficultas in ultima hujus 63
Cauſæ propoſitione.

Ad hunc enim effectum, ſer. omnibus ſer. præviis multi-
plicatis interrogatoriis, ultimo loco examinati fuerunt in Cu- 64
ria Archiepiſcopali Neapolis duo teſtes, omni fide digni,
*allevati, e creſciuti aſſieme*, cum Oratore, uniformiter aſſe-
rentes, eundem *in tempo, che ſtava nel Secolo, pativa di un*
*male, il quale quando li veniva, lo faceva caſcare in terra, e*
*lo teneva levato da' ſenſi per lo ſpatio di tre, o quattr'ore in cir-*
*ca, e detto male più volte alla mia preſenza li ſopraveniva in*
*tempo ci ritrovavamo dentro la Scuola &c. e detto male ſo beniſ-*
*ſimo, che non potè levarſelo, atteſo li dicevano eſſere incurabi-*
*le, e col medeſimo male entrò nella Religione.*

Subjungentes ulteriùs, *che detto male ſoleva replicarli alle*
*volte ogni ſei giorni, alle volte ogni ſettimana, & alle volte* 65
*ogni meſe, e qualche volta ſtava un'anno a non patirne, e poi*
*di nuovo li ſopraveniva, qual male li cagionava un danno nota-*
*bile al ſuo vivere, a ſegno tale, che quando andavamo alla Scuola*
*del noſtro Maeſtro, ſi faceva ſedere in uno ſcanno baſſo, acciochè*
*ſe*

*ſe li veniva detto male non poteſſe cagionarli tanto danno nella
caſcata.*
Ex quibus, poſita clara probatione ejuſdem morbi, vi-
gentis ante ejus ingreſſum in Religionem, quæ, ultra de-
66 monſtrationes adductas in præcedenti Summario, conclu-
dentiſſimè reſultat ex dicta uniformi depoſitione duorum te-
ſtium, omni fide dignorum, ex firmatis per *Rot. in dec.* 612.
*num. 6. coram Emer. jun.* Nec non ſuppoſita concludenti
alia probatione durationis ejuſdem, tempore, quo in Reli-
gione permanſit, ut vidimus ſupra; Medium, ſeù dura-
tio ejuſdem morbi tempore Novitiatus, omni jure præſumi-
67 tur, ut, omiſſis generalibus, in noſtris præciſis terminis
firmavit *Rot. in dec.* 171. *num.* 13. *cor. Ubald.* confirmata in *dec.*
394. *cor. eodem*.
Cum qua proceſſit hæc S. C. in terminis alterius Religioſi
noſtri Inſtituti in *Biſuntina* 24. *Sept.* 1712. in qua recedendo
à deciſis 25. *Junii ejuſdem anni*, reſcripſit pro Gratia reſti-
68 tutionis in integrum, & in ſpecie in eadem Cauſa concurre-
bat præciſa circumſtantia noſtri caſus, quod ſcilicèt morbus,
antecedens profeſſionem, habitus fuit uti probatus, inter
alia documenta, ex Sententia, ſeù declaratione Provincia-
lis, & Definitorii provincialis, ut videre eſt in Folio, di-
ſtributo die 5. Martii 1712. poſt medium, ibi: *Ac pariter de-*
69 *claratione Provincialis, & Definitorum ſupradicti Ordinis
Carmelitarum, qui, innixi Medicorum atteſtationibus, de-
clararunt, Oratorem tanquam inhabilem, juxta Leges Con-
ſtitutionum, nequaquam fuiſſe admittendum ad Vota eorum
Religionis, ſi ejus ægritudines innotuiſſent.* Itaut cum omni
proprietate dicere poſſumus, quod favore Oratoris militat
caſus legis, quales dicuntur punctuales reſolutiones hujus
70 Sacræ Congregationis, ut obſervant *Fagn. in cap. Quoniam
num. 7. & ſeq de Conſtit. & Rot. dec. 7. num. 3. poſt Antonell. de
Jur. Cleric.*
Nec relevat, quod non doceamus de aliquo accidenti,
paſſo ab Oratore dicto tempore Novitiatus. Ultra quod
enim ab illius Connovitiis multa ſpecificata fuerunt univoca
71 ſigna, multæque peſſimæ corporis affectiones, oſtenden-
tes continuationem ejuſdem morbi, de quibus ſupra.
Cathegoricè reſpondemus, quod ſpatium anni Novitia-
tus non eſt tempus ſufficiens ad oſtendendam curationem
72 morbi epileptici, quia *illius periodi aliquandò citiùs, ali-
quandò tardiùs recurrunt*, juxta præciſa verba *River. de
Morb. Capit. & Thorac. cap. 9. de Epilepſ. fol. mihi* 35. & con-
cordant adducti per *Zacch. q. medic. legal. lib. 8. tit. 1. de Epilepſ.
q. 5. num.* 9. & 10.
Et habemus in hac parte magiſtralem reſolutionem hujus
73 S. C. *in Brugnaten.* 19. *Junii* 1690. & 20. *Sept.* 1692. *lib.* 42.
*Decretor. fol.* 543. in qua agebatur de longo ſpatio 4. anno-
rum, in quibus quidam Sacerdos nullum paſſus fuerat acci-
dens epilepſiæ, qua antecedenter vexatus fuerat. Et tamen
74 hæc S. C. nullatenùs exindè admiſit præſumptivam proba-
tionem curationis ejuſdem, morbi, quamvis per dictum
longum ſpatium quatuor annorum nunquam ab eodem mor-
bo vexatus fuiſſet.
In noſtris autem terminis omnia hæc tranſeunt in eviden-
tiam ex ſolemni depoſitione eorundem 2. teſtium, aſſeren-
75 tium Oratorem ab eodem morbo fuiſſe vexatum *alle volte
ogni ſettimana, alle volte ogni meſe, e qualche volta ſtava
un' anno a non patirne, e poi di nuovo li ſopraveniva*. Ex
quibus remanet manifeſtum, & experientia comprobatum,
76 à dilatione unius anni, reſpectu dicti morbi, quo Orator
vexatus fuit, non poſſe deſumi argumentum aliquod veræ,
vel præſumptæ curationis, & liberationis ab eodem
morbo.
Die 12 Martii 1718. propoſita Cauſa in S. C. C. reſcri-
77 ptum fuit: *Dilata, coadjuventur probationes, reaſſumat ha-
bitum, & poſtea ſupplicet.*
Repropoſita verò die 7. Septembris dicti anni 1718. ſub du-
bio: *An ſit danda reſtitutio in integrum*, reſponſum fuit:
*Affirmativè.*

# DISCEPTATIO VII.

## Præneſtina nullitatis Profeſſionis.

PRO

P. Conſtantino Caſoli.

## ARGUMENTUM.

*Oſtenditur nullitas profeſſionis, tam ex eo, quia fuit emiſ-
ſa per vim, & metum, quàm ex Novitiatus interru-
ptione.*

DUo ſunt ſeparata quidem, ſed æquè ſolida motiva, ex
quibus evidenter conſtat de nullitate profeſſionis, 1
emiſſæ ab infelice C. C. Oratore I. Deſumitur ab aperta vi,
qua pro ſalvanda vita coactus fuit ingredi Religionem Cle-
ricorum Regularium Barnabitarum II. Verò innititur inne- 2
gabili, & pluſquam trigeſiès repetitæ interruptioni anni Pro-
bationis, ſeu Noviriatus.
Deveniendo ad primum, in Jure nullum habet contradi-
ctorem propoſitio illa, quod profeſſio, per vim, & metum
emiſſa, nullius eſt efficaciæ, ea ratione, quia illa eſt verus 3
contractus inter Religionem, & Profitentem, de cujus na-
tura eſt, ut ex utraque parte concurrat ſpontaneus, & liber
conſenſus, qui omninò deficit, ubi vis, & coactio concur- 4
runt, juxtà literalem *Text. in cap.* 1. & 2. *de His, quæ vi,
metuſve cauſa*, cum concordantibus, adductis in *To.* 1. *par.
1. diſcept.* 1. & 2. *per tot.*
In facto verò pluſquam concludenter probati apparent d.
metus, & aperta coactio, unitim præ oculis habendo aver-
ſionem Caſoli à ſtatu Religioſo, ſerias, & replicatas decla-
rationes ejus animi, nolle ingredi Religionem, æquè cru- 5
deles, & repetitas operationes ſuorum Patruorum, nedum
per ſe ipſos, ſed adhibita etiam opera Pedagogi, inaudita
barbarie verberantis C. ea adducta ratione: *Perche in tal
modo ſi ſarebbe riſoluto di farſi Religioſo;* Proteſtationes, 6
emiſſę immediatè ante actum profeſſionis. *Che non aveva
alcun penſiero di fare detta profeſſione, ma che la faceva per lo
timore de' ſuoi Zii, e che perciò non intendeva legarſi con detta
profeſſione.* Diligentiæ, & operationes ejuſdem, necnon
humiles ſupplicationes, ante profeſſionem per epiſtolam 7
porrectæ uni ex dd. ejus Patruis. *Supplicandolo, che lo voleſ-
ſero ricevere in Caſa ſenza ſtrapazzarlo, perchè in Religione
non voleva ſtarvi.* Cum illa inhumana, & barbara reſpon-
ſione. *Che ſe mai aveſſe tentato far ciò, ſarebbe venuto Lui
iſteſſo in Roma, e con le proprie mani l'averebbe ammazzato.*
Lacrymæ, conqueſtiones, & continuæ lamentationes antè 8
Novitiatum, tempore novitiatus, antè profeſſionem, in
ipſo actu profeſſionis, & poſt emiſſam profeſſionem, unico
verbo, ſemper continuatæ, & nunquam interrupæ: Ad-
dita publica voce, & communi fama ejus coactæ profeſſio-
nis, quæ omnia unitim ſupplicamus præ oculis haberi, jux- 9
ta regulam, de qua in noſtris punctualibus terminis, aliis addu-
ctis, *Barb Vot. dec.* 16. *n.* 56 *lib.* 2. & *Rot. dec.* 25. *n.* 47. *cor. Arguell.*
Et conſiderando averſionem Profitentis à ſtatu Religioſo,
notant adducti *in dec.* 205. *num.* 11. *cor. Burat.* & *dec.* 9. *num.* 36. 10
*cor. Arguell.* & *dec.* 93. *n.* 1. *cor Dunoz jun.* & *dec* 211 *n.* 2. & *ſeq.
p.* 13. *rec.* Cum quibus proceſſit Sac. Congr. Concilii in reſolu-
tionibus, citatis in meis *Diſcept. Eccleſ. to.* 1. *p.* 1. *diſcept.* 2. *n.* 16.
Et conſiderando declarationes, & proteſtationes Reli-
gioſi ad oſtenden. ejus animum non emittendi voluntariè 11
profeſſionem benè *Iranc de Proteſtat. conſider.* 55 *nu* 3. & me-
liùs *Rot. in dec.* 154. *n.* 13 *par.* 14. *rec.* & *in Taurinen. Nullitatis
Profeſſionis coram Veroſpio*, ferè per extenſum impreſſa *à Pi-
gnatel. conſul.* 173. *n.* 163. *tom.* 9.
Et conſiderando violentas, atque irregulares operationes,
directas ad obligandum profitentem ad emitten. profeſſio- 12
nem idem *Pignatel. conſult.* 173. *num.* 166. & *ſeq. tom* 9. & *Rot.
dec.* 93. *n.* 3. ubi cumulantur concordantes, *cor. Dunoz. jun.*
Cum quibus proceſſit Sac. Congr. Conc. *In Januen.* 1. *Decemb.*
1696. & in innumeris aliis reſolutionibus, ſpecificè relatis in 13
meis *Inſtit. crim. lib* 1 *tit.* 10 §. 4 *à n.* 169. *uſque ad n.* 191.
Et conſiderando preces, directas ad flectendum obſtinatum
animum incutientis metum, benè obſervant adducti in pun- 14
ctuali *dec.* 211. *n.* 9. & *ſeq. p.* 13. *rec.* cum qua, me ſcribente pro-
ceſſit Sac Congr. Conc. *in Ianuen.* 13. *Aprilis* 1715. de qua *in To.
1. p. 1 diſc.* 2. *n.* 20. & 55.

Et conſiderando conqueſtiones, & lacrymas, emiſſas,
15 tàm ante, quàm poſt profeſſionem benè notant Ciarl. con-
trov.188.ſub n.1.& n.55.Rot.cor.Arguell.dec.9.n.37.& dec.25.
n.49.ubi refert, & ſequitur, illud Poetæ, Nam lacrymę in-
16 terdum pondera vocis habent, & dec.211.nu.10.par.13.& dec.
212.num.1.par.16.rec.

Et conſiderando d.conqueſtiones, emiſſas immediatè poſt
17 profeſſionem, benè Rot.d.dec.9.n.5.& ſeqq.cor. Arguell. ubi,
quod afflatus boni ſpiritus non tam citò pertranſit, quodque
ſtatim ſubſequtæ conqueſtiones voluntatis repugnantiam cla-
rè oſtendunt.

Et conſiderando dd.conqueſtiones, emiſſas intra annum à
18 die profeſſionis Rot.dec.189.n.4.coram Ubald.

Et conſiderando eaſdem conqueſtiones, replicatas intra
19 quinquennium Rot.cor.Merlin.dec.688.num.5.& in par.13.rec.
dec.211.n.19.

Et conſiderando publicam vocem, & communem famam
20 ad comprobandum metum in noſtris terminis benè advertunt
Cephal.conſ.2.n.3.Menoch.de Præſumpt.lib.3.pręſumpt.126.n.
22.Rot.dec.859.n 7.cor.Seraphin.& dec.205.n.18.cor. Burat.&
dec.9.n.81.cor.Arguell.

Quæ omnia dignentur EE. PP. ſub eorum miſericordibus
oculis benignè habere ſub illa conſideratione, quod iidem
21 actus exerciti fuerunt erga miſerum Oratorem, ætatem mi-
norem, ab omnibus derelictum, atque uſque ad ſanguinis
effuſionem non ſemel verberatum, ex eo ſolo motivo, quod
accedebat ad domum propriæ matris ad ſe conquerendum
de Patruorum ſævitia, & barbarie, directis ad ipſius coa-
22 ctum ingreſſum in Religionem; Metus enim faciliùs incu-
titur ætate minoribus, ut advertunt Caſtrenſ.conſ.174.num.
3 lib.1.Purpurat.conſ.179.num.7.Rot dec.326.num. 26.coram
Ludoviſ.& dec.30.n.2.cor.Dunoz.jun.& dec.205.num 21.coram
Buratt. Præcipuè, quando, ut in præſenti ad unguem ve-
rificatur, nullum habent auxiliatorem, itaut infelix Orator
23 ad effugiendam iram Patruorum, derelictus ab omnibus pro-
pinquis, & amicis, uti in hac parte poſſit verbis illis Job
19.171. Derelinquerunt me Propinqui mei, & qui me nove-
rant, obliti ſunt mei, necnon illis aliis verbis D. Pauli ad
Timot. 2.16. in prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed
omnes me dereliquerunt. In quibus circumſtantiis S. C. C. ſo-
24 lita eſt reſpondere pro nullitate profeſſionum per vim emiſſa-
rum, ſeu mediante gratia reſtitutionis in integrum exaudire
preces illorum Religioſorum, qui durantibus iiſdem vi, &
metu, cum quibus profeſſionem emittere coacti fuerunt,
reclamare intra quinquennium nullatenus potuerunt, juxta
25 innumeros illos caſus, improbo labore à me collectos, &
tranſcriptos in Inſtit.crim.lib.1.tit.10.§.4.à num.169. uſ-
que ad num.191.

Nec dicatur, quod circa prædictas violentias, & crude-
les operationes Patruorum, non habeamus teſtes, formiter
26 examinatos, ſed ſolas juratas atteſtationes multarum Per-
ſonarum, loquentium de facto proprio, cum juramento aſ-
ſerentium ea, quæ eorum fidelibus oculis ſubjecta fuerunt.
27 Reſpondemus enim, quod formale examen omnium dd te-
ſtium fieri non potuit, neque poteſt, ex eo quod, inter alias
miſerias ejuſdem Oratoris, emicat illa extremæ ejus pau-
pertatis. Itaut non obſtantibus ejus replicatis recurſibus ad
28 hanc Sac. C. una cum urgentibus reſcriptis, & urgentiori-
bus epiſtolis, ſcriptis ad Epiſcopum Foroſempronicum, ad-
huc non potuit habere unum obulum, miſerabilemque qua-
drantem, non ex bonis Patruorum, ſed ex propriis bonis,
29 occupatis ab aliis, qui inaudita obſtinatione, neque etiam
titulo Livelli, eidem ſolemniter promiſſi, aliquid, vel mi-
nimum tradere voluerunt.

In his autem terminis, ac anguſtiis, cùm ex una parte
formalium probationum defectus non provenit à voluntario
30 facto Oratoris, ſed à dura, atque amara neceſſitate, nec-
non à titulo deficientiæ ſolitorum mediorum, & ex alia
parte concurrant juratæ atteſtationes Sacerdotum, aliorum-
31 que teſtium diverſæ conditionis, & qualitatis, uniformitèr
deponentibus de dd. vi, & metu in emittenda profeſſione,
iſte dicitur concludenter probatus ex cumulo juratarum atte-
ſtationum dictarum perſonarum, loquentium de viſu, &
coadjuvatarum à dd. præſumptionibus, & conjecturis,
32 juxta comunem DD. opinionem, de qua in noſtris terminis,
aliis adductis Rot. dec. 595. num. 4. coram Merlin.& dec. 326.
num.27.& dec.374.num.22.coram Ludoviſ.& dec.205. nu. 17.
ubi Adden.num.36.coram Burat.& dec.870 num.6.& ſeqq.cor.
Emer. jun.

Cum quibus me ſcribente ultimo loco proceſſit S. C. C. in
33 Mantuana 27. Februarii 1717. de qua in Tom. 2. par. 1. diſce-
pt.9. & in qua unica tantum fæmina deponebat de viſu, &
omnes alii teſtes erant de auditu, & tamen d. S. C. habuit
metum concludenter probatum ex dicto unico teſte de viſu, 34
adminiculato ab aliis præſumptionibus, & conjecturis.

Et contrarium aſſerendo oporteret dicere, omnes dd. Per-
ſonas diſparis qualitatis, conditionis, & gradus uniformi 35
conſpiratione, abſque ulla propria utilitate, fuiſſe mentitas
in veritatis perniciem, & in favorem Oratoris, attenta ejus
extrema paupertate prorſus impotentis compenſare eorum
mendacia, quod horret animus, nedum aſſerere, ſed ſim-
plicitèr ſuſpicari ex adductis per Roland. à Valle conſ.38.num. 36
38.& ſeqq. lib. 1. ubi, quòd licèt plura ſint genera delicto-
rum, ad nullum patrandum ſolet quis abſque lucro, vel uti-
litate moveri, quodque hoc patet ratione naturali, quam
ſolam allegari ſufficit Conciol. allegat. crim. verb. Falſum re-
ſolut. 6. num. 2. & 3. & Rot. dec. 787. num. 23. par. 18. & dec. 37
211.n.31 par.19.rec. cum aliis innumeris relatis in meo Tract.
de Livell.c.1.§.4.n.4.& 5.

In omnem verò caſum poſſet in his terminis ad praxim re-
duci legale illud conſilium claſſicorum, Authorum, quos 38
refert, & ſeq. Pignat. conſult. 4. num. 9. tom. 1. juxta Roma-
nam impreſſionem, in ſupplemento dd. probationum defe-
rendo Oratori juramentum, ut his verbis id notat idem
Author: Quando ſunt aliæ præſumptiones potentiſſimæ, ad- 39
minicula, & conjecturæ, quæ nulliter profeſſo favent, mul-
ti Authores, iiquè graviſſimi, docent, ſtari poſſe juramento
illius, ita limimitant ſuam doctrinam Angleſ. Cajetanus,
& Navarrus &c. Cum quibus tenent Bart. Menochius, Oddus
&c. Et cum quibus, me ſcribente, proceſſit S. C. C. in alia 40
Mantuana 18. Auguſti 1696. ut videre eſt in Tom. 1. par. 1. di-
ſcept.3.num.48.& num.80.

Minus fundamentum fieri valet in eo, quod in ipſo actu,
ſeù præciſo tempore profeſſionis Orator non repetierit ſuas 41
proteſtationes, imò poſtea ex quadam Epiſtola, ab ejus So-
rore ſcripta, comprobetur ejus lætus, jucunduſque ani-
mus in emittenda dicta Profeſſione.

Pro eo enim quod ſpectat ad actum profeſſionis, conſtan-
ter dicimus, quod non eſt neceſſe in illo reiterare proteſtatio-
nes, & conqueſtiones, antea emiſſas, ſed conſtito de eiſ- 42
dem vi, & metu antecedenter ad profeſſionem, ſequentes
actus, licèt videantur ſpontanei, adhuc tamen dicuntur metu
facti, ſi duret eadem cauſa metus, ſunt verba Panimol. dec.
29.n.35 & ſeq. & concordant punctuales dec.124 num.1.& ſeq.
coram Dunoz.jun.& dec.75.num.7.coram Peuting.& dec.392.n. 43
3.cor.Ludoviſ.& dec.178.n.7.& 8 cor.Carill.& dec.373 nu. 11.
& ſeqq.par.18.rec. quarum verba regiſtravi in Tom.1.par.1 di- 44
ſcept.1.num.38.

Aſſertæ demum Epiſtolæ, ſcriptæ à Sorore Oratoris, in
longè durioribus terminis Epiſtolarum, ſcriptarum ab ipſo- 45
met Religioſo, qui non eſt caſus noſter, punctualiter reſpon-
det Rot. in dec.75.num 7 coram Peuting. his verbis: Nec ob-
ſtare dixerunt DD. epiſtolas Raphaelis, non recognitas, ad
Patrem conſcriptas, quia dum metus jam erat incuſſus, & Pa- 46
ter cauſa metus viveret, dd. epiſtolæ liberam voluntatem, ju-
cundumqe profitendi animum arguentes, tanto magis metum
confirmant.

Quoad 2. principale motivum nullitatis Profeſſionis infe-
licis Oratoris, innixum interruptionis Novitiatus, iſtud 47
eſt æqualiter validum in Jure, & concludenter probatum in
facto, in quo non unum, ſeu alium, ſed plures habemus
teſtes, loquentes de facto proprio, & intra evidentiæ fi-
nes ponentes d. reiteratam interruptionem Novitia-
tus.

In jure verò uno ore admittunt DD. hujuſmodi nullitatem 48
eſſe adeò conſiderabilem, ut illi renunciari nullatenus poſſit
à nulliter Profeſſo, ex punctualiter firmatis per Rot. in dec.
273.num.19.coram Priol. & talis nullitas verificatur etiam
ſola interruptione, ſeu defectu paucarum horarum, imò, 49
& unius horæ, ut in ſpecie notat Pignatell. conſult. 173. nu.
37. tom. 4. juxta Roman. impreſſ & de ſolius medietatis horæ
defectu Dian. Oper. moral. p. 3. tit. de dub. Regul. reſolut. 57.
verſ. ſed quæres, & Panimoll. dec. 20. num. 7. & num. 11.
in fine. Et generaliter de quocumque defectu integri Novi- 50
tiatus, illiuſque etiam brevi interruptione, notant innu-
meri illi Authores, fruſtra hic tranſcribendi, allegati in
tom. 1. par. 1. diſcept. 3. à num. 11. uſque ad num. 19. Quæ 51
omnia vera ſunt etſi Novitius cum licentia Superioris Novi-
tiatum interrumpit, quando id practicatur per longum
temporis ſpatium juxta magiſtralem dec. 361 part.
19. recent. ubi adducuntur ſtringentes rationes pro hac
opinione, & declarantur Authores, contrarium opinan-
tes.

Quibus additur individualis illa circumſtantia, præ
oculis

52 oculis ſummopere habenda, quod interruptio in noſtris ter-
minis, non fuit ad praxim reducta ex ſola velleitate Novi-
53 tii, ſeu ex humanæ fragilitatis imperfectione, ſed ſermo
eſt de interruptione nimis qualificata, data opera procura-
ta, & quod magis eſt veſtita illa ratione: *Perchè allora vo-*
54 *leva andar via dalla Religione*. Ita ut eo magis noſtro caſui
applicentur ea, quæ dicti Authores uno ore affirmant de
ſimplici Novitiatus interruptione abſque intentione, ſeu de-
terminato animo deſerendi Religionem, ut de ſe patet.
In univerſum denique non meretur allegari Religionis fa-
55 vor, itaut in dubio pro validitate profeſſionis inclinandum
ſit; Ea ratione, quia in noſtris terminis in omnem caſum,
quatenus dici poſſit remanere aliquod dubium, quòd non
credimus, iſtud ſe tenet ex parte liberi conſenſus, in qui-
bus circumſtantiis non conſideratur favor Religionis. Iſte
enim nunquam verificatur, quando ſpontaneus, & liber con-
56 ſenſus profitentis non præceſſit, *Rebuff. conſ. 67. in fin. Card.
de Luc. de Regular. diſc. 41. num. 2. Pignatell. conſult. 173. num.
13. 75. & 157. tom. 9. & Rot. deciſ. 9. num. 33. & ſeqq. coram
Arugell. & deciſ. 13. num. 16. part. 14. recent.* Cum quibus no-
57 viſſimè proceſſit S. C. C. in *Biſuntina*, *Jannen. & Lingonen.*
de quibus in *tom. 1. part. 1. diſcept. 1. 2. & 4.*
Ita ut non deſint Authores, in Urbis Tribunalibus mul-
58 tum verſati, nedum exiſtimantes ſe obſequium præſtare
Deo, in dubio opem ferendo illis Religioſis, qui oppreſſi,
59 & angariati à propriis Conſanguineis, profeſſionem in ali-
qua Religione emittere coacti ſunt; Sed ulteriùs conſideran-
tes in hac parte favorem ipſius Religionis, & quietem alio-
60 rum Religioſorum, inter quos *Amaydeus de Stylo Datariæ
lib. 1. cap. 12. num. 23.*
61 Die 16. Julii 1717. propoſita cauſa in S. C. E. per Card. de
Abdua reſcriptum fuit: *Examinentur teſtes formiter*, *cita-
ta Religione*, *& aliis intereſſe habentibus*, quod punctuali-
62 ter fuit adimpletum. Deinde repropoſita die 12. Novem-
bris ejuſdem anni, reſcriptum fuit: *Conſtare de nullitate
profeſſionis*.

---

# DISCEPTATIO VIII.

## Eporedien.

*INTER*

Alexandrum Gabutum.

*ET*

Joannem Franciſcum de Tarditis.

### ARGUMENTUM.

*Beneficiatus pro quanto tempore obligare, vel donare poſſit fructus ſui beneficii; Et an ſubſtineatur illius obligatio perſonalis tradendi alicui eoſdem fructus, vel pro toto ſuæ vitæ curſu, vel ſaltem pro alio determinato tempore.*

Die 8. Aprilis 1698. per Acta Antonii Oddi Notarii Ca-
pitolini publicum ſtipulatum fuit in Urbe Inſtrumen-
tum inter Alexandrum Abbatem Gabutum, & Joannem
1 Franciſcum Priorem de Tarditis, in quo idem Gabutus aſ-
ſerens, multa recepiſſe beneficia à d. de Tarditis, & ſperans
alia in futurum recipere, ſtatuit, & decrevit ad illius favo-
rem ampliſſimam inter vivos, irrevocabilemque facere do-
nationem omnium reddituum, affictuum, penſionum, re-
ſponſionum, livellorum, & fructuum, ſibi quomodolibet
ſpectantium, tam patrimonialium, quàm Eccleſiaſtico-
rum, creditorum, jurium, & actionum, contra quaſ
cumque perſonas, affictuarios, colonos, & debitores cu-
juſcumque generis, & ſpeciei, qualitatis, & quantitatis,
2 nedum decurſorum, & maturatorum, ſed etiam in futu-
rum, ſuis loco, & tempore, durante tamen vita tantùm
ipſius Abbatis Gabuti, decurrendorum, & ad ipſum tunc
ſpectantium, & qui in futurum ſpectare poterant, ex quo-
cumque capite, via, jure, titulo, cauſa, & occaſione,
etiam incognita: Quos omnes fructus, credita, jura, &
actiones titulo dictæ univerſalis donationis inter vivos, om-
nique alio meliori modo, donavit, & elargitus fuit d. Prio-
ri, ſtipulanti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcumque.
Inter alias verò conditiones, quæ in d. Inſtrumento appo-
ſitæ fuerunt, leguntur ſequentes:
*Quod idem Prior Donatarius teneretur quolibet anno effe-* 3
*ctivè dare, & exburſare d. Abbati Gabuto Donanti ſcuta 30.
monetæ Romanæ, donec, & quouſque idem Donans natu-
raliter vixerit, & cum d. Priore de Tardinis Donatario co-
habitaverit.*
*Quatenus autem inſimul cohabitare noluerint, tunc firmis
remanentibus dd. ſcutis 30 annuis, teneretur ulteriùs idem Do-* 4
*natarius ſolvere d. Donanti ſcut. 7. quolibet menſe, & ſic alia
ſcut. 84. annuæ ſimilis monetæ Romanæ.*
*Quod teneretur d. Donatarius de fructibus decurſis, & non* 5
*ſolutis antè feſtum Sancti Martini antecedentis anni 1697. re-
inveſtire pro unica vice libras 1250. monetæ Pedemontis ad
favorem ejuſdem Donantis; Quod inveſtimentum, tam quo-
ad ſortem, quàm quoad fructus, facien. omnibus ſumptibus,* 6
*& expenſis dicti Donatarii, ſemper ſpectare deberet ad eun-
dem Donantem, & ſuos: Quod ſi Donans majorem quantita-
tem ex dd. effectibus recuperaſſet, illud plus cedere deberet ad
favorem dicti Donatarii.*
*Quodque de fructibus, maturandis poſt d. feſtum S. Mar-
tini dicti anni 1697. teneretur d. Donatarius quolibet anno tra-
dere eidem Donanti annuas libras mille Ducales ſolidorum 20.* 7
*pro qualibet, monetæ Pedemontis, illaſque ad beneficium
ejuſdem Donantis cum ejus conſenſu de triennio in triennium
inveſtire teneretur.*
Quæ omnia munita fuerunt ſolitis, effrænatiſque clauſu-
lis, cum ampliſſima obligatione Donantis ſervandi conten-
ta in donatione, qui in caſu contrario teneri voluit ad omnia 8
damna, cum effrænata renunciatione omnibus legalibus re-
mediis, omniumque legum, & Statutorum auxiliis, & cum
conſtitutione in Procuratorem ad inſinuandam d. donatio-
nem in perſonam ejuſdem Prioris Tarditi, qui eiſdem die,
& anno per Acta Gregorii Trovarelli Notatarii Senatoris
Urbis prædictam ſolemniter fecit inſinuationem coram Mar- 9
chione Octavio Riario, tunc temporis Almæ Urbis Sena-
tore: Quæ omnia reſultant ex ſola, ac ſimplici lectura ejuſ-
dem donationis.
In facto mihi conſtanter ſupponitur, Donantem ſupervi-
xiſſe per integrum decennium poſt diem ſtipulatæ donatio-
nis, quodque hæc nullum omninò habuerit effectum, tam 10
ex facto Donatarii, quàm ex facto Donantis, qui omnibus
modis, tàm per ſe, quàm mediante aliorum opera, procu-
ravit, ut idem Donatarius nullos unquam fructus ſuorum
bonorum, tàm patrimonialium, quàm Eccleſiaſticorum per-
ciperet, prout de facto nullos percepiſſe aſſeritur.
Hodiè verò poſt annos viginti pro veritate quæritur,
an eadem donatio in totum, vel in parte ſubſtineatur quoad 11
bona, fructus, & redditus Eccleſiaſticos, quia circa bona
temporalia, ſeu patrimonialia Donantis nulla occurrit di-
ſputandi occaſio.
Circa quam requiſitus de meo ſenſu, abſque ullo prorſus
dubio cenſeo, eandem donationem eſſe in totum nullam, & 12
omninò invalidam.
Moveor ex clara diſpoſitione *Clem. 1. de Reb. Eccleſ. non
alien.* in qua Clemens V. ſimiles conceſſiones ad vitam poſſi- 13
dentis redditus, & fructus Eccleſiaſticos, nullius valoris,
& efficaciæ ſolemniter declaravit, ibi: *Perpetuo prohibe-
mus Edicto, ne quis ad vitam ejuſdem, pecunia etiam indè
recepta, quovis modo concedat &c. Si quis autem contra hoc
fecerit, pœnam &c. nec ex conceſſione ipſius recipienti jus ali-* 14
*quod acquiratur*: Nec non ex clariori determinatione *extra-
vag. Ambitioſæ de Rebus Eccleſ. non alien.* in qua Paulus II.
nedum prohibuit omnem conceſſionem, infeudationem,
obligationem, & hypotecham canonum, fructuum, &
reddituum Eccleſiaſticorum, ſed etiam locationem, & con-
ductionem ultra triennium, nedum declarando nullos, nul-
liuſque roboris, & efficaciæ omnes actus, omneſque con- 15
ceſſiones, oppoſitas d. ejus Conſtitutioni, ſed ulteriùs ex-
preſsè demandando, ut tàm qui alienat, quàm is, qui alie-
natas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excomu-
nicationis incurrerent.
In quarum Apoſtolicarum Sanctionum ſequelam ita uno
ore tenent *Repetentes* omnes, ibidem allegati per *Barboſ.*
&, præter illos, in ſpecie obſervant *Garz de Benefic. part.* 16
*cap. 1. à num. 22. uſque ad num. 27.* ubi quod pro veritate con-
ſultus ita reſpondit, *Gama deciſ. Luſitan. 156 per tot.* ubi
quod ita pluries judicavit *Boer. deciſ. 224. num. 2.* ibi: *Olim
licitum erat dare beneficium ad ferten. ad ſeptennium, ac
etiam ad mortem Beneficiati uſque; Hodiè tamen per extra-*

*vag.*

*vag. Ambitioſæ id prohibitum eſt*, terminans diſcurſum his
17 verbis: *Caveant ergo*, tàm tradens, quàm accipiens à cen-
*ſuris Mandoſ.in Praxi Signat. Gratiæ tit. de Indult. locand.*
*redditus benefic. verſ. de Jure noviſſimo inter eius Opera fol.*
*mihi* 194.*à terg.Tolet. Inſtruction. Sacerdot. lib.*5.*cap.*91.*num.*
7.*verſ. Item*, ubi quod licèt ante editionem *d.extravag. Am-*
*bitioſæ* non eſſet prohibitum vendere, ſeu concedere fructus
beneficiorum ad vitam Beneficiati, adhuc id non erat hone-
ſtum, *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop.part.*3.*allegat.*95.*num.*20.
18 *Turricell de Reb. Eccleſ.non alien.cap.*8.*num.*31.*& cap.*27.
*num.*45.*& Rota in Comen.*20.*Martii* 1600.*coram Card. Hie-*
*roym. Pamphil.* quam allegant, & ſequuntur Authores,
mox adducti, & *Merlin. deciſ.*886.*num.*4. ibi: *Non obſtat*,
*quod fuerint locata bona Eccleſiæ, ſeu fructus, & proven-*
*tus, quia hæc cautela ſublata eſt ex dictis verbis extravagan-*
19 *tis Ambitioſæ, quia ibi prohibetur locatio ultra triennium*,
*& in locatione non transferuntur, nec venduntur bona, ſed*
*ſolùm fructus, & redditus*.

Vivam autem hujus communiter receptæ opinionis addu-
cunt *Ventrigl. in Prax. part.*1. *tit. de Alienat. rerum Eccleſ.*
20 *annot.*1.*§.*1.*num.*12.*Mantic.de Tacit. lib.*5.*tit.*13.*ſub num.*33.
*Gratian. diſcept.* 232. *num.* 29. *in fin.& Bonacin Oper. moral.*
*tom.*1.*tit.de Alienat.bonor.Eccleſ. diſp.*2.*quæſt unic. punct.*2.
*num.*25.*verſ. Sed oppoſitum fol. mihi* 849. Quia ſcilicèt ſi ad-
mitterentur ſimiles conceſſiones, & donationes ad vitam
21 Beneficiatorum, inventa eſſet plana, & ſpatioſa via eluden-
di dictam æquè ſanctam, & Eccleſiis utilem diſpoſitionem
*extravagantis Ambitioſæ*.

Pro cujus majori robore, & firmiori, punctualiorique ob-
22 ſervantia, in duabus aliis communiter conveniunt Docto-
res opinionibus.

I. Quod poſtquam Beneficiatus, ſinè apoſtolico benepla-
23 cito, de rebus Eccleſiæ ultra triennium inconſultò diſpo-
ſuit, non ſolùm non tenetur id obſervare, ſed neque etiam
ligatur juramento, interpoſito ad majorem contractus firmi-
tatem: Sed, eo non obſtante, ipſemet Contrahens nullita-
tem contractus allegare poteſt, ea ratione, quia in his cir-
cumſtantiis, aſſerendo contrarium, juramentum eſſet ini-
quitatis vinculum, quia dicta *extravagans Ambitioſæ* obli-
24 gat etiam ſub mortali peccato ad illius obſervantiam, ut vi-
dere eſt apud adductos à *Garz. de Benefic. part.*2. *cap.* 1. *num.*
26. *Bonacin. Oper. moral. tom* 1. *tit. de Alienat bonor. Eccleſ.*
*diſp.*2.*quæſt. unic. punct.*2.*num* 26.*fol mihi* 837. *Panimoll.*
*deciſ.* 60. *annot.* 3. *num.* 7. *Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib.*1.
25 *cap.* 4. *num.* 23. *& Ventrigl. in Prax. tit. de Alienation. rerum*
*Eccleſ. annot.*1.*§.*1.*num.*13.

II. Quod in pœnam temerè concedentium bona Eccleſia-
rum ultra tempus, in ſacris Canonibus, & ſacroſanctis
Summorum Pontificum Conſtitutionibus præſcriptum, ne-
dum generalis, & ampla conceſſio, ſed ſola locatio ad lon-
26 gum tempus nullo modo tenet, minuſque vim habet, neque
etiam pro primo triennio, ut, adductis concordantibus, ob-
ſervant *Urcell. concl legal.* 85. *num.* 104. *& ſeqq. Gam deciſ.*
*Luſitan.*156. *num.*2. *Mantic.de Tacit. lib.*5. *tit.*4 *num.*20. *An-*
*tonell.de Tempor. legal. lib.*2. *cap.*29. *num.*1. *& ſeqq. Panimoll.*
*deciſ.* 60. *annot.* 3. *num.* 4. ubi quod hoc eſt verum ratione in-
dividuitatis contractus, qui in totum inficitur, & *num.* 5.
quod procedit etiamſi contractus fiat, mediantibus ſeparatis
Scripturis, quia dicitur fieri in fraudem legis, & *num.* 5.
27 *Garz de Benefic. part.*2. *cap.*1 *num* 32. *Zerb. in Gemm Epiſcop.*
*tit.*51. *quæſt.* 23. *num.* 3. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *com-*
*ment.*1. *num.* 3. *& Rota deciſ.* 119. *num* 2. *part.* 10. *recent. &*
*deciſ.* 826. *num.*2. *& per tot. coram Merlin.* quæ in hac materia
eſt magiſtralis, & in qua reprobantur Authores, contra-
rium ſentientes, innumeri allegantur concordantes, & te-
ſtatur de perpetua, conſtantique opinione ſacr. Rotæ, ibi:
28 *Tamen Rota contrarium ſemper tenuit, & in totum locatio-*
*nem improbavit, ut nec etiam pro primo triennio ſubſtinea-*
*tur*: De cujus opinione teſtes ſunt *Sperell. deciſ.*154. *num.* 29.
*&* 30. ubi quod hæc opinio eſt verior, & receptior, quod-
que proindè nullatenus circa illam dubitadum ſit, & *Card.*
*de Luc. de Alienat. & contract. prohibit. diſc.* 1. *num.* 33. ubi
quod hodie hæc opinio communiter recepta eſt in Rota,
& Curia.

Quod eſt adeo verum, ut procedat etiamſi expreſſa ap-
29 ponatur declaratio in Inſtrumento locationis, quod non
ſit unica locatio ad longum tempus, ſed tot reputari debeant
locationes, quot ſunt triennia, ex cumulatis per *Turricell.*
*de Rebus Eccleſ. non alien. cap* 8. *num.*29 *& cap.*27. *num.*37 *&*
*ſeqq. & num.*47. *Mantic. de Tacit lib.*13. *tit.*45. *num.*17. *Pacion.*
*de Locat. cap.* 4. *num.* 17. *& Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. part.*3.
30 *allegat.* 95. *num.* 17. ubi quod hujuſmodi cautela dicitur ma-
chinatio ad fraudan. d. legem, quæ à Jure reprobatur, & latè
*Bartholom. Peret. in Comment. ad d. extravag. Ambitioſæ cap.*
2. *num.*26. *fol. mihi* 25.

Prout etiam locum habent, *etiamſi in tali locatione ad lon-*
*gum tempus expreſsè agatur, quod nullum cenſeatur transla-* 31
*tum dominium, quia commoditas fructum, quæ ad longum*
*tempus transfertur, habetur pro vera alienatione in materia*
*proibitionum*, ſunt verba *Redoan. de Rebus Eccleſ. non alien.*
*quæſt.*52. *num.*6.

Et in debilioribus terminis, quod *extravagans Ambitioſæ*
procedat etiam in locatione fructuum dumtaxat ultra trien- 32
nium, benè probat *Panimoll. deciſ.*60. *annot.* 3. *num.* 11. ubi
illam adducit bonam rationem, quia *eadem Extravagans*
excipit ſolùm illos fructus, qui ſervando ſervari non poſ-
ſunt, quorum appellatione nullo modo venire poſſunt fru-
ctus futuri, & concordant adducti per *Bonacin. Oper. moral.*
*tom.*1. *tit. de Alienat. bonor. Eccleſ. diſp.*2. *quæſt. unic. punct.*2.
*num.* 25. ubi illam adducit rationem, quia in his terminis
non dicuntur locari fructus, ſed locatur res, ex qua fructus 33
percipiuntur; Res autem, ex qua percipiuntur fructus,
non poteſt ultra triennium locari, reſiſtente litera *d. extra-*
*vag. Ambitioſæ, & clemen.*1. *de Reb. Eccleſ. non alien.* in qua
permittuntur ſolùm locationes fructuum ad modicum tem-
pus, & *de Rub. in Singul. Rotæ Romanæ circa alienationem re-*
*rum Eccleſ. num.* 187. *impreſſ. in tom.*2. *part.* 4. *fol. mihi* 255.
quem *Tractatum* fuiſſe compoſitum, non ab *eodem de Ru-*
*beis*, ſed à *Card. Hieronymo Pamphilio*, Patruo S. M Inno-
centii X. tempore quo fuit Rotæ Auditor, teſtis eſt *Card. de*
*Luc. de Alienat. & contract. probibit. diſc.*1. *num.*140

Omnia hæc in ſe clara, tranſire videntur in evidentiam
in noſtris terminis, in quibus fuit proceſſum per viam am- 34
pliſſimæ donationis, ſeu conceſſionis omnium jurium, &
actionum, quomodocumque tempore Inſtrumenti compe-
tentium, & quæ in futurum poterant competere Abbati Ga-
buto donanti, ut concluſionem ampliando, in noſtis præ-
ciſis terminis adductis concordantibus, probat *Redoan. de*
*Reb. Eccleſ. non alien. quæſt.*51. *cap* 2. *num.* 16. & egregiè fir-
mavit *Rota in d magiſtrali deciſ.*826. *num.*4. *&* 5 *coram Merli-*
*no*, ibi: *In præſenti ceſſat omnis difficultas, quia, nedum* 35
*conceſſi fuerunt proventus, ſed omnis actio, & ſic Jus ipſum*
*illos percipiendi, quod ſanè non potuit in alium transferri*
*ſinè Beneplacito apoſtolico*.

Hujuſmodi autem punctualis *Sacr. Rotæ deciſio* magnifa-
cienda eſt, nedum attenta qualitate Tribunalis, ex addu- 36
ctis *ſupra diſcept.*1. *§.*23. *à num.*31. *& §.*26. *num.*17. quibus
addo eandem *Rot. in Peruſina Penſionis* 11. *Maii* 1716. *§. Nec*
*controverſiæ coram Herrera*, ubi, quod ſententia Rotæ præ-
valet ſententiæ omnium aliorum Doctorum. Sed etiam quia 37
cùm percutiat præciſos terminos noſtri caſus, & contradi-
ctorem non habeat, reputatur caſus legis, per ea quæ no-
tant adducti *d. diſcept.* 1. *part.*26. *num.* 19. *& in meis Inſtitut.* 38
*Crimin. lib.* 2. *tit.*8. *num.*240. *& ſeqq.* quibus addo *Card. de*
*Luc in Miſcellan. Eccleſ. diſc.* 47. *num* 26 *in fine*, *& Rot. in*
*Giennen. Juris Votandi* 2. *Julii* 1706. *§. Quod indubitanter*
*coram Kaunitz*.

Unicam in hac parte inſinuantes DD. cautelam, adhoc ut
Beneficiati poſſint obligare fructus ſuorum beneficiorum,
in eo conſiſtentem, ut eadem obligatio non cadat ſuper fru-
ctibus, ſeu redditibus, & multò minùs ſuper Jure, & actio- 39
ne exigendi dd. fructus, & redditus, ſed unicè radicetur, &
ſubſtantietur in ipſamet perſona Beneficiati, ſe obligando
nimirum, vel ad determinatum tempus, vel toto tempore
ejus vitæ, alicui tradere partem, vel integros fructus ſui be-
neficii, vel penſionis, ad ipſum ſpectan. eò quia in his cir-
cumſtantiis non dicitur alienari ultra triennium res Eccle-
ſiæ, ſed ſolùm remanet perſonaliter obligatus ipſemet Be-
neficiatus, quod nullo Jure prohibitum eſt ut hanc caute-
lam explicando, notant *Quarant. in Summ. Bullar. verb.* 40
*Alienatio rerum Eccleſ. num.* 18. *verſ.* 3. *Declaratur Molin. de*
*Juſtit & Jure diſp.*466. *num.* 5. *verſ. In tertiò autem eventu*,
*Barboſ. de Jure Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 17. *num.*72. *Pacion.*
*de Locat. cap.*14. *§.* 5. *num.* 7. *Donat. Rer. Regular. tom.* 1. *tit.*
*De Reb. Eccleſ. non alien. quæſt.*44. *num.* 2. *& Rota deciſ.* 171.
*num.*4. *coram Duran.*

Cùmque hac cautela nullatenus uſi fuerint in noſtris ter-
minis Contrahentes, ſed potiùs expreſsè, & cubitalibus li-
teris proceſſum fuerit per viam puræ, & ſimplicis donatio- 41
nis, nedum fructuum, & redituum Eccleſiaſticorum, ſed
etiam (ſunt verba Inſtrumenti) *circa redditus, affictus*,
*penſiones, livellos, & fructus omnes, & ſingulos quoſcum-*
*que, cujuſvis generis, & ſpeciei, qualitatis, & quantita-*
*tis, nedum decurſos, & maturatos, verùm etiam in futurum*

ſuis

*ſuis loco, & tempore decurredos, contra quoſcumque affictuarios, Colonos, conductores, debitores, & perſonas, tàm Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, & ab eiſdem eidem D. Abbati quomodolibet, quomodocumquè, & qualitercumquè, tàm de præterito, quàm de præſenti, & in futurum, ipſo naturaliter vivente, debitos, & debendos, ex quocumquè capite, via, Jure, titulo, cauſa, & occaſione, etiam incognita, & excogitata, expreſſa, vel non expreſſa &c. Ita quod &c. titulo hujuſmodi irrevocabilis donationis &c. ceſſit &c. omnia Jura &c. nullo Jure &c. ad haben. &c. ponens &c. conſtituens &c. dans &c. transferens &c. & interim ſe conſtituit &c.*

Remanere videtur evidens, quod donatio, de qua quæritur, ſit evidenter nulla, & penitùs inſubſiſtens, præ ocu-
42 lis ſignanter habendo verba illa: *ceſſit omnia Jura, nullo Jure &c. ponens &c. conſtituens &c.* ex quibus ad hominem probatur vera, & propria translactio Juris exigendi dd. fructus, quod ſinè Apoſtolico beneplacito fieri nullo modo poteſt, ut in noſtris terminis firmavit *Rota in deciſ. 826. num. 4. coram Merlin.*

Itaut ſi in Scholis, gratia exempli, adducendum eſſet exemplum conceſſionis, ſeu donationis Bonorum, Jurium, & Actionum, Eccleſiis competentium, oppoſitarum diſpo-
43 ſitioni celebris *extravag. Ambitioſæ de Reb. Eccleſ. non alienan.* congruè adduci poſſet Inſtrumentum, de cujus viribus diſputatur.

Pluſquam tacitè harum omnium reflexionum relevantia admiſſa fuit ab utroquè Contrahente, dum in facto mihi
44 ſupponitur, quod, licèt Donans ſupervixerit per decennium poſt ſtipulationem Inſtrumenti donationis, adhuc in dicto longo temporis ſpatio illud nullum habuit effectum: Et proindè nimis improprium videtur hodiè inſiſtere pro exequutione d. Inſtrumenti donationis, quam per adeo lon-
45 gum tempus decem, & ultra annorum, quibus ſupervixit Donans, pro nulla, & inſubſiſtenti habuerunt ipſimet Contrahentes, & cujus exequutio à Donatario neque etiam procurata fuit per decem alios annos, decurſos à morte d. Donantis, in quibus nullo modo vigebant difficultates illæ, & oppoſitiones, quæ forſan tempore vitæ Donantis practi-
46 catæ fuerunt, vel ad praxim reduci potuerunt, ut in ſimili obſervant communiter Doctores in materia penſionis; unanimiter firmantes, quod ſi illa non exigatur per decem annos, vel præſumatur extincta, vel habeatur pro derelicta, ut videre eſt apud adductos à *Ferrett. conſ. 388. num. 5. conſ. Quantò magis, Gigas de Penſion. quæſt. 85. num. 3. & Rota deciſ. 249. num 5. coram Cavaler. & deciſ. 266. num. 22. coram*
47 *Priol. & deciſ. 28. num. 5. apud Antonell. de Jur. Cleric.* de quibus *in Voto in Neritonen. Penſionis anni 1616. §. Et quidem* edito ab R P D. Cremona Valdina, de quo mentionem cum laude facit R. P. D. Cerrus in Voto, *edito in Romana annuæ Præſtationis 26. Jan. 1714. §. Quartum.*

---

## DISCEPTATIO IX.

### Moguntina, ſeu Herbipolen.

*PRO*

Archiepiſcopo Moguntino.

*CUM*

Epiſcopo Herbipolen.

### ARGUMENTUM.

*Epiſcopi, quibus concurrentibus, & ex quibus cauſis, eximi poſſint à Juriſdictione, & immediata ſubjectione ſuorum Metropolitanorum.*

PRætendente Epiſcopo Herbipolen. ſe ſubtrahere à Juriſdictione Archiepiſcopi Moguntini, ſui Metropolitani, ex cauſis, & prætextibus, de quibus infra, illius in-
1 ſtantia reiicienda videtur, eo quia nimis injurioſum reputatur quemcunque Superiorem privare ſua ordinaria Juriſdictione in Subditos, ad *Text. in cap. Cùm perſonæ de Privil.*
2 *in 6. & in leg. 1. Cod de Exequut. rei judic. & Rota in Giennen. 21. Februarii 1698. §. Cùm enim coram Urſino*; Et reſpondit hæc S. C. *in Oſtunen. Indulti 26. Aprilis 1698.* Propterea quæ nonniſi ex cauſis valdè arduis, & cum maxima diffi- 3
cultate id practicari ſolet cum inferioris notæ Judicibus, ut advertit *Marcheſ. de Commiſſ. part. 2. §. 2. de Judic. ſuſpect. num. 58. fol. 397.* Et proſequitur *eadem Rota in d. Giennen. §. Cùm enim*, ubi probat hoc eſſe etiam de mente Sac. Concilii
Tridentini, cujus verba refert, & exornat. 4

Multò minus hoc practicandum videtur in noſtro caſu cum
Metropolitano Moguntino, de cujus dignitate, qualitati- 5
bus, & prærogativis benè *Gonzal. in cap. Bonæ memoriæ lit. A. verſ. Tandem de Elect.* ubi ex *Martino Scoto*, ad rem noſtram refert, quod *Pipinus in Civitate Sueſſionen. à Sancto Bonifacio Archiepiſcopo in Regem unctus, Regni honore ſublimatus eſt, & ob id deinde poſt Papam ſecundus habetur*
*Moguntinus Archiepiſcopus in hodiernum diem*; Et meliùs 6
*Phil. Reinhard. Vitriar. in Inſtitut. Jur. public. Roman. German. lib. 3. tit. 10. de Jurib ſingul. Elector. Eccleſ. competen. à num. 1. uſque ad 20.* ubi in principio obſervat, Maximilianum Imperatorem in diplomate anni 1498. eum appellaſſe
*Obriſten. Chufurſten.* hoc eſt primum, ſeu ſupremum inter 7
omnes Electores, nec etiam Bohemiæ Rege excepto, *Villabold. in Vita Sancti Bonifacii cap. 44. Petr. Kratapolitan. in Cathal. Epiſcop Mogunt. Pilip. Doſſer. diatrib. 2. fol 212. Hallier. de Hierarch. Juriſd. lib 4. cap. 34. fol. mihi 644. Arnold. Lunecenſ. in Supplem. Hormold. lib. 6. cap. 3 & Thomaſin. de Vet. & Nov. Eccleſ. diſcipl. part. 1. lib. 1. cap. 31. num. 2.* Et omni ponderatione digna ſunt verba Zachariæ Papæ ad Bo-
nifacium Moguntinum Archiepiſcopum, regiſtrata in *can.* 8
*Petiſti 7. quæſt. 1.* ibi: *Hoc nulli concedi alii patimur, quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus, & Card. Caraffa in Legat. ad Tract. Rhen fol. 158. & 239.*

Pro recurſibus enim, & appellationibus ad eundem fundatam habent intentionem DD Capitulares Herbipolenſes 9
*in cap. Roman. 2. de Appellat. in 6.* ubi latè *Monach. num. 4. & ſeqq. & Pignatel. conſ. 34. num. 10. tom. 8* Quod appellationis remedium favorabile eſt, atque ad innocentiæ præſidium inſtitutum, ut legitur *in Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 13. de Re-*
*form. cap. 1.* & obſervant *Fagnan. in cap. Dilectus il 1. num. 32.* 10
*de Reſcript. & Paſqualig. quæſt. Moral. centur. 2. quæſt. 82. num. 7.* Illiuſque uſus, nedum vetuſtiſſimus, ſed neceſſarius
eſt, ex cumularis *in Tom. 1. diverſ. Conſil. German. conſ. 29.* 11
*num. 36.* ubi *ex Baldo in lege 1. Cod. Si de momentan. poſſeſſ.* advertitur, contra venenum Judicum datam eſſe theriacam appellationis, cum aliis *in Inſtit. crim. lib. 4. tit. 9. num. 2.*

Poſtquam igitur Suffraganeus Herbipolen. tanquam Ju-
dex interpellatus, mediante ſua Sententia, vel Decreto, 12
propriæ ſatisfecit obligationi, & zelo, functus dicitur ſuo officio, nec debet ampliùs in Cauſis ſe intromittere, vel circa appellationes, ad Metropolitanum interponendas, aliquid moliri, ut obſervant *Sbrozzius de offic Vicar. lib. 2. quæſt.*
*131. num. 6. verſ. Quod autem.* Multoquè minus ægre ferre, 13
quod ſentientes ſe gravatos ab ipſius Decretis, ſer. ſer. recurrant ad legitimos Superiores: *Qui enim ſcit ſe quibuſdam*
*eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem ſibi eſſe præla-* 14
*tum, ſed obedientiam, quam exigerit, etiam ipſe rependat*, ſunt verba *Text. in canon. Qui ſcit 2. quæſt. 6.* ibiquè egregiè *Gloſſ. lit. B.* ubi, quod ſicuti Epiſcopus vult deferri appellationibus, ad ipſum factis, ita, & ipſe deferre tenetur appellationibus, ad Superiores interpoſitis, & obſervat: *Quarant. in Summ. verb. Archiepiſcopi authoritas num. 6.*
*verſ. Et Suffraganei fol. mihi 45.* Idquè probat etiam *ex Tom.* 15
*1. Epiſt. Innoc III. fol. mihi 228.* cum illis verbis, ad Arelatenſis Eccleſiæ Suffraganeos directis: *Cùm ſecundùm doctrinam Evangelicam, quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eis eadem facere debetis, tam reverentiam*
*Vos convenit præſtare Prælatis, quam Vobis vultis à Subdi-* 16
*tis exhiberi: & fol.* 108 in alia Epiſtola, ſcripta Epiſcopo Lexovien. Suffraganeo Rothomagen. ibi: *Ad hæc, ne propter hoc tu videaris ab ipſius ſubjectione ſubtractus, volumus, ut ſibi tanquam Metropolitano tuo, debitam obedientiam exhibeas cum honore.*

Non obſtat, quod Metropolitanus ſit etiam Canonicus
Herbipolenſis; Nullatenus enim implicat dari appellatio- 17
nem ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum ab illo actu, in quo idem Epiſcopus, vel Archiepiſcopus intervenit, non uti Prælatus, ſed tanquam Canonicus, per utriuſque Juris
ſanctionem, ut de Jure Canonico habemus *Text literalem* 18
*in cap A collatione de Appellat. in 6.* ubi *Repetentes* communiter, ſignanter verò *Joan. Andr. Geminian. Butr. Anchar & Barboſ. num. 1 Abb. in cap. Poſtulaſtis num. 10. de Conceſſ. Præben.* ibiquè *Ananias num. 11 verſ Præterea, Caſtrenſ. in leg 1. §. Solent num. 3. ff. Quand. appelland. ſit, Everard. in Topic. legal. loco de Tanquam, ſeu Reſpectivis num. 9.* ubi, quod

quod cùm in his caſibus Epiſcopus , vel Archiepiſcopus non interveniat uti Prælatus , ſed tanquam Canonicus , non appellatur ab eodem ad eundem , ſed appellatur ab inferiori ad Superiorem , quod obſervat etiam *Scacc. de*
20 *Appellat. lib.* 3. *cap* 2. *quæſt.* 8. *num.* 60. *verſ. Secus tamen eſſet* , *Vener. in Exam. Epiſc. lib.* 4. *cap.* 29. *de Decano Capituli n.* 33. & firmavit *Rota dec* 193. *num.* 3. *par.* 4. *rec.* Et de Jure Civili ſtatutum eſt *in l.* 1. *§. Solent* , *ff. Quand. ap-*
21 *pelland. ſit* , ubi, quod ab ordine Decurionum appellatur ad Præſidem , licèt Præſes interfuerit in Conſilio, tanquam unus de Decurionibus, ibique *Bartol. n.* 1. ubi *n.* 4. probat, Canonicum, factum Epiſcopum, poſſe judicare de his, quæ fecit cum aliis quando erat in Capitulo , & *Caſtrenſ. pariter num.* 1. *Abb. in citato c. Poſtulatis n.* 10. *de Conceſs. Præben.*

Et in terminis ſimilis controverſiæ inter Suffraganeum Herbipolen. & Curiam Metropolitanam Moguntinam, re-
22 ſolvit Sac. hæc Cong. *in Herbipolen.* 28. *Septemb.* 1697. ubi in fine narrationis Facti egregiè advertitur : *Qualitatem Patroni* ( ſcilicet Archiepiſcopi Moguntini ) *impedire non potuiſſet exercitium Juris Metropolitici in eadem perſona; du-*
23 *plici Jure, & titulo conſiderata.* Eo magis, & abſque ulla prorſus difficultate, dum Metropolitanus, quamvis ſit Canonicus Herbipolenſis, tamen non intereſt Capitulo, minuſque aliquam partem habuit , aut habebit in futurum in illis
24 actibus , à quibus ad ipſum fuit interpoſita , & forſan interponetur appellatio ; Quod operatur, ut nedum eadem appellatio omni jure admittenda ſit, ſed etiam , ut , ſecluſa etiam eminentiſſima , qua inſignitus eſt, dignitate, qua attenta nullo prætextu allegari poteſt ſuſpectus ex adductis per *Pacian. de Probat. lib.* 2. *cap.* 32. *n.* 15. *Card. de Luc. de Judic diſc.* 3. *num.* 68. & *Rot dec.* 307. *num.* 17 *part.* 18 *recent.* Quidquid dicat *Conſtant. ad Statut. Urb. tom.* 1. *annotat.* 2. *articul.* 2. *à num.* 102. Adhuc nullo modo recuſari poſſit uti ſuſpectus, eò quia voluntatem ſuam nullatenus propala-
25 vit, juxta celebrem theoricam *Innoc. Canoniſtarum Patris in cap. Irrefragabili num* 2. *verſ. Sed dices de Offic. Judic. Ordin.* quem ibidem communiter ſequuntur *Repetentes* , & ſignanter *Hoſtienſ. num.* 7. *Ioan. Andr. n.* 35. *Zabarell. n.* 4. *Abb. eodem num.* & *Fagn. in citato cap. §. Exceſſus n.* 17.
26 ubi, quod eſt valdè notabilis , quodquè cum illa theorica tranſeunt omnes Doctores.

Quibus non contradicit *Text. in cap. Cùm R. de Offic. & poteſt. Judic. deleg.* Non enim loquitur de Judice ordinario ,
27 ſed de delegato, ut ex lectura; Nos autem ſumus in terminis, toto cœlo diverſis, dum Metropolitanus dicitur , & eſt Judex non delegatus, ſed ordinarius Suffraganeorum, ut advertunt *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 58. *num.* 1. *Quarant. in Summ. verb. Archiepiſcopi authoritas n.* 10. *fol. mi-*
28 *hi* 47. *Genuen. in Prax cap.* 70. *n.* 1. & *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 24. Diverſitatis autem ratio in eo conſiſtit, quod in Judice delegato faciliùs admittitur , & ſine injuria practicatur recuſatio , vel ſuſpenſio, dum ſecum agitur de acquirenda juriſdictione. Secus autem eſt in Judice ordinario , qui amitteret , quam habet, Juriſdictionem, ut pon-
29 derat *Cardin. de Luca de Judic. diſc.* 3. *n.* 63. Quam reſponſionem facto ipſo probavit , & admiſit Epiſcopus Herbipolen procedendo in prima inſtantia, & procedere intendens in futurum in Cauſis ſuorum Capitularium, quorum tres ,
30 utpotè Canonici, tam Herbipolenſis , quàm Bambergenſis Eccleſiæ, in qua ipſe Canonicatum retinet, ſunt etiam ipſius Concanonici.

Præterea in cauſis appellationum à ſententiis Suffraganeorum Metropolitanus non procedit uti Canonicus , juxta terminos dicti Textus, ſed tanquam Prælatus, à Jure
31 determinatus, ad eaſdem appellationes recipiendas , ratione duplicis illius perſonæ, quas repræſentat, ut benè obſervat *Fagn. in cap. Irrefragabili §. Exceſſus n.* 13. & *ſeq. de Offic Judic. ordin.* & *Card. de Luca de Feud. in annot. ad diſc.* 2. *n.* 15. *verſ. Quinimo* , & reſolvit Sac hæc Congr. in citata
32 *Herbipolen.* quæ eſt in caſu duriori ; Inibi enim Metropolitanus non proceſſerat tanquam unus de corpore Capituli , ſed tanquam unicus Patronus Parochialis Herzoge-
33 nurach , & tamen hæc S. C. ratione duplicis perſonæ , per ipſum repræſentatæ, approbavit inſtitutionem Parochi ejuſdem Metropolitani , priùs denegatam à Suffraganeo Herbipolen.

Minus obſtat, quod Metropolitanus quamplures habeat Conſanguineos, & Affines in Capitulo Herbipolen. Quia
34 quoad Affines, factum non aſſiſtit: Licèt enim unus ex Familia de Stadian. in Uxorem duxerit ejus ſororem , non inde tamen ſequitur, quod alii de Stadian. Affines ejuſdem ſororis , ſint etiam Affines Metropolitani , ad literalem *Textum in cap. Quod ſuper de Conſangu. & Affinit.* & obſervat *Lancell. in Inſtit. Canon. lib.* 2. *tit.* 13. *de Triplici cognat. §. Quamquam autem* ; Quo verò ad Conſanguineos, objectio retorquetur ad hominem, quia Epiſcopus Herbi- 35
polenſis habet germanum fratrem, & duos Conſanguineos Concanonicos Eccleſiæ Bambergenſis , qui inſimul ſunt Canonici Herbipolenſes ; Si igitur hac, conſanguinitate non obſtante, in prima inſtantia ſuam exercet ordinariam Juriſdictionem in ſuos Concanonicos, tanta ſibi arctitudine junctos, neſcimus videre quare, ſervando illam æqualitatem, quæ in Judiciis ſemper præ oculis habenda eſt, 36
*leg. fin Cod. de Fructib. & lit. expenſ. Card. de Albic. de Inconſtant. in Judic. quæſt.* 2. *n.* 9. & *quæſt.* 37. *num. fin.* eandem Juriſdictionem ordinariam in ſecunda Inſtantia, & per viam appellationis exercere nequeat Metropolitanus 37
Moguntinus?

Quæ ſi procedunt in caſu, in quo Metropolitanus, ut in Italia practicatur , ſolus judicat de viribus ſententiarum ſuorum Suffraganeorum, quanto magis admitti debent in 38
Germania , ubi inaudita forſan eſt ſimilis exceptio ſuſpicionis Epiſcoporum, & Metropolitanorum ratione conſanguinitatis, & affinitatis, ex motivo, conſiderato *à Cardinal. Pallavic. in Hiſt. Conc. Trid. lib.* 25. *cap.* 12. *n.* 11. & *à Card. Caraf. in Legat. ad Tract. Rhen. fol.* 58. & 215. Et ubi ex nimium laudabili conſuetudine appellationes devo- 39
luuntur ad Conſiſtorium Archiepiſcopi , conſtans ex qualificatis Perſonis, tam ratione eccleſiaſticæ dignitatis, quàm doctrinæ, & experientiæ, de qua conſuetudine mentionem cum laude facit *Card. de Luc. in Relat. Curiæ diſc.* 32. *n.* 95. De eaquè oculatus teſtis eſt *Kockier. in Vindic. libert. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 12 *num.* 19. quem refert *Card. Sacrip. in Defenſ. Eccleſ. juriſdict. cap.* 8. *n.* 38. Et in effectu in noſtra 40
controverſia manus appoſuiſſe idem Conſiſtorium , patet ex inhibitione, exhibita in contrario Summario, ibi : *Judices Sanctæ Moguntinæ Sedis &c.*

Et ex hac conſideratione aliud æquè validum reſultat fundamentum rejectionis contrariæ inſtantiæ ; Non enim 41
adeſt in Curia propoſitio forſan magis certa , magiſquè in praxi recepta , quàm Collegialia Tribunalia recuſari non poſſe, neque pro ſuſpectis allegari , ex adductis per *Ridol-* 42
*ph. in Prax. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 133. & *ſeq.* & *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *de Commiſs. ſuſpicion. Judic. §.* 2. *n.* 4. & *ſeq. fol.* 391. Præſertim quando lis eſt coram Perſonis, eminentiſſima dignitate fulgentibus , qualis eſt Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, ut vidimus ſupra *num.* 24.

Non attento, quod in eodem Conſiſtorio adſint Kunkel, & Enghelert, olim Defenſores in Urbe Capituli Herbipolenſis; Nullum enim relinquunt ſuſpicandi locum nota 43
probitas, integritas, doctrina, & zelus harum qualificatarum perſonarum, quæ Libros contra hæreticam pravitatem accuratè ſcripſerunt, typiſque mandarunt, & non 44
triginta nobiles catholicos, ſed multos centenos ad catholicam Fidem reduxerunt, ut in Germania ſatis notum eſt, & quoad Kunkel conſtat ex publicis documentis, coram 45
Prodatario exhibitis, quando Summus Pontifex in concurſu 40. aliorum Concurrentium illi contulit Præpoſituram, ſimplex Beneficium nuncupat. Collegiatæ inſignis S Mauritii, Auguſtanæ Civitatis; Et tamen, his demptis, remanent alii ſex Conjudices, pluſquam ſufficientes 46
ad cognoſcendum de viribus quarumcumque ſententiarum, ut docet *Marcheſ. de Commiſs. part.* 2. *§.* 2. *de Judic. ſuſpic. n.* 3. *in fine fol.* 390. Imò in omnem caſum illorum loco ſubrogari poſſent alii , Epiſcopo Herbipolen. non ſuſpe- 47
cti; Non enim credimus pro ſuſpectis haberi omnes Doctores, omneſque qualificatas Perſonas celebris Moguntinæ Civitatis, quia id redoleret manifeſtam calumniam, juxta opinionem *Alberic. in leg. Apertiſſimi in fine. Cod. de Judic. Marcheſ. de Commiſs. part.* 2. *§.* 2. *de Judic. ſuſpic. n.* 1. *fol.* 390. & *Card. de Luca de Judic. diſc.* 4. *num.* 15.

Omitti poterant magnæ amplificationes facilitatis recipiendi, & admittendi appellationes, abſque ulla legali juſtificatione ; Nam impropriè nimis titulus egregii docu- 48
menti attribuitur epiſtolæ Epiſcopi Herbipolen. Summo Pontifici directæ, dum in illa tanquam in Partis aſſertionibus nullum conſtitui poteſt fundamentum, vulgatis juribus, & ad propoſitum benè *Rota in Surrentina Manuten-* 49
*tionis* 4. *Maii* 1695. *§. Diſceptationes cor. Card. Scotto*, & meliùs *Gaſp. de Valdaur. obſervat.* 2. *n.* 1. ubi referendo celebre factum Numerii ait : *Et quis innocens eſſe poterit ſi accuſaſſe ſufficiat.*

In hac ſiquidem parte habemus Textum Concilii Tri- 50
den-

dentini nimis clarum, & quamplures æquè literales deter-
minationes Summorum Pontificum Clementis, & Urbani
VIII. ſpecificantes caſus, in quibus appellationes admitti,
vel non admitti debent per Metropolitanos à Suffraganeo-
51 rum Sententiis, regiſtratas à *Quarant. in Summ. verb. Archi-
epiſcopi authoritas num. 20 & ſeqq & Barboſ. ad Concil. ſeſſ.*
52 *13. de Reform. cap. 2.* Aut igitur Conſiſtorium Sanctæ Sedis
Moguntinæ ſuas adimplet partes, prout hactenus punctuali-
ter adimplevit, & non habet, de quo conqueri poſſit Suf-
fraganeus Herbipolen. Aut verò prætenditur exadverſò,
quod in hoc deficiat, & doceri debet, petitam, & denega-
tam fuiſſe moderationem inhibitionis, iſtique eſſent caſus,
53 in quibus adiri ſolent Urbis Tribunalia per appellationem à
Decretis Metropolitanorum, ut in terminis obſervat *Card.
de Luca in Miſcell. Eccleſ. diſc. 1. num. 80.* Non autem per no-
vas, inſolitaſque vias limitare, & coarctare Metropolita-
norum Juriſdictionem fas eſt.

Non eſt autem verum, quod ab omnibus decretis, factis
per ſuffraganeos in Viſitatione non detur ad Metropolita-
54 num appellatio ſuſpenſiva, dum plures recenſentur caſus
in dd. Pontificiis determinationibus, illam admittentibus,
ut videre eſt apud *Barboſ. ubi ſupra num. 21.* & ſignanter ca-
ſus ille exadverſo adductus *ſub pœna certò ſecuturæ ceſſatio-*
55 *nis*, quam Suffraganeus decreto ſuo, in prima inſtantia la-
to indixerat, ut obſervat *Card. de Luca in Miſcell. Eccleſ.
diſc. 1. num. 73.* ubi, quod erronea eſt opinio, quam genera-
liter habere videntur Epiſcopi, ut omnia, quæ in Viſita-
tione demandantur, appellationem non admittant, &
*Card. de Albic. in addit. ad Pamphil. deciſ. 149. num. 11. verſ.*
56 *Limitatur*; Et in terminis fortioribus, quod ab exceſſiva
etiam, & injuſta morum correctione, præcipuè, quando
in Judicii forma proceditur, admittatur appellatio ſuſpenſi-
va, obſervant *Kokier. in Conſtit Concil. Later.* impreſſ. *poſt
Tract. de juriſdict. in exempt. part. 1. §. 7. ſub num. 44. Dian.
Oper. moral. tom. 7. tract. 1. de Dub. Regular. reſol. 11. num. 2.*
& firmavit *Rota in deciſ. 21. num. 21. apud Novar. in Summ.*
57 *Bullar.* & reſolvit C. E. ex oraculo vivæ vocis Clem. VIII.
teſte *Adden. ad Pamphil. deciſ. 149. num. 11. & 12.* Et de Sen-
tentia hujus S. C. latè *Fagnan. in cap. Irrefragabili num. 6. de
Offic. Judic. ordin. & in cap. Ad noſtram à num. 11. uſque ad fin.
de Appellat.* ubi quod, excepto Cardinali Carafa, omnes
58 alii unanimiter ſteterunt pro admiſſione appellationis ad
utrumque effectum, & quia Cardinalis Moronus dixerat,
agendum eſſe cum SS. Sanctitas ſua, facta relatione, Con-
gregationis ſententiam approbavit.

Ejuſdem prorſus inſubſiſtentiæ alter eſt prætextus refor-
59 mationis Canonicorum; Ex vetuſtiſſima ſiquidem conſue-
tudine Germaniæ in illa Epiſcopi ſe ingerere non poſſunt,
niſi in caſu negligentiæ Decani, ad quem ſpectat Juriſdi-
ctio, teſtibus *Pirhing. in Jus Canon. tom. 2. lib 2. Decretal. tit.
6. lect. 3. §. 1. Quid ſit Judex competens num. 74. Vuagnarecb.
de ſacr. Canon. lib. 2. tit. 2.* ibi: *Talis conſuetudo eſt in Germa-
nia, ubi Decani Eccleſiarum Cathedralium juriſdictionem
habent in Canonicos, & Clericos, Capitulo deſervientes,
quorum correctioni non ſe immiſcent Epiſcopi, niſi Decani*
60 *ſint negligentes, & officio ſuo deſint*: Quæ conſuetudo appro-
bata fuit in generali Concilio Lateranenſi per Innoc. III ut
videre eſt in *cap. Irrefragabili de Offio. Judic. ordin.* ubi egre-
giè *Gloſſ. verb. Per Capitulum*, & latiſſimè *Fagnan.* poſt an-
tiquiores, quos citat, & ſequitur, obſervans *num. 7.* quod
61 tunc demum Epiſcopus poteſt in his caſibus in correctione
ſe intromittere, quando poſt præfixum ab eo terminum,
correctio ſequuta non fuit, & *Rota deciſ. 254 num 18. part.
19. recent.* Et in terminis durioribus, quod in Germania
adſint Cleri, qui nullatenus ſubſunt Epiſcopi ordinariæ po-
62 teſtati, obſervat *Card. Caraf. in Legat. ad tract. Rhen fol. 55.*
ibi: *Cleri, tàm primarii, quàm ſecundarii, neuter enim
ſubeſt Epiſcopi ordinariæ poteſtati*: Quibus Cleri exemptio-
nibus, & privilegiis adſcribunt communiter Authores pu-
63 ritatem catholicæ Religionis in diverſis Germaniæ Diœce-
ſibus, ut videre eſt apud *Petr. Grathepol. in Annal. Colonien.*
relatum à *Raynald. tom. 2. Annal. anno 1531. num. 66. in fine
Capher. in Synthemat. vetuſt. ad diem 3. Februarii, Card.
Pallavic. in Hiſtor. Concil. Tridentin. lib. 7. cap. 1. per totum:
Famian. Strad. de Bell. Belgic. lib. 5. anno 1584. fol. mihi 362.
verſ. Ac in dictis, Matth. ab Iſtelt. in Hiſt. ſui tempor. anno 1583.*
64 *fol. mihi 786. verſ. Capitulum, Sur. in Comment. rerum in Orb.
geſtar. anno 1545 fol. mihi 383. verſ. Per hoc ferè tempus, &
anno 1544 fol. 401. verſ. Itaque Clerus, & Nicol. M. Pallavic.
in Defenſ. Pontif. Roman. tom. 2. lib. 3. cap. 10. 11. & 12.*

Si igitur, hujuſmodi conſuetudine non attenta, nullo ter-
65 mino præfixo, & Decani negligentia non probata, Suf-
fraganeus Herbipolen. plura edidit in hac parte decreta,
non habet de quo poſſit conqueri, ſi Capitulares inſigniter
gravati, congruam appellationem ad legitimum Superio- 66
rem interpoſuerunt, quam in his caſibus admittendam eſſe
in terminis reſpondit hæc S. C. in *Virduen.* relata à *Nicolio in
Floſc. verb. Viſitatio ordinaria num 13.*

Ea autem, quæ dicuntur de Capitulationibus, nil com-
mune habent cum præſenti dubio, poterantque congruen- 67
tiùs omitti; Prætermittere tamen non poſſumus, quod in
hac parte proceditur exadverſo cum ſuppoſito inſubſiſtenti;
Nam Capitulationes ceſſatæ non fuerunt à particulari Con- 68
gregatione deputata, ut exadverſo aſſeritur, ſed dumtaxat
Epiſcopus abſolutus fuit à jurejurando, quo ſe ad illorum
obſervantiam obſtrinxerat, ne ſcilicet à limine judicii, tan- 69
quam perjurus, in caſus contingentia repelleretur, nevè vi-
gore ejuſdem juriſjurandi poſſet conveniri. Proindeque nul-
lo modo dicitur abſolutus ab aliis vinculis utriuſque legis ca-
nonicæ, & civilis, nec non municipalium Statutorum, &
inconcuſſæ conſuetudinis circa ea, ad quæ antea tenebatur, 70
& modò tenetur, præſcindendo, etiam à Capitulationi-
bus: Ubi enim plura obſtant, ſi unum removeatur, rema-
nent alia *Cap. Paſtoralis*: ibique *Gloſſ. verb. Indulgentia de
Privileg. Gratian. diſcept. 96. num. 8. Gonzal. ad Regul. Concell.
gloſ. 13. num. 96. Sperell. deciſ. 112. num. 23. in fin. & ſeq. de Juſt.* 71
*de Diſpenſ. matrim. lib. 1. cap. 4. num. 79. & ſeqq & Rot. coram
Ludoviſ. deciſ. 87. num. 6.* ibique *Adden. num. 16.*

Iſteque eſt caſus, regiſtratus in contrario Summario, dum
Decanus, non Capitulationum vigore, ſed in exequtionem 72
antiqui, & perpetui Statuti, nullatenus aboliti per noviſſi-
mam Conſtitutionem, petiit in ſuffraganea Curia Herbipo-
len. Imperiales mille, ſibi debitos à Camera Epiſcopali, ob
annuam, & continuam reſidentiam, quam peragere cogi- 73
tur, cui cum hac conditione ſatis oneroſa fructus Decana-
tus olim aucti fuerunt, in qua inſtantia, cùm contrarium
paſſus fuerit decretum, ab ipſo omni jure permittebatur ap- 74
pellatio ad Metropolitanum, ut obſervat *Dec. in cap. 4. num.
6. verſ. Sed conſiderandum eſt de Appellat* quem refert, &
ſequitur *Sarav. de Adjunct. quæſt. 26. num. 8. verſ. Item ſi
aliquid*.

Ex hoc autem, quod etiam remoto juramenti obſtaculo,
Epiſcopus Herbipolenſis aliis vinculis obſtrictus remaneat 75
pro regimine ſuæ Diœceſis, nullo modo illius ſuperioritas
diminuitur, ſed potiùs id in ipſius regiminis gloriam, & fœ-
licitatem redundat, ut loquendo de Imperatore advertit:
*Arumæus de Comit. Imper. cap 3. num. 28.* ibi: *Quapropter,
ut aliorum Regum, ita, & Imperatoris noſtri Majeſtas ſecun-
dùm formam ab Electoribus inſtitutam, regularis debet &c.* 76
*ſecundum quam veluti cynoſuram Imperium dirigit, quod dum
facit nihil indecorum, aut contrarium Majeſtati committit*,
& generaliter de aliis Civitatibus Germaniæ *Nicol. Mylerus
de Princip. & Statib. Imper. cap. 39. num. 3.* ubi, quod nullus
in toto Orbe Chriſtiano Princeps exiſtit, cujus Majeſtatem 77
non comprimat, vel jusjurandum, vel pactio, & *Limnæus
de Jur. public. tom. 1. cap. 12. num. 1.* ibi: *In omnibus ferè, non
ſolùm Nationibus, & Gentium Univerſitatibus, verùm etiam
in aliis minoribus Circuli Univerſitatibus, & corporibus ob-
ſervatum conſtantiſſimè hucuſque etiam depræhendere licet*, 78
*Regum, Imperatorum, Principum, Magiſtratuumque poteſta-
tem certis juramentorum, pactorumque formulis fuiſſe coar-
ctatam, ne ſcilicet ad gubernacula rerum evecti, ex poteſtate
in tempeſtatem, & adminiſtratione in effrænem ruerent li-* 79
*centiam, Rempublicamque pro privato habentes peſſunda-
rent, aut everterent, & Michael ab Iſſelt. de Bel. Colon. lib. 3.
fol. mihi 433. verſ. Habet præterea Diœceſis.*

Pro coronide demum dignentur EE. PP. duo præcipuè
ponderare. I. Quod etiamſi Epiſcopus Herbipolenſis in di- 80
cta Epiſtola ad Summum Pontificem ſcripta, petierit,
appellationum cauſas recipiendas eſſe, vel hic in Urbe, vel
coram Nuncio Coloniæ; Illius tamen Defenſores in ſuppli-
ci Libello, porrecto eidem Pontifici, & in noſtro dubio, 81
unicè ſe reſtrinxerunt ad modernum Nuncium ex motivo
omnibus obvio.

II. Verò eſt, quod ad formam prædicti dubii prætendi-
tur, appellationes concernentes etiam intereſſe ſingulorum
Capitularium cognoſci non poſſe à Metropolitano. Patet 82
igitur, quod non Affinium prætextus, non Conſanguineo-
rum exiſtentia, neque aſſerta inimicitia unius, vel alterius de
Conſiſtorio, ſed alius ſit finis præſentis diſputationis, &
utinam non ille *ab Innoc. III.* perpenſus in perſona Suffraga-
nei Lexovienſis, juxta animadverſa *ſupra num. 11.* & gene- 83
raliter improbatus à *D. Bernardo lib. 3. de Conſiderat. cap. 4 in
princip.* relato à *Paulutio in Juriſprud. ſacr. tom. 1. lib. 2. tract.*
*2. cap.*

2.*cap.* 121.*de Metropol. num.* 4. *verſ.Per Sedem* iſtis verbis :
84 *Murmur loquor, & querimonium Eccleſiarum, truncare ſe
clamitant, ac demembrari, vel nullæ, vel paucæ admodum
ſunt, quæ plagam iſtam, aut non doleant, aut non timeant :
Quæris quam? Subtrahuntur &c. Epiſcopi Archiepiſcopis
&c. bona ne ſpecies hæc? Mirum ſi excuſari queat, vel opus*.
Itaut Promotor Moguntinæ Sedis, cui pluries aliæ, cum
85 tranquillitate maxima ſubſunt inſignes Eccleſiæ, Vvorma-
tienſis ſcilicet, Spirenſis, Eyſtetenſis, Argentinenſis, Cu-
rienſis, Auguſtana, Paderbonenſis, & Conſtantienſis,
jure merito conqueri poſſe videatur, ſe cum uno Suffraganeo
pacem habere non poſſe.

Die 29. Novembris 1698. Propoſita Cauſa in S. C. C. ſub
dubio: *An in Cauſis appellationum à Sententiis, & Decretis
86 Epiſcopi Herbipolen. interpoſitarum, ſeu interponendarum
per Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, ac quo-
modolibet intereſſe ipſius Capituli, ſivè etiam ſingulorum Ca-
pitularium, concernen. deputandus, & delegandus ſit Reve-
rendiſſimus Nuncius Apoſtolicus Colonien. in locum Eminen-
87 tiſſ. Moguntini Metropolitani in caſu*. Reſponſum fuit: *Ne-
gativè, & providebitur in caſibus particularibus*.

IN alia ſimili Cauſa exemptionis Cleri, & totius Oppidi
Morciani à Juriſdictione, & ſubjectione Epiſcopi Ugen-
tini, in qua C.E. die 4. Septembris 1716. Ponente Card. Gri-
88 maldo reſcripſit: *Cum Sanctiſſ. pro petita exemptione Terræ
Morciani, & ſubjectione Epiſcopo Gallipolitano ad tempus,
benè viſum Sac. Congregat* de qua *in Tom. 2. part. 1. diſcept. 7.
num.* 252. & per totam; In illius repropoſitione ſequuta die
16. Novembris 1717. ſub dubio: *An ſit ſtandum, vel rece-
dendum à deciſis die 4. Septembris 1716. quoad exemptionem*;
Reſponſum fuit: *Eſſe recedendum à deciſis*; Verum tamen
eſt, quod Epiſcopus nullum habuit fructum ejuſdem favora-
bilis reſolutionis, eo quia in reditu ad ſuam D.œceſim vitam
cum morte in Civitate Neapolis commutavit.

ALter verò curioſus evenit caſus in Urbe reſpectu exem-
ptionis integræ Familiæ à ſubjectione Parochi SS. Cel-
89 ſi, & Juliani quem non poſſumus meliùs exprimere, quàm
mediante ſupplici Libello, porrecto Card. Carpineo Urbis
Vicario, immortalis memoriæ Viro, qui eſt ſequentis
tenoris.

Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Sig. In occaſione, no-
ta all'E.V. hà moſtrata volontariamente, e ſenza averne avuto
90 minimo motivo, tale inclinazione, e paſſione contro NN.
umiliſſimo Oratore, il Parocho de' SS. Celſo, e Giuliano,
che dubitandoſi, non ſenza fondamento, di procedure ſimili,
e peggiori, ſi ſupplica umilmente l'E.V. a fin che, ad imita-
zione di ciò, che pratticaſi quotidianamente con Veſcovi,
& altri Superiori Eccleſiaſtici, ſi compiaccia ordinare, che
l'Oratore, con tutti li ſuoi di Caſa, ſiano ſubordinati ad
altro Parocho, da dichiararſi da V.E. a fine di evitare ogni
inconveniente, ſpecialmente nelle proſſime Feſtività per l'
adempimento del precetto Paſquale, già che in caſo ſimile
ſi fece lecito l'anno paſſato d. Parocho di negare con ſcanda-
lo la commnnione in giorno ſolenne a chi, confuſamente
con altri Parrocchiani, era apparecchiato per riceverla,
con preteſto aſſai frivolo, noto al Tribunale dell'E. V. &
il tutto &c.

*Ex cauſis, Nobis notis, permittimus, & indulgemus, ut
tàm Perſona Oratoris, quàm Familiarium, de præſenti actu
inſervientium, valeat, tàm in ſuſceptione Sacramentorum,
91 quam in aliis actibus, dependentibus à Parochia SS. celſi, &
Juliani, accedere ad Parochiam SS. Simonis, & Judæ, cujus
Parochum ad hunc tantùm effectum ſubrogamus, cum facultati-
tibus neceſſariis, & opportunis. Datum hac die 5. Aprilis
1699. Gaſpar Cardinalis Vicarius*.

Proviſio hæc, quæ punctualiter ſuum habuit effectum,
92 viſa fuit aliquibus exorbitans, & nova: Cæterùm, re medul
liùs conſiderata, juſtiſſima, & legalis omni Jure dicenda
eſt, eò quia non debet eſſe in facultate Parochorum ſuos Pa-
rochianos de facto gravare, ſed eis ſuccurrendum in tempo-
93 re eſt antequam ſcandala eveniant, neque facilior dari po-
teſt proviſio, quàm illos temporaliter eximere ab eorum Ju-
riſdictione, & ſuperioritate, eo modo, quo practicari ſo-
let cum Epiſcopis, & aliis Judicibus, juxta animadverſa
*per Lotter de Re beneſic lib. 1. qu. 24. & Card. de Luc. de Judic.
94 diſc. 3. num.* 70. Verumtamen eſt, quod ad eundem effectum
requiritur magna cauſa, qualis concurrebat in d. caſu: Et
quando agitur de Epiſcopis, vel Judicibus debent probari
95 ſævitiæ per ſpeciem tyrannidis, aliàs exemptio non ſolet
concedi, ut ſignanter illam denegavit C.C. in caſibus addu-
ctis *in Tom. 2. part. 1. diſcept. 1. à num. 181. & num. 192*. Ne-
que admitteretur pro cauſa defenſio proprii Juris, quando 96
illa ſequitur per media legalia, *Caſſiodor. deciſ. 5. num. 4.* 97
*de Privileg.*

---

# DISCEPTATIO X.

## Lucerina Præcedentiæ.

*PRO*

PP. M. O. R. S. Franciſci Luceriæ.

*CUM*

PP. M. O. ejuſdem Civitatis.

### ARGUMENTUM.

*PP. Minoribus Obſervantibus Reformatis S. Franciſci, an,
& qualis debeatur præcedentia, quando ingrediuntur
Conventus, relictos à PP. Obſervantibus de Familia: Et
an iſti debeant eis præcedere, quando habitant in alio po-
ſteriori Conventu, poſito in eadem Civitate, in qua adeſt
Conventus antiquior, quem dereliquerunt*.

PRætenden. PP. M. O. R. Civitatis Lucerinæ præceden- 1
tiam in Proceſſionibus, aliiſque publicis functionibus
in concurſu PP. M. O. R. ejuſdem Civitatis, diebus 8. Junii
1658. & 14. Auguſti 1666. mediante ſimplici Memoriali, *Re-
formatis non auditis, adita hac S. Congrat. declarationem
extorſerunt pro præcedeutia ad eorum favorem, tanquam an-
tiquiorum in Loco*, juxta præciſa verba d. reſolutionis diei 2
13. Auguſti 1667.

Verùm, recurrentibus eiſdem Reformatis, & deſtinato
in Ponentem Card. Pallotta, ab eoque die 13. Auguſti 1667.
formiter, & utraque Parte informante propoſita Cauſa, 3
nulla habita ratione ejuſdem ſubreptitiæ, & obreptitiæ re-
ſolutionis, reſcriptum fuit: *Præcedentiam in Proceſſionibus,
& aliis Eccleſiaſticis functionibus deberi Fratribus M. O. R.
degentibus in antiquo Conventu SS. Pietatis ejuſdem Civita-
tis*; Adverſus quod reſcriptum reclamantibus iiſdem PP. O.
repropoſita Cauſa die 10. Septembris ejuſdem anni 1667. 4
per eundem Card. Pallottam, eadem S. C. ſtetit in ultimo
loco deciſis, nempè, *Præcedentiam deberi PP. O. R. degen-
tibus in Loco*.

A dicto tempore uſquè ad annum 1718. & ſic per annos
unum ſupra 50. nihil omninò in Cauſa actum fuit à PP. O.
Reformati verò continuantes in eorum antiquiſſima poſſeſ- 5
ſione præcedendi, in qua reperiebantur uſquè ab anno 1625.
ut patet ex ſolemni atteſtatione antiqui Magiſtratus d. Civi-
tatis, in omnibus actibus, & functionibus, in quibus ad-
fuerunt dd. PP. O ſemper obtinuerunt præcedentiam, ut te-
ſtantur omnes de Magiſtratu hodiè exiſtentes, & concor-
dant Superiores trium religioſarum Familiarum, in noſtra
Civitate exiſtentium; Nec non Magiſtri Cœremoniarum 6
Eccleſiæ Cathedralis noſtræ Civitatis; A quibus non diſ-
ſentit Vicarius Capitularis in Relatione, ibi: *Ma doppo l'
enunciati Decreti di coteſta S. C. a favore de' Riformati, li Padri 7
Oſſervanti per evitare maggiori diſſenſioni con la loro Croce alle
Proceſſioni, ſono ſempre andati avvanti a tutti gli altri Rego-
lari, e li Padri Riformati ſono ſempre ſtati in poſſeſſo della
precedenza, come oggi anche ſi trovano*.

Quia verò, his omnibus non obſtantibus, nequè atten-
tis, ad inſtantiam PP. O. proponitur hodiè poſt annos ſupra 8
50. dubium: *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis d.
anno 1667*.

Pro favorabili reſolutione ſufficeret ſola illa reflexio,
quod ſumus in terminis Cauſæ, non ſemel, ſed bis, ſolita
maturitate, utraquè Parte acerrimè informante, ab hoc ſa- 9
croſancto Conſeſſu deciſa, & per dimidium ſæculum paci-
ficè obſervata, in quibus terminis applicatur celebre dictum
*S. Gregor. Magni Epiſt. 61. indict. 2.* de quo in *Tom. 2. part. 1.
diſcept. 17. num. 59*.

Præcipuè inter religioſas Familias, & Eccleſiaſticas per-
ſonas, in quorum ore quotidiè reſonant verba illa: *Extin-
gue flammas litium; Diſſolve litis vincula: Nè litis horror in-
ſonet*, ut benè notat *Urceol. de Tranſact. in proœmio num* 22. &

meliùs

meliùs *Rota deciſ.33. num.2. coram Priol. & deciſ.305. num.1. part.18. recent.& in Neapolitana Proceſſionis 2. Junii 1707.§. fin.cor.Oman.* Ad rem obſervans, nullo modo decedere religioſas, & Eccleſiaſticas perſonas litium ſollicitudinibus occu-
11 pari, ad hoc ut illis penitus abſoluti, ſacris operibus, diviniſquè officiis liberè vacare, & incumbere poſſint; In qua parte habemus *Textum*, qui non poteſt eſſe magis rotundus *in authent. Apud quos oport. cauſ.dicer.* ibi: *Sed etiam accelerari Lites ſancimus, Monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa Litis ſollicitudinem, ſed velociter liberati, ſacris operibus obſecundent.*

Abſquè ulla prorſus difficultate, ex quo ſermo eſt de præcedentia, ſeu de Jure præcedendi, in quibus circumſtantiis uno ore receptum eſt inter Tractantes de ſacris Ritibus, quod quaſi poſſeſſio, & ſolitum præcedendi, quod in noſtris terminis eſt Innegabile, totum faciat, & omninò at-
12 tendendum ſit, ut notant *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap. 25. num.377. Tranched.conſult.14. num.1.& ſeq.& Panimol.deciſ.1. num. 1. & ſeqq.* Quod millies firmavit *Rota*, ut videre eſt *in deciſ.779. num.1. cor.Merl. & deciſ.566. num.8. cor. Eich. & in Tarraconen.Præcedentiæ 28.Junii 1697.§.Nec deeſt cor.Card.*
13 *Caprar. & in Andrien. Præeminentiarum 17. Febr. 1710. §. Præter coram Aldrov.* ubi ſolidè probat, in controverſiis Præcedentiarum taliter attendendam eſſe conſuetudinem, & quaſi poſſeſſionem præcedendi, ut potiùs ſit habenda ratio poſſeſſionis, quàm tituli.

Circa quod habemus rotundam *Conſtit.48. Gregor XIII.* in cujus §.3. hoc idem literaliter demandatur his verbis: *Qui in*
14 *quaſi poſſeſſione præcedentiæ, & Juris præcedendi ſunt &c. in Proceſſionibus, tàm publicis, quam privatis, præcedere debeant...*

Et propterea, niſi velit exadverſo in controverſiam adduci ſummi Pontificis authoritas, in materiis præcipuè ſpiri-
15 tualibus, & concernentibus ſacros Ritus, noſter caſus, uti literaliter deciſus in dicta Pontificia Conſtitutione, remanet omni diſputatione indignus, & applicatur regula *Text. in leg. Ille, aut.ille ff. de Legat.* 3. Et in præciſis terminis dictæ Conſtit. Gregorianæ, reſolvit hæc S.C. *in S. Severinæ Præ-*
16 *cedentiæ*, ut videre eſt *in tom.1. part.2. diſcept. 21. num.4. & 5. & num.80.* cum concordan. apud *Anſald. in addit. ad deciſ. 25. num. 25.* ubi, quod tanta eſt vis conſuetudinis, & ſoliti præcedendi, ut licèt antianitas efficiat, ut quis dignior altero cenſeatur, & eidem præcedere debeat, adhuc Gregor. XIII. mandaverit, ſupra antianitatem ſervandam eſſe conſuetudinem, & ſolitum præcedendi.

Quæ omnia ſi vera ſunt in circumſtantiis cujuſcumquè ſoliti, & ordinariæ conſuetudinis præcedendi, juxta termi-
17 nos prædictarum authoritatum, multò magis, & abſque ullo difficultatis principio locum habebunt in præſenti, in quo ſermo eſt de ſolito, & conſuetudine præcedendi per centum ferè annos, nempè ab anno 1625. uſque ad currentem annum 1719. Cùm enim centenaria in omnibus æquiparetur immemorabili, ex firmatis per *Rot. deciſ. 749. num. 3. & 4. part. 18. recent. & in Romana Augumenti Dotis 4. Maii 1695.*
18 *per tot.coram Card.S.Marcelli*, poſſumus illius vigore allegare conventionem, tranſactionem, & ceſſionem ab Obſervantibus obtentam, omnemquè alium meliorem, magiſquè proficuum titulum de Mundo, juxta notam indolem, & efficaciam immemorabilis conſuetudinis, de qua *Rot. deciſ. 20.*
19 *à num. 14. coram Anſaldo, & in Januen. Abbatiæ 11. Novembris 1690. § Non obſtat, & 10. Martii 1692 §. In nihilo coram Manuel.*

Non attento, quod pro complemento dictæ centenariæ deficiant aliqui anni, quodquè Obſervantes primo loco favorabiles obtinuerint reſolutiones; Hujuſmodi enim defectus paucorum annorum non attenditur ad demendam efficaciam
20 eidem centenariæ conſuetudini, ex adductis per *Card. de Luc. de Jurep. diſc. 57. num.32. Lotter. de Re benef lib.2. quæſt. 7. num.62 Pacion de Locat. cap.14. §.4. num.7.* & firmatis per *Rot. deciſ.60. num.5. & 6. cor. Merlin. & deciſ.142. num 6. & 7. & deciſ.685. num 23. cor. Burat & deciſ.809. num.6. cor. Dunoz. jun.& deciſ.2027. num.2. cor. Coccin.& deciſ.68. num.11. coram Emerſen.& deciſ.509. num.1. part.5. recent.& deciſ.184. num. 3. part.6.& deciſ.24. num. 114.& ſeq. apud de Proſper. de Territ. ſepar.& in Fanen. Canonicatuum 5. Maii 1700. §. Namque cor. Card. Caprar.* Reſolutiones autem, exadverſo expiſcatæ,
21 fuerunt poſtea revocatæ ab hac S. C. & proindè nullo modo aptæ ſunt impedire vim, & efficaciam d. antiquiſſimæ conſuetudinis, ut in ſpecie obſervat *Rot. deciſ. 1469. num. 15. coram Seraph.& deciſ.105. num.9. & 10. part.17. recent.*

Minùs credimus inſiſtendum in eo, quod hæc S. C. dd.
22 diebus 8. Junii 1658. & 14. Auguſti 1666. præcedentiam Obſer. attribuerit ex illo motivo, quod in his caſibus eadem præcedentia merienda ſit ab incolatu Religioſorum, non autem ab antiquitate materialis Conventus, prætendentes ipſos, hodiè habitantes in poſteriori Conventu Pietatis, ratione præcedentis incolatus, eſſe antiquiores in Civitate Luce- 23
riæ, licèt Conventus Salvatoris, in quo moram faciunt Reformati, ſit antiquior ratione materialis fundationis ex *Pignatel. conſult. 12. num.3. tom.1.*

Reſponſio ſiquidem, æquè clara, & cathegorica, in promptu eſt, quod ſcilicèt id procedat in Monaſteriis, ſeu Con- 24
ventibus diverſarum Religionum, & in quibus ultrò admittimus, quod Religioſi, ſubintrantes in antiqua Monaſteria, dicuntur ingredi in Monaſteria materialia, non autem in privilegia antiquorum Religioſorum, ut ait *Rot deciſ.588. num. 4. verſ. Nec Domini coram Cavaler.* loquens de ingreſſu Monachorum Olivetanorum in Monaſterium Cæleſtinorum Salerni; Non autem procedit eadem concluſio in Monaſteriis, 25
& Conventibus ejuſdem Religionis; Aliàs hoc ſequi de facili poſſet inconveniens, & abſurdum, quod, gr. ex. exiſtentibus duobus Conventibus ejuſdem Religionis in una, eademque Civitate, atque ex placito Superioris generalis dimiſſis omnibus Religioſis ab antiquiori Conventu ad Conventus diverſorum Locorum, & Oppidorum (qui non eſt caſus metaphyſicus) tunc Religioſi poſterioris Conventus haberent præcedentiam ratione prioris incolatus in concurſu Religioſorum antiquioris Conventus, quod quantum abſo- 26
num ſit, de ſe patet, quia adversùs claram diſpoſitionem notoriæ *Conſtit. Gregor. XIII.* penderet à voluntate Superiorum hodiè dare præcedentiam uni Conventui, quam heri habebat alter.

Solida hæc diſtinctio, ultra quàm quod patet ratione naturali, quam ſolam allegare ſufficit, ex animadverſis per 27
*Card. Pallav. nell'Iſtor. del Concil. lib.3. cap.13. n.8.* & per *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. diſc.47. n.26. in fine.* Innititur æquè celebri, ac individuali reſolutioni hujus S.C. quæ die 17. Julii 1627. ad relatione Card. Millini id per viam legis generalis ſo- 28
lemniter declaravit, præcedentiam ſcilicèt in his terminis regulandam eſſe ab antiquitate materialium Conventuum Familiæ PP. Obſervantium, quando in illis ingrediuntur PP. Reformati, ut vedere eſt apud *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.1. fol. mihi 194.* quem retuli *in tom. 2. part. 2. diſcept. 11. num.24.* ibi: *Procurator generalis M. O. R. narrans, Fratres O. R pati controverſiam circa præcedentiam, quaſi nuper aſcitos in Civitate, cùm tamen ingreſſi ſint, & habitent in Monaſteriis Familiæ, ideò ſupplicavit provideri, & S. R. C. refe- 29
rente Illuſtriſſimo Card. Millino mandavit, dari omnino præcedentiam dd. Reformatis.*

Supplicantes obſervare dictionem illam, *omninò*, quæ nullam admittit exceptionem, nullamquè patitur reſtrictivam, & præciſam importat exequutionem, ex cumulatis 30
per *Barboſ. diction.240. per tot.* & ſignanter *à num.13.*

Quod autem Reformati, & Obſervantes unicam conſtituant Religionem, ſub uno, eodemquè Capite, ſeu Superiore generali, eſt adeò patens, adeoquè evidens, ut nulla indigeat probatione, ſatiſque ſit recogneſcere *Conſtit.92. Cle- 31
men.VIII.* nec non relativè Nos habere ad quinquè magiſtrales Rotæ deciſ. *in Hiſpalen. Præcedentiæ*, impreſſas apud *Monacell. tom.2. Formular. deciſ.16. & 4. ſeqq.*

Imò *in d.Conſtit.92. Clem.VIII.* in individuo deciditur præſens quæſtio, dum literaliter demandat ibidem d. Summus 32
Pontifex, *ut Reformati* (ſunt ejus præciſa verba) *in omnibus eorum Monaſteriis, Locis &c. omnibus, & ſingulis Privilegiis, Gratiis, & Indultis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, & præcedentiis, in Proceſſionibus, in funeralibus &c. quibus dd Fratres de Familia &c. frui, potiri, & gaudere ſolent, & poſſunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, ſinè aliqua differentia, frui potiri, & gaudere poſſe, ac debere.* Itaut difficile ſit magis punctualem, magiſquè ponderoſiorem ſub Sole adducere authoritatem, quàm dictam literalem 33
Conſtitut. Clement. VIII. demandantis, Reformatos frui, & gaudere debere in eorum Conventibus illis præcedentiis, quibus in eiſdem Conventibus frui, & gaudere ſoliti erant Obſervantes.

## In eadem Cauſa.

Non controvertitur pacifica obſervantia Decretorum hujus S.C. favore Reformatorum, emanatorum diebus 13. Auguſti, & 10. Septembris 1667. & conſequenter 34
ultrò admittitur conſuetudo præcedendi, militans favore eorundem in concurſu Obſervantium poſt dicta Decreta ab annis 52. Et propterea etiam ad terminos *Conſtit. 84. Gregor. XIII.*

*XIII.* contraria prætenſio nullam omninò ſubſiſtentiam ha-
35 bet, quia in illius §.3. literaliter demandatur, *ut qui in qua-
ſi poſſeſſione præcedentiæ , & Juris præcedendi ſunt &c.
in Proceſſionibus, tàm publicis , quàm privatis præcedere
debeant .*

Neque hujuſmodi claræ obſervantiæ , & pacificæ con-
ſuetudini adeò longi temporis præjudicium aliquod illatum
dici poteſt à lite, exadverſo coram hac S. C. promota . Cùm
36 enim in illa Obſervantes innegabiliter ſuccubuerint, appli-
catur concluſio, uno ore à Doctoribus admiſſa , & à ma-
gnis Tribunalibus reeepta , quod præcedendi conſuetudo
nunquam dicitur interrupta ab illa lite, in qua quis ſuccubuit,
de qua *Felin.in cap.Illud num.15 de Præſcript.* quem ſequun-
tur *adducti in tom.2.par.1.diſcept.17.num.35.*

Nulla habita ratione aſſertæ proteſtationis, ut prætendi-
tur ab Obſervantibus emiſſæ in acceſſu ad Proceſſiones, &
37 concurſu cum Reformatis , quibus ſemper priorem locum
ceſſerunt .

Reſponſio enim in promptu eſt, quod ſcilicet hujuſmodi
proteſtationes aptæ quidem ſunt præſervare Jura , prote-
ſtantibus competentia , ſed non mutant, neque alterant ea,
quæ in facto conſiſtunt, & poſſeſſionem concernunt: Imò
quando ſunt contrariæ facto, nullum operantur effectum,
nullamque merentur animadverſionem juxta *Text. in leg.
Cùm in plures § Locator ff. Locati*, & firmata *per Rot.deciſ.*
38 671.*num.7.par.*18.*rec.* Ea ratione, quia obſervantia magis
facto , quam verbis comprobatur, ex adductis *in dec.*386.
*num.7.cor.Dunoz.jun.& dec.*313.*num.3.& dec.629.num.18.cor.
Merlin.& in Olomucen. Juriſdiction.*19.*Jan.*1693.§.*Poſſunt
cor.Mut.* Atque *operis vox validior eſt voce ſermonis* , juxta
verba *S.Bernardi in Cantic.ſerm.*59.

Et in præciſis terminis acceſſus Cleri S. Jacobi Nationis
hiſpanicæ ad Proceſſiones, cum ſimili proteſtatione, quo-
libet anno ſemper ſolemniter repetita, illam in nulla pror-
39 sùs coofideratione habuit *S.C.C. in Neapolitana* 3. *Auguſti*
1709. ut videre eſt *in Tom.2.par.2.diſcept.4.num.25.& 28.&
num.69.& 70.*

Minus inſiſtatur in eo , quod Obſervantes occuparunt
ſemper ultimum locum in dictis Proceſſionibus , aliiſque
40 actibus; Quia quidquid ſit, an hodie attenta quaſi poſſeſ-
ſione præcedendi, quæ verificatur etiam reſpectu aliarum
Religionum Civitatis Lucerinæ , quibus iidem Obſervantes
voluntariè locum , & præcedentiam dederunt ſibi præjudi-
caverint; Hoc unum certum eſt , quod reſpectu Reforma-
torum, id nullam meretur animadverſionem, eo quia ſat
eſt, quod ipſi vigore decretorum hujus S. Cong. ſemper pri-
41 mum occupaverint locum , non attento eo, quod alii Reli-
gioſi, quidve Obſervantes practicaverint inter ſeipſos, ſive
ex convenientia, & urbanitate ſive ex aliis motivis, quo-
rum judicium non ſpectabat ad Reformatos, ſed ad illos,
quorum curæ commiſſa erat ordinatio , & directio Pro-
ceſſionum .

*P*oſita hac conſuetudine, remanent extraneæ à præſenti
42 inſpectione ea omnia , quæ dicuntur de Obſervantium anti-
quioritate in noſtra Civitate, quia Gregoriana Conſtitutio
ab Urban. VIII. confirmata , ſolùm præcipit, recurren-
dum eſſe ad antiquioritatem, quando non conſtat de poſſeſ-
43 ſione præcedendi, juxta verba illa: *Ubi non probatur, aut
non conſtat de poſſeſſione, præcedant ii, qui ſunt antiquiores
in loco controverſiæ , ubicumque contigerit de eadem præce-
dentia dubitari* . Dùm igitur in noſtris terminis neque etiam
impugnatur quaſi poſſeſſio præcedendi reſpectu Reformato-
44 rum , ſuperlativè comprobata in facto , remanet manife-
ſtum , quod non prætenſa anterioritas, ſed ſolùm conſuetu-
do præcedendi in noſtris terminis attendenda eſt, ad for-
mam dictarum literalium Conſtitutionum Pontificiarum .

Cœterùm circa eandem anterioritatem proceditur etiam
exadverſo cum æquivoco palmari; Quia ad terminos Gre-
gorianæ Conſtitutionis tunc ſolùm negligi ſolet anterioritas
45 Conventuum , quando ſermo eſt de Conventibus diverſarum
Religionum; Secùs verò, quando, ut in præſenti verifi-
catur, lis eſt inter duos Conventus ejuſdem Religionis, quia
in his terminis nil aliud conſiderari ſolet, quàm materialis
anterioritas Conventuum ejuſdem Religionis, juxta magi-
46 ſtralem *reſolutionem hujus S. Cong.* de qua *ſupra num.*28. Et
concordant *Ricc. var.reſol.tom.1.par.2.reſol* 101.*num.*1. ibi:
*Bulla Greg XIII. intelligitur de diverſis Religionibus , non
autem de eadem Religione , & Antonell.de Regim.Eccleſ.lib.3.
cap.18.num.9.* ibi: *Notandam tamen eſt, quod d.Conſtitut.
Gregoriana intelligenda eſt de diverſis Religionibus, non au-
tem de eadem Religione .*

Cui non contradicit *Conſtitutio Urbani VIII.* impreſſa apud
*Pignatel.conſult.137.num.20.tom.1.juxta Romanam impreſſio-
nem*, eò quia loquitur in præciſis terminis Conventuum di-
verſarum Religionum, ut ex lectura remanet manifeſtum,
& patet *ex Bullar.tom 5.conſt.210. inter alias ejuſdem Summi* 47
*Pontificis*, ubi ita ſummatur: *Super præcedentia inter Re-
gulares diverſarum Religionum .*

In quibus pariter terminis, nulla excepra , loquuntur om-
nes reſolutiones hujus Sac. Cong. exadverſo allegatæ, nem-
pè *Montis Alti 1. Martii* 1614. quæ eſt inter PP. Carmelitas, 48
& Minimos S.Francíſci. *In Terracinen. 30.Septembris ejuſ-
dem anni*, quæ eſt inter PP. Minores Conventuales, & PP.
Reformatos S. Franciſci. *In Caputaquen. 3. Aprilis* 1618.
quæ eſt inter PP. Diſcalceatos S. Auguſtini, & PP. Mino- 49
res de Obſervantia. *Et in Ugbentina* 23. *Martii* 1623. quæ
eſt intet PP. Carmelitas, & PP. Minores de Obſervan-
tia .

In quem ſenſum dictas , & ſimiles reſolutiones Sac. Con-
greg. in punctualibus terminis Reformatorum interpretata
eſt *Rota in Hiſpalen. Præcedentiæ 21. Aprilis* 1690. impreſſa 50
apud *Bertacchin.Vot dec.124.fol.301.* ibi: *Neque applicabi-
les viſæ ſunt plures reſolutiones S.R.C. in oppoſitum cumula-
tæ; Nam Decretum in dicta Salernitana Præcedentiæ in fine,
ubi dicitur , ſervandam eſſe anterioritatem fundationum ,
etiam inter ejuſdem Ordinis Monaſteria , debet intelligi reſpe-
ctu præcedentiæ inter Familias , ſeu Monaſteria ejuſdem Or-* 51
*dinis, non autem reſpectu præcedentiæ inter Familias, ſeu
Monaſteria Ordinis diverſi, nàm aliàs implicaret contradi-
ctionem &c.*

Stringens diſparitatis ratio inter unum , & alium caſum
illa eſt, quod inter Religioſos ejuſdem Inſtituti, impoſſibi-
le eſt poſſe dari prius, & poſterius in ordine ad anteriorita- 52
tem Religionis, & propter eà recurrendum eſt ad diſtincti-
vum materialis fundationis Conventuum , quæ in noſtro
caſu eſt innegabilis. Non ſic inter Conventus diverſarum
Religionum, quia inter iſtos ſicuti de facto datur anteriori- 53
tas regularis Inſtituti, ita ab illa regulanda ſemper eſt præ-
cedentia , ut determinatur *in dicta Conſtit.84. Greg.XIII.*

Quod autem Reformati, & Obſervantes unicam conſti-
tuant Religionem, maneantque ſub uno, eodemque capite,
ſeu generali Superiore, quodque gaudeant illis præceden- 54
tiis, quæ competebant Obſervantibus in Conventibus, ab
iſtis derelictis, & in quibus admiſſi fuerunt iidem Refor-
mati, literaliter demandatur *in Conſtit.92. Clem. VIII.* &
per viam legis generalis reſolvit *hæc S C. apud Tamburin. de
Jur. Abbat.tom.1.fol.mihi* 194.

Die 28. Januarii 1719. propoſita Cauſa in C.R. Ponente
Card. Zondodario ſub dubio: *An ſit ſtandum, vel receden-* 55
*dum à deciſis diebus 13. Auguſti, & 10. Septembris 1667.*
Reſponſum fuit: *In deciſis .*

---

## DISCEPTATIO XI.

### Sueſſana Mozzettæ.

*PRO*

Societate SS. Roſarii Sueſſarum;

*CUM*

Aliquibus Confratribus ejuſdem Societatis.

### ARGUMENTUM.

*Quibus concurrentibus Confratres poſſint addere Mozzettam
ſupra Saccum, non obſtante antiquo ſolito in contrarium;
Et quid dicendum in paritate Votorum .*

CONfratres SS. Roſarii Civitatis Sueſſarum à multo
tempore habentes in intentione redire ad unitatem, ſeu
ſimilitudinem Indumentorum, quæ geſtare ſoliti ſunt om- 1
nes alii Confratres, ſub eadem denominatione per univer-
ſum Orbem ſparſi, hoc eſt addendo Mozzettam nigri co-
loris ſupra Saccum album; Tandem anno 1691 die 20.
Martii legitimè, & more ſolito congregati, unanimiter
ſtatuerunt addere dictam Mozzettam nigram Sacco albo,
quem geſtabant: Quæ reſolutio ſtatìm , ac pervenit ad
notitiam aliorum Confratrum , qui non valuerunt dictæ
Con-

Congregationi intervenire, approbata ab eis fuit uſque ad numerum 36. Confratrum.

Neſcitur autem quo ſpiritu ducti, huic reſolutioni ſe oppoſuerunt multi Confratres, qui recurſum habentes ad Vica-
3 rium generalem Sueſſanum, ab eo injuſtè extorſerunt Inhibitionem, nè aliquid innovaretur à qua interpoſita appellatione ad A. C. Thauruſium, inſtitum fuit coram eodem pro revocatione Inhibitionis, & permiſſione dictæ Mozzettæ; Verùm placuit eidem ad inſtructionem ſui animi, & ſinè alicujus præjudicio, decernere, ut ad no-
4 vam Congregationem generalem deveniretur, pro die tamen, & hora certis intimandis, ad effectum exindè dignoſcendi, quinam ex Confratribus inclinarent, quivè nollent d. uſum Mozzettæ.

Quia verò ex 122. Confratribus, qui in dicta Congregatione generali interfuerunt, inaudito forſan exemplo 61.
5 ſteterunt pro reſolutione, jam legitimè capta, aliis autem 61. in contrariam ſententiam inclinantibus; Ideò congruum exiſtimavit idem Judex diſſidium horum Confratrum componere, mediante oraculo hujus Sacræ Congregationis cui Partes pro bono pacis, ad evitanda diuturna litigia, & pro majori cultu divino remiſit, pro certo ſupponens, Factio-
6 nem, illam, quæ ſuccumbentiam patietur, reverenter, & omni contentione ſepoſitis, illud exequuturum. Quod aliàs ex ſe ipſa practicare conſuevit Sac. hæc Congregat. non obſtante Judicio, in aliis Tribunalibus inchoato, ex eo, quia hujuſmodi materia ſuæ determinationi peculiariter eſt reſervata, injungendo etiam A. C ut ſuas inhibitiones in his ma-
7 teriis revocet ut advertit *Pignatel. conſult. ultima per tot. tom.* 3. ubi *numer.* 8. refert ita pluries ab hac Sacra Congregatione reſolutum; Imò quod non obſtante pendentia harum Cauſarum in Rota, ſolita ſit hæc Sacra Congregatio in illis
8 manus apponere, eaſque terminare, probat idem *Pignatell. conſult.* 52. *numer.* 7. *tom.* 3. ubi refert ita practicatum in una *Salamantina Cucullæ*, de qua in *Tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 7. *numer.* 14.

Cogimur itaque hodie ſupplicare pro permiſſione, ſeu uſu
9 Mozzettæ nigræ ſupra Saccum album, ad inſtar omnium aliarum Confraternitatum SS Roſarii.

Sivè autem attendatur prima reſolutio, legitimè capta, circà d. additionem Mozzettæ, ſivè habeatur reſpectus ad ultimam Congr. generalem, in qua ob Votorum paritatem,
10 nulla capi potuit reſolutio, ſemper exaudiendæ videntur preces noſtrorum Confratrum.

Quoad primam reſolutionem, ſumus in claris, quia in ea-
11 dem fuit unanimiter ſtabilita dicta reaſſumptio, ſeù uſus Mozzettæ nigræ, & propterea eidem reſolutioni omninò ſtandum eſt, *Gratian. diſcept.* 721. *numer.* 12. *& ſequentibus & Donat. Rer. regular. tom.* 4. *tract.* 8. *de Confraternit. quæſt.* 15. *per tot.*

Non obſtat, quod eidem Congregationi non interfuerint omnes Confratres, & in ſpecie aliqui ex contraria claſſe;
12 Quia receptum communiter eſt in his materiis, quod præcedente ſolito circa intimationem Confratrum, quod in noſtris terminis non controvertitur, factum à majori parte eorundem Confratrum, exiſtentium in Congregatione, dicitur factum à tota Confraternitate, ſeù ab omnibus Confratribus, ut benè probat *Gratian. diſceptat.* 184. *numer.* 17. *Afflict. deciſ.* 1. *numer.* 4. *de Angel. in opuſc. de Patron. Suffrag. numer.* 16. *& ſequentibus & Ricciull. var. lucubrat. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. Atque major pars dicitur reſpectu præſentium
13 in Congregatione, nulla habita ratione abſentium, *Natt. conſ.* 168. *numer.* 7. *Feder. de Sen. conſ.* 65. *numer.* 1. *verſ. Ad id*, *Add. ad Burat. dec.* 573. *num.* 23. *& Rota dec.* 19. *num.* 13 *par.* 11. *rec.*

Abſque eo, quod refragetur defectus ſpecialis intimationis reſpectu omnium Confratrum; Quia illa in noſtra Confra-
14 ternitate nunquam fuit in uſu, ut deponunt quamplures teſtes, & propterea applicatur concluſio, quod illius defectus non obſtat, ut in terminis caſus noſtri probat *Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 89. *lib.* 1. *& Rot. d. deciſ* 19. *num.* 15. *part.* 11. *rec.*

Quæ conſuetudo optimè probatur ex teſtibus, noſtræ Confraternitati adſcriptis, quia cum illorum depoſitio tendat ad
15 probandum id, quod competit omnibus, uti univerſis, non uti ſingulis, attendenda eſt, & ex illa reſultat concludens probatio, ut in noſtris terminis probat *Pignatel. conſult.* 86. *n.* 3. *in fin. tom.* 4. & firmavit *Rot. deciſ.* 566. *n.* 10. *cor. Bich. & dec.* 200. *n.* 13. *par.* 5. *& dec* 19. *n.* 15. *par.* 11. *& dec.* 320. *nu.* 2. *&* 3. *dec.* 419. *n.* 3. *&* 4. *par.* 9. *rec.*

Nec habet de quo juſtè conqueri poſſit Gattulus, unus ex Oppoſitoribus, quod non ſcripſerit ipſe dictam reſolutionem, exercendo munus Secretarii; Quia cum voluntariè abſuerit
à dicta Congregatione, validè illam potuit regiſtrare alter in 16
illius locum ſubrogatus; Hujuſmodi etenim officium, uti concernens nudum miniſterium, nedùm exerceri poteſt à
quolibet alio Confratre, ſed à quocunque extraneo ex per- 17
miſſione illorum Confratrum, qui Congregationi interſunt, *Laur de Peyrin. de Regular. tom.* 1. *de Subd. quæſt.* 1. *de Obedient. cap.* 31. *§.* 8. *& Lezzan. in Summ. to.* 1. *cap.* 15. *de Oblig. Regular. num.* 20. *in fine.*

Quo verò ad ultimam Congregationem, in qua non potuit 18
capi reſolutio ob paritatem Votorum, adhuc locus eſſe videtur dictæ additioni Mozzettæ, quia per eandem non fuit revocata prima reſolutio, & propterea ſemper eſt obſervanda, ex ſupra animadverſis.

Præterea etiam in hac paritate Votorum militant pro hac 19
parte plura, ex quibus ſperamus, favorabilem obtinere reſolutionem.

I. Scilicet, quod per uſum Mozzettæ, nedùm nullum damnum, & præjudicium infertur Confratribus, ut de ſe patet,
ſed ex illius delatione magnus eis reſultat decor, & majus or- 20
namentum, ut advertunt *Campanil. in Diverſ. Jur. Canon. rubr.* 9. *cap.* 5. *num.* 3. *& ſeq. fol.* 208. *& Gratian. diſcept.* 845. *num.* 50. *&* 53.

II. Quia per dictam delationem Mozzettæ reditur ad primum fontem, & fit tranſitus ad univerſalem, & univocam,
naturam habitus Confraternitatis SS. Roſarii, & propterea 21
omnis capienda eſt interpretatio, & inclinatio pro dicto favo-
rabili reditu ad naturam aliarum Confraternitatum, ut ſta- 22
tuit *Textus in leg. Si unus §. Pactus in fine ff. de Pact.* ibi: *Quoties enim ad Jus, quod lex naturæ ejus tribuit, de dote actio redit, non ſit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur*, quem ſequuntur *Bald. in l. Maximum vitium n.* 12. *verſ. In contrarium C. de Liber. præter. Gratian. diſcept.* 544. *nu.* 31 *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 21. *ſub nu.* 9. *& de Succeſſ. diſc* 49. *n.* 7. *& Rot. dec.* 350. *n.* 15. *cor. Cerr. & Lezan. in Sum. V. Confraternitas ſub nu.* 17. Et in ſpecie, quod aliæ Confraternitates Orbis uniformari debeant illis Urbis, probat *Capon. diſcept forenſ.* 276. *num.* 25.

III. Quod ex eadem Mozzetta diſtinguitur noſtra Confra-
ternitas à tribus aliis, quæ reperiuntur in Civitate Sueſſa- 23
rum, quævè cum ſolum Saccum album ſoleant geſtare, nulla intercedit differentia inter illorum Sodales, & noſtros Confratres, *Ricciull. ver. lucubr. tit de Confrat. lib.* 4 *capit.* 4. *num.* 4 ubi, quod talis præſumitur perſona, qualis eſt habitus, quem gerit, *& Caſal. de Veter. Sacr. Chriſtian. Ritib. cap* 51. *de Habit. Monach. in princ.* ubi, quod congrua eſt differentia, quæ per Indumentorum diſtinctionem inducitur, &
hæc confuſio omninò evitanda eſt per habitus mutationem, 24
vel additionem, ut probat *Roderic. quæſt. Regular. tom.* 2. *qu.* 76. *art.* 4. & firmavit *Rot. cor. Cerr. dec.* 584. *num.*, *& dec.* 612. *nu.* 5. & pluries reſolvit hæc S. C. ut teſtatur *Pignatel. conſult.* 177. *ſub num.* 30. *tom* 1. *& conſult* 68. *num.* 2. *tom* 3. ubi, quod quando duæ Confraternitates ejuſdem Loci deferunt eund. habitum, diſtingui debent, addito aliquo coloris ſigno, *& Nicol. in floſcul. V. Confraternitas nu.* 16 Quod in caſu noſtro
congruentiſſimè, & commodiſſimè practicari poteſt per ſo- 25
lam reductionem habitus noſtræ Confraternitatis ad ſimilitudinem aliarum Confraternitatum SS. Roſarii.

IV. Quia in hanc ſententiam, & partem inclinant ſanior, & dignior pars, ſeu numerus Confratrum, & in ſpecie Officiales, & Epiſcopus, necnon ipſa Religio Ordinis Prædi-
catorum, hujuſmodi Confraternitatum Mater, ut conſide- 26
rant *Menoch. conſ.* 86 *num.* 12. *&* 16. *& Adden. ad Burat. dec.* 573. *num.* 20. ubi, quod major pars dicitur non ſolùm, quæ eſt majoris numeri, ſed ſanioris judicii; Et de adhæſione De-
cani, quod ſcilicet in paritate Votorum illa pars prævalere 27
debeat, ex qua ſtat Decanus, firmavit *Rota dec.* 81. *num.* 20. *part.* 18. *rec.*

V. Quia aſſiſtit huic Parti major ratio, & pietas, &
proindè meritò poteſt dici major pars, & debet prævalere 28
juxtà *Gloſſ.* ſingularem *in cap.* 1. *verb. Rationabiliter de His, quæ fiunt à major. par. Cap.* ibi: *Major etenim pars eſt illa, quæ majori ratione, & pietate nititur*, quem ſequuntur *Menoch. d. conſ.* 96. *n.* 16. *& de Angel. in Opuſcul. de Patron. Suffrag. n.* 20. *poſt Tract. de Impenſ. dotalib.*

VI. Denique, quia excluſo ex his præjudicio Confratrum & admiſſo majori decore, ex ornamento Mozzettæ reſul-
tante, militare videtur pro hac parte maxima æquitas, quæ 29
operatur, ut in Votorum paritate contraria pars dicatur minor, & infirmior, ut docuit *Arcbidiac. in can. Nicenæ* 31. *diſtinct.* & notant *Jacobat. de Concil. lib.* 6. *art* 8. *circa princ. Menoch. conſ.* 96. *n.* 17. *& Rot. cor. Cerr. dec.* 26. *n.* 34.

Imò quod quando minor pars movetur ab æquitate, prævalere debet alteri, etiam in majori numero, determinat in
30 ſpecie *Textus in l. Quod dicitur §. fin. ff. de Impenſ. in reb. dotal. fact.* ibi: *Sed etſi plerique negent, tamen propter æquitatem Marcelli ſententia admittenda eſt*, & advertunt *Calvin. de Æquit. lib. 1. cap. 4. n. 18. Ciroccb. diſcept 28. n. 43. Conciol. alleg. 40. n. 46. & Rot. cor. Dunoz jun. dec. 449. n. 46.*

Abſque eo, quod relevet, Confraternitatem, de qua agitur, ex ſui inſtitutione vocari *delli bianchi*, ſeù *de' Sacchi*
31 *bianchi*; Quia hujuſmodi denominatio non alteratur; Non enim decreta fuit delatio Saccorum nigrorum, vel alterius coloris, ſed ſolius Mozzettæ nigræ, & propterea poterunt benè ſtare ſimul, quod nuncupetur Confraternitas *de' Sacchi bianchi*, quodque deferat ſupra illos ſolitam Mozzettam nigri coloris, more aliarum Confraternitatum, ut patet ad ſenſum.

Minorem animadverſionem meretur panicus timor, qui exadverſo exageratur, amiſſionis ſcilicet antiquarum prærogativarum, & præcedentiæ, ſi fieret dicta ſuperinductio
32 Mozzettæ; Quia illa ceſſat evidenter, ſivè attendatur Jus commune, ſivè Jus ſpeciale Confraternitatum, hoc eſt Conſtitutio 83. Gregor. XIII. de Jure ſiquidem communi prærogativa, ſeu præcedentia debetur antiquiori Confraternitati, qualis eſt noſtra, *Thob. Non. conſ. 1. numer. 32. & 35. & Rota coram Bich. deciſ. 566. num. 1. verſ. Jus enim*, & pluries reſolvit hæc Sac. Congr. teſte *Pignatel. conſult. 86. nu. 1. tom. 4.* De Jure verò ſpeciali, ſeu attenta d. Conſt. Gregor.
33 XIII. eadem præcedentia ſemper debetur noſtrę Confraternitati, quia illa fuit conceſſa intuitu operum piorum, & uſus Saccorum, nulla habita conſideratione de hujuſmodi additamentis, & propterea eo ipſo, quod noſtra Confraternitas continuat in uſu antiquorum Saccorum, ſemper præcedere debet aliis, quamvis illius Confratres deferant Mozzetam
34 juxtà verba §. 3. *d. Conſtit.* ibi: *Inter Confratres verò, inter ſe litigantes, ii, qui priùs Saccis uſi ſunt in Proceſſionibus, tàm publicis, quàm privatis, præcedere debeant*, & advertunt *Panimol. dec. 1. annot. 3. n. 17. Pignatel. d. conſult. 86. num. 1. & ſeqq. tom. 4. & Rot. coram Bich. d. dec. 566. num. 12.*

Quæ ſi procedunt de ſtricta Juris cenſura itaut, illis attentis, à quocumque pedaneo, & inferiori Judice victoriam ſpe-
35 rare liceret, quanto magis habent locum reſpectu hujus Sacr: Congr. quæ cum ſoleat Principis more reſcribere, nec intrà rigoroſos Juris cancellos ſit coarctata, cum illis legibus, ſeù regulis procedere in his materiis ſolet, quæ prudentiales dicuntur, ut ſimilibus diſſentionibus finem imponat, ut teſtatur *Card. de Luc. de Alienat. diſc. 19. num. 9. & in Relat. Rom. Cur. For. diſcurſ. 38. num. 2.*

## In eadem Cauſa.

ADverſus exceptionem ſoliti, exadverſo propoſitam, contra fundatas rationes, ſuprà expenſas, ſat eſſet addu-
36 cere aurea verba *Text. in can. Fruſtr. 7. diſt. 8.* de quo *in Tom. 2. par. 1. diſcept. 7. num. 19.* quibus addo *Senec. de Vita beata*
37 *cap. 1. ante fin.* ibi: *Nihil ergo magis præſtandum eſt, quàm ne, pecorum ritu, ſequamur antecedentium gregem, pergentes, non quo eundum eſt, ſed quo itur.*

Pro majori tamen remotione objecti ſupplicamus obſervare, quod duo ſolita in hac materia concurrunt; Primum
38 eſt generale omnium Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarii Urbis, & Orbis, quæ hàbent uſum Mozzettæ nigræ ſupra Saccum album; Secundum particulare ſolitum eſt noſtræ Confraternitatis, quæ dictam Mozzettam in præteritum non geſtavit.

Ponderando igitur hæc duo ſolita, certum eſt, quod ſecundum invenietur minus habens, quia de directo repugnat,
39 nedum uniformi habitui Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarii, ſed quod plus eſt ipſi erectioni, factæ à Patre Ambroſio Saulio in executionem Brevis S. Pii V. in quo expreſſa habetur mentio Mozzettæ ſub nomine Inſignium, & Signi,
40 juxta illa verba: *Cum eorum Inſigniis &c. & profectu ad Proceſſiones &c. cum Signo eorum, aut dicti Signi delatione &c.* Eo autem ipſo, quod hoc ſolitum opponitur dictæ erectioni, & ſolito univerſali, ſequitur, quod ſit irrationabile, quodque proindè in nulla conſideratione ſit habendum, *Gloſſa in cap.*
41 *Conſuetudinem de Conſuetud. & Panimoll. dec. 1. annot. 2. numer. 12.* ubi, quod in ſolito irrationabili non poſſunt figi pedes, & quod irrationabilitas deducitur ex eo, quod ſit contra bonum commune.

Certiùs, quia per extenſionem d. ſoliti univerſalis, & abolitionis particularis, ſit tranſitus ad uniformitatem Indumentorum omnium aliarum Confraternitatum SS. Roſarii, augetur decor, & ornamentum ipſorum Confratrum, tollitur 42
confuſio de præſenti vigens in Civitate Sueſſarum inter habitus plurium Confraternitatum diverſi Inſtituti, atque inducitur neceſſaria illa diſtinctio in his caſibus ab hac Sac. Cong. practicari ſolita etiam per additionem novi coloris, ut obſervat *Nicol. in Floſcul. Verb. Confraternitas nu. 16.* ibi: *Si duæ* 43
*Confraternitates ejuſdem Loci deferunt eundem Saccum, diſtingui debent, addito aliquo coloris ſigno*, referens ita reſolu- 44
tum ab hac Sac. Congr. *in una Novarien.*

Agnoſcitur exadverſo neceſſitas hujuſmodi diſtinctionis, 45
& pro illa inducenda proponitur ſpecioſa excogitatio, impediendi aliis Confraternitatibus, poſt noſtram erectis, uſum Saccorum alborum, adhoc ut noſtra antiquior ab eiſdem diſtinguatur; Sed inſubſiſtentia hujus objecti ſtatim detegitur ex eo, quod aliæ Confraternitates, Sueſſæ exiſtentes, non poſſunt mutare Saccum de albo in diverſum colorem,
niſi eod. tempore proprium derelinquant Inſtitutum, atten- 46
to quod, hoc inſpecto, non habent uſum Sacci alterius co-
loris, quàm albi; Proindeque hoc eſſet extinguere, non 47
autem diſtinguere eaſdem Confraternitates, & inconveniens non oritur ex uſu Sacci albi, quem neceſſariò geſtare debent
Confratres aliarum Confraternitatum, ſed ex non uſu Moz- 48
zettæ nigræ, quam, ob privatas paſſiones, aliqui ex noſtris Confratribus impugnant.

Præterea ſi poſſumus in hac diſtinctione ſequi morem aliarum Confraternitatum SS. Roſarii, quæ, nedum in ipſa
Urbe, ſed in toto Orbe non per aliud, quàm per d. Mozzet- 49
tam nigram ab aliis Confraternitatibus diſtinguuntur, ad quid in parva Civitate Sueſſæ quærere, & excogitare alia diſtinctiva, omnino impropria, & impracticabilia, aſſiſtente huic Parti regula, quod omnes aliæ Confraternitates Orbis diſtingui inter ſe, & uniformari debent illis Urbis, ut obſervat *Capon. diſcept. for. 276. n. 25.*

Ulteriùs exadverſo propoſita diſtinctio eſt undequaq; impracticabilis, quia oporteret, ut Confratern. de novo ere-
ctę, mutarent Saccum album in viridem, croceum, puni- 50
ceum, vel ſimilis improprii coloris, quo nihil abſurdius, & forſan non invenirentur tot diſſimiles colores, quot adſunt Confratres, geſtantes Saccum album.

Nec contrarium dicunt Doctores, aſſerentes, quod Re-
ligio antiqua impedire poteſt novæ Religioni uſum proprii 51
habitus, quod quantum eſt verum, tantum diſtat à noſtro caſu.

Ex hac autem impracticabilitate diverſi coloris reſpectu Saccorum diverſarum Confraternitatum, inolevit praxis,
quod illarum diſtinctio non à Sacco, ſed a Mozzetta, vel à 52
Caputio, vel aliquo alio addito ut plurimum ſit deſumenda, vel demum ab imagine alicujus Sancti, vel ab aliquo ſigno in pectore Confratrum geſtari ſolito, quando color Sacci, & Mozzettæ eſt uniformis, noſtra autem Confraternitas nullo ex his ſuperadditis indiget ad ſe diſtinguendum ab aliis, ſed
ſola reaſſumptio Mozzettæ nigræ, quod ipſius proprium, & 53
ſpecificum eſt conſtitutivum, faciet illam ab aliis diſtinguere.

Magnificata reſolutio hujus Sacræ Congregationis in *Civitatis Caſtellanæ mutationis habitus*, retorquetur ad hominem potiùs quàm obſtet; In tantum enim ibidem firmatum
fuit non eſſe permittendum mutationem Saccorum de rubeis 54
in albos, quia agebatur de vera, & propria novitate, contra formam Inſtituti; Nos autem ſumus in caſu exequutionis noſtri Inſtituti, & non mutationis, ſed pefectionis noſtri habitus.

Addentes pro faciliori reſolutione, aſſiſtere ulteriùs huic Parti literalem *Conſtit. S. Pii V. in Bullar. novo tom. 2. fa. 86.*
In illa enim Sanctus Pontifex poſtquam præſcripſit Magi- 55
ſtro Generali Ordinis, & Fratri Ambroſio Saulio, noſtro Inſtitutori, modum, & formam, ſervandam in erectione Confraternitatum SS Roſarii, mandavit: *Ut Confratres ad quamvis Proceſſiones accedere &c. cum eorum Inſigniis poſſint &c.* & infrà: *Neque eoſdem Confratres ſuper exercitio piorum operum, & profectu ad Proceſſiones, ſeù inceſſu cum Signo eorum, aut dicti Signi delatione moleſtare &c.* Certum eſt autem
appellatione horum Inſignium, & Signi non venire purum 56
Saccum album, ſed etiam Mozzettam nigram, ut docet praxis omnium Confraternitatum Orbis, & advertit *Pat. Calixtus de Miſſanello in Regul. Conf. Sanctiſſimi Roſarii part. 2. cap. 5. de Offic. Conſaloner. §. Quando ſi ſa, & §. Quando poi folio 26. & 27.*

Ultra quod per additionem Mozzettę nigrę removetur non leve dubium circa Gratias, & Indulgentias, noſtræ Confraternitati conceſſas, quarum indigni ſunt illi Confratres, qui ead. inſignia, ſeù ſignum, hoc eſt eand. Mozzettam nigram non

57 non deferunt, ut proſequitur idem *S. Pius V. d. conſtit.* 86. *§.*
5. *in fin.* ibi: *Nos enim omnes præmiſſis contravenientes, Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, eis conceſſis, privamus, ac dignos effici &c. decernimus*: quæ verba omni ponderatione digna ſunt.

Neceſſariam obſervantiam hujus Conſtitutionis manibus palparunt noſtri Confratres anno Jubilæi 1675. quando juxtà ſolitum aliarum Confraternitatum ad Urbem accedentes ſub nomine Confraternitatis SS. Roſarii, à P. Roccaberti, tunc
58 temporis Magiſtro Generali Ordinis, non fuerunt uti tales recogniti, & recepti, ſed eis injunctum, ut mutarent nomen, vel habitum; Benè verum eſt, quod deindè præcedente promiſſione addendi dictam Mozzettam nigram, illos recepit, ut notorium eſt inter noſtros Confratres.

Meritò autem idem P. Generalis durum ſe præbuit, & retinentem in dicta recognitione, & receptione in Confratres
59 SS. Roſarii, ut ſcilicet ſe oſtenderet verum Exequutorem propriæ Regulæ, in cujus proœmio leguntur illa notabiliſſima verba: *Juſtum eſt, ut qui ſub una Regula &c. vivimus, uniformes in obſervantiis &c. inveniamur, quatenùs unitatem, quæ interiùs eſt ſervanda in cordibus, foveat, & repræſentet uniformitas, exteriùs ſervata &c.* quæ applicari quoq; ad habitum noſtræ Confraternitatis probat idem *P. Miſſanellus in par. 5. Regul. Confr. SS. Roſarii tit. de Exercit. ſacr. Miſſion. cap. 15. §. Seſto, che, & §. ſeqq. fol.* 177.

Nec dicatur, Vota Confratrum non eſſe uniformia in hac additione, ſed æqualiter per medium ſciſſa; Ultrà reſponſiones enim datas ſupra *à num.* 18. dicimus agi in præſenti de
60 exequutione noſtri Inſtituti, & de re, perficiente noſtrum habitum, de diſtinctivo noſtræ Confraternitatis ab aliis, Sueſſæ exiſtentibus, atque de remotione impedimentorum ad lucrandas Indulgentias, quo caſu ex ſe ipſa ſolet injungere Sac. C. ut fiat ſimilis additio teſtibus *Nicol. Floſcul. verb. Confraternitas num.* 16. *& Pignatell. conſult.* 68. *nu.* 2. *tom.* 3. Proindeque etiamſi unus tantùm ex noſtris Confratribus id peteret
61 eſſet exaudiendus; Multò autem magis dùm pro gratia ſupplicat major pars, nedùm ſi habeatur reſpectus ad qualitates præponderantes, conſideratas *ſupra §.* 26. ſed etiamſi habeatur reſpectus ad ſolum numerum Votorum; Quamvis enim in generali Congregatione intimata ad effectum explorandi voluntates Confratrum ex 122. Votis, 61. inventa fuerint
62 pro affirmativa, & totidem pro negativa, addi nihilominùs noſtri debet Votum P. Prioris, quod in his caſibus attendendum eſſe, imò aliis multum præponderare, ſancivit Capitulum generale Fratrum Ordinis Prædicatorum, Venetiis ce-
63 lebratum anno 1592. cujus diſpoſitionem refert, & ſequitur *citatus Miſſanellus ubi proximè cap.* 13. *§. La ſettima fol.* 172. *in fine, &* 173. *in princ.*

Minus repetendum videtur antiquum ſolitum; Cùm enim ex prœmiſſis, dictum ſolitum uti de directo repugnans Inſtituto, & rejectum à dicto Magiſtro generali Ordinis Prædica-
64 torum de anno 1675. appareat undique irrationabile, in nulla conſideratione eſt habendum per *Tex. in cap. fin. de Conſuet.* ibi: *Licet enim longævæ conſuetudinis non ſit levis authoritas &c. non tamen eſt uſque adeo valitura &c. niſi fuerit rationabilis*: ibique *Gloſſ. lit. B.* & priùs *in cap. Conſuetudines de Conſuet. Paſqual. de Sacrif. nov. legis quæſt.* 924. *nume.* 8. *in fine,*
65 *& Vidal. Caſ. conſcient. tit. de Juſt. & Jur. quæſt.* 4. *numer.* 4. *fol. mihi* 110.

Ulteriùs cum quæſtio ſit de indulgentiis lucrandis, & aliis gratiis, conceſſis per diverſos ſummos Pontifices Confraternitatibus SS. Roſarii, quibus indignos, & privatos eſſe vo-
66 luit S. Pius V. illos Confratres, qui contraveniunt propriæ Regulæ in omiſſione delationis ſigni, & inſignium, juxta verba ſuperiùs relata, hujuſmodi ſolitum etiamſi eſſet juridicum, & fundatiſſimum, ad effectum, de quo agitur non eſt attendendum, quia pro conſecutione Indulgentiarum indiſpenſabiliter requiritur poſitio operis injuncti, & nulla cauſa, quantumvis legitima, nullaque conſuetudo, licet rationabilis, ſuffragatur, latè *D. Thom. in Supplem. qu.* 27 *art.* 3. *per*
67 *tot. & Bonac. Oper. moral. tom.* 1. *de Indulg. diſput.* 9. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *propoſ.* 3. *num.* 14. *fol. mihi* 241 *ubi nu.* 29. quod hoc eſt adeo verum, ut etiamſi aliqua minima pars operis injuncti omittatur, nunquam conſequantur Indulgentiæ.

Die Sabb. 18. Aprilis 1693. propoſito in C. R. per Cardin.
68 Nigronum dubio: *An eſſet locus delationi Mozzettæ nigræ ſupra Saccum album*; Reſponſum fuit: *Pro uſu Mozzettæ nigræ, juxta petita.*

# DISCEPTATIO XII.

## Cotronen. Juris Funerandi.

*PRO*

Capitulo Cathedralis Cotroni.

*CUM*

Hæredibus Alvari de Luna, & Aliis.

## ARGUMENTUM.

*Defunctorum Hæredes quando teneantur invitare Capitulum ad funus, & quæ ſumma eidem Capitulo debeatur, tàm pro aſſociatione Defuncti, quàm pro Jure componendi, & Iure Campanæ, necnon pro Culcitra, qua exponitur Defunctus.*

Die 1. Jan. 1707. Alvarus de Luna, regius Gubernator 1
Civitatis Colrroni, improviſo morbo correptus, nulloque condito teſtamento, circà horam 16. ex hac vita migravit, ſtatimque per Civitatem innotuit ejus obitus ex uſitato ſonitu Campanæ: Quia verò Capitulum Cotroni, ultra
Canonicos, compoſitum etiam ex omnibus Parochis d. Ci- 2
vitatis, qui ſunt numero quinque, quivè Sacramenta miniſtrant eorum Parochianis in Eccleſia Cathedrali, reperitur in immemorabili poſſeſſione aſſociandi cadavera illorum Defunctorum, qui in eadem Civitate decedunt, illiſque funera peragendi, mediante ſumma, amicabiliter determinanda in-
ter ejus Procuratorem, & Defunctorum hæredes, hinc Mir- 3
tillus Barricellis, qui aſſumpſerat curam funeris ejuſdem Alvari Gubernatoris, cœpit de illa tractare cum Canon. Petro Paulo Ventura, Procuratore ejuſdem Capituli, tunc tem-
poris in capitulari Aula exiſtente, ſed nulla capi potuit reſolu- 4
rio ob acceſſum Fabritii Luciferi, qui imminentem concluſionem impedivit; Delataque proinde Cauſa ad C. C. in ea fuerunt propoſita plura dubia.

I. Nempè: *An Hæredes Defunctorum teneantur invitare Capitulum in Exequiis.*

Dubium hoc duplicem poteſt habere ſenſum. I. eſt: An
Hæredes illorum Defunctorum, pro quibus ſemel, vel bis 5
tantùm pulſantur Campanæ, ſeu quod idem eſt, illorum Defunctorum, qui non excedunt ſeptimum ætatis annum, teneantur invitare Capitulum in Exequiis, & nullatenus in-
ſiſtimus in illius affirmativa reſolutione, juxtà quem ſenſum, 6
vel in aliis diverſis facti circumſtantiis, intelligendæ ſunt Atteſtationes, de facili in contrarium adducendæ, nec non interpretandæ ſunt authoritates omnes, & reſolutiones hu-
jus S. C. II. ſenſus noſtri dubii eſt, An Hæredes illorum De- 7
functorum, qui excedunt ſeptimum annum ætatis, & pro quibus Campanæ tèr, vel majoribus vicibus pulſantur, teneantur invitare Capitulum in Exequiis, & in hoc ſenſu ſupplicamus reſponderi affirmativè.

Militat enim ipſius favore Juris communis diſpoſitio, de 8
qua in *Cap.* 1. *de Sepult. & in clem. Dudum §. Verùm eod. titulo in* 6. in quibus ad rem advertitur, id fundari in Jure Divino, quo attento, habemus, debere eſſe ſocios conſolationis, ſeu participes oblationum Defunctorum, illos, qui fuerunt ſocii paſſionis, Sacramenta eis in vita miniſtrando.

Cum qua Juris communis diſpoſitione favore noſtri Capi-
tuli jungitur laudabilis conſuetudo, in facto concludenter 9
probata.

Quæ ſi in omnibus materiis uti lex ſervanda eſt, juxta no-
toria principia; Multò magis in noſtris terminis, in quibus 10
totum facit, juxtà *Text. in capit. Abolendæ de Sepult.* per extenſum relatum ibidem *à Gonzal.* his verbis *Injungens Laicis, ut laudabilem conſuetudinem ergà Dei Eccleſiam, pia devotione Fidelium introductam, obſervent, ne fermento hæreticæ pravitatis illam corrumpere videantur, ſub prætextu eccleſiaſticæ puritatis, & in cap. Ad Apoſtolicam de Simon.* ibi: *Et pias conſuetudines præcipimus obſervari &c. compeſcantur, qui malitiosè nituntur laudabilem conſuetudinem immutare*, ibique *Abb.* his
verbis; *Contrarium præcipit hìc Papa, quod ſcilicet honeſtas* 11
*conſuetudinis omninò obſervetur,* & notant *Thomaſin. in Veter. & nov. Eccleſ. diſcipl. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 67 *nu.* 6. *& cap.* 68. *per tot. Coſt. de Rat. rat. q.* 14. *n.* 3. *Larr. de Anniv. & Capel. lib.* 1. *cap.* 27.

*cap. 27. num 17. Grat. diſcept.* 110. *num.* 10 *& dec. March.* 26. *n.* 14 *&* 15. *Paſſer. de Stat. homin. q.* 187. *art.* 4. *n.* 498. *&* 503. *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 27. *Anton. de Reg. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 55. *& Rot. dec.* 3. *n.* 3. *apud eund. de Jur. Cleric. & dec.* 376 *n.* 2. *p.* 1 *rec. & dec.* 207. *n.* 26. *p.* 7. *& in dec.* 22. *à n.* 2. *apud Monacell. in Formul. tom.* 2. Certiùs quia eadem conſue-
12 tudo recognita, & approbata fuit in Viſitatione anni 1699. ut *videbimus infra num.* 23.

Nec dicatur, prædicta procedere reſpectu ſolius Parochi, non autem favore totius Capituli. Ut enim ſupra opportunè
13 præmiſimus, in noſtra Civitate Parochi faciunt unum corpus cum Capitulo, & Sacramenta miniſtrantur Parochianis ab ipſamet Cathedrali, ſicque Jus Parochiale repreſentatur à toto Capitulo, quo caſu omnes Capitulares invitari, & intervenire debent ad funus, ut obſervat *Card. de Luc. de Paroch. diſc.* 28. *nu.* 7. ibi: *Primi enim repræſentant Parochum,*
14 *cui de Jure competit Jus interveniendi in funeribus, hinc indè coactivum, & ex neceſſitate reciproca, ſeu activa, & paſſiva, quod ſcilicet ipſe tenetur, quamvis invitus, intervenire, & è converſo Parochiani tenentur, quamvis inviti, eum vocare, & num.* 9. ibi: *Cum ſpectetur ipſum Collegium, tanquam conſtitutivum, ſeu repræſentativum perſonæ Parochi, & n.* 12. ibi: *Eorum interventus eſt voluntarius, non autem neceſſarius, ſicuti eſt ille Collegii Hebdomarior. utpotè repræſentantis Parochum,* & firmavit *Rot. deciſ.* 448. *num.* 4. *par.* 13. *rec.*

Dub. II. *An, & quæ ſumma debeatur Sacerdotibus, & Capitularibus invitatis.*

Dubium hoc nulla alia ægere videtur reſponſione, quàm *Serventur diſpoſita in Ritual. Roman.* in quo titulo *de Exequiis*
15 *verſ. Caveant* eadem ſumma determinatur in ea quantitate, quæ approbata eſt à conſuetudine, vel præſcripta à Locorum Ordinariis ibi: *Iis eleemoſynis contenti ſint, quæ, aut probata conſuetudine dari ſolent, aut Ordinarius conſtituerit,* & advertunt adducti per *Pignatel. conſult.* 204. *numer.* 25. *& conſult.* 225. *numer.* 20. *tom.* 4. *& conſult.* 88. *numer.* 10. *tom.* 5 *& conſult.* 150. *num.* 15. *&* 16. *tom.* 8. *Rot. dec.* 448. *numer.* 1. *par.* 13. *rec.*

Concordant in hac parte diſpoſita per *Div. Carol. in Actis*
16 *Mediol. Eccleſ. part.* 4. *Inſtruct. tit. de Cæreis, & Eleemoſyn. § Exequiarum* ibi: *Quæ, aut conſuetudine approbata, aut Archiepiſcopi authoritate probata fuerint.*

Dub. III. *An, & quæ ſumma debeatur Capitulo ex titulo prætenſi Juris componendi, tàm pro iis, qui moriuntur cum Sacramentis, quàm pro iis, qui obeunt repentina morte.*

Duas habet partes præſens dubium; I. An ſumma aliqua
17 debeatur Capitulo ex titulo Juris componendi. II. verò, in quo conſiſtat hæc ſumma.

Incipiendo autem à prima, pro illius affirmativa reſolutio-
18 ne urgere videtur immemorabilis conſuetudo, vigens favore ejuſdem Capituli pro eodem Jure componendi, de qua teſtis, omni exceptione major, eſt Epiſcopus in ejus Relatione. Et concordant omnes ferè Nobiles noſtræ Civitatis in authentica atteſtatione, in Secretaria exhibita. Eademque veritas comprobatur ulterius ex partitis, exhibitis in eadem Secretaria, nec non in aliis, quæ de facili poſſent
19 cumulari. Vigore enim ejuſdem immemorabilis conſuetudinis allegare poſſumus ſolemnem Partium conventionem, Apoſtolica authoritate roboratam, omnemque alium meliorem titulum de Mundo, juxtà notam efficaciam, & vigorem ejuſdem immemorabilis conſuetudinis, de qua *ſupra diſcept.* 10. *num.* 19.

Et in debilioribus terminis conſuetudinis minoris temporis,
20 ac ſit immemorabilis, ſolvendi funeris occaſione aliquam ſummam determinatam, quod talis conſuetudo omninò ſervari debeat, ſi non jure actionis, ſaltem offitio Judicis, ſequendo diſpoſitionem plurium *Textuum*, notant *Caſtr. conſil.* 363. *ſub num.* 2. *& conſ.* 401. *num.* 4. *tom.* 2. *Roman. conſ.* 434. *num.* 1. *&* 2. *& ſingul.* 433. *per tot. Gratian. diſcept.* 210 *à n.* 33. *Lavor. var. lucubr. tit.* 2. *cap.* 10. *n.* 22. *&* 23 *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 27. *Larr. de Anniverſ. & Capell. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. *Antonel. de Reg. Eccl. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 55. *& Rot. dec.* 22. *à n* 14. *apud Monacell. in Formul. tom.* 4.

Ea ratione, adducta à præfatis Doctoribus, & Rota, quod talis conſuetudo tendit in augumentum divini cultus, nec non in decentem, & congruam Miniſtrorum Eccleſiæ ſub-
21 ſtentationem, quod in caſu noſtro ſuperlativè verificatur, dum eadem ſumma Maſſæ capitulari accedit, & loco quotidianarum diſtributionum ſubrogatur, attento quod in noſtra Eccleſia Præbendæ nimis tenues ſunt, & nullæ aliæ repe-riuntur quotidianæ diſtributiones, ut teſtatur Epiſcopus. In quibus circumſtantiis omnis favorabilis capienda eſt interpre-
22 tatio pro obſervantia talis piæ, & laudabilis conſuetudinis, juxtà mentem *D. Thomæ* 2 2. *qu.* 100. *art.* 2. *in corp. & ad* 4. *& artic.* 3. *in corp. & ad* 2. quem ſequit; *Rot. d. dec.* 22. *n.* 17. *apud Monacell. in Formul. tom.* 4.

Quibus accedit, quod eadem conſuetudo ſolemniter recognita, approbata, & canonizata fuit in Viſitatione anni 1699. quæ in magna conſideratione ad noſtrum effectum haberi debet *Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 90. *num.* 12. *& in Miſcel. Eccleſ. diſc.* 7. *nu.* 16. *& Rot. dec.* 685. *num.* 9. *coram Cerr. & dec.* 460. *nu.* 10. *par.* 18. *rec.* Et quod magis eſt, admiſſa etiam
fuit exadverſo pro ejuſdem executione exhibendo ducatos 50. 23
*per l'elemoſina dell'aſſociazione, che detto Capitolo doveva fare al cadavere del q. D. Alvaro de Luna,* juxtà præciſa verba at-
teſtationis Notarii Franciſci Antonii Tirioli, qua meliorem 24
probationem adducere non poſſumus, juxtà *Text. in vulg. leg. cum precum Cod. de Liberal. cauſ.* cum aliis apud *Rot. deciſ.* 7. *num.* 4. *cor. Priol.*

Et ulteriùs eadem conſuetudo viget etiam in aliis Civitatibus, & Diœceſibus catholici Orbis, ut obſervant *Pellizz. in Man. Regul. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 4. *ſub n.* 162. *Franc. de*
*Eccl. Cath. cap.* 17. *nu.* 204. *Liber. in Lib.* cui titulus *Il Maeſtro* 25
*di Caſa lib.* 3. *cap.* 17. *fol.* 267. *& ſeqq Lavor. var. lucubr. lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 17. *n.* 23. *Paſſerin. de Stat. Homin. qu.* 187. *art.* 4. *ſub n.* 498. *Bonac. de Contr. diſp.* 3. *punct.* 6. *n.* 6. *§. Idem dicendum, Panimol. dec.* 5. *adnot.* 4 *num.* 27. *& Pignatel conſult.* 211 *à n.* 5. *tom.* 4. ubi per extenſum regiſtrat Sententiam trium Cardinalium, favore Parochorum Urbis latam Partibus acerri-
mè informantibus, in qua adſunt ſequentia verba, fraterni- 26
zantia cum noſtro Jure componendi, ibi: *Aut alterius ſummæ concordatæ, ſeu concordandæ.*

Et de conſuetudine dandi Parocho meliorem ſuppellectilem Defuncti, vel aliquod vas argenteum, ſeu aliam rem mobilem pretioſam, quam ipſe Parochus elegerit, vigente
in Regno Portugalliæ, teſtes ſunt *Covar. var. reſolut. lib.* 1. 27
*cap.* 17. *num.* 3. *Guttier. Canon. qu. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 160 ubi, quod illa viget etiam in Epiſcopatibus Placentino, & Civitatenſi, *& Barboſ. de Paroch. par.* 3. *cap* 24. *n.* 232.

Et de conſuetudine dandi mobilium, vel immobilium portionem Parocho, idem *Covar. ubi proximè ſub numer.* 3. *verſ.*
*Sic ſanè, & Caſſador. deciſ.* 1. *per tot. de Conſuet.* ubi de con- 28
ſuetudine Britanniæ dandi Parocho tertiam partem mobilium Defuncti.

Nec credimus exadverſo faciendam eſſe vim in verbis, inſiſtendo ſuper ſignificatione, & criticando verbum illud *compoſitionis,* atque exagerando cum illis Authoribus, quos de-
clarat *Rot. in dict. deciſ.* 22. *à num.* 11. *apud Monacell. in For-* 29
*mul. to.* 4. quod aliàs venales dicerentur Presbyteri, quodque de humanis viderentur mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaveribus ſtuderent quolibet modo commodum reportare. Ami-
cabilis enim compoſitio, ſuper qua ſolùm inſiſtimus, non 30
ſolùm improbata non eſt à Sanctis Patribus, ſed ab eiſdem pluribus in locis expreſsè admiſſa, ut videre eſt in locis, in eadem *dec. citatis à num* 13.

Et attento Jure canonico, in noſtris individualibus terminis literaliter approbata legitur *in capit. Ex parte* 5. *de Sepult.*
ibi: *Exindè pacificè, & amicabiliter cum illis conveniat,* ubi 31
*Gonzal. num.* 5. ibi: *Licet in rebus ſpiritualibus, aut illis annexis, non admittatur pactio, non relicitur tamen amicabilis compoſitio;* Quæ in effectu, nedum in omnibus ferè Civitatibus Regni Neapolitani, licet ſub diverſo nomine, & cum aliquali diſcrimine, in uſu eſt; Sed in ipſamet Regni Capitali viget longè durior conſuetudo, non favore Parochi, ut in noſtro caſu, ſed favore totius Capituli Metropolitanæ Eccle-
ſiæ, exigendi ducat. 18. cum dimidio alterius, ab omnibus 32
iis, qui non electa ſepultura decedunt, tam in ipſa Civitate, quam in tota ejus Diœceſi, ſivè divites ſint, ſivè pauperes, & ſivè nobiles, ſivè ignobiles, nulla habita ratione facultatum, & qualitatum Defunctorum, ſed ſolius fixæ, & determinatæ ſummæ dd. ducatorum 18. cum dimidio; Specificè approbata per *Synodos Diœceſanas Cardin. Philomarini anni* 1644. *tit. de Sepultur. decr.* 2 *Card. Caracciol. in prima Syno-*
*do eod. tit. n.* 3 *& in ſecunda anni* 1672. *ead. par. tit. de Sepult.* 33
*n.* 3. *& Card. Cantelm. in Synodo anni* 1694. *par.* 3. *capit.* 8. *de Funer. exequ & ſepult. n.* 19. ibi: *Jura, quæ competunt Capitulo, & Canonicis noſtræ Cathedralis in caſibus non ſactæ electionis ſepulturæ, juxtà vetuſtam, & immemorabilem conſuetudinem, in præcedentibus Synodis memoratam, ſalva ſemper extare volumus.* Et de illa mentionem faciunt, & ſervandam eſſe aſſerunt *de Afflict. in capit.* 1. *verb. Mulctarum numer.* 7. *in Uſibus feudorum Chioccarell. de Archiepiſcop. Neapolitan. folio mihi* 260. *&* 261. *& Franciſc. de Magiſtr. de Stat. Eccleſ. Neapolit. libr.* 1. *ſection.* 2. *de Magnific. & ſplendor. Neapolit. Civitat. reſpectivè ad Magnific. circa Templa, & Lo-*

*ca*

ca Pia num. 5. folio mihi 269. A quibus particularibus legibus,
34 & ſanctionibus aliarum Diœceſum, & Civitatum, robora-
tur immemorabilis conſuetudo, vigens in noſtra Civitate per
ea, quæ notant Jaſ. in leg. De quibus nu. 6. ff. de Legib. Add.
ad Rovit. in pragm. 2. de Ceſſion. bonor. verſ. Licet verò Prat.
reſponſ. crim. 46. à num. 53. Card. de Luc. de Servit. diſc. 2. nu.
19. & Rot. dec. 357. à num. 49. par. 11. rec.
Omnia hæc mirabiliter, & ad evidentiam uſque compro-
bantur ex communiter recepta concluſione, quod funerale
35 non factum, ſivè ob hæredum negligentiam, ſivè ob Teſta-
toris præceptum, etiamſi id ab humilitate procedat, puta,
quia velit habitu religioſo in Eccleſia exponi, vel quovis alio
modo humilitatem, & modeſtiam involvente, integrum,
& totum debeatur Eccleſiæ Parochiali, habita ratione ad
qualitatem, & facultates Defuncti, nec non ad Locorum
conſuetudines, ut magiſtraliter, & articulo funditus diſcuſ-
36 ſo, firmavit Rota, loquens de funerali non facto R. P. D.
Ritæ in Romana Funeralium 24. Aprilis 1690: coram Cardin.
Caprar. & in dict. dec. 22. per totam apud. Monacell. in Formu-
lar. tom. 4. loquen. de funerali non facto Principis Flavii Urſi-
ni, quæ huic Sac. Congreg. commiſſa fuerat per Innoc. XII.
exquiſito Voto Rotæ, ut legitur in princ. ejuſdem deciſ. cui
Partes acquieverunt.
Igitur multo magis, & inhærendo eiſdem principiis, la-
tiſſimè expenſis in dictis deciſionibus dicendum eſt, cogi poſ-
ſe hæredes Defunctorum ad faciendum idem funerale, cum
37 illa pompa, & expenſis, quæ congruæ reputantur, atten-
tis dictis qualitatibus Defunctorum, quod ſolùm, & unicè
importat in noſtro caſu Jus componendi, ſeu faciendi dictas
Exequias, ab immemorabili competens Capitulo, ad quem
effectum ſufficere videtur ſola naturalis ratio, quæ militat in
utroque caſu, per ea, quæ notat Cardin. Pallavic. in Hiſtor.
Concil. Trident. lib. 3. capit. 13. numer. 8. dum in noſtris ter-
38 minis nulla allegari valet ſolida differentiæ ratio, quare hæ-
redes Defuncti de Jure obligati ſint, & cogi poſſint ad ſol-
vendum Parocho integraliter ſummam illam, quæ impenſa
fuiſſet in funere, nullatenus facto, quare iidem hæredes co-
gi non poſſint ad faciendum idem funus, non ſupra vires, &
qualitates patrimonii, & bonorum Defuncti, ſed ad illorum
præciſos terminos, mediante amicabili compoſitione, quo-
modocumque iſta vocetur, vel nuncupetur, & quidem, tam
in ſuffragium eorundem Animarum, ſolatiumque vivorum,
quàm ad ſignificandum, animas à corpore ſeparatas vivere,
39 immortalitatis dono gaudere, Defunctos obiiſſe in fide, &
reſurrectionem, ac fruitionem æternæ gloriæ expectare, ut
ſequendo D. Auguſt. in Libr. de Agend. cur. pro mort. notant
Caſſan. in Cathal. glor. Mund. part. 2. conſider. 5. Beyerlick. in
Theatr. Vit. human. verb. Sepultura eccleſiaſtica, Franc. de
Eccleſ. Cath. cap. 17. nu. 117. & ſeqq. & Amoſtaz. de Cauſ. piis
lib. 6. cap. 1. à num. 1. uſque ad num. 27.
Supplicantes hic obſervare, quod admittitur etiam in dua-
bus contrariis Atteſtationibus, in Secretaria exhibitis, quia
reverà innegabile eſt, quod Cadavera de' Poveri ſono ſtati aſ-
ſociati gratìs à noſtro Capitulo, omnem in hac parte adhi-
40 bendo cautelam, & moderationem, itaut Epiſcopus non du-
bitaverit huic S. C. illuſtre reddere teſtimonium hujus verita-
tis, aſſerendo, quod per 17. annos Regiminis mei nullum ha-
ctenus indè ſequutum eſt inconveniens.
Poſito ex his, quod aliqua ſumma debeatur in noſtro caſu,
ad tenorem dict. immemorabilis conſuetudinis, admittentis
41 hujuſmodi jus componendi, juxtà primam partem dubii;
Deveniendo modò ad ſecundam, quæ ſcilicet, & quanta eſ-
ſe debeat hujuſmodi ſumma, impoſſibile eſt illam in abſtra-
cto determinare pro ſingulis futuris caſibus, unde ſupplica-
mus reſcribi Affirmativè quoad primam partem, quo verò ad
42 ſecundam dabitur reſolutio in caſibus particularibus, juxtà
laudabilem praxim hujus Sac. Congr. de qua in Tom. 1 par. 2.
diſcept. 2. num. 24. & alibi quotidiè.
Impoſſibilitas autem deveniendi ad reſolutionem ſecundæ
43 partis dicti dubii in eo reſidet, quod funeris impenſæ, &
conſequenter Jus Capituli pro amicabili compoſitione, regu-
lari debet à qualitatibus Defunctorum, illorumque divitiis,
& facultatibus, ut ſequendo Text. in leg. Si quis §. Sumptus,
& leg. Ac ſi quis §. Æquum autem ff. de Relig. & ſumpt. funer.
uno ore affirmant ibidem Repetentes, & ſignanter Florian. à
Sancto Petro, Molin. de Juſt. & Jur. tract. 2. diſput. 225. num.
1. Coſta de Ration. rat. quæſt 144. num. 10. & 11. Joſeph Lu-
dovic. dec. Peruſ. 78. num. 15 Lavor. var. lucubr. tit. 2. capit.
19. num. 75. Samuel de Sepult. tract. 1. contr. 15. concluſ. 7. nu.
10. fol. 300. Pignatell. conſult 88. num. 7. tom. 6. & conſult. 150.
n. 12. tom. 8. ubi refert ita pluriès judicatum, & conſul. 145. n.
14. tom. 2. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. fol. 220. nu. 6. & Rot.
dec. 2. num. 15. apud Antonel. de Jur. Cleric. & in d. deciſ. 22. à
num. 9. tom. 4. Et in effectu ita ſemper practicatum fuit in no- 44
ſtra Civitate, ut recognoſci poteſt ex Scripturis, in Secre-
taria exhibitis.
Imò, quod funeris impenſæ regulari debeant à voluntate
Hæredum, itaut ſi ex. gr. Hæres mercatoris velit exequias
Defuncto, nobilium more, peragere, in hoc caſu illæ regu- 45
landæ ſint à qualitate nobilium, non autem à ſolito mercato-
rum, notabiliter obſervat Aymon. Cortus in Epitom. Decret.
Concil. Mediolanen. verb. Exequiarum taxa nu. 16. ibi Si Mer-
cator morem Nobilium ſequatur, ead. fiant, quæ pro Nobilibus.
Circà verò hujuſmodi qualitates Defunctorum, & volun-
tates Hæredum, uno, vel alio modo faciendi funeris im- 46
penſas, dari non poteſt certa, & determinata regula in ab-
ſtracto, & propterea neque etiam dari poterit ſpecialis de-
terminatio, antequam particulares caſus eveniant, & in du-
bium revocentur.
Dubium IV. An, & quæ ſumma debeatur ex Jure cam-
panæ.
Quod expenſę pulſationis campanæ numerentur inter alias
expenſas funerales, non poteſt in dubium revocari, & inter 47
illas reponuntur à Cortiad. dec. 160. nu. 13. Hodiern. ad Surd.
dec. 112. num. 9. Gam. dec. Luſit. 308. num. 12. & Zaul. ad Stat.
Favent. tom. 2. fol. 320. num 7. Pulſantur autem, ut Populus 48
moveatur ad fundendas pias pro defuncto preces, ut obſervat
Samuel. de Sepult. contr. 7. concluſ. 1. fol 387.
Et propterea nulla videtur ſupereſſe difficultas, quod ali-
qua ſumma debeatur pro tali campanarum pulſatione, juxtà 49
primam partem dicti dubii, & juxtà animadverſa per Ga-
vant. in Manual. Epiſc. verb. Exequiæ n. 38.
Quia verò conſuetudo pulſandi eaſdem campanas pluri-
bus, vel minoribus ictibus, vel vicibus, in funeribus, nul- 50
latenus determinata eſt, ſed in omnibus catholicis Civitati-
bus diverſimodè practicatur, & permitti debet, ut notant
Ventrigl. in Prax. tit. de Funer. & Exequ. adnotat. 31. §. unic.
num. 32. & Lavor. var. lucubr. lib. 2. cap. 3. numer. 80. & ſeqq.
Et pro Urbe relinquitur Hæredum arbitrio in noviſſima
Compilatione Statutorum cap. 6. §. 30. in addit. lit. I. Hinc
ſequitur, quod ſumma, quæ in controverſiam deducta fuit
in ſecunda parte hujus dubii, regulari debeat à majori, vel 51
minori labore in campanarum pulſatione, ut in ſpecie, ad
hanc circumſtantiam majoris laboris in pulſatione campana-
rum deſcendendo, legitur determinatum in d. Statuto Cleri
Urbis, ubi proximè.
Quibus ulterius accedit, quod Jus campanæ competit The-
ſaurario noſtræ Eccleſiæ ratione Præbendæ, annexæ Digni-
tati Theſauriatus, ut teſtatur Epiſcopus in Relatione. Et cui
nulla adeſt memoria, quod unquam denegatum fuerit, & 52
proindè reſpectu etiam hujus Juris campanæ militant omnia
ea, quæ ſuprà adduximus circà conſuetudinem Juris compo-
nendi, fruſtrà hic repetenda.
Dubium V. An retineri poſſit ſerica Culcitra, cum qua tran-
ſportatur cadaver, ſeu ſit locus reſtitutioni.
Affirmativa reſolutio quoad primam partem hujus dubii,
& negativa quoad ſecundam, ſolidè deducitur ex eo, quod 53
Culcitra comprehenditur nomine funeralium, atque debetur
illi Eccleſiæ, in qua exponitur defunctus, ut in terminis do-
cent Oldrad. conſ. 211. num 7. Petr. de Ubald. de Canon. port.
cap. 4. num 10. Laurent. Cutelt. apud Jacob. Mancin. in Prax.
Viſit. Infirm. tractat. de Quart. Funer pag. mihi 771. Samuel.
de Sepult tract. 1. controv. 10 concluſ. 7. num. 16. fol. 121. Paſ-
ſer. de Stat. homin. q. 187. art. 4. n. 491. tom. 2. Antonel. de Re-
gim. Eccl. lib. 1. cap. 13. n. 4. Pignatell. conſult. 211. num. 9. tom.
4. Barboſ. de Paroch. cap. 25. n. 44. Lavor. var. lucubr. tit. 2. cap.
3. n. 194. & 203. & cap. 17. n. 20. & 25. Panimol. dec. 4. adnot.
2. nu. 29. Et concordant diſpoſita per D. Carolum in Actis Ec-
cleſ. Mediol. par. 1. Concil. Provinc. tit. de Funer. & Exequ. fol. 54
35. ibi: Si verò nobiles homines, auro, vel ſerico, vel omni-
nò pretioſo pallio uti voluerint, pecunia ſua facien. curent, &
illi Eccleſiæ illicò poſt funus acquiſitum ſit, & in ejus ornamenta
convertatur, & part. 4. Inſtruct. de Funer. ducendo fol. 56. §.
Si verò propinqui, ibi: Quod ſi aureum, vel ſericum, aut omninò 55
pretioſum fuerit, ad hujuſmodi uſum nullo modo impoſterum
adhibeatur, ſed in ejuſdem Eccleſiæ ornamentum cedat. Idem 56
reſolutum fuit in Synodo Diœceſana Card. Cantelmi pro Diœ-
ceſi Neapolitana ſub titul. de Funer. Exequ. & Sepult. cap. nu.
2. ubi approbatur Taxa, regiſtrata in fine Synodi folio 246.
quæ ità cantat: Quando ſarà portato a ſepellire alcun morto
con la Coltra nuova di ſotto, e quella gli Eredi non la voleſſero
laſciare alla Chieſa, come ſarebbe di ragione, in tal caſo li Ret-
tori, o Parochi, o altri, a chi ſpetta, non eccedano il prezzo di du-
cati ſei per detta entratura di Coltra.

Et in longè durioribus terminis, quod ſi, loco Culcitræ
ſericæ, deferatur Defunctus involutus panno aureo, adhuc
57 iſte debeatur Eccleſiæ tumulanti, advertit idem *Oldr. conſil.*
*211. n. 7.* ibi: *Et quod panni ſerici veniant, dubium non vide-*
*tur &c. parva enim res, vel magna in Jure diſcretionem non fa-*
*cit, ſi ergo mutato more, hodiè pannus aureus deferatur, de-*
*bet funeralibus adnumerari.* Et de ſimili aureo ornamento,
58 quo antiquis temporibus corpora Defunctorum obtegeban-
tur, quod illud debitum erat Eccleſiæ ſepelienti, ſuis etiam
temporibus obſervavit *Divus Hieron. lib. 1. epiſt. 35.* relatus à
*Durant. de Rit. Eccleſ. libr. 1. cap. 23.* & notant ulterius *Mart.*
*de Juriſ. part. 4. cauſ. 54 nu. 5 & Amoſtazz. de Cauſ. piis lib.*
*6. cap. 4. num. 36.* ubi de Culcitris ſericis, & auro conteſtis,
59 quibus Neapoli aſſociantur cadavera Nobilium, & quæ po-
ſteà deſerviunt pro ornamentis illarum Eccleſiarum, ubi ſe-
pulti fuerunt.

Et in terminis longè fortioribus, quod Eccleſiæ ſepelienti,
nedùm debeantur ſimilia ornamenta ſericea, ſivè ſint pretio-
60 ſa, ſivè auro contexta, ſed etiam quod eis debeantur Sten-
dardi, & Equi bardati, quamvis magni valoris, quibus aſ-
ſociari ſolent Equites, & ſtrenui Milites, ex doctrina *Bald.*
*in leg. 1. §. Sed, & qui Cod. de Latin. libert. tollen.* obſervant
*Jul. Ferret. in tractat. variet. int. Jus Civile, & Longobard.*
*Rub. de Sepult. violat. num. 3. & Raynald. Obſerv. crimin. tom.*
*3. cap. 32. §. 4. & 5. num. 103.* Ad probandum autem, quod
Culcitra non debeatur Capitulo, adducta fuit Atteſtatio Ca-
61 nonici Comi, quæ ad hominem retorquetur, eo quia de man-
dato Vicarii generalis fuit eidem Canonico injunctum, ut
faceret fidem veritatis, non ſolùm ſuper conſuetudine favore
Capituli exigendi ducat. 18. 35. prò illis, qui decedunt in ea-
dem Civitate, vel Diœceſi, non electa Sepultura, ſed
etiam: *Così per la diſpoſizione ad pias cauſas, come per l' aſ-*
62 *ſociazione, ne mai ſi ritiene la Coltra ſerica, come è ſortito nel-*
*la morte di detto q. D. Alvaro, che però ſupplica V. S. Illuſtriſs.*
*ordinare al Cellerario, ò altro, a chi ſpetta, che di tutto ciò fac-*
*cia fede della verità.*

Videamus igitur, quam fidem fecerit idem Canonicus Cel-
lerarius ſequentibus verbis: *Per obbedire al ſudetto ordine ſi*
*fà fede da me ſottoſcr. Canonico Cellerario &c. come nell' occa-*
63 *ſione che qualcheduno moriſſe ſenza elezzione di ſepoltura, in*
*tal caſo il dritto, overo Jus, che eſigge detta noſtra Baſilica,*
*non è più, che ducati 18. 35. & in fede &c.* Cum igitur nullam
in hac fide mentionem fecerit, neque negativæ diſpoſitionis
ad pias cauſas, neque dimiſſionis, ſeu reſtitutionis Culcitræ
Hæredibus defuncti, dicitur manifeſtè aſſeruiſſe contrarium;
64 *Interrogatus enim de duobus, & ad unum reſpondens affir-*
*mativè, ad aliud videtur negativè reſpondere, & è contrà,*
ſunt verba *Bart. in leg. 65. Et ſi ſine §. Sed quod Papinianus*
*numer. 1. ff. de Minoribus* & concordat ibid. *Bald. verſ. Quan-*
*do quis de duobus*, ubi quod hoc eſt multum notandum, &
*Rot. cor. Coccin. dec. 2251. num. 17.* In qua parte nobilem habe-
65 mus ſacræ Scripturæ locum, idem comprobantem, *Joann.*
8. 48. ibi: *Reſponderunt &c. & dixerunt ei, nonnè benè dici-*
*mus nos, quià Samaritanus es tu, & Demonium habes? Reſ-*
*pondit Jeſus, Ego Demonium non habeo*, ubi communiter
obſervant ſacri Interpretes, nullatenus negaſſe, Samaritanum
eſſe, & concordat *D. Greg. hom. 18. in Evang.* ibi: *Duo quip-*
*pè ei allata fuerunt, unum negavit, aliud tacendo conſentit.*
Pro cauſarum autem deciſione congruè allegari poſſe ſacram
Scripturam notant *Barbat. in c. Quæſitum n. 45. de Offic. deleg.*
66 cum aliis, allegatis *in Inſtit. crim. lib. 4. tit. 8. à n 19.*

Reſpicit ſextum dub. validitatem Cenſurarum, publicata-
rum contra d. Depoſitarium, quæ cum latæ fuerint, ſer. de
Jure ſer. aſſignatoque eidem termino, qui congruus exiſtima-
67 tus fuit in circumſtantiis noſtri caſus de nullitate nullatenus
valent redargui juxtà animadverſa communiter per *Repeten-*
*tes in capit. Sacro de Sentent. Excommun.* cum aliis apud *Co-*
*varr. in cap. Alma Mater part. 7. §. 9. num. 5 de Sent. Excom.*
*in 6. Bellet. diſquiſit. Cleric. tit. de Favor. Cleric. Can. §. 4. à*
*numer.* 19.

Et in præciſis terminis excommunicationis, latæ pro debi-
to pecuniario in illis Ditionibus, & Regnis, in quibus de fa-
68 cto non permittitur Epiſcopis uſus, ſeu exercitium gladii
temporalis: *Card. de Luc. ad Concil. diſc 43. num. 15.* ibi:
*In illis autem Ditionibus, vel Regionibus, in quibus de facto*
*non permittitur Epiſcopis, aliiſque Prælatis, & Officialibus*
*eccleſiaſticis, exercitium gladii temporalis &c. ſunt excuſabi-*
*les, cum aliud non ſuppetat remedium, atque Laici debent po-*
*tius de ſe ipſis ſcandalum concipere, quod non permittant id,*
*quod ſacri Canones concedunt:* Cui claſſico Authori, noſtræ
69 ætatis facultatis legalis ornamento, atq; Juris noſtri Illuſtra-
tori, qualem ipſum appellat: *Rota in Callien. 7 Junii 1709.*
§. *Etenim coram Aldrovan*, omnis in hac parte præſtanda eſt
fides, ob munera Vicarii generalis, & capitularis, ab ipſo
in illis Regionibus laudabiliter exercita, antè acceſſum ad
Urbem, ut refert in *diſc. 30. de Juriſd. num. 9 in princip. &*
*diſc. 17. de Canon. numer. 6.* Supplicantes obſervare, quod in
noſtris terminis, non ſolùm agebatur cum ſimplici Laico, ſed
cum regio Gubernatore, de quo verificabantur ea, quæ de ſe
ipſo dicebat *Centurio* ille apud *D. Luc. 8. Nam, & Ego homo*
*ſum &c. habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, &*
*alii veni, & venit*, Itaut multò magis in noſtro caſu verifi- 70
cabatur impedimentum illud, de quo generaliter meritò con-
queritur *Card. de Luc. ubi proximè.*

Nec credimus exadverſo inſiſtendum in illarum aſſerta
præcipitantia, attento brevi termino ſex dumtaxat hora-
rum; Quia cum periculum eſſet in mora ob jactationes di- 71
cti Depoſitarii, velle ſtatim tranſmittere ad Hæredes De-
functi, Neapolim commorantes, bona ſibi loco depoſiti
conſignata, in iſtis circumſtantiis etiam ſub breviori termino
latæ, ſemper ſubſtinentur, ut limitando regulam, de facili
in contrarium adducendam, id ſtatuit *Text. literalis in capit.*
*Conſtitutionem in fine de Sent. excommunicat. in 6.* ibi: *Obſer-*
*vent aliquorum dierum competentia intervalla, niſi facti neceſ-* 72
*ſitas aliter ea ſuaſerit moderanda*, ubi communiter *Repeten-*
*tes, & Ridolph. in Prax. part. 1. cap. 14. num. 150. & Sperel.*
*dec. 48. à num. 59.* ubi, quòd quando periculum eſt in mora,
monitio poteſt etiam omninò omitti, & ad rem adducit vul-
gatum illud: *Dum Romæ conſulitur Sagunt. expugnatur*, quod
ad alium effectum refert *Rota deciſ. 76. n. 9. cor. Anſaldo.*

Dub. VII. *An ſit locus Teſtamento ad pias cauſas.*

Remanet ultimum dub. an ſit locus teſtamento ad pias cau-
ſas, quod in Regno Neapolitano communiter vocari ſolet
*Teſtamentum Animæ*; Et affirmativa illius reſolutio innititur 73
laudabili conſuetudini, nedum in eodem Regno, ſed in aliis
etiam catholicis Provinciis vigenti, faciendi per Epiſcopos
ſimilia teſtamenta ad pias cauſas, ſeu pro animabus illorum,
qui inteſtati ex hac vita diſceſſerunt, quæ conſuetudo appro-
bata fuit in Civitate Neapolitana in antiqua Synodo *Cardin.*
*Marii Caraffæ Anni 1580. cap. 45. de Teſtam. & ultim. volunt.*
*verſ. Quoniam de Teſtamento Animæ*, & de illa uti valdè ra- 74
tionabili, & verè pia, mentionem cum laude faciunt *Ge-*
*nuen. in Prax. Cur. Archiep. cap. 79. Spino de Teſtam. gloſ. 2.*
*num. 54. Cortiad. dec. 258. nu. 55. & ſeqq. Amoſtazz. de Cauſ.*
*piis lib 6. cap. 6. à numer. 55. del Bene de Immun. verb Teſta-*
*ment. Queſad. contr. for. 40. nu. 38. & ſeq. Nicol. in Floſc. verb.*
*Teſtam. numer. 7. & ſeqq. & in ſuis Lucubr. tom. 1. lib. 2. tit. 10.*
*de Teſtam. n. 16. Ferr. q. Vicarial. 23. par. 1.* latiſſimè *Abb. Ju-*
*ſtin. in addit. ad Novar. in Sum. Bullar. fol. 17. Card. de Luc.*
*de Teſtam. diſc. 24. per tot. Raynald. tom. 1. Obſer. crim. ad cap.*
*1. ſupplet. 5. n. 468. & Rot. dec. 66. nu. 1. par. 17. & in d. dec. 22.*
*numer. 9. apud Monac. in Formul. tom. 4. §. Quæ omnia coram*
*Molin.*

Quod ſi exadversò prætendatur in hac parte exceſſus, ſeu,
quod ſervatæ non fuerint conditiones illæ, præſcriptæ in 75
Epiſtola circulari, ſcripta de ordine Vener. Servi Dei Inno-
cen. XI. die 9. Aug. 1678. & relatæ ab *Abb. Juſtinian. & Ni-*
*colio in locis ſupra citat.* nec non in Taxa Innocentiana §. *In*
*quelle Dioceſi*, quæ eſt impreſſa *apud Paſcucc. ad Pignatell. to.*
*1. folio 259 ſub verb. Epiſcopus*, Idem Depoſitarius recur-
rere debet poſtquam ſe gravatum ſenſerit, & quidem me-
diante ſubſcriptione particularis dubii, reſpicientis aſſer-
tum individuale gravamen: Generali enim dubio, quod
hodiè diſputamus *An ſit locus teſtamento ad pias cauſas*, non
alia congruere videtur reſponſio, quam affirmativa, atten-
ta dicta laudabili conſuetudine, quæ in Jure ſolidè vindica- 76
tur ab omnibus criticationibus ab Authoribus, ſupra citatis,
in facto autem admiſſa fuit ab eodemmet Depoſitario.

Quia verò exadversò exhibitæ fuerunt in Secretaria tres
atteſtationes diverſorum Religioſorum circa aliquas Miſ-
ſas, celebratas pro anima dicto Alvari de Luna, forſan ad- 77
ducendæ ad impediendum dictum teſtamentum animæ, di-
cimus, illas ad noſtrum effectum nullatenus eſſe attenden-
das, minuſque impedire poſſe confectionem ejuſdem teſta-
menti animæ, ex quo pro illius validitate nihil aliud re-
quiritur, quam obitus ab inteſtato, ut notant præfati Do-
ctores, & in ſpecie admiſit Sacr. Congregat. Eccleſ. in alia
Epiſtola diei 25. Februarii 1677. relata ab eodem *Ju-*
*ſtiniano in addition. ad Novar. in Summ. Bullar. folio* 19. 78
*verſ. De hujuſmodi*: ibi: *Queſta Sagra Congregazione non*
*hà mai diſapprovata l' antica pia conſuetudine, che ſi trova*
*in alcune Dioceſi di fare il teſtamento ad pias cauſas, a quel-*
*li, che muojono ab inteſtato &c.* Et contrarium aſſerendo, ſeù
prætendendo, quod per celebrationem aliquarum Miſſarum

pro

pro anima defuncti, non eſſet ampliùs locus teſtamento ad pias cauſas, deſtructio talis piæ, & laudabilis conſuetudinis
79 dependeret à voluntate hæredum, quod permittendum nullatenùs videretur, per ea, quæ in noſtris terminis firmavit *Rot. in d. dec. 22. nu. 7. apud Monacell. in Formul. tom. 4.* Præ-
80 cipuè, quia in noſtris circumſtantiis major pars dictarum miſſarum celebrata fuit, nedum poſt jurgia, & diſſenſiones in Partibus excitatas, ſed ultimo loco, & eo tempore, quo inſiſtebatur exadverſò ſuper ſubſcriptione d. dubii.

Circa quod non omittimus obſervare cum eodem *Juſtinian. ubi ſupra fol. 18. verſ. Eademque conſuetudo, licet à Miniſtris*
81 *Regiis, neſcitur quo titulo impugnetur*, antiquam eſſe prætenſionem eorundem Miniſtrorum regiorum, impugnandi eandem laudabilem, & verè piam conſuetudinem, etiam mediante exorbitanti medio Hortatoriarum. E contrà verò Sac. Congreg. fortiter, & ſuaviter omni tempore reſtiterunt conatibus eorundem regiorum Miniſtrorum, approbando, & ſuſtinendo eandem piam conſuetudinem, ut referendo,
82 & ſequendo aliquas reſolutiones, juſſu etiam Clem. VIII. editas, nervoſè probant *Nicol. ubi ſupr.*, & *Marcell. Vulpe in prax. Judic. capit. 10. per tot.* atque celebres ſunt in hac parte reſolutiones *S. C. E. diei 21. Martii 1614. in una Caputaquen. & diei 5. Sept. ejuſdem anni in una Tricaricen.* quas refert, &
83 ſequitur *Juſtin. ubi ſupra*, cum inſertione Epiſtolæ ſcriptæ Card. Franc. Mariæ Brancatio, Epiſcopo Caputaquen. quæ talis eſt. *All' avviſo, dato à queſta Sag. Cong. in materia dell' Ortatoria, ſpeditale da' Regii, acciò non facci il Teſtamento ad pias cauſas per quelli, che muojono ab inteſtato, conforme all'immemorabile conſuetudine, che ſi oſſerva coſtì, queſti Illu-*
84 *ſtriſs. miei Signori mi hanno ordinato di riſpondere, che difenda, e mantenga le ſue ragioni, e così lodevole, e pia conſuetudine, e per ſuo ajuto ſi dà ordine al Nunzio di Napoli, che l'aſſiſta, che la protegga, e faccia quell' offizj, che ſaranno neceſſarj per queſto effetto &c.*

In univerſum ſupplicantes obſervare, quod contrariæ prętenſiones fomentum habent à perſonis, eccleſiaſticis Juribus
85 & Ordini infenſiſſimis, quæ non alio ſpiritu, quàm contradictionis, & quidem ſumptibus Sororum Defuncti, præſentem litem acriter ſubſtinent, & in ſubſtantia omnes eædem prætenſiones tendunt ad deſtruendas pias, laudabiles, & antiquiſſimas conſuetudines, ſpontaneè, & ſumma pace introductas, ſemperque obſervatas à Laicis, etiam hodiè coram hac Sac. Congr. inſtantibus pro illarum continuatione. Itaut
86 caſui noſtro, & pro reſolutione omnium noſtrorum dubiorum, congruere videatur reſponſio illa Cœleſtini III. quæ legitur in *Cap. Quod dilectio de Conſanguin. & affinit* ibi: *Unde in hac parte conſultius duximus multitudini, & obſervatæ conſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſenſionem, & ſcandalum Populi ſtatuendum, quadam adhibita novitate,* ſequutam & ad praxim reductam à *Rot. in Aretina Jur. Paroch. 15. Janua. 1703. §. Cœter. cor. Anſald.* Et ſumma ratione, quia novitates ſemper odioſæ fuerunt, ſemperque pernicioſæ exi-
87 ſtunt, nihilq; magis animum perturbat, quàm innovare ex adductis in *Tom. 2. par. 1. diſcept. 26. n. 115.*

Die 3. Septembris 1707. propoſitis in S. C. C. ſeptem ſe-
88 quentibus dubiis, reſponſum fuit, ut infra:

I. *An Hæredes Defunctorum teneantur invitare Capitulum*
89 *in Exequiis. Negativè.*

II *An, & quæ ſumma debeatur Sacerdotibus, & Capitu-*
90 *laribus invitatis. Epiſcopus conficiat Taxam, auditis intereſſe habentibus, & tranſmittat.*

III. *An, & quæ ſumma debeatur Capitulo ex titulo prætenſi*
91 *Juris componendi, tàm pro iis, qui moriuntur cum Sacramentis quàm pro iis, qui obeunt repentina morte. Nihil deberi.*

IV. *An, & quæ ſumma debeatur ex Jure campanæ. Ut ad*
92 *proximum.*

V. *An retineri poſſit ſerica Culcitra, cum qua tranſportatur*
93 *Cadaver, ſeu ſit locus reſtitutioni. Affirmativè quoad primam partem: Negativè quoad ſecundam, ſalva tamen conſuetudine, legitimè probanda.*

VI. *An ſuſtineantur cenſuræ, publicatæ contra Mirtillum*
94 *Syndicum. Negativè.*

VII. *An ſit locus Teſtamento ad pias cauſas, Affirmativè*
95 *ad formam Literarum Sac. Cong. Epiſcop. & Regularium, & Taxæ Innocentianæ.*

# DISCEPTATIO XIII.

## Quiten. Confirmationis Capituli.

*PRO*

Definitorio Provinciæ Quitenſis Eremitarum S. Auguſtini.

*CUM*

Nonnullis Religioſis ejuſdem Provinciæ.

## ARGUMENTUM.

*Electio an poſſit impugnari abſque ſpeciali mandato procuræ: An poſſit concludi per viam compromiſſi, & quando inter Eligentes ſervandus ſit Turnus, ſeu Alternativa: Laici an poſſint aſſiſtere electioni, non authoritativè, ſed protegendo Electores, atq; ad evitanda ſcandala, quæ veriſimiliter timentur. In quibus caſibus locus ſit ſanationi electionis nullæ.*

QUamvis hodiè, terminato Provincialatus Officio per ſumptionem Pat. Martini de Ixar ad Epiſcopatum SS. Conceptionis Indiarum, præſens controverſia ipſius reſpectu quodammodò ſupervacanea videatur, neceſſaria nihilominus eſt reſpectu univerſæ Provinciæ, ratione actuum, 1
exercitatorum à dicto Provinciali, atque omnibus Religioſis ſummoperè intereſt, Capitulum, nemine penitus diſcrepante, vel appellante, celebratum, ſolitam confirmationem obtinere, quæ, illius validitate admiſſa, nunquam denegatur, ut advertunt *Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæſt. 27. num. 2. Ricc. in Prax. par. 4. reſol. 51. nu. 1. & ſeqq. Adden. ad Pamphil. dec. 517. num. 9. & Rot. cor. Ludov. dec. 240. num. 12 & in rec. dec. 167. num. 2. & 3. par. 16.*

Patet validitas ex lectura illius publici Inſtrumenti, in quo ſervatæ apparent omnes ſolemnitates, in ſimilibus functio- 2
nibus ſervari ſolitæ *Sperel dec. 182. num. 23. Card. de Luc. de Regular. diſc. 11. & Rota dec 244. num. 34. & ſeqq. part. 8. rec.* ubi, quod ſat eſt probare ipſum factum electionis, quia quod fuerit canonica, de juræ præſumitur.

Non obſtantibus contrariis exceptionibus, antequam enim ſingulas reiiciam, licitum ſit quærere, quanam authoritate proponantur; Agitur ſiquidem de defectibus, & oppoſitio- 3
nibus contra electionem, unanimiter concluſam, quo caſu non quilibet eſt admittendus, ſed requiritur ad hunc effectum ſpeciale mandatum, ut generaliter probant *Berov. conſil. 5. num. 6. Mozz. de Mandat. num. 75. & Golin. de Procur. par. 2. cap. 5. num. 27.*

Et in noſtris terminis habemus literalem *Textum in cap. Ut circa de Election. in 6.* ibi: *Ut circa electiones &c. viam malitiis præcludamus &c. Edicto perpetuo providemus &c. ut ſi quan-* 4
*do aliqui electionibus &c. ſe opponant, proponendo aliqua contra electionis &c. formam, aut perſonas Eligentium &c. appellantes in inſtrumento publico &c. omnia, & ſingula exprimant quæ in formam intendunt obiicere, vel perſonas &c. corporali præſtito juramento, quod credunt ea, quæ ſic exprimunt, eſſe vera &c. alioquin &c. obiiciendi poteſtatem ſibi noverint interdictam &c.* quem latè exornant *Ricc. in Prax. par. 4. cap. 52 per tot. & Vener. in Exam. Epiſc. libr. 4. cap. 4. de Elect. num. 96.* Proindeque eo ipſo, quod exadverſò non oſtenditur ſpeciale hoc mandatum, cum his individualitatibus ſtipulatum, ſuperfluus videtur omnis labor circa rejectionem prætenſarum 5
nullitatum.

Nec dicatur, ſuffragari ad hunc effectum mandatum procuræ, ab antecedenti Definitorio conceſſum. Ultrà quod enim illud uti generale, nunquam poteſt deſervire ad effectum, de quo agitur, ex modò animadverſis. Ad ſuperabundantiam reſpondemus, dictum mandatum expiraſſe per convocatio- 6
nem novi Capituli, & Conſtitutionem ſecundi Definitorii, ut expreſsè diſponitur in noſtris Reformationibus, à Ven. Servo Dei Inn. XI. confirmatis § 6. Et in ſimili, quod mandatum procuræ, factum ab Epiſcopo, expiret per hujus translationem ad aliam Eccleſiam, probant *Palm. in diverſ. Jur. comm gloſſ. 15. n. 51. & Golin. de Procur. p. 1. c. 3. n 50. & ſeq.*

Hæc ſufficerent pro victoria, & tamen, ut undique eluteſcat candor, illibataque permaneat exiſtimatio, Patris Martini de Ixar, atque ab omnibus vindicetur obje- 7
ctis

ctis validitas noſtri Capituli, aggrediendo ſingulas exceptio-
nes, exadverſo propoſitas.

Non refragatur prima, deducta ex eo, quod non fuerit
proceſſum per viam ſcrutinii, ſed mediante compomiſſo,
quod prætenditur eſſe contra diſpoſitionem *Sac. Concil. Trid.*
*ſeſſ.25. de Regul. cap.6.* Quia oppoſitio habere forſan poſſet
locum, ſi electio ſequuta fuiſſet per ſimplex compromiſſum,
8 ſecùs verò dum in noſtra electione proceſſum fuit per viam
compromiſſi, ſcrutinio mixti, quod licitè fieri poſſe etiam
poſt Concilium advertunt *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.19.*
*num.149. & 156. Portell. de Dub. Regul. verb. Electio num.*
*10. Mirand. in Manual. Prælat. tom.2 queſt.23. art.34 & ſeqq.*
9 *Lezzan. in Summ. verb. Electio inter Regulares num.3. Donat.*
*Rer. Regular. tom.2. tract.1. quæſt.16. per tot. & Pignatel.*
*conſult.109. per tot. tom.1* ubi, quod *Concil. Trid dict. ſeſſ.*
*25. de Regular. cap.6.* non derogavit huic modo eligendi.

Certiùs, quia iſte modus expreſsè permittitur *in noſtris*
*Conſtitut. par.3. c.2.* quas ad unguem ſervandas eſſe ſancivit
10 idem *Conc. Trid. d. ſeſſ.25. de Regul. cap.7. in fine*, ibi: *In*
*reliquis ſerventur ſingulorum Ordinum Conſtitutiones*; Pro-
indeque etiamſi de jure hoc permiſſum non eſſet, ſufficeret
in noſtra electione ſervatam eſſe formam, per noſtras Con-
ſtitutiones præſcriptam, ut, probat *Donat. Regul. to.2. tract.*
*4. qu.18. num 9.*

Minoris ſubſiſtentiæ eſt ſecunda objectio circa Alternati-
vam, ſeu Turnum inter Hiſpanos, & Criollos, in noſtro
Capitulo non ſervatam; Quia hæc alternativa in facto non
11 oſtenditur unquam executioni demandata, & propterea illius
inobſervantia non eſt attendenda, *Card. de Luc. de Regul.*
*diſc.3. num.1. & 2.*

Uſus hujuſmodi prætenſæ Alternativæ eſſet exadversò
concludenter probandus, uti fundamentum intentionis, &
tamen ex hac parte ille maniſeſtè excluditur ex eo, quod in
noſtro Capitulo nemo ex Hiſpanis Religioſis intervenit,
12 qui fuerit capax paſſivæ electionis Provincialis, & quod
magis eſt, nec etiam hodie adeſt aliquis ex dictis Hiſpanis,
qui ſe contemptum prætendat, undè nimis improprium vi-
detur, ut contra propria commoda inveniantur aliqui ex
ipſis Criollis, qui hanc exceptionem promoveant, quando
per electionem Provincialis in perſonam P. Martini de Ixar
ſequutam, ipſi continuant poſſeſſionem paſſivæ electionis
Provincialis; Quod autem non vitietur electio, quando non
reclamant ii, qui prætenduntur contempti, probat *Pignat.*
*conſult.1. num.25. tom.1.*

Cæterùm, quando etiam in noſtro Capitulo adſuiſſent
aliqui ex Hiſpanis, quod uſque adhuc exadversò non juſtifi-
catur, adhuc electio in eorum perſona validè ſequi non po-
terat; Electio enim coarctata ad paucos eligibiles eſt ipſo
13 jure nulla, ut advertunt *Portell. de Dub. regular. V. Electio*
*num.4. Lezzan. quæſt. Regul. part.1. cap.15. num.21. Barboſ.*
*vot. dec.35. num.65. & ſeq. Sigiſmund. à Bonon. de Elect. dub.*
*52. Caſtellin. eodem tract. cap.3. nu.7. & Card de Luc de Canon.*
*diſc.2. num.2.* Quia in his caſibus magis obligat lex divina,
prohibens eligere indignum, quàm lex poſitiva, limitans
electionem ad certum genus perſonarum, ut conſiderat *Paſ-*
*ſerin de Elect. cap.2. num.12 & 48.* ubi de reſtrictione ad quin-
que Religioſos, & refert ita reſolutum à S. C. C.

Et in noſtris terminis obſervat *Rodriquez quæſt. regul. tom.*
*2 quæſt.51. art.11.* ubi refert irritationem trium electionum
14 ob paucitatem eligendorum, quem, in terminis alternati-
væ inter Criollos, & Hiſpanos, refert, & ſequitur *Solorz.*
*de Jur. Ind. lib.3 cap.26. n.102 & ſeq.*

Atque in ſimili caſu, fraternizzante cum noſtro, hoc
eſt reſpectu P. Franciſci Montani Criolli, electi Provincia-
lis immediatè ante P. Martinum de Ixar, reſolvit hæc S. C.
15 *in alia Quiten Confirmationis electionis anno* 1690. Ponente
Card. Carpineo, in qua neglecta fuit dicta Alternativa, ex
eodem defectu non probatæ exiſtentiæ Hiſpanorum eligi-
bilium.

Nullius demùm relevantiæ eſt altera nullitas Capituli,
quæ deducitur ex eo, quod in illo intervenerint Laici ex au-
thoritate *Fagnan. in cap. Quiſquis num.40. de Elect.* Cùm
enim dicti Laici adfuerint, non ad eligendum, ſed ad prote-
gendum Electores à periculoſis factionibus, necnon ad in-
vigilandum, ut electio canonicè perageretur, illorum in-
terventus in nihilo validitatem Capituli turbavit, juxta
theoricam *Bald. in cap. Meſſana verſ. Solve de Elect.* ibi: *Ad-*
16 *de tamen, quod licet Laici non poſſint intereſſe ad eligendum,*
*poſſunt tamen eſſe ad protegendum*: quam, antiquioribus
adductis, ſequuntur *Sylveſt. in Summ. verb. Electio 1 num.2.*
*Cucch. Inſtit. moral lib.4. tit. de Elect num.111. Sigiſmund. à*
*Bonon. de elect. dub.87. num. ult. Paſſerin. eodem tract. cap.10. nu*
*19. Rhenat. Coppin. de Sacr. Polit. lib.1. tit.1. num.7. & 11.* qui
teſtatur de praxi Germaniæ, & Galliæ, & aliarum Provin-
ciarum, *Bertachin de Epiſcop. lib.3. par.2. quæſt.31. num.63.*
*Nep. à Monte Alban. de Exception. contra elect. Prælator. art.7.*
*num.2. Pignatel. conſult.21 num.6. tom.3. & Donat. Rer. Regul.* 17
*par.2. tract.4. quæſt.6. num.3.* ibi: *Doctores communiter dicant,*
*quod interdum Laici, & præcipuè Principes, pro pace ſervan-*
*da, admittantur, ut Electores ab Oppreſſoribus tueantur*;
Cum quibus poſt hæc ſcripta proceſſit *Rota in dec.86. à nu.19.*
*cor. Anſald.* quæ in hac materia eſt magiſtralis.

Non applicatur authoritas *Fagnan. ubi ſupra nu.16.* Quia
expreſsè loquitur in caſu abuſus ſæcularis Poteſtatis, qui
longè diſtat à noſtro, in quo Laicorum aſſiſtentia fuit unica
cauſa quietis Religioſorum, & canonicæ electionis, ut te-
ſtantur omnes Religioſi in publico inſtrumento noſtræ ele-
ctionis, ibi: *E finita queſta funzione, uſcirono &c. gl'altri* 18
*Cavalieri, che per la pace, e concordia aſſiſterono*: & infra:
*Uſcirono &c. d Sig. Govrnatore, & altri Cavalieri, che aſſiſte-*
*rono &c per la pace, unione, e concordia, con che s'erano ce-*
*lebrate, che fu feſtegiata con ſuoni di campane di tutte le Chie-*
*ſe, e giubilo univerſale*; Ad hoc enim, ut in his caſibus ele-
ctio dicatur facta per abuſum, requiritur, quod Laici, non
pro bono pacis, ſed authoritativè interveniant, ut bene probat
*Pignatel. conſult.1. num.2 verſ. Dicitur autem tom.6.* & meliùs
*Rot cor Anſald. d. dec.86. à n.18.*

Ex his igitur, ſpectato etiam ſummo Juris rigore, locus
eſſe videtur petitæ confirmationi; Cæterùm quando circa
juris apices aliqua ſupereſſet dubietas, adhuc illam ſpera-
mus ex inconcuſſa, & laudabili praxi hujus S. Cong. quę poſt- 19
poſitis ſubtilitatibus, ſemper conſuevit pro confirmatione
reſpondere, ſanando defectus, ſiqui adſunt, quando ele-
ctio celebrata non fuit per minas, ſordes, aut machinationes,
illiuſque nullitas non provenit ex culpa inexcuſabili, adeout,
tam in Eligentibus, quàm in Electo mala fides non dignoſ-
catur, atque eorum, quæ geſta ſunt, retractatio, ſcandalum,
vel grave præjudicium parere poteſt; Ex alia verò parte con- 20
currunt optimæ qualitates Electi ut teſtatur *Card. de Luc. de*
*Regul diſc.11 nu.13.* ubi *nu.14.* quod hæc eſt differentia inter
confirmationem petitam à Generalibus Religionis, & ab hac
Sac. Congr. quod primus illam concedit ſolummodò in caſu
dubio, hæc verò Sac Congr. ſolet illam concedere, etiamſi
nullitas ſit omninò clara, & indubitata, *& diſc.53. nu.4* & 21
priùs *diſc.3. per tot. eod tit.* ubi refert ita practicatum ab hac S.
Cong. de anno 1670. non obſtante, quod non eſſet ſervatus
ordo turnarius, ſeu alternativæ in electione Generales Ca-
maldulenſium.

## In eadem Cauſa.

Contra electionem P. Martini de Ixar in Provincialem
Quiten. tres oppoſitæ fuerunt nullitates. I. Scilicet,
quod non fuerit proceſſum per viam ſcrutinii ſecreti. II. Quod 22
neglecta fuerit Alternativa inter Criollos, & Hiſpanos; III.
Demum, quia in actu electionis interfuerint Laici; Licet
autem contra omnes dictas nullitates validas propoſuerimus
reſponſiones.

Contra primam ſcilicet, quia fuit proceſſum per ſcruti-
nium, compromiſſo mixtum, quod ſufficere, licitèq; fieri
poſſe, etiam poſt Conc. Trid. advertunt *citati ſupra num.8.* 23

Contra ſecundam, quod eadem alternativa inter Criol-
los, & Hiſpanos nunquam in noſtra Provincia ſervata fuit,
ſignanter autem in immediatè antecedenti Provincialatu
nulla de ea habita fuit ratio, proindeque illius inobſervan- 24
tia nullam cauſare potuit nullitatem, ut in terminis probat
*Card. de Luc. de Regul. diſc.3. num.1. & 2.* Optima autem
ratione neglecta fuit, quia ſcilicet non aderant Hiſpani eli-
gibiles in numero ſufficienti, quo caſu nulla habenda eſt ra-
tio ſimilis alternativæ, ut probant *citati ſupra num.13.* &
in noſtris præciſis terminis alternativę inter Criollos, & 25
Hiſpanos *Solorz. de Jur. Ind. lib.3 c.26. n.102 & ſeq.*

Contra tertiam denique, quod interventus Laicorum
non fuit authoritaivus, ſed pro bono pacis, quod licitè fie-
ri poſſe probant *citati ſupra num.17.* Proindèque hoc caſu,
ceſſare diſpoſitionem ſacrorum Canonum, interdicentium
Laicorum interventum in Capitulis, & electionem cum
eorundem aſſiſtentia celebratam validam eſſe, ultra ſupra
adductos, admittit ipſemet *Fagnan. in cap. Quiſquis num.*
*16 de Election.*

Placuit nihilominus huic Sac. Congr. ſolita maturitate
procedenti, reſcribere: *Cum Sanctiſſimo pro ſanatione*,
quod reſcriptum Oppoſitoribus favorabile, utpotè ca- 26
noni-

nonizans aliquas ex prætenſis nullitatibus, ad quas tollen-
das, ſanationem injunxit, non fuit, ut par erat, admiſſum,
ſed acriter impugnata ſanatio, ità ut Sanctiſs Dom. Noſt.
illius conceſſionem iteratæ diſcuſſioni remiſerit revidendam;
Undè iterum quoque pro favorabili reſolutione inſtantiam
humillimè replicamus.

Non enim exadverſo impugnantur perſonales qualitates
Provincialis P. Ixar, quæ modò emicant in regimine Epiſco-
palis Eccleſiæ SS. Conceptionis Indiarum, & de quibus te-
ſtis omni exceptione major eſt P. Generalis; Minùſque ne-
27 gari poteſt, rem ampliùs non eſſe integram, ex quo ferè
per integrum triennium ſuum Provincialatum pacificè, &
nemine reclamante laudabilitèr exercuit, tàm in admini-
ſtratione temporalium, quàm in concernentibus ſpiritualia,
in electione ſcilicèt Parochorum, Priorum, Confeſſorum,
& ſimilium Miniſtrorum, à quibus innumera adminiſtrata,
& collata fuerunt Sacramenta; Quibus ſtantibus ſaltem lo-
cus eſſe videtur ſanationi, quæ ab hac Sacr. Congreg. nun-
quam denegatur, quando cum optimis qualitatibus electi
concurrit exercitium Provincialatus, ut advertunt *Paſſerin.*
28 *de Elect. cap.33. num.167. in fine Peyrin. in Formular. lit. C.*
*cap.18. num.5. in fin. & Card. de Luc. de Regul. diſc.1. num.95.*
*& diſc.2. num 2. & diſc.3. num.5. & diſc.11. num.11. & diſc.53.*
*num.4. & de Canon. diſ.27. num.2. &* 3. ubi de praxi alterius
Congregationis Conſiſtorialis.

Aliàs intolerabilia reſultarent inconvenientia, & abſur-
da, quia omnes Definitores, cœterique Priores, & Offi-
ciales, canonicè, & per ſecreta ſuffragia electi, cum eo-
rum perpetua nota, abſque ullo proprio demerito, ex abru-
29 pto à Dignitatibus, & Officiis Religionis dejicerentur, cum
inſtantanea deſtructione omnium actuum, ab eiſdem uti De-
finitoribus geſtorum, quod non videtur permittendum.

Fortiùs, quia ex denegatione ſanationis, & per conſe-
quens ex nullitate electionum noſtri Capituli alia, & qui-
dem nimis clara nullitas reſultaret omnium geſtorum in ſe-
quenti Capitulo, modò in Indiis celebrato, quod juxtà Re-
30 ligionis Conſtitutiones compoſitum fuit pro majori parte ex
Officialibus, electis in antecedenti Capitulo; Hujuſmodi
autem inconvenientia tanti æſtimari ſolent à ſupremis Tri-
bunalibus, ut ad illa evitanda omnem capiant benignam,
& æquitativam intelligentiam, etiamſi Apoſtolicæ ſanctio-
nes literaliter reſiſtere videantur, ut videre eſt in *deciſ.311.*
*num.2. & deciſ.729. num.15. & ſeqq. part.18. recent. & in ea-*
*dem Cauſa in Romana Teſtamenti 18. Martii 1672. §. Et ad-*
*jecerunt cor. Card. Taya;* In quibus deciſionibus ad evitan-
dam ſtragem Inſtrumentorum admiſſum fuit pro valido te-
ſtamentum, rogatum à Juvene Officii non matriculato, *&*
31 *in Romana Redditionis Rationis 27. Novembris 1684. §. Non*
*obſtat cor. Card. Caccia*, ubi reſponſum fuit pro Inventario,
bona fide contra Juris diſpoſitionem, & ſecundum conſuetu-
dinem facto, nè ex declaratione illius nullitatis Urbis im-
pleretur litibus.

Multò igitur magis æquitativum hoc remedium ſpera-
mus ab hac Sacr. Congregat. accedente triplici fortiori cir-
cumſtantia.

I. Scilicèt, quod non agitur in præſenti de everſione, &
deſtructione rerum temporalium tantùm, ſed & ſpiritua-
lium, hoc eſt de diſſolutione innumerorum matrimoniorum,
32 de irritatione omnium profeſſionum, in noſtra Quitenſi Pro-
vincia ferè per integrum triennium emiſſarum, & de inva-
lidandis ferè infinitis aliis Sacramentis, per Miniſtros à Pro-
vinciali electos adminiſtratis; Proindèque denegatio ſana-
tionis importaret totalem everſionem ſpiritualium funda-
mentorum, tanto zelo emeriti Provincialis in Quito per
triennium jactorum necnon impleret eandem Provinciam
infinitis ſcrupulis.

II. Circumſtantia deſumitur ex bona fide, qua eadem Sa-
cramenta adminiſtrata, & recepta fuerunt, & profeſſiones
emiſſæ, ex quo nedùm nullus Religioſus in actu electionis,
33 nec poſtea reclamavit, ſed potiùs electio noſtri Provincialis
fuit unanimi omnium conſenſu recepta, & recognita ab ip-
ſiſmet Oppoſitoribus. Quidquid autem dicendum eſſet re-
ſpectu geſtorum mala fide, certum eſt, quod omnis legalis,
& prudentialis rigor ceſſare debet in noſtra hypotheſi, in qua
de nullitate electionis, & per conſequens omnium geſtorum
34 Provincialatus tempore dictum fuit in fine Officii, & qui-
dem, nec etiam per omnes, ſeù per majorem partem Reli-
gioſorum, ut in ſimilibus terminis actuum, habentium im-
plicitum ſtatum validitatis, quod ſemper inclinandum ſit
pro illorum ſubſiſtentia pluties firmavit *Rota*, & ſignanter
*in deciſ.495. num.9. par 13. rec.* & in *Rom. Cenſus 17. Febr.*
1686. §. *Sed omnis cor. Card. Caccia.*

Creſcit vis hujus circumſtantiæ ex eo, quod hujuſmodi bo-
na fides non fuit deſtituta probabili, & veriſimili fundamen-
to, dictorum Authorum, ſupra allegatorum, ex quo rece-
ptum eſt, quod ad bonam fidem inducendam ſufficit dictum
unius Doctoris, ut pluriès firmavit *Rota*, ſignanter apud
*Urceol. de Tranſact. deciſ 82. num.3. & coram Bich. deciſ 390.* 35
*num.14. & 15. & cor. Otthob. deciſ.25. num.13. & ſeq.*

Pro tertia circumſtantia aſſiſtit qualitas hujus ſupremi
Conſeſſus, qui cum non ſit adſtrictus intra legum cancellos,
ſed more Principis ſoleat reſcribere, experientia teſte, &
id obſervante *Card. de Luc. de Alien. diſc.19. num 9. & in Re-* 36
*lat. Rom. Cur. diſc.38. numer.2.* Sanationem concedere ſolet
etiam in caſibus nullitatis claræ, & innegabilis, ut advertit
idem *Card. de Luc. de Regul. diſc.11. num 13. & 14.* ubi, quod
hæc eſt differentia inter confirmationem, petitam à Gene-
ralibus Religionum, & ab hac Sacr. Congreg. quod ſcilicèt
primi illam concedere poſſunt ſolum in caſu dubio, hæc au-
tem Sac. Congreg. illam concedere poteſt, & ſolet etiamſi
nullitas ſit omninò clara, & indubitata.

Nec obſtat *Fagnan. in cap. Quiſquis num.30. & ſeqq. de*
*Elect.* Ibi enim nil aliud firmat, quàm electionem in ſuo ca-
ſu fuiſſe nullam ob laicæ Poteſtatis abuſum, nullumque ver-
bum facit de ſanatione, de qua hodiè principaliter agimus;
Stant autem benè ſimul, quod aliqua electio ſit nulla, quod- 37
què ad evitanda intolerabilia inconvenientia veniat ſanan-
da, ut de ſe patet, imò ſanatio per neceſſe ſupponit nulli-
tatem electionis, quia aliàs illa confirmaretur, non ſana-
retur.

Minuſque pro denegatione ſanationis urget quod noſtra
electio laboret vitio culpoſo, ſeu actu peccaminoſo contra
Concil. Triden. & Conſtit. ſanct. mem. Innoc. XI. Separan-
do enim dictas Conciliarem, & Innocentianam Conſtitutio- 38
nes ab actibus peccaminoſis, dicimus, quod hujuſmodi de-
fectus in omnem caſum dicerentur ſolum provenire à forma-
litatibus, ſeù diſpoſitionibus Juris, in quibus caſibus ſem-
per concedi ſolet ſanatio, ut advertit *Card. de Luc. de Re-*
*gul. dec.53. num.4.* Actus verò peccaminoſi ad hunc effectum
dicuntur ſolum illi, qui reſpiciunt captationes Votorum per
illicitas, & ſimoniacas pactiones, necnon perſonalia de- 39
merita Electi juxta *Text. literalem in cap. Super eo de Elect.*
quæ nec per umbram verificantur in noſtro caſu; Itaut con-
trarius Defenſor ſolita ingenuitate in præteritis admiſerit,
præſentem controverſiam eſſe cum electione, non autem
cum perſona P. Ixar.

Hæc omnia dicta ſint ad ſatisfaciendum objectis, exad-
ſo etiam minus legitimè promotis; Cœterùm enixè roga-
mus advertere, quod præſens controverſia agitatur quidem
ſub mendicato nomine noſtræ Quitenſis Provinciæ, ſed con-
tra voluntatem omnium illorum, ad quos ſpectat; Quod
evidenter deducitur ex ſola lectura mandati procuræ, ad
impugnandam noſtram electionem exadveſo exhibiti, quod
eſt generaliſſimum, in eoque, nedum non individuantur 40
nullitates, contra illam objiciendæ, ut eſſet indiſpenſabiliter
neceſſarium, ſed quod magis eſt nec etiam habetur aliqua
mentio electionis Provincialis, antea ſequutæ, quando ad
hunc effectum habemus *Textum* expreſſum in Generali Con
cilio. Lugdunen. a Gregorio X. editum, ac regiſtratum *in*
*cap. Ut circa de Elect. in 6.* ſpeciale procuræ mandatum in his
caſibus requirentem, quem ſequuntur, & exornant *Vener. in*
*Exam. Epiſc. lib.4. cap.4. de Elect. num.96. & Ricc. in Prax.* 41
*par.4. cap 52 per tot.* ubi, quòd Procurator ſine hujuſmodi
ſpeciali mandato non ſit audiendus, *& Coccin. deciſ.2021.*
*num.1. & deciſ.2080. num.40. & ſeq.*

Quibus additur, quod impugnatio ſanationis directè op-
ponitur intentioni ipſorummet Religioſorum, quorum no-
mine præſens promovetur oppoſitio, eo quia in eodem ge-
neraliſſimo mandato procuræ inter alios leguntur ſubſcripti
etiam, P. Bonaventura de Cardenes, P. Franciſcus de
Carreres, & P. Blaſius Guexara, qui electi fuerunt Defi-
nitores in noſtro Capitulo. Nulla igitur veriſimilitudine
poſſumus affirmare, eoſdem Religioſos in dicto generaliſſi- 42
mo mandato dediſſe facultatem impugnandi ſanationem
nullitatum propriarum electionum in Definitores, quando
indubitati Juris eſt, quamcumque ampliſſimam facultatem, 43
Procuratori traditam, nunquam retorqueri in præjudicium
Principalis, ut latè probat *Golin. de Procurat. par.2. cap.5.*
*num.1. & ſeq.*

Congregat. Epiſcop. & Reg. Ponente Cardin. Nigrono
die 24. Aprilis 1693. reſcripſit: *Cum SS. pro ſanactione Capi-*
*tuli, cum omnibus inde ſequutis;* Repropoſita verò Cauſa
per Cardin. Mareſcottum, abſente dict. Cardin. Nigro- 44
no, die 21. Auguſti ejuſdem anni 1693. reſcripſit: *Cum*

*SS. pro*

*55. pro ſanatione Capituli anno 1689. in omnibus, præterquam quoad aſſertas alienationes, factas à P. Ixar, & prærogativas, & honores, reſultantes ex electionibus, ſequutis in eodem Capitulo.*

---

# DISCEPTATIO XIV.

## Leyrien. Electionis.

PRO

P. Emanuele Velloſo Ordinis Prædicatorum,

CUM

P. Emanuele ab Aſcenſione.

### ARGUMENTUM.

*Electio, facta in abſentia Præſidentis, quando valida ſit, & an, inſtante tempore electionis, ſuſtineatur privatio Vocalium. Adventa die electionis, an, & quando expectari debeat ultima hora ejuſdem diei, vel fieri poſſit de mane diei intimatæ.*

PRævia infirmatione Sententiæ P. Generalis, confirmanda videtur electio P. Velloſii, cujus validitas latè probatur in Facto, & Summario, illaquè admiſſa, confirmatio nunquam ſolet denegari, ut advertunt *Lotter. de Re*
1 *benef. lib. 1. quæſt. 27. num. 2. Ricc. in Praxi part 4. reſolut. 51. num. 1. & ſeqq. Adden. ad Pamphil. deciſ. 517. num. 9. & Rota cor. Ludoviſ. deciſ. 240. num. 12. & in rec. deciſ. 167 num. 2.*
2 *& 3. part. 16.* Et in terminis alterius electionis Provincialis Auguſtinianorum, revocando contrariam Sententiam illius P. Generalis, reſpondit hæc Sac. Congreg. in *Portugallien. Electionis* 23. Jan. & 24. Aprilis 1693. ad relationem Card. de Carpineo.
3 Infirmationem ſiquidem meretur Sententia P. Generalis; Tùm quia lata abſque Juriſdictione, poſtquam ſcilicèt legitimè ad Nuncium appellatum fuerat, qui appellationi deferendo, manus jam ſuper electionis negotio appoſuerat, inter alia deputando ex officio alium Provincialem, donec per ſuam ſententiam validitatem electionis ſtabiliret, per *Text.* expreſſum *in cap. Poſtquam de Elect. in 6.* quem ſequuntur
4 *Paſſer. de Elect. cap. 34. num. 64. & 75. & Caſtellin. eodem tract. cap. 14. num. 42. & Pellizzar. in Manual. Regular. tract. 9. cap. 2. num. 45.*
5 Tùm quia lata fuit, non perſcrutatis qualitatibus Electi, nec examinatis oppoſitionibus contra electionem, imò nec audito ſpeciali Procuratore, ad Urbem tranſmiſſo pro impugnanda dicta confirmatione, eidem competentem aſſignando terminum ad probandam nullitatem electionis, prout hęc omnia neceſſariò requiruntur ad validitatem confirma-
6 tionis, *Gonzal. in cap. Poſtquam num. 27. de Elect.* ubi, quod aliàs nedùm confirmatio eſt nulla, ſed Corfirmator poteſt puniri, *Fermoſin. in Rubric. de Elect. num. 7. fol. mihi 97. Lavor. var. Lucubr. cap. 15. num. 57. Donat. Rer. Regul. part. 3. tract. 7 quæſt. 5. Caſtellin. de Election. cap. 14. num. 6.* ubi,
7 quod ad has ſcrutinationes de Jure tenetur Confirmans etiam nemine inſtante *Peyrin. in Formular. lit. C cap. 18 numer. 3. Paſſerin. de Elect. cap. 33. num. 78. & Samuel. eodem tractat. controv. 2. num. 16. fol. mihi 225.* ubi, quod hoc procedit licèt nihil Electo objiciatur.

Tùm quia eſt confirmatoria electionis P. ab Aſcenſione, quæ fuit facta à minori parte Vocalium, & annullativa il-
8 lius, factæ in perſonam P. Velloſii, quæ utpotè facta à majori parte omni Jure erat confirmanda; Ex 51. ſiquidem Vocalibus 28. ſuffragati fuerunt eidem P. Velloſo, reliquis 23. poſt replicatas inſtantias renuentibus votare; Proindèque noſtra electio, nedùm facta dicitur à majori parte Capitularium, quod ſufficeret, etiamſi exceſſus eſſet in uno Voto,
9 ut probant *Abb. in cap. Poſtulaſtis num. 14. de Conceſſ Præb. Felin. in cap Cum omnes num. 33. de Conſtit. Samuel de Elect. tract. 1 diſp. 2. controv. 10. num. 5. & 6. Megal in Promptuar. Theologic. par. 2. verb. Electio ſub num. 7. Mirand. in Manual. Prælat. par. 2. quæſt. 23. art. 27 De Angel. de Patron. ſuffrag. opuſc. 3. num. 10. & ſeqq. poſt tract. de Impenſ in reb dotalib. Gabriel. à Sancto Vicentio de Remed ignor. diſput. ult. dub. 26. num. 317. & ſeqq. & conſil. 73. num. 4. Card. de Luc. de Canon. diſc. 28. num. 2.*

Et in individualibus terminis electionis in noſtro Ordine Prædicatorum reſolvit hæc Sacr. Congreg. anno 1654. teſte *Nicol. in Floſcul. verbo Electio num. 9. & in Inſtit. Canon. lib.* 10
*1. tit. 6. de Elect. num. 23.*

Atque habemus noſtras Conſtitutiones, id expreſsè demandantes *in diſtinct. 2. Textu* 1. ubi *Fontan. in Comm. nu-* 11
*mer. 5. fol. 207.* quas Conſtitutiones in his caſibus pro lege ſervandas eſſe ſtatuit *Concil. Trident. ſeſſ. 21. de Regul. cap. 7. in fine*, ibi: *In reliquis ſerventur ſingulorum Ordinum Conſtitutiones*: & ſancivit Clem. VIII. *in Conſtit. 60. §. 23.* ibi: *In Superiorum, & Officialium omnium Electionibus, forma præſcripta à Sacr. Concil. Trident. & Ordinis Conſtit. invio-* 12
*labiliter ſervetur*, ut advertit *Barboſ. Vot. dec. 106. num. 6.*

Sed noſtra electio dicitur facta ab omnibus, quia renuentes votare, in nulla habentur conſideratione *Gonzal. in cap.* 13
*Eccleſia veſtra 57. num. 5. de Elect. Fermoſin. ad Rubric. de Election. quæſt. 3. num. 97 Barboſ. Vot. deciſ. 106. num. 113. Murg. ad Conſtit. Benedictin. conſtit. 6. num. 695. & ſeqq. Cardin. de Luc. de Regul. diſc. 53. num. 8. & Rot. dec. 591. num. 3. cor. Merlin. & in Ratiſbonen. Canonicatus 13. Martii 1684. §. Attento cor. Alberg.*

Et in præciſis terminis ſimilis ſciſſuræ Patrum noſtri Or- 14
dinis in alia electione Provincialis, cum ſcandaloſa quoque rebellione Prioris illius Conventus, ubi deſtinata erat electio, & convocatum Capitulum *Card. de Luc. de Regular. diſc. 12. num. 1. & per tot.* ubi, quod ab hac Sacr. Congregat. approbata fuit electio, a majori parte peracta, reprobata alia, à minori concluſa.

Quantitati Votorum P. Velloſii, juncta eſt etiam illorum 15
qualitas, dum ex 19. Prioribus, qui in totum conſtituuntur in noſtra Provincia, ſexdecim numerantur pro hac parte, quorum Vota, utpotè ſecum trahentia obedientiam Subditorum totidem Conventuum, ad effectum de quo agitur, ponderoſiora dicuntur, & in maxima conſiderat. habenda ſunt, junctis etiam qualitatibus Magiſterii, Provincialatus cum laude expleti, & ſimilibus reſpectu aliorum Vocalium uſque ad num. 28. itaùt pars nedùm dicatur major, ſed & ſanior, & per conſequens præferenda, *Menoch. conſ. 96. nu-* 16
*mer. 11. & 16. Adden. ad Buratt. deciſ. 573. num. 20. Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 2. de Loco election. quæſt. 9. per tot. Caſtellin de Elect. cap. 5. à num. 49. & Rot. cor. Cerr. dec. 26. à num. 32.* ubi, quod majoritas, & ſanioritas, nedùm coa- 17
leſcit ex numero, ſed ex meritis, & dignitatibus Eligentium.

Nec pro minuendo numero Electorum noſtri Provincialis adducantur declarationes incapacitatis quatuor Priorum, & duorum Prædicatorum generalium, à privato, & factio- 18
nario Congreſſu quinque Magiſtrorum in vigilia diei electionis emiſſæ, Ultra quod enim frivolæ, & inſubſiſtentes oſtenduntur in facto cauſæ hujuſmodi excluſionis.

Reſpond. 1. quod ſimiles privationes ob aſſertas inhabilitates de Jure fieri nequeunt, inſtante tempore electionis, & 19
factæ non attenduntur, ſed relinquuntur diſcutiendæ ad congruentius tempus poſt electionem, ut advertunt *Coton. controv. lib 4. de Religioſ. controv. 9. numer. 44. Lavor. var. lucubr. cap. 17. de Election. num. 5. Barboſ. vot. deciſ. 47. numer. 182. & Card. de Luc de Canon. diſc. 27. num. 19. & de Regul. diſc. 12. num. 5.*

Cum qua juris diſpoſitione concordant noſtræ Conſtitu- 20
tiones in *diſtinct. 2. cap. 3. Text. 7.* ibique *Fontan. in Comm* & teſtatur *Fermoſin. in Rubric. de Elect. quæſt. 1. num. 37. fol. 9.* & ultimo loco reſpectu noſtræ Provinciæ idem ſancivit P. Generalis Roccaberti de anno 1671. ibi: *De cætero autem nul-* 21
*lus, ſeu Magiſter, ſeu Prior, ſeu Prædicator generalis quicumque, ſui officii, vel gradus pacifica gaudens poſſeſſione, poſſit inſtante electione privari voce, ſed poſt electionem cauſæ ipſorum examinabuntur.*

Proindequè ſententia dictorum quinque Magiſtrorum contra expreſſam diſpoſitionem Juris, & Conſtitutiones Ordi- 22
nis fuit ipſo Jure nulla, & injuſta *Rot. deciſ. 52. à num. 13. par. 19. rec* ubi quod ſimiles ſententiæ ſunt taliter injuſtæ, ut nec etiam debeant per contrariam revocari.

II: Reſpondemus, quod cùm iidem Priores, & Prædicatores generales reperirentur in pacifica poſſeſſiones Prioratuum, & Juris votandi, non poterant ex abrupto ſua voce privari, ut advertunt *Barboſ. vot. deciſ. 47. num 102 Paſſe-* 23
*rin. de Elect. cap. 14. num. 36. & cap. 36. num 9. & Rot. deciſ. 1670. numer. 7. coram Coccin.* & determinavit pro noſtra 24
Provincia Pater Generalis Roccaberti, juxta verba ſupra relata.

III. Reſpon-

III. Reſpondemus, quod in omnem caſum hujuſmodi af-
25 fectatum, partiale, & factionarium judicatum quinque
Magiſtrorum, revocatum deinde fuit à toto Conſeſſu, le-
gitimè congregato, ſicque in nulla conſideratione haben-
dum eſt Rot. coram Pamph. deciſ.239. num.5. & coram Bich.
deciſ.408. num.14.

26 Attento præcipuè, quod provocatio ad dictum Conſeſ-
ſum expreſsè permittitur in Reformationibus P. Generalis
de Marinis anni 1666. ibi: Salvo Jure, quo gravatus in tali
judicio poſſit modeſtè appellare ad pleniorem Conſeuſſum to-
tius Capituli: & P. Generalis Rocaberty anni 1671. Si quis
27 in tali Conſilio, ſeu Judicio ſe gravatum ſenſerit, poſſit nihi-
lominus modeſtè appellare ad pleniorem Conſeuſſum totius
Capituli.

28 Minus obſtat abſentia Præſidentis à loco electionis, quia
cum illa proceſſerit à ſua mera voluntate, in eaquè adeò
obſtinatè permanſerit, ut illius duritiem emolire non potue-
rint humillimæ, & ter replicatæ preces majoris, & ſanio-
ris partis Vocalium, ea abſentia non obſtante, validè ad
electionem deveniri potuit per Text. in cap.1. de Suppl. neglig.
Prælat. ibi: Statuimus præterea, ut ſi Epiſcopus tertiò cum
humilitate, & devotione, ſicut convenit, requiſitus, ſubſti-
29 tutos Abbates veſtros benedicere fortè renuerit, eiſdem Abba-
tibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad
officium hujuſmodi pertinent exercere, donec ipſi Epiſcopi
ſuam duritiem recogitent, & Abbates benedicere non recu-
ſent: Cujus diſpoſitionem habere quoque locum in recuſa-
30 tione Præſidentis in terminis advertunt Samuel de Election.
tract.1. contr.1. concluſ.4. num.8. & Murga ad Conſtit. Bene-
31 dict. conſt.6. Alex.IV. num.642. ubi, quòd cùm utrobique ap-
plicetur ratio duritiei, in utroque caſu applicari debet hujus
Textus diſpoſitio.

Aliàs eſſet in arbitrio Præſidentis electiones differre, vel
contra bonum Religionis totaliter impedire, quod non eſt
32 permittendum, rationibus, adductis à Peyr. de Privileg.
Regul. tom.3. cap 9. num.15. ibi: Sed pone caſum, quod iſte
Vicarius generalis per malitiam ſe abſentet à Capitulo, &
idem dic ſi Generalis ſe abſentet à Capitulo generali, & Pro-
vincialis à Capitulo provinciali, quis præſidebit &c. Reſpon-
deo, quod tunc celebrare Capitulum pertinebit ad alios Capi-
tulares, & cap.13. num 12. Bubal. en la eſpoſicion de la Regla
33 de San Auguſtin part.2. quæſt.20. num.33. ibi: Però en caſo,
que el P. General deſpues de auer convocado à los Diffinidores
para hazer alguna eleccion, llegado el tiempo para hazerlo,
34 malicioſamente dilataſſe la eleccion, podrian los Diffinidores
requiſirle, y aun crapellerle à que juntaſſe Capitulo, y de no
lo hazer podrian juntarſe los Diffinidores, y proceder en la
eleccion: Samuel. de Elect tract.1. diſp.2. contr.3. concluſ.12.
35 fol.41. ubi, quod ita diſpoſitum reperitur in Comitiis gene-
ralibus Ordinis Prædicatorum, habitis in Urbe anno 1501.
& Pariſiis 1611. Roderic. quæſt. Regul. tom.2. quæſt.52. artic.
ad 3. dubium Caſtellin. de Elect. cap.15. à num.21. & Murga
36 ad Conſtit. Benedict. conſtitut.6. Alex.IV. num.630. & ſequen.
fol.174. loquens in terminis Præſidentis noſtri Ordinis Præ-
dicatorum.

Indeque manant duę receptiſſimæ concluſiones in hac ma-
teria. I. Quod aſſiſtentia Præſidentis in Capitulis, ſuppoſita
illorum legitima convocatione, non eſt de ſubſtantia, de
37 qua Innoc. in cap. Cùm non ignores num.1. de Præb. Fagnan.
in cap. Quia propter nu.72. de Elect. Samuel. pariter de Elect.
tract.1. diſput.2. contr.4. concluſ.3 fol.42. Camil. in Director.
Ordin. Prædicat. par.2. cap.5. num 23. in fine, Murga ad Con-
ſtit. Benedict. conſtit.6. Alex.IV. num.641. fol.176. Paſſerin. de
Elect. cap.14. num.6. in princ. & Megala var. reſol.198. nu 3.

II. Verò, quod votum Præſidentis eſt ejuſdem prorſus
ponderis cum quolibet alio cujuslibet Vocalis, de qua Repe-
38 tentes communiter in cap. Poſtulaſtis de Conceſſ. præb. ſi-
gnanter Imol. num.15. verſ. Quod tamen Anchar. num.9. verſ.
Contrarium Ioan. Andr. num.20. & Abb. num.14 Rebuff. conſ.
60. num.12. Feder. de Sen. conſ.1. à num.7. Card. de Luca de
Benef. diſc.30. num.9. Adden. ad Conſtit. Benedict. Conſtit.6.
39 Alex.IV. ſub num.651. ibi: Præſes Capituli in negotio electio-
nis nihil plus habet; ſublata Præſidentia, quàm reliqui:
Rot. cor. Burat deciſ.809. num.7. ibique Adden. num.17. &
cor. Coccin. deciſ.1431. à num.6. & num 14.

40 Adhæſio igitur Præſidentis minori parti in noſtro caſu
nullum eidem addidit pondus, præter ſuum Votum, & tali
adhæſione non obſtante, major pars abſque Præſidente præ-
ferenda venit: Rot. dec.156. à num 21. par.12. rec.

41 Hæc tamen omnia dicta ſint præter neceſſitatem, quia
idem Præſidens tot, & tanta perpatravit circa negotium
noſtræ electionis, in facto comprobata, & in majori parte
tendentia ad impediendam legitimam, & liberam electio-
nem, ut irretitus remanſerit pluribus pœnis, & conſequen-
ter à dicto munere ſua culpa cecidit: Samuel. de Elect. tract.2.
contr.4. num.1. fol.380. ubi, quod hoc procedit etiam nulla
declaratione ſubſequuta ex Conſtit. Ordin. cap.2: de Elect. 42
Prior. diſt.2. num.5. lit. P. Ant. à Spir. Sancto Oper. moral.
tom.1. tract.3. diſp.6. ſect.6. §.15. nu.1090. Sigiſmund. à Bon.
eodem tract. dub.54. num.18. Barboſ. vot. deciſ.47. num.185.
& Donat. Rer. Regul tom.2. tract.4. de Elector. quæſt.36. ubi
refert Ordinis Conſtitutiones, idem determinantes.

Et in ſpecie, quod, quando Præſes Capituli ſua abuti-
tur poteſtate, licitum ſit Vocalibus ſine illo ad validam ele- 43
ctionem procedere, juxta diſpoſita in noſtris Conſtitutioni-
bus, & in Capitulo generali, Bononiæ anni 1615. celebra-
to, probant Paſſer. de Elect. cap.14 num.11. in fine. ibi: Et
aliàs ubi etiam datur Præſidens, ſi ipſe injuſto modo procedat,
poteſt major pars ad electionem ſine ipſo procedere, & etiam
ſine minori parte, ſi vocata nolit convenire: & Caſtelin. pa-
riter de Elect. cap.13. num.22. ibi: Dato, quod major pars
Capituli renuat in hoc Preſidenti, vel Superiori obedire pro-
pter injuſtitiam, quam pretendunt, poteſt ad electionem pro- 44
cedere abſque Præſidente, ac etiam ſine minori parte.

Minorem habet ſubſiſtentiam ea, quæ dicuntur de præci-
pitantia noſtræ electionis, non expectata ultima hora diei,
ad illam deſtinatæ; Hæc ſiquidem intercedit in hac parte 45
differentia inter majorem, & minorem partem Vocalium,
quod ſcilicet minor pars debet expectare majorem, major
autem ad id non tenetur, ſed de mane diei electionis poteſt
validè ad electionem devenire, nulla habita ratione illorum,
qui eodem tempore à Capitulo diſceſſerunt; vel noluerunt
in illo intervenire, ut probant Pellizz. in Manual. Regul. 46
tract.9. cap.2. num.75. Peyr. de Privil. tom.3. cap.9. in addit.
ad Conſtit. Clem.VIII. num.13. ibi: Et adverte unum bonum
punctum ad frenandos bellos humores, quod quando eſt ſtatu-
ta dies electionis, ſi aliqui Electores non compareant de mane, 47
poſſunt qui ſunt præſentes electionem hora ſolita facere &c.
Mandagot de Elect. par.1. cap.17. ubi, quod in electionibus,
in quibus ſobrietas exigitur, niſi abſentes manè veniant,
præſentes ad electionem validè procedunt, illorum abſentia
non obſtante Petr. de Bayſio in Direct. election. par.3. cap.11.
num.20. Murga ad Conſt. Benedict. conſtit.6. Alex.IV. n.655. 48
& ſeq. fol.179. Donat. Rer. Regul. tract.3. quæſt 9. per tot. &
tract.4 quæſt.13. tom.2. Barboſ. vot. deciſ.47. à num 17. Ca-
ſtellin. de Elect. cap.6. num.6. & nu.11. verſ. Tempus celebran-
di, & num.15. & Paſſer. eod. tract. cap.11. num.101. & 107. &
cap.13 num.32. & Rot. deciſ.70. num.3. cor. Ubag.

Abſquè ulla difficultate, accedente rationabili cauſa, ut
eſt timor ſchiſmatis, quam eventus in noſtro caſu comproba- 49
vit, illamque pro valido motivo accelerationis electionis
admiſit Rot. cor. Mino. deciſ.82. num.5. & in rec. deciſ.5. nu-
mer.3. & ſeq. part.18.

Ex quibus vindicata ab omnibus objectionibus validitate
noſtræ electionis, ex ſe ruit illa in perſona P. ab Aſcenſione
concluſa, & tamen illius inſubſiſtentia ulteriùs demonſtra-
tur, ſivè habeatur reſpectus ad Eligentes, ſivè ad Electum;
Quoad Eligentes, quia dùm major pars horum priorem ele-
ctionem unanimiter concluſerat in perſonam P. Velloſii, 50
non potuit validè ad ſecundam deveniri, prima non caſſata
Text. eſt in cap. Conſideravimus de Elect. ubi Gonzal. num.5.
Fermoſin. in Rubric. de Elect. quæſt.1. per tot. fol.97. ubi, 51
quod hæc procedunt, etiamſi ſecundò electus poſſeſſionem
ab Electoribus habeat Franc. Marc. quæſt.1197. in fine Cuc-
ch. Inſtit. moral. lib.4. tit.1. de Elect. num.144 Lotter de Re
benefic. lib.3. quæſt.17. num.110. & ſeq. & num.122. Gabriel.
à S. Vincent conſ.73. num.6. Petr. Gregor. de Elect. cap.18.
num 5. Card. de Luc. de Regul. diſc.11 num.2.

Idem quoquè diſponitur in noſtris Conſtit. cap 2. diſtinct.3. 52
text.3. de Elect. Prior. ubi Gloſſa lit. D. ibi: Nullus præſu-
mat ad aliam electionem procedere, ſeù aliud decretum electio-
nis formare, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, 53
quam ipſo facto incurrat: & ſequuntur Paſſer. de Election.
cap.12. num.26. verſ. Electores Fontan. ad eaſdem Conſtit. tit.
de Elect. num 27. & Camill in Director. Elect. Ordin Præ-
dic. cap.13. num 2. in fin.

Quo verò ad perſonam electam, præmiſſa concluſione, 54
quod principale requiſitum electionis repoſitum ſit in morum
integritate, & optima fama Eligendi, per Text in cap. In-
decorum de Ætat. & qualit. cap. Cùm in cunctis 7 de Elect.
cap. Grave nimis 29. de Præbend. & advertunt Cotot. contr.
celebr. lib 4. de Relig. contr.9. num.52. & ſeq. Lezzan. in Summ.
verb. Prælatus Regularis num.3. Murg. ad Conſtit. Benedict.
conſtit.6. Alex. IV. num 543. & Rot. cor. Seraph. deciſ.516. 55
num.5.

*num.*5. undè *D. Hieronymus in explicat. cap.*1. *Levit.* notabi-
liter ſcriptum reliquit: *Qui præſtantior eſt, qui doctior, qui
in omni virtute eminentior, ille eligatur.*

Sola lectura Summarii oſtendit, P. ab Aſcenſione fuiſſe
principale motivuum ſciſſuræ, & originem ſcandalorum,
56 & quidem, nedum in ultimo Capitulo, ſed uſque de anno
1686. quo de ordine hujus Sac. Congreg. inquiſitus, & pro-
ceſſatus fuit; Proindeque non videtur tolerandum, ut reti-
nendo Provincialatum, tot artibus procuratum, loco pœ-
57 næ, quam pro dictis exceſſibus meretur, conſequatur præ-
mium, quando de Jure ineligibilis eſt ille, qui cauſam ſcan-
dali præbiturus eſt, etiamſi nullum alium defectum patiatur,
nullumque crimen commiſerit *Abb. in cap.*1. *num.*6. *& ſeq. de
Elect. Rom. conſ.* 331. *in fine à Bonon. de Elect. dub.*45. *num.*7.
*&* 8. *Paſqual. quæſt. moral. juridic.*277. *num.*5. *Samuel. de
Elect. tract.*2. *contr.*4. *concl.*8. *nu.*10. *fol.*382. *Rot. cor. Seraph.
dec.*516. *num.*4. *& cor. Ottobon. dec.*202. *num.*15. *& Pignatel.*
58 *conſult* 93. *num.*8. *tom.*6. ubi de ineligibilitate Factionarii.

Pro coronide demùm ſcandalorum, idem P. ab Aſcenſio-
ne recurſum habuit ad regia Tribunalia, petendo mandata,
59 & juſſiones etiam contra Nuncium, in qua parte ſuperavit
Concivem ſuum *Olivam*, Eccleſiaſticæ Juriſdictioni infen-
ſiſſimum, qui quamvis in ſuo *Tractatu de Foro Eccleſiæ* mul-
ta prorſus inſubſiſtentia dixerit, circa hunc deteſtabilem re-
60 curſum ad Judices laicos, non tamen auſus fuit aſſerere illum
Religioſis eſſe permiſſum, ſed potiùs contrarium firmavit,
adducta ratione, nè Regularis obſervantia, ejuſque regi-
men perturbetur, ut videre eſt in *d. Tract. par.*1. *quæſt.*15.
*num.*46. cujus contrarium exadverſo totis viribus procuratur.

61 Die 2. Ottobris 1693. qua non ſcripſi, propoſita Cauſa
in C. E. & R. per Card. Lauræa reſponſum fuit: *Electionem
P. ab Aſcenſione eſſe confirmandam.* Repropoſita verò die 15.
Januarii 1694. reſcriptum fuit: *Recedendum à deciſis, &
neutram electionem ſuſtineri, cum omnibus inde ſequutis; Et
proindè intra tres menſes à die notitiæ hujus Decreti novum
Capitulum eſſe convocandum, in quo præſideat D. Nuncius
cum Breve Apoſtolico, excluſis ab electione paſſiva Provincia-
lis PP. Emanuele ab Aſcenſione, Emanuele Villoſo, & Antonio.*

# DISCEPTATIO XV.

## Portugallien. Electionum.

*PRO*

Definitorio Ordinis S. Auguſtini Provinciæ Luſitanæ.

*CUM*

Nonnullis Religioſis ejuſdem Provinciæ.

### ARGUMENTUM.

*Oſtenditur validitas electionis, factæ vigore Brevis Pon-
tificii. Religioſi, accedentes ad Urbem ſine Superio-
rum licentia, an dicantur Apoſtatæ, & quibus pœnis
puniendi ſint. Electio nulla in quibus terminis ſanari
ſoleat à Sacr. Congregat.*

1 VIdetur confirmanda reſolutio capta die 23. Jan. 1693.
electionem ſcilicèt Priorum, & Vocalium pro Capitu-
lo generali ſubſtineri, quia nil relevans contra illam affertur,
quod pro receſſu urgeat.

Quatenus enim inſiſtatur in eo, quod electio eorundem
Priorum fuerit nulla, ex quo celebrata fuerit antè lapſum
2 termini Capituli provincialis, prorogati ab Alex. VIII ſo-
la lectura Brevis prorogatorii omnem eliminat umbram diffi-
cultatis, quia in eo nulla fit prorogatio Capituli convocati,
neque adeſt ſuſpenſio electionis Priorum, ſed ſolùm injungi-
tur, ne idem Capitulum convocaretur, ibi: *Nè ante Domi-
nicam quinta poſt Pentecoſtes hujuſmodi Capitulum provincia-
3 le celebrare quotumque modo audeant, ſeù præſumant, ſub
nullitatis &c. pœnis &c.* Quod Breve punctualiter, ut par
erat, fuit adimpletum, dum idem Capitulum nec antè,
nec poſt dictum tempus fuit celebratum, ex quo ſupervenit
2. Breve, quo mediante eligebantur Præſidens, Definito-
rium, & Viſitatores.

Sicuti autem per hoc 2. Breve, & mediante electione di-
ctorum Officialium, à Summo Pontifice facta, deroga-
tum fuit priori, & excluſa neceſſitas celebrationis Capituli 4
pro electione eorundem Officialium *ad Text. in leg. fin. ff. de
Conſtit.* & firmata per *Rot dec.*495. *num.*1. *Emer. jun.* Ita va-
lidè deveniri potuit à ſolo Definitorio ad electionem Prio-
rum, & aliorum minorum Officialium extrà Capitulum
provinciale, juxtà diſpoſita in noſtris Conſtit. quas in his
caſibus pro lege ſervandas eſſe ſtatuit *Con. Trident. ſeſſ.*25. *de* 5
*Regul. cap.*7. *in fine*, & advertit *Donat. Rer. Regul. tom.*2.
*tract.*4. *quæſt.*18 *num.*9.

Certiùs quia proceſſum in hac gravi materia fuit cum ſen-
tentia P. Generalis, qui id per ſuam Epiſtolam diei 16. Aprilis
1690. expreſsè ſervari mandavit, mediantibus illis verbis: *Ce-* 6
*ſſat modò neceſſitas convocandi Capitulum, adeoque omittetur,
ſed publicatis Apoſtolicis Literis P.V novos Definitorii Pa-
tres, in eodem Brevi nominatos, ſimul congregare debebit,
atque cum eorum Voto ad cæteras Provinciæ electiones, ut
ſunt Priores, aliique Officiales, deveniat*; His ſtantibus non
damnandum, ſed ſummoperè commendandum eſt noſtrum
Definitorium, quod omni ſtudio Literas Apoſtolicas, & 7
proprii Superioris præcepta executioni demandavit, ut in
terminis alterius Capituli provincialis noſtri Ordinis obſer-
vat *Barboſ. vot dec.*47. *à num.*15.

Ex quibus ceſſare videntur ea omnia, quæ exagerantur
de incapacitate Eligentium, ob incurſum cenſurarum, com-
minatarum in dicto Brevi Alex. VIII. Quia eidem in nihilo 8
fuit contraventum; Et tamen ad excluſionem dictæ pœnæ,
ac cenſurarum ſuperabundat conſideratio, quod Definito-
rium proceſſit ad dictam electionem extrà Capitulum in vim
præcepti P. Generalis, ut in terminis advertunt *Clar. in §.
fin. quæſt.*60. *num.*14. *Lezan. in Summ. verb. Alienatio à n.*27.
*& Theſaur. de Pœn. Eccleſ. par* 2. *cap.*1. *verb. Alienatio bono-
rum Eccleſ. verſ. Nota quod.*

Non urgente replicatione, quod non ſit in facultate P. Ge-
neralis noſtris Conſtitutionibus, quæ contrariæ ſupponun-
tur, derogare; Quia PP. Eligentes non fuerunt uſi Epiſto- 9
la P. Generalis pro derogatione, ſed pro interpretatione
Conſtitutionum; Quidquid autem ſit, an idem P. Genera-
lis in dictis circumſtantiis benè, vel malè ſe geſſerit, rotun-
dis literis clarè ſcribendo, ut Capitulum omitteretur, cer-
tum eſt, quod non erat in facultate Subditorum de ea re di-
ſputare, ſed, ut ſequutum fuit, ſtatim parere debebant.

Minorem habet ſubſiſtentiam nullitas electionis Vocalium,
ex eo deducta, quod illa fieri debebat à Capitulo, non à De- 10
finitorio; In hac enim parte aſſiſtunt quoque nobis *Conſtit.
Ordin. par* 3. *cap.*10. *§.*10. *num.*5. ibi: *Quando autem extra
tempus Capituli electionem Deffinitoris, & Diſcreti fieri ne-
ceſſe fuerit, ſufficit, ut Provincialis, cum PP. Definitorii ad
electionem conveniat*; Attenta proindè neceſſitate illos mit- 11
tendi ad proximum Capitulum generale, & impoſſibilitate
convocandi novum Capitulum provinciale, validè proceſſit
Definitorium ad illorum electionem de menſe Auguſti 1693.
ex authoritatibus ſupra adducti §.6.

Neque obſtat, eandem electionem potuiſſe fieri in antece-
denti Capitulo, quia in tantum illa omiſſa fuit de conſenſu 12
illorum, ad quos ſpectabat, in quantum jam nota erat Gra-
tia prorogationis Generalatus, per P. Generalem obtenta
ab Alex. VIII. qua ſtante, electio Vocalium erat prorſus
fruſtratoria, fierique debebat in ſequenti Capitulo, juxta
diſpoſita per noſtras *Conſtit. part.*3. *cap.*10. *§.*5. *num.*4. ibi:
*Et ſi ſequenti biennio Capitulum generale debeat celebrari,
eligatur Definitor, & Diſcretus, qui pro illa Provincia ad
dictum Capitulum vadant:* Prudenter propterea ſe geſſerunt 13
iidem PP. omittendo id, quod ad nihilum erat deſervitu-
rum, ut conſiderant *Surd. deciſ.*87. *num* 9. *Magon. dec. Flo-
rent.*67. *num.*22. *Card. de Luc. de Penſ. diſc.*31. *num.*10. & in
ſimilibus terminis *diſc.*155. *num.*12. *verſ. Illud. autem de Fi-
deicomm.*

Nec replicetur, per recens reſcriptum hujus S. C. idem
Breve prorogatorium Generalatus eſſe declaratum ſubrepti-
tium, inferendo exindè, quod ſi facta fuiſſet in Capitulo 14
electio Vocalium illa fuiſſet utilis; Cùm enim reſolutio hu-
jus Sacr. Congreg. de tempore diſſoluti Capituli eſſet omni-
nò eventualis, & dubia, & ſecundum ſtatum rerum, de eo-
dem tempore exiſtentium, non tam facilis, conſiderandum
non eſt id, quod evenit, ſed quod poterat accidere: Huma-
næ ſiquidem, & prudentes actiones non eventibus, ſed con-
ſilio metiendæ ſunt, & æſtimandæ, ut ad propoſitum ad-
vertunt *Bald. conſ. ult. ſub num.*3. *lib.*4. *Tiraquel. de Pœnit.* 15
*temper. cap.*52. *num* 9. *& Rot dec.*164. *à num.*12. *par.*15. *rec.*
ubi refert vulgatum illud *Ovidii: Careat ſucceſſibus opto:
Quiſquis ab eventu facta notanda putat.*

Poſte-

Poſterior verò data ejuſdem Brevis prorogatorii non benè
16 exageratur ad inferendam improbabilitatem ſcientię ejuſdem Brevis, quia nos nunquam diximus PP. Eligentes motos fuiſſe à Brevi, jam expedito, ſed à notitia ejuſdem, paulò poſt expediendi, & à certitudine Gratiæ, per Summ. Pontificem P. Generali factæ, quæ ſufficiens fuit motivum dilationis.

Tertia nullitas electionis Vocalium deſumi prætenditur ab Inhibitione Nuncii, nè ad illam deveniretur; Sed hæc diluitur ex ipſo facto, ex quo conſtat, eundem Nuncium nil aliud reſcripſiſſe inſtantiis ex adverſo porrectis, quàm: *Che*
17 *ſe daſſe viſta al Padre Præſidente, e frà tanto ſi oſſervaſſero le Conſtituzioni*; Cùmque totum hoc factum fuerit, & P. Præſidenti, re maturè diſcuſſa, cum totius Definitorii conſilio, viſum fuerit, Conſtitutiones non refragari, quæ omnia per eundemmet P. Præſidentem notificata fuerunt eidem Nuncio, ceſſat magnificatum hoc attentatum, quod nunquam adeſſe dicitur, quando inhibitio, ut in præſenti verificatur,
18 non adeſt, & ſpretus Judicis, ut in caſu noſtro, non concurrit *Rot. in Rom. ſeù Nepeſ. attentat. 4. Julii 1692. §. Et quidem cor. Hervault.*

Pro quarta nullitate adducuntur *Ordinis Conſtit. part. 3.*
19 *cap 9. §. 3.* mandantes: *De Patrum conſenſu per ballotas expreſsè deputari tres Judices peritos, & expertos, qui ante omnia Literas Diſcretorum examinent, ac de habentibus vocem, tàm activam, quàm paſſivam omnem controverſiam dirimant*; Quod in caſu præſenti non fuit practicatum. At objectum procederet, ſemoto Brevi Alex. VIII. quo caſu locus erat dictæ electioni Judicum, ad hoc, ut unicum, & proprium officium exercendo, cognoſcere poſſent de validitate
20 Literarum illorum, qui ſuffragium ferre debebant in electione Præſidentis, Definitorum, & Aſſiſtentium; Cùm autem eidem Summo Pontifici viſum fuerit, electionem dictorum Officialium in dicto Brevi demandare, ceſſavit utique neceſſitas illos deputandi, quia ceſſavit finis, propter quem deputari debebant; Cumque eiſdem Conſtitutionibus ampliſſimè in hac parte fuerit in dicto Brevi derogatum, nullum, ad effectum de quo agitur, præſtant impedimentum, minuſq;
21 illorum inobſervantia nullitatem aliquam cauſare potuit, ut probat *Card. de Albitiis poſt Card. de Luc. de Juriſdict. diſcept. 2. q. 1. n. 19.* & firmavit *Rot. cor. Merlin. dec. 461. num. 29.*

Ex his igitur demonſtrata inſubſiſtentia prætenſarum nullitatum electionis, tàm Priorum, quàm Vocalium, ſupe-
22 reſt, ut reſpondeamus exceptionibus contra perſonam P. M. Chriſtophori de Foyos, qui in quodam Memoriali, vulgari idiomate impreſſum, de apoſtaſiæ crimine gratis ubique notatur, ex quo acceſſerit ad Urbem ſine Vicarii provincialis licentia; Verùm unica animadverſio omnem amaritudinem
23 in hac parte tollit, conſiderando ſcilicet, quod idem P. de Foyos moram non trahit in aliqua Civitate, de Fide ſuſpecta, ſed in ipſa Urbe, veritatis, & Fidei magiſtra, in conſpectu Summi Pontificis, Sacræ hujus Congregationis, & proprii Superioris, & quidem exercendo munus Procuratoris ſuæ Provinciæ, proindeque prorſus incongrua videtur exceptio hæc, à paucis Religioſis promota.

Et tamen illius inſubſiſtentia detegitur ex eo, quod quam-
24 vis eidem injuſtè denegata fuerit licentia ſui Superioris pro neceſſario adventu ad Urbem, habuit, tamen illam Card. de Alteriis Protectoris. Unde nimis improprium videtur, ſimilia delicta imputare illis Religioſis, qui ad Urbem accedunt cum licentia Emin. Ordinum Protectorum, qui id in
25 facultatibus habuerunt à Clemen. VIII. ut ex *Conſtitut. 60. Bullar. nov. tom. 3. §. 13.* ibi: *Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, niſi priùs à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in ſcriptis impetraverint.*

Quæ dicta ſint ex abundanti, quia nova hæc ſpecies Apoſtaſiæ nullam habet ſubſiſtentiam; Illa enim tunc ſolùm incurritur, quando concurrit animus deſerendi in perpetuum
26 jugum, & Inſtitutum religioſum, ut uno ore affirmant Theologi, & Canoniſtæ, apud *Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 16. quæſt. 1. Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 6. cap. 8. num. 2. Leſſ. de Juſt. & Jur. cap. 41. dub. 15. num 109. Portell. in Dub. Regul. verb. Apoſtata num. 1. Layman Theol. moral. lib. 2. tract. 15. num. 1. Boſs. in Floritb. Theol. practic. verb. Apoſtaſia nu. 11. & Paſqual quæſt. moral. cent. 1. quæſt. 44. n. 5.*
27 ubi *nu. ſeq.* quod proindè tranſiens de una Religione ad aliam laxiorem, etiam ſine licentia, non poteſt de Apoſtaſiæ crimine puniri, *& Ricc Collectan. 2286. per tot.*

Et in ſpecie, quod Regulares, accedentes ad Urbem ſine ſuorum Superiorum licentia, non Apoſtaſiæ deteſtabile cri-
28 men, ſed minores alias pœnas incurrant, ſancivit Clem. VIII. *in citat. Conſt. 60. Bullar. nov. tom. 3. §. 13.* ibi: *Si quis autem ſine hujuſmodi facultate Romam venire præſumpſerit, voce activa, & paſſiva biennio privatus exiſtat, ſubiturus etiam alias, arbitratu Superiorum infligendas pœnas.*

Imò, *quòd Regulares recurrentes recto tramite ad Urbem à gravaminibus ſuorum Superiorum, non incurrant pœnas* 29
*Apoſtaſiæ, ex quo diſceſſerunt ſine eorundem Superiorum obedientia, dummodo non vagent, & ſe præſentent R. P. D. Secretario Sac. Cong. nec ideo moleſtandi ſint*, per hæc numero verba id obſervat *Monacell. Formul. tom. 1. in Appendic. ad Decr. de Eject. num. 1. fol. 342.* ubi, quod ita reſolvit hæc S. C. *in* 30
*Valentina 6. & 27. Junii 1698. referente Card Petruccio*, quam ſequutus ſui *in Inſt. crim. lib. 1. tit. 8. de Crim. Apoſtaſ. nu. 29.* & concordant multæ aliæ ſimiles reſolutiones relatæ *à Nicol. Lucubrat. canon. lib. 3. tit. 31. de Regul. poſt num. 43. Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. §. Apoſtaſia num. 27.* ubi ad id probandum 31
validas adducit rationes *Meroll. tom. 2. tit. de Legib. diſput. 4. dub. 6. num. 127. Ricciull. de Jur. perſonar. lib. 8 cap. 2. num. 28. Coriolan. de Caſib. reſerv. par. 2. caſ. 2. de Apoſtaſ. num. 13. Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 6. cap. 8. num. 17. Roderic. quæſt. Regul tom. 1. quæſt. 30. art. 3. Donat. Rer. Regul. tom. 1. tract. 6. de Fugitiv. à Clauſtr. quæſt. 11. num. 1.* ubi, quod hæc opinio de 32
Jure communi indubitata eſt, ſivè Subditus fugiat intuitu illati, vel inferendi gravaminis & ſive cauſa appellandi, ſivè exponendæ querelæ apd Superiorem, & latiſſimè *Matthæucc. in Official. Cur. Eccleſ. cap. 5. à num. 12.*

Quibus non adverſantur diſpoſita i n *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 4.* his verbis: *Nec liceat Regularibus à ſuis* 33
*Conventibus recedere, etiam prætextu ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint*; Objecto enim punctualiter occurrit *Matthæucc. ubi ſupra nu. 13.* his verbis:
*Credendum non eſt, Concilium voluiſſe derogare Juri* 34
*naturali, ipſumque non loquitur de Religioſis, à Superiore injuſtè, & contra Jus gravatis, ſed de illis, qui ſine vera cauſa recurrunt, quod illa dictio* prætextu *ſignificat; Prætextus enim eſt color quæſitus, & non vera cauſa; Prohibetur ergo à Concilio receſſus, & recurſus ex cauſa colorata, & levi, & ficta, non verò ex cauſa reali, & in caſu realis gravaminis, præſentis, ſivè imminentis*; Circa quam reſponſionem concordant
etiam *Pignatell. conſul. 24. num. 27 & 28. tom. 10.* ubi refert 35
ita deciſum ab hac Sac. Congr. *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 2. V. Apoſtaſia num. 31. Quarant. in Summ. Verb. Archiepiſcopi authoritas ſub num. 20. verſ. Concluſionem Ricciull. de Jur. perſon. lib. 8. cap. 2. num 28.* ibi: *Et propterea non ita facilè exiſtimandum eſt, de mente Sacri Concilii fuiſſe auferre remedium recurrendi in caſibus, in quibus de Jure aliàs liceret;*
*Dicendum eſt ergo, mentem Concilii fuiſſe ſubtrahere Religioſis* 36
*inanes, affectatoſque pretextus, quibus ſubnixi ſæpiſſimè nonnulli leviſſimis ex cauſis Conventus exibant, & quod in illis caſibus intellexirit Religioſos eſſe puniendos, tamquam ſui Ordinis Deſertores, etiamſi recedant ſub prætextu accedendi ad ſuos Superiores.*

Quæ omnia comprobantur ex Epiſtola hujus S. C. regiſtrata per *Fagn. in cap. de Priore num. 38. de Appellat.* ubi de ordine SS. ſtatuit: *Ut ſi quis Regularium in poſterum temerè,*
*leviquè ex cauſa hanc almam Urbem, ſeu Curiam, abſque ſui* 37
*Superioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa, adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem Superiores ſeveri pœna plectendus remittatur*: Quod notant etiam *Pignatell. oonſul. 24. n. 28. tom 10. & Monacell. in Formul. tom. 1. in Append ad Decr. de*
*Elect. num 1.* ibi: *Si tamen temerè, levique ex cauſa Urbem* 38
*peterent, ſeu Curiam, abſque ſui Superioris licentia, ad eundem Superiorem remittendi eſſent plectendi juxta Decretum S. C. E. & R.*

Et iſti ſunt caſus, in quibus meritò hæc S. C. quotidiè reprobat ſimiles acceſſus ad Curiam, quia ſcilicèt id ſequi ſolet levibus ex cauſis, & cum illis inconvenientibus, quæ 39
notat *Fagnanus*, harum materiarum, peritiſſimus *loco proximè citato*; Quia ſcilicèt daretur Religioſis materia facilè vagandi extra Clauſtra; Quia propter ingentes ſumptus, qui annexi ſunt litibus, experientia teſte, & id obſervante *Rot. dec. 325. num. 11. par. 14. rec.* ibi: *Cùm omnibus pateat lites in* 40
*Urbe non ſine magno diſpendio agitari, & deciſ. 479. num. 17. par. 29. rec.* ibi: *Receſſus à litibus, quæ in Urbe non ſine magno diſpendio agitantur*; Cogerentur Religioſi pecunias illicitis mediis ſibi comparare; Quia permittendo ſimiles 41
acceſſus ad Urbem ex levibus cauſis, non ſine ignominia Religionum, & ſcandalo Sæcularium, eorum delicta publicarentur; Quia demum enervaretur monaſtica diſciplina, & Regularibus Prælatis debita ſubtraheretur obedientia contra *Text. in cap. Reprehenſibilis de Appell.*

Quibus addimus, quod omnes prædictæ frivolæ exceptiones proponuntur, ut ita dicam in vigilia Capituli generalis, 42
& quidem data opera, ex quo à die ultimæ reſolutionis, huic

Parti

Parti favorabilis, Oppoſitores nunquam petierunt iterum audiri, niſi paucis ab hinc diebus, proindeque applicatur concluſio, in his materiis receptiſſima, quod ſcilicet crimina, aliæque objectiones, contra Vocalium perſonas paulò ante Capituli celebrationem propoſitæ, non attenduntur, ſed illorum diſcuſſio, & cognitio differenda eſt ad congruentius tempus poſt concluſionem, & terminationem Capituli,
43 ut advertunt *Paſſer. de Elect. quæſt. 32. num. 9. Caſtell. eodem Tract. cap. 3. num 20. & 21. & Card. de Luc. de Canon. diſc. 27. num. 18. & ſeq.*

Die 24. Aprilis 1694. Propoſita Cauſa in C. E. & R. per
44 Card. Carpineum, reſponſum fuit: *Cum Sanctiſſimo pro ſanatione, cum clauſula quatenus opus ſit.*

---

# DISCEPTATIO XVI.

## Andrien. Aggremiationis,

*PRO*

Epiſcopo Andriæ.

*CUM*

Canonicis ejuſdem Civitatis.

## ARGUMENTUM.

*In Eccleſiis receptitiis quando non poſſit denegari Civibus adſcriptio, ſeu aggremiatio, & an Capitulares poſſint illam non concedere, abſque expreſſione, & probatione juſtæ cauſæ, facienda coram Epiſcopo, ſed procedere poſſint per viam ſecreti ſcrutinii.*

1 *Cathedralis Eccleſia Andrienſis, præter aliarum Eccleſiarum Cathedralium uſum, & naturam, nullos habet Canonicos, vel Beneficiatos, in titulum provideri ſolitos, ſed, exceptis quatuor Dignitatibus, tanquam ſimplex Eccleſia receptitia non numerata, conſtituitur ex omnibus Presbyteris, & Clericis nationalibus, ejus ſervitio adſcriptis*, ut per hæc verba obſervat *Cardin. de Luc. de Præemin. diſc. 22. numer. 10.* Et fatendo qualitatem Eccleſiæ receptitiæ expoſuerunt Capitulares huic S. C. in precibus, porrectis die 18. Apr. 1672. ibi: *Il Clero d'Andria, conſiſtente nella Catedrale, e due Collegiatæ de' Preti ſecolari, tutte Chieſe recettizie*; Nec-
2 nonlegitur in Folio S. C. C. diei 5. Maii 1696. in una *Andrien.* ibi: *In Cathedrali Eccleſia Andrien. quæ receptitia eſt.*

Ad hoc autem, ut aliquis Clericus ad illius ſervitium adſcriptus aggremietur, concurrere in eo debent qualitates ori-
3 ginis in Civitate, & legitimorum natalium, necnon, quod non habeat alium fratrem, ſervitio ejuſdem Eccleſiæ adſcriptum, ut videre eſt in Statutis, in Secretaria exhibitis.

Poſt adſcriptionem, & aggremiationem quilibet Clericus inſervire gratis tenetur Eccleſiæ per ſpatium ſex annorum.
4 Subdiaconus per biennium, quo elapſo participat de communi maſſa pro ſola medietate unius portionis. Diaconus verò poſt gratuitum ſervitium ſimilis biennii, participat pro duabus tertiis partibus, & Sacerdos, terminato eodem biennio Eccleſiæ gratuito ſervitio, participat integram por-
5 tionem maſſæ communis, dummodo vacans reperiatur, ut conſtat ex dictis Statutis, & inter Partes non controvertitur.

Circa hanc aggremiationem anteceſſores Capitulares de
6 tempore in tempus exorbitantes excitarunt prætenſiones, primo loco ſtatuentes, nullius eſſe roboris Apoſtolicas diſpenſationes circa eandem aggremiationem, prorſus inhabilem reputando taliter ab Apoſtolica Sede diſpenſatum, pro obtinenda participatione maſſæ communis; Quod tamen Statu-
7 tum ex replicatis reſolutionibus hujus S. C. nullius roboris declaratum fuit, & è Libris capitularibus abolitum, cum abſolutione à cenſuris, per Statuentes incurſis, ut hinc inde admittitur.

Secundo loco ſtatuerunt iidem Capitulares, non eſſe ag-
8 gremiandos Clericos illos, quibus Epiſcopus ordines conferret, abſque ſpeciali licentia Capituli, prætendentis è contra aggremiare etiam Laicos, antequam prima tonſura initiarentur ab Epiſcopo; Quod pariter Statutum, & præ-
9 tenſio nullius roboris declaratæ fuerunt ab hac Sacr. Congreg. ut pariter in confeſſo eſt inter Partes.

Tertio loco aliam excitarunt iidem Capitulares prætenſionem non aggremiandi Clericos, quamvis ſtatutariis qualitatibus prædítos, & ab Epiſcopo Eccleſiæ ſervitio jam ritè 10
adſcriptos, ſed de menſe Januarii 1672. habito oportuno recurſu ad hanc Sac. Congr. ſuccubuerunt Capitulares, mediante ſequenti reſcripto: *Obtenta prima tonſura, teneatur Capitulum aggremiare;* A quo tempore nulli Clerico, ab Epiſcopo adſcripto Eccleſiæ ſervitio, denegata fuit aggremiatio in exequutionem ejuſdem reſolutionis, poſitivè ac- 11
ceptatæ à Capitularibus in precibus huic S. C. porrectis die 30. Sept. ejuſdem anni 1672. cum reſcripto: *Detur Decretum jam editum;* Circa cujus reſolutionis exequtionem exhibitæ fuerunt juratæ atteſtationes Canonicorum, tàm Eccleſiæ Cathedralis, quàm Collegiatarum SS. Annunciatæ, & S. 12
Nicolai aſſerentium: *Che dopo l'anno 1672. nel quale la Sag. Congr. de' Veſcovi, dichiarò, che il Capitulo tenetur aggremiare &c. neſſun Clerico, aſſegnato dal Veſcovo &c. è ſtato mai rifiutato da niuno de' ſudetti Capituli, a titolo, che foſſe in ſua libertà di aggremiare, e non aggremiare.*

Poſt 24. annorum ſpatium pacificæ exequutionis ejuſdem 13
reſolutionis anni 1672. anno 1695. moderni Capitulares aggremiationem, nulla concurrente legitima cauſa, denegarunt Clerico Franciſco Paulo Græco, ad cujus inſtantiam,
cum adhæſione anteceſſoris Epiſcopi, propoſita Cauſa in 14
hac S. C. die 15. Mart. 1696. in qua plura prorſus inſubſiſtentia ſuppoſita exadverſo fuerunt, emanavit reſcriptum: *Reaſſumatur Poſitio anni 1672. & revideatur reſolutio in ſecunda parte, ac ſcribatur Epiſcopo pro meliori Informatione ſuper affectibus aggremiationis, audito Capitulo.*

Paruit hujuſmodi decreto idem Epiſcopus anteceſſor, re- 15
ferendo huic S. C. tres eſſe principales effectus aggremiationis, I. Scilicèt habere vocem in Capitulo, poſtquam Sacerdotali caractere inſigniti ſunt; II. Aggremiatos, præcedente determinato, & gratuito Eccleſiæ ſervitio, partici- 16
pare de effectibus Maſſæ communis, cum arbitrio tamen ex parte Capitularium admittendi ad participationem etiam illos, qui idem ſervitium integraliter non præſtiterunt. Et III. Cuilibet Sacerdoti aggremiato obligatum eſſe Capitulum funerale gratis peragere, unà cùm aliquibus miſſis a quolibet Sacerdote defuncto Colleghæ celebrandis.

Repropoſita deindè Cauſa die 8. Feb. 1696. dilata fuit re- 17
ſolutio, quam hodiè ſperamus, & ſupplicamus pro confirmatione dicti decreti anni 1672. Capitulum ſcilicèt teneri aggremiare Clericos, ab Epiſcopo legitimè ordinatos, & Eccleſiæ ſervitio ritè adſcriptos.

Ad quem effectum ſola ſufficeret animadverſio, quod agitur de reſolutionibus hujus S. C. Partibus informantibus editis, &
exequutioni per 20. & ultra annos pacificè demandatis; *Si* 18
*enim jam pleniſſimum finem accepit, & neque per appellationem ſuſpenſa eſt &c. Satis durum eſt hujuſmodi querelæ indulgeri, ne in infinitum Cauſæ retractentur, & ſopita jam negotia per hujuſmodi viam iterum aperiantur*, ad literam *Text. in leg.* 19
*final. in fine, Cod. de Fid. inſtrum.* quem refert, & ſequitur *Rot. dec. 305. num. 14. par. 18. rec.*

Certiùs, quia eadem reſolutio juſtiſſima eſt; Eo enim ipſo, quod Clerici Andrienſes pollent qualitatibus ſtatutariis, dicuntur habere fundatum Jus ad acquirendam con- 20
gruo tempore, & mediante præſcripta gratuiti ſervitii præſtatione, participationem maſſæ communis, juxta doctrinam *Ang. Doctor. in 2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad 4.* cum aliis concordantibus, ſequutis à *Vivian. de Jurepatr. lib. 6. cap 11. num. 4 & ſeqq. Pignatell. conſult. 89. num. 4. tom. 1.* ubi, quod hujuſmodi ſtatutariæ diſpoſitiones, & conſuetudines dicun- 21
tur rationabiles, & ſanctæ, & *Rot. dec. 66. num. 6. & ſeqq. cor. Caril.* ubi, quod utinam ubique Locorum fierent hujuſmodi Statuta, & vigerent ſimiles conſuetudines, quia Ec- 22
cleſiis, Sacerdotiis, ac Divino cultui ſanctius, & diligentius exhiberetur miniſterium.

Ex qua animadverſione inapplicabile prorſus remanet exemplum Novitiorum, exadverſo allegatum, quia iſti nullum habent Jus, ut Religio illos recipiat, & admittat, minuſque dicitur illis irrogari injuria per non admiſſionem, & non receptionem, ut de ſe patet.

Nullum igitur remanet arbitrium Capitularibus non aggremiandi Clericum, taliter qualificatum, ut in terminis 23
obſervat *Card. de Luc. de Canon. diſc. 19. num. 1.* & meliùs *diſc 22 num. 4.* ibi: *Cùm Eccleſia ex Statuto, vel conſuetudine eſſet Civium receptitia, hinc proindè hujuſmodi Clericorum, ſeù Presbyterorum receptio, non provenit à libera facultate Capituli, quod poſſet non recipere, ſeù conducere iſtos potiùs, quàm alios, ſed ex Jure civico, quod ſine dubio præbet Jus neceſſarium, & arctativum Capituli, quod volens, non po-*

*teſt*

*teſt recuſare admiſſionem ad ſervitium, & maſſam Civium*
*habentium præſcriptas qualitates &c. Et conſequenter admiſ-*
*ſio non eſt merè voluntaria, itaut pendeat à nutu Capituli, ſed*
*habet fundamentum in eo Jure, quod tribuit Statutum, vel*
*conſuetudo habentibus præfinitas qualitates*, & firmavit *Rot.*
*deciſ.832. num.29. verſic. Sed quid ſit cor. Merlin. & deciſ.37.*
*num.6. par.15. rec.* ibi: *Viſum eſt DD. quod, probatis quali-*
24 *tatibus, Sacerdos veniat admittendus, non ex mera volunta-*
*te, & gratia, ſed ex officio, & Juris præcepto, & deciſ.9.*
*num.20. & deciſ.431. à num.23. par.18. rec.*

Quatenus autem de facto non admittantur, ſeù non ag-
gremientur, habentur pro admiſſis à Jure, ut in terminis
firmavit *Rot. dèc.832. num.29. cor. Merlin.* ubi, quod non vi-
25 detur Juri, neque æquitati conſonum rejicere habentem re-
quiſita Statuti, eſſetque calumniam, & injuriam inferre,
*& dec.123. num.4. & 5. & dec.264. num.2. cor. Ottob. & dec.68.*
26 *à nu.1. par.12. & d. dec.37. num.1. par.15.* ubi, quod hoc pro-
cedit, non ex gratia, ſed de rigore juſtitiæ, *dec.188. num.32.*
*par.17. & dec.9. num.12. & 13. & dec 432. num.26. in fin. p.18.*
27 *rec.* ubi quod bonus vir pati non debet, ut habens præſcriptas
qualitates, gratìs, nullaque concurrente legitima cauſa, re-
jiciatur, *& dec.557. à num.18. ead. par.18. rec.*

Aliàs ex contraria prætenſione ſequerentur omnia illa ab-
ſurda, quæ de medio ſubſtulit hæc Sac. Congr. mediantibus
28 pluribus reſolutionibus, datis in Summario, & enunciatis
per anteceſſorem Epiſcopum; Quia poſſent Capitulares ſub
velo ſecreti ſcrutinii, exadverſo prætenſi, non aggremia-
re Diſpenſatos ab Apoſtolica Sede, nec ordinatos ab Epiſco-
pis ſine Capituli licentia, in Epiſcopalis dignitatis contem-
29 ptum, & divini cultus maximum detrimentum, dum ag-
gremiatio directè tendit ad gratuitum Eccleſiæ ſervitium per
ſpatium 12. annorum abſque ullo, vel minimo præjudicio
jam admiſſorum ad participationem, ut fatentur iidemmet
Capitulares; Quæ omnia non videntur ab hac S C. permit-
tenda, ut obſervat *Pignatell. conſult.309. per tot. tom 1. &*
30 *conſult.93. num.10. verſic. Addo lib.4.* & in noſtris terminis fir-
mavit *Rot. dec.37. num 7. part.15. rec* ibi: *Et fuit ex facto*
*obſervatum, hos Sacerdotes non convenire, atque ita non fo-*
*veri diſcordiam, imò augeri cultum divinum, & propterea*
*numerum non reſtringendum.*

Inſubſiſtentia modernæ prætenſionis Capitularium non
obſcurè deducitur etiam ex antiqua prætenſione non aggre-
31 miandi ordinatos ab Epiſcopo, abſque illorum licentia; Si
enim ipſis licitum erat liberè aggremiare, vel non aggremia-
re ſibi benè viſos, poterant utique aggremiationem denegare
illis, quibus Epiſcopus ordines contulerat abſque illorum
permiſſione; Cùm autem in hac prætenſione ſuccubuerint,
non debet hodiè per indirectum idem permitti contra *Text. in*
32 *leg. Sejus, & Augerius, ff. Ad leg. falcid.* & obſervant *Me-*
*noch conſ.285. num.41. Surd. dec.21. num.4. Bellet. diſquiſ.*
*Cleric. tit. de Exempt. Cleric. à mun. §.7. num.6. Emer. jun.*
*deciſ.1234. num.7.*

Non adverſante prætenſa quaſi poſſeſſione Capituli non
aggremiandi ſibi non benè viſos. Hæc enim quatenus adfuiſ-
ſet, quod abſolutè negamus, ſublata funditùs remanſiſſet
33 per reſolutionem anni 1672. à quo tempore incontrovertibi-
lis poſſeſſio ſtat pro coactione, & neceſſitate aggremiandi,
ex propria confeſſione Capitularium, qua non poteſt dari
melior probatio, vulgata *leg. Generaliter, Cod. de Non nu-*
34 *mer. pec.* Et quibus Capitularibus, utpotè deponentibus con-
tra proprium intereſſe, & commodum, de re, circa quam
præſumuntur optimè informati, plena fides eſt adhibenda,
*Soccin. jun. conſ.61. num.19. & 20 lib.2. Surd. deciſ.107. nu.5.*
35 *& Rot. dec.285. num.6. cor. Dunoz. jun. & dec.281. nu.12. par.*
*17. rec* Et in terminis atteſtationis Canonicorum contra pro-
36 prium commodum, & intereſſe, benè *Rot. cor. Celſ. deciſ.*
*189. num.4.*

Quod præſumeretur etiam de Jure, quo attento aggre-
miationes omnes, poſt dictam reſolutionem factæ proceſſiſſe
37 dicuntur in exequutionem ejuſdem arctativæ reſolutionis,
cum excluſione cujuſcumque facultatis, *Dec. in cap. Cùm M.*
*Ferrarienſis à num.117. de Conſtit. Poſth. de Manut. obſerv.*
*53. num.28. & obſerv.60 ſub num.6. & Rot. dec.566. num.19.*
*cor. Cerr. & dec.171. num.4. in fine par.3. rec.*

Et tamen diligenter pervolutis omnibus Scripturis, exad-
verſo exhibitis, unicus tantùm allegatus fuit actus anni
38 1616. cum ſuppoſito facultativæ excluſionis Franciſci Jaco-
bi Fanelli.

Hæc autem unicitas actus ad evidentiam oſtendit debilita-
tem prætenſionis; Cùm enim intentio Capituli non ſit fun-
39 data in jure communi, privilegio aliquo ſpeciali, ſeu ſtatu-
tarla ſanctione, quæ potiùs militat in oppoſitum, ſed inni-
tatur aſſertæ conſuetudini, hæc numquam inducitur ex uni-
co actu, *Rot. dec.207. num.7. cor. Peuting. & dec.551. num.18.*
*& ſeq. cor. Cerr.* & in noſtris terminis benè *Card. de Luc. de*
*Canon. diſc.20. nu.20.* ibi: *Sed pariter &c. id continebat æqui-* 40
*vocum manifeſtum, quoniam id rectè procedit in eo, qui habet*
*Juris aſſiſtentiam, ac fundatam intentionem in univerſum,*
*ut eſt Epiſcopus in Juriſdictione Epiſcopali &c. Secus autem*
*dicta Juris aſſiſtentia non concurrente, adeoùt totum Jus poſ-*
*ſeſſoris aliquorum actuum fundetur in ſola conſuetudine, ſeù* 41
*præſcriptione &c.* & *Rot. dec.423. nu.3. par.4. rec. & dec.551.*
*num.15. cor. Cerro.*

Ultra quod cùm dicto anno 1616. aggremiarentur etiam 42
non tonſurati, quod prohibuit hæc S. C. anno 1620. Aggre-
miarentur etiam Clerici, non addicti per Epiſcopum Eccle-
ſiæ ſervitio, minuſque ab eodem examinati, & approbati;
Proùt etiam aggremiare ſoliti erant Capitulares etiam illos,
qui determinata ſervitia Eccleſiæ non præſtiterant, quod
etiam de præſenti ad eorum arbitrium practicatur; Eadem
excluſio, quatenus in facto ſubſiſteret, referri poſſet alicui
ex dictis legitimis cauſis, & non voluntariæ condonationi
ſervitii non præſtiti, ſicque nullo modo trahi poteſt ad no- 43
ſtrum, ex firmatis per *Rot. dec.551. num.5. & ſeqq. cor. Cerr.*
& in noſtris terminis *in dec.327. num.27. verſ. Et debent in-*
*tellig. par.17. rec.*

Quam veriſimilitudinem comprobarunt ipſimet Capitu-
lares, adducendo ſimilem excluſionem Roberti Vulponi,
cauſam habentem ex eo quod petierat aggremiari tempore, 44
quo non erat Clericus; Ex quo apertè liquet, dictum Fran-
ciſcum Jacobum Fanelli, qui anno 1616. prætenditur ab ag-
gremiatione excluſus, non fuiſſe Clericum, neque Eccle-
ſiæ ſervitio ab Epiſcopo adſcriptum, ſed merè Laicum, utì
tunc temporis moris erat Laicorum aggremiationes fieri, qui 45
abuſus, ut diximus, improbatus fuit mediantibus pluribus
decretis hujus Sac. C. Si enim fuiſſet Clericus, facta fuiſſet
mentio Clericatus, ut practicatum fuit in aliis aggremiatio-
bus, & ſignanter in illa anni 1685. in qua ter exprimitur qua-
litas Clericalis petentium aggremiationem, ibi: *Li Clerici*
*ſono, videlicet, Clerici*; Quid igitur ad rem noſtram, quod 46
Franciſcus Jacobus Fanellus non adhuc Clericus fuerit ab ag-
gremiatione excluſus; Tales enim Laicos debere Capitulum
excludere, imò nullo modo poſſe aggremiare, conſtanter af-
firmamus, tàm de Jure, quam in exequutionem decreto-
rum hujus Sac Congreg.

Diximus, quatenus eadem excluſio in facto ſubſiſteret,
quia cùm de illa nullum habeamus publicum documentum,
fundeturque in privatis Libris, ab ipſiſmet Capitularibus, ad 47
proprium commodum, inconſulto Epiſcopo, conſcriptis,
& exadverſo non doceatur, quod idem rejectus acquieverit
non admiſſioni, eo minùs contra alios Clericos, cauſam non
habentes à Fanello, & multo certiùs contra modernum Epiſ-
copum, nullo modo ſubditum, ſed innegabiliter Superio-
rem, aliquod fieri poteſt fundamentum in eadem excluſione,
unicè innixa fidei privatorum Librorum Capitularium, per 48
ea quæ in noſtris terminis firmavit *Rot. dec.383. num.4. & de-*
*ciſ.453. num.1. & ſeqq. par 18. rec.* ubi, quod hoc procedit ad
evitandas fraudes, quæ aliàs ſequi de facili poſſent.

Minus fundamentum fieri exadverſo poteſt in exagerato
modo procedendi per viam ſcrutinii ſecreti, quod prætendi-
tur incompatibile cum neceſſitate aggremiandi Quidquid 49
enim ſit de tempore antecedente ad annum 1672 emanatæ
Reſolutionis hujus S.C. pro neceſſitate aggremiandi, certum
eſt quod ab eo tempore citra, ex Scripturis met exadverſo
exhibitis apparet, non fuiſſe ampliùs proceſſum per viam 50
ſcrutinii ſecreti, ſed; *E ſtato concluſo viva voce da tutti ne-*
*mine diſcrepante, che ſi riccevino*; Quod ad effectum, de quo
agitur, & ad interrumpendam quamcunque prætenſam im-
memorabilem conſuetudinem ſuperabundat, juxta theori- 51
cam *Specul. in rubr. de Probat. num.20.* quam ſequitur *Bald.*
*de Præſcript. quæſt.2. par.3. princ. quæſt 6. ſub num.24.* &,
omiſſis antiquioribus, *Rot. dec.253. num 8. par 10 rec. & cor.*
*Cerr. dec.566. num 21 & 22.* ubi, quod unicus actus ſufficit
ad excludendam conſuetudinem, non ſolùm immemorabi- 52
lem, ſed etiam quadragenariam, & quamcumque interpre-
tativam obſervantiam, *& cor. Zarat. dec.21. num.12. & dec.*
*53. num.24.* ubi, quod ſola umbra, ſoluſque fumus contrarii
actus immemorabilem deſtruit, & in noſtris individualibus
terminis *Rot. deciſ.327. num.27 part.17. rec.* ibi: *Et tamen,* 53
*ut remaneret eliſa, ſufficiens erat unica admiſſio, abſque ſcru-*
*tinio, imò ſolus rumor in contrarium.*

Veritas tamen eſt, quod deficit etiam in facto oppoſitio, in
qualitate ſecreti ſcrutinii fundata, dum nullas habemus talis
modi procedendi concludentes juſtificationes, ſi excipiamus
aſſer-

54 aſſertiones ipſorummet Capitularium intereſſatorum, quo-
rum factum, aſſertiones, & quicumque alii actus, nullum
intulerunt præjudicium Epiſcopis pro tempore, non docto
de illorum ſcientia, & patientia *Salyc. in l. fin. in princ. C. de*
55 *Præſcript. Bov. de Statut. Urb. præſcript. gloſs.21. num 4* latè
*Poſth. de Manut. obſerv.40. num.6. & ſeqq. & Rot. deciſ.133.*
*numer.24. coram Eich. & deciſ.338. numer.19. coram Priol.*
*& deciſ.274. num.9. part.17. & deciſ.136. num.17. part.19. re-*
*cent.* & in noſtris terminis eadem *Rot deciſ.327. à num.24.*
*par.17. rec.* ubi, quod voluntarium factum Capituli proce-
56 dendi per ſcrutinium ſecretum, non inducit validum titu-
lum, nec obligat in futurum ad continuationem.

Juncta conſideratione, quod talis procedendi modus pra-
cticari de facili potuit in illis ſolùm caſibus, in quibus pete-
57 batur gratioſa condonatio ſervitii non præſtiti; Sicque, uti
ex alia cauſa procedens, & non ſemper uniformiter ſervatus,
non eſt attendendus, in terminis *Rot. deciſ.188. à num.28. &*
*dec.327. ſub num.27. par.17. rec.*

Et tamen etiam in caſibus, in quibus modus procedendi per
ſecretum ſcrutinium in exequutionem literalis conventionis,
58 ſeu Statuti eſt undequaque concludentiſſimè probatus, ille
benè compatitur cum neceſſitate eligendi habentem præſcri-
ptas qualitates, ut declarando authoritates in contrarium ci-
taras, & ſignanter *deciſ.180. par.9. rec.* firmavit *Rot. dec.832.*
59 *num.29. & 30. & deciſ.882. num.21. verſic. Nec ex eo, quod*
*per ſcrutinium, & fabas cor. Merlin. & dec.37. à num.1. par.*
*15. & dec.188. à num.30. par.17. & dec.431. num 25. verſ. Ne-*
*que ex eo, & dec.557. num.18. par.18 rec.* Ea ratione, quia
60 modus procedendi per ſcrutinium dat quidem arbitrium, ſed
illud non debet eſſe abſolutum, & irrationabile, ut loquun-
tur eædem authoritates, & obſervat etiam *Seraph. de Privil.*
*Juram. priv.132. n.81. & 82.* Sed regulari debet à Jure, quod
non patitur excludi eum, qui habet neceſſarias qualitates.

Quibus non opponuntur authoritates, in contrarium alle-
61 gatæ; Ultra quod enim in Cauſa *Regien. Conſortii* quatuor
emanarunt ſententiæ ad favorem Mauritii, qui neceſſarias
habere probavit qualitates, una in Partibus, & tres *in Rota*,
ut legitur *in dec.557. in princ. par.18. rec.* ubi *in fine* 1.§. quod
has ſententias confirmandas Domini conſtanter decreverunt,
& in hac opinione, tanquam Juri, & æquitati conſona per-
ſtiterunt. In contrariis deciſionibus excluſio principaliter
fundata fuit in qualitatibus petentis aggregationem, conclu-
62 denter non juſtificatis, ut videre eſt in *dec 361. per tot. par.15.*
*& dec.252. per tot. par.18.* ubi *num.2.* quod ex hoc unico moti-
vo non probatarum qualitatum proceſſit reſolutio Rotæ, &
in *dec.695. à num 1. uſque ad 18. par.18. rec.* Quamvis autem
Rota amplexa etiam fuerit motivum ſcrutinii ſecreti in una,
vel alia ex deciſionibus, ex adverſo allegatis, & ſignanter in
ultima, una tantùm Parte informante, edita. Receptum
63 tamen eſt in his caſibus, quod attenduntur ſolum ea, quæ
deſervierunt pro ſolida ratione, & principali motivo deci-
dendi, non autem ea, quæ dicta fuerunt, vel ad majorem
ornatum, vel gratia eruditionis ab Extenſore deciſionum,
ut obſervant *Card. de Luc. de Dot. diſc.37. num.5. & Rot. de-*
*ciſ 196. num.38. par.11. rec.*

Prout etiam in caſu contrariarum authoritatum excluſio
64 fundata fuit in divini cultus præjudicio, ex quo tenues erant
redditus communes, itaut ſi admitterentur omnes Cives,
participatio reduceretur ad quid minimum, ut videre eſt in
65 *dec.48. num.8 & 9. apud Pacichel. de Diſtant. & deciſ.388. à*
*num.11. par.16. rec.* Et in eo, quod ultra qualitatem originis,
debebat etiam præcedere in exequutionem literalium Conſti-
tutionum diligentiſſima informatio de vita, moribus, ho-
neſtate, ac fama petentis admiſſionem, itaùt univerſo Po-
pulo exemplum, & ſpeculum eſſe deberet, ut legitur *in de-*
*ciſ.37. in princ. par 15. rec.* & obſervat *Rot. dec.95. à num.7.*
66 *par.17. & dec 695. num.19. par.18. rec.* Quæ circumſtantiæ
non concurrunt in noſtris terminis, dum nulla exigitur à
Statutis Eccleſiæ informatio de vita, & moribus aggremian-
di, quæ non ad Capitulares, ſed ad Epiſcopum de Jure ſpe-
67 ctat, ut probant *Paſqualig. quæſt. moral Juridic.223. nu 3.*
*Ventrigl. in Prax. par.1. adnot.43. de Exam. ordin. §. unico*
*num 5. & ſeqq. de Angel. de Regul. vel non in Cleric. Milit.*
*Conſort. poſt Tract de Impenſ. dotalib. opuſ 5. num 59. &*
*ſeqq. & Vulp. in Prax. For. Eccleſiaſt. cap.7. num.28. in princ.*
& decrevit hæc S. C. 4. Maii 1621. his verbis: *Che non ſi ag-*
*gremiti alcuno, che non abbia avuta la prima tonſura, o ſia*
*aſcritto a coteſta Chieſa, e che ſia ſtato eſamitato, & approva-*
*to dal Veſcovo, conforme al Sagro Concil. Trident.*

Nullumque infertur præjudicium divino cultui, ſeu Par-
ticipantibus de maſſa communi, ex quo admiſſio aliorum ſit
in caſu portionum vacantium per mortem; Itaùt aggremia-
tio in noſtris terminis unicè tenuat ad divini cultus augumen- 68
tum, quod pendere non debet à voluntario facto Capitula-
rium, ut in terminis firmavit *Rot. deciſ.37. num.7. part.15.*
*recent.* & in terminis durioribus conſenſus Epiſcopi, & Ca- 69
pitularium participantium, reſolvit Sacr. Congreg. Concil.
in *Converſanen. 3. Febr. 1652.* quam refert *Pignatel. conſult.*
*309. tom.1.*

Non credimus inſiſtendum in exemplis Eccleſiarum *Tra-*
*nen. & Montis Peluſii.* Ultra quod enim exemplis judican-
dum non eſt, *ad Textum literalem in l. Nemo Judex, Cod.*
*de Sentent & interlocut. omn. Judic.* & obſervat *Rot. dec.328.* 70
*num.42. part.11. & deciſ.247. num.11. part.17. rec.* ubi, quod
exempla non debent movere animum Judicantium. Dici-
mus in Eccleſia *Tranen.* id contingere, quia adeſt ibidem ta-
lis inveterata conſuetudo, & immemorabilis poſſeſſio; In
illa verò *Montis Peluſii* adſunt antiqua Statuta, legitimè con- 71
firmata, & ab Epiſcopis approbata; Quæ circumſtantiæ
non verificantur in noſtra Eccleſia, in qua Statuta potiùs fa-
vent Clericis, habentibus qualitates originis, & legitimita-
tis; Inveterata conſuetudo nullo modo probatur: Et poſſeſ-
ſio immemorabilis eſt adeò inſubſiſtens, ut nec etiam exad-
verſo allegetur; Meritò proindè à dictis Eccleſiis nullo mo-
mo inferri poteſt ad noſtram, vulgata *leg. Papinianus ff. de* 72
*Minor.* quam in noſtris terminis ſequitur *Rot. dec.337. num.3.*
*par.17. & dec.9. num.24 par.18. rec.*

Intercedit etiam maxima differentia inter noſtram, & di-
ctas Eccleſias Cathedrales, quia in illis adſunt veri, & pro-
prii Canonici, quorum collatio, & proviſio in ſuis menſi-
bus ſpectat ad Epiſcopum, ultra quos reperiuntur Cappella-
ni, ſeù Presbyteri receptitii; in eiſdemque Eccleſiis adeſſe 73
dicitur verum, & proprium Capitulum, ut obſervat *Card.*
*de Luc. de Canon. diſc.18. & diſc.20.* utrobique *in princip.* In
noſtra autem ſolùm abuſivè tales dicuntur Canonici, quo-
rum proindè collatio, & proviſio nullo modo ſpectat ad E-
piſcopum, & impropriè denominatur Capitulum, ut in ter-
minis advertit *Card. de Luc. de Præem. diſc.22. num.10. & de* 74
*Canon. diſc.17. num.1. & diſc.19 à num.4.* ubi *num.5* quod in
ſimilibus caſibus tales abuſivè Canonici dicuntur potiùs con-
ſtituere quandam Congregationem, ſeu Communiam Cleri-
corum, & *num.6.* reſpondendo actibus, qui fiunt per inte- 75
reſſentiam, & votum, quod dant in Capitulo, benè obſer-
var, Canonicum dici illum, qui habet Canoniam in titulum
ab Ordinario, vel à Sede Apoſtolica; juxta vacationum
contingentias, non autem illum, qui ſine aliquo titulo ſo- 76
lam habet Canonici nuncupationem impropriam, ac abuſi-
vam de facto, quæ non facit Canonicum, quod firmat etiam
*Rot. dec.633. num.14. & 15. part.4. tom.3. rec.*

Si hæc omnia ſufficerent pro reſolutione favorabili, etiam
in caſu, quo præſens controverſia deciſa ampliùs non eſſet
ab hac Sacr. Congreg. Quantò magis ſuperabundare viden-
tur pro confirmatione reſolutionis, ab iiſdem Capitularibus 77
ſuccumbentibus acceptatæ, pacificè admiſſæ, & exequutæ
per ſpatium 20. & ultra annorum, ut obſervat *Card. de Luc.*
*in Conflict. leg. & ration. obſerv 288. per tot.* ubi, quod in- 78
ter primæ claſſis irrationabilitates adnumeratur prætenſio
oſtendendi inſubſiſtentiam decretorum, & ſententiarum in 79
judicatum tranſactarum, & exequutioni demandatorum,
cum eadem facilitate, ac ſi lis eſſet in ſui initio, quia hoc
modo ſemper incertus remaneret rerum ſtatus, perpetuam-
que haberent vitam lites, quo nil abſurdius, nilvè irrationa-
biliùs; Effectuſque rei judicatæ, vel Decreti exequuti, ille
ſit, ut id quod priùs erat dubium, & incertum, & pro in- 80
geniorum varietate uni vel alteri eventui ſubjectum, certum,
ac firmum efficiatur, ac ſtatum firmet.

## In eadem Cauſa.

PRo interpretatione decreti hujus Sacr. Congreg. utraque 81
Parte informante editi anno 1672. non recurrimus ad
ſubtiles gloſſas, non ad verborum criticationes, nec ad ſub-
auditum intellectum, ſed adducimus claram, & univocam
confeſſionem ipſorummet Capitularium, *de qua ſupra nu-*
*mer.12.* Si autem obſervantia nedum eſt optima interpres 82
omnium diſpoſitionum, ſed etiam: *Extorquet, & impro-*
*priat veriorem ſignificatum verborum, ut eo modo, quo fuit*
*obſervatum, accipiatur: Rot. deciſ.397. num.7. coram Prio-*
*lo*, cum concordantibus *in Tom.1. par.2 diſcept 16. num.101.*
Quid dicendum in noſtro caſu in quo verba illa decreti: *Ob-*
*tenta verò prima tonſura, teneatur Capitulum aggremiare;*
ſalva ratione recti ſermonis non poſſunt in alium ſenſum de-
torqueri.

Dato

Dato autem per impoſſibilem hypotheſim, ſed nunquam
83 conceſso, quod ante dictum annum 1672. probaretur ex-
adverſo rigoroſa immemorabilis, cum omnibus ſuis re-
quiſitis, mediante reſolutione hujus Sacræ Congregatio-
nis à Succumbentibus acceptata, & pacificè per ſpatium
24. & ultra annorum exequuta, illa nec etiam merere-
84 tur hodiè allegari, uti ſolemniter interrupta, & funditus
everſa, ex adductis per *Rot. dec.* 208. *n.* 15. *& 16. & dec.* 279.
*n.* 8. *p.* 17. *rec.*
Non ſubſiſtit in facto, quod poſt annum 1672. proceſsum
85 exadverſo fuerit ad aggremiationes per viam ſcrutinii ſe-
creti, oppoſitum enim probatur ex ipſiſmet contrariis Scri-
pturis, ubi, quòd proceſsum fuit viva voce; Ergo non per
ſecretum ſcrutinium; Et iſte ſolus actus excluderet omnem
prætenſionem immemorabilis, ut in terminis firmavit *Rot.*
86 *dec.* 327. *num.* 27. *par.* 17. *rec.* & in ſimilibus terminis eadem
*Rot. cor. Priol. dec.* 432. *n.* 13. ubi, quòd hoc ſtante obſer-
vantia retorquetur potiùs, & deſervit pro deſtructione Ju-
rium Capituli.
Authoritates, magnifacientes modum procedendi per
87 ſcrutinium, & ex eodem inferentes in ſuis caſibus liberta-
tem electionis, loquuntur in terminis, in quibus idem mo-
dus determinatus ſit à lege communi, vel particulari Sta-
tuto; in noſtro autem caſu neſcimus videre, ex quo titulo
88 iſte procedendi modus prætendatur, cum Ius commune non
allegetur, & particulare Privilegium, vel Statutum non
oſtendatur; Et quoad voluntarium, & difforme factum
Capitularium, ut plurimum ſecretum ſcrutinium adhiben-
tium, inſcio ſemper Epiſcopo, in caſu, quo petebatur ag-
89 gremiatio cum condonatione determinati ſervitii, Eccle-
ſiæ non præſtiti, non poteſt deſervire pro indefinita obliga-
tione ita procedendi in futurum, & in omnibus caſibus,
ut in ſpecie firmavit *Rot. in dict. dec.* 327. *n.* 24. *& ſeqq. part.*
*17. recent.*
Non benè etiam exageratur uti punctualis *Vulp. in Prax.*
90 *for. Eccleſ. c.* 8. *num.* 11. Poſtquam enim iſte Author nu-
meris antecedentibus probaverat, poſse aliquem Clericum
promoveri ad ſacros Ordines ad titulum ſervitii Eccleſiæ,
cui adſcribitur (quod tamen non eſt in Jure certum, cùm
contrarium nimis ſolidè probent *Ugolin. de offic. Epiſcop.*
91 *cap.* 26. *§.* 8. *num.* 5. *& ſeqq. & Garz. de Benefic. part.* 2.
*cap.* 5. *num.* 98.) *d. num.* 11. firmat ſolùm, quòd: *Si ali-*
*quis adſcribi voluerit ſervitio alicujus Eccleſiæ Cathedra-*
*lis, ſivè Collegiatæ, vel Parochialis, debet habere priùs con-*
*ſenſum, ac licentiam Capituli, & Rectorum Eccleſiarum, ut*
*dicitur in d. Brevi Sixti V.* quam prætenſionem in adſcri-
92 ptione Clericorum ſervitio noſtræ Eccleſiæ nec etiam ha-
bent Capitulares, & meritò, cùm *à Sacroſancto Concilio*
*Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de Refor.* id relinquatur judicio, & arbi-
trio ſolius Epiſcopi.
Refert deindè *Vulpius* ad comprobationem ſuæ opinionis
Breve Sixti V. emanatum pro Civitate Venetiarum, quod
93 per extenſum regiſtrat *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Or-*
*do ante medium verſ. Archiepiſcopi fol.* 386. Quod Breve,
uti ſpecialis gratia, non eſſe extendendum ad alias Civita-
94 tes, & Loca, in ſpecie obſervat *Garz. de Benefic. par.* 2. *c.* 5.
*ſub n.* 98. ibi: *Et Berve Sixti V. Patriarchę Venetiarum con-*
*ceſſum &c.* id non probat, quia eſt gratia ſpecialis: Tandem
refert ſimile Breve Gregorii XIII. ad favorem Capituli Ta-
rentini, de quo *in Tom.* 2 *par.* 2. *diſcept.* 7. nil aliud firman-
tis, quàm: *Quod Clericorum ejuſdem Metropolitanæ Eccleſię*
95 *ſervitio addictorum, vel addicendorum electio, ſive aggregatio*
*ad Clerum, & Capitulum, ſeu Canonicos prædictos, abſque*
*aliqua ipſius Archiepiſcopi, ſive ejus Vicarii confirmatione, in-*
*ſtitutione, vel approbatione, pertineat, ita tamen ut Electi, &*
*Aggregati hujuſmodi ab ipſo Archiepiſcopo, ſeu ejus Vicario*
*mandatum de ſe ſe ad dictum gremium admittendis &c. petere*
*teneantur, &c.* Quæ nihil omninò commune habent cum no-
96 ſtra controverſia, in qua Epiſcopus non prætendit confirma-
re, inſtituere, vel approbare Aggremiatos à Capitulo, ſed ſo-
lùm, quòd non ſit in iſtius libera facultate, nulla concurrente
legitima cauſa, non aggremiare, & reiicere concives Clericos
in quibus cùm concurrant omnes qualitates, à Statuto præ-
97 ſcriptæ, Capitulum arctatur illos aggremiare ex neceſſitate,
derivante ex Jure Civico, & concurſu præſcriptarum quali-
tatum, ut in terminis probat *Card. de Luca de Canon. diſc.*
22. *n.* 4. & firmavit *Rota dec.* 37. *n.* 6. *p.* 15. *rec. & cor. Manza-*
*ned. dec.* 710. *n.* 4. ubi, quod excluſio in his circumſtantiis
ſapit apertiſſimam, & notoriam injuſtitiam, confirmata
*in dec.* 729. *cor. eodem.*
Prætenſio admittendi ad Dignitates Capitulares unum
98 de gremio, & excludendi quemlibet alium non capitula-
rem, etiam à Sede Apoſtolica proviſum, quod inter effe-
ctus aggremiationis exadverſo adnumeratur, coincidit
cum illa verè exorbitanti Statutaria diſpoſitione, inhabili- 99
tante diſpenſatos ab Apoſtolica Sede, quam, prævia abſolu-
tione à cenſuris, aboleri à Libris Capitularibus mandavit re-
plicatis vicibus hæc Sacra Congregatio. Caveri propterea 100
ſupplicamus à verborum involucro, cum quo exadverſo in
hac parte proceditur, & dignentur Eminentiſs. Patres ſeriò
injungere eiſdem Capitularibus, nè toties rejectas ab hac S.
C. inſuſiſtentes prætenſiones iterum in ſcenam ponant.
Nè confundantur officia, & munera Capitularium cum
illis Epiſcopis, licitum nobis ſit quærere, ubi nam funde-
tur prætenſio illa Canonicorum capiendi diligentem infor- 101
mationem de vita, moribus, & honeſtate Clericorum, per
Epiſcopum legitimè ordinatorum, ſub quorum velo coope- 102
riri prætenditur exorbitantia ſcrutinii ſecreti; in caſu enim
*deciſ.* 95. *p.* 17. *rec.* Illa fundata erat in literali Statutaria di-
ſpoſitione, quæ legitur extenſa in *dec.* 37. *in princip. par* 15.
*rec.* In noſtris verò terminis nullam habet facti, aut appa-
rentiæ ſubſiſtentiam, dum Statutum, nec etiam allegatur, 103
& de Jure informatio circa vitam, & mores ſpectat ad Epi-
ſcopum, non ad Canonicos, ex allegatis *ſupra* §. 67.
Enixè ſupplicantes obſervare, quod redditus non exiguæ
quantitatis ducatorum circiter ſex mille annuorum com- 104
munis maſſæ noſtræ receptitiæ Eccleſiæ, quibus de præ-
ſenti fruuntur moderni Capitulares de numero participan-
tium, non fuerunt relicti ab eorum anteceſſoribus, ſed, ut
eſt in confeſſo inter Partes, ab omnibus Civibus Andrienſi- 105
bus, & ſic etiam à Parentibus, & Proavis Clerici Pauli
Franciſci Græci, modò abſque ulla cauſa non aggremiati,
& aliorum in futurum ſimili facilitate, excludendorum,
quatenus illorum prætenſio canonizaretur; Neſcimus au-
tem videre quonam colore offuſcari poſſit in his circum- 106
ſtantiis non levis injuria, quæ inferretur dictis innocen-
tibus Clericis per voluntariam, & injuſtam excluſionem
Capitularium, poſtquam Epiſcopus, præcedentibus ſolitis
proclamantibus in diebus feſtivis, nihil audivit in con- 107
trarium, & illos dignos judicavit pro Eccleſiæ ſervitio;
Et quod eſt majus, imò maximum, poſtquam probatum
fuit in eiſdem concurrere omnes illas qualitates, quas
eorum anteceſſores, & communis maſſæ Fundatores,
neceſsarias reputarunt pro obtinenda ſuo tempore par-
ticipatione.
Ex alia parte dignentur etiam reflectere, quod Epiſco-
pus non vult ſequi exempla aliarum Eccleſiarum rece- 108
ptitiarum, in quibus totum dependet à ſola voluntate
Epiſcoporum in admittendis Sacerdotibus, vel Clericis
ad Eccleſiarum gremium, ut de propria Eccleſia ſcriptum
reliquit *Pac. Jordan. var. lucubr. lib.* 10. *tit.* 36. *de Diſtinct.*
*ſeu diviſ. benef. inter ſe num* 12. *&* 13. ibi: *Eccleſia mea* 109
*Traguriens. numerata eſt quoad Dignitates, & Canonicos,*
*tres enim habet Dignitates, videlicet, Archidiaconum, qui*
*eſt major poſt Epiſcopum, Archipresbyterum, & Primice-*
*rium, Canonicales verò præbendas duodecim, quæ ex anti-*
*qua conſuetudine, ſimul cum Dignitatibus, obtineri poſſunt,*
*Receptitia verò quod inferiores Sacerdotes, & Clericos, nam*
*Sacerdotes ſunt circa triginta, plus, minus, Clerici verò quin-*
*decim circiter, prout ab Epiſcopo admittuntur*; Prout etiam
non prætendit idem Epiſcopus admittere ad participatio-
nem ejuſdem maſſæ communis ſuos Conſanguineos, vel 110
Affines, non Clericos exteros, non etiam Cives, caren-
tes qualitatibus ſtatutariis, minuſque inſtat pro faculta-
te ſibi concedenda (quam habere prætendunt Capitulares)
condonandi ſervitium, Eccleſiis debitum, & à Statutis præ-
ſcriptum; Sed ad conſervandam pacem, & unionem in Cle- 111
ro, ejus curæ nuper commiſſo, ad evitandam injuriam in-
nocentibus Clericis ſuæ Civitatis, de facili in futurum ir-
rogandam, & quod præ oculis maximè habendum eſt, pro
ſolo motivo ſervitii Eccleſiarum, & divini cultus augumen-
to, humiliter petit, non derogationem, & abolitionem ad
terminos quæſtionis, individualiter tractatæ *per Vulp. in*
*Prax. for. Eccleſ. cap.* 39. *per tot.* Sed exequutionem illorum 112
Statutorum, quæ ipſimet Capitulares condiderunt, quæ-
que non eſſe rigidè criticanda, quando, ut in præſenti,
nullum concurrit præjudicium jam admiſſorum, individua-
liter obſervat *Valenzuol. conſ.* 90. *n.* 201. *& ſeq. lib.* 1. & fir- 113
mavit *Rota in dec.* 797. *n.* 3. *&* 13. *cor. Merlin.*
Ex quibus relinquitur manifeſtum, Capitularium, præ-
tenſionem in ſubſtantia tendere ad propriorum Concivium
injuriam, & damnum, Epiſcopalis dignitatis vilipendium, 114
& contemptum, & ſervitii Eccleſiæ, divinique cultus
maximum detrimentum. E converſo autem Epiſcopus

in ipſomet initio ſui Præſulatus, & ante poſſeſſionem ſuæ
115 Eccleſiæ, verè invitus, & cum illis neceſſariis impenſis, quæ inſeparabiles ſunt à litibus, uti optimus ſpeculator operationum ſuorum Subditorum, juxta Græcam ethymologiam nominis Epiſcopi, & tanquam verus Pater ſuorum Eccleſiaſticorum propriis expenſis cogitur curare, ut divinus cultus, Eccleſiarumque ſervitium detrimentum non patiatur, atque æqualiter dividatur inter filios panis, à communibus
116 Parentibus relictus in communis maſſæ conſervatione, circa quod nullum habent arbitrium, nedum Capitulares, ſed nec etiam Epiſcopi ut probat *Ricc. deciſ. 74. per tot. part. 3.* ubi refert ita judicatum, quodque reſtringere aggremiatio-
117 nem in his caſibus eſſet denegare alimenta illis, quibus de Jure debentur, & applicarentur termini *Textus in Can. Paſce fame morientem diſt. 91.*

Die 28. Februarii 1697. Propoſita Cauſa in S. C. E. & R.
118 per Card. Petruccium, reſcriptum fuit: *Edictum Epiſcopi ſuſtineri, & , concurrentibus requiſitis, non poſſe Capitulum aggremiationem denegare.*

# DISCEPTATIO XVII.

## Vintimilien. prætenſæ Quæſtuationis,

PRO

PP. M. O. R. S. Franciſci Saorgii,

CUM

PP. Cappuccinis Soſpitelli,

ARGUMENTUM.

*Fratres Reformati quibus concurrentibus poſſint impedire Cappuccinis quæſtuationem in illis Locis, in quibus ab antiquo ſoliti ſunt iidem Reformati quæſtuare: Omnia geſta per Iudicem, uti ſuſpectum recuſatum, dicuntur nulla, & injuſta.*

PAtres Reformati S. Franciſci, ſupplices petunt declarari, non licere PP. Cappuccinis Oppidi Soſpitelli quæ-
1 ſtuare panem, & vinum, aliaque commeſtibilia in Oppido Brelii, & voti compotes fieri ſperant.

Ad quem effectum præmittendum in facto eſt, quod anno 1713. occaſione muneris Concionatoris, quod exercuit in eadem Terra P. Honoratus à Brelio Cappuccinus, inter concio-
2 nandum commendavit ſuos Correligioſos pietati Civium ejuſdem Loci; *Eſſortando queſto Popolo a voler ſoffrire, che detti Padri di Soſpello veniſſero a queſtuare in ogni meſe, di pane, e vino, con pregare il Popolo a volerli uſare la carità, trattandoſi di poca coſa,* ut de proprio auditu teſtantur duo nobiles Conſiliarii in Summario. Et concordat Syndicus ejuſdem
3 Loci, ibi: *Che ſarebbero venuti a queſtuare una volta il meſe, e che chi averebbe dato un pane per volta, ſarebbero ſtati dodici pani l'anno:* Ubi ulteriùs addit, *che finita la predica &c. come Sindico gli diſſi, che non era modo di quæſtuare. e che il præſente Luogo non era obbligato a ſoffrire alcuna queſtua de' Cappuccini di Soſpello per il pane, & il vino;* A quibus neque etiam diſcordant teſtes contrarii, ibi: *Finita la prima parte eſortò*
4 *ogn'uno a volere, per amor di Gesù Criſto. fare la carità di qualche pane ad eſſi Cappuccini, ſtante la neceſſità, in cui diſſe trovarſi il ſuo Conv. nto.* Idemque deponunt Præpoſitus, ac duo alii Sacerdotes, teſtes omni exceptione majores.

Statim ac notitia ejuſdem novitatis pervenit ad aures PP. Reformatorum, in quorum maximum præjudicium eadem prætenſio tendebat, iſti humillimum habuerunt recurſum
5 ad EE PP. à quibus die 2. Junii 1713. reſcriptum fuit: *Audiatur Procurator generalis Cappuccinorum, & ulteriùs referat:* Necnon *Epiſcopo pro Informatione, & Voto;* Quæ exhibita fuit in Summario; Illaque attenta, die 2. Auguſti 1715.
6 Pon. Card S. Clementis, & utraque Parte acerrimè informante, reſcriptum fuit: *Servari ſolitum, & Epiſcopo pro exequutione, cum facultatibus S. C.* Prout omnia hæc patent ex *Tom. 1. p 2. diſcept 9. per tot.*

Non omiſerunt in Partibus iidem Cappuccini multas affectatatas adducere Atteſtationes coram Epiſcopo, ad hoc,
7 ut iſte referre dignaretur, ipſos ſolitos eſſe quæſtuare panem, & vinum in Oppido Brelii, quæ ſunt illæmet numero, quas eorum Procurator generalis exhibuerat annexas ejus Voto,
ut ex illarum confrontatione remanet manifeſtum; Illis au- 8
tem meritò non attentis, idem Epiſcopus in veritatis obſequium in dicta Relatione aſſeruit: *Di aver preſe le informazioni dovute ſopra l'eſpoſto da' Padri Riformati, e ricavato in* 9
*ſoſtanza, che li medeſimi ſono ſempre ſtati ſoliti di portarſi a queſtuare pubblicamente pane, e vino nel Luogo ſudetto di Breglio &c. Lo che non anno mai fatto, nè fanno li PP. Cappuccini di Soſpello, quali bensì ſogliono andare in queſtua per lino, canepa, & oglio, Ma non mai per pane, e vino, come anno cominciato a fare da qualche meſe in quà, con non poco pregiudizio de' medeſimi PP. Riformati di Saorgio, il ſupplicato de' quali ò trovato ſoſſiſtere in tutto.*

Quia verò ab hac S. C. fuerat etiam eidem injunctum proprium aperire ſenſum in hac parte, ſubdit: *Che però. ſe devo,*
*come m'ingiongono l' EE. VV. ſoggiongere il mio proprio ſenti-* 10
*mento, ſtimarei accertato, che per andare al riparo di ulteriori confuſioni, e diſordini nell'avvenire. ſi dignaſſero Ellino decretare, che non debbono farſi innovazioni in materia di queſtue, e*
*ſi oſſervi ciò, che per l'addietro ſi è ſempre pratticato.* Prout d. die 11
obſervādum eſſe demandarunt, cum reſcripto: *Servari ſoliti ū.*

Credebant Reformati punctuali exequutioni, ut par erat,
demandandum eſſe dictum oraculum EE. VV. Præcipuè 12
quia illud emanaverat, ad ſatietatem uſque auditis dd. PP. Cappuccinis, viſiſque, & attentè conſideratis, tàm ab Epiſcopo, quàm ab EE. VV. omnibus atteſtationibus, aliiſque Scripturis, ab eis in Curia Epiſcopali productis, & deindè in Secretaria hujus S C. exhibitis, unà cum pleniſſimo Voto dicti P. Procuratoris generalis Cappuccinorum; ſed
eventus fuit longè diverſus. Et propterea poſt omnes urba- 13
nitatis actus; pluries ex hac parte replicatos, tandem coacti fuerunt iidem Reformati preces fundere eidem Epiſcopo ad procurandam exequutionem reſolutionis hujus S. C. vigore facultatum, eidem ſpecialiter communicatarum dicta die 2. Auguſti 1715. Fueruntque voti compotes facti die 10. 10 Decemb. 1716. mediante reſcripto: *Mandamus inhiberi, prout inhibemus RR. PP. Ordinis Cappuccinorum, quate-*
*nus in poſterum non audeant, nec præſumant queſtuare panem,* 14
*& vinum in Diſtrictu Loci Brelii, ſub pęna ſanctæ obedientiæ, donec aliter proviſum non fuerit à S. C. E. & R.*

Hoc autem modo juridicè coacti Cappuccini ad parendum
d. reſolutioni, convolarunt ad aliud temperamentum de facto; 15
Eò quia, *fecero rimetter Lettera al medemo Sig. Sindico Tealdo, ſcrittagli dall' Eccellenza del Sig. Conte Solaro di Govone, Marcheſe di queſto Luogo, per la quale pregorno detto Sig. Sindico a voler in ſuo riguardo tolerar detti Cappuccini per d. queſtua*; Verum tamen eſt, quod iidem Syndicus, & Conſiliarii, non ſine maxima dexteritate, modeſtiſſimè ſe excuſarunt
cum eodem Marchione, eorum legitimo Domino, & ſæcu- 16
lari Superiore, officioſiſſimè reſpondendo, *non aver la Communità da far alcuna parte in detta queſtione, con laſciare la cura a detti PP. di Saorgio, come che queſti eſſendo in poſſeſſo di queſtuare, dopo la fondazione del loro Convento, tra loro intereſſe ad accudire alla loro Lite.*

Ex parte verò Reformatorum congruum exiſtimatum fuit eidem Marchioni aperire verum ſtatum Cauſæ, eidem-
que ulteriùs candide narrare motiva omnia, quæ ad eorum 17
favorem militabant: Ex quibus factum eſt, ut idem Marchio non ampliùs in hac parte inſiſtere voluerit favore Cappuccinorum, ut patet ex Epiſtola digniſſimi Religioſi, data
in manibus Emi Ponentis, in qua ſe declaravit idem Mar- 18
chio *di eſſerli ſtato ſuppoſto male.* Ex qua ulteriùs apparet, effectu vacuas remanſiſſe ſimiles commendationes, ab alia longè ſublimiori laicali Poteſtate exadverſo, non ſine magnis conatibus, procuratas.

Neque hic finem habuerunt ſtrenuæ operationes eorun-
dem Cappuccinorum, ad impediendam exequutionem di- 19
ctæ reſolutionis hujus S.C. ſed potiùs modò incipiunt myſteria. Redeuntes enim ad Curiam Epiſcopalem Vintimilien. nulla habita ratione, quod illa in hac parte proceſſerat vigore facultatum hujus S. C. Minuſque ponderatis verbis illis decretorum ejuſd. Curiæ Epiſcopalis: *Donec aliter proviſum*
*non fuerit à S. C. E & R.* ex quibus patet, eandem Curiam 20
Epiſcopalem non ampliùs potuiſſe apponere manus in hac Cauſa, petierunt ſubdelegationem Judicis, ad effectum probandi, ſolitum queſtuandi in noſtra Terra militare pro Cappuccinis, non autem favore Reformatorum.

Invenerunt autem benevolos Receptores eorum irregu-
laris inſtantiæ, ſuitque proindè eiſdem aſſignatus in Judi- 21
cem Petrus Donatus Cottalorda, qui cum, ultrà defectum Juriſdictionis ipſum delegantis, de quo infrà, eſſet etiam ſuſpectiſſimus Patrum Reformatis ab eiſdem in Partibus

ſer-

ſer. ſer. ex motivis, de novo ſupervenientis, ſub die 16. Jan.
1718. & ſic longè ante aſſertum Judicatum, uti ſuſpectus re-
22 cuſatus fuit, ut patet ex eodem actu recuſationis in ſuſpe-
ctum, per extenſum dato in Summ. qui reiteratus fuit die
5. Febr. ejuſdem anni.
Fueruntque ulteriùs duo alii ſolemnes actus in hac parte
23 à Reformatis geſti, ad hoc ut idem ſuſpectiſſimus Judex ſe
abſtineret ab ulteriori proceſſu in Cauſa.
I. Geſtus fuit in Partibus, mediante appellatione ad hanc
S.C. petendo ab eodem Judice Teſtimoniales ejuſdem ap-
24 pellationis, quas ultrò conceſſit: ibi: *Altrimenti proteſtan-*
*do della nullità di ogni atto fatto, e da farſi, e di voler ricorrere*
*& appellare, come in queſti Scritti ricorre, e appella alla mede-*
*ſima S. Cong.* cum conceſſione Teſtimonialium, eis facta à
Judice ſequentibus verbis. *Teſtimoniales de dictis, & leventur*
*Acta &c. Cottalorda Delegatus.*
II. Actus geſtus fuit in Curia, mediante effectivo recurſu
ad hanc S.C. quæ die 4. Febr. 1718. attento obitu cl. me. Card.
25 S. Clementis, hujus Cauſæ antiqui Ponentis, eundem Re-
fomatorum humillimum recurſum remiſit ad D. Card. Cor-
ſinum, quæ appoſitio manuum hujus S.C. operatur, ut om-
nia, poſteà in Partibus geſta, perindè habenda ſint, ac ſi non
26 emanaſſent, juxtà communem Doctornm opinionem, de
qua poſt *Text. in cap. Romana* §. *Si autem de Appellat. in 6.* te-
ſtantur adducti *in deciſ. 322. n. 6. cor. Priol. & dec. 33. n. 5. cor.*
*Anſald & dec. 84. n. 1. p. 17.* Habemuſque in hac parte ſpe-
ctabilem authoritatem *S. Bernard. in Epiſt. 156. ad Innoc. 2.*
27 inter ejus opera fol. 1533. ibi: *Etiam poſt appellationem tui*
*nomin is auſi ſunt exercere.*
Cæterùm his, & quibuſcumque aliis non attentis, neque
obſtant. ex motivo forſan indignationis, quod in his termi-
nis conſideravit *Gregor. IX. in c. Suſpicionis ff. de Offic. Ju-*
28 *dic. deleg.* ibi: *Qui forſan provocatus obeſſet*, ubi *Gloſ. verb.*
*Forſan* ait. *Licèt non debeant moveri, tamen indignantur pro*
*majori parte*, & concordant *Giurb. dec. 44. nu. 2.* ibi: *Indi-*
*gnari communiter ſolent Judices, dum ſuſpecti allegantur Fon-*
*tanell. dec 1. n. 4. & Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 2. annot. 56.*
*n. 32. fol.* 441. Idem Judex allegatus ſuſpectus, & propterea
29 indignatus, ſuum voluit proferre judicium, Reformatis in-
timatum die 12. Feb. ejuſdem anni 1718. quo mediante, ſunt
ejus verba *Viſis, & admiſſis ſummariis Atteſtationibus, in ma-*
30 *nibus noſtris pridie diſtributis 23. Teſtium, unanimiter aſſeren-*
*tium de conſueto quæſtuationis prætenſæ favore RR. PP. Cap-*
*puccinorum, ſalvo tamen Jure eos in meritis formaliter repe-*
*tendi &c. dicimus &c. declaramus, & ordinamus eos* (hoc eſt
Cappuccinos) *manutenendos eſſe in poſſeſſione, ſeu quaſi pu-*
*blicè, & regulariter quæſtuandi panem, aliaſque res, victui*
*neceſſarias, in Loco Brelii.*
Hodiè autem adverſus hoc Judicatum, æquali evidentia
nullum, & injuſtum, ſupplices recurrunt Reformati ad hoc
31 ſacroſanctum Tribunal, enixè rogantes EE. PP. ut, præ-
via illius circumſcriptione, dignentur reſcribere. *In deciſis,*
*& ampliùs*; ſeu, *Non licere PP. Cappuccinis in Loco, de quo*
*agitur, quæſtuare panem, & vinum.*
Eſt evidenter nullum judicatum dicti Cottalorda, eo quia
idem in figura Judicis non poterat ampliùs procedere, poſt-
32 quam fuerat allegatus ſuſpectus, omniaque, ab eodem ge-
ſta perindè habentur, ac ſi facta eſſent à perſona privata,
& de facto, & conſequenter omninò circumſcribenda vi-
dentur, ex animadverſis per *Oſaſch. dec. 84. num. 5. & ſeq.*
33 *Mynſing. cent. 4. obſer. 59. num. 2. Ridolph. in Prax. p. 1. c. 7.*
*n. 124. Card. de Luc. de Judic. diſc. 3. n. 71. & Rot. dec. 72. n.*
*9. par. 1. cor. Verall. & dec. 875. num. 1. coram Dunoz. jun. &*
*dec. 593. n. 10. & ſeq. cor. Pamphil.* ubi, quòd Judex proce-
34 dens in Cauſa, poſtquam fuit allegatus ſuſpectus, ſe facit
Adverſarium, *& dec. 343. n. 7. cor. Cerr. & dec. 939. n. 5. &*
*ſeqq. p. 18. rec.* ubi ſolidè probat, quòd Judex allegatus ſuſpe-
ctus procedendo in cauſa, nedùm Partem recuſantem gra-
vat, ſed cauſam ſuſpicionis evidenter ſuo irregulari facto
35 comprobat, & *dec. 649. à n. 2. ead. par. 18.* cum aliis ſequu-
tis *à Zaulio ad Statut. Favent. tom. 1. fol. 385. à num. 1.* ubi
quod nihil periculoſius in judiciis, nihilque durius, quàm
cor. eo litigare, qui ſuſpectus eſt, quodque exindè triſtiſſimi
36 ſequi ſolent effectus.
Fortiùs in noſtro caſu accedente triplici circumſtantia. I.
Quia in dicta allegatione ſuſpicionis individuantur multæ
37 juſtæ, & legales cauſæ, ſolidæ, & fundatæ ſuſpicionis, &
proinde eò magis idem aſſertus Judex ſe abſtinere debebat à
Judicando, ut primam concluſionem ampliando, obſervant
38 adducti à *Ridolph. in Prax. par. 1. cap. 7. n. 73. & ſeq & ab*
*Add. ad Pamph. dec 593 n. 21. & ſeq.*
II. Quia idem aſſertus Judex poſtquam fuerat ſuſpectus
allegatus, agnoſcendo juſtitiam petitionis Reformatorum,
dedit ei Teſtimoniales in forma. Poſt quas multò minùs 39
in Cauſa manus apponere poterat, per ea, quæ notant
idem *Ridolph. in Prax par. 1. cap. 13. num. 159 Veſtr.* pari-
ter *in Prax. cap. 3. lib. 7. n. 32. & Scacc. de Appellat. q. 13 n.*
*18. & q. 171. n. 7. & ſeqq.*
III. Demùm, quia Epiſcopus, qui ipſum delegavit, ta-
lem non habebat juriſdictionem, poſtquam in exequutionem 40
reſolutionis hujus S.C. & vigore ſpecialis facultatis, eidem
attributæ, nedùm mandaverat, Cappuccinis inhibendum
eſſe, ne auderent, vel præſumerent quæſtuare Panem &
Vinum in diſtrictu Loci Brelii, ſed ulteriùs id eſſe intelligen- 41
dum (ſunt ejus præciſa verba): *Donec aliter proviſum non*
*fuerit à S.C.E. & R.* Igitur Cappuccini ad hanc S.C recur-
rere debebant, non autem redire ad dictum Epiſcopum, vel
ad ejus Delegatum, quia idem Epiſcopus nullam aliam ha- 42
bebat in hac parte juriſdictionem, etiam ad tenorem, & for-
mam decretorum, ab ipſo factorum, poſtquam in ſua Sen-
tentia adjecerat verba illa, opportunè repetenda: *Donec ali-*
*ter proviſum non fuerit à S.C.E. & R.* per ea, quæ notant
adducti à *Sccac. de Judic. gloſ. 13. numer. 39. & 59. Vant. de*
*Nullit. ex defect. juriſd. nu. 151. & Card. de Albic. de Inconſt.*
*in judic. qu. 37. à num. 204. & Rot. dec. 267. nu. 1. 2. & 3. cor.*
*Priolo.*
Adverſus hujuſmodi propoſitiones, ſolidè in jure funda-
tas, & in praxi quotidiè admiſſas, unicam dedit reſponſio- 43
nem contrarius Defenſor, innixam prætenſo conſenſu, præ-
ſtito ab uno ex Religioſis noſtri Conventus in deputatione
ejuſdem Judicis, adducendo ad id proban. uti punctualem
authoritatem *Gratian. diſcept. 68. n. 21.*
Quidquid autem ſit de probatione hujus conſenſus in facto;
Reſpondemus in jure, quod non erat in poteſtate dicti Re- 44
ligioſi, vel renunciare, vel præjudicare juribus noſtræ Pro-
vinciæ, eidem quæſitum per reſolutionem hujus S.C. ex ad-
ductis in *To. 1. p. 2. diſc. 10. n. 12.*
Certiùs quia, etiamſi eſſemus in terminis perſonæ, valen-
tis ſibi præjudicare, mediantibus propriis operationibus ad- 45
huc ex nova cauſa, vel etiam ex antiqua, cujus notitia poſt
conſenſum ſuperveniat, licitum eſt recuſare illum Judicem,
in quem fuit conſenſum, & tunc Proceſſus coram illo factus
poſt recuſationem eſt evidenter nullus, juxta *Textum litera-*
*lem in cap. Inſinuante 25. de Offic. judic. deleg.* quem ſequitur
*Rot. in dec. 875. n. 6. cor. Dunoz. jun.* Nec non juxta aliam
*dec. Verall. 34. p. 2.* ibi: *Proceſsus, factus coram Judice com* 46
*pulſore, recuſato &c. reputatus eſt nullus &c. Nec obſtat, quod*
*Judex non poſſit recuſari, quando Partes à principio in illo*
*conſenſerunt &c. Quia ſatis eſt, quod cauſa de novo ad Partis*
*notitiam ſupervenerit, quia Judex, in quem fuit conſenſum,*
*recuſari poteſt etiam poſt litem conteſtatam &c.* quam ſequitur 47
eadem *Rot. cor. Cavaler. dec. 178. n. 2.* cum aliis apud *Lancell.*
*de Attent. poſt recuſat. à n. 16.* ibi: *Nam ſi deindè ex cauſa licèt*
*antiqua, de novo tamen ad ejus notitiam ſuperveniente, com-*
*pulſorem recuſaverit, & ille poſt recuſationem procedat, Pro-*
*ceſsus dicitur nullus, ut fuit tentum &c. Ridolph in Prax. p.*
*1. c. 7. n 29.* Et in his præciſis terminis clarè loquitur etiam
*Gratian diſcept. 681. n. 21.* ibi: *Cùm nulla cauſa adeſset, &*
clariùs in *diſcept. 701. n. 17.* ibi: *Quæ procedunt etiamſi Ju-* 48
*dex recuſatus eſset perſona valdè religioſa, & timoratæ vitæ,*
*cùm illa non conſiderata ſemper poſt recuſationem Proceſsus ſit*
*ipſo jure nullus &c. Non obſtante prętenſo conſenſu in juriſdi-*
*ctionem Judicis recuſati quia ſupervenit nova cauſa ſuſpicionis*
*ut dictum eſt, quo caſu non attenditur talis conſenſus ſed ſemper*
*Proceſsus poſt recuſationem eſt nullus, etiamſi cauſa, in recuſa-* 49
*tione expreſſa, non fuiſset probata ſed eſſet talis, quæ ſi proba-*
*retur eſset legitima &c* Referens, ità fuiſſe judicatum *nu. 18.*
his verbis: *Et ità ex prædictis fuit per Judicem appellationis*
*declaratum, revocando, & annullando decretum &c.*
Quod autem in noſtro caſu non una, ſed multæ novæ cau-
ſæ concurrebant ad allegandum ſuſpectum eundem Judi-
cem, evidens eſt ex recognitione Proceſſus, in exequutio- 50
nem reſcripti hujus S.C. nuper ad Urbem tranſmiſſi *fol. 2.*
ibi: *Conoſcendoſi dal P. Comparente come Superiore di d. Con-*
*vento di Saorgio, la parzialità, familiarità, e congiunzione,*
*che paſſa tra la perſona ſua, e li Parenti, Famigliari, e Con-*
*giunti col Sindico di dd. PP. Cappuccini, patrocinante detta*
*Cauſa, congiontamente all'intelligenza avuta di eſſerſili 11 cor-*
*rente* (hoc eſt Jan. 1718) & ſic poſt integrum menſem à die
prætenſi conſenſus, qui aſſeritur præſtitus die 12. Dec. 1717.)
*reſo Commenſale di detti PP. Capuc. di Soſpello; Motivi tutti*
*ſufficienti ad eſſo P. Comparente di diffidenza, come coſi tatto il*
*petto per tale lo giura, fà però iſtãza debba deſiſtere dal progreſ-*
*ſo di tale ſubdelegazione &c.* Quod enim Judicis familiares,

& amicitia , cujus notitia ad aures Collitigantis de novo ſu-
perveniat, ſit ſuperlativa cauſa recuſationis ejuſdem Judi-
52 cis, adeſt magiſtrale *conſil. Calder. 7. de Appell.* ubi iſtam
adducit bonam congruentiam , & legalem rationem , *ut li-
tes ſine omni ſuſpicione procedant , & Calder.* ſequuntur *Fon-
tanel. dec. 15. n. 1. & Rot. dec. 12. n. 3. apud Conſtant. ad Statut.*
53 *Urb.* ibi : *In præſenti autem caſu pro cauſa fuit allegata fami-
liaritas , & amicitia ipſius Judicis cum D. Paulo &c. juxt. con-
ſil. Calder. &c. & dec 723. n. 6. p. 18. recent.*
Æquali evidentia injuſtum eſt judicatum d. Judicis dele-
gati : Ad quod demonſtrandum præmitto concluſionem , in
54 qua concordant omnes Doctores , *quod per Apoſtolicas Con-
ſtitutiones , & Decreta Sacrar Congr. determinatum habemus ,
ut quilibet Conventus quæſtuationem exerceat intra proprios
fines , neque ullus illos alterius ingrediatur* ; ſunt verba *Card.
de Luc. de Regul. diſc. 28. n. 2. & n. 7.* & concordant *Matthæuc.
in Offic. Cur. eccleſ cap. 43. num. 1. & ſeq.* ubi *n. 2.* refert , &
55 ſequitur reſolutionem hujus S. C quæ *die 22. Junii 1674.* in
ſimili quæſtione inter PP. Obſervantes, & Cappuccinos de-
claravit, & decrevit; *Nè in poſterum præfatorum Ordinum
Conventus proprios ſuo Reſtrictus ad quæſturam egrediantur ,
56 ſed intra ſuos limites ſe quiſque contineat , ut ab eis , quibus
inſerviunt , faciliùs ſubſtentari poſſint .*
Hoc præmiſſo, quod Oppidum Brelii, de quo eſt quæſtio,
à fundatione noſtri Conventus, uſque ad hodie, reſpectu
quæſtuationis panis, vini, aliorumque comeſtibilium, pri-
57 vativè deſtinatus fuerit pro quæſtua noſtrorum Reforma-
torum, quidquid ſit de quæſtuatione olei , canabis, & li-
ni , ſemel , vel bis in anno favore Cappuccinorum , de qua
non diſputamus.
Probatur ex relatione Epiſcopi Vintimilien. ab hac S. C.
58 pro veritate , & conſcientia circa hoc factum requiſiti ; Ip-
ſe enim non potuit hanc veritatem clarioribus verbis io-
tta fines evidentiæ ponere , quàm aſſerendo : *Aver preſe le
Informazioni dovute ſopra l' eſpreſſo da' medeſimi PP Rifor-
mati &c. ricavato in ſoſtanza , eſſere la verità , che li medeſimi
ſono ſempre* ( notetur quæſo hæc dictio ) *ſtati ſoliti di portarſi
a queſtuare publicamente pane , e vino nel Luogo ſuddetto di
59 Brelio , diſtante poche miglia da quel di Saorgio , e ciò ſempre
col conſenſo , e tolleranza di quel Popolo , e Particolari , che
da' medeſimi Padri reſtano ſerviti continuamente nell' aſcoltare
le confeſſioni , e con le prediche &c.*
Deveniendo deinde ad prætenſum ſolitum Cappuccino-
rum , æquè claris , & rotundis verbis illud excludit , aſſe-
60 rendo : *Lo che non anno mai* ( notetur pariter dictio hæc )
*fatto li PP. Cappuccini di Soſpello , per eſſere diſtante ſei miglia
circa dal Luogo ſuddetto di Brelio , quali bensì vi ſogliono an-
dare in queſtua per lino , canape , e oglio , ma non mai* ( Reite-
ramus ſupplicationes pro conſideratione hujus dictionis, *non
61 mai* ) *per pane , e vino , come anno cominciato a fare da qualche
meſe in quà .*
Tandem parendo mandatis EE. VV. circa ſuam ſenten-
tiam in hac parte , concludit : *Che ſe devo , come m' ingion-
gono l' EE. VV. aggiongere il mio proprio ſentimento , ſtimarei
62 accertato , che per andare al riparo di ulteriori confuſioni , e di-
ſordini nell' avvenire* ( quæ verba ſupplicamus ſolita beni-
gnitate attentè ponderare ) *ſi degnaſſero Elleno decretare , che
non debbano farſi innovazioni in materia di queſtue , e ſi oſſervi
ciò , che per l' addietro ſi è ſempre pratticato . Che è quanto poſ-
ſo con tutta ſincerità riferire all' EE. VV.* quæ deferendo tan-
63 ti Præſulis Atteſtationi die 2. Auguſti 1715. ad unguem re-
ſcripſerunt , pro obſervatione dicti ſoliti , & non admiſſio-
ne innovationum , & confuſionum , cum reſcripto . *Benignè
committit eidem Epiſcopo , ut cum facultatibus S. C. ſervari fa-
64 ciat ſolitum,* quod non poteſt applicari, niſi illi ſolito , de quo
præcedenter , ſpecialiter requiſitus , teſtatus fuerat idem
Epiſcopus.
Quamvis autem unica hæc probatio ſuperabundaret ad
intentum ; Sivè conſideretur excellentia , & qualitas per-
65 ſonæ teſtificantis *juxta Text. in Can. Nobiliſſimus 97. diſt.*
ibi : *Non tamen ejus gravitatem , & eloquium illius veridi-
cas agnoſcentes aſſertiones &c.* & juxta firmata per *Rot. in dec.
401. n 9. cor. Emer. jun & dec. 460. n. 10. & 22. p. 18. rec. &
in Romana Hæreditatis 1. Febr. 1715. §. Hæc teſtamentaria cor.
66 Criſpo* ; Sivè præſumpta , & veriſimilis informatio rerum ,
& conſuetudinum ſuæ Diœceſis, juxta animadverſa per
eandem *Rot. dec. 115. n. 4 cor. Priol & d. dec. 460. n. 10. p.
18. rec & in Bituntina Juriſpatronatus 28. Martii 1707. §.
Et demum cor. Car Scotto* : Sive circumſtantia illa , omni con-
67 ſideratione digna, quod Relatione tranſmiſit, *dopo aver pre-
ſe le informazioni dovute ſopra l' eſpoſto Anſald. in Voto* im-
preſſo *in Neapolitana Aſſignamenti 23. Julii 1712. §. Nihi-
lominus* ; Sivè demum præ oculis habeatur , ut enixè ſuppli- 68
camus , optima illa congruentia, *che il Popolo , e Partico-
lari di Breglio reſtano da' medeſimi Padri ſerviti continua-
mente nell' aſcoltare le confeſſioni , e con le prediche,* circa quam
concordant pariter multi qualificati teſtes: ibi : *Atteſo che
detti RR. Padri anno aſſiſtito , & aſſiſtono ne' biſogni l' anime* 69
*di queſto Popolo , sì nelle prediche , che confeſſioni* , juxta indi-
vidualem reſolutionem hujus S. C. *de qua ſupra §. 56.* ibi : *In-
tra ſuos limites ſe quiſque contineat , ut ab his , quibus inſerviunt
ſuſtentari faciliùs poſſint .*
Nihilominus probatur 2. idem innegabile ſolitum favore
Reformatorum ex ſolemni Atteſtatione Syndici ejuſdem
Loci, qui referendo principium contrariæ innovationis ad 70
annum 1712. ſeù 1713. exprimit præciſum irregularem
modum, quem tenuit unus ex Cappuccinis, aſſerendo :
*Eſſendo io Sindico di queſta Communità l' anni 1712. e 1713.
pendente detto mio Sindicato , predicò in queſta Parrocchia-
le il P. Onorato da Breglio Cappuccino , & in eſſa predica diſ-
ſe , che li Cappuccini del Convento di Soſpello ſarebbero ve-
nuti a queſtuare nel preſente Luogo una volta il meſe , e che
chi averebbe dato un pane per volta , ſarebbero ſtati 12. pa-
ni l' anno &c.*
Ubi ad rem ſubdit, quod ratione ſui Officii poſt concio-
nem acceſſit ad eumd. P. Cappuccinum Concionatorem , *e* 71
*come Sindico ſudetto li diſſi , che non era modo di queſtuare , e
che il preſente Luogo non era obligato a ſoffrire alcuna queſtua
de Cappuccini di Soſpello per il pane , e vino .*
III. Probatur ex alia ſimili atteſtatione Conſiliariorum,
& aliarum qualificatarum perſonarum Oppidi Brelii , cum
juramento aſſerentium : *Sappiamo , & a pieno ſemo infor-* 72
*mati , che non avendo , da che ſi ricordiamo , li PP. Cap-
puccini del Convento di Soſpello , mai poſta in pratica queſtua
alcuna di pane , ne vino in queſto Luogo , alcuni anni ſono pre-
dicando &c.* referentes deindè eundem modum , expreſſum
ſupra à dicto Syndico .
IV. Probatur ex modis indirectis, quos tenuerunt Cap-
puccini , ad introducendam dictam novitatem quæſtuatio- 73
nis, inter quos multi jurati , & qualificati teſtes , referunt
ſequentem . *Dubitando li Cappuccini di non poter ſoſtenerſi in
d. ſuo preteſo poſſeſſo , li decorſi giorni fecero rimetter lette-
ra al medemo Sig. Sindico Tealdo , ſcrittagli dall' Eccellenza
del Sig. Conte Solaro di Govone , Marcheſe di queſto Luogo ,
per la quale pregava detto Sig. Sindico , e Conſiglieri a voler in
ſuo riguardo tolerar detti Cappuccini per detta queſtua , qual
lettera fatta leggere nel Conſeglio da detto Sig. Sindico , per eſ-
plorare da' Conſiglieri il ſenſo della riſpoſta da farſeli , ſappia-
mo , che li fu detto , non aver la Communità da far alcuna parte
in detta queſtione , con laſciare la cura a' detti Padri di Saor-
gio , come che queſti eſſendo in poſſeſſo di queſtuare doppo la fon-
dazione di loro Convento , era loro intereſſe di accudire alla loro
lite , e così doveſſe detto Sig. Sindico riſpondere a detto Sig.
Marcheſe in termine appropriato alla Cauſa , e per eſſere tale
la verità , abbiamo fatta la preſente .*
V. Probatur ex alio longe ſtrangulatorio modo , ab eiſ-
dem Cappuccinis ad praxim redacto . Si enim eorundem 74
favore aliquo , vel minimo colore prætendi poſſet ; nedum
decantata immemorabilis, quæ ex hucuſque animadverſis
nullam omninò in facto ſubſiſtentiam habet ; Sed ſola , &
ſimplex decennalis poſſeſſio, nemo non videt , quod opus
non habebant recurrere ad dd. emendicatas commendatio- 75
nes , ſivè in Concionibus , ſive à Domino Loci Brelii , ſivè
à ſublimiori laicali Poteſtate: *Fruſtra enim precibus impetra-
tur , quod ſine illis permiſſum eſt* dixit *Rota in Genuen. Juris
mutandi 16. Aprilis 1700. §. Non attento cor. Muto* & concor-
dant adducti per *Thomaſett. in Floribus Leg. regul. 150.*
VI. Demum , aliis gratia brevitatis omiſſis , hoc idem
probatur ex alia ſolemni , & jurata Atteſtatione trium di-
gniſſimorum Sacerdotum Terræ Brelii , quorum depoſitio 76
magni facienda eſt , ex adductis in Voto extenſo à *R. P. D.
Cerro in Romana Annuæ præſtationis 26. Jan. 1714. §. 11.* &
in alio extenſo à *b. m. Lonio in ead. Cauſa die 23. Martii 1715.
§. 14.* Nec non quinque aliorum , *tutti uomini principali di
queſto Luogo , quali tanto uniti , che ſeparatamente , precedente
loro reſpettivo giuramento &c. in parola di verità atteſtano &c.
che da 10. 20. 30. 40. 50. e più anni in quà non vi è memoria in
contrario,* quodque noſtri Religioſi ſemper ſoliti fuerunt quæ- 77
ſtuare panem , & vinum *ſenza oppoſizione alcuna publica nè
privata , atteſo che detti Padri anno aſſiſtito , & aſſiſtono ne' biſo-
gni l' Anime di queſto Popolo , sì nelle prediche , che confeſſioni .*
Tranſitum deindè facientes iidem qualificati teſtes ad
prætenſum ſolitum favore dictor. Cappuccinorum , cum 78
ſimili juramento conſtantiſſimè aſſerunt . *Ne ſapere ,*

me-

*meno àver ſaputo, ne tanpoco aver inteſo dire, che li PP. Cappucini del Convento di Soſpello, e Tenda abbino preteſo di queſtuare nella predetta forma publica pane, e vino, ſalvo da tre, ò quattro anni in qua.*

Explicantes verò clandeſtinum modum, quem iidem Cappuccini à dictis tribus, vel quatuor annis adhibuerunt
79 in principio eorum prætenſæ quæſtuationis, addunt: *Con andare eziandio ſotto la guida di un Ragazzo ſecolare, & introdurſi nelle caſe de' Particolari, ſenza che preceda la domanda alla Porta di quelle, come è ſolito di Mendicanti ſimili.* Adducentes optimam cauſam eorum dicti, nec non ſpecificantes eorum grandævam ætatem 70. circiter annorum.

Uniendo proindè has omnes probationum ſpecies, ut
80 in qualibet materia faciendum eſſe, monent adducti à *Rot. in deciſ. 731. num. 2. cor. Emer. jun. & in Viennen. Matrimonii 25. Junii 1703. §. Et quatenus cor. Card Scotto*, tali evidentia, tantaque palpabilitate probatum remanet ſolitum queſtuandi panem, & vinum in Terra Brelii favore Reformatorum, & excluſum aliud prætenſum ſolitum quæ-
81 ſtuandi panem, & vinum favore Cappuccinorum, ut nil clariùs, nihilque evidentius ad dictum effectum de mero poſſibili adduci poſſit.

Ex quibus abundè ſatiſfactum remanet omnibus adductis
82 in contrarium, & nullius remanet efficaciæ contrarium Judicatum, non ſolum quia nullum, & attentatum, ſed etiam quia injuſtum ex ſupra adductis.

Et nihilominus ad hoc, ut EE. PP. manibus palpent eandem injuſtitiam, dignentur obſervare motivum judicandi,
83 quem Judex delegatus his verbis expreſſit in Sententia: *Viſis ſummariis Atteſtationibus, in manibus noſtris pridiè diſtributis 23. teſtium, unanimiter aſſerentium de conſueto quæſtuationis, prætenſæ favore PP Cappuccinorum, ſalvo tamen Jure eas in meritis formaliter repetendi.*

Patet igitur, quod unicum fundamentum dicti affectatiſſimi Judicis, fuit ſola, & ſimplex extrajudicialis Atte-
84 ſtatio dictorum 23. teſtium, neque formaliter examinatorum, neque ſer ſer. repetitorum; Quando omnibus notum eſt, quod in qualibet materia, ſimiles extrajudiciales atteſtationes, lite pendente, & ſine Partis citatione procuratæ, nullam omninò conſiderationem merentur, ut uno ore aſ-
85 ſerunt Doctores illi quos citat, & ſequitur *Rot. deciſ.* 301. *nu.* 5. *par.* 14. *rec.* & *in Mexicana Depoſiti 27. Novemb. 1705. §. In nihilo cor. Anſald.* ubi, quod hoc notum eſt ipſiſmet Tyronibus.

Patet etiam, quod idem Judex proceſſit in hac parte cum æquivoco palmari; Teſtes enim contrarii, mediante verborum involucro, & non ſine myſterio, in dictis affectatis
86 Fidibus confundere voluerunt illam particularem quæſtuationem panis, vini, & comeſtibilium, quæ fuerunt neceſſaria pro victu, & manutentione unius, vel alterius Religioſi, quæſtuantis linum, oleum, & canabem, cum alia generali quæſtuatione pro victu, & manutentione omnium Capuccinorum, moram facientium in Conventu Soſpitelli.

Palpantur hæc manibus ex Relatione P. Procuratoris Ge-
87 neralis Cappucinorum, in qua poſt mentionem dictorum contrariorum teſtium, quorum affectatæ fides tunc datæ fuerunt annexæ eidem Relationi, ut videre eſt in *§. Il Convento*; Reſpondendo dictæ Informationi Epiſcopi in *§ E benchè*, ait: *Tuttavia confeſsò in detta Relazione* (hoc eſt Epiſcopus) *che li Cappuccini ſoglino andare in Saorgio per la queſtuazione di lino, e canepa, e oglio, ma non di pane, e vino; Il che ſi rende inveriſimile, mentre ſe li Cappuccini ſono in poſſeſſo di queſtuare per l'oglio, canapa, e lino, queſto ſteſſo anno avuto, e anno per il pane, e vino.*

Nemo enim non videt, quod in hac parte proiici prætenditur pulvis ante oculos ſapientiſſimorum Judicantium, confundendo illum panem, illudque vinum, aliaque comeſtibilia, quæ neceſſaria fuerunt pro manutentione unius,
88 vel alterius Cappuccini, Religioſi laici, quæſtuantis linum, oleum, & canabem, cum illo pane, & vino, aliiſque comeſtibilibus, quæ hodiè quæſtuare prætendunt pro omnibus Religioſis dicti Conventus Soſpitelli.

Clariùs hoc comprobavit contrarius Defenſor his verbis:
89 *Quæſtuationum Quæſtores, diſtantes ab eorum Conventu per ſex milliaria* (magna hæc diſtantia omni conſideratione digna videtur ad noſtrum effectum ex animadverſis *ſupra à num.* 54.) *debuiſſent comedere, & bibere, & ſic panem, & vinum quæſtuare, quia linum, oleum, & cannabis ſunt extra*
90 *ſpheram commeſtibilium: Perneceſſe igitur dicendum eſt, quòd eodem tempore, quo quæritabant linum, & oleum, quæritabant primo loco panem, & vinum, utì conſideranti factum redditur manifeſtum.*

Redditur enim pluſquam manifeſtum, quod dicta quæſtuatio panis, & vini pro ſolis Quæſtoribus, eſt quæſtuatio prorsùs diſtincta, & omninò ſeparata à quæſtuatione quam 91
hodiè Cappuccini prætendunt, quæ non eſt reſtricta ad victum Quæſtuantium, ſed ad victum omnium Religioſorum, moram facientium in Conventu Soſpitelli, ut conſideranti factum pluſquam innegabile remanet.

Clariſſimè demum hanc veritatem demonſtrant ipſimet affectatiſſimi teſtes, quorum depoſitiones datæ fuerunt annexæ Informationi P. Procuratoris generalis Cappuccino- 92
rum §. *Il Convento*, aſſerentes, Cappuccinos fuiſſe ſolitos quæſtuare *canepa, o ſia pane*. Cùm enim panis, & canabis non ſint ſynonyma, ſed longè inter ſe diſtent, dicendum eſt, quod ex iiſdem contrariis teſtibus pluſquam evidenter probatum habemus, quod quæſtuatio, de qua hodiè diſputa- 93
mus, eſt longè diverſa ab illa, de qua loquuntur iidem teſtes, & quam diſtinguere noluit iratus, & indignatus Judex delegatus, propter illius ſuſpicionem, in actis declaratam, confundendo quæſtuationem illius parvæ quantitatis panis, & ſimilis quantitatis vini, aliorumque comeſtibilium, quæ neceſſaria erant pro victu unius, vel alterius Laici Cappuccini quæſtuantis, cum illa majori quantitate, deſtinata 94
pro victu omnium Cappuccinorum, moram facientium in Conventu Soſpitelli.

Ultrà palmarem hanc differentiam inter utramque quæſtuationem, quæ intercedit inter unicam Perſonam quæſtuantem, & inter omnes Religioſos integri Conventus 95
Soſpitelli, alia non minùs palmaris ex eo deſumitur, quod quæſtuatio olei, cannabis, & lini fit ſolo tempore eorum recollectionis, & ſic ſemel in anno: Non ſic autem quæſtuatio panis, vini, & aliorum comeſtibilium, quæ exadverſo fieri prætenditur ſaltem quolibet menſe: ibi: 96
*Che ſarebbero venuti a queſtuare una volta il meſe*. Quæſtuatio autem pro uno, vel alio Quæſtore ſemel in anno, exadverſo practicata occaſione quæſtuationis olei, lini, & cannabis, nullo colore, nulloque longiſſimo filo trahi poteſt ad quæſtuationem, quolibet anno duodecies practicandam; Ea ratione, quia in terminis ſoliti non poteſt fieri extenſio de tempore ad tempus, neque de perſona ad 97
perſonas, ut de prima concluſione videre eſt citatos *in deciſ.* 25. *num.* 8. *cor. Cerr* & de ſecunda *in deciſ* 50. *num.* 48. *cor. Anſald.* Ultrà regulares illas propoſitiones, quod ſolitum ſemper intelligitur in caſu præciſo, in quo ſervatum fuit, ex adductis *in deciſ* 616. *num.* 4. *cor Dunoz. jun.* 98
Quodque illud nunquam extenditur de caſu ad caſum *Rot. dec.* 278. *n.* 6. *p.* 12. *rec.*

In omnem verò caſum, quatenus criticetur exadverſo hujuſmodi conciliatio contrariorum teſtium, cum teſtibus ex hac parte adductis, literaliter deſumpta ex Informatione 99
P. Proc. generalis Cappuccinorum, ex admiſſis in contraria Scriptura, & ex ipſiſmet verbis eorundem teſtium contrariorum ex animadverſis ſupra à *§.* 87. Semper urget propoſitio illa communiter à doctoribus admiſſa, quod in conflictu teſtium, inter ſe contrariorum, ſemper præferendi 100
ſunt illi, qui concordant aliis probationibus, & cum dicto aliorum qualificatorum teſtium, ex adductis *in deciſ.* 647. *numer.* 24. & 25. *cor. Dunoz. jun.* & *deciſ.* 1001. *num.* 5. *cor Emer. jun.*

Eſſe autem talis qualitatis noſtros teſtes ex eo ad oculum patet, quod concordant cum dicto pluſquam qualificatiſſimi teſtis, qualis eſt Epiſcopus, & cum illis probationibus, quæ ſer. ſer. citatiſque PP. Cappuccinis ab eodem captæ 101
fuerunt ante Relationem, ad hanc S. C. tranſmiſſam ibi: *Preſe le Informazioni dovute ſopra l' eſpoſto da' PP. Riformati &c. il Supplicato de' quali ò trovato ſuſſiſtere in tutto*

Die 16. Sept. 1718. propoſita in S. C. E. & R. Cauſa per Card. Corſinum fuit reſcriptum: *Non licere PP. Cappuccinis in Loco, de quo agitur, quæſtuare panem, & vinum.* 102

# DISCEPTATIO XVIII.

## Ordinis Carmelitarum Excalceatorum.

*PRO*

Definitorio generali Carmelitarum Excalceatorum.

*CUM*

Nonnullis particularibus Religioſis.

## ARGUMENTUM.

*Tractatus conſultorii, an præmittendi ſint ante canonicam Electionem in Religione Carmelitarum Excalceatorum; Et quid dicendum de Nominationibus ad officia vacantia, ſine tamen arctatione ad eligendum unum ex nominatis: Diſtinguuntur plures ſpecies nominationis.*

COnſtans in facto eſt, quod ab initio fundationis Congreg. Patrum Diſcalceatorum Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, ſeù ab anno 1580. uſque ad noſtra tempora, Priorum, & aliorum Officialium electiones ſem-
1 per factæ fuerunt, præviis Tractatibus conſultoriis inter Electores, concernentes majorem habilitatem, majoremque idoneitatem Religioſorum ad unum, vel aliud officium Religionis.

In quorum ſequelam, electo novo Provinciali, iſte, unacum aliis gravioribus Patribus Provinciæ, poſt exactam diſcuſſionem meritorum cujuſcumque Religioſi, adnotabat
2 in Liſta nomina illorum, qui inter ipſos reputati fuerunt magis habiles, magiſque idonei ad ſubalterna, & particularia Officia cujuſcumque Conventus. In qua Liſta adnotabantur nomina, & cognomina illorum, qui ad dicta Officia magis apti à dictis Patribus gravioribus exiſtimabantur, non ad effectum coarctandi electionem ad illos dum-
3 taxat, qui adnotabantur in dicta Liſta, ſed, ut Capitulares de eorundem habilitate aliundè ſeſe informare poſſent, utque opponere valerent quidquid contrà dictos Eligendos ſentirent.

Ab hoc eligendi modo, per ſæculum, & ultrà, inconcuſsè ſervato, nullum inter Religioſos ejuſdem ſacri Inſtituti unquam ortum fuit inconveniens, nullumque ſcandalum, minuſque adverſus illum à tot digniſſimis Religioſis, quot hoc medio tempore in noſtra Religione vixerunt, cum
4 æquali fama ſanctitatis, & doctrinæ, reclamatum fuit unquam, nec in Capitulis generalibus, nec in Capitulis provincialibus, minuſque fuit habitus aliquis recurſus ad Sac. Cong. ſed omnia ſumma pace peracta fuerunt, nemine penitus, penituſque reclamante.

Donec anno 1712. non una, vel altera ex Provinciis in corpore, minuſque Definitorium generale, ſed nomine unius ſimplicis Religioſi Provinciæ Romanæ, non ſinè magna
5 exageratione narratum fuit, quòd, mediantibus dictis Liſtis, coarctabatur voluntas Vocalium, quodque illæ opponebantur Ordin. Conſtitut. Relataque ejus inſtantia die 18. Novem. 2712. à D. Card. Caſino, reſcriptum fuit: *Sublatis Liſtis, ſerventur Conſtitutiones;* Cui promptè, ut par erat,
6 obediendo, Religioſi Provinciæ Romanæ, adverſus quos eadem inſtantia porrecta fuit, non ampliùs dictas Liſtas dederunt, dùm in rei veritate non alio ſine diſtribuebantur, niſi, ut PP. Vocales, conſulendo propriis conſcientiis, aperirent exceptiones, quæ forſan eis notæ erant contra de-
7 ſcriptos in dictis Liſtis, fueruntque proinde continuatæ electiones, cum ſolitis Tractatibus conſultoriis, omni Jure permiſſis, & à noſtris Conſtitutionibus approbatis, ut videbimus infra.

Verùm nomine ejuſdem Religioſi die 17. Martii 1718. Iterùm inſtitum fuit coram hac S. C. petendo declara-
8 tionem nullitatis electionum, factarum in Capitulo provinciali Romano anni 1715. fueruntque etiam reiteratæ preces pro vehementiori remedio in futurum, eò quià, licèt in illo non fuerint diſtributæ Liſtæ, quod ultrò admiſſum fuit exadverſo, fuerunt nihilominùs factæ in voce nominationes Eligendorum, illæque patefactæ fuerunt Vocali-
9 bus, quorum aliqui eaſdem nominationes proprio caractere adnotaverant ad excitandam earum reminiſcentiam, & relata inſtantia die 17. Martii 1618. fuit reſolutum, *Prævia ſanatione electionum præteritarum ad cautelam, & ſublatis etiam in futurum Nominationibus, directè, & indirectè, nec per ſe, nec per alios ad Officia, quæ ambiri non poſſunt, ſer-* 10
*ventur omninò Conſtitutiones ſub pœnis nullitatis.*

Quia verò idem Religioſus ſe jactabat, ſub eodem decreto intelligi etiam prohibitos Tractatus conſultorios, à Jure permiſſos, & à noſtris Conſtit. approbatos, P. Prior Con-
ventus S. Mariæ de Scala, unus ex Vocalibus Capituli pro- 11
vincialis præſens in Urbe, in Cong. habita 7. Aprilis dicti anni 1718, ſupplices porrexit preces pro declaratione, an ſub dicto reſcripto comprehenderentur dicti Tractatus conſultorii, fuitque reſcriptum: *Satis proviſum, & publicetur decretum S.C. in Capitulis provincialibus & generalibus, &* 12
*inter Acta Capitularia deſcribatur.*

Delata notitia hujuſmodi reſcripti Definitorio generali totius Ordinis, quod uſque ad præſens non fuerat in Cauſa
unquam citatum, & conſiderans difficultates, quæ in tota 13
Religione poſſunt de facili oriri ex mutatione dicti antiquiſſimi ſoliti uſus Tractatuum conſultoriorum, petiit audiri; Congruitas autem, & juſtitia ejus inſtantiæ fuit etiam exadverſo admiſſa, mediante conſenſu præſtito ſequenti decreto Auditoris SS. extenſo in contraria citatione, die 23. Aprilis 1718. *Ex tunc Illuſtriſſimus D. de conſenſu DD. Procu-
ratorum, hinc indè præſentium, mandavit ſuperſederi in pu-* 14
*blicatione decretorum S.C.E. & R. & ſublatis Nominationibus, quæ obſiſtunt Conſtitutionibus Religionis, ſervari omninò dictas Conſtitutiones.*

Hodiè igitur ſtrictè videndum eſt, an Nominationes, de quibus loquuntur Doctores in ordine ad electiones, de jure
permiſſæ ſint; Quatenùs verò permittantur à Jure, an pro- 15
hibitæ ſint à noſtris Conſtitutionibus; Idque non in ordine ad unam, vel aliam Provinciam, ſed habito reſpectu ad totum Ordinem; atque ad omnia Capitula, tàm provincialia, quàm generalia.

Antè cujus diſcuſſionem præmittimus cum *Abb. in c. Quod ſine §. Super eo n. 1. de election.* triplicem dari nominationem: 16
*Nàm quædam nominatio eſt minùs ſolemnis, quando fit de aliquo eligendo, ut quando aliqui proponuntur in Collegio, tanquam boni viri, ut de eis fiat ſcrutinium &c. undè poteſt Collegium nomine iſtorum tranſire ad electionem alterius; Quædam eſt nominatio, quæ fit in ſcrutinio electionis &c. & is, qui nominavit, non poteſt ampliùs variare, ſi dignum nominavit, publicato ſcrutinio. Quædam eſt nominatio ſolemnis, ſcilicet cùm duo, vel plures nominantur Principi, & petitur, ut ex his eligat unum &c.* Hanc tertiam nominationis ſpeciem pra-
cticari quotidiè videmus reſpectu illorum, qui vel à Jure, 17
vel ex conſuetudine, vel ex privilegiis, vel ex gratia hujus S.C. facultatem habent nominandi duos, vel tres ad aliquam Dignitatem, vel officium, ſivè ſæculare, ſivè regulare, cum hoc, quòd quatenùs nominati digni ſint, unus ex illis, ne-
ceſſariò eligendus veniat, juxtà caſum, à me diſputatum 18
in una *Papien.* de qua *in Tom. 1. part. 1. diſcept. 13. per tot.*

Hoc præmiſſo, deveniendo ad explicationem illorum caſuum, in quibus nominatio reducitur ad primam, vel ad tertiam ſpeciem, diſtinguendum eſt, quòd, vel ſermo eſt
de illis nominationibus, quæ taliter reſtringunt libertatem 19
Vocalium, ut non poſſint, niſi unum ex nominatis eligere, & quidquid aliqui Doctores in hac parte aſſerant, diſtinguentes reſtrictionem, vel ad unam, vel ad plures perſonas, in primo caſu affirmantes, illas eſſe prohibitas, ſecùs verò in ſecundo, eo quia inter plures verificari poteſt libertas eligendi magis unum, quàm alium; Ultrò admittimus, In his caſibus, electionem eſſe nullam, talemque nominationem, ſeù reſtrictionem non eſſe permittendam. Et iſti
ſunt ipſiſſimi termini, in quibus loquuntur omnes Doctores, 20
exadverſo allegati, quos pro majori parte citavimus in *Tom. 1. part. 1. diſcept. 17 num. 16.* quoſque iterum in fonte recognovimus, nempè *Fagn. in cap. Conſtitutis il 2. nu. 2. & 3. de Appellat. Caſtell. de Elect. cap. 3. num. 5. Samuel. eodem tit. tract. 2. contr. 4. n. 1. & ſeqq. à Bonon. de Elect. p. 2. c. 1. dub. 52. n. 5. Paſſerin. eodem tract. cap. 2. n. 12. in fin. Lap. de Libert Eccleſ. q. 14. n. 5. Gambar. de Auth. Legat lib. 2. tit. de Var. Ord. nomin. n. 220. & ſeqq. Tuſch. ver elect. concl. 62. per tot. Card. de Luc. de Regul. diſc. 3. n. 11. & de Canon. diſc. 2. n. 2. Barboſ. Apoſt. dec. collect. 277. n. 18. Pignatel conſ. 77. n. 9. 10. 10. Tabien in Summ. verb Elect. n. 23. Paſqual. q. mor. cent. 1. q. 125. n. 1. 7. & 8. Lezzan. in Summ tit de Oblig. Regul. in Elect. facien c. 15. n. 31. Ant. à Spirit. Sanct. p. 1. tract. 5. de elect. Præl. Regul. diſp. 7. ſect. 5. à nu. 88 Azor. Inſtit. mor. to. 1. lib. ..c. 11. q. 11. Nicol in Floſcul. verb. Election. 6.*

Roder

*Roder. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 51. art. 11. Mirand. in Manual. Præl. quæſt. 24. art. 22. concl. 3. verſ. Undè tom. 2. Anſald. in Addit. ad dec. 61. n. 44. & Rot. dec. 37. n. 6. cor. Ottob. dec. 65. n. 6. par. 1. & dec. 279. n. 25. & 26. par. 9. & dec. 189. num. 11. part. 15. rec.*

Iſtique pariter ſunt termini reſolutionum Sacrar. Congr.
21 ut recognoſci poteſt ex illarum præciſis verbis, quæ ſunt ſequentia: *Conſulta à Generali Ordinis S. Auguſtini, an ei liceret in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium facienda, aliquos nominatim proponere, ex quibus unus canonicè per ſecreta ſuffragia ad Officium eligatur. Reſpondit, non licere.* Idemque reſolvit *S.C.C.* ut videre eſt in *Lib. 12. Decretor. fol.* 136. quam per extenſum impreſſimus in *Tom. 1. par. 1. diſcept. 17. n. 16.* ibi: *Quæſitum fuit, an ſtante libertate electionis, liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus neceſſariò eligatur unus S.C. cenſuit, non licere*; Qualve referunt etiam *Paſſer. de Elect. c. 2. n. 12. in fin. Lavor. var. lucubr. tit 4 c. 22. de elect. n. 16. Pignatel. conſult. 77. n. 9. to. 10. Gallem. ad Conc. ſeſſ. 25. de Reform. c. 6. n. 3. verſ. Aut alios, Fagn. in cap. Conſtitutis il 2. n. 2. & 3. de Appell. & Matthæucc. in Offic Cur. Eccl c. 18. n. 2.*

Vel ſermo eſt de altero caſu, qui toto cœlo à primo diverſus eſt, quando nominatio Religioſorum magis habilium,
22 magiſque idoneorum, fit quidem à Superiore, prævio conſilio, ſeù poſt Tractatus conſultorios, habitos cum aliis Vocalibus, ſed abſque ulla omninò reſtrictione, ut non poſſint Vocales alium, vel alios eligere, quatenùs eos meliores, dignoreſque judicent; Et in iſtis terminis, qui ſunt noſtri hujuſmodi nominationes omni Jure permiſſæ ſunt, ex adductis per *Lotter. de Re benef. lib. 3. q. 17. n. 45. & 46.* ibi:
23 *Qui quidem actus veriùs eſt propoſitio ſimplex, tanquàm de perſonis viſis idoneis, quàm nominatio, nec propterea proponentes arctat in eadem ſententia præſiſtere, vel alios cogit ad hujuſmod judicium ſequendum: Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib. 1. cap. 19. num. 183.* ibi: *Nominantur utrinque plures, qui judicantur digni electione. Donat. Rer. Regul tom. 2. tract. 1. de Natur & Form elect. q. 10. n. 9.* ibi: *Eò fortiùs ſi coarctatio non ſit facta cum aliorum excluſione, ut cùm Superior declarat, ſe per dictam limitationem non velle excludere meliores, ſi quos habent, Bordon. reſolut. 26. quæſt. 8. n. 25.* ibi: *Vel quod licèt duo ſolùm proponantur, Superior ſe tamen declarat, nolle alios excludere, ſed illos ſibi videri idoneos præ aliis* ubi in hunc ſenſum explicat reſolutiones Sacr. Congreg. de
24 quibus ſuprà. Quas in hunc etiam ſenſum explicant *Paſſer. de elect. cap. 2. de Coarct. elect. n. 16. verſ. Neque, & Donat. Rer Regul tom 2. tract. 1. de Natur. & form. elect. q. 10. nu. 16. & Rot. dec. 37. n. 24. cor Ottob.* ubi ſequendo *Lotter. ubi*
25 *ſuprà*, ait, quòd non adeſt vera coarctatio, quando ſolùm ante ſcrutinium unius, vel plurium merita fuerunt exagerata, ad effectum, ut vota in eos dirigantur, quatenus digni exiſtimentur.

Diſparitatis ratio inter utrumque caſum evidens eſt, & in hoc conſiſtit, quod in primo caſu Electores tenentur omninò eligere unum ex nominatis à Superiore, quod libertati
26 electionis opponitur, non ſic autem in ſecundo, in quo non obſtante ſimplici nominatione ejuſdem Superioris, remanent in plena libertate omnes Electores eligendi alium, quem judicant meliorem, in qua libertate ſolidum fundamentum voluntariæ electionis reſidet.

Et in effectu, hunc fuiſſe ſenſum hujus S. C. in reſcripto *die* 18. *Novembris* 1712. ad hominem infertur ex Voto Card.
27 Caſini, diſtributo in Cong. habita *die* 17. *Martii* 1718. in quo cum hac ſolita diſtinctione proceſſum fuit, adducendo pro ratione: *Che pare ſi opponga indirettamente alla libertà, voluta da eſſo Capitolo* ( hoc eſt *cap Quia propter de Ele*
28 *ction.*) *Pare ancora, che contro ciò riſſolveſſe la Sag. Congr. del Concilio citata nelle Note del Gallemarte &c.*

Tantùm verò abeſt, quòd hujuſmodi nominationes favorabiles reputentur nominatis, ut potiùs ipſis nimis præjudicare aptæ ſint, ſolumque directæ ſunt ad melioris, digno-
29 riſque electionem; Eo quia taliter nominati poſt Tractatus conſultorios dicuntur poni, tanquam ſignum ad ſagittam reſpectu futuri ſcrutinii, ſciunt enim Vocales, quinam ſint illi, qui communiter eligendi putantur, & proindè contra illos omnes poſſunt, imò debent promovere, & divulgare exceptiones, ſi quæ opponi poſſint, ut in terminis obſervat *Abb. in cap. Cùm inter n. 2. de Elect.* ibi: *Contra nominatum poteſt ſingularis de Eccleſia opponere, ne eligatur; &*
30 *Lotter. de Re benef. lib. 3. quæſt. 17. num. 47.* ibi; *Nominatio hujuſmodi valdè eſt apta nocere ſic nominato, cum indè, excitatis animis, liceat cuivis ſingulari perſonæ de Eccleſia opponere, ne eligatur.*

Poſito ex his, quod de jure nominationes, de quibus agimus, omni jure permiſſæ ſint, uti ſimplices propoſitiones qualitatum bonorum Religioſorum, circa quas faciendum eſt ſcrutinium, cum omni libertate Electorum illos exclu-
dendi, eligendique alios non nominatos, quos judicant 31
meliores, ſat eſſet in noſtro caſu, ut contrarium expreſsè non diſponerent noſtræ Conſtitutiones, ad hoc, ut cum 32
dicta ſolida, & in jure fundata opinione eſſet procedendum, ad *Text. in leg. Commodiſſimè ff. de Liber. & Poſthum.* cum concordantibus apud *Rot. in dec. 217. n. 10 p. 16. rec & in Tom. 1. p. 2. diſcept. 16. n.* 103.

Cœterùm deveniendo ad ſecundam inſpectionem, dicimus, hujuſmodi nominationes literaliter demandari in eiſdem Conſtitutionibus, à S. Matre Thereſia compoſitis, & 33
à duobus Summis Pontificibus Sixto V. & Gregorio XIV. ſpecificè confirmatis. In illis enim *cap. 1. fol.* 29. ubi ſermo eſt de electione Abbatiſſarum, ſic expreſsè diſponitur: *L' elazzioni ſi faccino con Voti ſegreti, e fatta l' elezzione, le cedole dell' elezzioni ſi abbrugino &c Potrà il Prelato nominare, o proponere a tutto il Convento tre, o quattro Monache, acciò eleggbino di eſſe quella che loro parerà, ma non obligarle, che forzatamente debbino eleggere una di eſſe, anzi reſti libera facoltà alle dette Monache di poter eleggere un' altra qualſivoglia, che loro paja a propoſito*; Adeòque verba dictarum Conſtitutionum clariora eſſe non poſſunt, & 34
proindè applicatur diſpoſitio *Text. in leg. ille, aut ille ff. de Legat.* 3.

Nec dicatur, quod dictæ Conſtitutiones loquantur de electione, facienda à Monialibus, non autem de electione, 35
facienda à Viris Religioſis.

Objectum enim nullam habet ſubſiſtentiam; Quia Leges, & Conſtitutiones, loquentes de Monialibus, adaptantur etiam Viris Religioſis ejuſdem Inſtituti, in illis rebus, & actibus, in quibus non repugnat ſexus, ut uno ore obſervant 36
adducti per *Tamburinum de Jure Abbatiſs tom. 1. diſputat. 17. numer. 1. & numer 49. Bordon. Oper. moral tom. 2. reſol. 52. n. 365 Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom 2. fol. 198. à num. 25. & Rot in Herbipolen. Monaſterii 27 Febr. 1712. §. Abſque eo cor. Anſaldo.* Et in noſtris præciſis terminis habemus id clarè, & literaliter conceſſum *à Gregorio XIII. in ejus Conſtit. 64. §. 9. in Bullar. nov. tom. 2* necnon *à Clemente VIII.* in ejus particulari *Conſtit.* incipien. *Cum dudum* 37
*23. Martii 1594.* impreſſa *in Bullariol Privil. Carmelit. Excalceat. fol 218. n. 1.* de quibus *in To. 1. p. 1. diſc. 8. n. 11. & ſeqq.*

Certiùs quia non ſolùm nulla eſt aſſignabilis ratio differentiæ inter unam, & alteram electionem, adeòque cum 38
vigeat eadem ratio, eadem quoque intrare, & locum habere debet diſpoſitio dictarum Conſtitutionum, *ad Text. in leg. de quibus, ff. de Legib* ubi *Bald. nu. 1.* ait, *eandem fieri debere deciſionem caſuum dubiorum, ubi eadem militat ratio,* quem ſequuntur *Alex. conſ. 5. in fin lib. 5. & Rot. cor. Priol. dec. 229. n. 28.*

Sed quod magis eſt, longè major ratio neceſſitas d. nominationis militat in Viris Religioſis, vel unius Provinciæ, coadunatis in Capitulo provinciali, vel totius Religionis, unitis in Capitulo generali; Eo quia Moniales unius
Monaſterii, quæ non ſolent excedere numerum 22. ad ter- 39
minos noſtrarum Conſtitutionum, perfectiſſimam habent notitiam nominum, cognominum, qualitatum, & habilitatis omnium aliarum Monialium, cum quibus communem vitam continuò duxerunt. Non ſic autem evenit in Religioſis, qui moram fecerunt, vel in diſtinctis Con-
ventibus ejuſdem Provinciæ, vel in diverſis Mundi par- 40
tibus, ut de ſe notum eſt. Si igitur non attenta tali innegabili cognitione meritorum, ac omnium qualitatum notitia, inter Moniales neceſſaria exiſtimata fuit à noſtra S. Fundatrice nominatio trium vel quatuor ad procurandam electionem melioris; A fortiori, & ratione longè majori neceſſaria erit inter Religioſos illos, qui eligere debent, ut plurimum ſibi prorſùs ignotos, ut contingit in Capitulis provincialibus, & ſemper accidit in Capitulis generalibus, ut conſideranti manifeſtum eſt.

Minus replicetur, quòd in noſtris terminis notitia quali-
tatum eligendorum commodè haberi poſſit ab illis Religio- 41
ſis cujuſcumque Conventus, qui tanquam Socii mittuntur ad Capitula Provincialia, quivè in exequutionem *Conſtit. 3. par. cap. 27. de Offic. Socii ituri ad Capit. provinc. n 3. Tenetur deferre Cathalogum Fratrum ſingulorum, cum nomini-*
*bus patria, antiquitate, & qualitatibus cujuſcumque, ſcilicet,* 42
*an ſint Prædicatores, Confeſſarii, & ſimilia, quem Definitorio poſtmodum offeret.*

Ultrà quod enim ex tali Cathalogo, offerendo ſoli

Definitorio, non autem omnibus Vocalibus Capituli pro-
vincialis, nullo modo quoad dictos alios Vocales, etiam
43 ad terminos noſtrorum Conſtitutionum verificari poteſt no-
titia qualitatum dictorum Religioſorum, ut ſe patet.
Strictè dicimus, quod qualitates, reſpicientes ſcientias,
ſeù munera Prædicatorum, & Confeſſariorum, & ſimi-
lia, inter Religioſos, non habentur in aliqua conſidera-
44 tione ad effectum illos eligendi ad Prioratus, & alia Of-
ficia œconomica, eo quia multùm inter ſe diſtant dirige-
re, & ſanctificare, necnon regere, & gubernare, ut ex-
perientia notum eſt, & ad rem obſervat *Card. de Luc. de
Paroch. diſc.* 1. *num.* 19. ubi, quòd experientia docet, li-
teratos homines, ac nimis ingenioſos, aliquandò carere
45 prudentia, quæ non ſemper magnorum ingeniorum co-
mes eſt, & meliùs *Rot. deciſ.* 59. *numer.* 8. *part.* 18. *rec.* ibi;
*Cùm ſtudiis addictus, ut plurimum nullam, aut exiguam
familiarium, & forenſium rerum curam habeat*, & con-
cordant adducti per *Fagnan. in capit. Conſtitutis il* 2. *nu-
mer.* 14. *Appellat. Maynard. deciſ. Tholoſ. lib.* 3. *deciſ.* 38.
& 39.
Præterea ſupplicamus benignè reflectere, quod in d.
magnificato Cathalogo per eadem numero verba deſcribun-
tur qualitates ferè omnium Religioſorum cujuſcumq; Con-
46 ventus, neque in illo ponuntur defectus, & inidoneita-
tes eorundem Religioſorum, quæ ad terminos *noſtr. Con-
ſtit. part.* 3. *cap.* 39. *num.* 4. ſemper præ oculis habendæ ſunt
à Vocalibus, & quæ nonniſi voce mediante, communicari
nimia confidentia ſolent, non autem divulgari per Catha-
logos, Definitoriis offerendos.
Quæ omnia ad hominem comprobantur ex pluribus locis
noſtrarum Conſtitutionum, in quibus, vel expreſsè per-
47 mittuntur, vel pluſquam tacitè injunguntur conſultorii
Tractatus, ad hoc, ut ſequens nominatio fundamentum
habeat in prudenti judicio, & communi exiſtimatione non
unius, vel alterius, ſed multorum graviorum Religioſo-
rum. Integrum enim eſt judicium illud, quod plurimorum
ſententiis confirmatur, ait *Gloſs. in cap. Prudentiam verb.
48 Plurimorum de Offic. deleg.* Atque faciliùs invenitur, quod
à pluribus quæritur, juxta verba alterius *Gloſ. in can. De
quibus Verb. Pluribus diſtinct.* 20.
I. Enim ſupplicamus obſervare verba illa *par.* 3. *cap.* 16.
*n.* 4. *Suffragium ferat pro eo, quem unicuique Officio coram
Deo judicaverit magis idoneum*. Negari enim non poteſt,
49 quod notitia hujuſmodi majoris idoneitatis pro unoquoque
Officio, longè meliùs, longèque faciliùs haberi poterit cum
illo tali, quali lumine, reſultante ex nominatione trium,
vel quatuor in concreto ad Dignitatem, vel officium vacans,
50 nominatorum à gravioribus Patribus Definitorii provincia-
lis, vel generalis, quàm ſinè tali lumine, ut de ſe notum
eſt, & faciunt animadverſa per *Card. Pallav. nell' Iſtor. del
Conc. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8.
II. In idem coincidunt illa alia verba *dict. Conſt. ead.* 3. *p.
cap.* 7. *de Ration. ferend. ſuffrag. nu.* 5. *Omnibus Electoribus
51 conſidentibus, ſurgent Præſes, & dignior poſt ipſum, & ſin-
guli adeant unum ex illis duobus Fratribus, & ab eo duo, vel
tria omnia illorum, qui vulgò putantur eligendi, depoſcant*.
Certum enim eſt, quod nomina dictorum duorum, vel trium,
qui vulgò putantur eligendi, non ex accidenti, vel caſualiter,
ſed cum matura conſideratione meritorum cujuſcumque an-
52 tè d. actum tales fuerunt exiſtimati, & ex communi opi-
nione habiti, ut de ſe patet.
III. Ex aliis verbis *Conſtit. p.* 3. *cap.* 15. *de Cap. provinc.
n.* 15. ibi: *Præſes, vel cui rem ipſe commiſerit, brevem con-
53 cionem habeat de bona electione facienda, & rei gravitatem ſinè
ullius nomine expreſſo, vel etiam indicato, ponderet*. Non
enim poterant in hac parte noſtræ Conſtitutiones clariùs
Tractatus conſultorios, ſucceſſivamque nominationem illo-
rum, qui in illis fuerunt digniores, magiſque idonei pro uno-
54 quoque Officio exiſtimati, præſupponere, quam prohiben-
do expreſſionem, & indicationem nominum illorum, qui
in præcedentibus diſcurſibus, tanquàm digniores, eligibi-
les fuerunt exiſtimati à Vocalibus. Prohibitio ſiquidem ex-
preſſionis, & indicationis nominum dictorum Religioſo-
55 rum, in quibus cadere poteſt bona electio, neceſſariò præ-
ſupponit antecedentem diſcuſſionem meritorum eorundem,
quia aliàs non poſſet ullo modo verificari d. expreſſio, ſeù
indicatio nominum, quæ à dictis Conſtitutionibus prohibi-
ta fuit. Non entis enim ut Philoſophi dicunt, nullæ ſunt
qualitates, juxtà regulam *Textus in l. Eum, qui in Provin-
cia, ff. ſi cert. petat.* de qua *Rota in Rom. Immiſs. ſuper ex-
pen.* 7. *Decemb.* 1705. *in fine cor. Anſaldo*.
IV. Demùm ex verbis illis Ordinationum Capitulorum
generalium, quæ tranſierunt in Conſtitutiones, regiſtratis 56
poſt dictam 3. *part. fol. mihi* 262. *n.* 12. *in med. eliguntur tres
Judices ex Gremialibus Capituli, qui teneantur inquirere, &
punire antequam Capitulum diſſolvatur, tàm illos, qui con-
tra juſtitiam, & charitatem circà electiones deliquerint quàm
alios non Gremiales, qui priùs non rogati ab eo, vel iis, cum
quo, vel cum quibus tractant, ſe ingerunt circa electiones cano- 57
nicas faciendas*. Ex quibus ad hominem infertur, quod conſul-
torii Tractatus ſint ſolùm prohibiti Religioſis non gremia-
libus; Secùs autem gremialibus Capituli, ſeu Vocalibus,
& iis, qui tenentur inquirere de qualitatibus Eligendorum, 58
ut digniores eligere valeant.
Ex quibus remanere videtur evidens, ad terminos noſtra-
rum Conſtitutionum, Nominationes, Tractatuſque con-
ſultorios, de quibus agimus, ab illis nedum eſſe permiſſos, 59
ſed etiam ſpecialiter demandatos. Et propterea non ſine
magna exageratione dictum fuit ex adverſo, Seraphicam S.
Matrem Thereſiam à ſummo Cœlo per organum d. Reli-
gioſi hodiè comparentis exclamare adverſus hujuſmodi 60
Tractatus conſultorios, & ſimplices nominationes, quæ
gratis ubiquè appellatæ fuerunt pernicioſa praxis, deteſta-
bilis abuſus, & recidiva infirmitas.
Reſpectu enim S. Matris Thereſiæ, hæc non per figuras
rethoricas, minuſque per pulchras phraſes, ſed rotundis iſtis
verbis, opportunè hic repetendis, eaſdem nominationes 61
approbat, & injungit: *Potrà il Prelato nominare, e pro-
ponere a tutto il Convento, tre, o quattro Monache, acciò eleg-
ghino di eſſa quella, che a loro parerà*.
Circà verò dictas gratuitas qualificationes pro abuſibus,
ac pernicioſa praxi, reſpondemus, hujuſmodi uſum eſſe an- 62
tiquiſſimum, imò coetaneum cum noſtro Inſtituto, deque
tali conſuetudine, in noſtra Religione vigente, nominan-
di perſonas digniores, illaſque proponendi Electoribus, eo-
dem tempore illos relinquendo in plena libertate eligendi
alios, quos meliores judicant, mentionem in ſpecie faciunt
Carmelita *Lezzana in Summ. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 21. *Donat.
Rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 1. *de Natur. & form. elect. q.* 10 *n.*
10. *Paſſer. de Elect. cap.* 1. *q.* 1. *n.* 7. & *Paſqual. quæſt. mor.
cent.* 2. *q.* 125. *n.* 2.
Idemque abſque ullo inconvenienti practicatur etiam in
aliis Religionibus, & ſignanter in Ordine Prædicatorum,
cujus Conſtitutionis verba, relata à *Donat Rer. Regul. tom.*
2. *tract.* 1. *de Natur. & form. Election. q.* 10. *n.* 15. ſunt ſequen- 63
tia: *Si neceſſarium eſſe exiſtimabunt, non pauciores, quàm tres
in ſingulis electionibus proponant. Cæterùm ſi Electores, alio-
quin dignum, quamvis non de propoſitis, elegerint, eam tamen
electionem Confirmator confirmare non differat*; Ubi *n.* 14. te-
ſtatur, fuiſſe declaratam validam ſimilem electionem Pro-
vincialis factam ad nominationem P. Generalis Rodulphii
quæ omnia confirmata fuerunt in pluribus Capitulis genera- 64
libus, & ſignanter in *Bononien anni* 1564. & *in Vallisolet.
anni* 1601. ut referendo illorum præciſa verba, teſtatur *Fon-
tan. ad Conſt. Ord. Prædic tit. de elect. n.* 2. *fol.* 207.
Poſito ex his hujuſmodi antiquiſſimo ſolito, in noſtra Re-
ligione vigente, atque præ oculis habendo illam aliam bo- 65
nam conſiderationem, quod nunquam adverſus illud recla-
matum fuit, nullumque ex illo ortum fuit inconveniens, vel
minimum ſcandalum, applicari videntur omnes regulæ om-
neſque regulares propoſitiones, *quod nimis durum ſit im-
mutare ea, quæ longo temporis curſu ſervata ſunt*: Quod
*ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, no-* 66
*vitate perturbat*. Quod *nihil adeò conturbat animum, etiamſi* 67
*id fiat ob aliquod utile, utì innovare*. *Quod novitates ſem-
per fuerunt pernicioſæ, ſemperque odioſæ reputantur*: *Capon.* 68
*diſcept.* 85. *à num.* 11. *tom.* 2. & *pluribus ſequentibus*. Quod-
que demùm *la novità non dimoſtrano mai à primo aſpetto
tutte le difficoltà, che poſſono produrre, vedendoſene tutto il
dì molte, che promoſſe con ottimo fine, anno partorito peſſimi* 69
*effetti*, ut obſervavi in *Tract. de Livell. cap.* 2. *§. unico num.* 70
23. & 26. & *in Tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 10. *n.* 13.
Adverſus, quæ non relevant tria, quæ exagerata fue- 71
runt.
I. Scilicet, quod hæc omnia procedant in illis Religio- 72
nibus, in quibus Religioſi non habent particulare Vo-
tum non ambiendi, quod habent Carmelitæ diſcal-
ceati.
II. Quod habeant locum in illis caſibus, in quibus per- 73
miſſum eſt procurare Officia pro aliis; Secùs in noſtra Re-
ligione, attentis illis verbis *Conſtit. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 6. *Nullus
in tota Congregatione unquàm poſſit directè, vel indirectè per
ſe, vel per alium procurare Officium aliquod pro Religioſo noſtro
ex his, quæ per noſtras Conſtitutiones ambiri non poſſunt*. Ex
quibus

quibus prætenditur remanere manifeſtum, quod neque etiam
74 poſſint procurari à Provinciali, & aliis Definitoribus, me-
diantibus dd. nominationibus.

III. Demùm, quod forſan admitti poſſent in illis caſibus,
& terminis, in quibus ob deficientiam perfectæ notitiæ qua-
75 litatum Eligendorum, differri poſſet electio; Secùs in no-
ſtra Religione, in qua ex diſpoſitis *in Conſtitut. part.* 3 *cap.*
7. *de Ration. feren. ſuffrag. num.* 6. omninò ſequi debet ele-
ctio in tertio ſcrutinio, eo quia ſi Electores prima, & ſecun-
da vice pro majori parte non conveniant circa determinatam
76 perſonam, 3. vice poni debent in urna nomina illorum duo-
rum, qui majora ſuffragia ſecundo loco habuerunt, & ex
illis unus ex neceſſitate eligendus eſt.

Hujuſmodi enim objecta, plus juſto magnificata, nullam
77 omninò animadverſionem merentur.

Non primum, quia in illis etiam Religionibus, quæ vo-
tum non ambiendi habent, quas enumeravi *in tom.* 2. *part.* 1.
78 *diſcept.* 37. *à num.* 282. nullatenùs prohibentur nominatio-
nes ſimplices, ſeu illæ, quæ, ut dicit *Abbas*, citatus ſuprà
num. 10. nihil aliud ſunt, quàm propoſitiones, quæ fiunt
79 Vocalibus, aliquorum Religioſorum, tanquàm de bonis
Viris, ut de eis fiat ſcrutinium, ſeù, ut dicit *Lotter.* citatus
pariter ſuprà num. 23. & ſequutus *à Rot. deciſ.* 37 *num.* 24.
*coram Ottbob.* nihil aliud important, quàm expoſitiones illo-
rum nominum, ad hoc, ut in illis Electorum vota dirigan-
tur, quatenùs illos digniores, magiſque habiles judicent,
80 ut in ſpecie eidem objecto reſpondentes, obſervant *Paſſer.
de Elect. cap.* 5. *qu.* 4. *n.* 48. *Camill in Director. Elector. cap.* 1. *n.*
7. *Peyrin de Subdit. Relig. part.* 1. *cap.* 31. *§.* 11. *Caſtellin. de
Elect. cap.* 3. *num.* 6. *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 108.
*num.* 48. *part.* 2. *Dian. coordin. tom.* 7. *tract.* 1. *de Dub. Regular.
reſol.* 216. *num* 4. ibi: *Patet igitur ex dictis, poſſe Regularem
hujuſmodi Religionum, ubi adeſt talis probibitio, cum Ele-
ctoribus, vel aliis, per modum conſultationis, tractatum
habere de aliquo eligendo, ut ſciat, an talis ſit dignus, vel
81 ſi ſciat, ut alios informet, & perſuadeat, ac illum eligat,
hoc non officit, dummodò hoc non efficiatur ex conſenſu, ſeu
opera ipſius Eligendi, ſed ſpontè ab Electoribus propter
ipſius merita*, cum aliis citatis *in tom.* 2. *part.* 1. *diſcept.* 37.
*num.* 71. & 72.

Minorem habet ſubſiſtentiam ſecundum objectum, imò
82 non ſine magna admiratione illud legi poteſt in Scripturis,
compoſitis à Religioſis noſtri Inſtituti, qui pluriès in anno
legere audiunt, & ſcire tenentur noſtras Conſtitutiones.

Etenim verùm eſt, quod in illarum *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. le-
guntur verba, in objecto allegata, ſed æquè verùm eſt,
83 *quod in illis Ordinationibus, quæ ex legum noſtrarum præ-
ſcripto in Conſtitutiones tranſierunt ab anno* 1623. ut dicitur
in *dd. Conſtit. Venetiis impreſſis anno* 1695. *fol mihi* 219. in in-
84 dividuo explicatur tenor Conſtitutionum, exadverſo alle-
gatarum, ſequentibus verbis 3. *part. cap.* 3. *num.* 6. poſt illa
verba: *Ex his, quæ per noſtras Conſtitutiones ambiri non
poſſunt, addatur: Declarantes, dictum præceptum de non
procurando pro alio, debere intelligi juxta noſtras Conſtitu-
tiones* 3. *part. cap.* 36. *num* 2. cujus verba ſunt hæc: *Præter*
85 *ea, quæ dicta ſunt, deponatur Superior quicumque noſtræ
Congregationis, ſi alicui ex noſtris Fratribus Dignitatem
quamlibet, intrà vel extrà Congregationem violenter, puta
minis, promiſſis, precibus importunis, dolo, fraude, aut
alio modo ſimili obtinere per ſe, vel per alium curaverit. Alii
verò Religioſi pœna privationis vocis, ac loci, arbitrio Defi-
nitorii generalis puniantur.*

Ex quibus palpatur manibus, in noſtra Religione prohi-
bitum dumtaxat eſſe Superioribus, aliiſque Religioſis pro-
86 curare Dignitates pro aliis, violenter ſolùm, & medianti-
bus minis, aliiſque mediis impropriis, ſuprà expreſſis, non
autem interdictum eſt Superioribus, aliiſque Religioſis ſim-
pliciter nominare Religioſos digniſſimos, ad hoc, ut de illis
fiat ſcrutinium, atque in illos eorum vota dirigantur, quate-
87 nùs meliores illos judicent Vocales, ſed abſque ulla obliga-
tione: *Che forzatamente debbano eleggere una di eſſe, anzi
reſti libera facoltà alle dette Monache di poter eleggere un'altra
qualvoglia, che loro paja a propoſito.*

Itaut in rei veritate videatur nimis improprium, coram
88 hoc ſacroſancto Senatu, plus juſto exagerare cum verbis
Conſtitutionum argumenta illa, quorum ſolutio litteraliter
deſumitur ex verbis earundem Conſtitutionum.

Nec credimus aſſerendum, quod in præteritis electioni-
bus violentiæ practicatæ fuerint. Mirum enim eſt, quod
illa uti tantùm Religioſo, ſub cujus nomine diſtributæ fue-
89 runt contraria Scripturæ, notæ fuerint, longeque mirabi-
lius, quod idem annoſus, zeloque extimolatus Religioſus,
cui, ut dicitur, ſolùm ſupereſt ſepulchrum, & qui *illas non
ſine lacrymis deplorando, vidit, & quorum pars magna fuit*, 90
nullum habuerit ſcrupulum ſpernendi æque terribile, ac for-
male illud præceptum, de quo in *part.* 3. *Conſtitut. cap.* 20.
ibi: *Peractis electionibus, Præſes imponat præceptum ſcri-
ptum, ut intra* 24. *horarum ſpatium Patres Capituli ad illum
deferant, ſi in recenter electis aliquod impedimentum cano-
nicum, vel à noſtris Conſtitutionibus ortum cognoverint, pro-
pter quod mereantur non confirmari.* Horret enim animus
ſuſpicari, & tremit calamus hic ſcribere, quod omnes illi
graves, graduatique Religioſi, qui præterita duo Capitula 91
noſtræ Provinciæ compoſuerunt, propriarum conſcientia-
rum obliti, obligationem, à Conſtitutionibus eis injunctam,
& renovatam per dict. formale præceptum Superioris, pun-
ctualiter non adimpleverint.

Quatenus autem idem zelo extimulatus Religioſus imi-
tari in hac parte noluiſſet zelum Doctoris Gentium, qui in 92
faciem reſiſtebat eis, qui reprehenſibiles erant, ut ipſemet
ſcriptum reliquit *ad Galatas* 24. poterat ad praxim id com-
modiſſimè reducere, mediante Epiſtola, quæ non erube-
ſcit, eo quia noſtræ *Conſtit. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 7. mandant, 93
ut Epiſtolæ omnes, à Religioſis ſubſcriptæ, publicè in Ca-
pitulis legantur, idque ſub pœna depoſitionis ab Officio;
Cùm igitur omnia hæc omiſſa fuerint, atque nullus ex di-
ctis aliis Religioſis, qui non per meram exagerationem,
ſed in rei veritate magna pars fuerunt eorundem Capitulo-
rum provincialium, aliquod vel minimum, verbum fece-
rit de dictis prætenſis minis, & violentiis, iſtæ reponi poſ- 94
ſunt inter illa entia, quæ Philoſophi vocant rationis; Non
enim cum fundamento præſumi poteſt, quod omnes dicti
qualificati Religioſi in hac parte miſerè defecerint, vel men
titi fuerint, ex adductis in *Tractat. de Livel. cap.* 1. *§.* 4.
*mum.* 4. & 5.

Ejuſdem demùm irrelevantiæ non ſolùm eſt tertium obje-
ctum, deſumptum ex neceſſitate electionis, quæ in tertio 95
ſcrutinio omninò ſequi debet, ex diſpoſitis in noſtris Con-
ſtitutionibus, ſed ulteriùs illud retorquetur ad hominem,
aperitquè ſemper viam electionibus caſualibus, & per acci-
dens, & aliquando ſternit etiam viam electionibus minus
dignorum, idque adverſus omnia Jura.

*Aperit viam electionibus per accidens, & caſualiter* modus 96
eligendi, exadverſo prætenſus, eo quia, inter alia requiſi-
ta bonæ electionis, iſta ſequi debet præviis Tractatibus con-
ſultoriis, aliiſque conſiderationibus majoris habilitatis,
non in genere, ſed unicuique Officio, non ſolùm ad termi-
nos noſtrarum Conſtitutionum, de quibus ſupra §. 49. Sed
etiam de Jure, *Fagnan. in Conſtitutis il* 2. *num.* 14. *de appel-* 97
*lat.* ibi: *Eligendum in Prælatum debere eſſe magis idoneum,
non tantùm reſpectu ſui, ſed etiam in ordine ad utilitatem Ec-
cleſiæ; Poſſibile enim eſt, ut illi, qui eſt in charitate perfe-
ctior, deficiant multa, quæ requiruntur, ad hoc, ut aliquis
ſit Prælatus idoneus, quæ in alio, qui eſt minoris charitatis,
inveniuntur, ut ſunt ſcientia, induſtria, potentia, & alia
hujuſmodi.* Quæ omnia nullatenus conveniunt modo eli- 98
gendi; exadverſo prætenſo, ut in terminis notat *Matthæuc.
in Offic. Cur. Eccleſ. cap.* 18. *num.* 43. ibi: *Undè ad electionem,
non præmiſſo tractatu, prudenter non proceditur, ſed eſt ca-
ſualis, quamvis in ea dignior eligatur, quia hoc eſt per acci-
dens, & Electores mortaliter peccant, cùm in incognitum ten-
dant, & contra Canones in re adeò gravi operentur.*

*Sternit pariter ſpatioſam viam idem eligendi modus electio-
ni minus dignorum*, quia, vel ex ſe poteſt de facili dari ca- 99
ſus, vel poteſt ab aliquibus Religioſis faciliùs procurari, ut
vota taliter dividantur in plures Eligendos, ut gr. ex. duo,
vel tria Vota in 2. ſcrutinio dicantur majores partes, habito
reſpectu ad omnes Eligibiles. In hoc caſu, qui non eſt me-
taphyſicus, nomina dictorum duorum Religioſorum, qui
eandem majorem partem Votorum habuerunt, debent poni 100
in Urna, neque aliud remanet arbitrium Votantibus,
niſi unum ex illis duobus eligendi; Quod ſi Electores illos
non habeant pro dignioribus, vel credant, illos eſſe minùs
dignos in comparatione aliorum, quorum nomina non ſunt
in Urna, nullum habent arbitrium illos excludendi, ſed
contra propriam conſcientiam tenentur illis proprium votum
dare, quod videtur nimis durum, & æqualiter amarum. 101
Neque inconveniens hoc verificari poteſt ad terminos anti-
quiſſimi ſoliti noſtræ Religionis, quia Religioſi illi, qui ad-
notabantur in Liſtis, vel nominabantur Vocalibus, non ſo-
lùm tranſiverant per privatum illud examen antè ſcruti-
nium, ſed quod magis eſt, ex tali nominatione, vel Liſta,
tempore habili excitabantur animi Vocalium ad impedien-
das eorum electiones, quatenùs digni non eſſent, ut in ter- 102
minis

minis obſervat *Abb.in cap. Cùm inter num.2. de Elect.* & concordat doctus in theorica, & inſignis practicus *Lotter. de Re beneſ. lib.3. quæſt.17. num.47.*

Concludimus proindè, quòd in noſtris terminis, omnibus maturè penſatis, cum omni fundamento ſperamus, ni-
103 hil eſſe in noſtra Religione innovandum, mediante reſcripto, *Servetur ſolitum*, quod ſolet eſſe magis frequens, magiſque uſitatum reſcriptum Sacr. Congregat. teſte *Card. de Luc in Relat. Rom. Cur for. diſc.17. num.12.*

In omnem verò caſum, cùm agatur de inſpectione, quæ debet facere ſtatum pro tota Religione, deque interpreta-
104 tione noſtrarum Conſtitutionum, illarumquæ prætenſo abuſu, quæ omnia nemini meliùs, quàm gravioribus Patribus totius Ordinis nota ſunt, poſſet EE. PP. exquirere Votum proximè futuri Capituli generalis, demnandando, ut in paucis menſibus, qui currere debent ante dictum generale Capitulum, nihil innovetur, ut, recedendo à prioribus reſolutionibus, in longè debilioribus terminis approbationis unius Novitii Romanæ Provinciæ noſtræ Religionis, me
105 ſcribente, reſolvit *S. C. C. in Romana Approbat. Novitii 15. Septembr. 1703. & 31. Maii 1704.* cum reſcripto: *Dilata; & exquiratur Votum Capituli generalis, & interim nihil innovetur.*

Omiſſa inutili lectione, quæ exadverſo fit, circa naturam, & ſpecies, nec non circa requiſita validæ electionis, quæ
106 non ſinè magna ſuperfluitate enumerantur, quantùm propria in Scholis, tantùm inuſitata, & inutilis coram hoc ſacroſancto, ſapientiſſimoque Conſeſſu, ſtrictè petitur exadverſo reſcribi: *Non licere Tractatus conſultorios præventivè ad electiones.*

Abſtulit autem nobis contrarius Defenſor laborem confutandi ea, quibus mediantibus conatus fuit probare, Tracta-
107 tus conſultorios non eſſe neceſſarios, neque utiles antè electiones, quia agnoſcendo deindè illorum efficaciam, & vigorem ultrò admiſit illos, eſſe neceſſarios, & utiles.

Reſpondet tamen in noſtro caſu, eoſdem conſultorios
108 Tractatus haberi poſſe poſt electionem, & antè confirmationem, ſub illo ſpecioſo prætextu: *Quia mediantibus Conſtitutionibus, in forma ſpecifica confirmatis, datur modus habendi notitias meritorum cujuslibet Religioſi, & defectuum perſonæ electæ, antequàm confirmetur à Præſidente Capituli, qui poterit juſtè confirmationem denegare, ſi ineptam Perſonam Officio, ad quod electa fuerit, reperiet.*

Fateor autem ingenuè meam imbecillitatem, ego neſcio
109 percipere quomodo, ponendo Currum antè boves, poſſint vocari conſultorii Tractatus illi diſcurſus, qui fiunt poſt concluſam electionem? *Ante omnem actum conſilium*, dicitur *in Eccleſ. 37.20.* & poſt factum nil remanet conſulendum. Et quomodo poſſit Elector jurare ante ſcrutinium eligere
110 eum, quem judicat meliorem, ſi id ignorat antè dictum actum electionis; Imò non curat ſcire, mediantibus diſcurſibus, præcedentibus electionem, ſed omnia reſervat poſt actum ejuſdem electionis, & antè confirmationem.

Verùm eſt, quod noſtræ Conſtitutiones mandant, non eſſe confirmandos illos, quibus canonica obſtant impedimenta, quivè privati ſunt voce paſſiva, ut ſunt Illegitimi,
111 Apoſtatæ, Expulſi, & ſimiles; Sed vis in eo reſidet, quod eædem Conſtitutiones non contentantur ſola, & ſimplici habilitate Eligendorum, ſed ulteriùs in illis, quibus nullum obſtat canonicum impedimentum, requirunt majo-
112 rem habilitatem, majoremque idoneitatem cuicumque Officio: ibi: *Suffragium ferat pro eo, quem unicuique Officio coram Deo judicaverit magis idoneum*, ut videri poteſt *in part.3 cap.16. num.4*

Eſt autem voluntarium æquivocum inſiſtere in authoritatibus, loquentibus de ſubornatione Vocalium, de quibus
113 agunt *Samuel. de Elect. controv.11. concluſ.3. & Sigiſmund. à Bonon. eodem tract. par.2. cap.1 dub.55.* ad oſtendendam damnabilitatem Tractatuum conſultoriorum; Talis enim, tantaque adeſt differentia inter iſtos, & ſubornationem, ut nulla major excogitari poſſit: Quia ſubornatio eſt verum, &
114 deteſtabile delictum, ut notant *iidem Authores*, aliique adducti *ab Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §.8. de Subornat. num.13. & ſeqq.* Non ſic autem conſultorii Tractatus, qui, vel neceſſarii, vel ſaltem nimis utiles ſunt, ut fuit etiam admiſſum *in Voto D.Card.Carſini §.Ciò riferito*, & notant communiter *Repetentes in Can. In nomine Domini 2. diſt. 23. cap.*
115 *Cùm inter cap. In cauſis cap. Cùm in veteri, & cap. in Geneſi de Election. Gloſſ. in cap. Cùm in veteri Verb. In tract. de Election* ibi: *Hinc patet, quod tractatus debet haberi ante electionem, & collationem ad invicem, aliàs quomodò eligerent, niſi primò de aliquo eligendo tractarent? &c. Et ideò ſi iſti non fuerant requiſiti in tractatu electionis, caſſatur electio; Donat. Rer.Regul. tom.2. de tract.1. de Natur. & Form. Elect. quæſt.11. num. 11.* ibi: *Tractatus conſultorii, in quibus diſcutiuntur merita, partes, & qualitates Eligendorum, & hi de neceſſitate habendi ſunt in qualibet electione, aliter non valeret electio, & num.3. & tom. 4. tract.7. de Election. Abbatiſ.* 116
*quæſt.16. num. 1.* ibi: *Tractatus conſultorius eſt de ſubſtantia electionis, ut conſtat &c. Irritatur electio, ob defectum debiti tractatus; Paſſer. de Elect. cap 5. quæſt. 4 num.47.* ibi: *Di-* 117
*citur igitur, Tractatum conſultorium &c. nedùm non eſſe prohibitum, ſed neceſſariò electioni præmittendum; Actiones enim humanæ rectè non fiunt, ſi fiant ſine conſilio: Conſilium verò humanum non eſt ſine inquiſitione ejus, quod eſt agendum. Ut igitur multitudo Eligentium in unius præ aliis electionem conveniat, neceſſe eſt, quod Electores ſimul conſilien-* 118
*tur de uno præ aliis eligendo, ſimulque Eligendorum merita, & demerita inquirant, ut poſſint ſimul in unius electionem prudentèr concurrere, & cap.15. quæſt.1. num. 7. & 8.* ubi, quòd ſimiles Tractatus ſunt aliquo modo de præcepto ex jure connaturali electionis, quia eſt neceſſe ex lege prudentiæ, & Religionis, ut Electores tractent, & deliberent ea, quæ ſunt deliberanda, ut electio, nedùm validè, ſed etiam pru- 119
denter fiat, & religioſè, *& Matthæuc. in Offi Cur. Eccleſ. cap. 18. num.43.* ibi: *Tractare, ut electio in digniorem cadat, examinando ejus merita, & virtutes, & ad regendum ſufficientiam, non eſt colligationes facere, vel in factiones, & partitas Electores ſcindere, ſed præmittere electionibus Tractatus conſultorios, qui de neceſſitate ſunt præmittendi, & ſine quibus electio eſt nulla &c. Undè ad electionem, non præmiſſo tractatu, prudenter non proceditur, ſed eſt caſualis &c.* Idque 120
procedit, etiam durante Officio, ſeu vivente Superiore Regulari, adhuc enim permiſſi omni jure ſunt dicti Tractatus conſultorii, directi ad procurandam bonam electionem Succeſſoris, ut concluſionem ampliando, notabiliter adver- 121
tunt adducti *à Cucch. Inſtitut. Canonic. lib.4. tit.1. num. 185. & à Dian. coordin. tom.7. tract. 1. de Dub. Regular. reſolut. 216. num. 3.*

Quod eſt adeò firmum in Jure, adeoque communiter admiſſum inter Doctores, ut iſti uno ore affirment (ſunt ver-
ba *Donat. Rer. Regul. tom.2. tract. 1. de Natur. & form. elect.* 122
*quæſt. 11. num.3.*) *ut Tractatus conſultorii non poſſint in qualibet electione canonicè prætermitti, nec per contrariam conſuetudinem abrogari.*

Imò quod in hac parte, neque etiam ſe extendat poteſtas Capitulorum generalium, quibus proindè nullo modo per- 123
miſſum ſit demandare, nè Vocales antè electiones inter ſe conſultorios Tractatus habeant, in ſpecie demandavit Urban.VIII. die 10. Octob. 1626. mediante Oraculo illo, quod referunt, & ſequuntur *Donat* ubi proximè *num.5. & Samuel. de Elect. tract.1. diſp.4. controv 8. concl.1. in fine.*

Et magis in ſpecie, quod hæc S. C. *die* 13. *Jan.* 1623. re 124
maturè perpenſa, expreſsè recuſaverit confirmare Conſtitutiones Regularis Familæ, in quibus prohibebantur hujuſmodi Tractatus conſultorii, notant *Paſſer de Election. cap.* 125
*5. quæſt. 4. num. 47. in fine, & Nicol. in Floſcul. verb. Electio num. 4.*

Die 13. Maii 1718. propoſita Cauſa per Card. Paracciaum in S.C.E.& R. reſcriptum fuit: *Sublatis Liſtis, & No-* 126
*minationibus ſerventur in reliquis Conſtitutiones Ordinis*, quo mediante pluſquàm tacitè permiſſi fuerunt Tractatus conſultorii, dum illi non fuerunt prohibiti, non obſtantibus omnibus, exadverſo adductis, & exageratis pro obtinenda illorum prohibitione, quæ meritò denegata fuit ex hucuſque animadverſis.

Quæ omnia comprobavit ſubſequuta experientia, eò quia 127
paucis diebus poſt d. reſolutionem in Capitulo Provinciali Romano, in Oppido Caprarolæ celebrato, præviis dd. Tractatibus conſultoriis, ſumma pace deventum fuit ad electionem Provincialis, Definitorum, aliorumquè Officialium dictæ Provinciæ, abſquè eo, quod adverſus tales electiones reclamatum fuerit ex parte illius Religioſi, qui acriter inſtiterat pro Tractatuum conſultoriorum prohibitione.

DISCE-

# DISCEPTATIO XIX.

## Romana Matrimonii.

Inter Dominicum, & Joannam.

## ARGUMENTUM.

*Matrimonium, contractum cum licentia Ordinarii, directa alicui Sacerdoti, cum ſuppoſito, quod ſit Parochos proprius Contrahentium, qualis apparebat eſſe ex machinationibus, & operationibus eorundem Contrahentium, detecta deindè veritate, quod talis non eſſet, an validum ſit. Poſita nullitate matrimonii ex defectu formæ, an illud reſolvatur in Sponſalia de futuro, præſertim ſi ſequatur copula in figura matrimonii.*

REquiſitus pro veritate, circa validitatem matrimonii,
1 in Urbe contracti inter Dominicum, & Joannam,
*in tom.2.part.1. diſcept.* 10. cenſui, illud eſſe nullum, rationibus ibidem latè adductis; Deindè verò Cauſa in judicium deducta, Judex admittendo omnia alia motiva, ibidem comprobata, inſiſtebat in eo, quod matrimonium contractum quidem fuerat coram Parocho SS. Salvatoris ad Montes, qui non erat proprius Contrahentium, ſed id factum fuerat cum licentia Card. Provicarii, inferendo exinde, quod illud validum eſſet, eo quia, juxta diſpoſita *in Conci-*
2 *cilio Trident. ſeſſ.24. de Reform. Matrim.* illud contrahi validè poteſt coram quocumque Sacerdote cum licentia Ordinarii, vel Parochi.

Ad tollendam hanc difficultatem, Scribens coram eodem Judice ad oſtendendam nullitatem dicti matrimonii, non attenta tali licentia, dicebam. Strictè ad Licentiam Card. Provicarii, ex qua prætenditur validitas noſtri matrimonii,
3 etiamſi illud celebratum fuerit coram Parocho non proprio, ea ratione, quia de Licentia Epiſcopi illud validè contrahitur coram quocumquè Sacerdote.

Conſtanter dicimùs, objectum nullam omninò ſubſiſtentiam habere, ad quod manibus palpandum, ſupplicamus ob-
4 ſervare, quod ex notis *Inſtructionibus Congregationis SS. Inquiſitionis*, per extenſum regiſtratis *à Franc. de Magiſtr in*
5 *Sylva Eccleſ. part.12. lib.2. cap.21. num.47 & à Card. de Albic. de Inconſtant in Fide lib.1. cap.36. num.* 100. & ex notioribus proviſionibus Curiæ Card. Vicarii, nequeunt Parochi Ur-
6 bis matrimoniis ſuorum Parochianorum licitè aſſiſtere, niſi ad dictum effectum in ſcriptis obtineant licentiam aſſiſtendi dd. matrimoniis.

Ad obtinendam hanc licentiam neceſſe eſt concludenter
7 probare ſtatum liberum contrahere volentium matrimonia, necnon ſubjectionem uni, vel alteri Parochiæ Urbis, &, multa alia, ad præſentem inſpectionem non facientia; Qui-
8 bus probationibus peractis, illarum pondus, vis, & efficacia per Reſtrictum, faciendum à Subſtituto, vel Notario Curiæ, Card. Vicario exprimuntur, qui cum hac diſtinctione ſolet procedere.

Aut Sponſi volunt contrahere matrimonium coram non
9 proprio Parocho, & tunc clarè, & literaliter id declaratur in particulari licentia, ſequentibus verbis: *Deputamus ſupradictum Parochum ad ſupradictum effectum, in locum proprii*
10 *Parochi, ex juſtis cauſis, animum noſtrum moventibus*, juxta caſum ſimilis delegationis, & particularis Licentiæ, die 1. Aprilis 1691. conceſſæ Parocho SS. XII. Apoſtolorum, pro conjungendis in matrimonio duobus Parochianis S. Mariæ
11 ſuper Minervam; Aut verò Sponſi matrimonium contrahere volunt coram proprio Parocho; Et tunc formula ejuſdem Licentiæ eſt tenoris ſequentis: *Si concede licenza al R. Curato &c. di poter intervenire alla celebrazione del matrimonio, che deſiderano contrahere aſſieme N.N. & N. N. ambedue di coteſta ſua Parrocchia, perchè fatte le debite denunciazio-*
12 *ni &c.* Quæ omnia, licèt notoria, ad omnem bonum finem, & cautelam comprobantur ex jurata atteſtatione Notariorum, ſeu Subſtitutorum Curiæ Card. Vicarii, data ad partes.

Differentia inter utramque ſpeciem Licentiæ palmaris eſt; Quia in primo caſu defectus proprii Parochi notus eſt Ordinario, & proinde nil mirum ſi removetur per ipſius ſpecialem delegationem, ſeu per attributionem poteſtatis
13 aſſiſtendi matrimonio, quæ aliàs Delegato non competebat; Non ſic autem in ſecundo, in quo cùm eidem Ordinario nota non ſit neceſſitas dictæ delegationis, quia fuit proceſſum cum ſuppoſito, quod ille eſſet Parochus proprius Contra- 14
hentium, ceſſat in radice talis poteſtas, ex claro defectu voluntatis Ordinarii delegantis, ea viva ratione, quia humana voluntas, cùm ſit potentia cœca, ut Philoſophi dicunt, & innegabile eſt, ferri non poteſt in incognitum, ex gene- 15
raliter firmatis *per Rot. in Novarien. Penſionis 24. Martii* 710. *§. Confeſſio coram Falconerio*; Et in noſtris præciſis terminis probant *Tondut. quæſt. benefic part.3. cap.154. num.1. Card. de Luc. de Matrim. diſc.1. num.5. & Pignatell. conſult.78. num. 2. tom 5.* ibi: *Non ergo porrigitur ad alios, ex defectu inten-* 16
*tionis Ordinarii, qui Licentiam reſtrinxit ad illas determinatas perſonas; Etenim abſquè intentione, ſivè conſenſu concedentis, non eſt valida Licentia &c Nam mutata, vel abla-* 17
*ta ratione aliqua in objecto actus indiviſibilis, neceſſe eſt totam entitatem actus variari, neque enim idem actus voluntatis remanere poteſt, ſi aliquid in objecto, in quo fertur voluntas,* 18
*varietur, ſed actum variari neceſſe eſt*, & firmavit *Rota in Neapolitana Matrimonii 22. Junii 1705. in fine coram Card.* 19
*Priolo*; ibi: *Cùm delegatio ſit actus voluntatis, iſta adeſſe non poteſt ſinè voluntate delegantis*, & *26. Februarii 1706. §. Tertium coram eodem.*

Ex quibus remanere videtur evidens, quod Licentiæ illæ, quæ conceduntur in his circumſtantiis, non ſunt ſpeciales 20
gratiæ, quæ fiunt Contrahentibus ab Ordinariis, tribuendo ſcilicet Parochis Juriſdictionem illam, quam antea non habebant, ſed verè, & propriè nil aliud ſunt, quàm remotio obſtaculi pro indemnitate Parochorum, nè aliàs incur- 21
rant pœnas, à ſacris Canonibus inflictas, nulloquè modo percutiunt ſubſtantiam, ſeu validitatem matrimonii, quotiès ille, cui eſt directa Licentia, uti proprio Parocho, in 22
rei veritate talis non ſit, ut ferè per hæc numero verba in præciſis terminis noſtri caſus id obſervat *Card. de Luc. de matrim. diſc. 1. num 5.* & in caſu practico id admiſit *Rota in d. Neapolitana Matrimonii 21. Junii 1705. §. Defenſores, & 26. Januarii 1706. § Tertium coram Card. Priolo*, & concordant adducti *in deciſ. 451. num. 10. & 11. coram Dunoz jun.* juxta illa 23
verba: *Nec dictum matrimonium poteſt ſubſtineri ex Licentia, conceſſa per Vicarium d. Archiepiſcopi, quia dato, quod Vicarius potuerit dare hujuſmodi Licentiam &c cùm illa ſit re-* 24
*ſtricta &c. & cum ſuppoſito, quod d. Archipresbyter eſſet proprius Parochus Contrahentium, aut alterius ipſorum*: notentur quæſo ſequentia verba *) illo non poteſt extendi ad faculta-* 25
*tem celebrandi matrimonium, cùm Licentia non extendatur ultra petita*, eademque deciſio ſucceſſivè bis confirmata fuit coram eodem, ut videre eſt *in deciſ. 462. & 466. inter alias* 26
*ejuſdem Dunoz. jun.*

Quod autem Licentia Card. Provicarii in noſtro caſu conceſſa fuerit Parocho SS. Salvatoris ad Montes, non tanquam 27
alieno Sacerdoti, & in locum proprii Parochi, ſed uti vero, & proprio Parocho utriuſquè contrahere volentis matrimo- 28
nium, manifeſtum eſt ex ſola illius recognitione, & lectura, quæ eſt ſequentis tenoris: *Si concede licenza al R. D. Criſante Cozio, Curato di S. Salvatore alli Monti, di poter inter-* 29
*venire alla celebrazione del matrimonio, che deſiderano contraere aſſieme il Sig Domenico &c. e la Signora Giovanna &c. ambedue di coteſta ſua Parrocchia; Poiche fatte le debite de-* 30
*nunciazioni, e per le informazioni, preſe per gl'Atti dell'infraſcritto Notaro, non ſi trova eſſervi alcun'impedimento fra loro;* Et perinde ex hoc capite ex d. claro defectu voluntatis Card. Provicarii nullitas matrimonii, ex eſſentiali defectu inter- 31
ventus proprii Parochi, remanere videtur pluſquam evidens & ſuperlative palpabilis ex ſuprà allegatis.

Quæ omnia vera ſunt procedendo etiam cum diſpoſitis *in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. matrim.* ab omnibus Do- 32
ctoribus admiſſis, quod ſcilicet, tàm Ordinarii, quàm Parochi, poſſint talem Licentiam concedere, nedum Parocho non proprio, ſed cuilibet Sacerdoti, tàm ſæculari, quàm regulari; Quia in his terminis non attenditur quid facere poterant Ordinarii, & Parochi, ſed quod de facto fecerunt, & applicatur regula *Text in leg Multum intereſt C. Si quis alteri,* 33
*vel ſibi*, hoc eſt; *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi*, de qua *Rota in deciſ. 251. num. 19. part.9 recent.* cum aliis, citatis *in tom.2. part.2. diſcept.15. num.102.*

Fuit hoc in fraternizantibus terminis ſolemniter admiſſum à C. E. Ponente *Card Colloredo in Nullius Burgi S Sepulchri* 34
*25. Februarii* 1701. Cùm enim, abſquè ulla controverſia, permiſſum eſſet Epiſcopo ejuſdem Civitatis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato procedere contra Abbatem Sanctæ 35
Mariæ in Balneo, quamvis exemptum, vigore generalium Decretorum S. R. C. ab Alexand. VII. in forma ſpecifica confirmatorum, de quibus *Panimoll. deciſ.* 30. ubi illa per extenſum impreſſit: Quia tamen contra eundem non proceſſit uti

Delega-

36 Delegatus, ſed tanquam Ordinatius, eadem S.C. d.die,
utraquè Parte acriter informante, reſcripſit: *Cenſuras ab
ipſo fulminatas contra eundem Abbatem eſſe nullas*, ut videre
37 eſt *in tom. 2. part. 1. diſcept. 15. per tot.* & ſignanter *num.* 30.

Applicantur hæc mirabiliter præſenti caſui; Ad quod
38 manibus palpandum ſupplicamus obſervare, quòd Sacr.
Concil. Trident. in celebri illo decreto *ſeſſ.* 24. *de Reformat.*
39 *matrim. cap.* 1, in quo ſub pœna nullitatis matrimonii, &
inhabilitationis perſonarum ad illud contrahendum, requi-
ſivit præſentiam proprii Parochi, duo inter ſe diſtincta, &
ſeparata demandavit. I. Ut illud contrahi poſſet coram pro-
prio Parocho. II. Verò, ut poſſet contrahi coram Parocho
40 non proprio, ſed, vel extraneo, vel ſimplici Sacerdote,
dummodo in hoc ſecundo caſu id ſequeretur cum Licentia
proprii Parochi, vel Ordinatii.

Hoc poſito, in noſtro caſu certum eſt, quod matrimo-
41 nium non fuit contractum coram proprio Parocho, quia ul-
trò admittitur, & pro indubitato habetur, Parochum SS.
Salvatoris ad Montes, coram quo contractum fuit matri-
monium, non fuiſſe proprium Parochum, nec Dominici,
42 nec Joannæ; Non fuit pariter contractum coram Parocho
alieno, de Licentia Ordinarii, quia iidem Contrahentes
mediantibus falſis teſtibus, dolis, & machinationibus pro-
barunt, ſe eſſe Parochianos Parochiæ SS. Salvatoris, &
43 proinde Card. Provicarius abſque ullo, vel minimo dubio
hujuſmodi Parochialitatis, conſtantiſſimè habuit eundem
Parochum utì proprium utriuſquè Contrahentis, ut clarè
expreſſit hanc voluntatem in Licentia contrahendi, cubi-
talibus iſtis literis, *ambedue della ſua Parrocchia:* Igitur
44 remanet manifeſtum, quod Ordinarius non fecit id, quod
facere poterat, hoc eſt dare Licentiam Parocho non pro-
prio. Et conſequenter ex defectu voluntatis Ordinarii, ſeu
Licentiæ, quæ non fuit conceſſa Parocho SS. Salvatoris
eo modo, quo neceſſaria erat, & in quo ſimpliciter, &
ſub pœna nullitatis concedi debebat, matrimonium dicitur
45 evidenter nullum, ut notant *Paſqualig. quæſt. moral. canon.
centur.* 4. *quæſt.* 347. *num.* 11. ibi: *Cùm enim dicta qualitas ſit
omninò ignorata, Licentia quoquè, ut ſtat ſub ipſa qualita-
te, eſt ignorata, atquè ideo involuntaria, ſaltem negativè,
46 & proinde in Parocho deficit conſenſus in ipſam &c. & conſe-
quenter ex intentione concedentis non ſe extendit ad perſonas
pro quibus petitur, ſiquidem non poteſt conſenſus extendi ad
perſonas, affectas qualitate ignorantiæ, cùm non trahatur
47 ad incognita Card. de Luc de Matrim diſc.* 3. *num.* 12. ibi:
*De plano reſultabat nullitas, ob expreſſum Decretum irritans,
in Conciliari decreto contentum, dum iſte Presbyter, coram
quo matrimonium contractum fuerat, ita remanebat Vir merè
48 privatus, utpotè non Parochus unius Contrahentium, mi-
nuſquè habens proprii Parochi, vel Ordinarii Licentiam,
quæ conceſſa pro una perſona, Juriſdictionem, ſeu faculta-
tem non tribuebat pro altera.*

Quod ut evidentiùs demonſtremus, ſupponimus cum *Ca-
49 rolo Antonio de Luca*, qui integrum Tractatum compoſuit
*de Pluralitate hominis legalis*, & cum aliis Authoribus,
quos ſequuntur citati *in tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 31 *num.* 33. qui-
bus addo *Fattinell. reſponſ.* 53 *num.* 9 *tom.* 2. quòd Parochus
SS. Salvatoris ad Montes duas, ut ita dicam, repreſentare
50 poterat perſonas in ſcena, ſeu actu matrimonii, de quo
diſputamus. I. Erat illa proprii Parochi; Et II. Parochi
alieni, cum licentia Ordinarii; Cùmquè licentia conceſ-
ſa fuerit eidem juxta primam figuram Parochi proprii, nul-
lo modo, nulloquè colore ex defectu intentionis Ordinarii,
51 procedentis in hac parte previis probationibus, falsò procu-
ratis à Contrahentibus cum illo ſuppoſito, quod eſſet Paro-
chus proprius, & ſic juxta primam figuram, extendi po-
teſt, & detorqueri ad ſecundam figuram, *Textus* ſunt in
*leg. Tutorem ff. de His, quib. ut indign.* ibi: *Diſcreta ſunt enim
Jura, quamvis plura in eadem perſona devenerint, & in leg.
Debitor § final ff. ad Trebellian.* ibi: *Quia non quaſi hæres,
ſed quaſi Mater accepit.*

Tranſeunt omnia hæc in evidentiam in noſtris terminis,
ex illa ſolida reflexione, quòd aliàs aperiretur ampla por-
52 ta contra magnum matrimonii Sacramentum, & ſpatio-
ſa ſterneretur via dolis, fraudibus, & machinationibus ad
illud profanandum, ſi illius validitas canonizaretur, non
53 obſtante, quod illud probaretur contractum mediante Li-
centia, extorta fraudibus, & dolis: Et quod magis eſt, Par-
tes illæ, quæ, prævis eorum peſſimis operationibus, illud
profanare non erubuerunt, mediante declaratione validita-
54 tis matrimonii, conſequerentur fructum eorum malitiæ,
& deceptionum, adversùs omnia Jura Mundi, de quibus
generaliter *Rota in Ferrarien* 22. *Martii* 1697. *§. Quò enim
cor. Lancetta;* Et in noſtris præciſis terminis exclamavit *Card.
Anton. Caraffa S.C.C. Præfectus* in ejus Voto, de quo *ſupra* 55
*diſcept.* 1. *§.* 16. *num.* 20. & *§.* 32. *num.* 98. ibi: *Nè pateface-
remus magnam feneſtram contra hoc Sacramentum.*

Et in terminis fraudis, & doli, cum quibus matrimonium
contractum fuit, quòd nemo debeat fructum ſuæ malitiæ re- 56
portare, egregiè *Brover. inter Conſil. diverſ. Germaniæ de
matrim conſil.* 53. *num.* 43. & *de Jure connub lib.* 1. *cap.* 19. *de
Sponſal. dol. mal. contract fol.* 177. *Lopez de Salſed. in practic.
crimin. canon. cap.* 73. *de Clandeſtin. nupt. fol.* 286. *Veg. in ſum.
cap.* 25. *de Matrim. caſ.* 89. *Oliv. de matrim nullit. part.* 3. *fol.* 74.
ibi: *Fraudem nemini debere patrocinari, ſed potiùs ſibi* 57
*quàm alteri nocere, nè fructum ſuæ malitiæ conſequatur, &
Amic. in Curſ. Theolog. tom* 9. *de Diſſolut. matrim. ſect.* 4. *num.*
39. ibi: *Dolus nemini debet patrocinari.* 58

Et meliùs *S.C.C. in Ulixbonen.* quam ſequutus fui *in tom.* 1.
*part.* 2. *diſcept.* 1. *num* 208. ibi: *Et licèt aliàs de Jure veteri
dolus non annullaret matrimonium; tamen Concilium videtur* 59
*tendiſſe ad finem puniendi iſtos dolos, ſaltem nullitate matri-
monii:* & ibi: *Alii, quia res exemplo gravis, & quia multi in
illo Regno* (in Urbe, & catholico Orbe addi poteſt in præſen- 60
ti) *acciperent occaſionem utendi iſtis fraudibus;* Quæ, eodem
prorſus modo, quo practicatum fuit in præſenti, conſiſte-
bant in examine falſorum teſtium, in & multis mendaciis, &
dolis, ad extorquendam Licentiam contrahendi ab Ordina- 61
rio, juxta illa verba: *Fraudolenter, & dolosè per multa men-
dacia obtinuerunt Licentiam ab Ordinario Elboren. contrahen-
di, & conſumandi matrimonium*, & ibi: *Jacobus, & Antonia
examinarunt teſtes, eorum opera corruptos &c* & ibi: *Habita* 62
*Congregatione ſuper hoc caſu &c. cenſuerunt, matrimonium
nullam &c Moti præcipuè, quia hic dolus adhibitus fuit &c.
cum tot fallaciis, & teſtibus falſis, & quia Concilium præci-* 63
*puè occurrere voluit omnibus fraudibus &c.*

Itaut cùm habeamus caſum, individualiſſimè deciſum à
S.C.C. *in d. Ulixbon.* nil aliud quærendum ſit, eò quia illius 64
punctuales reſolutiones vim legis habent, ex adductis *in tom.*
1. *part.* 1. *diſcept.* 6. *num.* 64. quibus addo *Rot in Peruſina Præ-
eminentiarum* 2. *Decembris* 1711. *§. Fortiùs coràm Anſaldo*, 65
eædemque reſolutiones Sacrarum Congr. ab omnibus Urbis
Tribunalibus clauſis oculis recipiuntur, & admittuntur, ut
de ſe ipſa teſtatur *Rota deciſ.* 57 *num.* 10. *coram Priolo, & deciſ.*
55. *num.* 2. *coram Benincaſa, & deciſ.* 72. *num.* 7 *coram Anſald.
& deciſ.* 257. *num.* 17. *part.* 19. *recent. & in Bononien. Exem-* 66
*ptionis* 6 *Junii* 1708. *§. His tales coram Falconerio, & in Bur-
gen. Juriſdictionis* 2. *Julii ejuſdem anni §. Moti cor. Lancetta.*

Quibus non merentur opponi reſolutiones, exadverſo cita-
tæ *in Amerina, in Nullius, in Romana, & in Neapolitana;* 67
Cùm enim illæ allegatæ fuerint, & adductæ in illa celebri
*Neapolitana Matrimonii* 21. *Junii* 1705. & 26. *Februarii* 1706. 68
*coram Card. Priolo*, & à Rota interpretatæ, & declaratæ in
eo ſenſu, ut intelligendæ ſint in illſi terminis, in quibus nul-
lus concurrat dolus, nullaque fraus reſpectu Contrahen- 69
tium, ſed ſola opinio, ſeu ſimplex credulitas ex parte Ordi-
narii, nil aliud quærendum eſt, quia quando in Urbe alle-
gantur Rotæ deciſiones, non eſt alia quærenda ratio, ut vi-
dimus *ſupra diſcept.* 2. *§.* 26. *num.* 17.

Fortiùs, quia non eſt ſermo de interpretatione aliqua,
participante de natura illarum detorſionum, quas perbellè 70
deſcribit *Garzon. nella Piazza univ. diſcurſ.* 5. ibi: *Laſcio
ſtare le difeſe, che fanno con li Teſti, e con le Gloſſe delle Leg-* 71
*gi, che non tirano tanto li Ciavattini il corame, come fanno eſſi
li detti loro, per portare le ragioni, ove li pare*, ſed agitur de
interpretatione, literaliter deſumpta ex facti ſerie, & ver- 72
bis ipſis dictarum reſolutionum, in contrarium allegatarum.

*In Amerina* enim dicta S.C.C. cenſuit, *validum eſſe matri-
monium illud, cui intervenit Sacerdos juſſu Epiſcopi, ſi Epi-* 73
*ſcopus deceptus eſt, ratus, Sacerdotem illum eſſe Parochum
Contrahentium, cùm tamen non eſſet*, juxta præciſa verba
ejuſdem reſolutionis, quam referunt *Fagn in cap. Quod nobis
num.* 55. *de Clandeſt. deſponſation. Pignatel. conſult.* 143. *num.*
33. *tom.* 9. & *Barboſ. in Summ Apoſtol. deciſ. collect.* 465. *num.* 6.

Et proindè palpatur manibus, quòd in caſu hujus reſolu- 74
tionis Epiſcopus non fuit dolo, fraude, & machinationibus,
data opera, deceptus ab una ex Partibus, volentibus matri-
monium contrahere, juxta terminos noſtri caſus, ſed ipſe-
met errando credidit, Sacerdotem illum, quem delegavit,
fuiſſe proprium Parochum, qualis revera non erat, ut patet
ex illis verbis: *Si Epiſcopus deceptus eſt, ratus, Sacerdotem* 75
*illum eſſe Parochum;* Obſervando verbum illud, *ratus*, quod
ſolam, & ſimplicem propriam credulitatem importat, juxta
illud *Virgilii: Rebarquè futurum*, quem ſequitur *Calepinus
verbo Reor*, ibi: *Penſare, Credere*, quemvè pro cauſarum
deciſio-

deciſionibus allegari poſſe notant adducti *in Inſtit.crimin. lib.*
77 *2.tit.*10. *num.*123.
Qualis autem, & quanta adſit differentia inter involun-
tarium errorem Epiſcopi, provenientem ex propria creduli-
78 tate, & inter malitioſam deceptionem, ortum habentem
à machinationibus, dolis, mendaciis, & fraudibus unius ex
Partibus, matrimonium affectantis, de ſe patet, & proin-
79 dè nil mirum ſi in primo caſu S. C. in *d. Amerina*, benignè
procedendo cenſuit, matrimonium fuiſſe validum; Non ſic
autem in ſecundo caſu reſolutionis *Ulixbonen.* ea ratione,
80 quia, admiſſa contraria prætenſione, Pars decipiens Epi-
ſcopum, ex propriis culpoſis operationibus, machinationi-
bus, & dolis, commodum validitatis matrimonii reporta-
81 ret, adverſus omnia Jura Mundi, & adverſus omnia princi-
pia, *juxtà ſuperiùs allegata à num* 54.
In eiſdem quoquè terminis ſimplicis erroris Partium loqui-
tur alia reſolutio d. S. C.C. anni 1682. *in Cauſa Nullius*, per
82 ſacram Pœnitentiariam eidem S. C. remiſſa, quia in illa
punctualiter concurrebat eadem præciſa circumſtantia, ex-
cluſiva machinationum, fraudis, & doli utriuſquè Contra-
83 hentis, juxta illa clara verba: *Per errorem, abſquè tamen*
*contemptu clavium*, qui error in caſu dictæ reſolutionis erat
ad hominem probatus ex eo, quod Contrahentes paulò ante
habitaverant in Parochia S.Demetrii, & propterea interro-
84 gati à Notario, quiſnam eſſet eorum Parochus, ad effe-
ctum faciendi denunciationes, bona fide reſponderunt, eſſe
eundem Parochum S.Demetrii; Qui Parochus ulteriùs po-
terat eſſe talis, ex eo, quòd ex particularibus Conſtitutio-
85 nibus Synodalibus in multis Diœceſibus, & ſignanter in
Civitate Neapolis, nonniſi poſt quatuor menſes effectivæ
habitationis in ſecunda Parochia, is, qui ad illam ſe tranſ-
fert, poteſt dici Parochianus ejuſdem ſecundæ Parochiæ,
ut notorium eſt in d. Civitate Neapolis, & obſervavit *Rota*
*in dicta Neapolitana Matrimonii coram Card. Priol.* Cùmque
86 d.caſus expreſſus fuerit ſub nominibus Fulani, & Bertæ,
juxta modum, qui practicatur in ſacra Pœnitentiaria, de
facili, abſquè ulla machinatione, vel fraude Contrahen-
87 tium, eadem expreſſio poteſt dici vera, vel uti caſus unius
ex illis Diœceſibus, in quibus practicatur id, quod in Civi-
tate Neapolis ſtatutum eſt in Synodalibus Conſtitutionibus;
Vel ſaltem innocenter erronea, abſquè ullo Clavium con-
temptu, juxta præciſa verba Folii, remotiſque omnibus
fraude, dolo, falſitatibus, & teſtium ſubornationibus.
Eadem inſubſiſtentia laborant ea omnia, quæ dicuntur
88 reſpectu alterius reſolutionis *S. C. C. in Romana* 23. *Aprilis*
1667. in qua ſcripſit *Card. de Luca*, ut videre eſt *in ejus diſc.*
1. *de Matrim.* Quia fundamentum ejuſdem reſolutionis nulla-
tenus ſtetit in licentia, obtenta à Viceſgerente, ſed in eo,
89 quòd concludenter probabatur habitatio Mulieris in Paro-
chia S.Nicolai in Carcere, coram quo Parocho contractum
fuerat matrimonium, ut videre eſt in Folio, d. die diſtribu-
to in dicta S. C. in quo nullus apex, nullumque miſerabile
90 jota legitur, concernens dictam licentiam Viceſgerentis;
Licèt autem de illa mentionem faciat *Card. de Luca*, *ubi ſu-*
*pra num.* 3. Id tamen nullam meretur animadverſionem,
quia in his caſibus non eſt attendendum quod Advocati di-
cunt, ſed quod in Judicio deducitur, ut obſervat idem *Card.*
91 *de Luc. de Succeſſ. diſcurſ.* 16. *num.* 15. aliique citati *in Inſtit.*
*crimin. lib.2. tit.8. num.*243. quibus addo *Fattinell. reſponſ.*56.
*in princip. tom.*2. & *Rot. deciſ.*13. *num.*22. *apud de Proſper. de*
92 *Territ. ſeparat.* Et in effectu in eadem Cauſa *major, pœneque*
*tota difficultas conſiſtebat in primo puncto*, hoc eſt in proban-
do domicilio, juxtà verba *prædicti Card. de Lca*, *ubi ſupra*
*num.* 8. & juxta ea, quæ in Folio in eadem Congregatione
diſtributo, continentur; Atque applicantur ea, quæ *Rota*
93 ſæpè firmavit de ſuis deciſionibus, quod ſcilicet non debet
attendi id, quod perfunctoriè, vel ad ornatum in illis dici-
tur, ſed unicè inſiſtendum in eo, in quo Cauſæ difficultas
ſtetit, quod non poteſt meliùs demonſtrari, quam ex lectu-
ra integræ relationis Facti in Folio dicta die diſtributo, &
hodiè per extenſum exhibito.
Et tamen ſemper recurrit eadem ſolida reſponſio, quod in
94 caſu hujus reſolutionis dicta Licentia Viceſgerentis non fue-
rat procurata malis artibus, minuſque mediantibus falſis te-
ſtibus, juxta præciſos terminos noſtri caſus, ſed ſub valido
motivo concludentis probationis domicilii in eadem Paro-
chia Sancti Nicolai ad Carceres, ut notat idem *Card. de*
95 *Luc. d. diſcur.* 1. *num.* 3. ibi: *Sed etiam aliorum, qui pro*
*validitate reſponderunt, ex motivo domicilii*; Et conſe-
quenter non ſinè magna detorſione eadem reſolutio præ-
tenditur aptari noſtræ controverſiæ, in qua nulla remanet
96 umbra dubii circa dd. malas artes, dolos, fraudes, & machi-
nationes, quibus mediantibus extorta fuit eadem Licentia.
Pro inapplicabilitate demum alterius reſolutionis dictæ S.
C. C. *in Neapolitana Matrimonii* 17. *Novembris* 1714. ſuffi- 97
ceret ſola reflexio, quod adverſùs illam, nedum conceſſa
fuit nova audientia, & permiſſa facultas faciendi novas proba- 98
tiones; Sed quod magis eſt, ultimo loco, peractis dd. novis
probationibus, eadem Cauſa fuit terminata mediante con-
cordia, quod operatur, ut pro deciſione aliarum Cauſarum
allegari nullo modo valeat, ut de reſolutionibus, adverſùs
quas conceſſa fuit nova audientia, ſæpè firmat *Rota*, ut pa- 99
tet ex deciſionibus, citatis in *inſtit crimin lib.2. tit.8. à num.*
255. Quibus addo eandem *Rot. in Spoletana Succeſſionis* 29.
*Januarii* 1706. §. *Nullaquè coram Molines*, & *in Romana Pe-*
*cuniaria* 3. *Junii* 1707. §. *Quò autem coram eod.* Et de Cauſa, 100
terminata per tranſactionem *Bertacchin. Vot. deciſ.*100. *n.*19.
*Rota ſelect. Interpretat. cap.*194 *num.*33. *Card. de Luc. de Uſur.*
*diſc.*1. *num.*9. & *Rot. deciſ.*97. *num.*11. *coram Emer jun.*
Et tamen diſcurrendo etiam de meritis ejuſdem Cauſæ, 101
tempore propoſitionis in C.C. fuit proceſſum cum ſuppoſito,
quòd habitatio per congruum tempus in quodam Conſerva- 102
torio Neapolis, coram cujus Parocho fuerat contractum
matrimonium, erat ſufficiens ad acquirendam Parochiali-
tatem; & ſubjectionem Parocho ejuſdem Conſervatorii,
juxta reſolutiones, relatas, & ſequutas *à Monacell. in For-*
*mul. tom.2. tit* 16. *formul.2. ſub num.*34. *fol.*223. Quæ omnia, 103
mediantibus dictis novis probationibus, prorſus corruebant
in facto, & proinde nil mirum, ſi eadem Cauſa, ut ſupra
diximus, ultimo loco terminata fuit mediante Concordia. 104
Ex quibus nulla adeſt neceſſitas ſe divagandi in inſpectio-
ne, an matrimonia illa, quæ contrahuntur, mediante Li-
centia, obtenta dolo, vel fraude Contrahentium, ſint va- 105
lida, vel nulla.
Et nihilominùs ad ſolius materiæ ornatum dicimus, quòd
in hac parte uniſona voce concordant Theologi, & Canoni- 106
ſtæ in hac ſolida diſtinctione, quod, aut dolus, & fraus ver-
ſantur circa cauſam impulſivam, & accidentalia, & matri-
monium eſt validum; Aut verò verſantur circa ſubſtantia-
lia, & cauſam finalem, & tunc matrimonium eſt nullum, 107
ut videre eſt apud *Averſam de Sacram matrim. quæſt* 6. *ſect.*4.
*verſ. Debet fol.* 542. ibi: *Adde etiam &c. non valere licentiam,* 108
*quando dolus, & error eſſet circa ſubſtantiam, Barboſ. de po-*
*teſt. Epiſcopi part.2. allegat.32. num.*133. ibi: *Metu, vel dolo* 109
*obtenta licentia ſufficit, niſi per dolum, & mendacia, verſantia*
*circa ſubſtantiam, vel cauſam finalem, extorqueatur, quia di-*
*ſpoſitio, facta per dolum, verſantem circa cauſam finalem, eſt*
*invalida.* Idemque repetit *de Paroch. cap.*21. *num.*70. & *ad*
*Concil. ſeſſ.*24 *de Refor. matrim cap.*1. *num.*40. & *Vot. deciſiv.*17.
& 19. *per tot. Bonacin. Oper. moral. tom.*1. *tit De matrim quæſt.*
2. *punct.*8. *num.*17. ibi: *Reſpondeo, matrimonium eſſe invali-*
*dum, quando licentia extorta fuit per dolum, & mendacia, ver-* 110
*ſantia circa cauſam finalem. Boſſ. de matrim contract. cap.* 4.
§.46. *num.*127. ibi: *Mendacium, & falſitas circa propriam, &* 111
*veram cauſam finalem, ipſam* hoc eſt licentiam) *vitiat, nul-*
*lamque reddit; Bucc tract.*1. *de Caſibus Miſcellan. quæſt.*461. 112
*petit.*11. *Caſpenſ. in Curſ. Theolog. tom.*2. *tract.*26. *diſp.*4. *ſect.*
5. *num.*23. *Caſtropal. Oper moral. tom.*5. *tract.*28. *diſp.*2. *ſect.*5.
*num* 23. *Coninch. Oper. moral tom.*2. *de Sacram. diſquiſ.*27. *dub.*
3. *num.* 37. ibi: *Excipe caſum, quando dolus eſſet circa ſub-* 113
*ſtantiam; Dian. coordinat. tom.*2 *tract.*6. *de Sacram. Matrim.*
*reſolut.* 82. *num.* 2. ibi: *Quia dolus in impetranda licentia à* 114
*Parocho verſatur tantùm circa cauſam impulſivam, ſecùs autem*
*ſi verſaretur circa ſubſtantiam, Eſcobar. in Theolog. moral. tom.*
3. *tit* 25. *ſect.* 1. *cap.* 5. *num.* 65. ibi: *Quando licentia aſſiſtendi* 115
*matrimonio extorta fuit per dolum, & mendacia, verſantia cir-*
*ca cauſam finalem, eſt invalidum; Secus quando licentia fuit ex-*
*torta per dolum, & mendacia, verſantia ſolummodò circa cau-*
*ſam impulſivam; Filliuc. Oper moral. tom.*1. *tract.* 10. *de ma-*
*trim part.*1. *num.*217. ibi: *Quia non conceditur licentia à Pa-* 116
*rocho propter cauſam finalem, ſed tantùm impulſivam; Gut-*
*tier. de matrim cap.*69. *num.*14. & 17. *de Juſtis de Diſpenſ. ma-* 117
*trim. lib.*2. *cap* 19. *num* 92. ibi: *Prout non vitiabit, quamvis*
*dolo, aut mendaciis à dicto Parocho hujuſmodi licentia impe-* 118
*trata fuiſſet &c. quia hujuſmodi falſitas non eſt circa cauſam fi-*
*nalem; Card. de Luc. de matrim diſc* 1. *num.*22. ibi: *In præſen-*
*ti agebatur de deceptione ſubſtantiali, inducente præſuppoſi-* 119
*tum perſonæ, omninò diverſæ, Noguerol allegat.*24. *num.*187.
ibi: *Diſtinctio eſt, quod ſi dolus eſt in cauſa impulſiva matri-* 120
*monium tenet, ſecus quando ille reſpicit cauſam finalem; Pa-*
*ſqualig. quæſt. moral. centur.*4. *quæſt.*346. *num* 9. ibi: *Quando* 121
*error verſatur circa ſubſtantiam actus, aut cauſam finalem, à*
*qua determinatur actus &c. Non autem quando error verſatur*
*circa qualitates accidentales &c. qualis eſt etiam cauſa impul-*
*ſiva;*

ſiva; Perez de matrim. diſp.41.ſect.6.num.7.fol. 468. ibi:
122 Dico ultimò, in eo caſu, in quo mendacium, & dolus eſſet circa
ſubſtantiam &c. certum eſt, conceſſionem invalidam eſſe; Re-
123 ginald in Prax fori pœnitent lib.21.num.182. Sanchez de ma-
trim.lib.3. diſp.59.n.14 verſ.Nec obſtant, ibi: Nam ad ea om-
nia reſpondetur, verum tenere, quando error, & falſitas con-
tingit circa cauſam finalem, hìc autem ſolùm circa impulſivam
124 eſt: Stephan. à S.Greg de Sacram lib.5.cap 98.num.2.Tondut.
125 quæſt benef.part.3.cap. 54.num.27. ibi: Omnes conveniunt,
quod ſi licentia obtenta fuerit cum expreſſione eorum, quæ non
ita ſe habebant circa ea, quæ concernunt ſubſtantialia, & cau-
ſam finalem conceſſionis, matrimonium redditur invalidum,
126 & Trullench.de Jure Parochor cap 8.num 5.
Obſervantes hìc, quòd dd Doctores aſſerunt, tunc cau-
127 ſam dici impulſivam, & non finalem, neque tangentem
ſubſtantiam actus, quando illa ſe tenet ex parte modi conce-
dendi, puta quia conceſſa fuit ad falſas preces alicujus Ma-
gnatis, ex metu, incuſſo ad illam extorquendam, vel ex ali-
quo alio addito accidentali, & extrinſeco; Tunc verò reſpi-
128 cere ſubſtantiam actus, quando verſatur circa eſſentialia
matrimonii; Inter quæ innegabile eſt contineri qualitatem
proprii Parochi, eò quia hæc ſub nullitatis pœna injungitur
129 à Concil Trident ſeſſ.24. de Reform matrim cap.1. ut notat Pi-
gnatell conſult 78. num.1 in fine tom 5 ibi: Præſentia proprii
Parochi datur à Tridentino pro forma ſubſtantiali contractus,
130 abſque ea in forma ſubſtantiali non poteſt res ſubſiſtere, & pro-
indè neque contractus matrimonii, & Rota in magiſtrali deciſ.
30? per tot & ſignanter num.1. coram Dunoz ſen ibi: Maxi-
131 mum, & præcipuum deciſionis fundamentum elicitur ex ver-
bis Sacri Concil.Trident.ſeſſ.24. cap.1. de Matrim ibi: Qui ali-
ter quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Pa-
rochi ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus
contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad ſic contrahen-
dum omninò inhabiles reddit, & hujuſmodi contractus irri-
tos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos
facit, & annullat: Ex quibus verbis clarè apparet induci
formam præciſam & ſubſtantialem, ſine quo actus ſubſiſtere
non poteſt, quæ nec poteſt adimpleri per æquippollens, dum
irritatur factum ſine forma ſpecifica. Quæ ſubſtantialis for-
ma & ſpecifica, atque præciſa circumſtantia cubitalibus
iſtis literis expreſſa, & diſtincta fuit in licentia, de qua di-
132 ſputamus, ibi: Ambedue della ſua Parrocchia.
Ex quibus duæ propoſitiones remanere videntur eviden-
133 tes, & innegabiles.
I. Quod juxta opinionem Congregat. Sacri Concilii Tri-
dent. & Sacræ Rotæ, quæ duo ſunt poli, ſuper quibus tota
134 judiciorum machina validitatis matrimoniorum volvitur,
& revolvitur, prorſus nulla, & omnino irrita ſunt matri-
monia illa, quæ fuerunt contracta, præviis licentiis Ordi-
nariorum, procuratis, & extortis fraudibus, & dolis, ac
mendaciis, falſorum teſtium depoſitionibus, & aliis ſimili-
bus machinationibus.
II. Verò, quod in ſenſu omnium Theologorum, & Ca-
noniſtarum nulla pariter ſunt, & nullius efficaciæ matrimo-
135 nia illa, quæ contracta fuerunt mediantibus fallaciis, &
mendaciis, quando hæc reſpiciunt cauſam finalem, ſeu ſub-
ſtantiam matrimoniorum, quidquid ſit quando concernunt
ſolam cauſam impulſivam, illiuſquè accidentia, cum qua
ſolida diſtinctione proceſſit C. C. in Bononien. Matrimonii
136 9. Februarii 1669. nullum declarando matrimonium, etiam
conſummatum, ex eo quia illud contractum fuerat cum fal-
ſis atteſtationibus, concernen. ſubſtantialia, ut videre eſt
in lib.26. Decret fol.168.
In noſtris autem terminis utrumquè mirabiliter applica-
137 tur noſtræ controverſiæ, eò quia Scribentes in contrarium,
nedum ultrò admiſerunt, hujuſmodi dolos, mendacia,
falſorum teſtium depoſitiones, & ſimiles improprias ope-
rationes, ad praxim redactas fuiſſe; Sed cum ſuppoſito ta-
lis concurſus mendaciorum, falſitatum, & teſtium ſubor-
138 nationis, inſiſtebant in eo, quòd non poſſent allegari ab eiſ-
dem Contrahentibus, cum ſolitis generalitatibus quòd au-
diri non debet allegans propriam turpitudinem, quibus abun-
dè reſponſum fuit in aliis Scripturis.
Non omittimus demum, enixis precibus ſolita attentio-
139 ne benignè obſervare, quod materia non poteſt eſſe magis
delicata, magiſquè lubrica; Quod longum ſolet eſſe iter
140 per præcepta, breve, & efficax per exempla, ut vidimus
141 ſupra §.32. num.14. Quod ſi declaretur validum præſens ma-
trimonium cum dicta Licentia Provicarii, tot fraudibus,
142 dolis, falſitatibus, teſtiumquè ſubornationibus extorta,
multi in Urbe allicerentur ad ſimilia perpetranda, ſeu, ju-
xta verba C. C. in Ulixbonen. de qua in tom.1. part.2. diſcept.
1.num.208. Res exemplo gravis eſt, & quia multi in illo Regno
(in catholico Orbe poſſumus addere) acciperent occaſionem 143
utendi iſtis fraudibus. Quod in his terminis non dicitur homo
ſeparare, quos conjunxit Deus, quia, juxta lepidam, ſed 144
nullatenus piam obſervationem illius Epiſcopi, cujus diſcur-
ſus cum Summo Pontifice refert Sperell. deciſ. 139. num. 17.
verſ. Circa quod, in circumſtantiis fraudis, doli, ſuborna-
tionis teſtium, & falſitatum, quibus profanatur magnum
matrimonii Sacramentum, quando peſſima fide, median- 145
tibus ſimilibus operationibus contrahitur, non Deus, ſed
Diabolus conjungere dicitur Sponſos, circa quod videndus
Card. Bellarm controv lib.1. tit. De Matrim. Sacram. cap. 26.
columnn. 3. verſ. Sic igitur. Quod non minor favor eſt diſſol-
vere matrimonium contractum contra legem Dei, ſicut conſoli-
dare legitimè contractum, ſunt verba Rotæ deciſ. 16. num. 6. 146
coram Pamphil. circa quam propoſitionem concordant Abb.
in cap. Series num. 5. de Teſtib. & Felin in cap Lator ſub num.
3. de Sentent. & re judic. Quod quando ſermo eſt de matrimo-
niis, ſimilibus ſcandaloſis mediis, & cum peſſimis opera- 147
tionibus contractis, Les copulations auſſi faites in contem-
ptum Eccleſiæ, non ſervatis ſolemnitatibus, ſunt urayes for-
nications, contubernia, non matrimonia, ut exclamant etiam
Authores illarum Regionum, in quibus Reformationes Con-
cil. Trident. forſan non obſervantur cum illa punctualitate,
cum qua meritò venerantur in Urbe, ut videre eſt apud Ca- 148
rol. Feuret de Abuſ. lib 2. cap.2. num.4. Quod nullum declaran-
do matrimonium, ſimilibus malis actibus contractum, in
favorem matrimonii verè judicatur, nè alii præſumant dolis,
erroribus, & ignorantiis illud profanare. Hoc ſanè non po- 149
tuit fieri, niſi ignorantia, vel malitia Contrahentium, qui-
bus Eccleſia in re tanti momenti ſuffragari non debet, ſunt
verba Marchant in Tribun. Sacram poſt tom.3. caſ.3. verſ. Dicti
itaque fol. mihi 34. Quòd Eccleſia non dicitur ſeparare illos,
qui cum falſis Licentiis, mendaciis, teſtiumque ſuborna-
tionibus, & dolis matrimonium contraxerunt, ea viva ra- 150
tione, quia in his terminis matrimonium eſt nullum in radi-
ce, & quod nullum eſt, diſſolvi non dicitur, benè Monald.
conſil. 5. num. 95. tom. 2. & meliùs Oliver. de Matrim. nullitate
part. 1. fol. 42. in cujus caſu agebatur de matrimonio conſu- 151
mato, & reſpondendo favorabilitati matrimoniorum ait fol.
82. Veriſſima ſunt hæc ubi agitur de diſſolutione matrimonii verè
atquè legitimè contracti &c. ſed longè diverſa eſt ratio caſus no-
ſtri; Repetendo ſolidam illam rationem, quod non dici- 152
tur diſſolvi, quod à principio nullum eſt, & Card. Palla-
vic in Hiſtor. Concil. lib.22. cap.4 num.12 Quòd in his caſibus
non annullatur matrimonium poſtquam eſt Sacramentum, 153
ſed concurſus fraudis, doli, ſubornationis teſtium, & ma-
chinationum, circa non obſervantiam formæ, & eſſentia-
lium ſolemnitatum, à Concilio præſcriptarum, operatur
ut contractus non ſint neque matrimonia, neque ſacramen- 154
ta, Card. Pallavic. in Hiſtor. Concil. lib.22. cap.4. num.12. &
Gentian. Gervet. in Oration de Clandeſtin. matrim. poſt Conſil.
matrim. diverſ. Venetiis impreſſ. anno 1563 fol.14. à terg. ibi:
Conſumatum quoquè matrimonium non eſſe dirimendum, ſed
priùs videndum eſt, an ſit matrimonium, alioquin non diri- 155
mitur matrimonium, ſed ſtuprum, & adulterium; Quòd
matrimonia mendaciis, teſtium ſubornationibus, dolis,
fraudibus, & machinationibus contracta, ſunt ſemina di-
ſcordiarum, fomenta carnalitatum, litium, & injuſtitia- 156
rum inſtrumenta, juxta præciſa verba Marchant. in Tribun.
Sacram. tom.1. tract.1. tit.3. quæſt.2. concluſ.2. in fine fol. mihi
377. Quòd cùm in matrimonio, de quo agimus, adfuerint tot
fraudes, & Parochus, & teſtes ſint ſuſpectiſſimi, & concur- 157
rat diſparitas magna inter prætenſos Conjuges, ultra alias
circumſtantias, & qualitates, quæ militant contra Authorem
fraudis, & doli, in tali matrimonio adhibitas, de quibus
latiùs in facto: Judex debet arbitrari, illud eſſe omnino in- 158
validum, cùm totum hoc ejus arbitrio committatur, qui, om-
nibus iſtis rectè conſideratis, non debet aliud ſtatuere &c. &
ita ex prædictis fuit judicatum per Rot. coram Buratt. ſunt
verba Gratian. in diſcept. 849. num.32. Quæ non poſſunt eſſe 159
magis punctualia pro deciſione præſentis controverſiæ, ita-
ut dici poſſint ſcripta pro præſenti caſu, & ſit authoritas ta-
liter punctualis, ut poſſit vocari della Vacca roſſa, juxta ea,
quæ notat Card. de Luc de Jurepatr diſc.4. num.7. cum aliis, 160
à me citatis in Inſtit crim lib 2. cap.2. tit.8. num.239. in ſpecie
loquentibus de authoritatibus, quibus congruè adaptantur
termini delle Vacche roſſe; Quodquè demum ex hucuſque
animadverſis remanere videtur pluſquam evidens nullitas 161
matrimonii, de quo diſputamus, & tamen etiamſi illa ali-
quo colore offuſcari poſſet à contrariis criticationibus, in
hoc dubio adhuc intrepidè pro nullitate matrimonii reſpon-
dendum

162 dendum eſſet *Barboſ. Vot. dec.* 19. *num.* 81. ibi: *Nam cùm tantæ fraudes, doli, & errores in eo intervenerint, ſi forſan dubium aliquod inde orireţur, quod oriri non poteſt nihilominùs*
163 *ad favorem Franciſci reſolven.* cum concordan. citatis ſupra *diſcept.* 1. *§.* 6. *num.* 36.

De menſe Februarii 1719 matrimonium per Sententiam
164 Eminentiſſimi Paracciani Vicarii fuit declaratum nullum.

QUia verò in eadem Sententia Dominicus obligatus fuit ad iterum contrahendum matrimonium cum Joanna, vel ad illam congruè dotandam, circa quam inſpectionem
165 Ego non ſcripſi.

In hac parte eadem Sententia non videtur ſubſiſtere ex clara diſpoſitione: *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de Reform. ma-*
166 *trim cap.* 1. in qua Contrahentes, non ſervata forma ibidem præſcripta, omninò inhabiles redduntur ad contrahendum matrimonium, ibi: *Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.*

In cujus ſequelam uno ore aſſerunt Doctores, matrimonium abſque præſentia proprii Parochi contractum, non
167 ſolum eſſe nullum, ſed neque reſolvi in Sponſalia de futuro, ut videre eſt apud *Natal. ab Alexand. in Theolog. Scholaſt. & moral. tom.* 7. *lib.* 2. *de Matrim reſol.* 32. *fol.* 516. ubi refert ita deciſum à Concilio Provinciali Mediolanenſi, & à C.C. *Sabell. in Summ. verb. Matrimonium num.* 6. & latè *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 20. *per tot.* quem communem in matrimonii materia Magiſtrum meritò vocant adducti *in Tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 2. *num.* 180. quibus addo *Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 1. *rubr.* 41. *lib.* 4. *num.* 310. ubi merritò doctiſſi-
168 mum hunc Authorem vocat Gigantem inter omnes alios Scriptores Societatis Jeſu: *Fagnan. in cap. De illis il* 2. *num.* 52. *de Deſponſ. Impuber. Pignatell. conſult.* 133. *num* 51. & 56. *tom.* 9. latè *Cened. pract quæſt. canon. quæſt.* 21. *à num.* 39. & *ſeqq. Sebaſtian. Giribald. de Sacram tom.* 2. *tract.* 10. *de Sacram. matrim. cap.* 7. *de Clandeſt. conſen dub.* 4. *à num.* 25. & *Barboſ. ad Conc. ſeſſ.* 24. *de Reform. matrim. cap.* 1. *num.* 310. ubi innumeros refert concordantes

Iſteque fuit, & eſt perpetuus ſenſus, & conſtans opinio
169 S. C. C. ut videre eſt in ſequentibus reſolutionibus, quarum aliquas refert, ſequitur, & exornat *Cened ubi ſupra*, magiſtraliter præſentem tractans quæſtionem, & reſpondens omnibus contrariis.

„ *Nullius*: ibi: Die 8. Junii 1595. cenſuit: Matrimo-
„ nium, ſine præſentia Parochi per verba de præſenti con-
170 „ tractum, etiam copula ſubſequuta, & irritum, & nul-
„ lum eſſe, & in ſponſalia de futuro minimè reſolvi *lib.* 8.
„ *Decret fol.* 130.

„ Et in alia *Nullius*: ibi: Titius, & Seja contraxerunt
171 „ matrimonium per verba de præſenti, non tamen factis
„ publicis denunciationibus, vel Parocho adhibito, deni-
„ que non ſervata forma *à Sac. Concil. Trid.* conſtituta, &
„ ordinata *Seſſ.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 1. clarum eſt, ta-
„ lem contractum irritum prorſùs, & inanem eſſe: eodem
„ Concilio ipſum annullante *d. cap.* 1.

„ Sed dubitatur, an ſaltem pariat effectum ſponſaliorum,
172 „ ut ſi non valeat, ut matrimonium de præſenti, valeat
„ tamen, ut ſponſalia de futuro, nè actus pereat omninò;
„ Præſertim libero Contrahentium conſenſu vallatus,
„ exemplo ejus, quod habetur in terminis in *cap.* 1. *§. Idem*
„ *quoquè de Sponſ. impuber. in* 6. ubi dicitur, matrimo-
„ nium, nullitèr de præſenti contractum, reſolvi in ſpon-
„ ſalia de futuro.

„ Cui accedit communis regula, affirmativè concepta,
173 „ videlicèt, quod ſi actus non valeat eo modo, quo agitur,
„ valet tamen eo modo, quo poteſt, ut poſt alios *Jaſ. in leg.* 1.
„ *§. Si quis ita num.* 23. & *Rip. n.* 17. & 18 *ff. de Verbor. oblig.* ubi
„ ampliùs dicit, id etiam procedere, cùm ſumus in dubio de
„ voluntate Contrahentium; Cui adſtipulatur *Panorm cap.*
174 „ *Cùm ſuper ſub num.* 17. *col. fin. verſ. Si ſumus in dubio extra*
„ *de Offic. deleg.* ea ratione, quia ſcilicèt eſt facienda inter-
„ pretatio, ut actus magis valeat, quàm pereat *leg.* 3. *ff. de*
„ *Teſt. milit.* cùm ſimilibus *Jaſon d. §. Si quis ita num.* 23. *Rip.*
„ *num.* 14. *Abb. loc. cit.*

„ Quæ ſanè regula multò magis hoc caſu admittenda vi-
„ detur primò favore matrimonii *d. cap.* 1. *de Deſponſ. impub.*
175 „ & *leg. Si divortio ff. de Verbor. oblig.* ubi ob favorem matri-
„ monii promiſſio facta ex cauſa Dotis, quæ non valuit eo
„ modo, valeat quo poteſt, ideſt in vim donationis, quæ ta-
176 „ men regula, ut notum eſt, præſumi non ſolet *leg. Cùm de*
„ *indebito ff. de Probat.*

„ II. Quia videtur hoc pacto ſuccurri ſimplicibus mulie-
„ ribus, quæ ignorantes fortaſsè Decreta Concilii, ut facile 177
„ eſt in Villis, & in Locis, à Civitate remotis, poſſint ab
„ hominibus decipi, & ad contrahendum induci, quo caſu
„ æquum eſſet, eas, in vim ſaltem ſponſaliorum, tales ob- 178
„ ſtrictos habere.

„ Convenit prætereà hoc æquitati canonicæ, ſecundùm
„ quam omnia pacta, omnes conventiones, quæ neceſſariò 179
„ talem contractum præceſſerunt, vim habent, & ſervari
„ oportet *cap.* 1. *de Pact.*

„ Convenit naturæ rei, de qua agitur, quæ certè ſolo con-
„ ſenſu perficitur *leg. Nuptias de Reg. jur.* 180

„ Convenit verbis, quæ licèt ſint de præſenti, tamen com-
„ modè poſſunt, & debent impropriari, & ad futurum tra- 181
„ hi, ad actum quoquomodo ſuſtinendum, *Alexand. d. §. Si*
„ *quis ita num.* 11. ubi *Imol num.* 27.

„ Convenit denique menti, & voluntati Contrahentium,
„ qui ſi volunt de præſenti, multò magis volunt in futu- 182
„ rum, uti inquit *Gemin in d. cap. §. Idemquoquè col. pen. in*
„ *fin.* 3. *membri*, ubi etiam addit, quòd cùm intentio ſuper
„ eo, quod fit, non excluditur ab eo, quod fieri poſſet, ut
„ hoc caſu, etiamſi peccatum eſſet in forma, actus tamen 183
„ valet, ſequitur *Felin in cap. Cùm ſuper ſub num.* 8. *verſic.*
„ *Tertius defectus eſt de Offic. delegat.* Atquè his pars affirma-
„ tiva fulcitur.

„ Contraria verò ſuadetur in primis, quia agitur de ma-
„ trimonio nullo ex defectu formæ, quo caſu communiter 184
„ DD. conſtituunt regulam negativam, videlicèt, quod
„ actus, qui ex tali defectu non valet, ut agitur, nec valet,
„ ut valere poteſt *leg.* 1. *§. Cùm qui ff. de Conſtit. pecun leg.* 1.
„ *Cod. de Latin libert. tollen. d. leg.* 1. *§ Si quis ita*, ubi Docto-
„ res, ac præcipuè *Alexand poſt Bartol num* 10. *in fin. Imol.*
„ *ſub num.* 22. *verſ. Notarii*, & *num.* 26 *in gloſſ. verb Annuiſ-* 185
„ *ſet*; *Jaſon num.* 6. 19. & 23. *Rip. num.* 23. *de Verbor. obligat.*
„ *Federic conſ.* 164. *in princip.*

„ Et maximè quia actus eſt contra legem factus, cui lex
„ expreſsè reſiſtit, ut caſu iſto *Jaſon* 8. *§. Si quis ita num.* 23. 186
„ *verſ.* 4. *limita Rip. ibid num.* 32.

„ Actus enim, contra legem factus, pro nihilo habetur,
„ ac ſi factus non eſſet, *leg. Non putavit § Non quævis ff.* 187
„ *de Bon. poſſeſſ. contr tab. leg.* 11 *ff de Auth. Tutor. leg. Quoti-*
„ *diè ff. Qui ſatis dar. cogant.*

„ Et hoc videtur eſſe de mente Concilii, tales contractus
„ prorſùs irritantis; & annullantis *in d cap* 1. 24. *ſeſſ. verſ.* 188
„ *Qui alitèr*, juncta *ejuſdem. cap. præfat.* Nulla etiam, ut
„ opinor ignorantiæ adhibita excuſatione, juxta *cap. Cùm*
„ *Inhibitio §. Si quis verò extra de Clandeſt. deſponſat.* cujus
„ veſtigia Concilium eſt ſecutum.

„ Nec quidquam officit *Text.* prima facie ſatis urgens *in d.*
„ *cap.* 1. *de Deſponſ. impub.* Quoniam ibi agitur de nullitate 189
„ ex defectu cauſæ efficientis, non autem formalis, ut ibi
„ dicit *Gemin. in ult. Not.* & ſequuntur præallegati Doctores
„ in *d §. Si quis ita.*

„ Ex quibus patet, rem difficultate non carere, cujus cùm
„ definitio deſideretur. Petitur humillimè ab Illuſtriſſimis 190
„ DD. meis, ut ipſi, quorum authoritati hoc munus deman-
„ datum eſt, dignentur, quid tenendum, quid ſervandum
„ ſit, ſtatuere. Julius Benignus.

„ 14. Januar *Card. Mor. VV. Cæſ. Col. Summ. Alc Sen. S. Sixt.*
„ *Caraf. Aqu.* omnes, excepto Aquaviva, cenſuerunt, ma- 191
„ trimonium nullum eſſe, adeò ut nec in vim ſponſalium va-
„ leat: Quia deficit in forma præſcripta à Concilio, & ideò 192
„ non officere *cap.* 1. *de Sponſ impub.* in quo agitur de defectu
„ cauſæ efficientis, ut videre eſt in *tom.* 71. Poſitionum, exi-
„ ſten. in Aruhivio Sacr. Congregationis Concilii, ſignat. 193
„ foris *Seſſ.* 24. *de Reform. cap.* 1. *fol.* 211. & 212.

„ *Meſſanen.* Fuit contractum matrimonium in Civitate
„ Meſſanæ poſt publicationem Decreti Concilii Tridentini 194
„ per verba de præſenti, & mutuum conſenſum, non fa-
„ ctis publicationibus, nec præſente Parocho, niſi tantum-
„ modò Notario, & Teſtibus &c.

„ Humiliter petitur ab Illuſtriſſimis, & Reverendiſſ. DD.
„ Cardinalibus de Congregatione Concilii Tridentini, de- 195
„ clarari, ſi ſupradictus contractus matrimonii, cùm ſit fa-
„ ctus contrà formam, traditam per Decretum ejuſdem Con-
„ cilii de contrahen. matrimonii, eſt adeò nullus, quòd ne-
„ que tranſit in ſponſalia de futuro S.C.C. cenſuit, non tran- 196
„ ſire *lib.* 2. *Decret fol.* 11 197

„ *Concordien* Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ Pater.
„ In foro Concordien. de infraſcriptis dubiis hæſitari in pra- 198
„ xi contingit, pro quorum reſolutione humilitèr D.V. Illu-
„ ſtriſſima ſupplicatur.

Inter

,, Inter cætera autem Dubia adeſt infraſcriptum, vi-
,, delicet.
,, III. Diſponitur eodem Concilio *ſeſſ. 24. Decretorum de*
,, *Reform. matrim cap. 1. verſ. Qui aliter:* Quod matrimonium
,, ſine præſentia Parochi, ac duorum, vel trium Teſtium
,, celebratum, ſit nullum, & invalidum. Joannes contra-
200 ,, xit cum Berta per verba de præſenti, Teſtibus requiſitis
,, præſentibus, & fide jurata data illud confirmavit.
,, Quæritur. An talis contractus matrimonii ſit validus,
201 ,, & videtur nullus ob defectum præſentiæ Parochi, vel al-
,, terius Sacerdotis, juxtà *d. verſiculum: Qui aliter*; In con-
,, trarium non videtur ratione carere, quia juramentum ſu-
,, pradictum videtur contractum matrimonii validare, licèt
202 ,, per ſe eſſet nullus: Juramenti enim natura eſt ſupplere
,, defectus contractus, cui apponitur, & de virtute jura-
,, menti in hoc caſu tradunt omnes *cap. Qualiter, & can. De*
203 ,, *pactis quamcumque 22. quæſt. 5.* idemque tenet *Navarrus*,
,, cùm certis limitationibus, *in ſuo Manual. cap. 16. num. 18.*
,, Caſu autem, quòd non eſſet validus talis contractus ma-
204 ,, trimonii, an Contrahens ſaltem poſſit compelli Juris re-
,, mediis ad contrahendum de novo, adhibita Parochi præ-
,, ſentia, aliiſque, requiſitis à Synodo, & videtur, quod
,, ſic, ne jurata promiſſio fiat inanis, & irrita in detrimen-
,, tum animæ jurantis, per ea, quæ tradunt Doctores, &
205 ,, Navarrus locis ſupracitatis. Licèt contrarium etiam ſua-
,, detur, quia ex quo à principio fuit contractus nullus ex
,, defectu formæ, traditæ à Synodo, videtur eſſe locus pœ-
,, nitentiæ, itaut, juramento non obſtante, quod conver-
206 ,, titur in naturam contractus, cui ponitur, qui nullus fuit,
,, & uterque Contrahentium poteſt pœnitere, & alteri cui-
,, libet nubere.
,, Et quidem celebrato matrimonio modo, quo ſuprà,
207 ,, acceſſerit copula carnalis ſub certa fiducia, quòd legitimè
,, illud celebratum fuerit, maximè cum juramento, licèt
,, ſine Parocho, cùm copula habeat vim convertendi ſpon-
208 ,, ſalia in matrimonium.
,, Die... Januarii 1585. S.C.C. cenſuit, ad 3. d. matrimo-
,, nium contractum, non adhibita Parochi præſentia, eſſe
,, nullum, nec is, qui vult reſilire, poſſe ab Ordinario com-
209 ,, pelli ad contrahendum denuò, ſervata forma Concilii. A
,, Card. Caraffa *lib. 4. Decret. fol. 16. à terg. & fol. 17.*
,, *Biſuntin.* Illuſtriſſime, & Reverendiſſime. Hubertus
210 ,, de Boiſſet Dolanus Biſuntin. Diœceſ. & Claudia Cellard,
,, aliàs per verba de præſenti matrimonium contraxerunt,
,, nullo tamen dd. Contrahentium Parocho præſente, nec
211 ,, quovis alio Presbytero de licentia eorum Parochi, aut
,, Ordinarii, antequam dd. Contrahentes à matrimonio
,, receſſerunt, in tantum, ut ſuper nullitate d. matrimonii
212 ,, ab Ordinario d. Claudia ſententiam reportavit, Hubertus
,, tamen dubitat; tuta conſcientia non poſſe protereà tran-
,, ſire ad aliud matrimonium, idcircò recurrit ad Illuſtriſſi-
,, mam, & Reverendiſſimam D. V. ut dignetur ſuper his
,, quid ſentiat S. Concilium reſcribere.
,, Die... Martii 1587. S.C.C. cenſuit, matrimonium, con-
213 ,, tractum per Puberes abſque præſentia Parochi, vel alte-
,, rius Sacerdotis, de ipſius Parochi, vel Ordinarii licentia,
214 ,, eſſe nullum, nec reſolvi in vim ſponſaliorum, itaut Con-
,, trahentes judicialiter cogi non poſſint ad denuò contrahen
215 ,, dum, ſervata forma Concilii *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat.* A
,, Card. Caraffa *Lib. 4. Decret. fol. 230.*
,, *Hieracen.* Præſuppoſito, quod matrimonium ſit factum
216 ,, abſque Parochi præſentia, & duorum, vel trium te-
,, ſtium, quo caſu irritum declaratur à Tridentino Concilio
,, *ſeſſ. 24. de Reformat. matrim. cap. 1. verſic. Qui aliter.* Quæ-
,, ritur; An d. matrimonium tranſeat in ſponſalia de futuro,
217 ,, itaut cogi poſſit Vir per cenſuras, aliaque Juris remedia
,, ad ſervandam fidem Sponſæ, quando maximè ſequuta
,, ſit copula?
,, Et an ſi fuerint ſequutæ promiſſiones, & datæ fides de
218 ,, contrahendo matrimonium per verba de futuro, poſſit
,, cogi nolens contrahere ad contrahendum per verba de
,, præſenti cum ſolemnitatibus Sac. Concilii, cùm jure ca-
,, nonico videatur contrarium deciſum ex *Cap. Requiſivit*
,, *de Sponſal.*
,, Die... Novembris 1589. Quoad primum C.C. cenſuit,
219 ,, non tranſire. Quoad ſecundum de cogendis Contrahen-
,, tibus ad obſervanda ſponſalia, nihil novi induxiſſe Con-
220 ,, cilium Tridentinum. A Cardin. Caraffa *lib. 6. Decret.*
,, *fol. 62.*
,, *Paduana.* Marcus Andreæ Janeſini de Galio laicus,
221 ,, Gaſparina Lazzari Molendinarii mulier, ambo Padua-
,, næ Diocœſis, Incolæ tamen Venetiarum, dùm invi-
,, cem amore capti eſſent, de matrimonio inter ſe contra-
,, hendo fidem dederunt, & deindè coram duobus laicis te-
,, ſtibus, non tamen coram Parocho, vel aliquo Sacerdo-
,, te, ad interrogationem alterius eorundem teſtium, ma- 222
,, trimonium inter ſe per verba de præſenti contraxerunt,
,, carnali copula etiam ſubſequuta. Et quia à nonnullis in
,, Partibus illis hæſitatur; An ſtante Decreto Concilii Tri-
,, dentini, irritantis, & annullantis matrimonia, abſque
,, præſentia Parochi, ſeu Ordinarii licentia, duobus, vel 223
,, tribus teſtibus contracta, matrimonium hujuſmodi in
,, vim ſponſalium reſolvatur, itaut Contrahentes prædicti
,, judicialiter cogi poſſint ad denuò contrahendum, ſervata
,, forma Concilii Tridentini. Ideò ſuppliciter &c. S. C. C. 224
,, cenſuit, Non reſolvi *Lib. 1. Decret. fol. 79.*
,, *Granaten.* Vicarius Epiſcopi Granaten. de pluribus du- 225
,, bitavit circa *cap. 1. ſeſſ. 24. de Reform. marim.* diſponen.
,, matrimonium, contractum per verba de præſenti non ad-
,, hibito Parocho cùm teſtibus eſſe nullum.
,, I. An contrahens, non ſervata hac ſolemnitate, obli-
,, gatus ſit ſaltem in obligatione naturali, cujus vigore ali- 226
,, quo Eccleſiaſtico remedio compelli poſſit ad obſervanda
,, promiſſa.
,, II Quid ſi in hujuſmodi contractu interpoſitum ſit ju- 227
,, ramentum?
,, III. An talis contractus valeat ſaltem, ut ſponſalia 228
,, de futuro.
,, IV. An ſic Contrahens peccet moraliter non adimplen- 229
,, do ſuam promiſſionem.
,, Ad primum Congregatio cenſuit, non eſſe obligatum,
,, etiam obligatione naturali. Quia quando defectus eſt in 230
,, forma, non oritur, neque etiam naturalis obligatio: Sic
,, ſtipulatio nulla ex defectu formæ non inducit, etiam pa-
,, ctum nudum, *Jaſon in leg. 1. §. Si quis ita num. 5. & Rip.*
,, *num 23. de Verbor. obligat.*
,, Ad ſecundum. Congregatio reſpondit idem, etiamſi 231
,, Contrahens juraſſet.
,, Ad tertium. Congregatio reſpondit, non valere, licèt
,, enim juramentum operetur, ut actus valeat omni modo 232
,, meliori, quo poteſt *leg. Cùm Pater §. Filius Matrem ff. de*
,, *Legat. 2.* & ſtipulatio inutilis ex defectu formæ, accedcn-
,, te juramento, valeat in vim pacti nudi: *Jaſon. poſt Bar-*
,, *tol. in d. §. Si quis ita num. 24 25. & 26. & Rip. ibid num 72*
,, Tamen, quia in caſu noſtro ſecundum bonos mores de- 233
,, buerunt Contrahentes palam contrahere, non clam, ut
,, colligitur proemio *d. cap. 1.* ibi; Juſtiſſimis cauſis deteſta-
,, ta eſt, *ibi:* Gravia peccata ex clandeſtinis, & item *ibi*: 234
,, Cui malo &c. Undè juramentum contra bonos mores, nec
,, obligat, nec quicquam operatur *cap. Non eſt obligatorium* 235
,, *de Regul. jur. in 6.*
,, Ad quartum. Congregatio non peccare cenſuit: *Tom.*
,, *72. Poſitionum S. C. C. ſignat foris Seſſ. 24. de Reform. cap.* 236
,, *1. fol. 168. & 169.*
,, 178. *Nullius.* An matrimonium, per verba de præſen 237
,, ti contractum, non ſervata forma Concilii, reſolvatur in
,, ſponſalia de futuro, adeò ut qui renuit, iterum contrahe-
,, re per Ordinarium compelli poſſit, Sacra Congregatio
,, cenſuit; Non reſolvi: *Tom. 71. Poſit. fol. 177.* 238
,, 179. *Nullius.* Dubitatur 1. An matrimonium clam 239
,, ſine Parocho, & teſtibus contractum, reſolvatur ſaltem
,, in vim ſponſalium.
,, II. An omiſſio denunciationum reddat matrimonium 240
,, nullum.
,, Ad primum. Congregatio cenſuit, non reſolvi, quia 241
,, eſt defectus in forma.
,, Ad 2. Non reddere *Tom. 75. Poſit. pag. 291.* 242

EX quibus nullo modo audiendi ſunt Doctores illi, qui contrarium aſſerunt, hoc eſt, matrimonium clande-
ſtinum habere vim Sponſalium, & proinde obligare nulli- 243
ter Contrahentes ad iterum validè contrahendum, quos citat *Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 24. de Reformat. matrim. cap. 1.*
*num. 310 verſ. Contra Veracrux*; Ultra quod enim longè 244
majoris authoritatis, & in majori numero ſunt Doctores illi, qui contrariam tuentur opinionem, ex adductis *ſupra num. 167.* ſemper urget reflexio illa, quòd in conflictu diverſarum opinionum inter Doctores, ſemper præferen-
da eſt illa, quam ſequuta fuit Congregatio Concilii, quæ 245
facit Jus, ejuſque reſolutiones tanquam leges ſervandæ ſunt, ex adductis *in Tom. 1. part. 1. diſcept. 7. per tot.* & ſignanter *num. 24.*

Nec ſuffragatur conſideratio, quòd ſi non valet uti matrimonium, & non ſuſtinetur ratione ſponſalium, ſal-
tem

tem teneat tanquam contractus, & uti talis potens ſit ad obli-
246 gandum Contrahentes, eo quia matrimonium non ſolùm eſt Sacramentum, ſed etiam contractus, ex adductis *in Tom. 1. p. 2. diſcept. 2. n. 139.* ubi, quòd primum occupat locum in genere contractus.

Non ſolùm, quia in Sacramento matrimonii ratio con-
247 tractus inſeparabilis eſt ab illius natura, poſtquam ad ſtatum Sacramenti elevatum fuit, ut latè probat *Galles in integro libro*, cui titulus: *Eccleſiaſtica in matrimonium poteſtas*, in quo totus eſt in confutando alio Libro, anno 1674. à Joanne Launojo edito ſub hoc titulo *Regia in Matrimonium poteſtas*, ubi ex hoc prætextu, quòd matrimonium non ſolum ſit ſacramentum, ſed etiam contractus civilis, malè credit, illud ſubeſſe ſæcularibus legibus, ut referendo verba ejuſdem Launoi, notat idem *Galleſ. ubi ſupra fol. 140. n. 41.* ibi: *Hoc*
248 *argumento nititur: Matrimonium eſt humanus contractus, ergo civilium legum diſpoſitioni, & ordinationi ſubjacet &c. Quod autem ſit Sacramentum nihil intereſt omnino, tum quia contractus civilis, cui innititur Sacramentum, ab Regum poteſtate non eximitur per Chriſtum, Sacramentorum Authorem; Tum quia ratio Sacramenti, matrimonio ſuperveniens, humanum contractum non mutat, ſed potiùs uti idoneam materiam ſupponit, &c. Malè loqueris, ortodoxis Inſtitutis oppoſitam doctrinam doces &c. ut intentum haberes probare debuiſſes, quòd matrimonium, ſivè conſideratum, uti ſimplex contractus, ſivè ut Sacramentum, ſubjacet ordinationi Legum civilium; Hoc autem probare non poteras; Quia quod alicui legi ſubeſt, vel divina diſpoſitione, vel ſui natura ſubeſt; Matrimonium autem non divina diſpoſitione ſubditum unquam legimus civilibus legibus, ſed ſolùm ſui natura, antequam elevaretur ad eſſe Sacramenti, & quatenus contractus civilis; Quamobrem utpotè Sacramentum, & divina Conſtitutione, & uti res ſacra eccleſiaſticis legibus non ſubeſſe, nonniſi proſtitutæ frontis hæreticus negare poteſt.*

Verùm etiam prætextus iſte funditus ſublatus fuit *à Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 1.* ubi, non ſolùm Con-
249 trahentes matrimonia contra formam, inibi præſcriptam, reddit inhabiles ad contrahendum, ſed in ſpecie deſcendit ad irritandum matrimonia ita contracta, etiam ſub ratione contractus, juxta illa clara verba, quæ nulla indigent glo-
250 ſa: *Qui alitèr, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii Licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat.*

Annullato proinde, & irrito effectu dicto contractu, nihil ſupereſt, ex quo cogi poſſit nullitèr matrimonium Con-
251 trahens ad effectuandum contractum, neq; ſub ratione Sacramenti, neq; ſub ratione contractus, neq; ſub quocunque alio colore, ut patet conſideranti, & applicatur regula *Text. in leg. 4. §. Condemnatus ff. de Re judic.* de qua *Rot. dec 650. n. 4. par. 18 & dec. 315. n. 17. par. 19. rec.*

In illis verò caſibus, in quibus ſponſalia contrahens, &
252 renuens matrimonium effectuare, cogi poteſt cenſuris, obſervavimus *in Tom. 2. par. 1. diſcept. 21. num. 244.* quòd Judices non ſolum Sponſum petentem abſolvere poſſunt poſtquam diu ſtetit cenſuris innodatus, ſed eundem, etiam non
253 petentem, abſolvere tenentur; Remanente ſolùm difficultate circa tempus, quod decurrere debet antequam abſolvatur, quod regularitèr ſolet eſſe illud unius anni, nè poſtea efficiatur de hæreſi ſuſpectus, juxta diſpoſita *in Concil. Trid.*
254 *ſeſſ. 25. cap. 3.* cum concordant apud *Menoch. de Arbitr. caſ. 416. num. 55.* Verum tamen eſt, quod ex particularibus facti circumſtantiis *Rot. in dec. 242. num. 13. coram Duran* cenſuit eſſe 16. menſium, *& in Majoricen. Cenſurarum 15. Januarii 1715 § Longum coram Card Scotto*, cenſuit eſſe ſpatium 17. menſium. In cujus §. *finali Rota*, eo tempore, quo demandavit abſolutionem Sponſi, renuentis effectuare ſpon-
255 ſalia, adjecit modum, qui fuit refectionis omnium expenſarum, tàm judicialium, quàm extrajudicialium in Cauſa factis, cum reſervatione Jurium reſpectu mulieris in congruo judicio petendi dotem, quatenus illa de Jure deberetur eidem Mulieri.

Terminata hac Cauſa, mediante Sententia favorabili
256 Eminentiſſimi Vicarii, circa primam partem declarationis nullitatis matrimonii, adversùs aliam partem, canonizantem Sponſalia, ex parte Dominici interpoſita fuit appellatio ad Rotam, deſtinatoque in Ponentem R. P. D. Corio, coram eodem ſer. ſer. fuerunt tranſportata omnia Acta, & ſubſcriptum dubium, unà cum deſtinatione Rotæ, prævia congrua dilatione unius menſis, data Defenſori Mulieris ad ſe præparandum pro Cauſæ propoſitione. Cæterùm in Vigilia propoſitionis Cauſę in Rota, inſtitum fuit exadverſo
coram R. P. D. Auditore SS. pro remiſſione Cauſę ad Con- 257
gregationem Concilii, & poſt multos caſus, & multa rerum diſcrimina, tandem die 27. Maii 1719. prævia repoſitione ab omni decreto præjudiciali, ab eodem R. P. D. Auditore SS.
remiſſa fuit Cauſa ad Rotam, videntibus omnibus Audito- 258
ribus; Cum addito, ut ex parte Mulieris citationes ampliùs non reciperentur.

Tempore autem magnarum diligentiarum, pro obtinenda remiſſione Cauſæ ad Rotam, in exequutionem enixæ voluntatis Dominici à me adhibitarum, tam coram R. P. D.
Auditore SS. quàm cor. Eminentiſſimo Card Vicario, quàm 259
demum coram eodemmet SS. D. N. in adimplementum illius prçciſæ obligationis Defenſorum, quam his verbis agnovi, & faſſus ſum in *Inſtit Crim. lib. 2. tit. 8. nu. 8. Indequè Ego in ea ſum opinione, quam factis comprobare non deſino, quòd nullam omnino prætermittere debet Advocatus diligentiam, quam ad Cauſæ victoriam proficuam agnoſcit, eò quia illas abſque dubio non prætermitteret Litigans, ſi propriam Cauſam defende-*
*re ſciret*, fuit mihi candidè relatum ab uno ex Conſanguineis 260
Dominici, eidem inſinuatum ſeriò fuiſſe, ut in hac parte circa Cauſæ remiſſionem ad Rotam, quam d. Dominus totis viribus, totoque conatu deſiderabat, & pro qua non ſemel apud SS. D. N. humillimas, reiteratasque funderat preces, ut cautè ageret, utque oculos aperiret, quia in Rota ſolent Cauſæ longiùs durare, ac in Sac. Congreg. Et proindè nil mirum, ſi aliqui Profeſſores ad faciendam eorum bur-
ſam hydropicam, juxta lepidam phraſim *Joannis de Bla-* 261
*nas*, in loco, citato in *Inſtit. Crim. lib. 3. tit. 9. num. 61.* inſiſtere ſolent, ut Cauſæ agitentur in Rota.

Præcipuè, quia Dominicus Collitigans non erat de nume-
ro illorum Clientum, qui forſan in Urbe non reperiuntur, 262
quoſvè perbellè deſcribit *Bim conſ. 248. lib. 3. num. 1.* ibi: *Quamquam non ſatis etiam deteſtari, & execrari valeam aliquorum ingratorum Clientum perverſum morem, qui dum agitatæ Cauſæ fervor, & neceſſitas calet, viget, & urget, maria, & montes, memores, & liberales Viros ſe jactantes, pollicentur; Tranſacto autem negotio, vel victa Cauſa, & refrigerato, & extincto primæ illius coitionis, & congreſſionis calore, & ardore, frigidi homines, obliviosique facti, & illiberales, ingratè tot vigilias, tot aſſiduos egregii Advocati, vel ſynceri Conſultoris, & integri Judicis labores, fruſtrantur &c. Quo fit, ut multi hac arte fraudati, inquiant; Dum dolor eſt, accipes: Anguilla eſt, elabitur; Ficulneo folio eum tene quaſi auribus Lupum, nec finis te bis nugationis promiſſionibus jactari, & demum decipi, & eò perduci, ut clamans dicas, ob ſpes fallaces, ob inanes cogitationes meæ.*

Sed idem Dominicus punctualitate nimis commendabili, nedum ſolitus eſt recognoſcere labores Profeſſorum, quo-
rum Honoraria meritò *Card. de Luc. de Emphyt. di ſc. 58. in* 263
*princ.* appellat *Pretium ſanguinis*, ut obſervavi in *Inſtitut. crim. lib. 2. tit. 8. num. 105.* ubi addidi, quòd congruentiùs appellari etiam poſſunt *Pretium ſanitatis*, eòquia in certis
cauſis, & temporis anguſtiis, contra regulas, à Medicis ſi- 264
bi præſcriptas, non poſſint non applicare, & aliquando tantùm vigilare in nocte, quando dies magni ſunt, ac quando ſunt parvi, juxta præciſa verba *Gloſſ. in Auth. Ut Jud. ſinè quoquo ſuffragio in princ lit. X. verb. Utentis.*

In qua parte ſolitus erat dicere cl: me: Card. Panciaticus, noſtri ſeculi facultatis legalis Ornamentum, quòd in Advo-
catorum profeſſione, quam ipſe non ſinè laude exercuerat, 265
non datur medium; Aut enim eadem profeſſio, ob multiplicitatem negotiorum, vivere non ſinit eoſdem Advocatos; Aut verò non ſubminiſtrat eis ſufficientia ad victum, congruamq; manutentionem, quando de illis verificantur ea, quę leguntur apud *D. Ioann 18. 38.* de quibus in *Inſtit. crim. lib. 2. tit. 8. n. 104.*

Sed ulteriùs idem Dominicus æquali generoſitate, ac gratitudine, ad praxim reducere ſolitus eſt ea, quę his verbis notat
*Rota in Romana Mobilium 23. Martii 1711 §. Quoad Tabulas* 266
*cor. Aldrov Non eſt res nova, vel inſolita, quòd Clientes illuſtres, & nobiles, ultra ſolita honoraria, aliqua etiam dona profundant erga Defenſores Cauſarum, ad compenſandos inſolitos labores, excitandamque illorum ſedulitatem*; Quod obſervaverat priùs eadem *Rota cor. Ludoviſ. dec. 512. nu. 3.*
ibi: *DD. dixerunt, eas non omnino diſtare à ſolito Litigan-* 267
*tium, quorum valdè expedit, Procuratores ſibi valdè charos, & devinctos reddere, eorumque diligentiam muneribus excitare, & fovere, & in Romana Multiplic. 3. Apr. 1699 §. Obtines cor Molines.*

Verum tamen eſt, quòd adverſus d. conſilium, uni ex
dd. Conſanguineis Dominici, ut ſupra *num. 9.* datum, 268

ipſe promptè reſpondit, illius applicationem longè diſtare à
circumſtantiis præſentis caſus, omniaque eidem inſinuata,
269 reſpectu Mei eſſe prorſus innaplicabilia, quia ipſe probè
ſciebat id quod notorium eſt in Curia, quòd ſcilicet magnæ
occupationes in Cauſis, pendentibus in Sacris Congregatio-
270 nibus, unitæ cum ſacrorum Canonum Lectura in Romanæ
Sapientiæ Archigymnaſio, & cum debilitate illius ſenſus,
in quo anima inhabitat, teſte *Plinio*, citato ſupra *par. 1. di-
ſcept. 1. § 1. num. 21.* mihi non permittunt applicare in Cauſis,
in Sac. Rota, coram A. C. & in inferioribus Tribunalibus
271 Urbis pendentibus, quod Ego ipſe à multis luſtris, inter in-
formandum in una *Nepeſina Legitimæ*, *Ponente b. m. Muto*,
debita reverentia inſinuare non omiſi iiſdemmet Sacræ Ro-
tæ Auditoribus, quorum aliqui etiam hodie in Sacra Rota
meritiſſimè ſedent, alii verò, eorum excelſis meritis ita exi-
gentibus, eminentiſſimas occupant Dignitates, & aliorum
demum memoria in benedictione eſt.

---

## DISCEPTATIO XX.

### Surrentina Ordinationis.

*PRO*

Archiepiſcopo Surrentino.

*CUM*

Sacerdote Renato Maſſa.

### ARGUMENTUM.

*Natus per accidens in aliquo Loco, an poſſit licitè ordinari
cum Dimiſſoriis Epiſcopi Loci domicilii, non obtentis
Teſtimonialibus ab Epiſcopo Loci originis, ad ornatum
Conſtit. 44. Innoc. XII.*

1 Die 11. Decembris 1717. petiit Renatus de Maſſa decla-
rationem ab hac S. C. ipſum fuiſſe licitè ordinatum ab
Archiepiſcopo Neapolitano, ſine Teſtimonialibus Archie-
piſcopi Surrentini; Fuit autem reſcriptum: *Coadjuventur
probationes, juxta mentem*, quæ fuit, ut ſi idem Renatus,
*antè ejus ordinationem in Diœceſi iſta Surrentina verè perman-
ſit, & domicilium habuit, ſuper tali ejus habitatione melior-
bus documentis, & urgentioribus probationibus Sac. edoceat
Congregationem*, juxta præciſa verba epiſtolę, ſcriptę Ar-
chiepiſcopo Surrentino.

Ad hujuſmodi effectum per Curiam Archiepiſcopalem
2 Surrentinam, examinati fuerunt duo teſtes, omni fide di-
gni, nempè Parochus Parochiæ S. Mariæ de Mortola, cu-
jus ſunt Filiani Conſanguinei dicti Renati, qui medio jura-
mento ſolemniter depoſuit, Familiam dictorum de Maſſa
ab antiquiſſimo tempore moram feciſſe in noſtra Diœceſi, in
qua eorum Majores ſemper habitarunt, multaque bona ſta-
bilia poſſederunt, & poſſident, prout fecit Andreas Maſſa,
Pater Renati, excepto modico tempore, quo Romam petiit
negotiorum cauſa, ſed Patriam reverſus, in eadem ſemper
permanſit, uſquequò vitam cum morte commutavit.

Subjungit idem Parochus neſcire, ubi natus fuerit Rena-
3 tus, cum tamen non latere, quòd ſi extrà noſtram Diœceſim
natus ſit, hoc evenire non potuit, niſi per accidens, ſeù
per tranſitum, attento fixo, & ſtabili domicilio Genitorum
ejuſdem Renati in Diœceſi Surrentina, modo ſuperiùs ex-
preſſo.

Et tandèm concludit, eundem Renatum à ſua infantia
cum dicto Andrea Patre in Diœceſi Surrentina habitaſſe, &
4 poſt breve tempus ad Diœceſim Surrentinam regreſſum fuiſ-
ſe, & quamvis aliquandò in Civitate Neapolitana ſe contu-
lerit, pro majori tamen temporis parte ſemper in Plano,
ſeù Diœceſi Surrentina moram traxiſſe, illam adducendo
concludentem rationem ſui dicti; *E queſto Io lo ſo, perche
ſono vecchio Parocho di S. Maria di Mortola, di dove ſono Fi-
gliani detti di Maſſa, & Io vi ſono vicino di Caſa*; Quæ an-
numerantur à Doctoribus intèr optimas cauſas ſcientiæ in te-
5 ſtibus, ut de præſumptione, vigente pro Parocho circa
ſcientiam, & cognitionem ſuorum Parochianorum videre
eſt apud *Card. de Luc. de Benefic. diſc. 90. num. 12. & Rot. dec.
115. num. 4. coram Priol. & in Bituntina Juriſpatronatus 28.
Martii 1707. §. Et demùm cor. Card. Scott.* Et de alia præſum-
ptione, quod Vicinus præſumatur ſcire facta Vicini, habe- 6
mus *Textum literalem in c. Quoſdam de Præſumpt.* ibi: *Quan-
tò viciniores eſtis, credo, quod tantò ſubtiliùs cognoviſtis*,
cum aliis apud *Maſcard. de Probat. concl. 752. n. 1. & Rot. deciſ.
739. n. 5. & 6. par. 4. to. 3. rec.*

Concordat cum eodem Parocho alter Sacerdos, itidèm
examinatus ſuper eadem re, qui pariformiter cum juramen- 7
to deponit dè eodem domicilio Renati ab ejus infantia uſque
ad annos 15. circitèr ſuæ ætatis in d. Diœceſi Surrentina, ibi:
*Detto Renato fin da figliuolo aveva abitato in queſta Dioceſi fino
all'età di 15. anni in circa.*

Quantam verò fidem mereantur hujuſmodi duo qualifi-
cati teſtes, in omnibus conteſtes, nemo ignorat; In ore ſi-
quidèm duorum, vel trium ſtat omne verbum, ut dicitur 8
*Matth. 18. 16.* & notant *Card. de Luc de Cred. diſc. 33. num. 7. &
Rot. dec. 611. num. 6. coram Emer. jun.* Præcipuè habendo præ
oculis illorum Sacerdotalem qualitatem, quæ operatur, ut
unuſquiſque ex illis mereatur fidem duplicis teſtis, ut obſer- 9
vant adducti in *To. 1. par. 1. diſc. 12 n. 11.* cum aliis longa ma-
nu cumulatis *in Voto edito à R. P. D. Cerro in Romana annuæ
præſtationis 26. Jan. 1714. §. 11* & in alio confirmatorio, ex-
tenſo *à b. m. Lonio 23. Martii 1715. § 14.*

Junctis autem hujuſmodi novis teſtium depoſitionibus cum
aliis, in Secretaria antecedenter exhibitis, remanet con-
cludenter probatum, eundem Renatum fuiſſe, & eſſe Sur-
rentinum ad omnem finem, & effectum, & multò ma- 10
gis ad effectum ſolius ordinationis, de qua diſputa-
mus.

Ex eiſdem enim conſtat, quòd ejus Pater natus, com-
moratus, & mortuus fuerit Surrenti; Et proindè nativitas
ſui filii, ſequuta Neapoli die 7. Novembris 1691. fuit ſo- 11
lùm accidentalis, quia dictus Andreas Pater nunquam ha-
buit domicilium fixum Neapoli, ſed ſemper illud habuit,
& continuò retinuit in Diœceſi Surrentina, excepto brevi
tempore, quo Romæ moram traxit negociorum cauſa, &
Neapoli gratia recreationis; In quibus terminis nativitatis
accidentalis nunquàm prætendi poteſt mutatio prioris domi-
cilii, ex allegatis per *Add. ad Burat. dec. 75. n. 19. Card. de
Luc. de Regal. diſc. 103. num. 5. & Rot. dec. 145. num. 30. &
31. coram Ottob.* Et ad noſtrum effectum per viam legis deter- 12
minatur *in Conſtit. 44. §. Cæterùm, ſeu num. 11.* inter alias
Innoc. XII.

Quam veritatem demonſtrant etiam facta, ſubſequentia
dictam accidentalem nativitatem Renati. Conſtans enim 13
in facto eſt, quòd ab ejus infantia, unacum dicto ejus Patre
continuam moram fecerit in Diœceſi Surrentina uſque ad an-
num 14. circitèr ejus ætatis, dum in præciſa, & indubita-
ta temporis circumſtantia punctualiter non concordarunt
noſtri teſtes, deponentes de illa cum dicta dictione *in cir-
ca*, quæ verificari ſolet in modico, Judicis arbitrio, & ſe-
cundam ſubjectam materiam, ex adductis *in deciſ.
182. num. 20. & deciſ. 205. num. 26. cor. Priol.*

Imò, quòd poſſit etiam verificari in quarta parte plus,
minuſvè, notabilitèr firmavit *Rota in deciſ. 1. num. 10.
par. 17. rec. & in Melevitana Penſionis 16 Junii 1698. §.
talis cor. Card. Priol.* Cùm enim ad Civitatem Venafri ſe
contulerit poſt mortem Patris, quæ contigit de menſe 14
Decembris 1704. Idemque Renatus natus ſit anno 1691.
ex combinatione hujuſmodi circumſtantiarum facti clarè
reſultat, quòd in ætate annorum 14. circitèr, quot efflu-
xerunt à dicto anno 1691. ad annum 1704. poſt obitum Pa-
tris, diſceſſerit à Civitate Surrenti, & Venafrum ſe con-
tulerit.

Imò demonſtratur ulteriùs eadem veritas ex Fide Com-
plateariorum Neapolis; Illi namque dicunt, Auguſtinum,
& Renatum fratres de Maſſa, ab anno 1709. uſque ad an- 15
num 171 . habitaſſe in Regione, vulgò *Ottina* S. Mariæ
Advocatæ Neapolis, nulla facta mentione temporis ante-
cedentis. Igitur ab anno 1691. quo Renatus lucem aſpexit,
uſque ad annum 1709. & ſic per annos 18. circitèr, non ha-
buit domicilium in Civitate Neapolis; Sicuti enim exhibuit
juſtificationes pro dicto tempore, ità illas exhibuiſſet pro an-
nis antecedentibus, ſi in dicta Civitate Neapolis moram fe-
ciſſet, ut conſideranti patet.

Et proindè nullatenùs potuit promoveri, uti originarius
Neapolitanus, ſed debebat promoveri, uti Surrentinus, 16
vel ſaltèm cum Literis dimiſſorialibus Archiepiſcopi Sur-
rentini, quoad primam tonſuram; Quo verò ad mino-
res, & majores Ordines, ſaltem cum Literis teſtimoniali-
bus ejuſdem Archiepiſcopi Surrentini, quatenùs aſſer-
tum

tum Beneficium, ei collatum in Civitate Vicequenſi, fuerit ſufficiens, ut referendo plures reſolutiones hujus S.C. notat *Pignatel. conſult.* 189. *num.* 89. *tom.* 9. & per viam legis generalis ſancivit *Innoc. XII. in ejus Conſtit.* 44. *§. Hinc eſt*, *ſeù num.* 8.

Ad evitandam efficaciam hujuſmodi ſolidarum reflexio-
17 num plures exhibitæ fuerunt exadverſo Atteſtationes, ad probandum, Renatum partim habitaſſe in Citate Neapolis, partim verò in illa Venafri, quæ tamen nullatenùs probant intentum.

Ad quod manibus palpandum, præmiſſo, quod idem Re-
18 natus natus fuit die 7. Novembris 1691. mirum in rei veritate eſt, quòd prætendat hodiè, ab infantia uſque ad annum 1715. ſemper habitaſſe, vel in Civitate Neapolis, vel in alia Civitate Venafrana, non adducendo partitas Librorum
19 Status Animarum dictarum Parochiarum, ſub quibus prætenditur moram feciſſe, ex quibus ictu oculi eadem veritas deſumi poſſet, ut de ſe patet.

Cæterum percurrendo omnes contrarias probationes, nulla ex eiſdem excludit neceſſitatem dictarum Literarum teſtimonialium, quia non excludit moram, & habitationem in Dioceſi Surrentina. Non Informatio Archiepiſcopi Neapolitani, quia eſt reſtricta ab anno 1709. uſque ad annum 1715.
20 ibi: *Conſtare &c. eundem Renatum ab anno 1709. uſque ad annum 1715. aſſiduè commoratum fuiſſe, ac permanſiſſe in hac Civitate Neapolis*. Et proindè in eadem Informatione nullum fieri valet fundamentum circa habitationem, & moram ab anno 1691. uſque ad annum 1709 & ſic per annos 18.

Eadem reſponſio applicatur etiam Atteſtationibus Complateariorum, ac aliorum teſtium, enunciatorum in dicta
21 Informatione Archiepiſcopi Neapolitani, nec non Fidei Parochi S. Mariæ *dell' Avvocata*. Quia omnes loquuntur in eiſdem pariter terminis, & habitationis ab anno 1709. uſque ad annum 1715. ut ex lectura.

Atteſtationes Magiſtratus Surrentini, aliorumque Civium ejuſdem Civitatis, oſtenduntur evidentèr erroneæ ex
22 dicta Informatione Archiepiſcopi Neapolitani, & alia Atteſtatione Complateariorum, & aliorum teſtium Parochię, ſeu Ottinę S. Maria *dell'Avvocata*: Idem enim Magiſtratus teſtatur, *qualmente il Sacerdote Renato Maſſa Napolitano à ſempre viſſuto in tutto il tempo della ſua età nella Città di Napoli, & alcun tempo ancora nella Città di Venafri*. Et tamen dicti alii teſtes Complatearii Neapolis, de quibus in Relatione Archiepiſcopi Neapolitani, aſſerunt dumtaxat, ab an-
23 no 1709. uſque ad annum 1715. in eadem Civitate Neapolis habitaſſe. Et proindè una ex dictis contrariis Atteſtationibus deſtruit aliam.

Fides aliorum quatuor Teſtium loquitur de habitatione Andreæ Maſſæ Patris Renati, ejuſque Matris Victoriæ
24 Amorellæ *per lo ſpazio di* 14. *o* 15. *anni*, & ſic ante nativitatem ejuſdem Renati, quia matrimonium eorundem contractum fuit die 15. Aprilis anni 1674. ut ex fide Parochi, in Secretaria exhibita. Quibus ſi addantur dicti quindecim anni, de quibus loquuntur dicti teſtes, palpatur manibus, illorum depoſitionem percutere habitationem, ac moram uſque ad annum 1689. & ſic nedùm antè nativitatem, ſed etiam ante conceptionem Renati.

Aliæ Fides quatuor aliorum teſtium, deponentium de poſſeſſione Palatii Andreæ Maſſæ Patris Renati, atque ali-
25 quibus annuis redditibus, & Arrendamentis, ab ipſo poſſeſſis in Civitate Neapolis, nullo modo probant illius domicilium in eadem Civitate Neapolis, minuſque excludunt domicilium, & habitationem in Diœceſi Surrentina, concludentiſſimè ex hac parte probatam. Notum ſiquidem eſt, quòd Arrendamenta, de quibus loquuntur dicti teſtes, quæ ſunt ſimilia Locis Montium Urbis, poſſidentur etiam ab Exteris. Prout etiam, quòd ex dominio, & poſſeſſione Palatii, non probetur domicilium, neque habitatio Domi-
26 ni ejuſdem Palatii, in ſpecie probant adducti in *To.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 10. *num.* 59.

Et tamen reſpectu omnium dictarum affectatarum Atteſtationum non omittimus obſervare, illas factas eſſe ſine juramento, ſed ſequenti myſterioſo modo, *da verificarſi anche con giuramento, quando foſſe neceſſario*, & ſic ſine actua-
27 li juramento, in quibus terminis nullam merentur fidem, *ad Text. literalem in leg. Juris jurandi* 8. *Cod. de Teſtib.* cum aliis apud *Rot. dec.* 738. *num.* 4. *cor. Dunoz. jun. & dec.* 234. *nu.* 5. *par.* 1. *rec.*

Remanet tandem Atteſtatio Epiſcopi Venafri Patrui Renati, qui in Literis teſtimonialibus, eidem conceſſis aſ-
28 ſerit, *ipſum apud dictum Epiſcopum ſemper ab infantia vixiſſe*, in qua enunciativa nullum pariter fundamentum fieri poteſt; Nedùm quia illi opponuntur concludentes probationes, demonſtrantes oppoſitum, de quibus ſupra. Sed etiam, quia agitur de Atteſtatione perſonæ, ſanguine, & affectione conjunctiſſimæ Renato, cujus erat Patruus, in quibus terminis ratione d. affectionis nõ meretur tantam fidem, quanta neceſſaria eſt ad plenè fundandam intentionem ejuſdem 29
Renati, & in terminis ſimilium Atteſtationum Epiſcoporum firmavit *Rot. in locis citatis in Tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 7. *num.* 36. quibus addo *eandem Rot. in Colonien, Matrimonii* 19. *Jan.* 1711. *§. Prætereà cor. Falconerio*, loquentem de Atteſtatione Epiſcopi Roſmenſis, Suffraganei, & Vicarii generalis Archiepiſcopi, & Electoris Trevirenſis, ubi, 30
quòd quamvis Rota nullum habuerit dubium circa eximiam ejuſdem Epiſcopi integritatem, nihilominùs ità judicavit, quia Jura canonica, & civilia ibidem allegata diſponunt, ſimilibus Atteſtationibus fidem adhibendam non eſſe, & in 31
terminis teſtis benè affecti *Rot. dec.* 39. *n.* 5. *cor. Peuting. & dec.* 1250. *à num.* 5. *cor. Coccin.* & in terminis teſtis conſanguinei, 32
& affinis *Gabr. de Teſt. concl.* 15. *n.* 1. *& Rot. dec.* 166 *n.* 6 *cor. Celſ. & dec.* 26. *n.* 12. *& ſeq. cor. Cerr.*

Opportunè hìc repetentes, quòd ſi revera Renatus moram traxiſſet in Civitate Neapolis, præter tempus, ut ſupra, narratum, ad terminos dictarum contrariarum Atteſtationum, facili negotio potuiſſet exadverſo concludentiſſimè 33
probari, vel mediante Atteſtatione Parochi, ſub cujus Parochia permanſit, vel adducendo aliam ſimilem Fidem Complateariorum Neapolis; Quia tamen Renati domicilium in Diœceſi Surrentina nullo velamine tergiverſari valet proindè & ratione nativitatis, uti accidentalis in Civitate Neapolis, & ratione domicilii, habiti per longum tempus in noſtra Diœceſi, ad effectum recipiendi Ordines cenſendus ſemper fuit, & eſt Surrentinus, juxtà diſpoſitionem *Conſt. Innoc. XII.* nulloque modo licitè proindè ordinari poterat, ſaltem ſine Literis teſtimonialibus Archiepiſcopi Surrentini, 34
juxta literalem diſpoſitionem dictæ *Conſtit. Innoc. §. Cæterùm*: ibi: *Quòd ſi quis tanto temporis ſpatio in Loco, in quo ex accidenti, ſicut præmittitur, natus eſt, moram traxerit, ut potuerit ibidem canonico aliquo impedimento irretiri, tùm etiam ab Ordinario ejus Loci Literas teſtimoniales, ut ſupra, obtinere, illaſque Epiſcopo ordinanti, per eum in collatorum ordinum teſtimonio ſimiliter recenſendas, præſentare teneatur*: Nedùm enim ex teſtibus, ex hac parte adductis, ſed etiam ex contrariis Atteſtationibus remanet manifeſtum, quòd Renatus tanto temporis ſpatio in Diœceſi Surrentina moram traxit, ſivè ſolus, ſivè cum Epiſcopo Venafri ejus Patruo, ut non uno, ſed multis canonicis impedimentis irretiri potuerit.

Huic ſolido motivo ad probandum, Renatum illicitè ordinatum fuiſſe, junctum fuit aliud à Cauſæ Patrono, innixum prætenſo Proceſſui, contrà ipſum fabricato ante Ordi- 35
num ſuſceptionem in Archiepiſcopali Curia Capuana, & in Nunciatura Neapolis, cujus motivi reſpectu libenter tunc abſtinui, & modò abſtineo ab illius diſcuſſione ex illa ratione, quam his verbis adduxi *in Proem. Inſtit. crim. Neque ab ulla exercitatione magis animus noſter, & profeſſio, quàm à cauſis criminalibus ſit aliena*.

Nec dicatur, quòd hodiè non ſumus in promovendo, ſed in jam promoto, ſeù ordinato, cujus reſpectu procedi ſolet 36
cum majori compaſſione, ac indulgentia, ut in terminis diſpenſationis ab irregularitate obſervant adducti in *Tom.* 1. *par.* 2 *diſc.* 9. *num.* 9. Quia hoc eſt, de quo quæritur, an Renatus fuerit licitè ordinatus; Si autem prædicta urgebant contrà eund. ante dictam Ordinum ſuſceptionem, de ſe patet, quòd illis non purgatis, neque per ſententiam abſolutoriam ex capite innocentiæ, neque ex uno ex aliis tribus capitibus, ex quibus proferri ſolent ſententiæ abſolutoriæ, enumeratis *in Inſtit. Crim. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 9. nullo modo poteſt dici licitè ordinatus, & conſequenter in noſtris terminis, in quibus non quæritur, an Renatus poſſit validè, vel licitè ordinari, 37
ſed ſtrictè, ac præcisè petitur ab EE. VV. declarari actus ordinationis, de tempore præterito expletus, hoc eſt, an licitè fieri potuerit, ſeu an idem Renatus ſit licitè ordinatus, videtur ex hoc etiam capite reſpondendum *Negativè*.

Die 21. Maii 1718. propoſito ſequenti dub. in C. C. *An Sacerdos Renatus Maſſa ſit licitè ordinatus*: Reſponſum fuit: 38
*Negativè*.

# DISCEPTATIO XXI.

## Nepeſina Legati.

*PRO*

PP. S. Franciſci ad Ripam,

*CUM*

Hæredibus Franciſci Galeotti,

## ARGUMENTUM.

*Applicatio Legati pii, facta à R. F. an ſuſtineatur, quando Opus pium injunctum eſt Legatario, & in illius applicatione citatur ſolus hæres, qui procuravit ad ſui favorem Compoſitionem ab eadem R. F. ſibi appropriando ſummam, quæ depoſita reperitur in publico Banco ad præciſum effectum adimplendi dicti Teſtatoris voluntatem.*

1 QUadraginta effluxi ſunt anni, in quibus per duo ferè
luſtra in multis Cauſis, concernentibus intereſſe Rev.
Fabricæ, adjutrices habui manus, per alia verò ſex aliquas
tractavi tanquam Advocatus, *& in 1. Tomo in Compend.
Privil. Rev. Fabricæ*, conſideravi individuales circumſtan-
tias aliarum centum Cauſarum, ab hac S. C. ſolita maturi-
tate deciſarum; Sed nullam tractavi, vel ab aliis Authori-
bus tractatam inveni ſimilem illi, de qua diſputamus, eo
quia in præſenti Cauſa canonizatæ fuerunt duæ propoſitio-
nes, nimium præjudiciales Juribus R. F. Prima eſt, quod
aperitur ſpatioſa admittendi hæredes ad Compoſitionem pro
illa ſumma, quæ realitèr, & cum effectu ab ejſd. depoſitata
2 fuit in publicis Bancis, pro totali adimplemento legati,
quod (ita una voce aſſerentibus omnibus Procuratoribus hu-
jus Sac. Trib.) nunquam in præteritum admittere voluit hęc
S. C. & ſignantèr ultimo loco conſtantiſſimè id facere recu-
ſavit *in una Tuſculana*, in qua agebatur de tenui ſumma ſcu-
torum 300. Secunda, quòd adverſus omnia Jura Mundi
hæredes ex propria culpa commodum reportare poſſunt, eo
quia negligendo adimplementum piorum relictorum, admit-
3 tuntur ad compoſitionem, non ex titulo compaſſionis, &
miſericordiæ, quas præ oculis ſemper habere ſolet hoc S.
Tribunal, admittendo ad compoſitionem pauperes debito-
res; Sed pro captando lucro, & in veram deſtructionem pii
Operis fundationis Conventuum, & quod magis eſt, ferè-
que videtur incredibile, inaudito prorsùs modo, hoc eſt cum
palliato nomine unius ex Procuratoribus R. F. citando ſe ip-
ſos ad docendum de adimplemento Legati, quod voluntariè
negligunt pro obtinenda Compoſitione.

Manibus palpantur hæc in præſenti Cauſa, in qua pius
Teſtator Franciſcus Galeottus Nepeſinus efficaciſſimè exo-
ptans, ut in ejus Patria omninò conſtrueretur Conventus
PP. Refor. S. Franciſci, in ſuo, cum quo deceſſit Teſta-
4 mento, condito die 8. Maii 1643. hæredem inſtituit Domi-
nicum ejus filium, cum hac lege, quod ſi ſine prole deceſſiſ-
ſet, detrahi priùs deberent ex ſua hæreditate ſc. 6000. & in
reliquatu poſtea ſuccedere deberent Divitia, Cynthia, &
Hieronyma, ejus filiæ fœminæ, cum diverſis conditioni-
bus, & ſubſtitutionibus, ad rem non facientibus. Diſpoſuit-
que ulteriùs, quòd ex dicta ſumma ſc. 6000. ſic detracta,
5 ſolveretur rata ſc. 2000. dd. Cynthiæ, & Hieronymæ filia-
bus, alia rata ſc. 1000. traderetur Altari S. Romani, exi-
ſtenti in Eccleſia Cathedrali Nepeſina, & reliqua ſcut. 3000.
applicarentur erectioni, & conſtructioni unius Eccleſiæ,
& Conventus in Civitate, ſeu Territorio Nepeſino, in
quem introduci voluit PP. Reform. Sancti Franciſci ad Ri-
pam.

Anno 1723. deceſſit d. Dominicus hæres inſtitutus ſine fi-
liis, factuſque proindè fuit locus dictæ teſtamentariæ diſpo-
6 ſitioni, & ſic detractioni dd. ſc. 6000 pro cujus exequutione
tunc temporis Syndicus Apoſtolicus PP. S. Franciſci ad Ri-
pam, ſer. ſer. inſtetit coram Viceſgerente, à quo manda-
tum reportavit contra bona hæreditaria d. Franciſci Teſta-
7 toris, cujus vigore deliberata fuerunt nonnulla bona, illo-
rumque pretium depoſitum fuit in Monte Pietatis Ur-
bis.

His peractis, præfatæ Divitia, Cynthia, & Hierony-
ma hæredes, ut ſupra inſtitutæ, inſtiterunt coram eodem
Viceſgerente pro reintegratione fideicommiſſi, ordinati à d. 8
Franciſco Galeotto, ſub prætextu, quod d. Dominicus hæ-
res gravatus illius bona alienaſſet, & non citato d. Syndico
Apoſtolico, minuſque auditis Religioſis, facili negocio Sen-
tentiam obtinuerunt, qua mediante eis conceſſa fuit petita 9
reintegratio fideicommiſſi uſque ad ſummam ſcut. 12160.
& pro effectu d. reintegrationis fuerunt eis aſſignata non-
nulla bona ſtabilia in computum dictæ ſummæ, & pro il-
lius complemento demandata fuit eorum favore conſigna-
tio pecuniarum, exiſtentium in dicto Sac. Monte Pieta-
tis, retractarum, ut diximus, ex deliberatione bonorum,
ut ſupra, ſecuta ad inſtantiam d. Syndici Apoſtolici, cum
illa tamen lege, ut relinqui deberent in eod. Sac. Monte ſc.
3000. ad effectum illa perſolvendi dd. PP. S. Franciſci ad 10
Ripam pro conſtructione Conventus ejuſdem Religio-
nis in Civitate Nepeſina ad formam teſtamenti, non
conſignanda tamen, niſi præſtita per eos cautione de
reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus, &
de liberando à moleſtiis eoſdem hæredes fideicommiſſa-
rios.

In ſequelam dictæ Sententiæ memorati hæredes fideicom-
miſſarii anno 1728. actualiter depoſuerunt in eodem Mon-
te Pietatis præfatam ſumma ſcut. 3000. ad effectum illa ſol- 11
vendi eiſdem PP. S. Franciſci, qui hujuſmodi ſummam
obligati fuerunt relinquere in eodem Monte ad eorum
creditum, ad effectum poſtea illam integrè erogandi in
conſtructionem Eccleſiæ, & Conventus, à Teſtatore vo-
litam, repetita eadem lege, quòd dd. PP. S. Franciſci pręs-
tare deberent cautionem, ut ſupra demandatam in eadem
Sententia.

Non omiſerunt pauperes Religioſi maxima attentione,
& æqualibus diligentiis procurare punctualem exequutionem
dicti Legati, ſeù adimplementi voluntatis d. pii Teſtatoris,
ad quem effectum hoc medio tempore obtinuerunt à C. E. & 12
R. licentiam, nec non à Populo Nepeſino, prout etiam ab
Epiſcopo, & ab aliis Religionibus mendicantibus, oppor-
tunum conſenſum pro conſtructione eorum Conventus, &
Eccleſiæ.

Cæterùm dum hæc agebantur, unus ex Cohæredibus fi-
deicommiſſariis, qui inſimul cum dd. aliis hæredibus pun- 13
ctualiter depoſitum d. ſummę ſc. 3000. fecerat in Monte
Pietatis, reducendo ad praxim vulgatum illud; *Dum
Romæ conſulitur, Saguntum expugnatur*, de quo *Rot. dec.
76. num. 19. coram Anſald.* permiſit, ut ejus actualis Procu- 14
rator, mutuo accepto nomine Procuratoris R. F. ſub nomi-
ne ejuſdem R. F. æqualiter curioſa, & inaudita praxi, ci-
taret ſe ipſam, & alios Cohæredes ad docendum de adim-
plemento dicti legati, vel impetratione gratiæ commutatio-
nis voluntatis in caſum impedimenti, aut inſufficientiæ il-
lius, aliàs illud applicari debuiſſet favore d. R. F. & magna
facilitate, quia ſine contradictore, obtento opportuno De-
creto, non obſtante, quod antea in Actis ſer. ſer. aliis cohæ- 15
redes poteſtati fuiſſent, dictum legatum fuiſſe jam adimple-
tum ex eorum parte, mediante actuali depoſito pecunia-
rum, facto in creditum PP. S. Franciſci, ad quos onus ſpe-
ctabat conſtruendi Conventum, & Eccleſiam, extorſit,
prævia nuda interpellatione, ſeù ſimplici notificatione talis
decreti, facta dictis Religioſis ad ejus inſtantiam, admitti
ab eadem R. F. ad Compoſitionem cum ceſſione jurium, ſo-
lutis duntaxat ſcut. 600. diverſis temporibus, & pro retinen-
da pro ſeipſo inſigni ſumma ſc. 2400.

In his terminis cœpit in Judicium vocare eoſdem Religio-
ſos, & in ſequelam dictæ Compoſitionis, tandem poſt va- 16
rios caſus, & poſt multa rerum diſcrimina, conſultò hìc
omiſſa, obtinuit in prima Inſtantia relaxationem mandati
de conſignando dd. ſc. 3000. exiſtentia in Monte Pietatis, ac
etiam in ſecunda Inſtantia Exequatur d. mandati. Quo cir-
ca modo ab hujuſmodi mandato de exequendo humillimè in-
ſtant dd. pauperes Religioſi, & pro eis eorum Syndicus A- 17
poſtolicus pro nova ſuſpenſiva Commiſſione ulterioris ap-
pellationis cum clauſula: *Alteri, qui ad legitimam*, &
exaudiri confidunt, attenta illius evidenti injuſti-
tia.

Etenim cùm iidem Religioſi gravati ſint onere conſtru-
endi Eccleſiam, & Conventum, à Teſtatore ordinatos, 18
ipſi omninò citandi erant in d. Judicio applicationis d. Le-
gati, in quo demandabatur erectio ejuſdem Conventus, &
Eccleſiæ, ut præcisè volunt, & literaliter expoſcunt De-
creta, & Privilegia R. F. de quibus apud *Veſpign. §. 7. poſt
med.* ibi: *Declaramus, ut Gravatis certus competens ter-
minus*

*minus præfigatur*, cum aliis, citatis *in Compend. Privil. R. F. q. 9. num.* 33. Cùmque ipſi minimè citati fuerint in tali Ju-
19 dicio applicationis, certum eſt, d. Judicium, & applicationem eſſe evidenter nullam, ex inſanabili defectu citationis; Proindéque injuſtè nimis pro effectu d. applicationis, & in illius ſequelam, demandata remanſit, tàm in prima, quàm in ſecunda Inſtantia, conſignatio pecuniarum, ut in pun-
20 ctualibus terminis, ob ſimilem nullitatem Judicii, in quo non fuerunt citati Legatarii, firmavit *Rot. in Rom. Locor. Mont. ſuper Applic fruct.* 11 *Jan.* 1715. §. *Exuberantiùs*, & 2. *Decembr. ejuſdem anni §. Miſſa cor. Card. Scotto.*

Quòd autem Religioſi gravati ſint onere conſtruendi hanc
21 Eccleſiam, & Conventum, & ſic adimplendi Legatum, ad evidentiam uſque demonſtratur: Quandoquidèm idemmet Oppoſitor hoc ipſum inſimul cum aliis Cohæredibus voluit, & rotundis literis declaravit Judex in Judicio, ab ipſis incæpto, & ad eorum Inſtantiam terminato, ut legitur in Sententia, per eum lata ad eorum favorem, &
22 data in Summario, in qua demandatum fuit, ut pecunia legata depoſitaretur, & poſtmodùm conſignaretur Religioſis pro conſtructione Conventus, & Eccleſiæ; Quæ omnia innegabiliter confirmantur ex eorum ſubſequuto proprio facto, dum ipſimet depoſitum fecerunt dd. ſc. 3000. in creditum eorundem Religioſorum, exprimentes, quod hæc ſumma eis conſignari debuiſſet ad effectum, ut illam
23 erogarent in conſtructionem Eccleſiæ, & Conventus. Ex quibus remanet manifeſtum, literis rotundis faſſos fuiſſe, quòd onus adimplendi Legatum, & ſic conſtruendi Eccleſiam, & Conventum, ad dd. Religioſos ſpectaret: Quòd autem propria confeſſio contra confitentem pleniſſimam faciat probationem, imò, quòd etiam de mero poſſibili melior excogitari nequeat, probatio, eſt unum ex primis Juris principiis, de quo *Rot. deciſ.* 7. *num.* 4. *coram Priol.*

Quæ omnia tranſeunt in evidentiam, animadvertendo, quòd dum dicti pauperes Religioſi præſtare debebant in actu
24 receptionis dictæ ſummæ legatæ cautionem de illam reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus, & de liberando ipſos hæredes à quibuſvis moleſtiis, quemadmodùm præſeferunt præciſa verba dictæ Sententiæ, per eos impetratæ, & dictum depoſitum ab eis factum, manifeſtum eſt, quòd in eorum dorſum collatum remanſit gravamen circa erectionem Conventus, & Eccleſiæ, dum dictæ pecuniæ erant præciſè à Judice, & ab omnibus Hæredibus deſtinatæ pro conſtructione Conventus, & Eccleſiæ, & aliis conſignari non poterant, niſi eiſdem Religioſis. Ne-
25 mo enim cogi poteſt ad reſtituendum id, quod non accepit; neque ſuum eſt, ex adductis per *Mart. Medic. exam.* 21. *num.* 5. & *à Boſcol. in reſp. impreſ. apud Cardin. de Luca de Offic. vacab fol.* 272. *num.* 7.

Addito præſertim, quod ipſi Religioſi in prædictorum omnium exequutionem, hujuſmodi onus tanquam proprium præciſè agnoverunt, eò quia poſteà ſemper ſolliciti fue-
26 runt illud ad effectum perducere, ut demonſtrant diligentiæ, factæ pro impetratione Licentiæ C. E. & R. & prò obtinendo conſenſu Populi, & Epiſcopi Nepeſini, aliorumque Intereſſatorum, quem actualiter impetrarunt.

Nec dicatur, quòd litera Teſtamenti præſeferre videatur, hujuſmodi onus conſtruendi Eccleſiam, & Conventum non fuiſſe à Teſtatore literaliter injunctum Religioſis,
27 eo quòd dictus Teſtator dicat, eoſdem Religioſos debere introduci in eandem Eccleſiam, & Conventum, quod denotat, eos conſequi debuiſſe Eccleſiam, & Conventum, quando jam eſſent ædificatæ, & ſic per hoc eis non fuiſſe injunctum onus ædificationis, ſed potiùs illud fuiſſe repoſitum in Perſona hæredum, qui regulariter exequi tenentur voluntatem Teſtatoris.

Cathegoricè enim reſpondemus, quòd Teſtator literali-
28 ter non expreſſit in Teſtamento perſonam, quæ debuiſſet eſſe obligata ad adimplendum legatum, quia impersonaliter loquutus fuit; Quocirca in hoc de jure attendi debet, quòd Judex ſubſequenter declaravit, & quod ipſimet hæredes voluerunt: Dum autem, tàm Judex in ſua Sententia, quàm hæredes in depoſito, in exequutionem ejuſdem Sententiæ facto, ſeriò declararunt, & voluerunt, ut onus, & gravamen executionis dicti Legati eſſet Religioſorum, ut ſupra
29 probavimus, negari non poteſt, quod hoc idem importet litera Teſtamenti, ideque ex vi declarationis, factæ à Judice, & ab hæredibus, qui præſumuntur informati voluntatis Teſtatoris, juxta firmata per *Rot. in dec.* 260. *num.* 1. *coram Benincaſ.*

Ruſrsùs Teſtator ità impersonaliter loquendo cum grano ſalis non dixerit legatum Religioſis, ea ratione, quia ad va- 30
liditatem, & ſubſiſtentiam legati, quod ſit dictis Religioſis, neceſſe eſt, quòd illud non fiat directè ipſis Religioſis, propter eorum incapacitatem, ut notat *Card. de Luc. de Paroch. diſc.* 25. *num.* 11. & firmavit *Rot. deciſ.* 456. *num.* 9. & *ſeqq. coram Merlin* Sed opus eſt, ut fiat directè ipſis hæredi- 31
bus, vel Eccleſiæ, ſub modo licito, qualis eſt prò conſtruenda Eccleſia, vel Conventu, cùm tunc cenſeatur relictum Deo, & ſuſtineatur, & hoc caſu directè peti poteſt per Syndicum Apoſtolicum eorundem Religioſorum, & per ipſum converti in Fabricam Conventus, & Eccleſiæ, 32
ſeù in alios uſus Religioſorum, ut referendo plures reſolutiones hujus Sacr. Cong. advertit, *Rot. coram Merlin. d dec.* 456. *à num.* 9.

Quin juvet replicare, hoc poſſe procedere, ſi agendum fuiſſet cum ipſis hæredibus, ſed cùm eſſet agendum cum R. F. quæ petebat applicationem, & ſolùm tenebatur obſer- 33
vare literam Teſtamenti, hoc caſu non poſſit de nullitate redargui dicta applicatio, jam ſecuta ejuſdem legati, peracta citatis hæredibus tantùm, dùm in litera Teſtamenti ſolùm ipſi hæredes poterant de jure conſiderari obligati ad implementum Legati, non autem Religioſi, & ſic hæredes dumtaxat erant citandi in d. Judicio applicationis, prout citati fuerunt.

Ultra enim ſupra adducta, circa neceſſitatem citandi Religioſos pro validitate dictæ applicationis in Judicio, intentato quidem palliato nomine R. F. ſed revera ab uno ex dictis 34
hæredibus, dictam declarationem fecerat, & Sententiam à Judice obtinuerat, præcipuè poſtquàm ad notitiam R. F. mediante dicta proteſtatione alterius ex hæredibus devenerat depoſitum pecuniarum, factum ea lege, ut exequi deberet à dictis Religioſis.

Reſpondemus ulteriùs, quòd præſens quæſtio tractanda non eſt in puris terminis, in quibus adeſſet ſola litera Teſtamenti: Sed in terminis, in quibus eadem litera Teſtamen- 35
ti fuit ſer. ſer. per Judicem ſolemniter declarata, cum conſenſu, & acceptatione hæredum, qui hoc attento ad notitiam R. F. deduxerunt, ipſos punctualiter adimpleviſſe partem, ſibi ipſis competentem, mediante depoſito, neque ad aliud teneri; In his enim circumſtantiis R. F. non poterat ſimpliciter ſequi ſolam materialem literam Teſtamenti, ſed illam tenebatur unire cum dicta declaratione Judicis, & facto hæredum, ſibi in Actis ſolemniter notificata; Cùmquè 36
declaratio eſſet, quòd onus exequendi Legatum ſpectaret ad Religioſos, ipſos proindè in dicto Judicio applicationis omni jure citare debebat, ex punctualiter firmatis per *Rot. ubi ſuprà num.* 20.

Abſque eo, quod dici poſſit, quod R. F. ignoraret hanc declarationem, eamque perquirere non teneretur, & proptereà benè fecerit citando ſolos hæredes. Reſponſio enim in promptu eſt, quòd R. F. non ignorabat, nec ignorare po- 37
terat præfatam declarationem teſtamentariæ diſpoſitionis, eo quia illa ſpecificè cum omnibus actis, ſententiis, cæteriſque individualibus circumſtantiis ei notificata fuerat in eodem Judicio applicationis ab uno ex Cohæredibus, mediante dicta ſolemni proteſtatione, contra eam in Actis facta, & quæ operatur præſervationem omnium Jurium adversùs R. 38
F. quomodocumque competentium, ex adduct. per *Rot. in dec.* 364. *n.* 6. & *dec.* 377. *n.* 10. *cor. Beninc.*

Demonſtrato itaque ex prædictis, quod applicatio d. Legati, reportata à R. F ſit evidenter, & inſanabiliter nulla, ex maximo defectu citationis, ſequitur, quod dictus hæres, ceſſionarius ejuſdem R. F. frui, ac uti non poſſit beneficio, 39
& effectu dictæ applicationis, quemadmodùm illo uti, & frui non poſſet ipſamet R. F. ex cujus Juribus hodiè inſtat, ut in noſtris terminis firmavit *Rot. deciſ.* 312. *num.* 3. & 7. *coram Caval.* & *dec.* 360. *num.* 11. *part* 10 *rec.* cum aliis citatis in *Comp. Privil. R. F. quæſt.* 42. *per tot.* Et proptereà non ſine injuſtitiæ nota relaxata fuerunt ejus favore mandata de 40
conſignando pecunias legatas, & in monte Pietatis exiſtentes in executionem d. applicationis, ad quod maximum gravamen reparandum, meritò concedenda venit petita appellatio ſuſpenſiva.

Agnoſcitur ex adverſò vis, & efficacia hujuſmodi ſolidi diſcurſus; Sed gratis ubiquè aſſeritur, quod hæc ſumma 41
ſcutorum 3000. ſit prorsùs inſufficiens ad conſtruendam Eccleſiam, & Conventum, unà cum eorum appendicibus neceſſariis, juxta voluntatem teſtatoris, quæ fuit, ut præter Eccleſiam, & Conventum, provideretur de omnibus aliis neceſſariis, dum dixit, ut Religioſi in illa introducerentur, quod denotat omnia neceſſaria, etiam ad ma-

nutentionem Eccleſiæ, & Conventus, confici, & expleri
anteà debuiſſe; Adeòque ratione hujus inſufficientiæ benè
potuerit R.F.devenire ad d. applicationem.

Quamvis autem pro adequata reſponſione ſufficeret unica
42 animadverſio, quod hæc omnia non ſunt præſentis inſpe-
ctionis, ſed examinanda ſunt in ſuo congruo Judicio appli-
cationis, validè faciendo citatis Religioſis; Ad omnem
tamen abundantiorem cautelam ſubdimus hodiè, quod hu-
juſmodi objectum ex duabus reflexionibus apparet prorſus
irrelevans; Prima ſcilicèt, quia ubi à R. F. prætenditur in-
ſufficientia ſummæ, relatæ pro adimplendo Legato, per
neceſſè Legatarius gravatus citari debet, atque ei præfigi de-
bet terminus, vel ad adimplendum, vel ad impetrandam
commutationem voluntatis, aliàs nullitèr proceditur ad præ-
tenſam applicationem, ut ſatis nota, & aperta ſunt Decre-
43 ta, & Privilegia R. F. *de quibus ſuprà num. 18.* Quod adhuc
in caſu in noſtro ſervatum non fuit, dum Religioſi nunquam
citati fuerunt ad aliquid faciendum, neque unquam eis præ-
fixus fuit aliquis terminus ad impetrandam commutationem
voluntatis pii Teſtatoris; Licèt autem dici poſſit, quod ad
eorum notitiam deductum fuerit per d. Cohæredem, præ-
via ſimplici, & nuda interpellatione, quod R. F. obtinue-
44 rat decretum pro applicatione dicti Legati; Adhuc ſimplex,
& nuda interpellatio inefficax prorſus reputatur ad ſalvan-
dam palpabilem nullitatem antecedenter commiſſam in Judi-
cio applicationis, ex inſanabili defectu citationis, omiſſæ
contra Religioſos, qui principaliter de Jure citandi erant
ex ſup. allegatis.

Fortiùs quia dicta interpellatio fuit admiſſa per Judicem
loco ſolius proteſtationis, dum voluit, ut afficeret prout de
de Jure; Et ſicuti de Jure per nudam interpellationem nemo
privari poteſt re ſua, niſi contra eum agatur ſer. ſer. ità Re-
ligioſi privari non potuerunt d. proprio legato in vim dicti
ſimplicis interpellationis; Cùmque probè ſcirent, eorum
45 Jus ſalvum eſſe ex dicta palpabili nullitate, fundata in eſ-
ſentialiſſimo defectu citationis, nullo modo ſibi præjudica-
runt, ſtatim non comparendo, benè *Rot. dec. 254. num. 10.
cor. Seraph.* ibi: *Sed, etſi non reclamaſſet, data injuſtitia
46 ſententiæ, nihil ei obeſſe taciturnitas, cùm ſciverit, Jus ſuum
ſibi ſalvum eſſe, & dec. 236. n. 11. cor. Burat. & dec. 58. num. 15.
par. 15. rec.*

Corruit ſecundò objectum, quia experientia, rerum ma-
giſtra, patet, quòd ſimilis ſumma ſcut. 3000. ſit pluſquam
ſufficiens, imò exuberet, ad totalem, & perfectam erectio-
47 nem Conventus, & Eccleſiæ cum omnibus ſuis annexis,
& connexis neceſſariis, proportionatis humili ſtatui noſtro-
rum Religioſorum, ad d. effectum conſiderando, quòd vix
ſola cœmenta paranda ſint cum pecuniis, & quidem extra
Urbem, extra quam longè minori pretio haberi poſſunt,
ut de ſe notum eſt, eo quia opera Fabrorum, tàm mura-
riorum, quàm lignariorum, aliorumque Miniſtrorum in-
ſervientium, haberi facilè poteſt abſque pecunia à perſo-
nis ipſorummet Religioſorum, in arte pluſquam perito-
rum; Et actualiter in rei veritate habemus alios Conven-
tus, aliaſque Eccleſias, ædificatas, pro noſtra Religione
cum longe minori impenſa ſcut. 3000. ut docemus circa ere-
ctionem, factam in Terra Vallis Curſæ Fundanæ Diœce-
ſis, ubi à fundamentis noſtris diebus erectus fuit Conventus,
48 & Eccleſia, cum omnibus annexis, connexis, mobilibus,
& ſupellectilibus, nedùm pro commodo 12. ſed 20. & ultra
Religioſorum, & impenſa pecuniaria non exceſſit ſummam
ſcut. 2000. ut probatur in Summario, & meliùs juſtificabi-
tur in proceſſu Cauſæ cum melioribus documentis, quæ
modò parantur in dicta Terra à perſonis univerſi Populi,
tanquam publica, & notoria, & ferè ſic de omnibus Con-
ventibus, & Eccleſiis noſtræ Religionis demonſtrari poſ-
49 ſet, cum majori otio referendo originem uniuſcujuſque
Conventus; In qua parte gratias agimus contrariis Defen-
ſoribus, qui in præterita Cauſæ propoſitione, faciendo
partes Magiſtri Domus noſtrorum Religioſorum, omnibus
modis prætendebant hanc veritatem involuere, plus nam-
que domi ſuæ ignarus ſapit, quàm concordatus alienæ,
50 ſunt verba *P. Didaci de Cea noſtræ Religionis Alumni*, reſ-
pondentis ſimili objectioni *in allegatione*, impreſſa *à D.
Pitono tom. 1. diſcept. Eccleſ. 1. num. 78. in fin. fol.
mihi 42.*

Et tamen ad abundantiorem cautelam iſtius veritatis da-
mus Judicium, & Peritiam, Architectorum cum Plancta,
51 qui clariſſimè referunt, quod pro ædificando à fundamentis
Conventu, & Eccleſia pro uſu noſtrorum Religioſorum,
omni ex parte perfectis, & capacibus pro commodo 12.
ex eis, juxtà d. planctam exuberet ſumma ſcut. 3000. ut
probatur in Summario. & originaliter data fuit Plancta in
manibus Secretarii, unà cum enixis precibus ad hoc, ut di-
gnaretur illam ſubjicere fidelibus oculis EE. PP. Ultra quòd
experientia in hac parte notum eſt, quòd omnia magna æ- 52
dificia exigua habuerunt principia, quod his verbis aſſerit
*Card. de Luc. in Miſcel. Eccleſ. diſc 36. num. 1.* ibi:
*Cum illis exiguis principiis, quæ omnia magnifica Opera
habuerunt.*

Demum non officit, quòd ſi hoc permitteretur noſtris
Religioſis, id opponeretur voto eorum altiſſimæ pauperta-
tis, quam profitentur, eo quod ſe immiſcerent in profa-
nis, pecunias pertractarent, & ſæcularia opera, & ne- 53
gotia peragerent. Reſpondemus enim, quòd dum legatum
factum fuit eorum favore ad effectum erogandi in uſus fabri-
cæ, illud licitè per eos, & loco ipſorum, per eorum Syn-
dicum Apoſtolicum, aſſequi poteſt, etiamſi illud magnæ
ſit, & conſiderabilis quantitatis, abſque eo, quod in ni-
hilo opponatur Voto eorum altiſſimæ paupertatis, ut pro- 54
bat *R. P. D. Petra ad Conſtit. Apoſt. tom. 2. ſect. 4. num. 35.
fol. 454.* ubi *ſub num. 37.* refert reſolutionem S. C. id appro-
bantis etiam ſuper annuis relictis, & advertit etiam *Card. de
Luc. de Paroch. diſc. 25. num. 8. & ſeq.* ubi refert ita fuiſſe re-
ſolutum *à Rot. in dec. 263. num. 19. & ſeq. par. 15. rec.* Et ra-
tio eſt, quia hujuſmodi legata ſunt directa in Eccleſias pro 55
cultu divino, & ſic Religioſorum mendicitatem non tollunt,
nec minuunt, & per conſequens peti poſſunt, ut dixit etiam
*Rot. dec. 1219. n. 1. & ſeq. & dec. 1326.* pariter *n. 1. cor. Emer. jun.*
cum aliis citatis *in Comp. Privil. R. F. Fabr. q. 8. per tot.*

Rurſùs non obſtat, quòd etiam ſi dicta ſumma poſſit eſſe
ſufficiens, impoſſibile ſit, quod noſtri Religioſi poſſint cum
ea ædificare Conventum, & Eccleſiam, eo quod impoſſibi- 56
le ſit, quod illam accipere poſſint à Monte Pietatis, atten-
to vinculo cautionis, ab eis præſtandæ de reſtituendo prio-
ribus, & potioribus creditoribus, & de liberando hæredes à
moleſtiis, quam nullo modo, ob eorum altiſſimam pauper-
tatem, præſtare poſſunt, minuſque facilè alios invenire po-
terunt, qui illam eorum nomine præſtare valeant, ut non
ſine bonorum laude, & omnium ædificatione, in ſimili
caſu practicavit Card. Franciſcus Barberinus ſenior: Un- 57
de in hoc caſu ob dictam impoſſibilitatem exequendi piam
voluntatem Teſtatoris intrent Privilegia R. F. pro applica-
tione d. pii Relicti.

Quia dictum vinculum cautionis adjectum fuit in Senten-
tia, & in depoſito, non citatis, neque auditis dictis Reli-
gioſis, & ſic eo nullo modo afficere poteſt, *Text.* eſt literalis 58
*in leg. De unoquoque ff. de Re judicata*, ibi: *Aliter enim judi-
catum tantum inter præſentes tenet*, cum concordantibus,
citatis *à Rot. dec. 910. num. 2. cor. Coccin.* ibi: *Quia licèt ſenten-
tia Conſervatoris detur, tamen &c. non nocet Monaſterio, cùm
illud non fuerit citatum, nec auditum;* Tanto magis, quia de
Jure illud apponi non poterat, eo quia nullus concurſus cre-
ditorum unquam intentatus in præteritum fuit, aut de præ-
ſenti viget ſuper hæreditate Franciſci Teſtatoris, à quo lega-
tum provenit, & ex cujus bonis debetur: Licèt autem con- 59
curſus adſit ſuper hæreditate Dominici ejus filii, hoc nobis
non nocet, quia nihil ad Nos de d. hæreditate Dominici,
à quo nec jota unum, vel apicem aliquem prætendi-
mus.

Adeò autem verùm eſt, quod perperam, & ſine ullo ju-
ridico fundamento vinculum d. cautionis fuit adjectum, quod-
què ſolùm expiſcatum fuerit ab hæredibus, ut impoſſibilita- 60
retur, vel difficilis nimis redderetur noſtris Religioſis con-
ſecutio d. Legati, ut licèt Legatum eſſet ſcut. 6000. ex qui-
bus rata ſcut. 3000. danda eſſet Religioſis pro conſtructio-
ne Eccleſiæ, & Conventus, & quòd reſiduum in rata
ſcutor. 2000. erat capiendum ab ipſis hæredibus, & rata
ſcut. 1000. erat danda Altari S. Romani, ſolùm apponere
affectaverint d. vinculum in d. rata, ſpectante ad Reli- 61
gioſos, non autem in reliquis ratis, ad eoſdem hæredes, &
Altare prædictum pertinentibus, quod ad oculum demon-
ſtrat, d. vinculum cautionis fuiſſe affectatum ſolùm pro im-
poſſibilitando, ut diximus, & non inutilitèr repetimus,
executionem Legati, & hoc modo illud captandi per me-
dium Jurium R. F.

Cæterùm prorſùs abſonum eſt, quod unus ex cohæredi-
bus Teſtatoris, qui juxta ſuam diſpoſitionem tenetur
adimplere hujuſmodi Legatum, admiſſus ſit ad compoſi- 62
tionem à R. F. contra expreſſum decretum hujus S. C.
emanatum die 15. Dec. 1646. in quo literaliter ſancitur, ut
cum hæredibus, obligatis ad ſolutionem hujuſmodi Legato-
rum, factorum Fratribus S. Franciſci, ſivè illorum Eccle-
ſiis, aut aliàs concernentium eorum aliquale intereſſe, nulla fiat
compoſi-

compoſitio, vel remiſſio, aut tranſactio, ut expreſſè legi-
63 tur in eodem decreto, per extenſum relato *à Veſpign. in Comp.
Privil. R. Fabr. fol. mihi 77. & ab R.P.D. Petra ad Conſtit. A-
poſtol tom. 2. ſect. 4. ſub num. 53. fol.* 464. In his enim termi-
nis aliud dici non poteſt, quod ubi in hoc legato R. F. po-
tuiſſet de Jure exercere ſua privilegia, adverſus omnia Ju-
ris principia, voluiſſet jactare ſuum, ſeù veriùs, quod ma-
nifeſtè decepta fuerit, quia ei nullo modo narrata, & expreſ-
64 ſa fuerunt in conceſſione Gratiæ compoſitionis, ea, quæ
neceſſariò exprimenda erant, quæve ipſam retraxiſſent à
conceſſione talis exorbitantis Gratiæ.

Et circa hoc propoſitum cadit alia ſtringens animadverſio,
quod ſine debito candore proceſſum fuit ad capitationem
65 compoſitionis noſtri inſignis Legati, dùm non ſine myſterio
huic S. C. expreſſum non fuit, quod pro hoc Legato in pu-
blico Banco ab hæredibus in adimplementum propriæ obli-
gationis fuerat actualiter, & effectivè depoſitata tota ſum-
ma pecuniarum ſc. 3000. & ſic ex parte hæredum omnia
erant adimpleta, per quod ipſi admitti ampliùs non pote-
rant ad ullam compoſitionem ſuper hujuſmodi Legato, per
eos integraliter ſoluto ex huc uſque animadverſis.

Inſuper non fuit narratum, quòd applicatio iſtius Legati
favore R. F. pertractata, & completa fuerat modis obliquis,
66 & illegalibus, eo quia ille, qui fuit, & actu eſt Procurator
unius ex dictis hæredibus, hodiè Oppoſitoris, egit in Judi-
cio contra eundem ſuum Principalem nomine R. F. quan-
quam in cortice, & nudo nomine uſus fuerit figura unius ex
Procuratoribus R. F. quemadmodum tùm iſte, tùm ipſi in
Inſtrumento apertis verbis declararunt.

Neque color aliquis deſumi poteſt ex eo, quòd pro d. Co-
hærede adſint duo Judicata, quæ in Tribunalia R. F. ha-
67 bent vim trium, & conſtituant rem judicatam. Quando
enim iſta ſunt nulla, & injuſta, ut ſunt illa, de quibus di-
ſputamus, ut latè uſque adhuc demonſtravimus, non ſo-
lùm duo, ſed neque mille Judicata attentionem aliquam me-
rentur, juxtà praxim *S. Rot. in dec. 168. num. 1. apud Con-
ſtant. ad Statut. Urb. & in Imolen. Bonorum 25. Novembris
1705. §. Nihil coram Anſald.* cùm aliis, citatis in *Tractatu
de Livel. cap. 1. §. 19. num.* 11. Et in præciſis terminis non
68 duarum dumtaxat, ſed quatuor Sententiarum hujus S. Tri-
bunalis, habemus caſum, me ſcribente, ſolemniter deciſum
à Signatura Juſtitiæ loco Signaturæ Gratiæ, proponente R.
P. D. Foſſombrono *in Auximana Diviſionis* 18. *Julii* 1715.
in qua Partibus acerrimè informantibus, & exclamantibus
Nobis adversùs injuſtitiam dd. quatuor Sententiarum, ple-
69 nis votis reſcriptum fuit: *Alteri Reverendiſs. Cardinali, qui
ad legitimam cum Voto Rotæ*, ut obſervavi *in Comp. Privil. R.
Fab. q. 8. antè fin.* ſeu *n.* 40.

Non omittimus demum enixè rogarè EE. PP. ut dignen-
tur obſervare, quòd præſens caſus nullum ſimilem anteceden-
tèr habuit, ſed, niſi efficax adhibeatur remedium, multos
70 habebit ſequentes; Hæredes enim piorum Benefactorum,
reducentes ad praxim ea, quæ in hac Cauſa practicata fue-
runt, facili negocio ſubvertere poterunt omnes piorum Be-
nefactorum voluntates. Magna autem exempla habere ſpe-
71 ciem iniqui, notat Author ille, quem tacito nomine ſequitur
*Rot. dec. 308. n. 20. cor. Dun. ſen.*

Die 17. Auguſti 1718. propoſita Cauſa in Congregatione
R. F. Ponente R. P. D. Sergardo illius Oeconomo, reſcri-
ptum fuit: *Alteri Eminentiſſimo*, non attentis exclamatio-
72 nibus contrariis, & inculcatione illius propoſitionis, quod
in Tribunali Fabricæ duæ ſententiæ habeant vim trium, &
rem judicatam conſtituant, ex rationibus, de quibus *in Com-
pend. Privil. R. F. q. u. 13. ſeu n. 40. & 41.* Idemquè reſolvit *in
73 Rom. Locorum Montium ſuper Applicatione Fructuum 28. A-
prilis* 1717. quando reſcripſit *Eminentiſs. Præfecto R. F. cum
Voto S. C. & cum clauſula: Conſtito de duabus*. Repropoſità
Cauſa Die 10. Maij 1719. confirmata fuit reſolutio cum reſ-
cripto: *In deciſis, & Cauſa amplius non proponatur.*

74 Confirmata fuit reſolutio præſentis Cauſæ in Congregatio-
ne habita die 27. Januarij 1720. cum addito ut Cauſa amplius
non proponeretur.

# DISCEPTATIO XXII.

## Poloniæ, & Lithuaniæ Capitationis.

*PRO*

Clero Sæculari, & Regulari.

## ARGUMENTUM.

*Ex quibus urgentibus cauſis ſoleat Apoſtolica Sedes Gratiam
concedere, ut pro magnis neceſſitatibus alicujus Regni,
imponatur Capitatio Clero Sæculari, & Regulari; Et
quando talis Gratia, uti ſubreptitiè extorta, exequutio-
nem non mereatur.*

DE menſe Octob. 1717. SS. D. N Clem XI. porrectæ
fuerunt preces, in quibus narratum fuit (ſunt verba
Brevis) *quòd cùm nobiles Viri Ordinis Regni Poloniæ, &* 1
*Magni Ducatus Lithuaniæ in eorum Comitiis generalibus,
die 1 Febr. 1717. Varſaviæ habitis, de avertendis in poſterùm
calamitatibus, quæ ob retardatas ſtipendiorum, militibus de-
bitorum, ſolutiones, Regnum, & magnum Ducatum hujuſ-
modi, non ità pridèm miſerè afflixerunt, conjunctis ſtudiis egiſ-
ſent, ſalubriaquè cepiſſent conſilia, ut ſtipendia prędictis militi-
bus exactè deinceps perſolverentur, in eamque cauſam dicti Or-
dines eorundem Regni, & magni Ducatus Lithuanię quaſdam
pecuniarum ſummas tribuere, & conferre decreviſſent &c. ii-
demque Ven. Fratres Archiepiſcopi, Epiſcopi, ac dilecti filii Cle-
rus univerſus prędictorum Regni, & Ducatus &c. ſimùl proindè
conſiderantes ob incertum rerum inibi, nec dùm integrè pacata-
rum, ſtatum, & gravem, quàm meritò verenda finitim Turca-
rum Tyranni arma ingerunt, formidinem, validas militum co-
pias in Regno, & magno Ducatu prędictis &c. retineri, ac ſubſi-
ſtere neceſſe eſſe &c. contributionem per capita, ſivè Capitatio-
nem ab univerſo Clero Sæculari, & Regulari dictorum Regni,
& magni Ducatus ſolven. &c præſtare, & conferre obtulerunt, ſi
noſtra, & hujus Sanctæ Sedis ſibi ſuper hoc licentia ſuffragare-
tur, & facultas.*

Cum ſuppoſito, quòd hujuſmodi preces veritati niterentur,
idem SS D. N. cum declaratione, quòd ſpecialem gratiam in
hac parte facere intendebat eidem univerſo Clero Sęculari, & 2
Regulari, enixè ſupplicanti, benignè petitam Gratiam con-
ceſſit, demandando Nuncio, in eodem Regno exiſtenti, *ut
prędictis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbati-
bus, & aliis Perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sęcularibus, quàm cu-
juſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam Ieſu &c ut con-
tributionem per Capita, ſeù Capitationem &c. ſpontè tamen,
& ad biennium proximum, ac pro ſumma, quę eis videbitur
dumtaxat, præſtare, & tribuere &c. abſque conſcientiæ ſcrupu-
lo, & cenſurarum, ac pęnarum Eccleſiaſticarum incurſu liberè,
& licitè poſſint, authoritate noſtra Apoſtolica indulgendi, ac li-
centiam concedendi facultatem, & poteſtatem, tenore præſen-
tium tribuimus, & impartimur.*

Publicato hujuſmodi Breve, non ſinè admiratione obſer-
varunt Eccleſiaſtici, ſub eorum nomine exhibitas fuiſſe SS.
D. N. dictas preces, quas nunquam porrigere cogitaverant; 3
Statim proindè recurſum habuerunt adversùs dictum Breve,
eodem tempore modeſtiſſimè ſe conquerentes, tàm de clara
inſubſiſtentia motivorum, quibus illud innixum eſt, nullam
omninò in facto ſubſiſtentiam habentium, quàm de precibus,
eorum nomine, ut ſupra, abſque facti veritate, porrectis, inſtan-
tiſſimè proindè rogando pro declaratione nullitatis dicti Bre-
vis, utì evidenter ſubreptitii, & manifeſtiſſimè obreptitii.

Fuit autem eis benignè reſponſum, ut infrà: *Capitationem
iſtius Regni Eccleſiaſticis Viris, non Poteſtatis Sæcularis juſ-
ſu, verùm, SS. D. N. beneplacito, ac voluntate impoſitam fuiſ-
ſe, Sanctitatem verò Suam ad hujuſmodi expeditionem duo ſpe-* 4
*ciatim impulerunt. Primum, quia Comitia generalia, Varſaviæ
habita, quibus interfuerunt etiam perſonæ, à Clero deputatę,
in eam unanimiter iverunt ſententiam; Alterum verò, quòd non
aliud Archiepiſcopi, & Epiſcopi iſtius Regni remedium aptius
eſſe retulerunt, quo res iſtic parari poſſent, & frequentibus ob-
viam iri damnis, quæ ex dilatis militibus ſtipendiorum præ-
ſtationibus, graviora in dies oriebantur, & meritò verenda
finitima Turcarum Tyranni arma propulſari poſſent.*

Ex quibus obſervantes iterùm iidem Eccleſiaſtici eviden-
tem comprobationem dictarum ſupreptionis, & obre- 5
ptionis ejuſdem Brevis, reiterarunt eorum humilli-

mas ſupplicationes pro eadem declaratione nullitatis, & revocatione d. Brevis.

De more remiſſæ fuerunt eædem preces huic S.C. & ab hac remiſſæ pariter fuerunt pro Informatione Apoſtolicæ Sedis
6 Nuncio , in illis Partibus exiſtenti ; Cùmque ex una parte per ſpatium ferè ſeptem menſium obtineri nullatenùs potuerit eadem Informatio, quæ ulteriùs nullo modo neceſſaria videtur pro detegenda , & canonizanda ſubreptione ejuſdem Brevis, ex quo illa , ut videbimus infrà, ictu oculo reſultat ex ſola, & ſimplici illius lectura ; Ex alia verò parte ſi longiori tempore expectanda eſſet eadem Informatio, à duriſſimis æquè, ac inexorabilibus Exactoribus dictæ Capitationis res ad ultimum extremum miſeriarum , & deſolationum reducerentur in Regno Poloniæ , & magno
7 Ducatu Lithuaniæ ; Hinc non ſinè fundamento hodiè ſperant, illas eſſe exaudiendas. Eſt enim adeò certa, adeòque in Jure fundata propoſitio hæc, quod quælibet Gratia intelligitur ſemper conceſſa cum ſuppoſito, quòd ſubſiſtant fundamenta illa, ex quibus motus fuit Summus Pontifex ad illam concedendam, ut uno ore admittunt Doctores, & quotidiè reſpondent Suprema, & Collegialia Tribunalia , quòd corruente ſuppoſito, cum quo Gratia conceſſa fuit, neceſſe omninò ſit, ut etiam ipſamet Gratia corruat , ut videre eſt apud citatos *in dec. 582. num. 12. coram Dunoz. jun. & dec. 274. num. 4. par. 17. rec. & in Colonien. Canonicatus* 4. *Febr.* 1699. *§. Hinc neque , cor. Card. Scotto ;* Inferentes propterea iidem
8 Doctores, quòd Gratia, ſubreptitiè , vel obreptitiè extorta, perindè habenda ſit, ac ſi non fuiſſet conceſſa, ex allegatis *in dec. 41. n. 7. par. 18. rec.*

Quod eſt adeò verùm, ut procedat, etiamſi in gratia non exprimantur per modum conditionis motiva illa , ex quibus eadem gratia conceſſa fuit, ut in ſpecie reſpondendo *S. Thomæ Cantuarienſi Archiepiſcopo*, qui pro Eccleſiaſticæ Im-
9 munitatis defenſione impiorum gladiis occubuit , ſcripſit *Alex. III. in epiſt.* impreſſa *in 3. General. Concil. Later. par. 7. cap. 18.* & regiſtrata *in cap. 2. de Reſcript.* ſequentibus aureis verbis: *In hujuſmodi Literis intelligenda eſt hæc conditio , etiamſi non apponatur , ſi preces veritati nitantur*: cum concordantibus, citatis *à Rot. dec. 155. nu. 5. par. 4 rec.*

Preces autem, quibus innixa eſt dicta Gratia , ſeù Breve longè à veritate abeſſe, ictu oculi ad hominem demonſtratur ex ſola, & ſimplici lectura dd. Comitiorum generalium,
10 Varſaviæ celebratorum die 1. Febr. 1717 quæ per extenſum impreſſa exhibentur, & ad quæ expreſſa habetur relatio , tàm in dicto Brevi : ibi : *Cùm dilecti filii &c. in eorum Comitiis generalibus die 1. Febr. proximè præteriti Varſaviæ habitis &c.* quàm in Reſponſo, de quo ſupra *num. 4.* ibi : *Comitia Generalia, Varſaviæ habita, in quibus interfuerunt etiam perſonæ, à Clero deputatæ , in eam unanimiter iverunt ſententiam.*

Non adeſt autem in Jure propoſitio magis certa , magiſque communiter ab omnibus Doctoribus , & collegialibus Tribunalib. amplexa, quàm, referens nunquam eſſe attendendum, quando de relato non conſtat, ex adductis *per Rot. dec. 208. num. 4. cor. Bich. & dec. 390. num. 15. cor. Priol.* Quod mul-
11 tò magis admittendum eſt in præſenti, in quo ex combinatione relati, & referentis conſtat evidenter de oppoſito , & quidem abſque ulla intellectus operatione , ſed ex ſola, & ſimplici lectura relati , qui eſt verus, & certus modus detegendi inſubſiſtentiam referentis, ex adductis per *Arguel. de Le-*
12 *git. Contrad q. 2 art. 6. n. 188. & n. 194. & de Acquir. poſſeſſ. q. 2. art. 4. num. 134. & Capyc. Latr. dec. 168. num. 45. & 135.* & firmatis per *Rot. dec. 756 num. 1. par. 18. rec.* ubi, quod omnino clarum dicitur id, quod ex ſola Librorum aperitione reſultat.

Non minùs clara eſt ſubreptio, & obreptio circa aliud motivum ejuſdem Brevis, in quo legitur, Capitationem fuiſſe
13 conceſſam ob formidinem , quam ingerebant finitima Turcarum Tyranni arma. *Hujuſmodi enim timor* ( ſunt verba Eccleſiaſticorum in humillimis illorum precibus ) *apud Nos per Dei gratiam ad hæc uſque tempora minimè auditur, nec ulla*
14 *ejus videntur eſſe præparamenta, imò nec aliquandò in tractatu circa hoc conſultum fuiſſe , nec ad præſens eſſe ;* Et quod magis eſt, dùm hæc ſcribimus, idem Turcarum Tyrannus ſpecialem tranſmiſit Ablegatum ad Poloniæ Regem , ad rogandum ea , quæ pacis ſunt , ut toti Orbi notorium eſt.

Et proindè ad evidentiam ex huc uſque animadverſis comprobata inſubſiſtentia dictorum duorum motivorum ,
15 quibus innititur dictum Breve , nulla videtur ſupereſſe difficultas reſpondendi pro illius non executione: Summi enim Pontifices in his circumſtantiis libenter exaudiunt preces illorum, qui aperiunt inſubſiſtentes inſinuationes, eis factas
pro ſimilibus Gratiis extorquendis , ut in ſpecie ſcripſit , 15
*Alex. III. Gerardo Archiepiſcopo Ravennaten.* ut videre eſt in *cap. Si quando de Reſcript.* ibi : *Quia patienter ſuſtinemus , ſi non feceris, quod prava nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.*

Supplicantes hic obſervare , quod ſumus in terminis Gra-
tiæ, in quibus uno ore receptum eſt inter Canoniſtas , quod 16
ſubreptio etiam in minimis eandem Gratiam in totum vitiat, quodque falſi expreſſio , & veri taciturnitas in gratioſis ſemper præſumitur doloſa , quidquid dicendum ſit in aliis materiis; Ut de prima concluſione videri poſſunt Doctores, quos refert , & ſequitur , *Fagn. in cap. Super Literis num. 16. & 17. de Reſcript.* ibi : *A fortiori locum habet etiam in privilegiis, quia mendacium necat privilegium , ut dicit Bal-*
*dus &c. & ſubreptio magis vitiat Literas gratioſas , quàm* 17
*Literas ad beneficia &c. Undè ſubreptio in gratioſis , etiamſi ſit minima , eſt attendenda &c. etiamſi Papa alias fuiſſet conceſſurus &c. Rot. deciſ.* 350. *coram Put. lib. 1.* ibi : *Expreſſio falſa in Gratiis , etiam quod aliàs Princeps ſit conceſſurus , reddit Gratiam ſubreptitiam, & coram Coccin. dec. 675. nu. 3.* ibi : *Quæ ſubreptio , cùm verſemur in gratioſis, etiam quod minima ſit , eſt attendenda* ; Et de ſecunda recognoſci poſſunt citati ab eodem *Fagn. in d. cap. Super Literis num.*
*45. de Reſcript.* ibi : *In Literis autem gratioſis ſtat regula in* 18
*oppoſitum , quia expreſſio falſi , & taciturnitas veri ſemper præſumitur cum dolo, ſecundum Innoc. &c. Rot. dec. 20. num. 4. coram Seraph. & dec. 155. num. 5. par. 4. rec.* ibi : *In gratioſis &c. quælibet falſa expreſſio doloſa præſumatur , & Gratiam vitiet.*

Pro quorum faciliori admiſſione dignentur EE. PP. eorum
miſericordes oculos convertere erga infeliciſſimum præſen- 19
tem ſtatum florentiſſimi olim Poloniæ Regni , magnique Ducatus Lithuaniæ, toti Europæ, totique Aſiæ notum ; Ferè enim per quatuor luſtra continuò expoſitus fuit militari licentiæ, rapiniſque militum, etiam domeſticorum , nempè Polonorum, Saxonum, Suecorum , & Moſchorum , à quibus ad illos calamitatis, & miſeriæ confines hodiè redactus eſt, ut in ſola Diœceſi Gneſnen. 200. Parochi coacti
fuerint ad derelinquendum eorum Parochiales Eccleſias , 20
& ad ſuſtinendam propriam vitam , oſtiatim mendicando ; Itaùt legentibus epiſtolas , quæ ab afflictis Eccleſiaſticis tranſmittuntur, in quibus ſubmiſſiſſimè implorant miſericordiam , & compaſſionem à SS. D. N. & ab hac S. C. vix permiſſum ſit à lacrymis temperare. In precibus enim , eidem SS. D. N. directis, & ſubſcriptis ab omnibus ferè Superioribus generalibus omnium Religionum , exiſtentium in
Regno Poloniæ, & in magno Ducatu Lithuaniæ, non du- 21
bitarunt, omni confuſione contempta , hæc ſcribere : *Difficulter emendicato pane tenuiter alimur.*

II. Dignentur reflectere, quòd in hujuſmodi verè miſerabili ſtatu, in quo hodiè conſtitutus reperitur idem Clerus ,
adhuc in ultimis Comitiis generalibus , Varſaviæ habitis 22
menſe Febr. 1717. fecit quantum potuit ad occurrendum communibus indigentiis propriæ Patriæ , ſe offerendo paratum ad ſolvendos flor. 346666. & groſſos 22. quos æquè duri, ac inexorabiles Exactores non ſine magno rigore exigere non ceſſant ; Itaùt ſi ulteriùs obligentur ad aliud diſtinctum onus Capitationis , loco totalis exemptionis , quæ omni jure
Eccleſiaſticis Perſonis competit, ex adductis *in Inſtit. Crim.* 23
*lib. 3. tit. 9. num. 80.* duplici gravarentur onere , adverſus omnia Juris principia, de quibus *in leg. Navis onuſta §. Cùm autem ff. ad Leg. Rhod. de Jact.* ibi : *Quia non debet duplici damno onerari , & in leg. Titia cum teſtamento §. Qui invita ff. de Legat. 2.* ibi : *Non eſt enim veriſimile , Patrem duplici præſtatione dotis filium , eumdemque hæredem , onerare voluiſſe.* cum concordantibus citatis *à Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 97. num. 4. & Rot. deciſ 972. num. 8. par. 1. rec.*

III. Præ oculis habendæ pariter ſunt aliæ antiquiores
contributiones , quibus annis proximè præteritis de fa- 24
cto ſubjecti fuerunt iidem Eccleſiaſtici, itaùt illarum triplicato , & ulterior multiplicatio hodiè omninò intolerabilis reddatur , ſed potius in his circumſtantiis , & maximis anguſtiis eorum miſeriæ miſerendum eſt , eorumque afflictioni nova non videtur addenda afflictio , ut in ſimili ſcriptum reliquit *Innoc. III. in cap. Ex parte de Cleric. ægrot* cum concordantibus, citatis *in Tom. 1. p. 2. diſc. 16. n. 19. & ſeq.*

IV. Speciali pariter animadverſione dignum videtur ,
quòd perſonæ laicæ ( quæ Eccleſiaſticis nimis infenſę ſunt , 25
experientia teſte , & id obſervante *Bonif. VIII. in c. Cleri-*

*tis*

*ctis 3. de Immun Eccleſ. in 6.* quem ſequutus fui *in Tom.2. p.2. diſcept.25.num.154.*) immunes prorſus ſunt à dicta Capitatione: Videtur proindè magnum inconveniens, & intole-
26 rabile abſurdum, ut perſonæ Eccleſiaſticæ, de jure magis privilegiatæ, majus in hac parte præjudicium ſentiant, longeque majora onera ſupportent circa illas res, illaque pericula, quæ aſſeruntur communia cum iiſdem Laicis.

V. Rigoroſiſſimus modus exigendi prætenſam Capitationem ſuam quoque meretur animadverſionem, dum inexorabiles milites, quibus pro majori parte cura exigendi di-
27 ctam Capitationem attributa fuit, omnia ſibi permiſſa putant pro illius punctuali executione: Accedentes enim ad domos Eccleſiaſticorum militari licentia portas per vim aperiunt, & quidquid intus inveniunt, intercipiunt, grabatos tollunt, comeſtibilia conſumunt; Unico verbo omnia devaſtant, ſecum portant, & vendibilia exponunt,
28 ejectis propriis Dominis ab eorum Domibus, & tutiſſimis habitaculis, ut dicitur in *leg. Plerique ff. de Jus vocnnd.* quæ omnia notoria ſunt in illis Partibus.

VI. Omni conſideratione dignum eſt, quod juxta ea, quæ in ſimili refert *Tacit lib.15. Annal.* ibi: *Peterent quod eripuerant*, quod retuli *in Tom.2. par.1. diſcept.29. num.57.* eadem Capitatio prædictis modis de facto ſtrangulatorio modo exigi cæpit per ſex menſes ante conceſſionem dictæ
29 Gratiæ, ſeu ante expeditionem dicti Brevis, quod in Partibus notorium eſt, & non obſcurè deducitur ex lectura ejuſdem Brevis, in quo nemine loquente pro Clero Sæculari, & Regulari Poloniæ Regni, & magni Lithuaniæ Ducatus, prorſus ignaro omnium illarum rerum, quæ in Urbe tractabantur, procurata fuit abſolutio illorum, qui eandem Capitationem exegerant ante expeditionem dicti Bre-
30 vis cum iſtis dubitativis verbis, *quatenùs dictam Capitationem abſque Sedis Apoſtolicæ licentia receperint*. Quæ omnia manifeſtam ſubreptionem, & evidentem obreptionem dicti Brevis digito demonſtrant, eo quia ſi non ſub verborum involucro, ſed æquali candore, ac claritate SS. D. N. narratum fuiſſet dictum innegabile factum, vel nullo modo, vel
31 ſaltem difficiliùs dictam Gratiam conceſſiſſet, quod ad noſtrum effectum ſuperabundat ex adductis per *D. Piton. diſcept. Eccl. 48. nu. 8 & Rot. dec. 214 n. 2. cor. Mantic. & dec. 302. n. 5. cor. Bich & dec. 83. n. 17. cor Anſald.*

Et vivam hujus concluſionis rationem, palpabilemque congruentiam adducit *Sac. Conc. ſeſſ. 24. de Reform. Matrim.*
32 *cap.5.* his verbis: *Non enim dignus eſt, ut Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, qui ejus ſalubria præcepta &c. contempſit*, cum concordantibus, citatis *ſupr. diſc. 1. §. 6. num. 26.*

VII. Supplicamus benignè reflectere ad inſignem novitatem, quæ introduci exadverſo prætenditur in Poloniæ Regno, in quo ſimilis Capitationis eccleſiaſticarum perſo-
33 narum onus prorſus inauditum, novumque eſt, & in quo, ad differentiam omnium aliorum Regnorum Mundi, notorium eſt, ad aliquid ſtatuendum, publica negocia reſpiciens, inalterabiliter requiri trium Ordinum uniformem conſenſum, & aſſenſum, quod exadverſo negari non potuit, fuitque etiam SS. D. N. expreſſum, cum inſubſiſtenti tamen ſuppoſito, quod dictus uniformis conſenſus, & aſſenſus trium Ordinum Regni accederet, ut patet ex ſupra animadverſis *num. 4.* ibi: *Quia Comitia generalia, Varſaviæ habita, quibus interfuerunt etiam perſonæ, à Clero deputa-*
34 *tæ, in eam unanimiter iverunt ſententiam*; Quod ex hucuſque animadverſis nullo modo ſubſiſtit: Novitates autem ſemper pernicioſas exiſtere, nihilque magis animos perturbare, quàm innovare aliquid, & à conſuetudine alienum facere notant adducti ſupra *diſcept. 18 à n. 65. & in Tom. 2. par. 2. diſcept. 17. nu. 109.*

VIII. Specialiſſima animadverſione dignum eſt ſolitum Moſchorum, & Suecorum, doloroſa experientia notorium in Poloniæ Regno, magnoque Ducatu Lithuaniæ, aliiſ-
35 que vicinis Regionibus; Illi ſiquidem quando armorum vi Provincias aliquas, Civitateſque occupant, regulant Contributiones à Tariffis, ſeu Libris, quos vocant Caſtrenſes, & in quibus adnotatæ reperiuntur antiquæ impoſitiones, ſeu contributiones: Si igitur (quod ſemper avertat Deus) in futurum renovarentur invaſiones illæ, quæ noſtra ætate omnium oculis expoſitæ fuerunt in Poloniæ Regno, magnoque Lithuaniæ Ducatu, actum erit de utroque Clero
36 Sæculari, & Regulari, eo quia invenirent apertam portam, & ſpatioſam viam multiplicatis Capitationibus, de qua hodiè quæſtio eſt; Breve ſiquidem, & efficax ſolet eſſe iter per exempla, ut experientia notum eſt, & obſervant adducti *ſupra diſcept. 1. §. 6. à num. 28.*

IX. Non minorem meretur reflexionem maximum exemplum, quod in toto Catholico Orbe ſtabiliretur, eo quia motiva, expreſſa in dicto Brevi, & innixa ſoli aſſertivæ Supplicantium, quod accedit conſenſus totius Cleri, de quo 37
in noſtris terminis non apparet, imò concludenter conſtat de evidenti diſſenſu, & innegabili oppoſitione; Nec non timor armorum Turcarum Tyranni, facili negocio verificari poſſunt, & utinam in dies non verificarentur, reſpectu aliarum multarum Provinciarum, & diverſorum Regnorum catholici Orbis. In Regno verò Poloniæ, & magno Ducatu Lithuaniæ hujuſmodi cauſa ſemper eſſet æquè parata, ac evidens, ut de ſe notum eſt. Magna autem exem- 38
pla non eſſe de facili admittenda, ſcriptum reliquit Author ille, quem tacito nomine refert, & ſequitur *Rot. in dec. 308. num. 29. cor Dunoz. ſen.* Atque habemus in hac parte rotundum *Text. in cap. Cùm teneamur de Præbend.* ibi: *Aquanimiter ſuſtinemus, ſi pro eo mandatum noſtrum nondum duxe-* 39
*ris exequendum*, quem ſequitur *Oldrad conſ. 262. num. 1. in fine*, ubi, quod ad evitanda ſimilia pericula, & inconvenientia, *neaùm factum Epiſcopi debet ceſſare, ſed etiam Gratia D. Papæ.*

X. Et ultima reflexio in eo conſiſtit, quod quatenùs, his omnibus non attentis, Capitatio ſuum haberet effectum, illa exigeretur adverſus expreſſam voluntatem SS. D. N.
Cùm enim ex una parte in d. Breve ſequentibus rotundis li- 40
teris appoſita legatur expreſſa conditio: *Dummodò tamen pecuniæ, indè proventuræ, in cauſam ſupradictam, & non in alios uſus convertantur, & erogentur*: Ex alia verò parte cauſæ illæ, propter quas SS. D. N. motus fuit ad approbandam d. Capitationem, ex hucuſque animadverſis, apparent penitùs inſubſiſtentes, & nullatenùs facti veritati innixæ, remanet pluſquam evidens, palpaturque manibus, quod 40
Capitatio, de qua diſputamus, verè, & realiter exigeretur adverſus expreſſam voluntatem, & claram mentem SS. D. N. Et quod magis eſt pecuniæ, indè provenientes, erogarentur, & converterentur in uſus, penitùs diverſos ab illis, qui præſcripti fuerunt in d. Breve, quod nullo modo tolerandum videtur ex adductis per *Barb. axiom. 99. nu. 4.*

Die 21. Julii 1718. relatis ſupradictis precibus in Sac. C. particulari Immunitatis Eccleſiaſticæ, reſcriptum fuit: 42
*Dilata.*

Scripſi pariter in alia ſimili Cauſa *Colonien.* pro Clero Sæculari, & Regulari, in qua Sac. C. I. Ponente Card. Vallemano, tunc ejuſdem Sac. C. Secretario, die 18. Decembris 1696. Partibus acerrimè informantibus, reſcripſit: *D. Nuncius procedat ad ulteriorem exequutionem Brevis; Servata tamen forma illius, ſignanter circa erogationem pe-* 43
*cuniarum in cauſam expreſſam. Et ſalvo jure Recurrentibus imputandi, ſi quid in hanc cauſam, poſt datam dicti Brevis, exactum fuiſſet.*

---

# DISCEPTATIO XXIII.

## Romana Sepulturæ.

PRO

Parocho SS. Quirici, & Julittæ.

CUM

Fabio Puro.

### ARGUMENTUM.

*Filius quando ſepeliri debeat in Eccleſia Parochiali, vel in Sepulchro Majorum, & quibus concurrentibus Sepulchrum poſſit dici ſuorum Majorum, tàm de Iure communi, quàm attento tenore Statuti Cleri Urbis.*

Proceditur in hac Cauſa cum illo ſuppoſito, quod Sepulchrum Fabii Puri, poſitum in Eccleſia S. Anaſtaſiæ, dicatur, & ſit ejus Majorum, quod nullam omninò habet 1
in facto ſubſiſtentiam.

Ad quod demonſtrandum præmitto, Tractantes de Sepulturis uno ore dividere Sepulchra in tres ſpecies (quæ, quamvis inter ſe ſint ſeparatæ, & diſtinctæ, poſſunt tamen 2
uni-

unitim verificari reſpectu unius Sepulturæ, juxta id, quod
contingere poteſt in Sacrilegio locali, reali, & perſonali,
ex animadverſis *in Inſtit. Crim. lib.3. tit.4. num.72.)* nempè
in hæreditaria, in familiaria, ſeu gentilitia, & in Sepul-
chra Majorum, ut videre eſt apud citatos *à Garz. de Ex-*
3 *penſ. cap.8. num 4. Ventrigl. in Praxi part. 1. annot. 52. de*
*Elect. Sepultur. §. unico num 25. verſ. Et quod Sepulturæ, &*
*Paſqualig. quæſt. moral. juridic. 76. num.4. ſeqq.* & ſunt *Textus*
*literales in leg. Familiaria, & leg. ſequen. ff. de Religioſ. &*
*ſumpt. Funer.*

Omiſſis autem duabus primis ſpeciebus, ad rem noſtram
non facientibus, explicant iidem Doctores dictam tertiam
4 ſpeciem, & aſſerunt Majorum Sepulchra eſſe illa, quæ con-
ſtructa fuerunt à Patre, Avo, vel aliis Aſcendentibus,
Affirmantes proindè in hac Sepulchrorum ſpecie, Majo-
rum appellatione primò, & principaliter venire omnes Aſ-
cendentes ex parte Patris, ſecundariò verò, & in ſubſidium,
5 venire etiam Aſcendentes ex parte Matris, nullo autem
modo contineri Conſanguineos, & Affines, Collaterales,
ſeu Tranſverſales, ſed reſtrictivè contineri ſolos, & ſim-
6 plices Aſcendentes, ut notant adducti per *Barboſ. Tractat.*
*var. tit. De Appellativ. appellat. 137. num.5. & de Paroch. cap.*
*26. num.32. Amoſtaz. de Cauſ. piis part.2. cap.8. de Funer. num.*
*27. Samuel. de Sepult. fol. mihi 275. num.13. Panimol deciſ.5.*
*adnot. 3. num.15. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.48.*
*num.23. & Reverendiſs. Petra ad Conſtit. Pontific. Tom.2. ad*
*conſtit.2. Honorii III ſect. unic. nu.25. fol. mihi 393.*

Cum hac Juris communis diſpoſitione, & Doctorum
communiſſima opinione, nedum concordat noviſſimum
7 *Statutum Cleri Urbis*, ſed ulteriùs reſtringit ſignificationem
verbi *Aſcendentium* ad ſolos Aſcendentes per rectam lineam
maſculinam, ut videre *in cap.3. de Jure eligendi Sepultur.*
*§.5.* ibi: *Sepulchrum Majorum illud dicitur, quod à Patre,*
*Avo, ſeu aliis, per lineam Aſcendentium maſculinam, con-*
8 *ſtructum fuit.* Quod Statutum, uti à Papa ſpecificè confir-
matum, dicitur Lex Papalis, & propterea in Urbe, uti
Pontificia Conſtitutio ſervanda eſt, ex adductis *in Tom. 2.*
*part.1. diſcept.2. num.29. & diſceptat.10. num.20.* ubi in ſpe-
9 cie ſermo eſt de dicta confirmatione Statuti Cleri Urbis.

Hoc præmiſſo, clarum eſt, Sepulchrum Fabii Puri,
10 exiſtens in Eccleſia S. Anaſtaſiæ, hæreditario jure ad ip-
ſum perventum, nullo modo, nulloque colore dici poſſe
Sepulchrum ſuorum Majorum, quia illud non fuit conſtru-
ctum, neque ab ipſo, neque ab ejus Patre, Avo, vel alio
Aſcendente maſculino per rectam lineam Aſcendentium,
11 & propterea ego fateor ingenuè meam imbecillitatem, ne-
ſcio percipere, quomodo obnubilari poſſit veritas hæc, adeo
patens, adeoque evidens, ut ex ſola terminorum notione
innegabilis ſit.

Quod autem Sepulchrum, de quo agitur, ſit ſimpliciter
hæreditarium dicti Fabii, ad oculum deſumitur ex illa in-
12 negabili facti circumſtantia, quod idem Sepulchrum con-
ſtructum fuit anno 1681. à Petro de Sanctis, qui, ultra ejus
Arma gentilitia, ſequentia ſtylo ferreo incidere fecit ſuper
ſepulchrali lapide: *Hic immutationem expectat Familia de*
*Sanctis*, quæ qualitatem gentilitiam reſpectu ſolius Familiæ
de Sanctis digito demonſtrant, ex adductis *à Capyc. Latr.*
13 *conſult.94. num.17. lib 2. & Ventrigl. in Prax. par.1. annot.52.*
*de Elect. Sepult. §. unico num. 24. verſ. Et quod Sepulturæ,*
*Antonell de Regim. Eccleſ. lib.3. cap 6. num.35. Ricc. in Prax.*
*par.1. reſol.575. nu.2. & Moron. reſponſ.51. n.65.*

Admittitur ulteriùs in facto, quod anno 1713. idem Se-
pulchrum relictum fuerit, unà cum ejus univerſa hæredita-
14 te, à dict. de Sanctis Livio Cæſalano, ejus ex Sorore ne-
poti.

Et demum non negatur, anno 1716. hæreditario pariter
titulo perveniſſe ad Fabium Purum, ex Sorore nepotem
ejuſdem Cæſalani.

Ex quibus remanet manifeſtum, quod idem Sepulchrum
non ſolùm non eſt, neque dici poteſt Sepulchrum Majorum
15 reſpectu Familiæ de Puris, ſed quod neque etiam dici poteſt
familiare, ſeu gentilitium ejuſdem familiæ, ſed ſolùm ap-
pellari valet Sepulchrum hæreditarium; Idque tali, tanta-
que evidentia, ut ſi in Scholis, gratia exempli, adducen-
dum eſſet exemplum, excluſivum Sepulchri Majorum in
aliqua Eccleſia Urbis, ſequendo phraſim *cl. mem. Cardin.*
*Sfondrati in Libro, cui titulus Legatio Romam fol. mihi* 100.
16 abſque ulla exageratione, & cum omni ſermonis proprieta-
te, adduci poſſet Sepulchrum Familiæ de Puris in Eccleſia
S. Anaſtaſiæ; Eò quia illud, habito reſpectu ad duplex
medium tranſverſalium fœminarum, hæreditario titulo ad
eandem Familiam Puram pervenit, nulloque autem modo
conſtructum fuit à Patre, Avo, vel alio Aſcendente maſ-
culino per rectam lineam ejuſdem Fabii Puri, quod omninò 17
requiritur ad hoc, ut Sepulchrum poſſit dici ſuorum Majo-
rum ex clara, & cubitali diſpoſitione Statuti Cleri, de qua
ſupra *num.7. & 8.*

Neque juvat reflexio, quod ad noſtrum effectum non eſt
incipienda numeratio Generationum à Fabio Patre, ſed ab 18
ejus Filia defuncta, cujus reſpectu negari non poſſit, quin
idem Sepulchrum, uti ſpectans ad ejus Patrem, hodie dica-
tur Sepulchrum Majorum, quia abſque ullo dubio Pater ve-
nit appellatione dictorum Majorum, ex authoritatibus ſu-
pra citatis.

Reſponſio enim æquè cathegorica, & literalis deſumitur
ex dictis cubitalibus verbis Statuti Cleri Urbis, quod ad-
hoc, ut Sepulchrum reſpectu filii dicatur eſſe ſuorum Ma- 19
jorum, non contentatur ſimplici acquiſitione, vel titulo
hæreditario, vel alio titulo oneroſo, facta à Patre, ſed re-
quirit effectivam, & materialem conſtructionem, factam
de ordine, & expenſis Patris, vel aliorum ex recta linea 20
Aſcendentium maſculinorum, juxta dicta cubitalia verba,
opportunè hic repetenda: *Sepulchrum Majorum illud dici-*
*tur, quod à Patre, Avo &c conſtructum fuit*; Supplicantes 21
obſervare verbum hoc, *conſtructum*, longè diverſum ab alio
*acquiſitum*, vel ſimile, & propterea alii tituli acquiſitionis
nullo modo adduci poſſunt ad eludendam claram diſpoſitio-
nem d. Statuti, quod uti Papalis lex ſervandum eſt, ex ſu-
pra allegatis *num.8.*

Fortiùs, quia contraria prætenſio tendit ad corrigendam
diſpoſitionem Juris communis, quo attento quilibet ſepel- 22
liendus eſt in ſua Parochiali Eccleſia juxta *Textus in cap.*
*Omnis de Pœnit. & remiſſ. & in cap. Is, qui de Sepultur. in 6.*
cum concordan. apud *Rot. in Rom. Juris tumulandi 20. Fe-*
*bruarii 1702 §. Nonnulla cor. Card. Priolo.* Et proindè in 23
iſtis terminis omnes regulę militant pro excludenda quacum
que detorſione verborum dicti Statuti, quia in omni diſpo-
ſitione ſemper quò minus fieri poteſt corrigendum eſt jus
commune, omniſque ſumenda eſt congrua interpretatio pro
favorabili reditu ad idem Jus commune, ut de prima con-
cluſione habemus *Textum in leg. Præcipimus, Cod. de Ap-* 24
*pellat.* quem ſequitur *Rota in Romana Matrimonii 4. Februa-*
*rii 1697. §. Et multò minus coram Urſino*; Et de ſecunda no-
tant adducti *à Gratian. diſcept.976. num.8.* cum aliis, allega- 25
tis *in tom.2. par.2. diſcept.1 num.159.*

Minùs juvant generalitates illæ, & regulæ generales, exad-
verſo inculcatæ, quod hæres, & defunctus cenſentur una,
& eadem perſona, quodque factum à Teſtatore cenſeatur 26
factum ab ejus hærede, & demum, quod verbum *conſtru-*
*ctum fuerit*, non ſit judaicè intelligendum, ſed ſecundùm
rationabilem, & juridicum ſenſum; Quia ad hoc ut recedi
poſſit à clara diſpoſitione Juris communis, mandantis quem-
libet ſepeliendum eſſe in propria Parochia, utque executio-
ni demandata non ſit lex Papalis, qualis eſt diſpoſitio Sta-
tuti Cleri Urbis, non ſufficiunt generalitates, & regulæ ge- 27
nerales, quàs meritò pannos calidos, & herbam bettoni-
cam ad ſanan. vulnera vocat *Card. de Luc. de Legat. diſc.61.*
*num.4.* quem ſequutus fui *in tom.1. par.2. diſcept. 14. num.78.*
Eò quia illæ in nulla conſideratione habendæ ſunt in confli-
ctu dd. punctualium legum, & canonicarum Sanctionum, 28
& ubi allegatur Statutum, à Summo Pontifice confirmatum,
ſilere debent omnes Doctores, atque in nulla prorſus conſide-
ratione habentur generales regulæ, & regulares propoſitio- 29
nes, ut notant citati *à P. Grutber. de Arte benè deſiderand. re-*
*ſolut.16. §.9. num.79.*

Ultrò autem admittimus, verbum illud, *conſtructum fuit*,
non eſſe judaicè interpretan. ſed accipiendum eſſe ſecundùm 30
ejus rationabilem, & juridicum ſenſum; Iſte autem ille eſt,
ut non accipiatur pro manuali conſtructione, itaut ſoli Fa-
brimurarii habere poſſint Sepulchra Majorum, non au-
tem taliter detorquendum eſt, & in deſtructionem dictæ 31
Statuariæ diſpoſitionis accipiendum, ut confundantur Se-
pulchra hæreditaria, familiaria, ſeu gentilitia, & Sepul-
chra Majorum, quæ ex hoc præcisè diſtinguuntur à primis
duabus ſpeciebus, quia illa acquiri poſſunt ex teſtamento,
hæreditate, vel legali ſucceſſione, non autem ultima ſpe-
cies, quæ ad tenorem dictæ claræ Statutariæ diſpoſitionis, 32
tunc ſolùm verificatur, & nunquam aliàs quando Sepul-
chrum conſtructum fuit expenſis Patris, Avi, vel aliorum
Aſcendentium per lineam rectam maſculinam, ex ſupra ani-
madverſis.

Poterant verò in hac parte omitti diſcurſus illi, quod Se-
pulchrum hæreditarium, eo ipſo, quod eſt deſtinatum pro 33
hæredibus, omnes iſtos indiſtinctè comprehendit *ex Pignat.*
*con-*

*conſult.*17.*num.*13 *tom.*1. loquente de Sepulchro hæreditario;
Quia ubi habemus legem claram, & literalem, qualis eſt
diſpoſitio Statuti Cleri, illud ſolùm, & unicè qualificans
pro Sepulchro Majorum, quod conſtructum fuit à Patre,
Avo, vel aliis Aſcendentibus per rectam lineam maſculi-
nam, non eſt terendum tempus in confutatione hujuſmodi
piarum meditationum, ſed procedendum eſt ad punctualem
34 exequutionem d. Papalis legis, egregiè *Rota in dec.*3.*num.*6.
*coram Anſald.* ubi, ad rem firmat, in caſibus ratiociniorum
contra clara verba legis: *Super generalitatibus, conjectu-*
35 *ris, & diſcurſibus in oppoſitum excitatorum, immorandum
non eſſe, ſed præcisè, & adamuſſim exequendam eſſe legem
claram, & literalem.*

Hujuſmodi æquè ſolido, ac in Jure, in Statuto Cleri
Urbis, & in communi Doctorum opinione fundato motivo,
36 jungitur aliud æquè ſolidum, innixum facultati, & arbi-
trio, quod habet Pater eligendi Sepulturam pro filiis impu-
37 beribus, vel in propriis Sepulchris, vel in Eccleſia Paro-
chiali, tam de Jure communi, & ex conſuetudine, ex ad-
ductis per *Murgam de Sepultur.tract.*7.*ſect.*2.*diſp.*9.§.1.*concl.*
2.*per tot.& Leon.in Prax.Eccleſ.par.*4.*cap.*2.*de Confraternit.*
*num.*94.& firmatis per *Rotam in dec.*16.*nu.*8.*apud Antonel.de
Jur.& oner.Cleric.* ubi ſequitur reſolutionem S.C.R Quàm
38 vigore ejuſdem *Statuti Cleri Urbis cap.*3.*de Jure eligen. Se-
pult.* §.5. Idque cohærenter etiam ad vetuſtiſſimam Urbis
conſuetudinem, quæve notoria eſt ipſiſmet Lippis, &
Tonſoribus.

Non valens contrarius Defenſor controvertere in Jure ſo-
39 liditatem hujuſmodi morivi, ſe reſtringit ad factum, aſſe-
rendo, Fabium Purum fuiſſe coactum ad ſepeliendum filiam
in Eccleſia Parochiali.

Quantum verò frivola ſit hujuſmodi reſponſio de ſe patet:
40 *In libro* enim 1. *Decret. tit.*40. duo ſpecificantur modi cogendi
ſub illis verbis: *De his, quæve, metuſve cauſa*, quorum
neutrum à remotiſſimis applicari poteſt in præſenti, quia
41 neque etiam exadverſo allegatur primus modus, conſiſtens
in aperta vi, minuſque verificatur 2. circa metum, qui ſi
unquam aliàs, ſanè noſtris temporibus inallegabilis prorſus
eſt in Urbe, in qua omnibus notorium eſt, verificari verba
illa *Textus in l.*1.*C.de His, quæ per met. Judic. In Sacro Co-
mitatu noſtro nihil timere potuiſti*, cum concordantibus apud
*Zaul.ad Statut.Favent.tom* 1.*rubr.*7.*lib.*3.*n.*16.*fol.*211.

Habito præcipuè reſpectu ad qualitatem Sacerdotalem
noſtri Parochi; Ad ſolutionem expenſarum funeris, nullo
42 præcedente mandato Judicis, ab eodem Puro facta; Cum
illa nimis ſtringenti reflexione, deducta ex eo, quod nul-
lam emiſit, neque publicam, neque ſecretam proteſtatio-
nem, quæ unicè ab ejus voluntate pendebat, quod nonniſi
coactus, & contra ejus intentionem permittebat humatio-
43 nem filiæ in Eccleſia Parochiali; Quæ omnia ſimul unita,
manibus palpare faciunt inſubſiſtentiam hujuſmodi exceptio-
nis, ex punctualiter firmatis per *Rot. in dec.*139.*num.*7.& 8.
*part.*17. *rec.* Et præ oculis habendo dictum pacificum, &
innegabile factum Sepulturæ in Parochiali Eccleſia, appli-
44 catur textualis, & communis illa propoſitio, quod factum
dictæ ſpontaneæ humatiotis prævalere debet verbis, de qui-
bus deponunt affectatiſſimi contrarii teſtes, juxta *Text. in*
45 *l. Paulus ff. Rem ratam haber.* cum concordan. de quibus *in
tom.*2.*par.*2.*diſcept.*16.*num.*27. Quodque poſt dicta prætenſa
verba, quatenus poſſibilia credi poſſint, quod abſolutè ne-
gamus, potuit eum pœnitere, declarando proindè ejus vo-
46 luntatem magis ex innegabili facto poſteriori, quàm ex
prætenſis antecedentibus verbis, ex adductis *in d.Tom.*2.*par.*
2.*diſcept.*4.*num.*28.

Die.... menſis Maii 1718. per Sententiam Card. Vicarii
abſolutus fuit Parochus ab imperitis per Purum; Sed credo,
47 quod fuerit eodem tempore declaratum, idem Sepulchrum
in futuris caſibus haben. eſſe pro Sepulchro Majorum, circa
quam inſpectionem non ſcripſi.

Circa Funeralium emolumenta *in tom.*1. *p.*2.*diſcept.*28. *à
num.*157. obſervavimus inſubſiſtentiam inſtantiæ Paro-
chorum, prætendentium duplicata emolumenta, quando
48 Cadavera ſepeliuntur in aliqua Eccleſia, vel Sepulchro Ma-
jorum, poſito extra Parochiam defuncti, ibique per exten-
ſum regiſtravimus decretum Cardin. Carpinei anni 1710.
quando erat Urbis Vicarius, reprobantis eandem præten-
ſionem.

## DISCEPTATIO XXIV.

### Mediolanen. Confraternitatis.

*PRO*

PP. Carmelitis Diſcalceatis Biumii.

*CUM*

Confraternitate Laicali ejuſdem Inſtituti.

### ARGUMENTUM.

*Benedictio parvorum Habituum facienda eſt à PP. Carmeli-
tis in illis Locis, in quibus Conventus habent, etiamſi
ante fundationem dictorum Conventuum facta fuiſſet à
Parochis, vel à Cappellanis Confraternitatum. A qui-
bus pariter Patribus facienda eſt Proceſſio in die Dominica
infra Octavam propriæ feſtivitatis; Cum facultate tamen
Confratribus illam aſſociandi, vel faciendi aliam Proceſ-
ſionem poſteriori die.*

Vertente controverſia inter PP.Carmelitas Diſcalceatos
Loci Biumii Vareſii, & Confraternitatem B. M. V.
de Monte Carmelo ejuſdem Loci, ſuper d. Confraternita-
tis translatione ad Eccleſiam prædictorum Patrum, eaque 1
delata ad hanc Sac. Cong. prodiit die 13. Septemb. 1707. re-
ſcriptum: *Confraternitatem non eſſe transferendam, & cum
SS.pro ſanatione*, cui reſcripto PP. Carmelitæ reverenter
acquieverunt.

Quia verò præfata Confraternitas benedictionem parvo-
rum habituum, qui diſtribui ſolent à PP. Carmelitis, impu-
gnare, & Proceſſionem ſolemniter fieri ſolitam quolibet an- 2
no in Feſtivitate ipſius B. Virginis ad ſui libitum celebrare
prætendebat, hinc pro parte dictorum Patrum habitus fuit
recurſus ad hanc Sac. Cong. quæ die 1. Martii 1708. reſcrip-
ſit: *Benedictionem habitus parvi ſpectare ad Carmelitas, &
quoad Proceſſionem particulariter videatur*. Die verò 22.
Junii ejuſdem anni 1708. iterum reſcripſit: *Quoad bene-
dictionem, & diſtributionem habitus parvi, In deciſis, & in re-
liquis ad Eminent. Archiepiſcopum pro Concordia.*

In exequutionem hujus reſcripti comparuerunt Partes co-
ram Archiepiſcopo, & quamvis pro bono pacis diſcreta, ac
rationabilis à PP. Carmelitis oblara fuerit Concordia, ut in
Capitulis, datis in Summario, nihilominùs dicta Confra- 3
ternitas noluit præbere aures Archiepiſcopo, qui ad ſtabi-
liendam inter dd. Partes Concordiam totum conatum adhi-
buit, ut retulit idem Archiepiſcopus in Epiſtola, ad hanc
Sac. C transmiſſa, ibi: *Hò procurato con tutte le maniere
poſſibili di ridurre la Confraternità del Carmine di detto Luo-
go ad una perpetua Concordia con detti PP. Carmelitani Scal- 4
zi intorno alla pubblica Proceſſione, ſolita farſi per la Feſta ſo-
lenne del Carmine nel meſe di Luglio, ma queſta non hà mai
voluto acconſentire a ciò, che gli è ſtato propoſto in modo decen-
te, e diſcreto.*

Recurrunt proindè dicti PP ad hanc S. C. humiliter ſup-
plicantes, quatenus dignentur hujuſmodi controverſiis finem 5
imponere, perſiſtendo in deciſis quoad benedictionem par-
vorum habituum, & quoad Proceſſionem declarando, eam
in dicta die Dominico peragendam eſſe ab eiſdem Patribus,
illorumque preces videntur exaudiendæ.

Verſamur enim in concurſu PP. Carmelitarum cum laica-
li Confraternitate, quæ cùm non ſit membrum Hierarchiæ 6
eccleſiaſticæ, incapax eſt jurium ſpiritualium, & in illis im-
miſcere ſe non valet: *Natt.conſ.*62.*num.*6 *tom* 1. *Tondut.qu.
Benef.cap.*43.*nu.*5.& *ſeqq. tom.*1. cum aliis, de quibus *in tom.*
1.*par.*2.*diſcept.*11.*nu.*64.

Fortiùs quia ex Literis erectionis, ab eadem Confrater-
nitate exhibitis, conſtat, vigore Privilegiorum ſac. Ordinis
Carmelitarum fuiſſe à Vicario generali Congregationis
Mantuanæ in Eccleſia Parochiali S. Georgii erectam, & 7
per conſequens cum totum ſuum Eſſe à dicto Ordine habue-
rit, nemo eſt, qui non videat, nimis impropriàm eſſe præ-
tenſionem, quod Confraternitas velit cum eodem Ordine
concurrere, & licet ad effectum eam rranſferendi ad Eccle-
ſiam dd. PP. Carmelitarum, iſti erectionis nullitatem pro-
poſuerint, & hæc S. C. illius ſanationem, quatenus opus 8
eſſet,

eſſet, injunxerit, ea tamen ubi ſequatur, ſtatum Confraternitatis non immutat; Sanatio enim operatur dumtaxat, ut Confraternitas in ſuo primævo eſſe, ac ſi à drincipio validè erecta fuiſſet, omninò permaneat, ad notata per *Dec. in cap.fin.num.57.de Conſtit.* & firmata per *Rot. dec.614.nu.6. cor.Bich.& dec.52.num.4.par.18.rec.*

Abſque difficultate inſpectis controverſiis functionibus, quæ in ſua origine privativè ad Religionem Carmelitarum
9 ſpectant: undè fit, ut monſtruoſum eſſet, quod in dd. functionibus Confraternitas filialis præferretur Carmelitarum Religioni Matri, quando eidem in illis omnem reverentiam, & præeminentiam præſtare omninò tenetur ex adductis *à Lezzan. cap 25. à num.7.tom.1. & à Card.de Luca de Præem. diſc.42.num.9.& 10.*

His generaliter præmiſſis, particulariter deſcendendo ad benedictionem parvorum habituum, ea ſine ulla prorsùs difficultate ad PP. Carmelitas ſpectat, quemadmodum ad cæ-
10 teros Mendicantium Ordines, juxta pium, & laudabile cujuslibet Inſtitutum, & particularem formulam, in Rituali Ordinis expreſſam ſpectat, ut de benedictione Corrigiarum S. Monicæ pluries favore Ordinis S. Auguſtini contra Cappellanos Confraternitatis reſolvit Sac. Cong. apud *Nicol.in Floſc.verb.Benedictio num.3.* & in terminis Ordinis Carmelitarum ex reſcripto hujus Sac. C. declaravit D.Card Sacripantes Protector die 8. Septembris 1701. ut patet ex
11 Brevi deſuper expedito, datoque in Summario, ibi: *Admiſſos inſuper ad aliquam canonicè erectam Confraternitatem hujuſmodi, teneri prima vice recipere habitum, ſeu Scapulare, benedictum à Superioribus Religionis, vel ab alio Sacerdote, ac per hujuſmodi admiſſionem cum aliquibus piis operibus, Indulgentias à Summis Pontificibus conceſſas acquiri; Aliter autem admiſſos, ſeu admittendos, ſeu Scapularia aliàs, quàm, ut ſupra dicitur, pro prima vice benedicta, ſeu diſtributa recipientes, ſeu recepturos, Indulgentiarum, ſeu gratiarum ſpiritualium, non fuiſſe, nec eſſe, ſeu fore participes.*

Qua declaratione attenta, nullius roboris eſt reflexio,
12 quod hujuſmodi benedictio non fiat à Cappellano Confraternitatis, ſed à Paocho; Quia benedictiones Parochiales nihil commune habent cum benedictione Roſariorum, parvorum cordonum, Corrigiarum, & iſtorum parvorum ha-
13 bituum, neque dicuntur benedictiones Parochiales, ut reſolvit, *S.R.C. in Urbis, & Orbis* 10. *Decembris* 1703. ut videre eſt apud *Monacell.Formul.tom.1.tit.10.formul.18.nu.4. & tom.2.tit.13.formul.1.ſub num.46.*

Ejuſdem levitatis eſt altera reſponſio, quod reſolutiones S.C. procedant in Confraternitatibus, erectis in propris Ec-
14 cleſiis Regularium, non autem in Oratoriis ſeparatis, & in Eccleſiis Parochialibus; Iſta enim interpretatio nullam habet ſubſiſtentiam, nedum quia in Confraternitatibus, erectis in Eccleſiis Regularium cadere non poteſt inſpectio, de qua agitur, ex quo ab ipſis Regularibus, ſive à Regulari Cappellano diriguntur; Verùm etiam quia cùm Decre-
15 tum declarationis per Card. Protectorem editum, loquatur univerſaliter de omnibus Confraternitatibus, quæ nonniſi à Generalibus Ordinis erigi poſſunt, declarando indiſtinctè, quod earum Confratres recipere debeant habitum, ſeu ſcapulare à Superioribus Religionis, vel à Sacerdote, ab eis deputando benedictum, hujuſmodi generalis declaratio quamlibet reſtrictionem penitùs excludit, *ad Text. in leg. In fraudem §.ultimo ff.de Militare teſtam.& in l.1.§. Generaliter ff de Legat.præſtand.*

Situatio autem Confraternitatis in Eccleſia Parochiali nihil operatur, quia Confraternitas etiam in dicta Eccleſia conſtituit Collegium perſonale, quod de per ſe conſideratur,
16 nullamque habet conjunctionem cum Eccleſia, à quà ſicut ad libitum recedere poteſt, ita Parochus eam poteſt ad libitum dimittere, juxta ea, quæ tradit *Tondut.d.cap.43.nu.7.* & firmat *Rot.dec.472.per tot.cor.Coccin.*

Alia reſponſio, deſumpta ex aſſerta centenaria obſervantia, quæ immemorabili æquivalet, indè inferendo ad Privilegium Apoſtolicum, poterat omitti; Quoniam vis non
17 ſtat in examinanda efficacia hujus centenariæ, ſed in ea probanda: Confraternitatem autem in hujuſmodi probatione deficere conſtat ex ejus propria confeſſione, dum iſtam facultatem refundit ad Parochum, & proindè d. Confraternitas impugnare non poteſt reſolutionem S. C. adverſus ipſam Confraternitatem editam.

Præterea nec etiam reſpectu Parochi probatur aſſerta centenaria obſervantia; Reflexio enim centenariæ, vigentis
18 pro erectione Confraternitatis, nihil concludit ad intentum controverſæ benedictionis parvi habitus, quia cum agatur de Confraternitate filiali Ordinis Carmelitarum, ſola poſſibilitas, quod pro tempore, quod non aderant Patres Carmelitæ, facta fuerit delegatio pro illius benedictione, juxta conſuetum ſtylum, exuberat, ea ratione, quia allegans centenariam conſuetudinem, ſeu obſervantiam ad præſumendum Privilegium Apoſtolicum, tenetur eam plenè, & concludenter probare, ut ait *Rot dec.1042.num.4.cor.Seraph. & dec.159.num.12.& 13.cor Otthob.*

Rursùs fruſtra Confraternitas confugit ad aſſertam centenariam, dum exhibuit Literas erectionis, ab eadem Carmelitana Religione impetratas; Ideoque dum habemus titulum, & initium ipſius erectionis, non eſt, quod Confrater- 19
nitas tueri ſe valeat clypeo centenariæ, ſed conſideranda eſt tanquam Confraternitas filialis Religionis Carmelitæ, quales ſunt omnes aliæ ſimiles Confraternitates, quæ in Catholico Orbe reperiuntur, nec per umbram revocant in controverſiam, quod benedictio parvi habitus fiat à Patribus Carmelitis, quatenus ſint præſentes, ſin minùs à Commiſſario à Superiore Ordinis delegato, ut notat *Anton. à Spir.Sanct. Oper.moral.tom.1.cap.15. per tot.*

Quibus ſtantibus nil relevat, quod Conventus PP. Carmelitarum fuerit erectus abſque jurium Parochialium, & alterius cujuſquam præjudicio; Nam in præſenti non agitur de jure Parochiali, & multò minus de jure aliquo ejuſdem 20
Confraternitatis, aut alterius, ſed dumtaxat de Juribus ipſius Religionis, à qua cùm Confraternitas ſuum eſſe habuerit, non ſine ingratitudinis nota adversùs eam dicta Jura impugnare poteſt.

Deveniendo modo ad Proceſſionem, pari facilitate intrat favorabilis reſolutio; Agitur enim de Proceſſione, inſtitu- 21
ta occaſione ſolemnitatis B.V. de Monte Carmelo, cujus ſolemnitatis celebratio cum Ordini dumtaxat Carmelitarum conceſſa fuerit, & ex eo, juxta Privilegia Apoſtolica, Confraternitatibus, ab eodem Ordine inſtitutis, & erectis, communicata, ſequitur, quod Proceſſio, quæ eſt acceſſoria ſolemnitati principali, Confraternitatibus acceſſoriè, & communicativè cenſeatur permiſſa, juxta notum Juris principium, quod acceſſorium ſequitur ſuum principale.

Benè intelligens hanc veritatem Confraternitas iterum confugit ad Jura Parochi, obiiciendo, quod Proceſſionem invitis Parochis à Regularibus peragi nequeant. Sed reſponſio clara 22
eſt; Tum quia præſens controverſia non vertitur cum Parocho, & quatenus verteretur, eſt æquè indubitatum, quod cùm in præſenti agatur de Proceſſione, fieri ſolita ab univerſo Ordine Carmelitarum, adeout ipſimet Patres Carmelitæ, qui ex Privilegio Apoſtolico ad Proceſſiones eccleſiaſticas cogi nequeunt, iſtam celebrare non prætermittunt, ut conſtat ex tranſactione, inita inter eorum Præpoſitum generalem, & Magiſtrum generalem Ordinis Carmelitarum 23
Calceatorum, confirmata per Paulum V. in iſto caſu ſufficit petita licentia à Parocho, licet non obtenta, prout in præciſis terminis Carmelitarum reſpondit S. C. C. in *Aquen. 6. Junii* 1708. & 27. *Aprilis* 1709. quas refert, & ſequitur *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.40. ſub num. 7.* Tum etiam quia in hujuſmodi Proceſſionibus ſatis eſſet obtinere licentiam ab Epiſcopo, ſine cujus conſenſu non ſolùm Regulares, ſed nec ipſæ Confraternitates Proceſſiones peragere poſſunt.

Ultima demum Inſtantia exadverſo promota, quod PP. Carmelitæ nequeant feſtivitatem celebrare die Dominico infra Octavam, qua eam celebrat Confraternitas, eſt prorsùs inſubſiſtens; Cùm enim eadem ſolemnitas principaliter 24
competat ſacro Carmelitarum Ordini, iſtius Regulares electionem habent eam celebrandi die, ſibi beneviſa, & dum Confraternitas eam celebrat dependenter à communicatione Privilegiorum, ſibi à d. ſac. Ordine facta, propriam conditionem, & dependentiam ab eodem Ordine, ea, qua decet reverentia, recognoſcere, & fateri debet, & non ſe parem, imò ſupra Regulares ſe extollere, & per conſequens ſuper iſta prætenſione audiri non debet, quemadmodum audiri non poſſet, ſi aliqua Confraternitas SS. Roſarii, erecta in aliquo Loco, ubi non adeſſet Conventus Ord Prædicatorum, ſi poſtmodum, eo ædificato, adverſus ejuſdem Ordinis Religioſos talem prætenſionem promoveret.

In

## In eadem Cauſa.

CRedebant Patres Carmelitæ , ex replicatis decretis
hujus S. C. per ipſos acceptatis, nec non ex remiſſio-
25 ne controverſiæ ſuper Proceſſione ad Ordinarium , termi-
nari poſſe præſens litigium, ac imponi finem exorbitanti-
bus prætenſionibus, per Confraternitatem contra eoſdem
Patres alacriter promotis, & alacriùs repetitis ; Ideoque
omni ſtudio promptitudinem parendi eidem reſcripto coram
eodem Ordinario exhibuerunt , ſed quia ſua ſpe fruſtrati re-
manſerunt, coguntur iterum moleſti eſſe in examine qua-
tuor articulorum , aliàs propoſitorum .

Inchoando autem à primo, ſcilicet à benedictione parvo-
rum Habituum, ſeu Scapularium, præmiſſo, quod ſuper
26 illo aſſiſtunt nobis duo favorabilia decreta hujus Sac. Cong.
eam tribuentia noſtris Religioſis , ſuper quibus cùm non
fuerit per Confraternitatem obtenta nova audientia, illa
revocari non poſſunt in dubium , ſed potiùs ſupponi , & exe-
qui, juxta tradita per *Rot.cor. Celſ.dec.151.num.4.& dec.56.
num.2.apud Poſt.de Subhaſt.& dec.742.num.10.par.18.& dec.
134.ſub num.15.par.19.rec.*

Ne autem videamur pugnam detractare ſuper articulo evi-
denti, & uti tali deciſo cum fundamentis aliàs deductis,
27 hodiè autem evidentiori effectu, caveri ante omnia videtur
à ſuppoſito, ex adverſo deduci ſolito, quod ſcilicet cùm hæc
Sac. Cong. die 23. Septemb. 1707. reſponderit, Confrater-
nitatem non eſſe transferendam ad noſtram Eccleſiam , per
implicitam conſequentiam declaraverit, quod illius erectio
firma remanſerit cum omnibus ſuis Juribus, & prærogati-
vis, ideòqe nec etiam eſſe transferendum ad noſtros Patres
jus benedicendi dictos parvos Habitus, ſed illum relinquen-
dum in eo ſtatu, eodemque modo, qui huc uſque ſervatus
fuit .

Quod tamen argumentum, nec in antecedentibus ſubſi-
ſtit, nec in conſequentia concludit; Non inquam ſubſiſtit
28 in antecedentibus; Quia Sac Cong. reſpondit quidem , ean-
dem Confraternitatem non eſſe transferendam, ſed tantùm
abeſt, quod illius ſtatum pro valido, & firmo approbave-
rit , quin potiùs illius nullitatem , & invaliditatem ex-
preſsè declaraverit , mediante ſecunda parte dicti reſcri-
pti, cum verbis : *Et cum SS. pro ſanatione ;* Sanatio enim
perneceſſe ſuppponit vulnus, & infirmitatem , ut notum
eſt .

Et non concludit in conſequentia, dum non repugnat ,
quod Confraternitates erigantur etiam in Eccleſiis ſæculari-
29 bus , & inibi permaneant , & tamen ſubjectionem reco-
gnoſcant à Regularibus, à quibus erectionis, vel aggrega-
tionis Privilegium conſequuntur vigore facultatis, habitæ à
Sum. Pontificibus faciendi tales erectiones , vel aggregatio-
nes ,tàm in propriis Eccleſiis,quàm in aliis,de quibus in Bulla
Pauli V. relata per *Lantuſ. in Theatr. Regul. verb. Confra-
ternitas num.3 §.4 ſub princ.* Ideoque ex eo, quod Confra-
30 ternitas remanere poſſit in Eccleſia Parochiali, nec tran-
sferri ad Eccleſiam noſtrorum Patrum, non exindè ſequi-
tur, quod recurrere non debeat ad illos pro benedictione
Habituum, omninò diverſa , & compatibili cum dicta per-
manentia in præfata Eccleſia Parochiali, ut reſpondit *Rot.
apud Burat.dec.681 in fin.*

Cùmque facultas benedicendi, & diſtribuendi dictos par-
vos habitus ſpectet ad Regulares, privativè quoad omnes
alios , juxta ſpecialia decreta Sac. C. relata per *Nicol. in
Floſcul. verb.Benedictio, & in addit. ad eoſdem Floſcul. poſt
2.tom.Lucubrat.eodem verb.Benedictio*; Et de ſimili benedi-
31 ctione Cordularum pro Confratribus cordigeris S. Franci-
ſci, nec non Corrigiarum pro Corrigiatis S. Monicæ, ſeu
S. Auguſtini, ac Roſariorum pro Confratribus Ss. Roſarii ,
quod ſcilicet benedici , & diſtribui non poſſint , niſi à Re-
gularibus dictorum Ordinum , determinatum habetur in
Bullis Apoſtolicis, de quibus apud *Roder. qu. Regul. tom.1.
quæſt.58.art.1 ſub princ.* & notat idem *Author. §. 4. verſ. eſt
notandum. Cherubin. in Comp. Bullar. ad Bullas Sixti V.
num.13. ſchol.2. & Matthæuc. in Official. Cur. Eccleſ. cap.14.
32 num.8. ante fin.* Itaut benedictio, ac diſtributio, facta per
alium, quàm per dictos Regulares, imò etiam per ipſum
Epiſcopum , nullatenus ſuffragentur, ob defectum authori-
tatis, ſibi nullatenùs competentis, ſed tributæ ſolùm dictis
Regularibus , ut probat *Lantuſc.d.Theatr. Regul. verb. Con-
fraternitas num.*8. Imò ipſis Ordinariis expreſsè interdicitur,
ne aliquo modo ſe ingerant in facultatibus, ac juribus, præ-
fatis Regularibus conceſſis in Bulla Clementis VIII.
relata per *Lantuſc. ubi ſupra numer. 7. verſ. Ordina-
rius.*

Privilegia autem, uni Religioni conceſſa, omnibus aliis
per communicationem effecta fuerunt communia, & præ- 33
ſertim de tali communicatione favore noſtrorum Carmelita-
rum habetur in Bulla Alex.IV. relata apud *Lezan. Oper.mor.
tom.3.in Mar.magn. Carmelit.num.105.*

Quinimò ultrà irrefragabilem authoritatem dictarum
Pontificiarum Conſtitutionum , concurrit in caſu noſtro ju-
ridica ratio,fundata in eo, quod cùm vigore dictæ erectionis,
ſeu fundationis Confraternitates præfatæ illicò aggregatæ
remaneant ſui Ordini, ſeu Religioni vigore Bullæ Pauli V. 34
ralatæ per *Lantuſc.ubi ſupra n.3. §.1.* Præſertim ad affectum
fruendi Indulgentiis, & gratiis ſpecialibus, toti Ordini con-
ceſſis, ut diſponitur in alia Bulla Clem.VIII. relata per eun-
dem *Lantuſc.num.5.ſub §.7.* & comprobat *Lezan. Oper. mor.
tom.5.c.15. num 67.*

Incongruum omninò videtur, in præſentia Patrum Car-
melitarum , & in eodem Loco, in quo fundata reperitur di-
cta Confraternitas, fieri debeat benedictio, & diſtributio
dictorum parvorum Habituum per Sacerdotem ſæcularem, 35
dum iſte nullam tribuere poteſt aggregationem , vel commu-
nicationem Privilegiorum, niſi ex fundatione, antiquitùs
ſequuta cum conſenſu, & authoritate eorundem Patrum,
qui negari non poteſt, quod hodiè concurrendo cum dicto Sa-
cerdote prælationem habere debeant ex Philoſophico axio-
mate, *Propter quod unumquodque tale , & illud magis .*

Quo ſtante, nullatenus obſtat, imò mirificè retorquetur,
quod cùm erectio, ac fundatio Confraternitatis ſequuta fue-
rit tempore, quo in loco Biumii nullus aderat Conventus
Carmelitarum, jus benedicendi, & diſtribuendi dictos par- 36
vos Habitus collatum fuerit Parocho, in eoque firmatum,
ideoque hodiè non videatur immutari. Siquidem non impu-
gnamus facultatem talis diſtributionis pro præterito, ſed re-
ſolubiliter, ac revocabiliter per ſupervenientiam novi ſtatus
ac admiſſionem noſtrorum Patrum in dicto Loco, de qua re-
vocabilitate in his præciſis terminis, licet non habeamus
punctualem authoritatem , adhuc habemus receptiſſimas
regulas legales, quod ſcilicet diſpoſitiones omnes ſemper in-
telligi debeant, rebus in eodem ſtatu manentibus, quodque
ex iſtarum mutatione omnia mutari, ac variari debent, de 37
quibus *Anchar.conſ.84.num.4.& 5.& conſ.84.num.3.& 4.Cra-
vet.conſ 95.num.4.Surd.conſ.27.n.6. Barboſ.tract.var.axiom.
73.num.3.Moron.de Tregu.& Pac.quæſt.120.* Præſertim quan-
do res reducuntur ad eum ſtatum, à quo incipere non po-
tuiſſent , *l. Uranius ff. de Fidejuſſor. Bald. in l. Pater furioſo* 38
*num.3.ff.de His , qui ſunt ſui , vel al. jur.Capyc.Galeot.contr.
10.nu.34.lib.2.Rot.dec.676.num.6.& 7.par.2.rec.*

Parum relevante, quod in admiſſione, & erectione Con-
fraternitatum in alienis Eccleſiis ſoleant Superiores Carme-
litæ apponere expreſſam conditionem , quod , ſupervenien-
te Religione in eodem Loco, ceſſet erectio, in aliena Eccle-
ſia ſequuta, & Confraternitas in eadem Eccleſia Regulari 39
renovari debeat, ut legitur in *Conſtit.Ord.* relatis per *Lezan.
in Summ.qu.Regul.tom.1 par.2.cap.15.tit.de Confrat. num.60.*
Præfata enim Conſtitutio præſefert cautelam exuberantem ,
inſinuatam pro removendis præjudiciis, & controverſiis,
eidem Religioni inferendis contra formam ſuorum Privile-
giorum , ut præſeferunt verba ipſa proœmialia *dictar.
Conſtit* ibi : *Et ut , quod in favorem noſtræ Religionis à Sum-
mis Pontificibus conceſſum fuit , aliquando in illius detrimen-
tum vergat , Reverendiſs. Pater in poſterum Confraternita-
tem noſtram in exteris Eccleſiis , præſertim aliorum Regula-
rium , non inſtituat , niſi ſub hac expreſſa conditione ;* Cujus
Conſtitutionis ante erectionem Confraternitatis, de quo agi-
tur jam publicatæ, forma adamuſſim ſervata fuit in erectio- 40
ne illius , approbata per legitimum Superiorem, ibi : *Quod-
que ubi contingeret aliquo futuro tempore haberi hic in parti-
bus Variſii aliquod Monaſterium , & Conventum Ordinis præ-
dicti , tunc & eo caſu , ac ipſo facto cenſeatur , & ſit in illius
Eccleſia omninò translata prædicta Confraternitas , ut ſupra
erecta , & non aliàs ;* Quæ conditio in tantùm non legitur
in alia erectione, per ſolos novem dies ante , ut prætendi-
tur , ſequuta , in quantum illa proceſſit authoritate Vicarii 41
generalis Congregationis Mantuæ , qui regitur ſub diverſis
Conſtitutionibus, & qui facultatem habet approbandi ſolùm
erectiones Confraternitatum in propriis Eccleſiis Ordinum
vigore Brevis Paul. V. apud *Strattum in Inſtruct. pro Fratrib.
Carmelit. Diſcalceat. cap. 13. num.* 14. Undè non mirum , ſi
inibi adjecta non fuit dicta conditio tranſlationis, non ſup-
ponendæ , ideòque non apponendæ extra obſervantiam di-
ctarum Conſtitutionum; Cùmque juxta decretum S. C agen-
dum

dum ſit cum SS. pro ſanatione d. erectionis, eadem ſanatio
ſupponenda eſt pro eo ſtatu, & modo magis valido, & con-
gruo, & minus defectuoſo.

Minuſque ſuffragatur quaſi poſſeſſio, & conſuetudo cen-
tenaria Confraternitatis recipiendi benedictionem, & di-
ſtributionem præfatorum parvorum habituum à Parocho;
Id enim ſequutum fuit tempore, quo noſtra Religio non ha-
buit Conventum, & Eccleſiam in eodem Loco Biumii;
Ideoque tempore, quo impoſſibilis erat, benedictio, & di-
ſtributio præfata per manus noſtrorum Religioſorum, qui
43 paulò poſt illorum admiſſionem inchoarunt extrajudiciales
inſtantias pro translatione Confraternitatis, & deindè illas
judiciales, exadverſo intentatas, proſequuti fuerunt; Un-
dè quidquid geſtum fuit, illis abſentibus, & in ſtatu, quo
nihil ipſi prætendere poterant, nullatenuùs valet præjudi-
care, minuſque attendi, nec pro obſervantia, nec pro præ-
ſcriptione centenaria, ac immemorabili, non allegabili
niſi concurrentibus omnibus præciſis circumſtantiis caſus
44 controverſi, juxta receptiſſimam regulam, de qua *Gratian.
diſcept.79.num 10 & diſcept.909.num.1.Rocc diſput.Jur.c.78.
num.11.Rot.cor.Seraph.dec.326.num.2.& cor. Caval.dec.172.
num.5.dec.278.num.5.& ſeq.par.12.rec & in Leodien.20.Jan.
1702.§.Fruſtrà coram Priol.& 22.Januar.1703.§.Cæterùm,
cor.Molines.*

Imò cùm poſſeſſio præfata innitatur titulo expreſſo dictæ
erectionis, factæ authoritate noſtræ Religionis, ad illum
referri, & cum illo confundi debet, non autem conſtituere
45 novum titulum diverſum, *Ang. in l. Qui Jure ff. de Acquir.
poſſeſſ.Cravet.conſ.61.ſub num.2.Soccin.conſ.131.num.1.lib.1.
& Surd.conſ.6.num.10.* Nec quidquam operari in præjudi-
cium ejuſdem Religionis, ex cujus facto, & permiſſione
inchoata fuit eadem poſſeſſio, & conſuetudo, ſed cenſeri
46 debet ſequuta Jure familiaritatis, & dependentiæ ab eadem
Religione, ut advertit *Rot cor.Coccin.dec.472.n.6.& ſeqq.* &
concordat *Lezan.d.tom.1.par.1.cap.15 num 72.*

Ceſſant autem quæſtiones omnes in hodierno ſtatu rerum,
ex ſpeciali decreto Card. Protectoris noſtri Ordinis Carme-
litarum, de quo *ſup. num.11.* per quod indefinitè præſcribi-
47 tur, quod omnes Confratres recipere teneantur Habitum
benedictum à Regularibus, ſine quo participes non ſint In-
dulgentiarum; Quod decretum firmiſſimum habet validita-
tis ſtatum, dum non ſolùm nititur generali authoritati,
competenti Protectoribus in negotiis, concernentibus ſta-
tum univerſalem Religionum, præſervatam in omnibus
Conſtitutionibus antiquis, ac etiam in ultima Bulla Innoc.
XII. in ejus Bullario *la 25.ſub §.23.* Sed quod plus eſt, ha-
bet præcedens reſcriptum S.C. ac ſubſequens Breve confir-
48 matorium Summi Pontificis, quibus ſtantibus promptam,
& generalem obedientiam meretur, juxta firmata per *Rot.
dec.962.n.3.& dec.1014.nu.7.cor.Emer.jun.*

Levioris momenti videtur aliud objectum, quod in ad-
miſſione noſtrorum Patrum ad Conventum Biumii appoſita
fuerit expreſſa præſervativa, cum verbis, ibi: *Abſque Iu-
rium Parochialium, aut alterius cujuſque præjudicio*: Dum
49 neutrum ex dictis præjudiciis in caſu noſtro, & pro contro-
verſis articulis concurrit: Non inquam præjudicium Jurium
Parochialium, quæ reſtringuntur ad functiones, Parochis
competentes Jure Parochiali, ſcilicet curam Animarum,
adminiſtrationem Sacramentorum, Jus funerandi, Deci-
mas, Primitias, & Oblationes, ex allegatis *ſupra num.13.*
Non autem extenduntur ad benedictiones, & diſtributiones
50 noſtrorum Scapularium, nullam penitùs habentes depen-
dentiam à Juribus Parochialibus, ut declarando eandem
clauſulam, & præſervativam, appoſitam in aperitione
Oratorii pro Confraternitate Agonizantium in Platea Paſ-
quini, reſpondit *Rot in Roman.Orator.26.Junii 1699 §. In
ejectione cor. Card. Priol.* Eſt diſtinguendo functiones Paro-
51 chiales ab aliis permiſſis intra Eccleſias Regulares probat
*Matthæuc.in Offic.Cur.Regul.cap.4 n.18.& 19.*

Præjudicium verò aliorum, aut prætenditur in ſubjectio-
ne Confraternitatis noſtro Ordini, & hoc allegabile non vi-
detur ſine nota æmulationis, quia cùm eadem Confraterni-
tas non poſſit, nec prætendat tales actus explere, nec per
52 ſuos Confratres, nec per ſuos Officiales, ſed per neceſſe re-
currere debeat ad alienam authoritatem, taliſque authoritas
perneceſſe mediam, vel immediatam cauſam habere debeat
à noſtro Ordine, cui ſolùm talis facultas per Summos Pon-
tifices conceſſa fuit, imperceptibile redditur, quare id po-
tiùs petere, & obtinere velint à Parocho, & per media-
tam authoritatem, quàm per immediatam manum corun-
dem Regularium, qui velint, nolint Confratres, in hac
parte ſunt eorum Patres, & ſine quibus, nec Confraterni-
tatem habuiſſent, nec Indulgentias conſequerentur; Ubi
autem nullum vertitur præjudicium, & tamen obſtinatè
contenditur, perneceſſe reſultat æmulatio, ut notata per 53
*DD.in l. Altiùs Cod. de Servit.Card.de Luc. de Regal. diſc.
79.ſub num.10 & de Servit.diſc.41.num.6.Capyc.Latr.dec 50.
num 8.* In omnibus perſonis, præſertim Religioſis, & apud
Suprema Tribunalia, nullatenùs admittenda, *Card.de Luc.
de Regal.d.diſc.79 ſub num.10 Rot.dec.552.nu.19 cor.Bich. &
in rec.dec.519.nu.10.par.18.*

Aut pro tali præjudicio allegatur mercimonium, quod ſu-
per dictis Scapularibus ſupponitur fieri per noſtros Patres,
& illi ſufficit reſpondere cum notiſſima pietate eorun-
dem.

Poterat pariter omitti, quod Confraternitas habeat pro-
pria Statuta, authoritate ordinaria approbata. Quia iſta 54
non derogant, nec derogare poſſunt Juribus, noſtræ Reli-
gioni competentibus; Approbatio autem eorundem Statu-
torum ab Ordinario demandatur in iiſdem Conſtitutionibus
Apoſtolicis, in quibus tamen præſcribitur ſubjectio earun-
dem Confraternitatum Superioribus Regularium, à quibus
inſtitutionem recipere debent, præſertim in Bulla Clem.
VIII. relata apud *Lantuſc.in Theatr.Regul.ſub tit Confrater-
nitas num.5.ſub §.5.in fin.*

Quoad 2. articulum concernentem Proceſſionem, etiam
in iſto principaliter exadverſo inſiſtitur antiquiſſimæ conſue-
tudini illam celebrandi ſine interventu noſtrorum Patrum;
Quæ tamen facilè ceſſat ex illa fatali circumſtantia, ſuperiùs 55
deducta, quod ſcilicet dicta conſuetudo viguit ſolùm tem-
pore, quo in loco Biumii nullus adfuit Conventus Carme-
litarum, qui dictam Proceſſionem dirigere potuerint, ideò-
que nullatenus allegabilis eſt poſt ſupervenios dictos Patres,
ex quorum exiſtentia ceſſare debet dicta ſpecialis, ſed diver-
ſa conſuetudo, & exequi generalis conſuetudo totius catho-
lici Orbis, omniumque ſimilium Confraternitatum, qua-
rum Proceſſiones ſemper à dictis Regularibus diriguntur, &
ordinantur, dum Privilegia conceſſa fuerunt, non particu- 56
laribus Conventibus, ſed toti Ordini, ut ad propoſitum ob-
ſervat *Rot.cor.Emer. jun.dec.1014.ſub num.23.*

Aliàs reſultarent duo evidentiſſima abſurda; Primum,
ſcilicet, quod Confraternitas, quæ eſt membrum dicti Ordi-
nis, ſeparaetur à ſuo capite, quod in his terminis repro-
bat *Rot.coram Emerix jun. dec.962.num.12. in fin.* cum con-
cordantibus, citatis *in tom.2.par.2.diſc.26.num.9 num.32.& 57
num.95.* Secundum autem, quod idem Ordo modo uno, &
modo alio Jure cenſeretur, ac in uno Loco cum Confrater-
nitatibus unitus incederet ſub ratione unici corporis, in alio
autem ab illo ſcinderetur, quod pariter improbat in ſimili ca-
ſu *Rot. d. dec.962. num.2. in fin. & dec. 1014. num.18. coram
Emer. jun.*

Ex qua monſtruoſitate, & novitate potiùs quàm ex juſta
innovatione, habente ſuam congruam cauſam, ex ſuperve-
nientia novi Conventus, oritur potiùs admiratio, & ſcan- 58
dalum in Populo, ſemper, & præſertim in Eccleſiaſticis
functionibus vitandum, ut benè, & in terminis monet *Rot.
d dec.1014.n.3.& 6.cor.Emer.jun.*

Fruſtra pariter opponitur, quod Regulares non poſſint
Proceſſiones facere extra ambitum ſuorum Conventuum ſine
licentia Parochi, ad quem ſpectet illas dirigere, & ordina-
re; Tùm quia dictus Parochus non eſt in Cauſa, & Con- 59
fratres non poſſunt allegare Jus, Tertio competens, con-
tra regulam, approbatam *à Rot. dec 411. num.7. coram Se-
raph.& dec.582.* etiam *num.7.coram Ludoviſ.& dec.30 num.8.
par.12. rec. & in Marſicen. Decimarum 7 Junii 1709. §. Ultra
quam quod cor.Card. de la Tremoille.*

Tum, & fortiùs, quia ſimiles Proceſſiones, tàm B. M.
de Monte Carmelo, quàm Roſarii, Centuratorum, & plu-
res hujus qualitatis, tàm in Urbe, quàm in toto catholico 60
Orbe, publicè, & quotidiè fiunt cum ædificatione, & pie-
tate Populi, ac ſine ulla licentia Parochorum, ut notum
eſt, & refertur in Concordia, inita inter Fratres Carmeli-
tanos diſcalceatos, ac mitigatos, approbatam in forma
ſpecifica per Paulum V. mediante Bulla relata inter *Privile-
gia Diſcalceatorum pag.128.* Ex qua generali, & immemo-
rabili conſuetudine allegari poteſt quilibet titulus, & quod-
libet Privilegium, ex notis Juribus. Decreta autem, pro-
hibentia Regularibus Proceſſiones extra ſua Clauſtra, vel
ambitum, non comprehendunt, nec derogant particulari-
bus Privilegiis eorundem, ut expreſsè declaravit Sac. Cong. 61
particularis ad hunc effectum per Pontificem deputata, me-
diante decreto, relato per *Donat. Rer. regul.tom.1.part.2.
tr.13.qu.81.nu.6.in fin Pignat.conſult.121.nu.2.in fin.tom.1 &
Matthæuc.in Official.Cur.Eccleſ.cap.40.num 7.*

Tum

Tum denique quia ad hunc effectum ſufficit, quod Patres
licentiam præfatam petant, etiamſi illam non obtineant,
62 ex punctualiſſimis decretis Sac. C. C. *in Aquen.* de quibus
*ſup. num.* 23.
Ex reſolutione hujus 2. dubii ceſſat neceſſitas diſputandi
tertium, concernentem diverſitatem temporis celebrandi
duplicem Proceſſionem, dum per unionem utriuſque cor-
63 poris, ſcilicet Religioſorum, & Confratrum, unica ſolùm
Proceſſio componetur cum majori frequentia, & per con-
ſequens majori ædificatione Populi, quod etiam motivum
faciliorem reddere videtur reſolutionem pro unione dicto-
rum Corporum.
Ultimum denique dubium, concernens diem celebrandæ
Feſtivitatis B. M. V. de Monte Carmelo, eadem facilitate
64 reſolvendum videtur favore Religioſorum; Quidquid enim
dici poſſit circa generalem inſpectionem, an liceat uno, eo-
demque die eandem Feſtivitatem celebrare, certum eſt,
quod prætenſio contraria repugnat univerſali conſuetudini
65 celebrandi eadem die unicam feſtivitatem in plurimis, &
diverſis Eccleſiis ejuſdem tituli, vel inſtituti, juxta reſolu-
tiones, de quibus *in Tom. 2. par. 2. diſcept. 6. num. 49. & ſeqq.*
Ultra quod deberet Confraternitas reminiſci, quod ipſa,
nec eſſentiam, nec nomen, nec Privilegium aliquod habet
de per ſe, & independenter à Religione Carmelitana, à
cujus conceſſione originem, & ſtatum habuit, & habet,
ideòque dicitur illius Patrona, ut benè conſiderat *Lezzan.*
66 *quæſt. Regul. tom. 1. part. 1. cap. 15. num.* 72. Quodque nimiam
involvit repugnantiam, & incongruitatem, quod ipſa in
tali ſtatu gratioſæ filiationis, & ſubordinationis, & depen-
dentiæ, velit ſuæ Matri, & Patronæ leges imponere, cùm
tamen omnem illi reverentiam, & obedientiam præſtare te-
neatur, ut in durioribus terminis Confraternitatis, nullam
habentis connexionem, & dependentiam à Regularibus,
reſpondit *C. R.* 2. *Julii* 1712. *in S. Severinæ feſtivitatis S.
Crucis*, de qua *in tom. 2. par. 2. diſcept. 6. num.* 44.
Cùmque controverſiæ omnes, concernentes Proceſſiones,
67 illarumque ordinem, & directionem, regulariter remittan-
tur judicio Epiſcoporum, etiam vigore decreti S. Concil.
Trid. ut notat *Barboſ. ad ſeſſ.* 25. *de Regul. cap* 13. *num.* 41. *&
ſeqq. & de Offic. & poteſt. Epiſcop. alleg.* 78. *num.* 3. & 4. *& Ricc.
dec. Neap. par. 4. dec.* 379. *num.* 4. & in caſu noſtro per S. Cong.
remiſſæ fuerint Ordinario pro Concordia, iſtæ autem ap-
68 probaverint temperamenta, ad hunc effectum propoſita, &
à Confratribus inciviliter recuſata, contra ipſos dubia om-
nia rigoroſè, & ſecundum terminos Juris decidenda vi-
detur.
Die 1. Martii 1708. propoſita Cauſa in C. E. & R. per
69 Card. Corſinum, fuit reſcriptum: *Benedictionem, & di-
ſtributionem parvi Habitus ſpectare in poſterum ad Superio-
rem Conventus PP. Carmelitarum; Et quoad Proceſſionem,
videatur particulariter.*
Repropoſita verò die 22. Junii ejuſdem anni 1708. reſcri-
70 ptum fuit: *Quoad benedictionem, & diſtributionem Habi-
tus parvi, perſiſtend. in deciſis: In reliquis ad Em. Archie-
piſcopum pro Concordia.*
Tertia tandem vice iterum propoſita die 10. Aprilis 1710.
reſcriptum fuit: *Quoad benedictionem, & diſtributionem
71 Habitus parvi, perſiſtendum in deciſis 1. Martii, & 22.
Junii* 1708. *Quoad Proceſſionem verò, illam faciendam prius
eſſe die Dominico infra Octavam per Patres Ordinis, cum fa-
cultate Confratribus, vel illam aſſociandi, vel aliam Proceſ-
ſionem, alia die poſteriori faciendam.*
Obſervavimus in principio, S. C. primo loco in hac Cau-
ſa reſcripſiſſe, *Cum Sanctiſs. pro ſanatione*, quam ſolet
72 Apoſtolica Sedes facilè concedere pro ſecuritate conſcientię
Confratrum, utque iſti Indulgentias, earum Confraterni-
tatibus per diverſos Summos Pontifices conceſſas, abſque
ullo dubio conſequi valeant, ut reſpectu omnium Confrater-
nitatum SS. Roſarii, ad preces P. Generalis Ordinis Præ-
73 dicatorum, *die* 15. *Junii* 1679 practicavit ſa. mem. Innoc.
XI. mediante Breve per extenſum impreſſo *Matthæuc. in Of-
ficial. Cur. Eccleſ. cap.* 14 *num.* 10. Utque pro omnibus Con-
fraternitatibus catholici Orbis in hac parte deberet practica-
74 ri, ad tollendum omnem ſcrupulum, omnemque dubieta-
tem circa validitatem Erectionum, & circa Indulgentia-
rum conſequutionem.

# DISCEPTATIO XXV.

## Hiſpalen. reductionis Miſſarum.

*PRO*

Clero Loci Xerez.

### ARGUMENTUM.

*Quibus concurrentibus ſoleat C. C. Gratiam concedere, ut
Epiſcopi, nomine ejuſdem Sac. C. pro eorum arbitrio, &
conſcientia Miſſas in certis caſibus, Locis, & tempori-
bus, reducant.*

INhærendo diſpoſitis *in cap. Ex parte de Conſtit.* ubi *Gloſſ.
verb. Diminuti, Trid. Concil. in ſeſſ.* 25. *de Regul. cap* 4.
facultatem conceſſit Epiſcopis, ut in Synodis Diœceſanis,
re diligenter perſpecta, circa miſſarum adimplementum, & 1
reductionem, id ſtatuerent, quod ipſis expediens videretur,
ad Dei honorem, divinumque cultum, atque Eccleſiarum
utilitatem, & hoc, ut quantum fieri poſſet, piæ defuncto- 2
rum voluntates adimplerentur.
Attenta autem eorundem Ordinariorum in hac parte ma-
gna facilitate, & effrænato arbitrio, de quo *Card. de Luc.
in Miſcel. Eccl. diſc.* 33. *n.* 8. providè hæc S. C. an. 1625. autho- 3
ritate Urbani VIII. ſibi ſpecialiter attributa, eandem fa-
cultatem Epiſcopis ademit, demandando in poſterum, ut
pro reducendis, moderandis, vel commutandis ſimilibus
oneribus, ad Sedem Apoſtolicam eſſet recurrendum, ut vi-
dere eſt apud *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. par. 1. alleg. 29. num. 16. &* 4
*Paſqualig de Sacrific. nov. leg. quæſt.* 1172. *num.* 5 *& Nicol. in
Floſcul. verb. Miſſa num.* 14. Quod ultimo loco confirmavit
*Innoc. XII. in Conſt.* impreſſa *à Matthæuc. in Offic. Cur. Eccl.
cap* 10. § 1. *à num.* 9.
Verùm tamen eſt, quod non minori providentia in qui-
buſdam caſibus ſolet hæc Sac. C. eandem facultatem Epiſco-
pis tribuere ad certum effectum, & pro determinatis vici- 5
bus, ut videre eſt apud *Novar in Summ. Bull. comment.* 81.
*num.* 16. ibi: *Miſſarum reductio committi ſolet arbitrio Ordi-
narii, in facto exiſtentis, & de meritis benè inſtructi, Paſ-
qualig. de Sacrif. nov leg. qu* 1181. *per tot. Lezzan. in Summ.
verb. Miſſa num.* 31 *circa med. Bordon. Conſ. Regul. reſolut.* 25.
*num.* 33. *Tamb. in Opuſc. de Sacrif. Miſſ lib. 3. cap 1. §. 2. nu.* 90.
*Dian. Oper. moral. tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Miſſar. reſol. 8. per
tot & reſol.* 9. §. 4. ubi de ſimili Gratia ab Urb. VIII. conceſſa 6
Procuratori generali Ordinis Minimorum S. Franciſci de
Paula, de qua pariter *Pellizzar. in Manual. tom. 2. tract. 6.
cap. 3. nu. 8. Garz. in Sum Theolog moral. tract. 3. diffic. 10. dub. 4.
num. 22. Card de Luc. de Sacram lib. 5. cap. 12. quæſt. 9. num.* 96.
*Marchant. in Trib. Sacram. tom. 2. tract. 2. par. 2. tit 4. de Sacrif.
Miſſ quæſt. 2. reſol. 2. verſ. Certius fol.* 428. *Averſ. de Sacram.
Euchar. qu. 11. ſect. 18. §. Quod ſi, Pignatel. conſult. 69. num.* 4. 7
*& 5. tom.* 6. ubi, ſuppoſita Gratia reductionis, directa ar-
bitrio, & conſcientiæ Epiſcopi, probat, in defectum ejuſ-
dem Epiſcopi, illam exequi non poſſe Vicarium Generalem
*Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ diſcurſ.* 33 *num* 8. ubi, quod 8
hæc materia arbitraria eſt, & hæc Sac. C. arbitrium regula-
tur à ſingulorum caſuum circumſtantiis, & qualitatibus, &
die 6. Martii 1700. reſolutum fuit *Cubana R. M.* ubi de Gra-
tia pro tota ampliſſima Diœceſi, & magna Inſula Cubana, 9
& pauldò ante nempè 12. *Decembris* 1699 *in Juſtinopolitana
V. SS. L.* in qua refertur ſimilis Gratia, conceſſa anteceſſori
Epiſcopo, ut videre eſt *in Lib.* 19. *Literarum Viſitatioris Sa-
crorum Liminum fol.* 129. ibi: *Reſpondentes autem Poſtula-
tis circa renovationem Indulti pro reducendis oneribus miſſa-
rum, ab hac Sac. Cong. uſque de anno* 1669. *bo. mem. Epiſcopo* 10
*Zeno conceſſi, & tunc minus exactè, quàm par erat, exequu-
tioni demandati A. T. committendum cenſuerunt, ut vigore
præfatæ facultatis, & ſervata forma introcluſæ Inſtructionis
onera, de quibus agitur, pro ſuo arbitrio, & conſcientia gra-
tis moderetur, atque reducat.*
Cùmque hujuſmodi circumſtantiæ, & qualitates verifi-
centur in oneribus annuarum miſſarum 87240 Oppidi Xeres
de Frontiera Hiſpalen. Diœceſis, quarum fundationum 11
Inſtrumenta aſcendunt ad numerum 2992. novæ porriguntur
preces, ut EE. PP. pro unica dumtaxat vice in proxima
Viſitatione eandem facultatem, quam denegarunt die 27.
Martii 1700 dignentur impartiri Archiepiſcopo, & exaudi-
ri ſperamus.

Quia

Quia, nedum nimis difficilè, ſed ferè impoſſibile eſt om-
nia Inſtrumenta dd. 2992. Fundationum in authenticam
12 formam ex ſuis Prothocollis extrahere, & ad Urbem tranſ-
mittere, attenta tenuitate redituum hujuſmodi piorum
Legatorum, qui nec etiam forſan ſufficerent pro congrua re-
cognitione Notariorum, Traductorum, & Copiſtarum,
nec non pro indiſpenſabiliter neceſſaria mercede Miniſtro-
rum Poſtæ; Quibus additur paupertas noſtri Cleri, prorsùs
inhabilis ad aliquid expendendum de proprio pro extractio-
13 ne, & tranſmiſſione dd. Inſtrumentorum, dum, teſte Ar-
chiepiſcopo in Relatione, & Voto pro veritate huic S.C.
tranſmiſſa, *magna laborat ægeſtate*, juxta ejus præciſa
verba, in qua ulterius, ſententiam ſuam aperiendo, proſe-
14 quitur. *Noſtram ſupplicationem juſtam eſſe, benignumque
EE. VV. auditum non demereri.*

Itaut, nunquam aliàs hæc Sac. Cong ex particularibus
facti circumſtantiis, in re ab ejus arbitrio pendente, beni-
gnè conceſſerit dictam facultatem, juxta authoritates, &
15 exempla, ſupra indicata, non ſine fundamento, idem pra-
cticandum in præſenti ſperemus, ex quo paupertas Cleri,
& tenuitas redituum pro Miſſis deſtinatorum pro juſta, &
rationabili cauſa reputari ſolet à Doctoribus, ut videre eſt
apud *Tambur. in Opuſc. de Sacrif. Miſſ. lib. 2. cap. 1. de Stipend.
Miſſ. §. 3. num 91.* ibi: *Caſus non eſt tam rarus, ut moraliter
16 contingere non poſſit, Accidit enim ſæpè, ut quando Cappel-
lanus admiſit onus, cenſus fuerit ſufficiens, deindè ſine ſua cul-
pa diminuatur, & ex alia parte, ſive propter paupertatem,
propter aliud non poſſit adire eum, cui licet numerum Miſſa-
rum temperare, & lib. 3. §. 2 num. 11.* ubi inter caſus reductio-
nis quinto loco numerat caſum, *quando ea, quæ pertinent
17 ad victum, & cultum Sacerdotis, ſint multo majora, quàm
antea, quando fundata eſt miſſa, & Caſtropal. Oper. mor. tr.
22. de Sacram. tit. de Euchar. par. 15. num. 17.*

Addita morali impoſſibilitate extrahendi ferè innumera
18 Inſtrumenta Fundationum, illaque tranſcribendi, & tra-
ducendi, necnon ad Urbem tranſmittendi, quæ omnia la-
tam ſternere videntur viam æquitati, & gratiæ ad *Text. in
§. Impoſſibilis Inſtit. de Hæred. inſtit.* quem ad noſtrum præci-
ſum effectum exornat *Paſqualig. de Sacrific. nov leg. qu. 1177.
nu. 5.* Quibus additur alia reflexio, quod magna illa ſumma,
ut ſupra, expendenda pro copiis, recognitione Notariorum,
& Miniſtrorum Poſtæ, utiliùs converti poterit in ſatisfa-
ctionem onerum, & celebrationem Miſſarum, à Teſtato-
ribus demandatarum; Præcipuè quia in minoribus angu-
19 ſtiis noſtri caſus, & attenta ſola Loci diſtantia, ſimilis
Gratia conceſſa fuit non pro unico, & anguſto Loco, fa-
cultatibus non abundante, ſed pro tota, nimium vaſta,
& ditiſſima Diœceſi, ac Inſula Cubana, necnon pro tota
Diœceſi Juſtinopolitana, ut vidimus ſupra *n 9.* & 10.

Non obſtante decreto hujus Sac. Cong. per quod fuit decla-
ratum, in his caſibus recurrendum eſſe ad Sedem Apoſtoli-
20 cam, etiamſi agatur de legato adeò tenui, ut totum, aut
ferè totum inſumendum ſit pro expenſis, ad obtinendam re-
ductionem neceſſariis, quod referunt, & ſequuntur *Barboſ.
21 ad Concil. ſeſſ 25. de Refor cap. 4. nu. 18. & Gavant. in Manual.
Epiſcop. verb. Miſſa num. 55. & 56.* & inſertum fuit *in d. Conſt.
Innoc. XII. de celebr. Miſſar.*

Decretum enim loquitur, Jure communi attento, quod
ſcilicet in caſu tenuitatis Legati, de Jure non competat
Epiſcopis facultas illud reducendi, juxta verba dubii, in
22 S.C. diſputati, & advertit *Fagn. in cap. Significatum nu. 15.
de Præb.* & meliùs *Paſqualig. quæſt. moral. centur. 4. num. 8.*
Non autem ex eodem decreto abbreviata eſt manus Sac. C.
23 ex juſta, & rationabili cauſa Epiſcopis talem facultatem
concedendi, præ oculis habendo æquitatem illam, quam
ſummoperè in noſtris præciſis terminis commendat *Paſqual.
loco ſupracitato*, & enumerando juſtas cauſas pro ſimilibus
reductionibus concedendis, obſervant *Marchin. de Ordin.
tract. 3. par. 2. cap. 19. num. 26. Tamburin. de Sacrif. Miſſ. lib 3.
§. 2. de Stipend Miſſ. num. 11. Paſqual. de Sacrif. nov. leg. quæſt.
1177. per tot. Lar. de Anniv. lib. 1. cap. 25. & Amoſtaz. de Cauſ.
piis lib. 2. cap. 12. num. 33.*

Quibus in Notulis de Partibus addebatur alia reflexio,
quod non deſunt Authores, aſſerentes in Hiſpaniarum Re-
gnis vigere conſuetudinem, circa punctualem exequutionem
diſpoſitorum in Concil. Trid. in ea parte, in qua Epiſcopis
facultatem miſſas reducendi conceſſit, & non uſum contra-
riorum decretorum hujus Sac. C. ut videre eſt apud *Anton à
24 Spirit Sanct. in Director. Confeſſ. tom. 1. tract. 5 diſput 6.
ſect. 1. num 228. Martinez de Prad. de Sacrif. Miſſ. part. 3. qu. 83.
dub. 13. §. 4. num. 28 Garz in Summ. tract. 3 diff. 10. dub 9 nu 3.
Trullenk. de Sacram. lib. 3. cap 8. dubit. 11. num. 10. Amoſtaz. de
Cauſ. piis lib. 2. cap. 12. num. 4.* ibi: *Poſt hoc decretum de Jure
noviſſimo adſunt diſpoſitiones Sac. Cong. de celebratione miſſa-
rum Summo Urbano VIII. Præſide, quibus reſtricta eſt facul-
tas moderandi miſſas, tàm Epiſcopis, quàm Abbatibus, &
Generalibus, quin potius ad Sedem Apoſtolicam reſervatam
&c. In Hiſpania verò Sac. Congreg. decretum iſtud admiſſum
non eſt, quia DD. Epiſcopi miſſas reducunt:* & ex Doctori-
bus exteris *Marchant. in Tribunal. Sacram. tom. 2. tract. 2. par. 2.
tit. 4. qu. 2. reſol. 5. fol. mihi 428.*

Verùm id nullam habet ſubſiſtentiam, quia Papales le-
ges, quales ſunt reſolutiones Sacrarum Congregationum, à
Papa approbatæ, nulla indigent conſuetudine, ſeu Populi 25
acceptatione, vel uſu, ſed ſtatim ac ſer. ſer. publicatæ ſunt,
indiſtinctè, & præciſè omnes obligant, ut probavi *in tom. 1.
par. 1. diſcept. 14. num. 27. & in tom. 2. par. 1. diſcept. 37. nu. 27.*

Die 17. Martii 1700. relatis precibus in C. C. Gratia fuit
denegata, & reſolutio confirmata fuit die 17. Junii ejuſdem 26
anni 1700.

## DISCEPTATIO XXVI.

### Nolana Proceſſionis.

*PRO*

Collegiata Oppidi Summæ.

*CUM*

Parocho ejuſdem Oppidi.

### ARGUMENTUM.

*Proceſſio in Feſto SS. Corporis Chriſti, an incipere, & ter-
minare debeat ab Eccleſia Collegiata, vel potiùs in Eccle-
ſia Parochiali, à qua ante erectionem Collegiatæ incipie-
bat, & terminabat.*

Ad preces Hominum Oppidi Summæ Diœceſis Nolanæ
anno 1600. Eccleſia S. Mariæ Sanitatis, poſita intra
mœnia ejuſdem Oppidi per Epiſcopum Nolanum, Executo-
rem ſpecialiter deputatum, vigore peculiaris Brevis Clem.
VIII. erecta fuit in Collegiatam ſub titulo S. Mariæ Majo- 1
ris, ſeu ad Nives, cum Capitulo, menſa capitulari, arca,
& ſigillo communibus, cæteriſque collegialibus inſigniis,
Componiturque præfatum Capitulum ex tribus Dignitati-
bus, nempè Præpoſitura, uſum Cappæ, & Rocchetti ha-
bente, ad inſtar Canonicorum Baſilicæ S. Petri de Urbe, 2
Cantoria, & Theſauraria, necnon ex Præbenda Thelo-
gali, octo Canonicis Presbyteris, Diaconibus, Subdiaco-
nibus, Sacriſta, & ex tribus aliis Canonicis ſupranumera-
riis, ac demùm ſex ſimplicibus Clericis Beneficiatis reſiden-
tialibus, ut conſtat ex Bulla erectionis, & ex decreto hujus
S.C. anni 1607. datis in Summ.

Verùm quia ex negligentia anteceſſorum Canonicorum
magnus irrepſit abuſus, quod Proceſſio in die Feſtivitatis
Corporis Chriſti incipit in Eccleſia Parochiali S. Michae-
lis Arcangeli extra mœnia præfati Oppidi poſita, terminat-
que in prædictam inſignem Eccleſiam Collegiatam; Hinc
pro hujuſmodi abuſus totali abolitione per Capitulum, & 3
modernos Canonicos ejuſdem Collegiatæ, habitus fuit re-
curſus ad hunc ſacroſanctum Conſeſſum, ſuperventaque
Informatione Epiſcopi Nolani, contingit modo diſputare,
ubi nam incipere, & terminare debeat d. Proceſſio, quod 4
reſolvendum videtur favore Capituli.

Ad quem effectum præmittimus, quod Proceſſiones ge-
nerales (qualis eſt illa Sanctiſſimi Corporis Chriſti) à Ca-
thedrali, illaque non exiſtente, à majori Eccleſia Loci in-
choari debet, & ibidem finire, juxta literalem diſpoſitio- 5
nem *Cærem. Epiſcop. lib 2 cap. 33. de Feſtiv. SS. Corp. Chriſt.
verſ. Abſente*, ibi: *Abſente Epiſcopo, & in Collegiatis, Ce-
lebrans ipſe, finita miſſa, & depoſitis planeta, & manipulo,
capiet Pluviale, & SS. Sacramentum thurificabit, illudque
ſub Baldacchino portabit*; Cum quibus concordant *Con- 6
cilia Prov. Mediol. 1 & 4. ſub D. Carolo Borromeo par. 2. tit.
de Proceſſ.*

Idque pluries reſolvit hæc S. C. ut videre eſt apud *Barboſ.
in Summ. Apoſt. dec. collect 606. num. 1. & 2.* nempe in *Florent.*

27. *Junii* 1620. relata etiam per *Pignatell. tom 7. conſult.46.*
*num.9. & in Siracuſana 6. Sept.*1636. *& in Camerinen.* 23. *A-*
7 *prilis* 1633. teſte eodem *Pignatel. d. conſult.46. num.9.* & no-
tant *Pac. Jordan. var. lucubr. lib.*11. *tit.*2. *de Proceſſ. num.*64.
*tom.*2. ibi: *Et cùm Proceſſiones generales à Cathedrali, vel à*
*majori Eccleſia Loci incipere debeant &c. Multò magis locum*
*habebit in Proceſſione, de qua tractamus, SS. Corporis Chriſti*
8 *&c.* & in noſtris terminis *Rot.* apud *Novar. Summ. Bullar.*
*dec.4. per tot. & dec.85. num.17. & deciſ.86. num.13. apud Ur-*
*ceol. de Tranſaction. & deciſ.87. num.10. par.17. rec.* ibi: *Et*
*in terminis Proceſſionis SS. Corporis Chriſti, quòd ſic debeat*
*inchoari, & terminari*, quam ſequitur eadem *Rot. deciſ.*400.
*num.35. par.*18. ibi: *Et in fortioribus terminis Eccleſiæ Col-*
*legiatæ, cum ea concurrentibus Rectoribus Eccleſiarum Paro-*
*chialium, in ipſa faciendas eſſe Proceſſiones, & Canonicos*
*præcedere, & functiones peragere debere, deciſum fuit in d.*
9 *Burgen. Præeminentiarum, & deciſ.*479. *num.*64 *part.*19.
*tom* 2. *rec.* ibi: *Sed etiam decreta Sacrorum Rituum Congre-*
*gationis, & Cæremoniale Romanum, ad unguem conforme*
*diſpoſitioni Juris, requirentis, quòd Proceſſiones in die SS*
*Corporis Chriſti incipiant, & terminentur in Eccleſia Ca-*
*thedrali, ſeù majori, qualis eſt Collegiata S. Mariæ.*

Ea convincenti ratione, quia circa præcedentiam ordo
10 dignitatis ſemper ſervari debet *leg Omnes Cod. Ut dignit. ord.*
*ſerv. libr.*12. *leg. Ut gradatim ff. de Muner.* & qui dignior eſt
præcedere debet minùs dignum, argumento *Text. in cap.*
*Præcipimus diſt* 93. & latè *Pignatel. tom.4. conſult.24. num.*1.
*&* 2. *Rot. cor. Pænia deciſ* 941. *num.3. in fine*, & propterea
11 Proceſſio in die Feſtivitatis Corporis Chriſti incipere, & ter-
minare debet in noſtra Collegiata, uti digniore, ut videbi-
mus infra.

Quibus accedit, quòd Eccleſia Collegiata, tanquàm di-
gnior præcedit omnibus Eccleſiis Parochialibus, ut uno ore
notant adducti per *Caſſan. in Catal. glor. mund. par.4. conſid.*
38. *Sperel. dec.167. num.*11. *&* 12. *& Rot. cor. Pæn dec.*1420.
*num.4. & ſeq. & cor. Seraph. deciſ.22. num.1. & dec.*1445. *eod.*
12 *num* 1. *& cor. Burat. dec.*455 *num.1. & in rec. dec.87. num.3.*
*& ſeq. par.*17. ibi: *In ipſa utriuſque Juris diſpoſitione, man-*
*dante, ut præeminentiæ concedantur digniori, &c. qualis eſt*
*Eccleſia inſignis Collegiata reſpectu Parochialium*; Et in ſor-
tioribus terminis in *d. deciſ.469. num.25. par. 9. rec.* ibi: *Sed*
*tantùm prætendit præeminentiam in functionibus Eccleſiaſti-*
13 *cis, ad quas convenire ſolent Parochiales cum Clero, quæ ta-*
*men Juri conſona eſt, quia Collegiata, etiam non inſignis,*
*præcedit tanquàm dignior omnibus Eccleſiis Parochialibus,*
*etiamſi, antequam eſſet Collegiata, illis non præcederet.*

Ex quibus infertur, quod nimis ſolidè fundata eſt petitio
14 Canonicorum, ut Proceſſio in die feſtivitatis Corporis Chri-
ſti incipere debeat ab inſigni Collegiata, in eaquè termina-
re, tanquàm majori, & principaliori Eccleſia, ex deter-
minatione *d. Cæremonialis*, declarationibus hujus S. C. aliiſ-
que authoritatibus, ſupra adductis, & ſignanter ex *dict. de-*
*ciſ.87. num.9. par.17. rec.* ibi: *Ut generales Proceſſiones à Ca-*
*thedrali, vel cujuſcuaque Loci majori Eccleſia, proficiſantur,*
*eòdem revertantur.*

Quòd autem noſtra inſignis Collegiata ſit principalior, &
dignior Eccleſia Parochiali D. Michaelis Arcangeli, cœte-
15 riſquè, exiſtentibus in præfato Oppido Summæ, nequit in
dubium revocari; Illa enim à die erectionis eſt in quaſi poſ-
ſeſſione explendi omnes, & quaſcumquè publicas functiones,
in d. Oppido peragendas, ad inſtar Cathedralium, facien-
di ſcilicèt omnes alias Proceſſiones publicas, habendiquè
16 præcedentiam in Campanarum pulſatione in die Sabbati
Sancti, atquè alias prærogativas, ut deponunt Teſtes: ibi:
*Per eſſere quella la maggiore, nella quale quotidianamente vi*
*ſi officia dal ſudetto Capitolo, ornato di Prepoſito con Cappa*
*magna, e Roccbetto, Dignità, Canonici numerarii, e Cle-*
*rici bullati, & in quella tutte le funzioni pubbliche, e Proceſ-*
*ſioni ſi ſolennizano, Prediche, Giubilei, ſuono di Campane*
*nel Sabbato Santo, non potendo altra Chieſa ſonare prima, e*
*tutte le funzioni pubbliche, che ſi fanno nelle Catedrali, ſi ſol-*
*lennizano in detta noſtra Chieſa Collegiata.*

Quòd in noſtro caſu fuit ſolemniter declaratum, tam ab
17 hac S. C. 10 Julii 1602. ibi: *S. R. C. inhærendo decretis, aliàs*
*factis, quod Eccleſiæ Collegiatæ in omni actu, ſemper præ-*
*ferendæ ſint Eccleſiis ſimplicibus, & non Collegiatis, decla-*
*ravit, Eccleſiam Summanam, tanquàm Collegiatam, & inſi-*
*gnem, præferendam eſſe aliis Eccleſiis non Collegiatis, nec*
*inſignibus.* Quam ab alia C. E. & R. 24. Junii 1699. *in No-*
18 *lana Præced. Ponente Card. Collored.* concedendo præce-
dentiam noſtræ inſigni Collegiatæ reſpectu alterius Eccleſię
Collegiatę, licèt antiquioris, nullatenùs tamen inſignis,

exiſtentis in d. Diœceſi *Nolana*. Et demum 2. loco ab hac
Sacr. Congreg. 18. Aprilis 1682. quando, reclamantibus Pa-
rocho ejuſdem Eccleſiæ, unà cum aliis tribus Parochis in d.
Loco exiſtentibus pro erectione eorum Crucis, tàm in pro- 19
ceſſionibus, quàm in exequiis, peragendis cum interventu
noſtri Capituli, eadem Sacr. Congr. ex eo quia ipſi ſimplices
Clerici bullati noſtri Capituli præcedunt dictis Parochis, ut 20
conſtat ex jurata Atteſtatione eorundem Parochorum, data
in Summario. Viſa Informatione Epiſcopi Nolani, audi-
toque d. Capitulo, inſtantiæ quatuor Parochorum Oppidi
Summæ, non incedendi in Proceſſionibus ſub Cruce Colle-
giatæ, ſed ſub propria reſpondit; *Negativè*, quæ ſane pre-
rogativa, noſtræ Collegiatæ conceſſa, indubitanter deno-
tat aliarum Eccleſiarum ſubjectionem, ut advertunt *Card.*
*de Luc. de Regal. diſc.16. num.23. & Rota deciſ.320. num.27.*
*part.11. recentiorib.*

Certiùs, quia habemus ulteriùs claram diſpoſitionem Sy-
nod. Fabritii Galli Epiſcopi Nolani die 6. Novembris 1588. 21
& ſic longè ante erectionem noſtræ Collegiatæ, in cujus *cap.*1.
*de Proceſſ.* rotundis literis demandatur: *Proficiſcantur verò*
*proceſſiones prædictæ à Cathedrali, vel cujuſvis alterius Lo-*
*ci majori Eccleſia, eòdemque revertantur*, quæ Synodalis 22
conſtitutio tanquam particularis lex in Diœceſi eſt omninò
ſervanda, per ea, quæ obſervant adducti *in Tom.1. part.2.*
*diſcept.28. num.96.*

Quibus non obſtat unicum objectum, quòd Eccleſia Pa- 23
rochialis ab immemorabili reperiatur in quaſi poſſeſſione, ut
ibi inchoetur Proceſſio.

Triplicitèr enim reſpondemus, & 1. Quòd talis prætenſa
conſuetudo non probatur in facto cùm ſuis neceſſariis requi-
ſitis, ut omninò eſſet neceſſarium, juxta *Gloſſ. in leg 1. Cod.* 24
*Quæ fiunt long. conſuet.* cum aliis apud *Mohed. de Conſuet. de-*
*ciſ.3. num.1.*

II. Quod etiam ſi per poſſibile probaretur, adhùc non re-
levaret, quia illa verſaretur in actibus merè facultativis, *Ne-*
*vizan. conſ* 14. loquens de conſuetudine retinendi SS Eu-
chariſtiæ Sacramentum in Eccleſia Monialium per totam
Octavam Corporis Chriſti, & *Pignatell. tom.4. conſult.*29. 25
*num.*14. Quo caſu indubitatum eſt, quòd etiam ſi fuerit cón-
tinuata per mille annos, nullam poteſt inducere conſuetudi-
nem, ea convincenti ratione, quia in actibus facultativis
nunquam admittitur præſcriptio, *Menoch. de Arbitr. caſ.*160.
*num.10. & conſ* 201 *num.61. Surd. conſ* 127. *num* 8. *in fin. Pi-*
*gnatell. tom.4. conſult.35. num.25. Rot. coram Ludoviſ. dec.*162.
*num* 9. *&* 15 *& coram Caval. deciſ.518. num.9. &* 10. *& cor.*
*Veral. deciſ.306. num* 5. *&* 7. *part.*1. Et in terminis præemi-
nentiarum *cor. Buratt. deciſ.43. num* 6. *&* 7. *& coram Seraph.*
*deciſ.716. num.*10.

III. Quòd prætenſa conſuetudo fuit ſublata à Clem VIII. 26
qui de anno 1600. (in quo noſtra inſignis Collegiata fuit ere-
cta) in ejus conſtit. 69. §. 2. & 6. Cæremoniale Epiſcopo-
rum approbavit, mandavitquè illud obſervari in univerſali
Eccleſia, cùm decreto, quòd non poſſit in aliquo immuta-
ri, nec alterari, non obſtantibus Conſtitutionibus, etiam
juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis alia firmi-
tate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ibi: *Idcircò* 27
*Cæremoniale Epiſcoporum hujuſmodi, juſſu noſtro emenda-*
*tum, & reformatum, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac*
*de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, perpetuò approbantes,*
*illudque in univerſali Eccleſia ab omnibus, & ſingulis perſo-*
*nis &c. perpetuò obſervandum eſſe præcipimus, & manda-*
*mus &c. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus Apo-*
*ſtolicis, ac etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis*
*editis generalibus, vel ſpecialibus, nec non quarumvis Ec-*
*cleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel*
*quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,*
*cæteriſque contrariis quibuſcumque &c.* Et ab Innocent. X.
qui de anno 1650. mediante particulari Conſtitutione, im- 28
preſſa in principio ejuſdem Cæremonialis, illud ſpecificè ap-
probavit, cùm expreſſa derogatione cuilibet contrariæ con-
ſuetudini.

Quòd autem per prædictis Conſtitutiones, approbantes,
& confirmantes Cæremoniale, fuerit omninò ſublata præ-
tenſa conſuetudo, & contrarius uſus, in noſtris terminis 29
probat *Pignatell tom* 4 *conſult* 0 *num.*14. ibi: *Tertiò quia*
*conſuetudo fuit ſublata à Clem. VIII qui motu ſuo proprio, &*
*ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis ſuæ, Cæremo-*
*niale approbavit, mandavitque illud obſervari in omnibus*
*Eccleſiis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis, cum*
*decreto, quòd non poſſit in aliquo immutari, nec alterari; Non*
*obſtantibus Conſtitutionibus, etiam juramento, confirmatione*
*Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, &*

*conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque &c. Itaquè, tàm conſuetudo, quàm contrarius uſus videtur in totum ſublatus, quare Cæremoniale præfatum in Cæremoniis Eccleſiaſticis habetur tanquam lex ſcripta, & jus commune, quod inviolatè obſervandum eſt &c.* Quòdque dictum Cæremoniale
30 vim legis obtineat, in ſpecie loquendo de conſuetudine, oppoſita eidem Cæremoniali circa ordinem incedendi in Proceſſionibus, notant adducti in *Tom. 1. par. 2. diſcept. 26. num 36.* & generaliter in *d Tom. 1. par. 2. diſcept. 24. num. 10.* Quibus addo *Rot. dec. 10. num. 10. & 11. par. 10. rec.*

Præterea quamvis per poſſibile aſſerta immemorabilis con-
31 ſuetudo à præfatis Conſtitutionibus non fuiſſet ſublata adhùc illa utì irrationabilis, abuſiva, & iniqua nunquam attendi deberet, ex animadverſis per *Santarel. variar. reſol. tom. 1. part. 4. num. 37. Covar. var. lib. 3. part. 12. num. 5. tom. 2. verſ. Sententiam, Diana Oper. mor. par 6. tract. 5. reſol. 32. Sperel. deciſ. 179. à num. 36 Panimol. deciſ. 1. adnot. 2. à num. 34.* ibi: *Conſuetudo autem immemorabilis nunquam cenſetur ſublata, niſi de ea fiat expreſſa mentio &c. Sublimita, quando conſuetudo eſt irrationabilis.*

32 Ultra quod non probatur exadverſo, quòd dicta prætenſa immemorabilis tempore editi Cæremonialis, & emanatæ Clementinæ Conſtitutionis, illius confirmatoriæ exiſteret, vel completa eſſet, ut omninò requiritur ex animadverſis per, *Pignatel. tom. 4. conſult. 29. num. 15.* ibi: *Et quamvis Conſuetudo immemorabilis, non videatur ſublata in d. Cæremoniali &c. probatio hujuſmodi immemorabilis debet percutere tempus editionis Cæremonialis, illiuſque confirmationis ab anno 1600. Quia licèt non tollat conſuetudinem immemorabilem, dicta tamen immemorabilis, debet probari antequam Cæremoniale confirmaretur, ex quo in confirmatione illius tollitur contrarius uſus, & contraria conſuetudo, nam ubi removetur præterita conſuetudo ex cauſa irrationabilitatis, multò magis removetur futura, de novo introducenda.* Ea viva ratione, quia conſuetudo futura, tanquàm inducta ex infectis radicibus, reſiſtente lege, vigore decreti irritantis, in dd Con-
33 ſtitutionibus appoſiti, nullo modo poteſt induci, & multò minus præſcribi, ut tradunt *Gabriel. Comm. concluſ. tit. de Clauſ. concl. 3. num 39. Gonzal. ad reg 8. Cancel. gloſſ. 67 numer. 50. Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de Reſt. ſpoliat. & deciſ. 3. in princ. eod tit. in Novis, & dec 24. num. 5. par. 2. diverſ. & deciſ. 62. num. 6. par. 6. rec.* & in noſtris terminis *Sperel. deciſ. 179. num. 34 & 35. tom. 2. & Panimol. dec. 1. adnot. 2. num. 31. & 32.* Impoſſibile autem eſt, quòd exadverſo fieri poſſit hu-
34 juſmodi probatio, quòd nempè anno 1600. jam exiſteret immemorabilis inchoandi proceſſionem in dicta Eccleſia Parochiali, eo quia erectio noſtræ Collegiatæ evenit in eodem præciſo, & individuali anno 1600. ut inter Partes eſt in confeſſo.

35 Non refragante, quòd prætenſa conſuetudo immemorabilis ſaltem poſſet verificari antequam noſtra Eccleſia erigeretur in Collegiatam, quod evenit d. anno 1600.

Ultra quod enim id non regit in facto, adhùc non eſt attendendum; Quia eo ipſo, quod dicta Eccleſia fuit erecta in Collegiatam fuerunt ei conceſſa omnia Jura præeminen-
36 tiarum, ac prærogativæ Collegialitatis, cum quibus venit etiam prærogativa faciendi proceſſionem in die ipſa Feſtivitatis Corporis Chriſti, ut in ſpecie obſervat *Rot. cor. Seraph dec. 1445. num 7.* ibi: *Conſuetudo verò antè erectionem, non facit ad rem, quia mutato ſtatu, mutatur Jus, & ejus effectus, & ex his concluſum pro Collegiata, & in rec. dec. 469. num. 25. par. 19.* ibi: *Quia Collegiata, etiam non inſignis, præcedit tanquàm dignior omnibus Eccleſiis Parochialibus, etiamſi antequàm eſſet Collegiata, illis non præcederet.*

Et in terminis ſimilis controverſiæ inter Cathedralem Tu-
37 ſcanellæ, noviter erectam, & Collegiatam ejuſdem Civitatis, prætendentem eſſe ab immemorabili in quaſi poſſeſſione peragendi Proceſſionem in dict. die Feſtivitatis Corporis Chriſti, reſolvit hæc *Sacr. Congr. in Tuſcan. Præemin. 19. Auguſti 1619.* quam refert *Pignatel. tom. 4. d. conſult. 29. num. 6. & ſeq.* Nec relevat replicatio, quòd in omnem caſum
38 eadem prætenſa conſuetudo, tanquàm particularis, attendi debeat, etiam ſi juri repugnet, quia non videtur indecens, quòd in aliquo particulari caſu, vel tempore, inferior ſuperiorem præcedat, ex adductis *in deciſ. 560. num. 16. & 17. part. 19. rec.*

Præmiſſo enim, quòd contraria prætenſa conſuetudo nul-
39 lo modo concludenter probatur de dicto anno 1600. quodque qualiſcumque conſuetudo, ſivè particularis, ſivè univerſalis ſublata remanſit ex præfatis Conſtitutionibus, confirmatoriis Cæremonialis; Semper verum eſt, quòd Doctores omnes tunc contrariam prætenſionem in certis caſibus admittunt, quando concurrit aliqua qualitas, & rationabilis cauſa, ut ait *Ruin. conſ. 155. numer. 11. libr. 4. & Rot. cor Ludov. dec. 310. num 6. Add. ad eundem dec. 124. num. 4. verſ. Sed hæc, & Sperel. deciſ. 179. num. 36.* ibi: *Denique ad hoc, ut tolerabilis ſit conſuetudo ejuſmodi in caſu particulari, neceſſe eſt, ut aliqua concurrat qualitas, & rationabilis cauſa*, cum aliis, adductis in *dec. 560. num. 18. par. 19. rec.* 40

Tantum autem abeſt, quod in caſu noſtro concurrat qualitas aliqua, & cauſa rationabilis favore Eccleſiæ Parochialis, ut potiùs clara irrationabilitas palpetur manibus, prout uno ore cum juramento deponunt 87. teſtes inter quos mul- 41
ti Sacerdotes: ibi: *E la ſudetta Proceſſione con uſcire dalla ſudetta Chieſa Parrocchiale rieſce ſcandaloſa, odioſa, e faticoſa per il circuito lungo, inutile, e duplicato, atteſo che per il ſudetto circuito, coſì inutile, paſſa la Proceſſione due volte per la medema ſtrada, tanto il Clero Secolare, quanto Regolare, ſtanchi per le ſtrade ſtrapazzoſe accompagnano il Santiſſimo in detta Proceſſione con poca riverenza, e ſenza ordine, & a mezza ſtrada reſta Noſtro Signore abbandonato, e le mazze del Pallio, che dal Governo, e Nobili ſi portano nell'uſcire, reſtano in mano della Plebe nell'entrare, e queſto lo dichiaramo ſolamente per zelo, & honore del culto divino;* Qui- 42
bus etiam accedit depoſitio jurata duorum Priorum Regularium, in dicta Proceſſione intervenientium, Conventuum Ordinis Prædicatorum, ac Carmelitarum, prædicta omnia ſuperlativè comprobantium; Et ulterius aſſerentium, quòd omnia inconvenientia ceſſarent; *Se la ſudetta Proceſſione del Corpo di Chriſto uſciſſe dalla Chieſa maggiore, & in quella ritornaſſe ad entrare, come ſarebbe più conveniente di Noſtro Signore, ſtante che s'evitarebbe detto circuito inutile, lun-* 43
*go, e duplicato*, & demùm ſubjungunt, quòd Collegiata eſt capax totius Populi numeroſi, ad Proceſſionem prædictam concurrentis, quod non verificatur in Eccleſia Parochiali, taliter anguſta, ut nullo modo capax ſit omnium perſonarum, Proceſſioni intervenientium, quæ omnia in noſtris terminis ponderat *Rot. d. dec. 560 num. 19. par. 19. rec.* ibi: *Pro juſta autem, & rationabili cauſa conſiderarunt Domini in præſenti caſu majorem Populi commoditatem, dùm Eccleſia S. Thomæ ſit ae ſt in loco planiori, in medio Caſtri, re-* 44
*duplicat in majori Populi quantitate alteram S. Leonardi, amplior eſt, & magis apta ad eccleſiaſticas, & ſolemnes functiones.*

Die 1. Septembris 1718. per Card. Vallemanum propoſito 45
in C. R. ſequenti dubio: *An Proceſſio SS. Corporis Chriſti incipere, & terminare debeat in Eccleſia Collegiata, ſeù potiùs in Eccleſia Parochiali in caſu &c* Reſponſum fuit: *Affi-* 46
*rmativè quoad primam partem, negativè quoad ſecundam.*

---

# DISCEPTATIO XXVII.

## Hydruntina Fontis Baptiſmalis.

*INTER*

Præpoſitum Oppidi Nicopolis.

*ET*

Parochum ejuſdem Loci.

## ARGUMENTUM.

*Fons Baptiſmalis quando conſtrui poſſit in illa Parochiali Eccleſia, in qua ab antiquo tempore permanſit, & de præſenti ampliùs non exiſtit; Idque reſtrictivè pro aliquibus tantum Familiis, & Perſonis, addictis ſervitio illius Eccleſiæ, in qua Fons baptiſmalis erigi prætenditur.*

IN facti ſerie, mihi communicata, ſupponitur tanquam 1
certum, quod in Oppido Nicopolis, Hydruntinæ Diœceſis, anno 764. erectum fuerit Monaſterium, pleno jure exemptum ab Archiepiſcopi Juriſdictione, tàm reſpectu Loci, quàm perſonarum, omniumque Officialium, & Miniſtrorum ſæcularium, eorumque Familiarum, cum immediata ſubjectione Apoſtolicæ Sedi.

Quòd Cives, & Habitantes in eodem Oppido Nicopolis, licèt quoad Juriſdictionem temporalem eſſent ſubjecti 2
Abbati

Abbati ejuſdem Monaſterii, qui eſt etiam S. R. I. Princeps, quoad ſpiritualia ſubjecti ſunt Archiepiſcopo Hydruntino: Quamvis fama ſit, antiquitùs totum Populum fuiſſe exemptum ab ordinaria Archiepiſcopi Juriſdictione, & authoritate.

Quòd ante annum 1280. quando Abbas dicti Monaſterii ædificavit pro Populo ejuſdem Loci Eccleſiam Parochialem, diſtinctam ab alia Eccleſia dict. Monaſterii, functiones om-
*diſcept. 1. num. 34.* quod in caſu, de quo agitur, non ſit locus ſubrogationi, ſed ſoli ſubſtitutioni, ex ſupra animadverſis, hæc non eſt facienda hodiè, ſed tempore actualis Capituli, vel Congregationis generalis, ante cujus convocationem poſſunt multa evenire, quæ præſentem contentionem inter dd. duas Provincias de medio tollere valent.

Ex quibus non credimus repetenda ea, quæ gratis, ubique dicta ex adverſo fuerunt circà aſſertam contradictionem Votorum, antecedenter datorum à PP. V. C. & Procuratore generalibus, aſſerentibus, ſibi ipſis videri, bonas rationes aſ- 50
ſiſtere favore Provinciæ Vallis Mazzariæ.

Ultrà quod enim hujuſmodi bonæ rationes reſpicere poſſunt bonum Jus ejuſdem Provinciæ, quoad ſubſtitutionem, ſuis loco, tempore eidem Provinciæ debitam, prout dictum 51
fuit in Decreto.

Stri-

Strictè dicimus, quod in primo Voto proceſſerunt cum eis,
quæ oculis corporeis leguntur in Collectione Statutorum, fa-
cta *à P. Sambuco*, quæ Collectio, cum ex hucuſque animad-
52 verſis in hac parte appareat evidenter erronea, & uti talis re-
cognita, & canonizata fuit à pleno Definitorio generali
utriuſque Familiæ, nil mirum, ſi mutato facto, cui innite-
bantur eorum priora Vota; Jus quoque deindè mutari opus
fuerit; In his enim circumſtantiis gloria reputatur, Sapien-
tum more, conſilium mutare, ex adductis ſupra *diſcept. 1. §.
31. à nu. 2.* & concordant innumera alia exempla, adducta,
& ſequuta *à Rot. in Romana Primogenituræ de Corſinis* 10.
53 *Decemb.* 1710. *in princ. coram Aldrovand.* ibi: *Unius namque
Dei eſt, immutabilem eſſe in judiciis ſuis, qui de ſe dixit, Ego
Deus, & non mutor: At humana Judicia, pro diverſa conſi-
deratione, mutari non ſolùm poſſunt, ſed etiam debent, neq;
id tribuendum communis infirmitatis naturæ, ſed ſapientiæ,
perfectioriq; Judicantium cognitioni*, cum aliis longa manu
adductis *à Card. de Albic. de Inconſtant. in Judic. in Præfat. à
n. 41. uſque ad finem*, ubi, quod id quod ſemel nobis placuit,
circumſtantiis mutatis, diſplicere nobis debet, & refert exem-
54 pla Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, Impera-
torum, Regum, & ſimilium egregiarum perſonarum, abſq.
ullo ſcrupulo in melius eorum ſententias mutantium.

Quibus non adverſatur ſequens reflexio. In conſtitutioni-
bus Ordinis, & in Capitulis generalibus, relatis *à Lantuſc.
in Theatr. Regul. verb. Subrogatio num.* 4. diſponitur, mortuo
55 Definitore provinciali, eidem ſubrogandum eſſe digniorem
Patrem Provinciæ: Quod ſi d. tempore iſte non reperiatur in
eadem Provincia, ſubrogandus ſit Guardianus principalioris
Conventus; Diſcurrendo igitur à ſimili, defuncto Defini-
tore generali, ſubrogari eidem debet dignior Pater Ordinis,
ſive iſte ſit Exprocurator generalis, ſive Commiſſarius Cu-
riæ, ſive Exdefinitor generalis: Quod ſi nullus iſtorum re-
periatur, tunc fieri debet locus ſubrogationi Miniſtri provin-
cialis ejuſdem Provinciæ, ex qua erat Definitor generalis
defunctus.

Tantum enim abeſt, quod argumentum hoc à ſimili ali-
quid concludat, quin potiùs ad hominem retorqueatur; Quia
ſicuti Conſtitutiones in caſu obitus Definitoris provincialis
56 mandant, deficientibus aliis Patribus Provinciæ, eſſe ſub-
rogandum Guardianum principalioris Conventus, ita favo-
re Miniſtri provincialis idem demandaſſent in caſu mortis
Definitoris generalis, ſi id voluiſſent; Quod cum non fece-
rint, ſed in hoc caſu mandaverint ſolùm eſſe ſubſtituendum
Miniſtrum provincialem, dicendum eſt, id noluiſſe, ducto
argumento à diſcretiva loquutione, quod in Jure validiſſi-
mum reputatur, & diverſitatem voluntatis digito demonſtrat
*ad Text. in l. unica §. Sin autem C. de Caduc. tollen* cum con-
57 cordantibus apud *Spad. conſ. 52. n. 4. & 5. lib. 1. & Rot. deciſ.*
2179. *n. 4. cor. Coccin. & dec.* 328. *n.* 10. *cor. Bich.* Et in termi-
nis ſimilis diſcretivæ, pro interpretandis Conſtitutionibus
Ordinis Carmelitarum, obſervant adducti *in Tom. 1. part. 2.
diſcept. 25. num. 7. & 8.*

Et tamen ex alia etiam ſolida reflexione argumentum hoc
nullius remanet efficaciæ; Uno ſiquidem ore receptum eſt
58 inter Doctores, quod argumentum à ſimili procedat ſolùm
(ſunt verba *Barboſ. in Loc. commun. loc.* 101. *num* 1.) *quando
in utroque ſimili adeſt eadem ratio*, & concordant adducti per
*Maſcard de Probat. concluſ.* 1213. *num. 5. & Menoch de Arbit.
caſ. 28. n. 8.* & firmavit *Rot. dec. 356. nu. 12. & 13. part. 16. rec.*
ubi, quod argumentum à ſimili corruit data quavis minima
diverſitate.

In noſtris autem terminis diverſitas eſt æquè palmaris, ac
evidens, quia Definitores generales ſemel tantùm in quolibet
59 ſexennio congregantur (licet ex notis Mundi viciſſitudini-
bus, de quibus *in Tom. 1. part. 2. diſcept. 20. per tot.* in ſpatio
18. annorum congregati non ſint) Congregantur autem quan-
do conveniunt ad Capitulum generale, in quo ſuffragium ha-
bent, & ſuffragandorum Judices ſunt, ut eſt in noſtra Refor-
matione notorium, & conſtat *ex Cap. gen. Rom. ann.* 1689.

E contra verò Definitores provinciales ſæpiſſimè congrega-
60 ri debent, ſive ad eligen. Superiores locales in Congregatio-
nibus Provincialibus, ſive una cum Provinciali ad deciden-
das Cauſas Provinciæ, eo quia una cum illo ſunt ordinarii
Judices, ſive ad recipiendos Juvenes, ſive ad alia ſimilia
61 munera præſtanda; Et propterea illorum officia ferè neceſſa-
ria, & æqualiter prompta eſſe debent in Provincia; Undè non
mirum, ſi, uno deficiente, fiat locus ſubrogationi alterius
dignioris Patris, & in illius defectum ſubrogandus ſit Guar-
dianus principalioris Conventus.

Hujuſmodi autem neceſſarium exercitium nullo modo ve-
rificatur in munere Definitoris generalis, quod ſemel tan-
tum in quolibet ſexennio occurrere ſolet, & in quibus cir-
cumſtantiis quaſi momento exercetur, ut dicunt Ordinis 62
Conſtitutiones, relatæ *à Gubernat. in Orbe Seraphic. tom.* 4.
*fol.* 121. *num.* 8. Quod perfectè adimpleri poteſt per ſolam, &
ſimplicem ſubſtitutionem, faciendam in ipſo Capitulo gene-
rali, in quo exerceri debet.

Præterea, ſi attendenda eſſet ſimilitudo inter Officia Guar-
diani, & Definitoris provincialis in caſibus ſubrogationum,
iſtud verè maximum ſequeretur inconveniens, & orietur ab- 63
ſurdum, quod *ſicuti Guardianus* (ſunt verba *Capit. Roman.
ann. 1651. cap. 4. §. 4. num. 6.*) *qui vices Definitoris ſubroga-
vit, ſi biennio duret ſubrogando gaudet privilegio Definito-
rum*; Ita idem dicendum eſſe, reſpectu Miniſtri provincialis,
ſubrogandi in locum Definitoris generalis defuncti; Quod ſe-
quentibus verbis improbatum fuit in dict. *Cap. Roman. anni*
1651. relato *à Gubern. in Orbe Seraph. tom. 4. fol. 131. num. 8.* 64
*Indecorum exiſtimamus, ex uno actu ſubſtitutionis, qui exer-
cetur quaſi momento, habere prærogativas Miniſtrorum pro-
vincialium, & Procuratorum, ac Secretariorum Ordinis, quæ
tot laboribus acquiruntur.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt alia reflexio, quod niſi fiat ſub-
rogatio in locum Definitoris generalis defuncti, Reformatio 65
in primo Capitulo generali remanebit ſine uno ex ſuis Defini-
toribus generalibus; Objectum enim nullam meretur conſi-
derationem.

I. Quia hujuſmodi reflexio non tangit ſolos Reformatos,
ſed comprehendit etiam Obſervantes; Et tamen ab illis in
nulla prorſus habita fuit, vel habetur conſideratione; Et 66
proindè, vel non meretur exagerari inter Reformatos, vel
ſicut nullius eſt efficaciæ inter dd. Obſervantes, ita etiam talis
naturæ dicenda eſt inter Reformatos.

II. Quia idem magnificatum periculum non eſt omninò
certum, quia pro eo tempore, quo convocari debet Capitu-
lum generale, poterit dari caſus, quod inter Reformatos re-
periatur Pater Ordinis, ad terminos noſtrorum Statutorum
ſubrogabilis: Unde ſub tali incertitudine eo minùs videtur 67
conſideratione dignum ex animadverſis per *Mart. Medic. dec.
21. n. 32. & 33.* & firmatis per *Rot. dec. 28. n. 16. & 17. par. 17.
rec. & cor. Emer. jun. dec. 1157. n. 19.*

III. Quia eadem reflexio non habet facti aſſiſtentiam, ex
quo in illo unico actu, ſeu momento, in quo Definitor gene- 68
ralis debet exercere ſuum munus in Capitulo generali, ſem-
per verum erit, quod aderit Definitor generalis, ſaltem per
ſubſtitutionem, ut diſponunt noſtra Statuta, *ex allegatis
ſupra*.

IV. Demum, quia quando etiam, adverſus rei eviden-
tiam, nulla ex his reflexionibus in noſtro caſu militaret, ad-
huc admiſſo, quod deficeret unus, imò plures ex Definitori- 69
bus generalibus, nihil omninò inferri valeret ad preſentem
caſum, eò quia id non proveniret ex facto voluntario Reli-
gioſorum, ſed ex clara litera noſtrarum Legum, ſeu noſtro-
rum Statutorum, quæ quamvis appareant dura, ſemper ſer-
vanda ſunt, neque de illis, ſed ſecundùm illa judicandum
eſt, juxta celebre monitum *D. Auguſt. de Vera Religio. cap.* 2.
ibi: *Cum leges fuerint inſtitutæ, non licet de ipſis judicare ſed* 70
*ſecundùm ipſas*, quem ſequitur *Rot. dec. 78. num. 19. par. 17.
rec.* cum aliis, citatis *in Tom 2. par. 1. diſcept. 37. numer. 35.*
& facit *Text. in l. Proſpexit ff. Qui, & à quibus*, ibi: *Quod
quidem per quam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.*

Fortiùs quia cum tali clara diſpoſitione Statutorum con-
cordat clarior praxis noſtræ Religionis, de qua teſtis omni
exceptione major eſt P. Generalis noſtri Ordinis, ibi: *Hor-* 71
*tamur P. V. R. ut toto conatu impediat talem ſubrogationem,
ſive per electionem, ſive alio modo faciendam, uti legibus, &
Praxi repugnantem:* Quæ praxis omnium oculis expoſita eſt
in Familia Ultramontana, in qua ex decem Definitoribus
generalibus, legitimè electis in ultimo Capitulo generali,
vix ſuperſunt quatuor, vel quinque, abſque eo quod audita 72
fuerit ſimilis prætenſio Miniſtrorum provincialium ejuſdem
Ultramontanæ Familiæ circa ſubrogationem in locum præ-
mortuorum Definitorum generalium.

Nec replicetur, quod in omnem caſum, ſi non deficiet in
Capitulo generali unus ex Definitoribus, eò quia in illius lo- 73
cum poterit ad formam dd. Statutorum ſubſtitui Miniſter
provincialis illius Provinciæ, ex qua erat defunctus; Saltem
Reformati amittunt unum Votum, quia idem Miniſter pro-
vincialis, ſubſtitutus in locum Definitoris generalis, unum
dumtaxat votum dare poſſet, non autem duo, hoc eſt, &
uti Definitor generalis, & tanquam Miniſter provincialis.

Ante reſponſionem huic ultimo objecto non poſſumus non
laudare zelum Contradictoris, exagerantis hujuſmodi præ-
judicium, eo tempore, quo ipſo eſt illius unicus author, &
pro-

74 promotor; Si enim præſentem litem acriter non moviſſet ,
& acrius non continuaret, hoc præjudicium nullo modo ve-
rificari poſſet, quia in primo Capitulo generali , loco Defini-
toris generalis defuncti, votum daret Miniſter provincialis,
qui ſubrogatus fuerat tempore ejuſdem mortis , abſque ullo
præjudicio Voti, dandi ab illo Miniſtro provinciali, qui tem-
pore Capituli generalis eſſet actualiter talis.
Reſpondemus autem, quod hujuſmodi criticationes parti-
cipant de ſcotiſticis ſubtilitatibus, quia in noſtra Religione
75 nunquam factæ fuerunt in præteritum, ut notorium eſt in
utraque Familia: Et loquendo de noſtra Ciſmontana, deque
Religioſis Reformatis gr. ex. ſi tempore P. Variſii fuiſſet con-
vocatum Capitulum generale, certum eſt, quod in illo ex
duplici capite Votum habebat, & utì Excommiſſarius gene-
ralis totius Familiæ Ciſmontanæ, & utì ex Vice Commiſſa-
rius generalis Reformatorum, & tamen unum duntaxat de-
diſſet Votum, idque abſque ulla querela Reformatorum ;
Loquendo verò de utraque Familia, non ſunt metaphyſici ,
minuſque nimium rari caſus illi præteritorum Capitulorum
generalium, in quibus intervenerunt utì actuales Miniſtri
76 provinciales multi, qui eodem tempore erant etiam Defini-
tores generales, in quibus ſumma pace unum dederunt Vo-
tum, abſque ulla querela, vel criticatione; Sicuti de facto
( ut alios ommittamus) in ultimo generali Capitulo Victo-
rienſi de anno 1694. P. Franciſcus à Baſſano, actualis Defi-
nitor generalis, & ſimul Miniſter provincialis Reformatæ
Provinciæ S. Antonii Venetiarum, unicum dedit Votum ,
tanquam Definitor generalis, abſque eo , quod ſuppletum
fuerit illius Votum, utì Provincialis: Et tamen, nec Vene-
ta Provincia , nec tota Reformatio de tali unius Voti amiſ-
ſione ullam querelam movere.
Quod ſi ulteriùs dicatur, poſſe in his circumſtantiis eligi
77 ProMiniſtrum , qui nomine Provinciæ daret Votum , eo
tempore, quo Miniſter Votum ſuum daret utì Definitor ge-
generalis, ut practicatum fuiſſe aſſeritur inter Obſervantes.
Reſponſio in promptu eſt, quod eodem prorſus modo pro-
78 cedi poterit in noſtro caſu, & res erit expedita, núlluſque re-
manebit locus contrariis criticationibus.
Non omittimus demum EE. PP. rogare, ut dignentur re-
flectere, quod unus in toto Orbe Seraphico reperitur Reli-
79 gioſus, unico innixus Voto inter omnes componentes Defi-
nitorium generale, qui præſentem promovit, & proſequitur
prætenſionem, adverſus ſundatam, communemq; opinionem
P. Generalis totius Ordinis, P. V. C. G Reformatorum, to-
tiuſque generalis Definitorii, in quorum poteſtate ſi repoſi-
tum eſt leges etiam condere pro tota Religione , *ex adductis*
*ſupra numer.* 48 multò magis illorum judicium attendendum
80 erit pro ſola declaratione Statutorum, pro qua diſputamus ;
Præcipuè poſtquam ad terminos noſtrarum Conſtitutionum
hæc Sac. Congr. eidem Definitorio decidendam remiſit præ-
ſentem controverſiam: Videtur enim nimis durum, Oppo-
ſitorem prætendere, ut iidem qualificatiſſimi Religioſi ve-
rum ſenſum propriarum Conſtitutionum non intellexerint ,
longeque durius, quod adverſus proprias conſcientias deter-
81 minaverint aliquid, eiſdem Conſtitutionibus nullatenus con-
forme, idque abſque ullo proprio commodo, vel utilitate ,
quod impercetibile viſum fuit *Roland. conſ.* 33. *num* 38. *& ſe-*
*quent. lib.* 1. aliiſque Authoribus, citatis *in Tract. de Livell.*
*cap.* 1. *§.* 4. *num.* 5.
Die 27. Aprilis 1718 propoſita Cauſa in C. E. per Cardin.
82 Spinolam, reſcriptum fuit; *Suſtineri Subrogationem, fa-*
*ctam in perſonam Provincialis Proviniæ ſeptem Martyrum.*

PRo intelligentia illorum verborum Statuti Toletani ,
quæ regiſtravimus ſupra num. 32. notandum eſt hic cum
83 *Lantuſc. in Theatr. Regular. Verb. Subrogatio numer.* 2. quod
Provinciæ Patres propriè, & rigoroſè ſunt illi qui ſaltem per
biennium fuerunt Provinciales, Vicarii, Procuratores, &
Commiſſarii Romanæ Curiæ, Definitores generales, Guar-
diani Hieruſalem, Secretarii generales Ordinis , qui per
triennium ſervierunt Superioribus generalibus, canonicè ele-
84 ctis, Lectores jubilati, necnon Definitores, & Cuſtodes
actuales in ſuis provinciis; Iſti enim omnes Patres Provinciæ
verè, ac propriè ſunt, cum titulis, honoribus, & privilegiis
Patrum, unà cum jure ſubrogandi, & debent obſervare in-
ter ſe ordinem, & præcedentiam, juxta diſpoſita *in Conſtit.*
*gener. ordin. cap.* 8. *num.* 4.

# DISCEPTATIO XXX.

## Ordinis S. Franciſci Exemptionis.

*PRO*

Syndicis Apoſtolicis.

*CUM*

Communitatibus Status Eccleſiaſtici.

## ARGUMENTUM.

*Syndici Apoſtolici Ordinis S. Franciſci, an gaudeant exem-*
*ptione ab oneribus communitativis; Et in caſu, quo ii-*
*dem Syndici ſint Sacerdotes, an exempti ſint à Iuriſdi-*
*ctione Ordinariorum, tàm in Viſitatione, quàm extra il-*
*lam. Quibus concurrentibus iidem Syndici Apoſtolici*
*vendere, & alienare poſſint bona, relicta illis Conven-*
*tibus, quorum ſunt Syndici.*

ILlorum magnorum laborum intuitu, quos Syndici Con-
ventuum Fratrum S. Franciſci ſubire coguntur; aliqui
Summi Pontifices multas Gratias eiſdem conceſſerunt, in- 1
dicatas in *Conſtit.* 47. *Innocent. XII. ſub numer.* 6. quorum
primus Clem. VII. eiſdem Syndicis ſpecialem exemptionem
à Foro ſæculari, tàm in Cauſis civilibus, quàm criminali-
bus, & mixtis, ampliſſimè indulſit in *ejus Conſtit* 19. Prout
etiam idemmet Pontifex voluit, quod, nedum pro anima-
rum ſalute potirentur quibuslibet indulgentiis, & peccato- 2
rum remiſſionibus, quibus Fratres Ordinis Obſervantiæ po-
tiuntur, & gaudent, ſed etiam *Favoribus, & Gratiis*, eiſ-
demmet Fratribus impartitis , ut pariter legitur in eadem
*Conſtit. ſub §.* 1. & in aliis *apud Confect. in Collect. Privil. Sac.*
*Ordin. Frat. Mendic. fol.* 145. *& ſeqq.*
Hanc ipſam Conſtitutionem, prout etiam decreta Sacr.
Congregat. idipſum demandantia, confirmavit in forma ſpe-
cifica Innocen. XI. ut, referendo verba dictæ confirmationis,
notant *Matthæucc. in Official. Cur. cap.* 51. *per totum, & Ricc.* 3
*in Synopſ. Imun. Eccleſ. verb. Syndicus*; Ea motus ratione ,
quod nonnulli prætendebant, Privilegia hujuſmodi in aliqua
parte non eſſe ampliùs in uſu, quodque Syndicis prædictis ra-
tione eorum Officii tantum, non autem, utì talibus Perſo-
nis competere poſſint, ac proindè cum id eſſet in detrimen-
tum paupertatis, & Regulæ , quam profitentur iidemmet
Fratres S. Franciſci, dum neminem amplius poterant reperi-
re, qui eorum Syndici, ſive Procuratoris munus in ſe ſuſci- 4
pere, eumque laborem aſſumere vellet, expediens dignoſce-
batur hujuſmodi confirmatio, ut ferè per hæc verba id obſer-
vat *Matthæucc. loc. alleg.*
In ſequelam horum Pontificiorum diplomatum EE. PP. in
hac Sacr. Congreg. aſſidentes pluries demandarunt, quod ii-
dem Syndici fruantur exemptione onerum communitativo- 5
rum, & ſignanter in *Anagnina* 10. *Decemb.* 1661 *& in Reca-*
*naten.* 1. *Septembr.* 1696. *& in Urbinaten.* 24. *Jan* 1699. *& in*
*Firmana* 8. *Novemb* 1702. in quibus expreſsè eiſdem Syndi-
cis conceſſa fuit exemptio à ſolutione Collectarum, necnon
Onerum communitativorum.
Cumque in præſenti Communitates Status Eccleſiaſtici ta-
lem exemptionem controvertant, ſupplicamus reſcribi, di- 6
ctos *Syndicos ad Onera communitativa non teneri*.
Pro favorabili autem reſolutione ſat eſſet obſervare, quod
ita ab hac Sac. Congreg. pluries declaratum fuit, ut ſupra ob-
ſervavimus, dictas enim reſolutiones, vel tanquam leges ve-
nerari omnino debent, generaliter *Rot dec* 7. *nu.* 3. *poſt An-* 7
*tonel. de Jur. Cler. & dec.* 279. *num.* 2. *par.* 18. *rec.* & in termi-
nis reſolutionis hujus Sac. Congr notat *Cobell. ad Bull. Bon.* 8
*Reg. cap.* 35. *n.* 109. *verſ. Verùm*. Vel utì religioſè à Commu-
nitatibus obſervatæ, poſitivam important obſervantiam, &
declarationem Clement. Conſtitut. quæ ſi in verbis, ſeu lite- 9
tera controverſam exemptionem non præfefert, dicitur ta-
men ex præfatis decretis, & ſucceſſiva obſervantia taliter
declarata, ut eadem interpretatio omnino ſequenda ſit, etiam
ſi intellectus contrarius eſſet de Jure verior, & magis verbo- 10
rum ſenſui accommodatus, ut notant adducti *in Tom.* 1. *par.*
2. *diſcept* 16. *num.* 101.
Fortiùs, quia talis interpretatio conformis eſt eidem Cle-
men-

mentinæ, dum in eadem dicitur, quod idem Summus Pon-
11 tifex communicare voluerit omnia, & quæcumque privilegia Fratrum Minorum Obſervantium Syndicis, & Procuratoribus Religionis, itaut illorum privilegiis frui, & potiri valeant, ut legitur *ſub §. 1.* ibi: *Omnibus, & ſingulis indulgentiis, favoribus, & gratiis, quibus Fratres Ordinis Obſervantiæ prædicti utuntur, potiuntur, & gaudent &c. uti, potiri, & gaudere poſſint, & valeant.* Unde ſi privilegio exemptionis ab oneribus Communitativis Fratres Minores Obſervantes potiuntur, ut eſt notiſſimum, & obſervant *Thomat. de Collect. inter Tractat. magn. tom. 12. fol. 131. n. 1. in fi-*
12 *ne verſic. Si verò Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 13. n. 14. & Card. de Luca de Regal. diſc. 57. ſub n. 2.* Ita eodem privilegio frui debent Syndici, ex vi parificationis, in ipſamet
13 Conſtitutione demandatæ, ad *Tex. in leg. 1. Cod. de Epiſc. & Cleric.* ibique *Caſtr. Squillan. de Privileg. Cleric. part. 8 à nu. 17. & Antonel. de Jurib. Cler. cap. 2. num. 32.*

Quibus accedit, quod licet in litera id non contineatur in d. Conſtit. adhuc illius vigore potiuntur Syndici exemptione
14 ab Officiis, & muneribus publicis earund. Communitatum, prout etiam gaudent Immunitate ab omnibus repreſaliis, ut reſpectu Officiorum publicorum decrevit hæc Sac. C. die 14. *Jan.* 1698. *in Spoletana, & 7. Jan.* 1699. *& Sac. Conſulta* favore Syndici Conventus Terræ Fabriani ſub die 9. Auguſti 1701. Quæ reſolutio confirmata fuit contradicente Gubernatore Loci ſub die 19 ejuſdem menſis, & anni; Reſpectu verò exemptionis à Repræſaliis eand. exemptionem decrevit S. C.
15 I. die 14. Jan. 1698. prout etiam hæc Sac. C. die 14. d. menſis Jan. & anni, ut notat *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. d. cap. 51. n. 5. & Ricc. in Synop. verb. Syndicus n. 17. & ſeqq.*

Et propterea in nihilò refragatur, quod litera Clementinæ Conſtitut. non præſeferat controverſam exemptionem
16 Onerum communitativorum favore Syndicorum; Quia eo ipſo, *quòd ipſi omnibus favoribus, & gratiis, Fratribus Obſervantibus indultis*, uti, & potiri voluit idem Summus Pontifex, per neceſſe ſequitur, quod etiam privilegium controverſæ exemptionis eiſdem Syndicis communicavit. Et quemadmodum alias etiam immunitates, non expreſſas, Sacr.
17 Congreg. ut ſuprà, comprehenſas declararunt, ita ex eadem ratione controverſa exemptio, licèt non expreſſa comprehenſa dici debet; Tùm ex verborum generalitate, elicita ex illis verbis *omnibus, & ſingulis*, quæ nihil excludunt, ad regulam *Text. in cap. Circa*, ibique *Gloſſ. Verb. Omnia de Elect. in 6.* Tùm ex æqua interpretatione, pluries canonizata, & amplexa à Sac. Cong. ex huc uſq; animadverſis.

Quæ omnia clariora redduntur ex *Conſtit. 11. S. Pii V.* in
18 *Bullar. tom. 2. §. 1.* in qua expreſsè confirmantur exemptiones Ordinum Mendicantium ab omnibus Gabellis, eaſque extendit ad eorundem Ordinum *Negotiorum geſtores*, ſub quorum nomine Syndicos, & Procuratores eorumdem Ordinum venire, non eſt ambigendum, dum pro talibus reputantur in aliis Conſtitutionibus, de iiſdem Syndicis loquentibus, il-
19 loſque de Jure hujuſmodi nomine venire, probat *Text. in leg. Quicumque 5. §. Etiam eos ff. de Inſtit. act.* & notant *Giurb. deciſ 88. à n. 3. & Rot. dec 152. à n. 12. par. 10. rec.*

Non attenta reſponſione, quòd hujuſmodi exemptiones
20 revocatæ fuerint in Conſtit. 5. Innoc. XII. Contrarium enim oſtendit ſupra relata obſervantia exemptionis, pacificè admiſſa, & à Sacris Congr. canonizata poſt eandem Conſtitutionem Innoc. XII. quæ ad hunc effectum ſufficit. Et quidem
21 ſumma ratione, quia ſicuti non ceſſant labores Syndicorum, ita neq; ceſſare debent eorum privilegia, illorum intuitu conceſſa, cum de cætero non reperirentur perſonæ, quæ tale munus, ſeù potiùs onus, in ſe ſuſcipere vellent, ut ſuperiùs inſinuavimus, & innuit confirmatio, ſeù approbatio Innoc. XI. relata *à Matthæuc. ubi ſupra n. 2 ſub §. 2.*

## In eadem Cauſa.

22 NOn obſtantibus exadverſo deductis ſubſiſtere videntur omnes tituli, quibus innititur exemptio Syndicorum ab Onere collectarum.

I. Titulus exemptionis fundatur in diverſis Conſtit. Summorum Pontificum, & ſignanter in Conſtit. 19. Clem. VII. in
23 qua literis cubitalibus conceduntur eiſd. Syndicis omnes illi favores, & gratiæ, quibus potiuntur, & gaudent Fratres de Obſervantia. Quorum favorum, & gratiarum appellatione venire controverſam exemptionem probavimus *ſup. n. 17.* Et in terminis obſervat *Matth. in Offic. Cur. Eccl. c. 51. nu. 2.*

Nec ſubſiſtit, eadem verba detorquenda eſſe in ſenſum ſpi-
24 ritualium favorum, & gratiarum, dum habemus innegabilem obſervantiam, quæ illa interpretata eſt pro temporali, & legali exemptione, tam ab Oneribus Collectarum, quam à Repræſaliis. In Conſtitutionibus enim Apoſtolicis ille dicitur ſenſus in verbis, qualem demonſtravit ſubſequuta obſervantia etiamſi contrarius intellectus de Jure verior eſſet, magiſque accomodatus verborum ſenſui, ut probavimus *ſup. n. 10.*

Secundus titulus ejuſdem exemptionis fundatur in Juris communis diſpoſitione, qua attenta, exemptio à Collectis, competens Eccleſiaſticis, & Religioſis, comprehendit etiam illorum famulos, familiares, & negotiorum geſtores, ex 25
adductis *ſupra num. 18. & 19.*

Cui non adverſatur reſponſio, quod prædicta vera ſint de illis Famulis, qui antiquitùs ſub dominio, & expenſis Monachorum vivebant, atque erant perpetuò adſcripti ſervitio Eccleſiæ; Tantùm enim abeſt, quod Authores, ad id comprobandum exadverſo adducti, id aſſerant, ut potiùs retor- 26
queantur, expreſsè probantes contrarium, ut eſt *Surd. dec. 35. n. 8.* referens, ita deciſum in ſuo caſu à Senatu favore illorum famulorum, qui perpetuò Monachorum ſervitio adſcripti non erant; *Theſaur. deciſ. 32. n. 5. & deciſ. 116. nu. 12.* nec non *de Graſſ. de Effectib. Cleric. effect. nu. 148.* loquuntur de Clericorum Collectis. E converſò autem innumeri DD. adducti per *Squilant. de Privileg. Clericor. c. 18. n. 17. & ſeq. & Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 1. par. 1. c. 2. num. 31.* indefinitè probant, hujuſmodi privilegia competere etiam famulis, ſeù familiaribus ad tempus, ibi: *Quæres 5. An privilegium immunitatis à ſolutione Collectarum &c. conceſſum Eccleſiæ, & Clericis, extendatur etiam ad famulos Eccleſiæ, & Clericorum;* 27
*Reſpondeo affirmat., ſive ſint famuli perpetui, ſive ad tempus quia famuli comprehenduntur in privilegiis Dominorum.*

Minus ſubſiſtit alia reflexio, quod in omnem caſum dicta famulorum exemptio verificetur in bonis Eccleſiarum, quorum ſunt famuli, non autem in bonis propriis eorundem, cum inutili divagatione circa qualitatem immunitatis, & exten- 28
ſionem privilegii perſonalis, vel realis, communicabilis, vel non communicabilis; Famuli enim Eccleſiaſticorum nulla indigent communicatione privilegiorum circa bona propria Eccleſiarum, quæ omni jure exempta ſunt, ut latiſſimè probat *Cartar. in Opuſc. de For. competent. ſeù in Diſput. pro Eccleſiar. Immun. à num. 439.* referendo plures reſolutiones Sac. 29
Cong. Immunitatis, *Sperell. dec. 37. à nu. 76.* Dictaque communicatio ad hoc, ut aliquid operetur, verificatur circa bona propria, & in his præciſis terminis loquuntur DD. adducti per *Squillant. & Antonell. ubi ſupra*, atque habemus in hac parte punctualem *Gloſſam in Capit ex literis Verb. Suis facultatibus de Vit. & honeſt. Cleric.*

Tertius titulus exemptionis fundatus pariter in juris diſpoſitione, ſeù deducitur per juris receptas propoſitiones ab alia 30
exemptione fori, quæ pro quibuſcumque Cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus Syndicis Apoſtolicis competit, ex punctualiter animadverſis per *Ciarlin. contr. 187 to 2. & Sperel. dec. 128. n. 8. in fine, ſeu in additione*, referentem uniformem reſolutionem, *& Panimoll. dec. 6. adnot. 7. n. 56.* ubi, quod id verum eſt etiam pro Cauſis, motis ante deputationem in Syndicos, referendo ità deciſum à C. I. & *in Maceraten. 8. Martii 1644. & in Fanen. 25. Maii 1645.* Dummodò tamen adſit legitimus Conſervator Privilegiorum Religionis, cui ſubiiciuntur, qui aliàs dicuntur ſubjecti juriſdictioni Epiſcopi, non exiſtente legitimo Conſervatore Religionis, ut reſolutum fuiſſe *à C. I. in Urbevetana 6. Mart. 1655.* teſtis eſt idem *Panim. ubi ſupra num. 57.*

Reſpondetur exadverſo, id non eſſe univerſaliter verum, adducendo exemplum Clericorum conjugatorum, qui non 31
ſunt immunes à Collectis, licèt ſint exempti à Foro laicali; Cæterùm reſponſio confirmat potiùs noſtrum aſſumptum, cò quia iidem Clerici, ex eodem motivo exemptionis à poteſtate Laicali, habent pariter à Jure exemptionem à Collectis, ut probat punctualis *Gloſſ. in cap. unico in figuratione caſus paulò poſt principium, & in verb. In cæteris de Cler. Conjug. in 6* Sed ex ſpeciali ſanctione Summi Pontificis fuit eis adempta in *dict. cap. unic. de Cler. Conjug in 6.* ubi, præter privilegia Fori, & Canonis, in cæteris mandavit Summus Pontifex, eos nullo alio gaudere privilegio Clericali; In hac autem par- 32
te, ut in terminis notant *Caſtropal. Oper. Moral tom. 2. tr. 12. diſput. unic punct. 9. n. 3. & Barboſ. de Poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 23. num. 6.* ſtandum eſt Juri canonico, & exequutioni demandandæ ſunt Pontificiæ Conſtitutiones, ut in Urbe practicari 33
videmus in Gabella Vini, ab Alex. VII. impoſita, à qua nedùm Clerici conjugati, ſed etiam aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ, in maxima Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, exemptæ non ſunt, & referendo præciſa verba Chirographi impoſitionis hujus Gabellæ notat *R. P. D de Rubeis apud Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. fol. 176. à n. 43.* ubi, quod in hac parte de poteſtate

ſtate Papæ nemo dubitat, quòdque de illa diſputare non li-
cet; Uſquequò igitur in noſtris terminis non adducitur con-
traria Summi Pontificis ſanctio, undique ſubſiſtit dictus ti-
tulus exemptionis, adeò ſolidè fundatus in incontrovertibi-
34 li exemptione Fori, ex authoritate dd. Claſſicorum DD. ap-
probatorum etiam à d. S.C.E. & R.

Quartus tandem titulus exemptionis fundatur in praxi,
ſeu innumeris reſolutionibus hujus S. C. quæ nunquàm talem
35 exemptionem in dubium revocavit, ſed in omnibus facti
contingentiis, & recurſibus ſemper reſpondit pro ejuſdem ex-
emptionis obſervantia, & continuatione antiqui ſoliti, cum
illa conſiderabili circumſtantia, ſeu expreſſione: *Eſſendo
ſtato altre volte dichiarato dalla S. C. che a tali Miniſtri attua-
li di eſſa Religione competa l'eſſenzione ſudetta:* Non enim
mutanda ſunt ea, quæ certam obſervantiam habuerunt *leg.*
36 *Minimè ff. de Legib. Gonzal. in cap. Cùm conſuetudinis num. 23.
de Conſuet. Bordon. in Manual. S. Offic. ſect. 34. n. 40. Capon di-
ſcep. for. 85. n. 12. & Rot. apud Antonel. de Jur. Cler. dec. 19. n. 23.*

Adverſus quàm non juvat reſpondere, eaſdem reſolutio-
nes emanaſſe inaudita Parte: Contrarium enim patet ex ad-
37 ductis in Summario, in quo regiſtrantur inſtantiæ contra
Syndicos factæ, unà cum recurſibus ad hanc S.C. interpoſitis.
Ultrà quòd adeò longa obſervantia non poteſt dici oſcitanter
practicata, neque proindè adverſus illam talis exceptio ad-
38 mitti valet, per ea, quæ firmavit *Rot. in Placent. Collegia-
lit. 1. Julii 1696. §. Quin obſtet coram Olmo.*

Demùm non adverſatur, quòd in omnem caſum noſtra
39 exemptio ex quocumque capite proveniat, revocata fuerit
per Innoc. XII. in ejus Conſtit. 5.

Recurrunt enim contra talem prætextum dictæ reſolutiones
hujus S. C. poſt eandem Conſtitutionem replicatè emiſſæ.
Quia non poteſt in mentem cordati Viri cadere, quòd hæc
40 S.C. re maturè perpenſa, totiès reſpondere voluiſſet pro exe-
quutione noſtræ exemptionis, ſi illa fuiſſet adeò ſolemniter
revocata in *cit. Conſtit.* Quæ præſumptio validiſſimo fulcitur
fundamento, quia ſcilicèt in *d. Conſtit. §. 9* præſervantur,
ſeu ad limites Juris communis reducuntur Eccleſiaſticorum,
& Regularium immunitates, & exemptiones; Ex hucuſ-
que autem animadverſis noſtram exemptionem competere
41 pariter ad terminos Juris communis manifeſtum eſt, proin-
deque prætenſa revocatio nullatenus ſubſiſtit, nec allega-
bilis eſt, ut in terminis notat *Matthæucc. in Offic. Cur. Regul.
part. 2. cap. 2. tit. Officialis quoad Gabellas num. 8. juxta pri-
mam impreſſionem.*

Non omittentes obſervare, quòd agitur favore piæ Cauſæ
ſeu pro manutentione puritatis Regulæ PP. de obſer. & Re-
42 form. qui ex contraria reſolutione in futurum vix Syndicum
aliquem reperire poſſent, qui onera eis competentia aſſume-
re vellent, quod ab omni pietate alienum viſum fuit Innoc.
XI. in *ejus Conſtitut.* per extenſum regiſtrata à *Matthæuc. in
Offic. Cur. Eccleſ. cap. 51.* Ea autem, quæ pietatem reſpiciunt,
& piæ cauſæ favorem concernunt, etiam in dubio facilè ad-
43 mittenda ſunt, per ea, quæ notant *Felin. in cap. Ad Apoſto-
licam num. 3. de Simon. Lagun. de Fruct. part. 1. cap. 33. §. unic.
à num. 19. & Rot. in Urgellen. Servitut. 15. Maii 1697. §. Et
quidem coram Molines.*

Quia verò ultrò admittitur ex adverſo ampliſſima exem-
ptio Syndicorum Apoſtolicorum à foro laicali, ſed prætendi-
44 tur, illam nil commune habere cum præſenti inſpectione:
Dicimus, ex illa ad hominem inferri eandem exemptionem,
etiam quoad onera communitativa, non quidem ex eo, quòd
ab una ad aliam ex dictis exemptionibus argumentari valeat,
ſeu ab exemptione perſonali inferri poſſit exemptio realis;
Sed ex eo, quia eadem militat ratio exemptiva in utroque
caſu; In tantùm enim iidem Syndici exempti dicuntur à
Foro laicali, quia tanquam Miniſtri, & negotiorum Geſto-
res PP. Minorum Obſervantium, de illorum exemptionibus
participant, ipſorumquè privilegiis fruuntur, & gaudent,
45 & uti tales, ad inſtar eorundem Religioſorum, immediatè
Summo Pontifici ſubjecti dicuntur, & ſunt, ut in individuo
notant *Roderic. quæſt. Regul. tom. 3 quæſt. 52. art. 1. Pellizzar.
de Monial. tract. 1. cap. 6. ſect. 2. num. 3. tom. 2. & Auguſtin à
Virg. Maria de Privileg. Ord. Mendic. verb. Procurator ſub
num. 2.* Et referendo ita pluriès deciſum à S. C obſervant *Lan-*
46 *tuſc. in Theat. Regul. verb. Syndicus num. 1. Pignatel conſ. 445.
tom. 1. Del Ben in noviſſ. Addit. ad tract. de Immunit. verb. Syn-
dicus, & Matthæuc. in Offic. Cur. Regul. lib. 1. cap. 10. num. 53.
& lib. 2. cap. 22. per tot* juxta primam impreſſionem. Quod eſt
adeò verum, ut procedat etiam pro Cauſis, motis antè illo-
47 rum deputationem ad Syndicatum, ut bis reſolutum ab ea-
dem S.C. refert *Panimol. d. deciſ. 6. adnot. 7 num. 56.*

Cùmque hæc eadem ratio militet etiam reſpectu Onerum
communitativorum, eadem quoque militare debet Juris di-
ſpoſitio, ex adductis per *Rot. deciſ. 348. num. 3. part. 17. recent.*
Nec mirum, ſi ab hac S. C. ſemper ipſorum favore reſponſum 48
fuit pro exemptione à dictis Oneribus communitativis, juxta
reſolutiones adductas *ſuprà num. 5.*

Videmus hoc quotidiè practicari in Familiaribus Epiſcopo-
rum, qui, ut egregiè pro veritate conſultus, reſpondet, ac
probat *Ciarlin. controv. 187 tom. 2.* non alia ratione exempti 49
ſunt à gabellis, niſi ex eo, quia uti exempti à Foro laicali,
tanquam Miniſtri, & Famuli Epiſcoporum, de illorum quo-
què exemptione à gabellis participare debent, licèt nullus
Canon, nullaquè Papalis Conſtitutio illos eximat ab onere
ſolvendi eaſdem Gabellas; Optimè advertens *num. 24.* hoc
non eſſe extendere privilegium Fori ad privilegium immuni-
tatis, ſed eſſe privilegium immunitatis, competens Domi-
no, extendere ad ejus Familiam, & Miniſtros, quòd juri 50
etiam conſentaneum eſt, juxta *Text. in leg. Univerſi Cod. de
Vectigal.* ac in ſpecie animadverſa per *Sanchez Conſ. moral.
lib. 2. cap. 4. dub. 44. num. 2.* ubi, quòd omnes tenent, exem-
ptum à Gabellis pro uſu ſuo, eſſe etiam exemptum pro ſuis
Familiaribus, ac Miniſtris, & *Giurb. conſ. 8. num. 2.* loquens in
ſpecie de Familiaribus Epiſcoporum *Donat. Rer. Regul. tom. 1.* 51
*tract. 4. de Extenſ. privil. quæſt. 3. per tot.* ubi probat, privile-
gium conceſſum Marito de non ſolvenda Gabella, extendi
etiam ad Uxorem, ea ratione, quia ratio exemptionis Ma-
riti militat etiam reſpectu Uxoris *Menoch. de Arbitr. caſ. 562.
num. 13 & 21. de Graſſ. de Effect. Cler. effect. 3 num. 122. & The-
ſaur. deciſ. 22. num. 6.*

Proindeque non ſine fundamento poteſt dubitari, quòd ex
contraria reſolutione præſentis controverſiæ, cum receſſu
ab opinione, huc uſque inconcuſsè practicata favore Syndi-
corum adeò exemplaris Religionis, ex eo ſpecioſo motivo, 52
quòd nulla Pontificia Conſtitutio in ſpecie eximat Syndicos
à ſolutione Onerum communitativorum, deſumi poterit
prætextus impugnandi eandem exemptionem Familiarium
Epiſcoporum, pro qua adeò inſudarunt Eccleſiaſticæ Im-
munitatis Defenſores, ut videre eſt apud *Dian. coordinatum
tom. 9 de Immun. Eccleſ. tract. 1. reſol. 2. num. 16. & ſeq.* ubi re-
fert per extenſum Epiſtolam ſcriptam de ordine Pauli V. Epi- 53
ſcopo Liparen. *& tract. 2. reſol. 182 & plur. ſeq.* ubi eandem,
& alias ſimiles Epiſtolas per extenſum tranſcribit; Et ratio-
nem dubitandi adducit *Ciarlin. dict. controv. 187. num. 3.* ibi:
*Quia non videtur adeſſe aliquis Canon aut Conſtitutio, quæ* 54
*illis hoc tribuat, & licèt hi privilegio Fori perfruantur, ta-
men hoc non debet extendi, etiam ad privilegium Immunita-
tis, quia diverſa ſunt, & ab uno ad aliud non valet argumen-
tum &c. & ſpecialia non ſunt multiplicanda &c. ideo videtur di-
cendum, quòd ſicuti cæteri Laici tenentur ad ſolitas Gabellas.*

Neque poteſt dubitari, majora eſſe gratuita onera Syndi-
corum Apoſtolicorum reſpectu Religionis, cujus ſunt Syn-
dici, quàm dictorum Familiarium Epiſcoporum incommo-
da, quæ ſubeunt quidem in familiaritate Epiſcoporum, ſed 55
non ſinè actuali, ac conſiderabili menſtrua recompenſatio-
ne; Illa verò patent ex ſimplici lectura Apoſtolicarum Con-
ſtitutionum, & ſignantèr ex illa Martini IV. apud *Cherubin.
poſt Conſtit. 19 Clem. VII.* in qua inter alia datur eiſdem Syn-
dicis facultas ampliſſima circa eleemoſynas omnes, ad Re-
ligioſos ſpectantes, nimirùm illas; *Per ſe petendi, recipien-* 56
*di, exigendi, alienandi, tranſigendi, paciſcendi, conveniendi,
promittendi, remittendi, quietationem faciendi, agendi, de-
fendendi &c. cum illis, & contra illos, qui hujuſmodi res mobi-
les, & immobiles, aut pretium earum, ſeu relictas eleemoſynas
Fratribus in Teſtamento occuparent &c. ac generaliter in omni-
bus Cauſis, pro rebus, & locis hujuſmodi ad ipſam Eccleſiam
ſpectantibus &c.* de quibus latè *P. de Gubernatis in Orb. Sera-
phic. lib. 3. tom. 1. cap. 17 ac Rota in Rom. ſeù Mexicana 22. Ju-
nii 1699 §. Quamobrem coram Card. de la Tremoille*

Itaut, ſi ab hac S. C. reſponderetur pro excluſione exem-
ptionis ab Oneribus communitativis, de facili, non ſine pau- 57
pertatis, & Regulæ, quam profitentur, ſuarumque conſcien-
tiarum detrimento, in futurum iidem Religioſi vix aliquem
reperire poſſent, qui Syndici, ſeu Procuratoris munus in ſe
ſuſcipere, eumque laborem aſſumere vellet, quod ab omni
pietate, & juſtitia alienum viſum fuit, & per hæc præciſa
verba improbatum ab Inn. XI. ex animadverſis ſupra *num. 21.*

Die 19 Julii 1704. propoſita Cauſa *in C. B. R.* per B. M. Se- 58
verolum, immortalis memoriæ Virum, reſcriptum fuit: *Syn-
dicos teneri ad Onera communitativa*; Quòd reſcriptum refert
etiam *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 51. num. 6.*

SCripſi pariter in alia Cauſa *Inſulana Exemptionis* pro
Syndico Apoſtolico, qui erat Sacerdos, in qua ſequens
fuit diſputatum dubium in S. C. C. die 5. Julii 1710. *An Sa-*

*cerdos Felix de Soda*, *Syndicus unicus PP. Minorum S. Fran-*
59 *ciſci de Obſervantibus Civitatis Inſulę. ſit exemptus à Iuriſdi-*
*ctione Epiſcopi*, *tam extra Viſitationem*, *quàm in actu Sanctæ*
*Viſitationis*; Fitque reſcriptum: *Negativè in caſu, de quo agi-*
*tur*, in quo concurrebant multæ circumſtantiæ, excluſivæ
talis exemptionis, propter quas Sac. Congr. addidit illa ver-
ba: *In caſu*, *de quo agitur*.

De menſe Julii 1717. Scripſi pro veritate circa inſubſi-
ſtentiam venditionis cujuſdam domus, factę a Syndi-
co Apoſtolico Conventus PP Reformatorum S. Crucis Pa-
60 piæ pro longè minori pretio, quàm in rei veritate valebat;
Cęterum ad impedienda ſimilia inconvenientia in futurum,
congruum exiſtimatum fuit, in C. C. habita die 18. Martii
1719. exquirere aliquod remedium, narrando, quòd à Syn-
61 dicis Apoſtolicis, res, & bona Conventibus, & Religioſis
relictę, aliquando viliſſimo pretio venduntur, vel quia Syn-
dici eas vendunt favore Propinquorum, vel quia contrahunt
cum Perſonis, quibus reſiſtere non poſſunt, vel nolunt; Fuit
propterea in Congr. habita dicta die quæſitum: *An*, *& qua-*
62 *le temperamentum ſit capiendum*; Fuitq; reſcriptum: *Quoad*
*mobilia pretioſa*, *Eccleſiæ incorporata*, *eſſe neceſſarium Be-*
*neplacitum Apoſt. Quò verò ad omnes alias res*, *in futurum*
63 *non poſſe Syndicos procedere ad venditionem*, *niſi prævia affi-*
*xione Edictorum*, *& venditio fiat majori Oblatori*.

---

# DISCEPTATIO XXXI.

## Nullius Atinæ Juris Sepelliendi.

*PRO*

PP. M. O. R. S. Franciſci.

*CUM*

Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ

## ARGUMENTI.

*Loco adnectuntur ſequentia dubia.*

I. *An PP. Reformati S. Franciſci Atinæ teneantur ſolvere quartam Parochiali*, *& Collegiatæ Eccleſiæ ejuſdem Loci*, *pro illis Defunctis*, *qui in eorum Eccleſia ſepulturam elegerunt*.

II. *An in aſſociatione cadaveris ad propriam Eccleſiam poſſint iidem Patres incedere ſub propria Cruce*, *vel potiùs teneantur incedere ſub illa Eccleſiæ Collegiatæ*, *& Parochialis*.

III. *An poſſit Capitulum ejuſdem Parochialis*, *& Collegiatæ Eccleſiæ cum Stola*, *& Cruce ingredi Eccleſiam dd. Patrum*, *in eaque functiones aliquas facere circa cadaver*, *antequam ſepulturæ tradatur*; *Seu potiùs debeat tantùm dare ultimum Vale*; *Et quatenus affirmativè quoad 2. partem*.

IV. *An dictum ultimum Vale conſiſtat in ſimplici benedictione cadaveris*, *recto tramite introducendi in Eccleſiam Regularium*; *Vel potiùs in recitatione alicujus Pſalmi*, *vel alterius Orationis*.

V. Dub. *An tempore Proceſſionum*, *quo Capitulum præfatam Eccleſiam ingredi ſolet*, *poſſit Celebrans recitare preces*, *& etiam Miſſam celebrare*, *& teneantur Patres Capitulum urbanitèr excipere*, *& Campanas pulſare*.

FActum hujus Cauſæ ſatis, ſuperque reſultat ex ſola le-
ctura dd. dubiorum, quibus cauſam dederunt Canonici
Eccleſiæ Collegiatæ, & Parochialis, occaſione ſepulturæ,
1 vigore ſpecialis electionis tradendæ in Eccleſia PP. Refor-
matorum cadaveri Franciſci Coppolæ.

Pro negativa autem reſolutione 1. dubii ſat eſt relativè ſe
habere ad *dec. 263. per tot. par. 15. rec.* ubi ſolidè, ac magiſtra-
2 litèr firmatur, noſtros Religioſos vigore privilegiorum un-
decim Summorum Pontificum, in illa individuatorum,
exemptos eſſe à ſolutione cujuſcumque quartæ funeralis, cum
qua proceſſit *ead Rot. dec. 8. à n. 2. apud Antonell. de Juribus
Cleric.* & hæc S. C. *in Senogallien.* de qua *in Tom. 1. par. 2.
diſcept. 28. num. 156.*

Non minùs clara videtur affirmativa reſolutio primæ
partis, & negativa 2. partis 2. dub. Regula enim inconcuſſa
eſt, quòd in funeribus ſemper defertur Crux illius Eccleſiæ,
in qua defunctus ſepelliri debet, ut ſequendo *Rituale Roma-*
*num*, teſtando de praxi Urbis, atque citando innumeras re- 3
ſolutiones Sac. Congr. probat *Pignatell. conſult. 58. à num.*
13. *tom. 6.* Quæ concluſio unicam patitur limitationem in ca-
ſu, in quo ad funus invitetur, & interveniat Capitulum
Eccleſię Cathedralis, qui non ſunt termini noſtri dubii,
quia Eccleſia Atinæ eſt Collegiata, non autem Cathedra-
lis.

Quòd Capitulum ejuſdem Collegiatæ nullam functionem
facere poſſit in Eccleſia Regularium, circa cadavera illa,
quæ in ea ſepulturam elegerunt, quod concernit 3. dub. vi-
detur æquè clarum; Quia inauditum prorſus eſt, quòd in Ec- 4
cleſiis Regularium, omni jure exemptis à Juriſdictione Or-
dinariorum, poſſint Parochi ſęculares functiones aliquas fa-
cere circa cadavera, in illis ſepellienda, præter ultimum
Vale, ſeu ſimplicem benedictionem, dandam cadaveribus
in Januis Eccleſiarum Regularium, juxta *magiſtralem reſo-*
*lut. S. C. C. 22. Aprilis 1625.* quam per extenſum refert, & ſe-
quitur *Novar. in Summ. Bullar. p. 1. comment. 91. per tot.* & ſi-
gnantèr *n. 1.* ibi: *Sæpiùs cenſuit*, *quotiès cadavera mortuorum*
*ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur*, *officia mor-*
*tuorum*, *& reliqua munia*, *quæ in hujuſmodi miniſteriis adhi-*
*beri ſolent*, *non à Canonicis*, *neque à Clero*, *ſed ab ipſis Fra-*
*tribus peragi debere*; Cum qua proceſſit in aliis moderniori- 5
bus, relatis, & ſequutis à *Paſqual. ad Laur. de Franch. nu.*
1591. *Pignatel. conſult. 47. à n. 3. to. 3.* juxta Romanam impreſ-
ſionem, *Lantuſc. in Theatr. Regular. fol. 622 poſt princip. Mat-*
*thæucc. in Offic. Cur Eccleſ. c. 20. n. 5. & 6. & Monaccell. in For-*
*mular. to. 1. tit. 18. form. 18. n. 13. fol. 214.* ubi, ſequendo aliam
punctualem reſolutionem S. C. R. *in Mantuana 21. Novembris*
1699. aſſerit, Parochum, non tanquam talem, ſed utì unum
de populo dumtaxat, poſſe aſſiſtere exequiis in Eccleſiis Re- 6
gularium, *Rot. dec. 260. n. 3. apud Poſt de Manut.* & reſolvit *S.*
*R. C. in Camerinen. 1. Septembris 1708. Ponente Card. Cprara*,
in qua ſequenti dubio: *An liceat Parocho Cathedralis Came-*
*rinen. occaſione aſſociationis Cadaverum ad Eccleſias Regula-*
*rium*, *depoſito feretro ante limina Eccleſiæ*, *conſuetas preces*
*recitare*: reſponſum fuit: *Non licere*, cum addito, ut Cauſa
ampliùs non proponeretur.

Demum, quidquid ſit, ſeu in quo conſiſtat ultimum Va-
le, juxta terminos 4. dubii, facilior eſt reſolutio; Id ſiqui-
dem non eſt deponere feretrum ante fores dictæ Eccleſiæ, &
ſuper illo canere Pſalmum *Miſerere*, *De produndis*, *Libera*
*me Domine*, aut aliam Orationem, cum Aſperſorio, aut
Thuribulo, quod in ſubſtantia eſſet ibi anticipare exequias,
ſed ſolummodò, & unicè reſtringitur ad hoc, quòd perven-
to Parocho ad dictam Januam, ſe vertit ad Populum, & per 7
conſequens ad cadaver, illudque ſimplicitèr benedicit cum
Aſperſorio, abſque eo, quòd deponatur feretrum in terra,
imò nec per temporis momentum moratur cadaver ante fores
Eccleſię, ſed recto tramite in dictam Eccleſiam introduca-
tur, ut probavimus *in To. 1. par. 2. diſcept. 14. à n. 32. & diſcept.*
*28. n. 80.* & uno ore teſtantur omnes Parochi Urbis in ſolemni
Atteſtatione, in Secretaria exhibita, ibi: *L'ultimo Vale, che*
*ſi da dal proprio Paroco al Cadavere*, *quando s'introduce nel-*
*la Chieſa de' Padri Riformati di S. Franceſco*, *o altri Regola-*
*ri*, *dove dal Defonto è ſtata eletta la Sepoltura*, *o pure dove hà*
*la Sepoltura propria*, *conſiſte in una mera*, *e ſemplice benediz-*
*zione*, *che ſi da al detto Cadavere*, *& al Popolo*, *che l'accom-*
*pagna con l'aſperſorio nella Porta di detta Chieſa ſepelliente*;
*Cioè*, *arrivato il Paroco alla detta Porta di detta Chieſa ſepel-*
*liente*, *ſi volta verſo il detto Cadavere*, *e Popolo*, *e ſenza far*
*poſare in terra la bara, nè punto farla fermare, nè dire ò canta-*
*re il Salmo Miſerere*, *nè il De profundis*, *nè il Libera me Do-*
*mine*, *nè altra Orazione ſopra detto Cadavere*, *ſemplicemente*
*lo benedice*, *aſpergendo*, *tanto quello*, *quanto il Popolo con*
*l'acqua benedetta*, *recto tramite s'introduce dentro detta Chie-*
*ſa*; *E ciò lo ſappiamo beniſſimo per eſſere ſtile inconcuſſo*, *&*
*immemorabile appreſſo tutto il Clero di Roma*, *e da Noi*, *come*
*Parochi*, *ſempre così pratticato*, *e veduto pratticare*, *e ſe*
*foſſe lo ſtile*, *e prattica diverſamente*, *Noi indubitatamente lo*
*ſapreſſimo*, *per aver fatto*, *e fare alla giornata ſimili funzio-*
*ni*. Quod ſolitum, & inconcuſſa praxis omnium Parocho- 8
rum Urbis ad noſtrum effectum magnifacienda ſunt, ut in
ſpecie firmavit *Rot. dec. 569. n. 62. par. 19. rec.* ubi, quòd omnes
controverſiæ Eccleſiarum inferiorum ſecundùm conſuetudi-
nem, & ſolitum Urbis terminari debent, *& dec. 560. n. 2. &*
*3 ead p. 19. rec.* ubi, quod praxim Eccleſiarum Urbis cunctæ
aliæ Chriſtianis Orbis Eccleſiæ ſervare debent, cum aliis,
de quibus in *Tom 1. p. 2. diſcept. 10 n 28.*

In

## In eadem Cauſa.

OMiſſa diſcuſſione primi dubii, circa quod Canonici
agnoſcentes eorum malum Jus, dant manus victas,
9 Tranſeuntes ad ſecundum, concordamus cum contrario
Defenſore, quòd in aſſociatione Cadaverum, ad differen-
tiam Proceſſionum, unica tantùm Crux elevari debeat,
ſub qua omnes incedere teneantur: Diximus verò *ſupra nu.*
3. & conſtanter repetimus, quòd hæc Crux debet eſſe illius
Eccleſiæ, in qua Cadaver ſepeliri debet, unico excepto ca-
ſu, in quo ad funus interveniat Capitulum Cathedralis, ut
præter *Pignatellum* ſupra adductum, probant *Samuel de*
10 *Sepultur. tract. 1. diſp. 3. contr. 3. concluſ. 6. n. 39. pag. 33. & Mo-*
*nacell. in Formullar. to. 1. tit. 5. form. 7. n. 37. fol.* 113 ibi: *In de-*
*functorum aſſociatione, ſi Capitulum Cathedralis incedat cum*
*Regularibus, una tantum Crux eſt deferenda ab Eccleſia Ca-*
11 *thedrali, ob illius reverentiam; Cadaver ſi ſepeliatur in Ec-*
*cleſia Regularium non erigenda eſt ab eis alia Crux; Si verò ab*
*Eccleſia Cathedrali non defertur, eam Regulares erigent, ſi Ca-*
*daver eſt tumulan. in ſua Eccleſia*, & reſolvit C.C. *in Aquen. Iu-*
*rium Parochialium 9 Iunii* 1708. *ad tertium dubium*, ibi: *Sub u-*
*nica Cruce Eccleſiæ tumulantis*, confirmata die 27 Apr. 1709.
Hoc ipſum determinatum habemus in Urbe *à Statuto Cle-*
12 *ri Romani*; in forma ſpecifica confirmato à SS D N *c. 5. §. 7.*
ibi: *Demum procedant omnes gradatim ſub una tantùm Cruce,*
*illius videlicèt Eccleſiæ, ad quam Cadaver tumulandum defer-*
*tur, nec alia Crux, ſive Crucifixus, ſub quovis prætextu, vel*
*conſuetudine, quæ potiùs dicenda eſt corruptela, erigatur, ſi-*
*ve ſit propriæ Parochię, ſive Regularium, ſive Laicorum Con-*
*fraternitatum, ſive etiam Capitulorum Collegiatarum, etiam*
*inſignium, & Patriarchalium.*
Ex quibus abundè ſatisfactum remanet prætenſæ qualitati
13 Collegiatæ, & Parochialis Eccleſiæ; Nunquam enim erit
talis naturæ, ut comparari poſſit Collegiatis inſignibus, &
Patriarchalibus Eccleſiis Urbis, cujus ſolitum ſervari debet
pro regula in univerſo Orbe, ex allegatis *in Tom. 2. par. 2. di-*
*ſcept. 10 num. 28.*
Nec contrarium probat *Pignatell. conſult. 73. num 87. tom.*
14 8. Scripſit enim ibidem dictus Author tanquam Parocho-
rum Defenſor, imò tanquam unus ex Parochis Urbis, con
tra prætenſionem Confraternitatis Mortis, in qua ſuccubuit,
ut ingenuè reſtatur in fine ejuſdem conſultationis, ſeu *n. 175.*
15 ibi: *Die 17. Ianuarii 1682. S.C.C declaravit, Crucem, deferen-*
*dam in funeribus, eſſe debere illius Eccleſiæ, ad quam funus du-*
*citur*, quæ reſolutio eſt illa eadem, quæ hodiè reperitur im-
preſſa *in Addition. ad Stat. Cler. Rom. fol mihi* 50. Et propterea
applicantur ea, quę idem Author obſervavit in *conſult.* 147.
*num. 16. in fine tom. 9.* quòd ſcilicet quando allegantur conſilia,
16 opus eſt videre deciſiones, & ſecundum Judicium placita,
non autem Conſulentium ſcripta judicare, & concordant ad-
ducti in *Inſtit. crim. lib. 2. tit. 8. n. 243.*
Minuſque fundamentum aliquod fieri poteſt in reſolutione
*S.C.R. in Foſſanen. 21. Iul.* 164 . quam refert *Monacell. in For-*
*mul. to. 1 tit. 5. form 7 n. 37 & 38 fol.* 113 ibi. *Ad ſecundum; Sub*
17 *unica Cruce incedere debere omnes aſſociantes funus, & ea ſit*
*illius Eccleſiæ, ad quam corpus defertur ſepeliendum, niſi in-*
*tervenerit, ut ſupra Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ,*
*quo caſu ſub una duarum reſpectivè Cruce, omnes incedere de-*
*bent, prędicta conſuetudine non obſtante;* Quod decretum aſſe-
rit idem Author fuiſſe poſtea confirmatum ab eadem Sac.
Congr. *in Aretina anno 1664. inter Monachos Caſſinenſes, &*
*Capitulum Cathedralis*, & denuo inter eaſdem Partes 22. *De-*
*cemb.* 1697 *ad primum dub.*
Pro adequata enim reſponſione ſat eſſe videtur, verba
ab eodem Authore relata ſimpliciter conſiderare, quia de
ſe patet, verba illa *vel Collegiatæ*, appoſita ibidem fuiſſe
per errorem Extenſoris, vel per incuriam Impreſſoris,
18 vel ob aliud accidens, Nobis quidem ignotum, ſed talis
qualitatis, ut potens ſit ad hoc, ut in nulla valet haberi conſi-
deratione.
I. Quia idem Author tractat ibidem quæſtionem inter
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & Regulares, ut videre
eſt *num. 37.* Igitur ad illius terminos intelligendæ ſunt au-
19 thoritates, ibidem allegatæ *Gob. conſult. 64. nu. 49. & Rota*
*dec. 67 num. 8. & dec. 291 num. 6. coram Coccin. & dec. 602. num. 7*
*cor. Cerr.*
II. Quia decretum Epiſcopi Foſſanen. de cujus viribus du-
bitatum fuit, reſpiciebat Canonicos Cathedralis, non au-
20 tem alicujus Collegiatæ, ut videre eſt ibidem *ſub num. 28.*
Et propterea nimis improprium eſt aſſerere, quòd Epiſco-
pus dubitaverit de uno, & Sac. Congr. reſponderit circa aliud
punctum, non controverſum ab eodem Epiſcopo.
III. Quia confirmatio ejuſdem decreti, relata ab eadem
Authore *in Aretina ſub die 15. Martii 1664. & 22. Decembris*
1697. literis cubitalibus loquitur inter Monachos Caſſinen- 21
ſes, & Capitulum Cathedralis, juxta verba regiſtrata
ſupra *num.* 17. Ex quo fit, quod in eiſdem terminis Capitu-
li Cathedralis loqui dicitur decretum confirmatum; Nè di-
camus, confirmationem, & actum confirmatum nullate-
nus concordare, contra regulam *Textus in leg. Omnium C. de*
*Teſtam.* de qua *Gratian. diſcept. 909. n. 17.*
IV. Quia ſpeciale illud motivum reverentiæ, debitæ Ec-
cleſiæ Cathedrali, quæ una eſt in tota Diœceſi, & Civita-
te, & in qua fundatur limitatio regulæ deferendi Crucem 22
Eccleſiæ tumulantis, nullatenus viget reſpectu Eccleſiarum
Collegiatarum, quæ plures eſſe poſſunt, & in multis Lo-
cis de facto reperiuntur, ubi autem diverſa viget ratio, non
poteſt eſſe eadem Juris diſpoſitio *Rot. dec. 205. n 6. p. 16. & dec.*
*165. n. 12. par. 19. rec.*
V. Quia talis eſt praxis Urbis, ultimo loco à SS. D. N.
ſpecialiter approbata in confirmatione Statuti Cleri, in ſpecie 23
comprehendentis etiam Eccleſias Patriarchales, inter quas,
& Collegiatas de Partibus nulla adeſt proportio, ut vidimùs
*ſupra à num. 12.*
VI Demum, quia contrarium in punctualibus terminis
Collegiatæ Eccleſiæ, Loci Inciſæ cujus eſt caput, & Paro-
chus illius Prępoſitus reſolvit C.C. *in Aſten. Jurium Parochia-* 24
*lium 9 Junii 1708. & 27. Aprilis 1709. ad 12. dubium* ibi: *Pro*
*diremptione controverſiarum, vigentium inter Præpoſitum Pa-*
*rochialis Eccleſię Loci Inciſę ex una, & PP. Carmelitas &c. dub.*
*12. An vocati ad aſſociandum Cadauera defunctorum, priùs con-*
*venire debeant ad Eccleſiam Parochialem, cum eorum Cruce*
*&c. Poſſe convenire etiam in Eccleſia viciniori domicilii defun-*
*cti, & in tumulatione Cadaveris ſub unica Cruce Eccleſiæ tu-*
*mulantis*; Itaut in omnem caſum ſemper eſſe in hac parte
procedendum cum reſolutionibus poſterioribus, quę prioribus 25
præferendę ſunt, ex adductis *in To. 1. p. 2. diſcept. 18. n. 10.*
Neque majoris efficaciæ eſt ratio illa: *Quòd in concurſu Ec-*
*cleſiæ ſuperioris cum inferiori, non hujus, ſed illius erigenda eſt* 26
*Crux, licèt funus ad inferiorem ducatur;* Quia (ſunt verba *Rot.*
*dec. 2089. n. 10. cor. Coccin.*) *nulla Eccleſia, citra Cathedralem,*
*fundat intentionem ſuam de jure ſuper ſubjectione alterius Ec-* 27
*cleſiæ, etiam fundatæ intra limites ſuæ Parochiæ.* Etſi ea-
dem ratio aliquid concluderet probaret etiam, quòd in Urbe
ſemper erigenda eſſet Crux Collegiatarum inſignium, &
Eccleſiarum Patriarchalium in concurſu Eccleſiarum Paro-
chialium, vel Regularium, ad quas deferuntur Cadavera,
quod opponitur d. Statuto Cleri Urbis, & laudabili praxi,
omnibus notorię.
Ultra quòd non videntur habere aſſiſtentiam facti ea, quę
dicuntur de qualitate inſignis Eccleſiæ Parochialis cum ſup- 28
poſito, quòd habeat Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in
Clerum, & Populum, dum ex una parte talis inſignitatis
nulla exhibetur juſtificatio, & ex alia modernus celeberri- 29
mus *Geographus Baudrand. in ejus Lexicon. Geographicon.*
Atinæ Terram appellat ſimplicem Vicum Campaniæ Feli-
cis, qualis autem inſignitas effulgere poſſit in Loco qui pro-
pter ſui anguſtiam, appellatur Vicus, aliis judicandum re-
linquimus, & patet ex adductis *in To. 1. p. 1. diſcept. 6. n. 57.*
Subjungentes Nobis pro certo ſupponi, quòd diebus 17.
Decembris 1694. & 22. Jan. 1695 à S. Sede abolita fuit um- 30
bra illa talis, qualis antiquæ Juriſdictionis, quam exagerant
Canonici, cum omnimoda ſubjectione Terræ Atinæ Epiſ-
copo Aquinaten. Idq; in pœnam mortis violentæ illatæ pro-
prio Superiori ſpirituali, ſeu illius Præpoſito ad terminos
*Clem. I. de Pœn.*
Hujus Diſceptationis ſub maximo dubio retulimus alio-
rum dicta, quàm Atinæ inſignis Prępoſitura ſubiecta fuerat
Epiſcopo Aquinaten. Poſtea verò perlegentes eruditum li-
brum, cui titulus: *De Viris illuſtribus Marſorum*, compoſi-
tum ab *Abb. Petro Ant. Corſignano*, in illius *fol.* 92 hęc ait:
*Atina, parva Civitas Nullius Diœceſis in Latio &c Nuper ve-*
*rò ob mortem, ab aliquibus nequiſſimis Viris Thomæ de Mar-*
*co ultimo Eccleſię Præpoſito affectam, anno 1698 die 11. Apri-*
*lis ab Innoc. XII. Epiſcopo Aquinati ſubiecta eſt.* Et proinde,
hoc *admiſſo*, ceſſare videtur in radice fundamentum reſolu-
tionis S. C.
Quoad 3. dub. non ſubſiſtit, quòd nullum præjudicium re-
cipiunt Regulares ex eo, quòd Parochi ingrediantur eo- 31
rum Eccleſias cum ſtola, & Cruce; Si enim innegabile
eſt, quòd nec etiam Epiſcopi aliquam habeant juriſdictio- 32
nem in Regularium Eccleſiis, ex adductis *per Corrad.*

*de Exempt.Regul.dub.222.num.2.& Pignatel.conſult. 47. num.
56.tom.3.* Quomodò dici poteſt, quòd nullum irrogetur eis
præjudicium, ſi permittatur ſimplicibus Parochis, ut in illas
ingredi valeant cum vero, ac majori ſigno juriſdictionis,qua-
lis exadverſo appellatur ſtola?

Quamvis autem admittamus, quòd poſſit Parochus, tan-
33 quam unus de populo, ingredi Eccleſias Regularium, jux-
ta notata *ſupra num.* 6. Id neque à remotiſſimis importare va-
let ingreſſum cum Stola, & Cruce, aliàs oporteret aſſerere,
Sacerdotes omnes de populo poſſe ingredi cum ſtola, &
Cruce, quo nihil incongruentius, nilve irrationabilius.

Minùs relevat, quòd authoritates, ex hac parte addu-
ctæ, loquantur ad excluſionem officii, non autem recitatio-
34 nis privatarum precum: Quia verba dd. punctualium reſo-
lutionum nullatenus talem admittunt detorſionem, ſed in-
definitè excludunt omnem omninò actum, & privatas fun-
ctiones Parochorum circa Cadavera, expoſita in Eccleſiis
Regularium, ut videre eſt apud *Barboſ. de Poteſt. Paroch.*
35 *quæſt. 3. cap. 26.num.82.& Pignatell.d. conſult. 47. à num.8.
& num.24. tom.3.* ibi: *Senza, che i Parochi, ancorche preſen
ti, ſi intromettano in coſa alcuna*, & ibi: *Clerus ſæcularis
poſtquam Chriſti fidelium Cadavera in Fratrum Religioſorum
Eccleſiis ſepelienda aſſociaverit, Officium defunctorum &c.
Pſalmos, Reſponſoria, aliaſve, preces, vel orationes recitare,
aut pſallere non poteſt, ſed ab ipſis Fratribus dumtaxat hęc om-
nia peragenda ſunt*; Obſervando verba illa *hæc omnia*,& alia
*non s'intromettano in coſa alcuna*, quæ omnem actum, om-
neſque functiones excludunt, ut de ſe patet.

Et in terminis longè fortioribus, quòd Parochi in Regu-
larium Eccleſiis, nedum ſoli, ſed nec etiam unitim cum Re-
36 ligioſis, poſſint ſe intromittere in functionibus circa Cadave-
ra, ibidem tumulanda, reſpondit hæc S C. *in Sutrina 28. Fe-
bruarii* 1708. *Ponente Card.Corſino*, ad 2. dubium ibi: *An Ar-
chipresbytero Collegiatæ Roncilionis, ſive ſoli, ſive cum Capi-
tulo liceat ingredi cum Stolā, & Cruce erecta Eccleſia RR. PP.
Carmelitarum, ibique unacum RR. PP. facere funus ſuper eo-
demCadavere: Negativè.* Imò habemus in hac parte Conſtitu-
tionem Clem. X. idem per viam legis determinātis ſavore no-
ſtræ Religionis, quam per extenſum refert, & ſeq. *Matthæucc.
in Offic.Cur.Eccleſ.c.20.n.5.* ibi: *Parochis in aſſociatione, ſive
37 occaſione aſſociationis Cadaverum, non licere ingredi Eccleſias
Regularium, ſed teneri dimittere eadem Cadavera ad januas
Eccleſiarum, ibique ſolùm poſſe benedicere, & dare ultimum
Vale; Officia verò, & alia munia, quę in hujuſmodi miniſteri-
is adhiberi ſolent, ab ipſis Regularibus peragi debere, non au-
tem à Parochis &c. Contrariis quibuſcumque non obſtantibus
Romæ 27. Novembris* 1671.

Reſpectu 4. dubii dat manus victas contrarius Defenſor, &
meritò, quia illius affirmativa reſolutio innitur omnium Ec-
38 cleſiarum Urbis, & Orbis laudabili praxi, ut probavimus *ſu-
pra n.7 & 8.*& addimus aliam reſolutionem hujus S.Congr. *in
d.Sutrina Cenſurarum, referente Card. Corſino*, ibi: *Dub.3. An,&
39 uſque ad quem locum poſſit aſſociare Cadaver, tumulandum in
dicta Eccleſia; Uſque ad januam excluſivè.*

Remanet 5. dubium, circa quod nihil exadverſo adduci-
40 tur, quòd illius negativam valeat retardare reſolutionem;
Adducitur enim diſpoſitio Cœremonialis, quod tamen eo-
dem tempore admittitur, non eſſe clarum, neque literale,
41 propterea inſiſtitur in prætenſa conſuetudine, quę nullo mo-
do, nullaque probationis ſpecie oſtenditur, ſed, quod ma-
gis eſt, ad hominem excluditur, dum admittitur, quòd no-
ſter Conventus paucis ab hinc annis erectus fuerit in Terra
Atinæ; Sed ſubditur, aſſertam conſuetudinem ſervatam fuiſ-
ſe cum aliis Regularibus, ante adventum noſtrorum Religio-
42 ſorum, & conſequenter antequam noſtra Eccleſia effecta eſ-
ſet Regularis: Difficile autem erit oſtendere, & difficiliùs
authoritatibus comprobare, quòd conſuetudo Eccleſiarum ſę-
cularium extendatur ad Eccleſias Regularium, reſiſtentibus
omnibus juris principiis, & in fortioribus terminis, quòd Re-
gulares unius Religionis, eorum factis, & operationibus Re-
gularibus alterius Religionis non præjudicent, probavimus
*in Tom 1. par.2.diſc.14.n* 70.

Evidenti inapplicabilitati authoritatum, exadverſo alle-
gatarum, correſpondet palpabile æquivocum, cum quo aſ-
43 ſeritur, quòd Proceſſiones Rogationum Urbis tranſeant per
Eccleſias Regularium, quod adeo falſum eſt, ut nec etiam
44 reſponſionem mereatur, ne credatur veriſimile, juxta nobi-
lem animadverſionem *S. Athanaſii*, de qua *in Inſt crim. lib.
4. tit 8. num* 123

Ex alio etiam motivo hoc 5. dubium videtur negativè
reſolven. quia ſcilicet Proceſſiones, quæ fiunt in Terra Ati-
45 næ, omnes incipiunt à Parochiali Eccleſia, in qua proinde
debent terminari cum Miſſæ celebratione, non autem in
aliis Eccleſiis; Proceſſiones enim in illa Eccleſia debent ter-
minari, à qua incipiunt, juxta inconcuſſum principium 46
ſacrorum Rituum, de quo latè ſupra *diſcept.26 per tot.*

Incongruæ demùm contrariæ inſtantiæ, pro punitione il-
lius Religioſi, qui prætenditur injurias contra Canonicos 47
protuliſſe, in nulla conſideratione habendæ videntur, ne-
dum uti extra dubia, de quibus diſputamus, ſed etiam,
quia non affertur probatio aliqua, & ſpecifica demonſtratio
dd. aſſertarum injuriarum, & ex alia parte nimis notum eſt,
quòd in criminalibus, non verba Partium, ſed probationes
delictorum Reum faciunt, ut dicebat *Pratus reſp. crim.6.
à n.13.* Indeque meritò laudatur *Alex. à Plutarcho* in ejus Vi- 48
ta, qui *in udire qualche Accuſatore coſtumava di chiuderſi con
una mano un'orecchia, dicendo, che la ſerbava intiera per l'
Accuſato*, ut his verbis id notat *P. Segner. nel Chriſt. inſtr.
par. 1. ragion.28.n.8.* Et ratio aſſignat. *in can Nonne 8 qu.4.*
quia ſcilicet non omnis, qui accuſatur reus eſt, ſed qui con-
vincitur criminoſus, quem ſequitur *de Angel de Habil. reor.* 49
*in exord. nu.12.*

Die 2. Aug. 1709. per Card. Corſinum propoſitis in C. E.
& R. dubiis, impreſſis in principio. 50

*Ad primum reſponſum fuit: Negativè.* 51

*Ad 2. Negativè quoad primam partem,& quoad ſecundam* 52
*Affirmativè in caſu, de quo agitur, quando Canonici accedunt
capitulariter.*

*Ad 3. Negativè quoad primam partem; Et quoad ſecundam* 53
*Affirmativè quoad ingreſſum, & ultimum Vale.*

*Ad 4. Ultimum Vale conſiſtere in ſimplici benedictione.* 54

*Ad 5. Epiſcopo pro Informatione.* 55

Repropoſita verò per eundem Ponentem in Congr. habita 56
die 7. Sept. 1710. reſcriptum fuit.

*Capitulo licere ingredi cum Stola, & Cruce in caſu, de quo* 57
*agitur, nullum tamen peragere Officium circa Cadaver in Ec-
cleſia, & ultimum Vale eſſe dandum extra Eccleſiam.*

Ex quibus patet, quod S. C. habuit Terram Atinæ pro
Nullius Diœceſis, & cum hoc ſuppoſito mandavit, illius 58
Capitulum, & Canonicos in hac parte frui debere illis prero-
gativis, quę competunt Capitulis Eccleſiarum Cathedralium.

---

## DISCEPTATIO XXXII.

### Imolen. Penſionis.

PRO

Card. Joanne Franciſco Nigrono.

CUM

Dionyſio Roſciolo.

### ARGUMENTUM.

*Penſio, reſervata ad favorem pueri decennalis cum clauſu-
la;* Vita, & morum honeſtas &c. *an vlida ſit, & an
Penſionarius teneatur ſolvere integraliter penſionem, reſer-
vatam ſuper fructibus illius Beneficii, à quo Papa ali-
qua bona poſtea diſmembravit: Manutentio in exigenda
penſione, quando concedenda ſit Titulari, etiamſi illam
non ſolverit Penſionarius, neque ipſi Titulari, neque
ejus immediato Anteceſſori.*

POſſidente Card. Nigrono Abbatiam Pontis Sancti uſque
ab anno 1687. inſurrexit Dionyſius Roſciolus, & pe-
tiit manutentionem in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi an-
nuam penſionem ſcut. 100. mon. ad ſui ſavorem reſerva- 1
tam uſque ab anno 1628. per Urban. VIII. ſuper fru-
ctibus, redditibus, & emolumentis univerſis dict. Ab-
batiæ.

Injuſtitia autem petitionis ex triplici fonte deſumitur; Ex
inſubſiſtentia nimirum tituli, ex parte Penſionarii producti;
Ex diſmembratione conſiderabilium bonorum Abbatiæ, fa- 2
cta per Clem. X. Et ex diuturno lapſu temporis in exactione
controverſæ penſionis.

Quoad primum, præmittimus in facto, quòd ex contra-
riis Scripturis, manifeſtè conſtat, hanc penſionem reſerva-
tam fuiſſe die 14. Auguſti 1628. Quòd Dionyſius Penſionarius
natus

natus ſit die 7. Auguſti 1618. ſicque de tempore reſervationis
3 penſionis erat in decimo ſuæ ætatis anno dumtaxat conſtitu-
tus; Quòdquè penſio reſervata eidem fuit cum expreſſione
honeſtatis vitæ, & morum, & cum unico, & individuali
motivo meritorum, & virtutum; Non autem cum mentio-
ne laudabilium indiciorum, ut in caſibus penſionis, reſer-
vatæ ad favorem Min. 14. annis faciend. eſſe teſtantur *Man-*
4 *doſ. de Min. ætat. cap. 3. n. 24. & Barchin. in Prax. Cancell. Apo-*
*ſtol. c. de Exord in Beneficial. §. Religionis zelus*, & *ſeq.* im-
preſſa poſt *Rebuff. in Prax. benef. in Proem. circa med* ibi: *Niti-*
*tur enim potiſſimùm hæc praxi Notabilibus ipſius Cancellariæ,*
*quæ 300 ferè annis in quotidianam praxim deducta, ac ex ut-*
*riuſque Juris viſceribus extracta*, *nemo eſt qui ambigat.*

Ex quibus evidenter ſequitur, quod eadem penſio ſit in-
excuſabiliter nulla, & ſubreptitia, prout uniformi calamo
affirmant *Azor. Inſtit. moral par. 2. lib. 8. c. 7 q. 1. Vivian. de Ju-*
5 *repatr. lib. 1. c. 1. n. 189. & lib. 13. c. 9. nu. 15 Gratian diſcept.* 508.
*à n. 16. Bauny in Prax. benef. diſput. 11. qu. 19. lit. D verſ. Quar-*
*tò, Garzias de Benef. par. 1. c. 5. n. 128. Ridolphin. in Praxi p.*
*2. cap. 9. à num. 85. Marcheſan. de Commiſs. par. 1. de Commiſs.*
*appellat. in cauſ. Penſion. §. 2. n. 49 fol. 586. Molpheſ. in Summ tr.*
*6. de Benef. cap. 3. n. 55. Pariſ. de Reſign. lib. 4. quæſt. 9. nu. 12. &*
*lib. 6. q. 2. à n. 82. Borell. in Summ. dec. tit. 30. de Penſion. num. 66.*
*Narbon. de Ætat. ann. 14. qu. 59. n. 13. Ricc. in Prax. tit. Prax.*
*exig. Penſion. reſol. 378. in fin par. 1 Corrad in Prax. Benef. lib.*
*1. cap. 6. n. 25. Ventrigl. in Prax tit. de Ætat. Benefic. n. 3. in fin.*
& firmavit *Rot. dec. 53. n. 4 cor. Burat. & dec. 321. per tot. par. 1.*
*cor. Verall.*

6 Stringens autem ratio hujus communis concluſionis ea eſt,
quia reſpectu Clericorum, minorum 14. annis inapplicabile
eſt motivum reſervationis penſionis, à Papa expreſſum in
illis verbis: *Vitæ, & morum honeſtas, aliaque laudabilia pro-*
*bitatis, & virtutum merita: Nos inducunt &c.* quæ verifica-
ri nequeunt in dicta tenera ætate, quam rationem conſide-
7 rant citatæ authoritates, & ſignanter in illa ſe fundavit *Rot.*
*dicta dec. 321. par. 1. cor. Veral.*

Abſque eo, quòd relevet, aliquas ex prædictis authorita-
tibus loqui de Infantibus: Ultra quod enim, quidquid dicen-
8 dum ſit in aliis materiis, in noſtris terminis beneficialibus In-
fans quis dicitur uſque ad annum 14. ut punctualiter adver-
tunt *Gig. de Penſion. quæſt. 13. ſub num.* 4. ubi teſtatur de
praxi Curiæ, & *Narbon. de Ætat. ann. 14. quæſt. 59.*
*num. 13.*

Adhuc reſpondemus, hanc differentiam ad effectum, de
quo agitur, eſſe ſolùm verbalem, conſiſtentem ſcilicèt in eo,
9 quòd in penſionibus, reſervatis ad favorem Clericorum,
minorum ſeptennio, dicitur in reſervatione: *Laudabilia tuæ*
*infantilis ætatis indicia*; In illis verò, quæ reſervantur ad
favorem Clericorum, minorum 14. annis dicitur: *Laudabi-*
*lia tuæ puerilis ætatis indicia*; Subſtantia autem conſiſtit in
hoc, quòd: *Vitæ, & morum honeſtas dicitur, quando eſt Cle-*
10 *ricus, vel Scholaris major 14. annis*: ſunt verba *Barchin. in*
*Prax. Cancell. Apoſtol. tit. de Exord. in benef. §. Religionis zelus*
*in fin.* impreſſa poſt *Rebuff. in Prax. benefic.*

Alia quoque addita conſideratione, quòd in Literis pen-
ſionis, reſervatæ ad favorem Clericorum, majorum 14. an-
11 nis, dicitur in eiſdem Bullis: *Nos Tibi præmiſſorum merito-*
*rum tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes &c.* In
aliis vero Literis, expeditis ad favorem Clericorum, mino-
rum, ſive 7. ſive 14. anni, dicitur: *Nos Tibi præmiſſorum in-*
*diciorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes*, ut refert
*Mandoſ. de Ætat. minor. c. 3. n. 23. in fin.* In Literis autem, pro-
ductis à Dionyſio, & expeditis ad ejus favorem tempore,
quo erat 10. annorum, exprimuntur merita pro unica, &
ſpecifica cauſa conceſſionis, ibi: *Nos præmiſſorum meritorum*
12 *tuorum intuitu ſpecialem gratiam facere volentes*. Quæ haben-
tur quoque in alia Gratia, ad favorem pariter ejuſdem Dio-
nyſii paulò ante expedita, in Indulto ſcilicet retinendi con-
troverſam penſionem, etiamſi matrimonium contraxiſſet;
Quæ meritorum poſitivæ, & ſpecificę aſſertiones, ut dixi-
mus, & juvat repetere, nullo modo congruere poſſunt æta-
ti 10. annorum, in qua tunc temporis conſtitutus erat Dio-
13 nyſius, ex authoritatibus, allegatis *ſupra à num.* 5. & con-
fert *Lotter. de Re benef. lib 2. quæſt. 50. à num.* 88. Cùm ergò
penſio fuerit à Papa reſervata favore Dionyſii, utì majoris,
meritiſque ditati, qualis in rei veritate non erat, exindè ſe-
quitur, illam corruere ex defectu intentionis Papæ reſervan-
tis.

Nulliuſquè relevantiæ ad hunc effectum eſt clauſula *motu*
14 *proprio*, ſub qua reſervata fuit controverſa penſio; Cùm
enim iſta ad privatum tendat commodum ejuſd. Dionyſii,
hujuſmodi expreſſione non obſtante, ſemper gratia dicitur
prodiiſſe de Partis ſupplicationem, ut probant *Marcheſ. de*
*Commiſ. par. 1. tit. de Commiſs. appellat. in cauſ. Penſion. n. 113.*
*fol. 594.* ubi, quòd hoc caſu expreſſio motus proprii dicitur
mendicata, *Card. de Luc de Regal. diſc. 185. nu. 11.* Et tamen
eadem clauſula nihil operatur in iis, quæ ſunt facti, ut in no- 15
ſtro caſu, nec ſupplet intentionis defectum, ex cumulatis in
genere per *Pariſ conſ. 1. num. 81. lib 1. & conſ. 4. num. 28. lib. 4.*
*Gabriel. concl. 2 de Clauſ. num. 20. Mart. de Clauſul. clauſ. 73. nu.*
*11.* & *Barboſ. eodem tract. clauſ. 79. num. 44. & 47.* Et in noſtris
terminis per *Paulut. in Juriſp. ſacr. tom. 2 lib. 6. tract. 10. de Be-*
*nefic. §. 2. ſub num. 1.* & *Pac. Jordan. var. lucubr. to. 2. lib. 10. tit.*
*3. de Proviſ. benef. n. 25. & tit. 18. num. 37.* Et in ſpecie, quòd 16
clauſula *motu proprio* non tollat impedimentum perſonæ, pro-
bant *Pariſ. conſ. 1. n. 79. lib. 1. Barboſ. ubi proximè n. 51. & Ric-*
*ciull. de Jur. Perſon. lib. 4. cap. 6. num. 7.* Imò, quòd non ſup-
pleat defectum ætatis, punctualiter advertunt, *Stapbil. de*
*Liter. Grat. tit Motus proprius, an ſuppleat defectum ætatis,*
*n. 2 Gabriel. concluſ. 2. de Clauſ. num. 47. & de Rubeis* pariter *de*
*Clauſ. clauſ. 481. n. 11.*

Non obſt. quòd ad hoc, ut quis ſit capax penſionum, ſuf-
ficiat ætas 7. annorum; Quidquid enim ſit de hac opinione, 17
contra quam urgere videtur diſpoſitio *Conc. Trid.* & diverſa-
rum reſolut. Sac. Congr. ſequutarum à *Squillant. de Privil.*
*Cleric. c. 5. n. 13. Sanctarell. var. reſol qu. 79. num. 17. in fin. Leſ.*
*de Juſt & Jur. cap. 34. de Benef. dubit. 38. nu. 163. Emanuel Sà*
*in Aphoriſm verb. Beneficium n. 30. Campunil. in Diverſ. Jur.*
*canon. rubr. 7. c. 6. n. 5. & rub. 11. cap. 14. n. 19. verſic. De legit. ætat.*
ubi contrariis reſpondet, & refert plures reſolutiones *Sac.*
*Congr. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 14. de Benef punct.*
*11. § 3. num. 4. Barboſ. de Poteſt. Epiſc allegat. 60. nu. 78. Nar-*
*bon de Ætat. anno 14. q. 59. per tot. & Paulut. in Juriſprud. ſa-*
*cr. tr. 10. de Benefic. Eccleſ. c. 11. n. 5. in fin. & in §. 2. n. 1. verſ. Circa*
*legitimam.*

Adhuc verſamur extra difficultatem, ex quo Nos non aſ-
ſerimus, penſionem, de qua agitur, eſſe nullam ob incapa-
citatem Dionyſii, ſed conſtanter dicimus, & punctualibus 18
authoritatibus ſupra comprobavimus, eſſe nullam, uti ſub-
reptitiam, quia ſcilicèt non fuit Summo Pontifici expreſſa
ætas 10. annorum Dionyſii, quam ſi ſciviſſet, vel penſio-
nem non reſervaſſet, vel reſervaſſet cum majori difficultate,
ac cum illis expreſſionibus, ſub quibus ſolent, juxta prædi- 19
ctum inconcuſſum ſtylum, reſervari penſiones pro Minori-
bus annor. 14. quod ad inducendam ſubreptionem ſuperabun-
dat, *Lotter. de Re Benef lib. 2. quæſt. 34. num. 8. Rot. cor. Burat.*
*dec. 55. n. 6. & cor. Celſ. dec. 311. n. 7. & cor Benincaſ dec. 381. n. 4.*

Hæc ſiquidem intercedit differentia inter ætatem 7. vel
14. annorum ad effectum, de quo agitur, quòd ad hoc, ut 20
valida ſit penſio, reſervata ad favorem minoris ſeptennio,
non ſufficit in Supplicatione mentionem facere ætatis, ſed
ulteriùs, vel neceſſaria eſt expreſſa, & poſitiva Pontificis
diſpenſatio, ut præ cæteris advertunt *Fagn. in cap. Cùm in*
*cunctis num. 98. de Elect. Selva de Benef. par. 3. quæſt. 5 n. 27.*
*Gig. de Penſion qu. 13 ſub num. 4.* ubi teſtatur ſe vidiſſe ſimilem
diſpenſationem, & *Paulut. in Juriſprud. ſacr. to. 2. tract. 6.*
*de Benef. Eccleſ. §. 2 ſub n. 1. verſ. Circa legitimam*; Vel quod
Penſio reſervetur cum clauſula; *Etſi nondum fuerit clericali*
*charactere inſignitus*, ut advertit *Tondut. qu. benef. par. 2. c. 1.*
*§. 4. num. 3.* Quo caſu non dicitur proviſio facta, tanquam Cle- 21
rico, ſed uti Laico.

E' contra verò reſpectu Clerici, majoris 7. licèt minoris
14. annis, ſola mentio ætatis ſufficit, ut advertunt *Narbon.*
*de Ætate ann. 14. q. 59. ſub n. 6. Pariſ. de Reſignat lib 4. qu 9. n.* 22
*12.* ubi refert ita deciſum à S. Rota. Eademquè diſtinctio vi-
detur eſſe de mente *Riccii in Prax. Penſ. d. reſol. 378. in fin.*
*par. 1. & Ventrigl. in Prax. tit. de Ætat. Benef. n 3. in fin* & alio-
rum Doctorum, de quibus ſupra, qui diſputantes articulum,
an ſufficiat ætas 7. vel requiratur illa 14. annorum, admit-
tunt quidem ſufficere ſeptennium, ſed ſubdunt, neceſſe eſ-
ſe ad evitandam ſubreptionem, ut in Supplicatione fiat
mentio ætatis; Et de ætate 10. annorum, expreſſa in Li- 23
teris Apoſtolicis, loquitur *Card. de Luc. de Penſion. diſc.*
*10. in princ* Et de ſimili expreſſione ætatis, facta in Lite-
ris, expeditis paulò ante noſtram penſionem, obſervat
*Rot. dec. 536. num 3. verſ. In præſenti, & num. ſeq par. 4.*
*tom. 3. rec.*

Nec dicatur, verba, indicantia merita, & virtutes Pen-
ſionarii, eſſe verba Expeditioneriorum, non autem Papæ;
Quia, ut probavimus *ſupra n. 11.* verbis illis proœmialibus;
*Vitæ, & morum honeſtas*, in corpore Literarum correſpon-
dent alia; *Nos præmiſſorum meritorũ tuorum intuitu* quæ mani-
feſtiſſimè ſunt verba Pontificis, quævè ſufficientiſſima repu-
tantur à Doctoribus pro motivo reſervationis penſionis,

ut videre eſt apud *Ridolphin. in Prax. par.2.cap.9. num.68.& Rot.dec.38.n.11.par.9.rec.* Et tamen ex iiſdem verbis proe-
25 mialibus mentem Pontificis concedentis optimè deduci, ſequendo cit.*dec.321.par.1.cor.Verall.* individualiter notat *Spada conſ.62.num.6.& 7.lib.3.*

Ex quibus innapplicabiles remanent authoritates, quæ videntur contrariæ, *Spada* enim *conſ.55.lib.3.* tractat ſolùm
26 quæſtionem capacitatis, vel incapacitatis Penſionarii, deductæ ex ætate 7. vel 14. annorum, & probat, ſufficere ſeptennium, unicè ſe fundando in eo, quòd Penſionarius, in ſuo caſu ſeptennio major, nulla proindè indigebat diſpenſatione, *ut in n.1.& ſeq.n.4.* Hoc autem non turbat in præſenti, in quo ut diximus, nullitatem penſionis deſumimus ex ſubreptione, non ex incapacitate Dionyſii; Tranſit deindè idem Author *n.4. verſ. An autem.* ad aliam inſpectionem
27 diſpenſationis circa habitum clericalem, cujus reſpectu conſiderat, quòd enunciativæ, in ſua diſpenſatione contentæ, verificari poterant in Penſionario, majore ſeptennio, quòdquè ſolent apponi de ſtylo Expeditioneriorum, quæ diſpenſatio circa habitum clericalem nil commune habet cum noſtro caſu. Imò idem Author, conſiderans deindè *in ſeq. conſil.62. num.9.& 7.* verba ipſa proemialia noſtræ reſerva-
28 tionis, illa magnifacit, atquè ex illis mentem ipſius Pontificis reſervantis Penſionem, non Expeditioneriorum, deducit, ſequendo in ſpecie *dec.312.cor.Veral.p.1.*

In iiſdem prorſus terminis loquitur *Fagn. in cap. Cùm in cunctis de Elect.* ubi, poſtquam *à n.89.* probavit, ad obtinen-
29 dam penſionem ſufficere ætatem 7. annorum, quæſtionem concludit illis verbis: *Unde uſu receptum eſt, ut paſſim reſerventur penſiones Clericis primę tonſurę, in quacunque ætate ſint conſtituti, nulla prævia diſpenſatione Apoſtolica, nec unquam vidimus, reſervationes infringi ex hoc capite.* Dicit igitur *Fagnanus*, ſe non vidiſſe infringi penſiones ex defectu
30 diſpenſationis in majoribus ſeptennio, ſed non dicit, ſe non vidiſſe infringi ex defectu expreſſionis ętatis minoris 14. annorum, Et propterea cùm in pręſenti ſit incontrovertibilis defectus hujus expreſſionis, concurrente potiùs expreſſione majoris ætatis, reſultan. ex prædictis verbis, *Vitæ, & morum honeſtas*, utique perneceſſe ruit prædicta penſio.

Caſus *dec.Burgen.Penſionis*, impreſſæ *apud Marcheſan.to.1 fol.523.& duplatæ penès eundem to.3.fol.123.* toto cœlo di-
31 ſtat à noſtro; Ibi enim penſio reſervata fuerat Laurentio Scholari, non uti Clerico, ut in noſtro caſu, ſed poſtquam clericali caractere fuiſſet inſignitus, in qua conditione unicè ſe fundavit *Rota*, ut videre eſt in *n.3.& 7. verſ. Quia reſpondetur.* Et meritò, in hoc ſiquidem diverſiſſimo caſu ceſſat ratio, ob quam ætas exprimi ſolet, ut advertit *Ridolphin.in Prax.par.2.cap.9.num.90.* & cum dicta conditione penſio reſervari poteſt, nedum majori ſeptennio, ſed etiam minori,
32 juxta caſum dictæ deciſionis, ut probavimus ſupra *num.20.* Imò adſunt recentia exempla ſimilium reſervationum ad favorem Infantis 10.tantùm menſium, & alterius Infantis 2. dumtaxat menſium.

Minùs dicatur, quòd hæc exceptio, uti reſpiciens titulum, reiicienda ſit ad petitorium, Quidquid enim ſit in ma-
33 teriis profanis, vel quando non producitur titulus à Penſionario, in quibus terminis loquuntur quotquot exadverſo adduci poſſunt, certum eſt, quòd *hoc non procedit in Beneficialibus, in quibus exceptio defectus tituli, qui ad colorandam poſſeſſionem exhibetur, obiici poteſt*, ſunt verba *Menoch. de Retinend.remed.3.n.683.* quem ſequitur *Poſt. de Manut. obſer. 44.num.155.& Rot.dec.698.num.3.par.2.& dec.177. num.7.& ſeq.par.4.rec.*

Et in terminis penſionis, exactę ſpatio 63. annorum *Card. de Luc.de Penſ.diſc.22.ferè per tot.& ſignanter n.9.* ubi, quòd
34 talis fuit ſenſus Congr.particularis, & Rotæ, & ulteriùs teſtatur, hanc concluſionem nec etiam à contrariis Deſenſoribus in ſuo caſu fuiſſe controverſam, ibi: *Nec controvertebatur per Scribentes pro Penſionario veritas dictę concluſionis, quòd ſcilicet; dato vitio tituli, ad quem Poſſeſſor per illius productionem ſe reſtrinxit, poſſeſſio, quantumvis diuturna, non ſuffragetur; Dicebant verò, id procedere, quando ex ipſius Poſſeſſoris parte tituli infecti productio facta eſſet, ita, & taliter, quòd exindè reſultaret reſtrictio ad titulum meliorem, ſecus autem, ubi titulus per alteram Partem exhibeatur.* Cùm igitur in
35 noſtro caſu productio tituli infecti facta fuerit ex parte ipſius Penſionarii, & quidem in ipſo initio litis, ſumus in claris, quòd illius infectio influat in Judicium manutentionis.

Et in durioribus terminis exceptionis, reſultantis ex Scripturis, à Penſionario productis, reſpicientibus non titulum
36 penſionis, ſed ſolùm ſolutionem aliquorū terminorū firmavit *Rot.498.in fine cor.Benin* confirmata in *dec.324.coram eodem.*

Certiùs igitur in caſu noſtro, ex quo noſtra exceptio oritur ex ventre Literarum Apoſtolicarum, quo caſu ſemper 37
admittitur, etiam in Judicio manutentionis, ut in noſtris terminis advertunt *Marcheſ.de Commiſ.p.r.1.tit.de Appellat. in Cauſ. Penſ.§.2 num.208.fol.593. Marc.ſot.var. reſol. lib.1. cap.21.num.7 Ridolph in Prax.par.2.cap.9.num 184 & 201.* & firmavit *Rot.dec.649.num.3.& dec.654.num.5.p.3. diverſ.& dec.617.n.1.in fin.p.1.rec.*

Abſque ulla difficultate, ex quo eadem exceptio eſt undique clara, fundata ſcilicet in Scripturis, exadverſò produ- 38
ctis, & in communi ſententia Doctorum, à Rota recepta, quæ in articulo, ab ea deciſo, omnem Juris ambiguitatem fugat; ut notant *Gob.conſultat.97.num.33.& Urceol.de Tranſact.q.44.n.4.& ſeqq.* & obſervavimus ſupra *diſcept.1.§.23.n.31.* Proindequè etiamſi dicta exceptio tangat merita, ad- 39
hùc attendenda eſt in præſenti Judicio, ex cumulatis per *Poſt.de Manut.obſervat.42.n.140.& Rot.cor. Ludov. dec.425. num.3.& 4.& cor.Priol.dec.443.num.15.* & egregiè *Spad. conſ.53.num.10.& 11.to.3.* ubi, quòd in his caſibus petitorium abſorbet poſſeſſorium.

Nec claritas noſtræ exceptionis tollitur ex dd. ingenioſis contrariis replicationibus; Ad hunc enim effectum turbiditas, ſeu indago, reſultans ex replicationibus, non eſt apta 40
impedire effetum exceptionis claræ, minuſque illam ad petitorium reiicere, juxta communem, & receptam diſtinctionem, de qua *Afflict.dec.63.n 2.Poſt de Manut.obſer.43 num.143.Rot.apud Pacific de Salvian dec.83.num.13.& 14.& dec.157.num.10.& 11.& in par.2.diverſ.dec.13 à num 4.& in Rom. Salviani 27. Martii 1686.§. Quibus cor. Rondin.& in Rom. Primog. de Cæſarinis 17.Junii 1686.§. Minuſquè, & §.Semperquè cor. Albergat.* Et in noſtris terminis ead. *Rot.dec.1204. n.2.cor.Emer.jur.*

Quo verò ad diſmembrationem, præmittimus in facto, quòd uſque ab anno 1673.redditus noſtræ Abbatiæ ita dimi- 41
nuti reperiebantur, *ut exindè, ſatisfactis oneribus præfatis, quæ quotannis ad tercenta ſcilicet ſcuta monetæ aſcendunt, non remaneant annuatim, ſubducta inſimul plurium annorum ratione, niſi ducenta ſcuta*, juxta præciſa verba Brevi Clementis X.

Cùm autem controverſa penſio reſervata legatur ſuper redditibus univerſis ejuſd. Abbatiæ; inter quos ſpeciali nota dignum eſt Palatium, ſeu Domus, & Clem.X. uſque de anno 1673. uſum dictæ Domus, nec non Arearum, ſeu Impluviorum, illam ambientium, ac duarum Viarum, 42
ſeu Ambulatoriorum, duabus illius januis adjacentium, Apoſtolica authoritate diſmembraverit; Utique pro ſumma, correſpondente penſionibus hujus Domus, & annexorum, non poteſt eſſe locus manutentioni, exadverſò petitæ; Non percipiens enim fructus Beneficii, non tenetur ad ſolutionem penſionis, ut notant *Borell. in Summ. dec. tit. de Penſion.n.44.& Tondut. qu. benef.par.1.cap.35. nu 9.& 10.* Eodem prorſus modo, quo Capellanus, non percipiens redditus Cappellaniæ, non tenetur ad celebrationem Miſſa- 43
rum, ex adductis per *Monacell.in Formul.tom.1.formul.9.nu. 1.tit 6.& to.2.fol 59.n.56.* & firmatis *per Rot. in Rom. Cappellaniæ 19.Aprilis 1709.§.Abſque cor. Caffar.* Et ad præciſum effectum impediendi Penſionario manutentionem obſervant *Poſt. de Manut.obſerv.64.n.10.* Et rationem adducit *Lotter. de Re benef.lib.1.q.39.num.69.* quia ſcilicet actio Penſionarii in his caſibus remanet eliſa ex eo, quòd Titularis non poſſi- 44
det rem, in qua talis actio fundatur; Et revocando mandatum de manutenendo, aliàs conceſſum, firmavit *Rot.coram Ubaldo dec.473.num.1.*

Alia quoque addita ratione, quia fructus ſunt pars ſub- 45
ſtantialis Beneficii, itaut Dominus eorundem fructuum quoad partem, quæ ſibi ratione penſionis debetur, ipſummet Beneficium habere dicatur, ut probant *Collant. in Pragm. Regn.lib.1.c.5.n.8.& Acoſt de Privil.Credit reg.1.ampliat. 12. num.18.*

Non relevante, quòd hæc quoque exceptio requirat altiorem indaginem, ſicque reiicięda videatur ad petitorium; Cùm 46
enim illa incontinenti probetur, mediante Breve Pontificio, ab A.C. in Judicio canonizata, admittitur etiam in Judicio manutentionis, ut præciſè firmavit *Rot. apud Poſt. de Manut.dec.642.n.2.*

Relevans hæc exceptio non offuſcatur ex ſolutionibus hujus penſionis, factis à Fagnano, & Rev.Camera, quę penſio- 47
nes Beneficiorum vacantium, non de proprio, ſed ex fructibus ſolvit; Quidquid enim ſit de ſubſiſtentia dd ſolutionum, hoc unum eſt indubitatum, quòd deinde multi ſunt effluxi anni, in quibus eadem penſio non fuit ſoluta; Cùm autem pluſquam notorium ſit, fructus Beneficii quotidiè diminui, etiamſi

illi

illi conſiſtant in ſtabilibus, & redditibus certis, hoc eò certiùs admittendum videtur in præſenti, quo major pars fructuum noſtræ Abbatiæ conſiſtit in voluntariis eleemoſynis,
48 quę, frigeſcente in dies charitate Fidelium, paulatim deficiunt, ut in ſpecie conſideravit Clem. X in Brevi diſmembrationis, quod fuit exhibitum.

Quò demum ad taciturnitatem Dionyſii in exigendo hanc
49 penſionem, hæc ſufficiens quoque reputatur ad impediendam manutentionem, ut advertunt *Gigas de Penſ. quæſt. 85. num. 3. Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. §. 2. de Commiſſ. appell. in cauſ. Penſion. §. 2 n. 55. fol. 587. & Ridolph in Prax. par. 2. c. 9.*
50 *n. 183.* & firmavit *Rot. cor. Priol. dec. 266. n. 22. & cor. Cavaler. dec. 249. n. 5.* Et de ſola taciturnitate quinque annorum *Rot. coram Burat. dec. 591. n. 9.*

Fortiùs, quia initium hujus longævæ taciturnitatis non fuit accidentale, ſed ortum habuit à Judicato Rotali, con-
51 tra Dionyſium emanato; Cùm enim iſte alias quoque penſiones obtineret, & ſignanter unam ſc. 150. ſuper fructibus Eccleſiæ Collegiatæ S. Proſperi Regii, quam per plures annos exegerat, contraxit deinde matrimonium, & in illius exactione continuavit, donec perventa notitia ejuſdem matrimonii ad aures Franciſci Calcanei, moderni Præpoſiti ejuſdem Eccleſiæ, iſte introduxit Judicium ſuper extinctio-
52 ne penſionis, & favorabilem obtinuit reſolutionem, regiſtratam *in dec. 165. par. 17. rec.* cui idem Dionyſius acquievit, optimè ſciens, per matrimonium eò ipſo extingui penſiones, ut poſt antiquiores, quos citat, advertit *Gig. de Penſion. qu. 54 num. 4.* ubi quòd ob matrimonium, ab ipſo contractum, omnes amiſit penſiones, quas ei Clem. VII. reſervaverat, *Garz. de Benef. par. 1. c. 5. n. 108.* & *Lotter. de Re benec. lib. 1. q 42. à n. 45.*

Tempore hujus Deciſionis, quæ emanavit anno 1671. unus ex Rotæ Auditoribus erat Flaminius Taya, qui deindè factus Card. ab Inn. XI. proviſus fuit de controverſa Ab-
53 batia, Sicquè nil mirùm ſi ab eodem, utì pleniſſimè informato de eadem Deciſione, dicta penſio nunquam fuit petita, nec ab inde citra exacta.

Nec dicatur, ad hunc effectum non ſufficere ſolam taciturnitatem Penſionarii, ſed ulteriùs requiri petitionem, re-
54 jectionem, & acquieſcentiam ejuſdem; Authoritates enim, quæ videntur in hac parte contrariæ, facili negocio ad concordiam reducuntur, advertendo, quòd petitio, rejectio, & acquieſcientia tunc ſolùm debent concurrere, quando quæſtio eſt de perfecta extinctione penſionis, ſecùs verò,
55 quando, ut in præſenti, talis taciturnitas deducitur ad effectum impediendi manutentionem, prout in noſtris terminis, conciliando contrarias authoritates, firmavit *Rota coram Priol. deciſ. 298. num. 10. & 11. & coram Cavaler. dec. 249. in fin.*

Ratio autem hujus receptæ diſtinctionis ea eſt, quia hoc ſecundo caſu ex una parte non aufertur Penſionario ſuum creditum, ſeu principale Jus, ſed punitur ſolùm ejus negli-
56 gentia in agendo, nè ſcilicèt ille, qui tamdiù tacuit, poſſit breviter ſuum creditum conſequi, Ex alia verò parte nihil Titularis acquirit, ſed ſolùm, ut diximus, in pœnam negligentiæ, aufertur Penſionario celeritas in agendo, quam libens amiſiſſe videtur ſua tarditate, ut in terminis præſcri-
57 ptionis viæ exequutivę advertit *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 5. diſput. 4. num. 3. Caravit. in Rit. magn. Cur. Vicar rit. 167. num. 3. & Maſſol. in Triſmeg. legal. ratioc. 82. à num. 33.* Et in noſtris terminis *Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. tit. de Commiſſ. appellat. in cauſ. Penſ. §. 2. num. 55. fol. mihi 587.* ubi, quòd
58 ſicuti per multos annos Penſionarius diſtulit penſionem exigere, ita æquitas ſuadet, ut per multas inſtantias illam conſequatur.

Prætenſæ autem ſolutiones, factæ à Camera, poni poſſunt ad partes, quia cùm illa, ejuſquè Miniſtri, non habeant titulum Beneficiorum vacantium, & quorum fructus admi-
59 niſtrant, ſolutiones talium Miniſtrorum ad effectum manutentionis non attenduntur, ut latè probat *Poſt. de Manut. obſerv. 35. ferè per tot.* Et in terminis ſolutionum, factarum à
60 Miniſtris Cameræ de fructibus Beneficiorum vacantium *Gratian. diſc. for. c. 113. n. 52. Lotter. de Re benefic. lib. 3. q. 39 num. 120. & ſeqq. Poſt. de Manut. obſer. 35. à num. 74. & Rot. apud Pacific. de Salvian. dec. 44. n. 2.*

Fortiùs, quia non docetur ex adverſo de ſolutionibus, fa-
61 ctis à Card. Taya, immediato Anteceſſore Card. Nigroni, ſicquè eò minus erat locus petitæ manutentioni per ea, quæ notant *Ferret conſ. 388. n. 15. Gig. de Penſion. q. 85. n. 3. & Rot. cor. Cavaler. dec. 249. n. 3.* ibi: *Non enim poterat Paciotus prætendere manutentionem, cùm de tempore hujus motæ litis coram Vicario Urbini non eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi con-*



*tra Sylvium modernum Rectorem, imò nec contra Marcum Antonium immediatum Anteceſſorem Sylvii*: Et juxta longè poſt 62
hæc ſcripta latè firmata per *R. P. D. Cremonam Valdinam in Voto anni 1716. in Neritonen. Penſionis §. Satis igitur, & ſeq.* Cujus ſoliditas agnita fuit ab ipſomet Titulari, qui non attentis tribus Sententiis, ad ejus favorem latis, adhùc Cauſa terminata fuit per concordiam, & recepta quadam pecuniarum ſumma, penſioni, ad ejus favorem translatæ, renunciavit.

Ex his igitur tribus capitibus, nempè ex nullitate reſervationis, utpotè factæ Dionyſio tanquam majori, meritiſquè 63
fulcito, cum eſſet minor, & meritis deſtitutus; Ex notabili diſmembratione multorum bonorum Abbatiæ, Et ex diuturno tempore, quo hæc penſio non fuit per duos, dignitate, & meritis Eminentiſſimos Abbates ſoluta, etiamſi diviſim conſiderentur, multò magis ſimul junctis, videtur locus reſcripto cum clauſulis ſuſpenſivis.

Die Jovis 22. Septembris 1694. propoſita Cauſa in Signatura Juſtitiæ per b. m. Portam, reſcriptum fuit: *Sine præju-* 64
*dicio, non retardata, & ampliùs Cauſa non proponatur*: Idquè, non ex irrelevantia exceptionum, ſupra adductarum, ſed quia ſtrictè, & præciſè ſermo erat de manutentione, & Titularis concludenter probaverat ſuam poſſeſſionem, tam ex ſolutionibus ei factis à Fagnano, quando poſſedit dictam Abbatiam, quàm à Miniſtris R. C. tempore immediato ad proviſionem ejuſdem Abbatiæ in perſonam Card. Nigroni.

Quid autem dicendum in caſu, in quo quæſtio ſit cum Translatario, an ſcilicet eidem danda ſit manutentio, vel im- 65
miſſio; Quidquid dicat *Fattinel de Penſ. cap. 10. per totum*: Reſpondeo, eidem eſſe dandam Immiſſionem, ea ratione, quia Translatarius cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem Juris, quam habebat Transferens, non autem ad poſſeſſionem facti, juxta opinionem *Rotæ cor. Coccin. dec. 2240. & alibi paſſim.*

---

## DISCEPTATIO XXXIII.

### Melphien.

*PRO*

Curia Epiſcopali.

*CUM*

Epiſcopo Murano.

### ARGUMENTUM.

*Viſitatio Eccleſiæ, poſitæ in Confinio duarum Diœceſum, ad quem Epiſcopum ſpectet, & quibus concurrentibus validæ, vel nullæ ſint Cenſuræ, latæ pro defenſione propriæ Iuriſdictionis.*

IN Territorio Atellæ Rapollen. Diœceſis, quæ anno 1528. à Clem. VII. æquè principaliter unita fuit Eccleſiæ Melphien. ſita reperitur Eccleſia S. Mariæ de Perno, titulo Abbatiæ DD. Cardinalibus commendari ſolita, cujus conſide- 1
rabiles redditus annuorum mille circiter aureorum, *teſte Ughell. in Ital. Sacr tom. 1. fol. 993.* principaliter conſiſtunt in quodam Feudo, poſito in Territorio dicti Loci Atellæ, & in quo præfata Eccleſia poſita reperitur, ut conſtat ex Partita deſcriptionis terminorum, & confinium dicti Feudi, & Eccleſiæ, factæ tempore Abb. Antonii de Paulis, ejuſdem 2
Abbatiæ acerrimi Defenſoris, fideliter extracta ab originali Regeſto, dictæ *Cavallone*, Nec non ex Atteſtatione Syndici, & Electorum Communitatis d. Terræ Atellæ, loquentium etiam de Oblatorum, & Confeſſariorum deputatione, facta ab Epiſcopis Melphien. pro tempore.

Cùmquè idem Abbas de Paulis uſque de anno 1614. prætenſionem excitaſſet, eandem Eccleſiam non eſſe ſubjectam Viſitationi Epiſcopi Melphien. habitus proindè fuit recurſus ad C. E. & R. quæ, audito Vicario Generali Mel- 3
phien. eidem reſcripſit; *Che quando la Chieſa della detta Abbadia ſia poſta dentro li Confini di coteſta Dioceſi, la viſitiate, con dichiarazione, che la Viſita ſi fà in virtù del Sag. Conc. di Trento, ordinando ciò, che giudicarete eſpediente per augumento del Culto divino.*

In cujus reſcripti exequutionem exhibita fuit Viſitatio di-
ctæ Eccleſiæ, in generali Viſitatione Melphien. facta anno
1589. à Fabio Tempeſtino Vicario Apoſtolico, nec non fue-
4 runt per eundem Vicarium generalem examinati multi te-
ſtes, qui, medio eorum juramento, depoſuerunt, præfa-
tam Eccleſiam ſemper fuiſſe viſitatam ab Epiſcopis Melp-
5 hien. & ita à ſuis Majoribus audiviſſe, eſſequè in Diœceſi
Rapollen. Melphien. unitæ, atque Abbates pro tempore d.
Abbatiæ conventos fuiſſe in Tribunali Epiſcopali Melp-
hien.

Ex quibus claris probationibus ſuper ſituatione dictæ Ec-
6 cleſiæ, nec non ſuper æquè indubitata poſſeſſione viſitandi
favore Epiſcoporum Melphien. prædictus Vicarius genera.
lis Viſitationem dictæ Eccleſiæ decrevit, prout, prævia
intimatione, & notificatione d. Abb. de Paulis de facto pu-
blicè, & palàm, nemine penitùs, penituſquè ſe opponen-
te, eam viſitavit; Cùmquè unus ex Sacerdotibus, qui eum
7 aſſociarunt, incruentum Miſſæ Sacrificium peragere vellet,
& Confeſſarius ibidem promptus non adeſſet, idem Vicarius
ſtatim facultatem conceſſit alteri Sacerdoti Joſepho Gagliar-
do, ut dicti Sacerdotis celebraturi confeſſionem in eadem
Eccleſia exciperet.

Commendata poſtmodum fuit eadem Abbatia Card. Gaſ-
8 pari de Torres, mediante ceſſione ad ſui favorem facta à
Card. Coſmo, pariter de Torres anno 1625. cum expreſſio-
ne, quòd ſita ſit in Diœceſi Melphien. Prout pariter in ea-
dem Diœceſi ſita exprimitur in Literis collationis ejuſdem
Abbatiæ in perſonam Card. Caſanattæ anno 1674. Circa
quam expreſſionem ſituationis dictæ Abbatiæ in Diœceſi
9 Melphien. concordant *Ughell. in Ital. Sac. tom. 1. verb. Epiſ-
copi Melphien. fol.* 993. his verbis: *In Diœceſi celebris eſt Ab-
batia S. Angeli &c. & altera S. Mariæ de Perno, in loco horro-
ris, & vaſtæ ſolitudinis, valoris mille aureorum*, quæ re-
petit *tom. 7. verb. Epiſcopi Rapollenſes fol.* 1188. de cujus Au-
10 thoris ad noſtrum effectum authoritate, *Anſald. in Addit. ad
dec. ultim. num.* 19. *& Rot. dec.* 196. *num.* 3. *& dec.* 404. *num.* 5.
*par.* 19. *rec. & in Caputaquen. Juriſd.* 4. *Maii* 1708. *§. Concur-
runt cor. Caſſarel.*

Succeſſivè autem non ſolùm viſitata fuit à Lazaro Carafi-
no Epiſcopo Melphien. anno 1623. cum expreſſione reco-
11 gnitionis Cathedræ Epiſcopalis, factæ per Abbatem in ca-
rol. 16. ſed, quod magis eſt, fuit etiam taxata in Synodo
Diœceſana, per ipſum celebrata, & Typis impreſſa anno
1624. pro contributione Seminarii Melphien in ducatis 20.
quæ ſumma punctualitèr ſoluta fuit ab Abbatibus pro tem-
pore, prout æquali punctualitate ſolvitur de preſenti à R.
Cam. Apoſt. quæ fructus exigit ab obitu Card. de Aſte ultimi
Abbatis.

Eodem pariter modo in ſequenti Synodo Diœceſana, cele-
brata per Epiſcopum Scaliam anno 1635. inter alias celebres
12 Abbatias in noſtra Diœceſi exiſtentes, ſimilitèr Typis data,
deſcribitur noſtra Eccleſia S. Mariæ de Perno.

Pervento autem ad Eccleſias Epiſcopales Melphien. &
Rapollen æquè principalitèr unitas, moderno Epiſcopo
Spin. hic ſuorum Prędeceſſorum veſtigiis inhærendo, non
ſemel, ſed ſemper ab anno 1702. uſque ad annum 1711. ſive
13 per ſe, ſive per ſuum Deputatum, d. Eccleſiam ſumma pa-
ce viſitavit, nonnullaq; decreta ad divinum cultum ſpectan-
tia, faciendo, prout legitur ex Actis Viſitationum, & prę-
ſertim ultimæ, peractæ die 4. Julii 1711. quæ decreta juxta
ſolitum affigi mandavit ad Valvas dictæ Eccleſiæ, & in pri-
ma Viſitatione deputavit etiam Confeſſarium, juxta docu-
menta, in Secretaria exhibita.

Hanc verò antiquiſſimam poſſeſſionem Eccleſiæ Melp-
14 hien. intervertere prætendens Vicarius Epiſcopi Murani,
tranſiens ante eandem Eccleſiam, videnſque dicta decreta
Viſitationis, in illius Januis affixa, ſub figurato prætextu,
quod dicta Eccleſia ad Juriſdictionem Muranam ſpectaret,
prędicta decreta violenter e Januis Eccleſiæ evulſit, ut con-
ſtat ex documentis, in Secretaria exhibitis.

Ad reſarciendam verò Juriſdictionem Eccleſiæ Melphien.
ex prædicto notorio facto nimis ſenſibiliter læſam, neceſſe
15 habuit Curia Epiſcopalis Melphien. procedere contra præ-
dictum Vicarium Muranum, ad quem effectum eum citare
fecit, mediante brachio, à Metropolitano Compſano liben-
tèr impartito, ad comparendum infrà triduum in Civitate
Melphien & dicendam *Cauſam, quare, non deberet decla-
rari, & denunciari excommunicatus*, ob perturbationem, &
uſurpationem Juriſdictionis Epiſcopalis Diœceſis Melphien.

Ipſo autem in magna contumacia perdurante, accuſati fue-
runt contra eundem conſueti termini, quibus tranſactis, ſer.
16 ſer. expediti fuerunt Cedulones, & in Civitate Muri, aliiſ-
que ſolitis Locis affixi; Ipſeque non ſolùm, abſque ulla ci-
tatione, aut canonica monitione, ſed de facto, inaudita-
que præcipitantia, quandam fecit denunciationem, qua me-
diante declaravit, Vicarium Generalem Melphien. incur-
ſum in pœnas, contentas *in ſeſſ. 22. Concil. Trid. c. 11. de Re- 17
form.* Et quod omnem ſuperat credulitatem, in manifeſtum
Cenſurarum ſpretum, publicè, & palam celebrare non eru-
buit; Concordata proindè fuerunt tria dubia; Pro favorabi-
li autem reſolutione primi, concernentis facultatem viſitan-
di Eccleſiam S. Mariæ de Perno, poſitam in Territorio A- 18
tellæ, alioſque actus Juriſdictionales circa eandem exercen-
di, ſat eſſe videtur percurrere Juſtificationes, in forma au-
thentica ex hac Parte exibitas in Secretaria.

I. Siquidem occurrit depoſitio multorum teſtium, facta
anno 1614. in exequutionem reſcripti S. C. E. qui uniformi-
ter depoſuerunt, tam de dicta ſituatione, quàm de viſitatio-
ne, abſque ulla interruptione facta ab Epiſcopis Melphien, 19
& ita audiviſſe à ſuis Majoribus, qui pariter id ab aliis eo-
rum Majoribus audiverunt, cum cæteris requiſitis notoriæ
*Gloſſ. in cap. 1. verb. Memoria de Præſcript. in 6.* Itaut uſque
ab eo tempore favore Epiſcoporum Melphien. militaret imme-
morabilis, cujus vigore quemlibet meliorem titulum de Mun-
do allegare poſſumus, ex adductis *in To. 1. p. 1. diſcept. 10. n* 3.

II. Hanc eandem ſituationem Eccleſiæ Abbatialis in Ter-
ritorio Atellæ, ultrò admiſit idem Abb. de Paulis, median-
te deſcriptione Feudi, ad dictam Abbatiam ſpectantis, cum 20
ſuis confinibus, & limitibus; Imò; cum annis elapſis in-
ſurrexiſſet ſimilis controverſia inter Communitatem Atellæ,
& illam S. Felicis Muranæ Diæceſis, prævio acceſſu unius
ex Regiis Miniſtris ſuper faciem Loci, cum Peritis amba-
rum Partium, idem Miniſter recognovit, & declaravit, Ec-
cleſiam præfatam, cum ſuis adjacentiis, eſſe in Territorio
Oppidi Atellæ, Rapollen. Diœceſi ſubjectæ. Hujuſmodi 21
autem probatio ſituationis per occularem inſpectionem dicti
Regii Miniſtri, unà cum Peritis ambarum Partium conclu-
dentiſſimè eandem ſituationem probat, atque intra fines evi-
dentiæ ponere dicitur, ſive habeatur reſpectus ad qualita-
tem dicti publici Officialis, per ea, quæ notant *Curt. ſen.
conſ. 70. n. 18. Valenzuel. conſ. 100. à n. 1 & Tiraquell. de Retract.* 22
*Lignag. §. 4. gloſs. 1. à n. 73.* ſive ad præſentiam, & conſenſum
Peritorum utriuſque Colligitantis, ex adductis per *Hier. de
Mont. de Finib. c. 30. n 4 Sperel. dec. 176. n. 18.* ibi: *Id procedit,
quando Judex; unàcum Peritis, ad locum differentię accedit,* 23
*Capyc. Latr. conſ. 21. n. 21. & Rot. dec. 1103. n. 11. cor. Emer. jun.*
ubi, quòd talis probatio prævalet cuicumque probationi.

Creſcit 3 loco vis hujus animadverſionis, obſervando,
quòd cùm nemo meliùs cenſeatur informatus de ſtatu Benefi- 24
cii, quàm illius Poſſeſſor, per ea, quæ advertunt *Card. de
Luc. in Miſcel. Eccleſ. diſc. 7. num. 13. & Rot. dec. 280. num.
30 cor. Bichio*, eò magis ſtandum videtur dicto Libro, vul-
gò nuncupato *Cavallone*, utì confecto tempore Abb. de Pau-
lis, qui accerimus Defenſor Jurium dictæ Abbatiæ nuncu-
patur in publico Inſtrumento, in Secretaria exhibito, & da-
to in Summario ex animadverſis *in dec. 49. nu. 17. apud Card.
de Albic. de Inconſt. in Judic.*

IV. Mirabiliter urgere videntur dictę duę Synodales Con-
ſtitutiones Epiſcoporum Carafini, & Scaliæ, publicè, & 25
palàm Typis datæ annis 1624. & 1635. in quibus non tran-
ſeunter nominatur dicta Abbatia, ſed in prima taxatur in
annuis ducatis 20. pro contributione Seminarii, cum ſucceſ-
ſiva, & nunquam interrupta punctuali ſolutione ejuſdem
ſummæ uſque ad hodiè: In ſecunda verò eadem Eccleſia re-
cenſetur inter alias celebres, atque inſignes Abbatias no-
ſtræ Diœceſis. Iſti autem actus, uti publici, & patentes,
ignorari nullatenùs potuerunt ab Epiſcopis Muranis, ha- 26
bentibus eorum Diæceſim propè illas Eccleſiarum Melphien.
& Rapollen. per ea, quæ advertunt adducti per *Anſald. dec.
72. nu. 12* ubi, quòd allegantì ignorantiam ſimilium publi-
corum actuum objici poteſt illud: *Tu ſolus Peregrinus es in
Hieruſalem.*

Poſita verò illorum ſcientia, nimis veriſimili in hac par-
te, non eſt utique prę́ſumendumendum, illos fuiſſe negli-
gentes in vindicandis Juribus Eccleſiarum, ſibi ſubjectarum, 27
*Rot. dec. 49 n. 17 apud Card de Albic. de Inconſt. in Judic. & dec.
9. n. 15. p. 10. & dec. 809. n. 17. & 18. p. 18 rec. & in Marſicana, ſeu
Nullius Beneficii 7 Junii 1686. §. Duplici cor. Hervault.* Et
quod magis eſt, eò minùs dicendum eſt, illos voluiſſe per-
mittere, ut nedùm taxaretur in annua ſumma duc. 20. pro Se-
minario, ſed ut illa punctualiter ſolveretur, ipſis nullatenùs
reclamantibus *Vivian. de Iurep. p. 2. lib. 11. c. 5. n. 24. Rot. coram
Priol. dec. 318. n. 12. & in Nullius, ſeu Caputaquen. Iuriſdict. 16
Junii 1711. §. Concurrebat cor. Anſald.*

Acce-

Accedunt 5. loco proviſiones d. Abbatiæ cum illa expreſſione, quod ſita ſit in noſtra Diœceſi, de cujus efficacia ad
28 probandam ſituationem Eccleſiæ in aliqua Diœceſi, videri poſſunt citati *in tom.1.p.1. diſcept.9. à num.16.*

VI. Tandem cum omnibus iſtis actibus antiquis junguntur depoſitiones multorum teſtium, in noſtro Proceſſu examinatorum, ac Viſitationes, ſemper factæ ab antiquis, &
29 moderno Epiſcopo Mulphien. qui teſtes, nedùm deponunt de affirmativa favore noſtri Epiſcopi, ſed etiam ſubjungunt, nunquam vidiſſe, Epiſcopos Muranos, vel eorum Miniſtros, dictam Eccleſiam viſitaſſe, & ex dictis teſtibus unus fuit Oblatus ſpatio decem annorum ejuſdem Eccleſiæ, & eſt Clericus, alter verò eſt Presbyter, ſed ambo ſunt Diœceſis Muranæ, & proindè omnis eis eſt adhibenda fides, ut, conſiderando qualitatem Sacerdotis, advertunt adducti *in tom.1.p.1.diſc 3.num.41.* Et præ oculis habendo veriſimilem
30 informationem teſtium *Rot.dec.316.nu 10.cor.Priol.& dec.9. nu.11.cor.Mant. & dec.312.nu.4 cor.Celſ.* cum quibus concordant etiam Syndicus, & Electi d. Terræ Atellæ.

Ex quibus omnibus, præcipuè ſimul unitis, cùm evidens remaneat, Eccleſiam controverſam eſſe in dicto Territorio Atellæ, ſemperque fuiſſe viſitatam ab Epiſcopis Melphien.
31 nunquam verò ab Epiſcopis Muranis, cum omni fundamento, prima pars primi dubii dictam Viſitationem concernentis, affirmativè reſolvenda videtur.

Ex qua infertur etiam affirmativa reſolutio 2. dubii: Poſito enim, quod d. Eccleſia ſubjecta ſit Juriſdictioni Epiſcopi Melphien. in neceſſariam venit conſequentiam, quod Vic. Muranus, defigendo decreta Viſitationis, Juriſdictionem d. Epiſcopi Melphien. uſurpaverit, ac violaverit, & pro-
32 pterea cenſuras, tam contra uſurpatores, & perturbatores, alienæ Juriſdictionis, quàm contra impedientes Epiſcopos, ne ſua Juriſdictione utantur, incurrit, juxta *§.17. Bullæ Cœnæ*, impreſſæ *in Bullar.nov.tom.6.inter alias Clem.X. la 34.* de qua *Sayr.de Cenſ.lib.3.cap.20.à num.2.& Pignat.conſ. 8.num.5.tom.9.*

Nec dubitari poteſt de juſtitia, & validitate noſtrarum Cenſurarum, ſive reſpectu Juriſdictionis, quæ ſatis, ſu-
33 perque reſultat ex præfatis juribus, Ordinario Melphien. competentibus, quoad viſitationem Eccleſiæ, de qua agitur; Sive reſpectu probationum dictæ amotionis Edicti, propria authoritate, & de facto attentatæ à d. Vicario Murano, qui ratione hujus delicti effectus fuit ſubditus Epiſcopi Melphien. *Card.de Luc.de Juriſ.diſc.9. diſc.29.n.4.& diſc.36. nu.3.* Sive demum reſpectu judiciarii ordinis; Fuerunt namque ſervati omnes conſueti termini, præmiſſa fuit citatio ad
34 dicendum *cauſam, quare &c.* fuerunt accuſatæ omnes contumaciæ, & latum decretum pro relaxatione dictarum cenſurarum.

E contra verò declaratoria contra Vic. generalem Melphien. facta à Vic. Epiſcopi Murani juxta terminos tertii dubii, injuſtiſſima eſt ex cauſa, ex animo, & ex ordine, triplicem Cenſurarum injuſtitiam, de qua *Gloſſ.in cap. Sacro*
35 *Verb. Juſta de Sentent. excom. in 6.* ibique *Fagn.nu.3.* Eſtque pariter evidenter nulla.

Injuſtitia *ex cauſa* palpatur manibus, quia innititur Decretis Viſitationis, factis per Vicarium Melphien. & affixis ad Valvas dictæ Eccleſiæ, & prætenſæ abraſioni aliquarum
36 aſſertarum Literarum à parietibus dictæ Eccleſiæ, de mandato ejuſdem Vicarii, denotantium, eandem Eccleſiam anno 1694. reſtauratam fuiſſe ſumptibus Card. Caſanatæ, tunc temporis Abbatis Commendatarii, juſſu Epiſcopi Murani Alphonſi Pacelli: Et nihilominus de hujuſmodi mandato abraſionis, quod uti ſapiens, juxta ſenſum Partis, delictum, concludentiſſimè probandum eſſet, ex adductis per *Conciol. reſol.crim.verb.Delictum à nu.1. rub de validit. legal. c.16.num.44 & Rot.dec.56.nu.9. poſt 1.vol conſ.Farinac.* nulla exhibetur ex adverſo concludens probatio. Sed, quando illa
37 per inſufiſtentem hypotheſim concludentiſſimè probata eſſet, adhuc nullum involveret delictum: Imò, etiamſi illud eſſet dubium, ſemper pro illius excluſione capienda eſſet interpretatio, juxta *Text.in l.Merito ff.pro Socio, Guazzin.ad Defenſ.Reor.defenſ.26.c.2.num.4.& 5.& Conciol.reſolut.crim. verb.Delictum reſol.1.num.3.*

Vicarius enim Melphien. uſus fuit jure ſuo, & nemini fecit injuriam, imò debito ſuo ſatisfecit, demandando in viſitatione d. Eccleſiæ, ea, quæ cultum divinum concerne-
38 bant, & præſertim, quod dealbaretur navis Eccleſiæ, nec ei imputandum eſt, ſi Fabri murarii ob dictam dealbationem, forſan ex inadvertentia, non curaverint de ſupradicta inſcriptione; Obſervando hìc, quod illa non erat inſcripta in ſilice ferreo ſtylo, ſed ſimplici nigro colore, de facili negligendo à Dealbatoribus, literas neſcientibus; Et ideò abſque evidenti injuſtitia nullo modo potuit Vicarius 39
Muranus ex abrupto devenire ad Cenſuras contra Vicarium Melphien. ex quo viſitaverit præfatam Eccleſiam, in Diœceſi Melphien. ſitam, & ab Epiſcopis Melphien. ſemper in præteritum viſitatam.

Non minus evidens eſt injuſtitia *ex animo*; dum ad illam devenit Vicarius Muranus in vindictam defenſionis Juriſdictionis Eccleſiæ Melphien. ad quam coactus, ut ſupra, fuit illius Vicarius devenire, *Text. eſt in can. Epiſc.11. qu.3.* 40
ibi: *Ex animo eſt injuſta ſententia, cùm aliquis &c. non amore juſtitiæ, ſed livore &c. inductus ſententiam profert*; ubi communiter *Repetentes*, cum aliis, citatis *in Tom.2.par.2. diſcept.15. num.6.* & concordant aurea illa verba *S. Leonis Papæ epiſt. 67. ad Epiſc.per Vienn. Provinc. conſtit. Nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magno reatu ultionem invitus, & dolens quodammodo debet eſſe animus vindicantis*, ſequut. à *Covarr. in cap. Alma Mater par.1. §.9.num.1.de Sent.excomm.*

Evidentiſſima demùm eſt injuſtitia *ex ordine ſubſtantiali prorſùs omiſſo*. Dato enim, ſed nunquam conceſſo, quod per malam hypotheſim adfuiſſet dubium, vel ſuper prætenſo jure viſitandi, vel circa abolitionem d. inſcriptionis,
adhuc debebat citari, & moneri prætenſus deliquens, aliiq; 41
actus præmitti, qui de jure ſunt præmittendi, ex quo non agebatur de re, quæ dilationem non admittebat, minuſque verificabantur termini defenſionis de facto, adverſos magnam potentiam occupantis, in quibus, attento periculo
moræ, permittitur omiſſio ſolemnitatum, juxta *Text. in* 42
*Cap.Dilecto de Sent.excom.in 6.* ubi *Gloſ.verb.Propter hoc, & Barboſ.num 1.Ricciul. de Jure perſon. lib.4. cap.61. num.1.& Card. de Luc. de Judic. diſc 9. num. 30. & in Miſcel. Eccleſ. diſc.15. num.9. Sperel. dec.48. num.52 & 53. & Panimol.dec 90 num.15.*

Non adſunt autem inter Tractantes de Cenſuris propoſi-
tiones magis certæ, magiſque communiter receptæ, quàm 43
excommunicationis, ſententiam dicto modo prolatam taliter injuſtam, & nullam eſſe, ut nec etiam nomen ſententiæ mereatur, juxta authoritates, allegatas in *Tom.2.par.2. diſcept. 15. à num.8.*

Et in terminis ſententiæ, præcipitanter latæ, habemus
egregium monitum *D. Greg. ep.12.* cujus verba retulimus in 44
*tom.2.p.2.diſc.15 num.17.& 18.*

Die 16. Julii 1712. propoſitis in C. C. ſequentibus dubiis, 45
reſponſum fuit, ut infra.

*Dub. 1. An Viſitatio Eccleſiæ S. Mariæ de Perno ſpectet ad Epiſcopum Melphien. vel potiùs ad Epiſcopum Muranum.* Affirmativè quoad primam: Negativè quoad ſecundam partem.

*Dub.2. An Cenſuræ, latæ per Curiam Epiſcopalem Mel-*
*phien. contra Vicarium generalem Muranum ſuſtineantur*: Affirmativè, & pro abſolutione arbitrio Metropolitani. 46

*Dub.3. An declaratoria Cenſurarum, facta per Vicarium*
*generalem Muranum contra Vicarium generalem Melphien.ſuſtineatur*: Negativè. 47

Circa facultatem excommunicandi ultimo loco interrogatus fui, an Clerici conjugati, exercentes judicaturam Judicis Eccleſiaſtici, durante Conjugio poſſint excommunica-
re; Reſpondi autem negativè, ſequen. authoritatem *Say* 48
*de Cenſur.lib.1.c.5.nu.12.& Monacel.in Formul.tom.3.in prælud fol.12.num.52.* qui ex hoc inferunt, eoſdem Clericos conjugatos non poſſe eſſe Vicarios Epiſcopi durante conjugio.

Requiſitus pariter fui, an violans Cenſuras, nulliter la-
tas, irregularitatem incurrat, miſſam celebrando. Reſ- 49
pondi negativè, quia Cenſura nulla, perindè habetur ac ſi lata non eſſet, ut reſolvit *C. C. in Nullius Abbatiæ Fulden. 19 Jul.1704.* quam ſequitur *Monacell in Formul.tom.4.fol.90. num.13.* & eſt in *Lib.54.Decr.fol.213.* Idemque pariter reſol-
vit *in Caſertana 11. Septemb.1717.* de qua ſupra *diſcept.1.§.7.* 50
*num.11.* Et faciunt verba illa *S.Bonav.in opuſc.Sic pace Fra-*
*tres fol.407.col.2. Quod autem dicitur, quod Sententia excom* 51
*municationis, ſive juſta ſit, ſive injuſta, ſemper eſt timenda, verum eſt; Quia ſicuti juſta timenda eſt promerenti, ita injuſta ferenti, vel promoventi.*

# DISCEPTATIO XXXIV.

## Reatina Cenſurarum.

*PRO*

Archipresbytero, & duobus Canonicis.

*CUM*

Vicario Apoſtolico Reatis.

### ARGUMENTUM.

*Delegatus Apoſtolicus, an teneatur oſtendere Literas ſuæ Delegationis Epiſcopo illius Diœceſis, in qua procedere vult ad exequutionem Literarum Apoſtolicarum ad ornatum Conſtit. 39. Clement. VII. & quando procedere poſſit contra Epiſcopos, alioſque ei impedientes exequutionem ſuæ Delegationis.*

POſtquam Epiſcopus Sulmonen. Vicarius Apoſtolicus Reatinus, gravaverat Canonicum Simeonem Dominicum Ponam, nullo Juris ordine ſervato excarcerando quemdam ejus Debitorem, captum in actu fugæ, vigore mandati, expediti à Gubernatore Reatis, in grave præjudicium ejuſdem Canonici, eo quia ſuum creditum ex hujuſmodi excarceratione amiſit, neceſſe habuit idem Can. recurrere ad S. C. C. petendo condemnari d. Vicarium Apoſtolicum ad ſolutionem ſummæ, ſibi à Carcerato debitæ, à qua ob-
1 tinuit, remitti Inſtantiam ad A. C. ubi pendet indeciſa, idem Vic. curavit cauſas mendicare contra eundem Canonicum, ac propterea cum conſueviſſet feſtum diem Nativitatis B. M. V. celebrare in quadam Eccleſia campeſtri, poſi-
2 tam propè quandam ejus Domum ruralem, nulla impellente nova cauſa, in Vigilia feſtivitatis dictam Eccleſiam Interdicto ſuppoſuit, non ſine Populi ſcandalo, devotionis cauſa confluentis ad dictam feſtivitatem, ad conſequendas Indulgentias, eidem Eccleſiæ in eadem feſtivitate à Summis Pontificibus conceſſas: Itaut coactus fuerit idem Canonicus ex hoc novo gravamine novum recurſum habere ad S. C. in qua, recognita inſubſiſtentia Informationis d. Vicarii, nec non agnita nullitate Proceſſus, ſuper hac re fabricati,
3 die 2. Julii 1706. ad relat. Card. Rubini, d. Proceſſum circumſcripſit, remotoque Interdicto, decrevit; Licere eidem Canonico feſtum diem celebrare in d. Eccleſia.

Crevit ex hoc reſcripto indignatio Vicarii Apoſtolici, taliter ut impedire curaverit eidem Canonico Ponam poſſeſſionem Beneficii S. Regis David, & S. Mariæ Novæ, quod ad ſui favorem ſer. ſer. reſignaverat Canon. Petrus Paulus Matthæjus, opus proindè fuit mutare Delegatos Literarum Apoſtolicarum, qui priùs erant Canonici Reatini, quorum loco ſubrogati fuerunt Jannochius, Archipresbyter Civitatis Ducalis, & Franciſcus Roſellius, Canonicus ejuſdem Cathedralis; Cùmque à d. Archipresbytero fuerit compertum, præfatas Literas Apoſtolicas eſſe conceſſas in forma gratioſa, juxta illa verba Bullæ ſubrogatoriæ, *Apoſtolica authoritate gratioſè proviſum*, quæ, in tali forma conceſſe, juſtificari non debent *Roſ. de Exequut. Lit. Apoſtol. par. 1. c. 18. n. 184. & Rot. dec. 140. n. 14. par. 10. rec.* promptum ſe præbuit dictas Literas exequi, ad quem effectum ſucceſſivè acceſſit ad Civitatem Reatis, & poſſeſſionem dicti Beneficii tradere cœpit d. Canon. Ponam, de eo gratioſè proviſo, & cùm ad integrandam dictam poſſeſſionem, & pro illius validitate neceſſariò eſſent publicandæ Bullæ, idem Archipresbyter,
4 Judex Executorialis, eandem publicationem injunxit Sacerdotibus Philippo Bianchino, Sacriſtæ Eccleſiæ S. M. in Via nova, ubi dictum Beneficium eſt ſitum, & Jo: Antonio Colamo, Sacriſtæ dictæ Cathedralis Eccleſiæ Reatinæ, qui tamen præventi ab eodem Vicario Apoſtolico, cui innotuerat poſſeſſio d. Beneficii favore Canonici Ponam, eiſdem Sacerdotibus prohibuit, ne ad præfatam publicationem devenirent; Itaut ob eorum contumaciam, & inobedientiam, ſer. ſer. fuerint à d. Judice Executoriali, tanquam Inobedientes excommunicati.

Vix publicatis dd. Cenſuris, Vicarius Apoſtolicus ſtatim expedivit Monitorium cum comminatione Cenſurarum, contra dictum Judicem executorialem, ob publicatas dictas Cenſuras, ac actus juriſdictionales, in traditione d. poſſeſſionis in Civitate Reatis ab ipſo exercitos, & ad hoc, ut majori publicitate id ſequeretur, nedum mandavit affigi dictum Monitorium in publicis Januis d. Civitatis Reatis, & Civi- 5
tatis Ducalis, ubi Judex executorialis degebat, ſed etiam in multis Arboribus, & ſcopulis ſaxeis, qui in Via, quæ interponitur inter Civitatem Reatis, & Civitatem Ducalem continuò occurrunt.

Unde ex hoc laceſſitùs Archipresbyter Jannochius ad defendendam Apoſtol. Juriſdictionem ſibi delegatam, valdè læſam à dictis actibus geſtis à dicto Vicario Apoſtolico, ex- 6
pedivit contra eundem ſimilem citationem, ſeu Monitorium quod modeſtè fuit executum per affixionem ad columnam Eccleſiæ Cathedralis Reatinæ, ad Januam Palatii Epiſcopalis, ubi inhabitabat præfatus Vicarius, & ad Januam Cancellariæ Epiſcopalis, in eodem Palatio exiſtentis; Et ſucceſſivè in termino aſſignato in d. Monitorio, cùm nihil fuerit deductum ex parte Vicarii Apoſtolici, præfatus Archipresbyter Jannochius, uti Judex Delegatus, Apoſtolica authoritate devenit contra d. Vicarium ad declaratoriam incurſus in Cenſuris, comminatis in Bulla Cœnæ Domini, & 7
Clem. VII. *Bullar. novo la 39. tom. 1.* tanquam impedientem executionem Literarum Apoſtolicarum, & expedivit Cedulones in forma, quos, majori, qua potuit modeſtia, affigi curavit tantummodò in Januis publicis Civitatis Reatis, & in dictis Cedulonibus declaravit quoque incurſos in eaſdem Cenſuras Bernardinum Bracciolum, & Joſephum Antonium Buccionum, primum, ex quo affixerat in Janua Civitatis Ducalis prænarratum Monitorium contra d. D. Jannochium, ſecundum, quia idem Monitorium ſubſcripſerat.

Rebus in hoc ſtatu manentibus, fuit habitus recurſus per dictos Excommunicatos ad hanc Sac. C. expoſitoque facto, cum diverſis inſubſiſtentibus circumſtantiis, inauditis Archipresbytero, & Canonico Ponam, die 24. Septemb. 1706. 8
obtinuerunt declarari nullas, & temerarias dictas Cenſuras & ulteriùs, quod accederent ad Urbem præfatus Archipresbyter, & Canonici Ponam, & Matthæjus ad Aquas; Attento aëris periculo accedendi ad Urbem tempore æſtivo, & autumnali, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. diſcept. 16. nu. 36.* quibus addo *Gloſſ. in can Commun's Verb. ſuorum diſt. 23.* ibi: *Nota, quod propter intemperiem Loci aliquis excuſatur, ut hìc, Menoch. de Arbitr. lib. 2. centur. 5. caſ. 421. n. 27. & Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib. 8. cap. 10 n. 18. verſ. Quartum.*

Hodiè igitur enixè ſupplicant pro receſſu à deciſis, & pro revocatione omnium in Partibus geſtorum poſt dictum reſcriptum; Incipiendo autem ab Archipresbytero Janocchio, ipſe, vel juridicè proceſſit, vel ſaltem non culpabiliter; Fuerat etenim in Literis Apoſtolicis deputatus Judex execu- 9
torialis, & proindè ſicut Apoſtolica authoritate poterat illas exequi, tradendo Canonico Ponam poſſeſſionem Beneficii, de quo fuerat in dd. Literis proviſus, *Rot. dec. 199. nu. 1. par. 5. & dec. 413. num. 17 par. 18. rec.* Ita quoque potuit quemcumque actum juriſdictionalem opportunum, & neceſſarium pro integrali executione dictæ ſuæ delegationis, in quacunque Diœceſi, & ubique Locorum, exercere contra quoſcumque qui in concernentibus Cauſam, ſibi delegatam, tenebantur illi obedire, cùm id tendat ad liberum exercitium Juriſdictionis Apoſtolicæ, pro quo nulli dubium eſt in jure, quin Delegatus apoſtolicus valeat animadvertere in quoslibet, quacunque dignitate præfulgentes, quive ejus Apoſtolicis præceptis obtemperare tenentur, juxta theoricam *Innoc. in cap. Prudentiam num. 1.* relat. per *Fagn. in cap. Cùm in Jureperitus de Offic. deleg. num. 18. & 19.* & adeſt rotundus *Text. in cap. Sanè il 2. de Offic. deleg.* & ibi *Gloſſ. verb Perſona.*

Necnon contra inobedientes valet Delegatus procedere etiam mucrone Cenſurarum, ut expreſsè definit *Text. in cap. Quia Pontificali in fin.* ubi *Gloſ verb. Aliter de Offic. & poteſt.* 10
*Judic* & notant cumulati per *Barboſ. de Offic. & poteſt Epiſc. alleg. 106 n. 37. & Rot. dec. 199 nu. 1. par. 5. rec.*

Abſque eo, quod ex hujuſmodi præceptis, & actibus Ju- 11
riſdictionalibus dicatur invaſa Jurisdictio Ordinarii; Quia Delegatus Papæ Papam ipſum delegantem repræſentat, & non ſuam, ſed apoſtolicam exercere dicitur Juriſdictionem, juxta *Text. in d cap Sanè* ibi: *Vices noſtras &c. de Offic. deleg.* 12
*Fagn in cap. Cùm in Jureperitus nu. 2. & 3. de Offic. deleg. Rot. dec. 134. n. 1. cor. Coccin. & dec. 1222. nu. 5 cor Seraph.*

Quo caſu per exercitium dictæ Juriſdictionis Delegatus non invadit Epiſcopalem Juriſdictionem, ſed illam in ejuſdem Pontificis proprio Territorio exercet, nam Jus Papæ quoad Juriſdictionem eſt territoriale in toto Orbe Terrarum qui dicitur illius Diœceſis, & in qualibet Diœceſi Papa eſt 13

Or-

Ordinarius, ut docent *Card. de Luc. in Relat. Cur. Rom. diſc.*
*2. num. 34. §. Item Ricc in Prax par. 1. verſ. Sed, & tertium*
*Ripol. var. reſol. cap. 974. Roſ. de Execut. lit. Apoſt. lib. 2. cap. 3.*
*num. 19.*

Quæ concluſio non ſolùm eſt indubitata, ſed opinio con-
traria à Sacra Inquiſitione expreſsè fuit damnata tempore
14 Innoc. X. & declarata non ſolùm temeraria, ſed etiam hæ-
reſi, & ſchiſmati proxima, ut teſtatur idem *Card. de Luca*
*de Præemin. diſc. 1. num. 4. & in Relat. Cur. Rom. diſc. 2. num.*
*34. §. Item.*

Quare Jannochius ad integrandam executionem Litera-
rum Apoſtolicarum, & validè tradendam poſſeſſionem
Can. Ponam, cùm neceſsè haberet illas publicare, tam in
Eccleſia S. Mariæ novæ, ubi beneficium eſt ſitum, quàm
in Eccleſia Cathedrali, benè valuit ad inſtantiam Reſigna-
tarii devenire ad præcepta, & injungere Sacriſtis dd. Eccle-
ſiarum, ut illa publicarent ad formam notoriæ *Conſtit. 85.*
Gregorii XIII. & contra eoſdem renuentes Cenſuris proce-
dere, tanquam quid concernens executionem propriæ
delegationis.

Nec dubitari poteſt, quin d. publicatio ſit pars integrans
poſſeſſionem, quia, cùm illa in Bulla Gregoriana ſtrictè
demandetur, cum ſolito, & efficaci decreto irritante, ne-
15 dum poſſeſſionem, ſed ipſammet Gratiam reſignationis,
utique dicitur pars integrans poſſeſſionem, dum, illa omiſ-
ſa, poſſeſſio non dicitur tradita, & ſic actus poſſeſſionis non
remanet integratus, nec perfectus, *Rot. dec. 20 num. 2. coram*
*Seraph.* & cum Bulla Gregor. annullet actum, dicitur indu-
cere formam, omninò ſpecificè adimplendam, & illa non
ſervata, nihil actum dicitur, ad *Text. in Authent. de Non*
*alien. aut permut. §. Emphyteuſis*, & reſpondit *Rot. dec. 304.*
*n. 14. p. 13. rec. & dec. 719. n. 6 & 8. cor. Pamphil.*

Et quidem abſque ulla dubitatione ipſe Judex executor ad
inſtantiam Proviſi poterat procedere apoſtolica Juriſd. ut
dictæ Literæ publicarentur; Nam hujuſmodi Juriſdictio,
non ſolùm de Jure communi, quo attento Delegato dicitur
16 tributa quælibet poteſtas quomodolibet neceſſaria ad execu-
tionem cauſæ, ſibi commiſſæ, ex regula, quod qui vult
conſequens videtur velle omne neceſſarium antecedens, de
qua in *leg. Illud ff. de Acquir. hæred. Grat. diſcept. 594. num. 19.*
*Rot. dec. 142. n. 17. par. 10. & dec. 353. n. 18. par. 19. rec.* Sed etiam
ex ipſa Bulla Gregoriana, hujuſmodi ſpecifica Juriſdictio
tribuitur Executori Literarum Apoſtolicarum, ibi: *Etſi*
*propter litem, aut aliud legitimum impedimentum, nequive-*
17 *rit ſaltem Literas Apoſtolicas, cum earum publicatione &c.*
*Judici, ſeu Executori illarum, vel aliis, ad quos pertinet,*
*per ſe, vel Procuratorem ſuum legitimum intra id tempus præ*
*ſentare, & apud illum, vel illos, pro ipſarum Literarum*
*executione inſtare, & poſſeſſionem hujuſmodi inſtanter petere*
*teneatur*: Si enim hujuſmodi executionem cum d. publica-
tione Proviſus tenetur petere ab Executore, quiſnam dubi-
tare poteſt, quin ipſi Executori ſit data facultas poſſeſſionem
tradendi, cum ſupra recenſita neceſſaria publicatione, nam
aliàs fruſtratoria eſset inſtantia Proviſi, ſi petendo ab Exe-
cutore, poſſeſſionem ſibi tradi, ad formam in Bulla Grego-
riana præfinitam, illam obtinere ab eo non valeret, Judex
enim illa omnia poteſt, quæ ad ipſam Juriſdictionem perti-
nent, & ſine quibus Cauſa, ſibi commiſſa, expediri non
poteſt, *cap. Quia quæſitum de offic. delegat. ibi Gloſs. Verb.*
*Impedire.*

Hinc corruit objectum, quod Delegatus per traditionem
poſſeſſionis beneficii, de quo agitur, functus eſset officio
ſuo, & expleta exinde remanſerat ejus Juriſdictio; Quia
cùm verſemur in beneficio, collato vigore reſignationis,
18 nunquam dicitur tradita poſſeſſio, niſi adimpleta ſupra re-
cenſita forma Bullæ Gregorianæ, dum dicta diſpoſitio irri-
tat quamcumque poſſeſſionem, aliter traditam, dicta ſcili-
cet forma non ſervata, per ea, quæ notat *Bald. in cap. Cùm*
*dilecti num. 6. de Reſcript.* & firmavit *Rot. dec. 107. num. 37.*
*par. 12. rec.*

Minùſque relevat, quod Delegatus Apoſtolicus commiſ-
ſam ſibi Juriſdictionem illiuſque exercitium non aſſequatur,
niſi priùs propriæ delegationis documentum Ordinario exhi-
19 beat, ex regula, quod in aliena Diœceſi, vel Provincia,
nemo jus dicere valeat, niſi Ordinarius ſit certus de illius
Juriſdictione, per exhibitionem propriæ delegationis, ſine
qua Juriſdictio in Delegato, quantumvis Apoſtolico, non
radicetur, & ſi quos actus exerceat, omnes ſunt irriti, &
attentati.

Quidquid enim dicendum ſit de Delegatis à Principe, pro
exercitio temporalis Juriſdictionis, hoc unum eſt certum,
quod Juriſdictio Literarum Apoſtolicarum in habitu confer-
tur à die datæ Brevis *cap. Super eo il 2. verſ. final. de Appellat.*
ubi *Fagn. num. 9. Gloſſ. in Clem. 1. verb. Receptis de Procur. Ar-*
*chid. in cap. Si is cui num. 1. de Offic. deleg in 6. Bald. in l. Falſi C.*
*de Furt. Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. par. 1. cap. 4. nu. 3. & par.* 20
*2. cap. 3. nu. 2. & 4. Rot. dec. 164. nu. 14. & ſeq. par. 1. rec.* In actu
verò exercitium dictæ Juriſdictionis, acquiritur præfatis
Executoribus à die præſentationis coram ipſiſmet Delegatis
Literarum Apoſtolicarum, dum à dicta die dicuntur reddi-
ti certi de propria Juriſdictione, ipſis delegata, *Fagn. ubi ſup.*
*n. 2. & 9. & Roſ. de Execut. Liter. Apoſt. par. 1. cap. 4. n. 4. & par.*
*2. cap. 3. n. 2.* & proſequitur *Rot. d. dec. 264. n. 16. & 17. par. 9. rec.*
Et conſequenter, ſicut in facto Juriſdictio radicata dicitur in
præfatis Executoribus, etiam quoad illius exercitium, ſta-
tim ac ipſis fuerunt Literæ præſentatæ, ita indubitanter ſe- 21
quitur in jure, quod cùm Juriſdictio ſit Papalis, ex regula,
quod Delegatus Papæ, Papam delegantem repræſentat, &
non ſuam, ſed Apoſtolicam Juriſdictionem exerceat, *ut vi-*
*dimus ſupra n. 12.* benè Executores illa uti, & exercere poſ-
ſunt ubique Locorum, abſque eo quod opus habeant de pro
pria Juriſdictione certioratum reddere Ordinarium, nam Ju- 22
riſdictio Papæ, ubique Locorum poteſt de per ſe liberè exer-
ceri directè, abſque eo, quod indigeat aliquo ſuperaddito,
quia tanquam territorialis in toto Orbe Terrarum ſemper illa
exercetur in proprio Territorio, ut docent *Genuen. in Prax.*
*par. 1. cap. 7. num. 15. & Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol. part. 2.*
*cap. 3. num. 19.*

Nec in contrarium urget diſpoſitio *Text. in cap. Cùm Iure-*
*peritus de Offic. deleg.* Quia cum dicti Textus diſpoſitio ema-
naverit ad removendam exceptionem mandatis Judicis De- 23
legati obtemperare recuſantibus, ibi: *Ac Tibi ſuper manda-*
*to Apoſtol hæſitanti, ab aliquo non ſit facta fides*; Satis dici-
tur eadem diſpoſitio adimpleta, etiam ſecundùm magis ri-
goroſam Doctorum opinionem, quoties, vel Judex Dele-
gatus in Literis citator. ſive in ejus mandatis, inſerit copiam
ſuæ delegationis, ut in *d. cap. Cùm in Jureperitus* notant ad-
ducti *à Barboſa*, necnon *à Guidon. Pap. dec. 445. per tot. &*
*Zecch de Republ. Chriſt. cap. 22. verſ. Quinto debet de Offic. de-*
*legat.* Vel quoties in mandatis ſe allegat Delegatum, ut te-
nent Doctores, relati per *Fagn* quibus ipſe quoque aſſenti- 24
tur *in d. cap. Cùm in Jureperitus à num. 15. uſque ad 22. de Off.*
*& Poteſt. Iud. deleg.* Ita ut tale præceptum cum ſimplici dicta
aſſertiva, & abſque eo, quod copia delegationis in ea inſe-
ratur, afficiat quoſcumque citatos, qui tenentur compare-
re, & ex Actis ejuſdem Judicis Delegati, in quibus ſervatur
original delegationis, ſe certiores reddere, *Innoc. in cap. Pru-*
*dentiam num. 1. de Offic. & Poteſt. Jud. deleg* relatus ab eodem
*Fagn. in d. cap. Cùm Jureperitus num. 16. & 19.*

Ideòque, licet attenta diſpoſitione *d. cap. Cùm in Jureperi-*
*tus*, Delegatus teneatur in ſuis ordinibus, vel copiam ſuæ 25
delegationis inſerere, vel talem ſe aſſerere, non tamen in-
duci poteſt exinde, quod antequam ſuam exequatur juriſdi-
ctionem, & hæc in eo radicetur, teneatur Literas Apoſtol.
Ordinario exhibere: Quia hoc eſſet præbere magnum impe-
dimentum exercitio juriſdictionis Judicis Delegati, quod ab
ipſo acquiritur eodem inſtanti, quo coram eo præſentantur
Literæ Apoſtolicæ, ut firmat *Rot. dec. 264. num. 16. & 17. par.*
*9 rec.* Nam ipſe Ordinarius, qui eſt inferior Judici delegato, 26
tanquam gerenti vices Papæ, &, quoad Cauſam ſibi dele
gatam, eſt major quolibet Ordinario, etiam de latere Lega-
to, *cap. Studuiſti, & cap Sanè il 2. de Offic. deleg.* ubi *Fagn.*
*num. 2. & 3. & cap. Paſtoralis §. Propterea de Offic. Jud. Ordin.*
ibi: *Ad quod dicimus, quod cùm Delegatus, quantum ad*
*illud, ſit major Ordinario. & Roſ. de Execut. Liter. Apoſtol.*
*cap. 1. num. 6. & 7.* Poſſet ſub prætextu exhibitionis Literarum
Apoſtolicarum eidem retardare exercitium dictæ juriſdictio- 27
nis, jam acquiſitum, quod eſſet maximum abſurdum, quia
inferior non debet, nec poteſt ligare manus Superioris, nec
ei legem imponere, *can. Inferior 21. diſt. Roman. conſ. 2. nu. 2.*
*Angel conſ. 397. n. 7. & Rot. dec. 194. n. 87. & 88. cor. Coccin.* ubi
*n. 85.* quod neque id præſtare velle cenſetur.

Et licet hæc clara videantur in Jure, nihilominùs ad re-
movendos omnes abuſus, in nonnullis Diœceſibus, quini- 28
mò ad radicitus Schiſmatis pericula eliminanda, & ne Epiſ-
copi indirectè impedire poſſent executionem Literarum A-
poſtolicarum, ſub prætextu, quod priùs eſſent coram ipſis,
ſive eorum Officialibus præſentandæ, & hac via ſuſpendere
exercitium Juriſdictionis Pontificiæ, in Delegatis ſtatim
præſentatis Literis radicatæ, Clem. VII. mediante ejus
*Conſtit. 39. in Bullar. nov. tom. 1* confirmando ſimiles ordina-
tiones, priùs editas à Bonif. IX. Mart. V. & Leone X. ex-
preſsè ſancivit, Executoribus Apoſtolicis licere Literas A-
poſtolicas liberè exequi abſque eo, quod teneantur illas exhi- 29
bere

bere coram quocumque Ordinario eccleſiaſticæ, ſive mun-
danæ Juriſdictionis, & abſque licentia, & conſenſu eorun-
dem, ex cujus proindè ſola lectura omnis in hac parte tolli-
tur difficultas.

Nec dicatur, quod eadem Conſtitutio procedat quoties
Ordinarius prætendat illam non exequi, abſque ejus conſen-
ſu, non autem quando prætendit ſolummodo, ut dictæ Li-
teræ coram ipſo præſententur; Talis enim interpretatio tol-
30 litur ex litera dictæ Bullæ, in cujus narrativa habetur,
quod Urbanus VI. conceſſerat quibuſdam Prælatis, quod
in eorum Diœceſibus executio Literarum Apoſtolicarum
fieri non poſſet, niſi priùs fuerint eiſdem, ſive eorum Offi-
cialibus exhibitæ, & per eos approbatæ, quod privilegium
dictus Clem VII. unà cum ſucceſſivis aliis abuſibus, exindè
ortis, inhærendo diſpoſitionibus Bonif. IX. Mart. V. &
Leonis X. penitus revocavit, ibi: *Sanè, licet olim bo. me.
Urb. Papa VI. in ſua obedientia nuncupatus, conceſſerit certis
Prælatis, ut in eorum Civitatibus, & Diœceſibus executio
Literarum Apoſtolicarum fieri non poſſit, niſi Literæ prædi-*
31 *ctæ eiſdem Prælatis, aut eorum Officialibus priùs exhibitæ,
& per eos approbatæ forent, & eorundem Prælatorum Offi-
ciales id in conſuetudinem deduxiſſent &c.* & infra: *Conceſſio-
nem prædictam, & quæcumque Statuta, circa præmiſſa quo-
modolibet facta, authoritate Apoſtolica, d. S. Concilio appro-
bante, revocavit, caſſavit, & annullavit.*

Ex quibus patet, ex privilegio Urban. VI. duo fuiſſe con-
ceſſa nonnullis Epiſcopis, ſive Ordinariis: I. Quod Literæ
Apoſtolicæ in eorum Civitatibus, ſive Diœceſibus exequi
32 non poſſent, niſi priùs illis exhibitis coram eiſdem Prælatis,
ſive eorum Officialibus; II. Quod dictæ Literæ, aut illa-
rum executiones eſſent ab ipſis approbandæ, ut ex verbis ſu-
pra relatis, ibi: *Niſi Literæ ipſæ &c. priùs exhibitæ, & per
eos approbatæ forent*; Ita quoque, dum Clem. VII. in ſua
Bulla irritavit in totum dicta privilegia, ſequitur ademiſſe
Prælatis quodlibet jus petendi, non tantùm approbationem
Literarum Apoſtolicarum, ſed etiam illarum ſimplicem
exhibitionem.

Et hunc eſſe germanum ſenſum dictæ Bullæ non eſt am-
33 pliùs dubitandum, quia habemus in hac parte declaratio-
nem C. C. *in Turritana* 15. *Novemb.* 1704. in qua *in* 2. *dubio*
quæſitum fuit. *An Executores, deputati in Literis Apoſto-
licis, procedere valeant abſque illarum exhibitione in Cancel-
laria Archiepiſcopali*; Reſponſum fuit, *Ad* 2. *affirmativè,
juxta Bullam* 39. *Clem. VII.* Et cùm in 3. dubio fuerit quoque
diſceptatum, an Archiepiſcopus contra illos procedere poſ-
ſit in caſu contraventionis, reſponſum fuit: *Negativè,*
34 *ſive jam proviſum in* 2. ut videre eſt in *Libr.* 54. *Decretor.
fol.* 414.

Ex quibus admiſſo, quod Archipresbyter Jannochius po-
terat Literas Apoſtolicas exequi, abſque nulla neceſſitate
illas exhibendi Vicario Apoſtolico Reatino, in neceſſariam
venit conſequentiam, eundem Vicarium non potuiſſe pro-
cedere pro actibus Juriſdictionalibus ab ipſa præſentatione
35 dictæ delegationis exercitis, nec ullum eidem præbere im-
pedimentum pro integrali exequutione Literarum Apoſtoli-
carum abſque incurſu ipſo facto, & ipſo Jure in Cenſuris,
comminatis in præfata Bulla Clem. VII. contra quoſcumque
Ordinarios, & ſpecificè contra Patriarchas, Archiepiſco-
pos, Primates, & Epiſcopos, qui impedire directè, vel in-
directè, publicè, vel occultè, aut quovis quæſito colore
exequutionem dictarum Literarum Apoſtolicarum, ſub
prætextu, quod illæ eſſent priùs coram ipſis præſentandæ,
præſumpſerint, ut videre eſt *in d. Conſt.* 39. *Clem. VII.* §. 6.

Et conſequenter dum contrarium faciendo Vicarius Apo-
36 ſtolicus invaſit juriſdictionem Apoſtolicam, dicto Archi-
presbytero delegatam, impediendo illius exercitium, & in-
tegrationem poſſeſſionis, in Literis Apoſtol. eidem commiſ-
ſam, ſed expediendo ulteriùs contra eundem Monitorium,
cum comminatione cenſurarum, ex eo, quod proceſſerit ad
exequutionem Literarum Apoſtolicarum, & ad actus Juriſ-
37 dictionales, ſibi incumbentes vigore præfatæ Delegationis
Apoſtolicæ in Diœceſi Reatina, priùs non exhibitis dictis
Literis, benè idem Archipresbyter potuit contra eum, ob
impeditam, & turbatam Juriſdictionem Apoſtolicam, ſibi
delegatam mediantibus Cenſuris procedere, *juxta Textum
expreſſum in cap. Sanè il* 2. *de Offic deleg.* ubi *Fagn. n.* 3. & no-
tant *Abb. in cap* 2 *n.* 3. *&* 6. *Barboſ. in cap. Significaſti eodem tit.
Pignatell. conſult.* 169 *num* 8. *verſ Ita etiam tom.* 1. *Tambur. de
Iur. Abbat tom.* 3. *diſput.* 17. *qu.* 2. *nu* 20. *&* 22. *Molin de Brach.
Sæcul. cap.* 6. *n* 12. *Azor Inſtit. moral. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *Rot. cor.
Seraph. dec.* 1239. *n.* 3. *& in rec. dec.* 109. *num. ult. par.* 11. *& dec.*
57. *num.* 6. *par.* 15.

Attenta præcipuè ſæpiùs recenſita Conſtit. 39. Clem. VII.
qua Ordinarii omnes, etiam Epiſcopi afficiuntur ſententia
excommunicationis, eo ipſo, quod requirunt exhibitio-
nem Literarum à Delegatis Apoſtolicis, & ſub hoc prætex-
tu illos in earum exequutione directè, ſive indirectè, & quo- 38
cumque quæſito colore impediunt, nam in vim dictæ Bullæ
præfatus Archipresbyter, uti Delegatus Apoſtolicus, juſtè
potuit ad declaratoriam incurſus dictarum Cenſurarum de-
venire, quamvis ageretur contra Epiſcopum, *d. cap. Sanè il*
2. *& cap. Quia Pontificali de Offic. Deleg. in* 6. ubi *Gloſſ. verb.
Aliter*, *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg.* 106. *num* 6. *Rot. dec.* 199.
*num.* 1. *part.* 5. *rec.*

Nec turbat, quod regulariter contra Epiſcopos non
ſit procedendum ad Cenſuras, niſi gradatim, priùs prohi-
bendo ingreſſum Eccleſiæ, ſucceſſivè injungendo ſuſpenſio-
nem, & tandem in ſubſidium devenire ad excommunicatio- 39
nem ad *Text in cap.* 2. *de Offic. Deleg.*

Quidquid enim ſit, an id procedat, quando agitur de
Cenſuris, inflictis ab homine, indubitati juris eſt, quod
non habet locum, quotiès, prout in caſu noſtro, agitur de
excommunicatione, ipſo jure incurſa, & inflicta à lege,
expreſſam, ac ſpecificam mentionem faciente de ipſiſmet E-
piſcopis, ut legitur in Bulla Clem. VII. Et ratio evidens eſt,
quia ſcilicet hoc caſu Cenſuræ non dicuntur illatæ ab ipſo de-
legato, ſed incurſæ ex facto proprio ab ipſis Epiſcopis, & à
Lege, ſive à jure eiſdem inflictis; & exindè inculpari non
poteſt Delegatus, cur dictum ordinem non ſervavit, quia
non ipſe Delegatus, ſed lex Cenſuras contra Epiſcopos tulit,
ut, relictis generalibus, habemus Textum id demandantem 40
*in cap Quia periculoſum de Sent. excom. in* 6. ibi: *Niſi in ipſis
de Epiſcop expreſſa mentio habeatur*, & notant *ibid. Gloſ. ver.
Epiſc. & Fagn. in c. Procurationes à n.* 33. *de Cenſib.*

Minuſque obſtat Textus *in extrav. Cùm Matthæus de Hæ-
retic.* Quoniam ex huc uſque firmatis, manifeſtè liquet, De-
legatos Apoſtolicos poſſe Cenſuris procedere contra Epiſco-
pos, quoties ipſi, vel impedimentum præſtant Delegatis in 41
exercitio ſuæ Delegationis, vel illis rebelles, vel contuma-
ces fuerint, juxta *Text. in cap. Sanè il* 2 *& cap. Significaſti de
Offic. Deleg.* ea ratione, quia Apoſtolici Delegati gerunt vi-
ces Pontificis delegantis, & uti tales gerentes vices majores
ſunt Epiſcopis, & quibuſcumque aliis Ordinariis, ideòque
non mirum, ſi eos ſententia Eccleſiaſtica coercere valeant,
dicto *cap. Significaſti*, ibi: *Delegatus Judex eam authoritate
noſtra ſibi commiſſam poteſt exequutioni mandare, & ſi qui ſibi
reſtiterint, eos ſententia Eccleſiaſtica coercere*, & explicat ibid.
*Gloſ. verb. Non vult*; ibi: *Si non vult, poteſt compelli à De-
legato, qui major eſt Epiſcopo quantum ad Cauſam illam, &
cap. Sanè il* 2. ibi: *Judex à nobis Delegatus vices noſtras ge-
rit, unde in Cauſa illa ſuperior eſt, & major illis, quorum
Cauſa ſuſcepit terminandam, ideòque ſi Epiſcopus &c. rebel-
lis, aut contumax fuerit, ſecundùm qualitatem facti poterit,
vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia d. Judice delegato* 42
*compelli, & cap Quia Pontificali de Offic. Deleg. in* 6. ubi poſt-
quam Pontifex mandavit Judicibus delegatis, ut gradatim
procederent contra Epiſcopos, poſtea eiſdem Delegatis tri-
buit poteſtatem procedendi mediantibus cenſuris contra eoſ-
dem Epiſcopos, quinimo, ſi ita Cauſa ſuaſerit, ad Cenſu-
ras procedendi, etiam dicto ordine poſthabito, ibi: *Ingreſ-
ſus primò ipſis Eccleſiæ, vel Sacerdotale interdicatur miniſte-
rium, ac deindè ab officio ſuſpendatur, & ſubſequenter aggra-
vetur Cenſura eccleſiaſtica contra eos*; *Niſi fortè aliter fieri
ſuaſerit nimia contumaciæ protervitas, ſive culpa.*

Quamvis autem Epiſcopi non ſubſint Juriſdictioni Judi-
cis Delegati, adhuc præſtando illis impedimentum, ex hoc
fiunt de illius Juriſdictione, & exinde poteſt eos excommu-
nicare, ut magiſtraliter docet *Gloſ. in cap. Significaſti de Offic.* 43
*Deleg. verb. Reſtiterint*, ibi: *Et ſic videntur fieri de ſua Ju-
riſdictione præſtando impedimentum, unde illos poteſt ex-
communicare.*

Et proindè, ſi dubitari non poteſt, quod Delegatus Apo-
ſtolicus poſſit Eccleſiaſtica cenſura coercere Epiſcopos, ſibi
impedimentum præſtantes, corruit in radice aſſumptum,
quod id fieri non valeat, inconſulto Summo Pontifice, nec
applicatur *cap Cùm Matthæus extrav. de Hæretic.* Quia illud 44
procedit quoad Officiales Apoſtolicæ Sedis, vel Nuncios,
ibi: *Diſtrictiùs inhibemus, & mandamus expreſsè, ne con-
tra noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Officiales, vel Nuncios, aut
ipſorum aliquem &c. abſque noſtra, & Apoſtolicæ Sedis licen-
tia &c. procedere quoquo modo præſumant, aut in eos, vel ip-
ſorum aliquem excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſ-
vis alias ſententias promulgare:* Et proindè hujuſmodi diſpo-
ſitio, loquens de Officialibus, & Nunciis Apoſtolicis, non
po-

poteſt applicari, neque extendi ad Epiſcopos aliosque Judices
ordinarios, in quibus diverſam, & ſpecificam habemus Ju-
ris diſpoſitionem, contrarium decernentem, tribuentem ni-
mirum poteſtatem Delegatis Apoſtolicis procedendi contra
Epiſcopos, mediantibus etiam eccleſiaſticis cenſuris, juxta
theoricam *Bald. in l. Illud n.6. C. de Sacroſ. Eccleſ.* & faciunt fir-
45 mata per *Rot. dec.233.n.19.par.10. & dec.28.nu.6.par.12.rec.*
Præſertim quia *d. cap. Cùm Matthæus* eſt exorbitans à Jure
communi, ideoque ſtrictè venit illius diſpoſitio interpretan-
da, nec eſt trahenda extra ſuos terminos *Rot. dec.431. nu.11.
par.5. rec.* Itaut non trahatur ad Gubernatores, electos à S.
Conſulta, & ab ea deputatos, quamvis hi quoque largo mo-
do dici poſſint Officiales Papæ, ut notat *Pignatell. conſult.4.
num.7. tom.5.*

Non relevante, quod Epiſcopus Sulmonen. ſit Vicarius
Apoſtolicus in Diœceſi Reatina, & ideò videatur eſſe Offi-
cialis Papæ; Quia de jure Vicarius Apoſtolicus ſi eligatur,
Epiſcopo vivente, dicitur Vicarius ejuſdem Epiſcopi, à
Papa electus, propter inhabilitatem ipſius Epiſcopi, & talis
Vicarius Apoſtolicus, non papalem, ſed epiſcopalem juriſ-
dictionem exercet, ut notat *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib.2.q.64.
46 n.6.* Si verò eligatur, Sede vacante, dicitur electus loco Vi-
carii capitularis, & minorem habet Juriſdictionem, dum
Capitulum Cathedralis repræſentat, & tenetur ſervare om-
nia ea, quæ Vicarius capitularis ſervat, ut utrumque caſum
diſtinguendo, advertunt *Marchet. in Prax. Vic. Capitul. qu.2.
tit.15.n.64. fol.88.* ubi refert, ita declaraſſe hanc S. C. in *Aqui-
lana 22. Sept. 1628. & Pellegr. in Prax. Vicar. par.1. ſect.6. nu.4.
fol.16.* Et hinc eſt, quod à Sententiis Vicarii Apoſtolici non
appelletur ad Papam, ſed ad Metropolitanum, ut proſequi-
47 tur *Pellegr. par.1. ſect.6. nu* 4. ubi, quod facto verbo cum SS.
qui erat Greg. XIII. ita declaravit hæc S. C. in *Salernit. 7.
Junii* 1580. Idemque poſtea reſolvit pariter in *Caputaquen.
22. Aprilis* 1586.

Ultra quamquod *cap. Cùm Matthæus* loquitur de excom-
municatione, decernenda ab ipſomet Delegato, hoc eſt ab
homine, & ſic non poteſt applicari ad caſum noſtrum, in
quo verſamur in excommunicatione, illata ipſo facto, &
ipſo jure ab ipſa lege, ſpecificè contra Epiſcopos; In hoc
48 enim caſu non dicitur Delegatus ferre ſententiam excom-
municationis, ſed ab ipſamet lege excommunicatur, neque
Sententia declaratoria aliquod infert prejudicium declarato,
ſed iſte tantummodo ab ipſo facto contraventionis ligatur, &
pœna excommunicationis in eum infligitur, dum Sententia
ſimpliciter propalat incurſum, & ſic nihil ponit in eſſe, ut
49 notat *Fagn. in cap. Per tuas de Sent. excom.* & eſt *Text.* apertus
in *cap. Paſtoralis §. Verùm quia de Appellat.* & firmat *Rot. dec.
48. per tot. par.4. tom.2. rec.*

Aſſerta verò præcipitantia procedendi contra Epiſcopum,
50 abſque ulla præcedenti monitione, tollitur ex facto, & non
relevat in Jure.

Tollitur ex facto, quia conſtat, proceſſiſſe prævia mo
nitione, ac termino juridico, notificato eidem Vicario A-
poſtolico, ut juſtificatum fuit in Summario.

Nec relevat in jure, quia cùm verſemur in Sententia de-
claratoria cenſurarum, jam incurſarum ex præcedenti con-
traventione legis, nempè Conſtit. 39. Clem. VII. excomm.
51 nullæ requiruntur monitiones, cùm ſatis ſit, quod conſtet
de facto, pro quo à lege pœna excommunicationis infligitur,
quia ipſa lex, à qua inflicta fuit pœna, interpellat pro ho-
mine, *cap. Irreprehenſibilis in princ. de Appell.* ubi *Gloſ. verb.
Ipſo ſuo genere*, cum concordantibus apud *Bellet. Diſquiſ.
52 Cleric. tit. de Favor. Cler. Can §.4. nu 39. & 40. Sperel. dec 48.
n.54. tom.1. & dec.160 nu.37. & ſeq. tom.2. & Rot. dec.48. nu.15.
& 16. p.4. tom.2. rec.*

Ex quibus videtur ſatis, ſuperque demonſtratum, dictum
Archipresbyterum, quoad cenſuras, latas contra Sacerdo-
tes Joann. Antonium Coſmum, & Philippum Bianchinum,
53 renuentes illi tanquam Delegato Apoſtolico, in Cauſa, ſibi
commiſſa, obtemperare, ſumma juſtitia proceſſiſſe; Quo
verò ad cenſuras, latas, contra Epiſcop. Sulmonen. vel ju-
ſtè quoq; ſe geſſiſſe, vel ſaltem non temerè, nec culpabiliter,
dum cum ſupra enunciatis juris fundamentis proceſſit, quibus
ſuffultus, benè potuit ſibi perſuadere, ex munere proprii offi-
cii, & ad defenſionem Juriſdictionis Apoſtolicæ, à d. Epiſco-
po invaſæ, potuiſſe contra eundem mucrone Cenſurarum
tueri, dum ſtante hujuſmodi juſta credulitate, remanet exem-
54 ptus à quocumq; dolo, & culpa, ad quem effectum quælibet co-
lorata cauſa ſufficit, itaut etiam juſtus error faciat quemlibet
inculpabilem, quantumvis agatur de errore Juris, quoties, pro-
ut in caſu noſtro verificatur, agitur de jure intrigato, & obſcu-
ro, nam tunc æquiparatur errori facti, *Rot. dec.72.n.5. & dec.
369.n.13 par.5. & dec.260. nu.30. & 31. par.17. rec.* Nam indi-
ſtinctè, his concurrentibus, ceſſat quælibet fraus, vel dolus, &
exindè excluditur delictum, ad *Text. in l. In venditione, §. de* 55
*tempore, ff. de Bon. author. Judic. poſſid. Abb. in c. Cùm veniſſent
n.17. de reſt. in integr. Rot. dec.103. n.20. par.5 rec.* Eſtque regu-
lare in qualibet materia, quod ſemper eſt præſumendum pro
excluſione delicti, ad quem effectum omnis poſſibilis interpre-
tatio ſumenda eſt, ex adductis *in Inſtit. crim. lib.1. tit.1. nu.29.* 56
omniſque cauſa etiam fatua, & beſtialis excuſat juxta phra-
ſim *Rot. dec.160 num.50 cor. Ottob. & in Romana Fideicom. de* 57
*Ruſpolis 2. Martii 1705. §.26. cor. Molines.*

Nec ſubſiſtit reflexio, quod juriſdictio Archipresbyteri
Jannocchii Exequutoris expiraverat per poſſeſſionem, tra- 58
ditam Can. Ponam.

I. Quia publicatio reſignationis Beneficiorum, deman-
data in *Conſtit.75. Greg. XIII.* reſpectu reſignationum, ad- 59
miſſarum in forma gratioſa, fieri debet ab Exequutore, in
Literis deſignato, ut advertit *de Roſ. Exequut. Lit. Apoſtol.
par.1. cap.15. num.*138. ubi latè agit de materia, & docet mo-
dum, quem in hac parte tenere debet Apoſtolicus Executor.

II. Quia, ſi Reſignatarius non curet, ut intra tres menſes
eadem publicatio ſequatur, taliter cadit à jure ſuo, ut gratia 60
perindè habeatur, ac ſi non fuiſſet conceſſa, & beneficium li-
berè impetrari poteſt, ut advertunt adducti *à de Roſ. ubi ſupra
n.169. Lotter. de re Benef. lib.3 q.21. n.26. Card. de Luc. de Be-
nefic. diſc.36.n.18. & Rot. dec.422. à n.6. cor. Merlin. & dec.172.
& dec.191. per tot. cor. Celſ. & dec.1030. nu.3. & dec.1049. nu.1.
cor. Emer. jun. & in Romanæ Capellaniæ* 16. *Febr.* 1682. *§.
Jus autem coram Urſin.*

III. Quia in caſu, quo ob legitimum impedimentum Apo- 61
ſtolicæ Literæ, illarumque publicatio effectum ſortitæ non
fuerint, tenetur Reſignatarius illam petere ab illarum Execu-
tore, ut diſponitur *in §.3 d Conſt.75. Greg. XIII.*

Ex quibus remanet manifeſtum, eandem publicationem, 62
nedùm eſſe indiſpenſabiliter neceſſariam ad perfectionem
gratiæ, illiuſque eſſentiale complementum, & integrationem,
ſeu veriùs partem, ut advertit *Lott. de re benef. lib.3 q.21. n.31.*
ibi: *Cùm jam veniat ex reſignatione, cujus pars eſt publicatio,
& Rota cor. Seraph. dec.1309. nu.1.* ibi: *Tenetur docere de pu-
blicatione, quæ eſt pars Gratiæ*; Sed dependere à facultati-
bus Exequutoris; Aliàs enim ad quid Summus Pontifex de- 63
mandaſſet, illam petendam eſſe ab eodem Exequutore, ſi iſte
illam concedere non poſſet? Hæc enim implicant contradi-
ctionem, & manifeſtam redolent ſuperfluitatem; quæ ſi in
nulla diſpoſitione admitti debet, multò minus in Pontificiis 64
Conſtitutionibus, ut benè ratiocinatur *Torre apud Card. de
Luc. de Offic. vacab. fol.231. n.35.*

Dum itaque dictus Archipresbyter juſtè, vel ſaltem non
temerè, nec culpabiliter proceſſit: Multò minus videtur cul- 65
pabilis Canon. Ponam, qui nil aliud fecit, quàm petere
executionem Literarum Apoſtolicarum, quas ad ſui favorem
obtinuerat, quod ſicuti ei à jure erat permiſſum, ita nec ad
culpam, minuſque ad delictum eidem imputari poterat, nam
quidquid lege permittente fit, licitè expletur, juxta *Text. in l.
Injuriarum 13. ff. de Injur. & l. Nullus videtur ff. de Regul. Iur.
Cyriac. contr.688. n 73. & Rot. dec.509. n.3 & ſeq. p.5. rec.*

Canonicus autem Matthæjus neſcitur quomodo in hac 66
Cauſa includatur, quia ipſe nihil aliud fecit, quàm reſigna-
re propria Beneficia favore Canon. Ponam, quæ reſignatio
ritè, & rectè geſta, & à Summo Pontifice admiſſa, non po-
teſt pro delicto eidem adſcribi.

Cùm itaque à primo ad ultimum conſtet, neminem ex præ-
dictis Archipresbytero, & Canonicis eſſe culpabilem, minuſ- 67
que temerè proceſſiſſe, & adhuc ſubiiſſe plures pœnas, com-
prehenſa etiam illa carcerationis, non ſine opprobrio, & de-
decore qualitatis Canonicalis Cathedralis Reatinæ, nec non
acceſſus ad Urbem maximo cum eorum incommodo, diſpen-
dio, & præjudicio propriarum Eccleſiarum, & etiam Ani-
marum Curæ, quæ incumbit d. Archipresbytero, meritò
ſperant à ſumma juſtitia, pietate, & clementia EE. PP in 68
totum liberari ab ulteriori mora in Urbe, nec non declarari,
dictum Arrhipresbyterum juridicè proceſſiſſe.

Die 18. Februarii 1707. propoſita Cauſa in C. E & R. per
Card. Fabronum reſcriptum fuit; *In deciſis quoad Cenſuras*; 69
*Quoad Canonicos, petita humiliter venia ab Epiſcopo, Vica-
rio Apoſtolico, dimittantur, ex quo ſatis; Et quoad Janno-
chium poſtea providebitur.*

DISCE-

# DISCEPTATIO XXXV.

## Tullen. Erectionis Epiſcopatus.

*PRO*

Archiepiſcopo, & Electore Treviren.

## ARGUMENTUM.

*Erectio novi Epiſcopatus cum diſmembratione aliquorum Oppidorum ab antiqua Diœceſi, vel in ſubjectione Locorum, quæ aſſeruntur Nullius Diœceſis, quibus concurrentibus permittatur, & in quibus cicumſtantiis ab Apoſtolica Sede concedi ſoleat, cum immediata ſubjectione eidem Apoſtolicæ Sedi.*

PRo rejectione contrariæ petitionis ſufficeret ſola, & ſim-
plex reflexio, quod illa concernit inſignem novitatem
in Provincia Trevirenſi, eo quia non ſolùm petitur erectio
1 novi Epiſcopatus in Oppido Sancti Deodati, cum diſmem-
bratione aliorum multorum Locorum à Diœceſi Tullen. Suf-
fraganea Provinciæ Trevirenſis, ſed ulterius inſiſtitur pro
exemptione novi Epiſcopi à Juriſdictione, & ſubjectione
Electoris, & Metropolitani Trevirenſis, quod nullo modo
permittendum videtur, ut in terminis exclamat *S. Bernard.*
*de Conſider. ad Eugen. lib.3.cap.4.* ſequ. verbis: *Murmur lo-*
*quor, & querimoniam Eccleſiarum; Truncari ſe clamitant,*
2 *& diſmembrari, vel nullæ, vel paucæ admodum ſunt, quæ*
*plagam iſtam, aut non doleant, aut non timeant: Quæris*
*quam? Subtrahuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archie-*
*piſcopis, Archiepiſcopi Patriarchis, ſive Primatibus: Bona*
*ne ſpecies hæc? Mirum ſi excuſari queat vel opus*, teſte *Pau-*
*lut. in Juriſpr. Sacr. tom.1. lib.2. tract.2. de Metropol. cap.14. fol.*
244. de quo *ſup. diſcept. 9. nu.84.*
Et in terminis ſolius ſubtractionis temporalis Epiſcopi
Herbipolenſis à ſubjectione, & Juriſdictione Archiepiſcopi
3 & Metropolitani Moguntini, habemus punctualem reſolu-
tionem *S.C.C. in Herbipolen. 29. Nov. 1698.* impreſſa *apud*
*Antonel. de Jur. Cleric. fol.21.*
Novitates enim *non dimoſtrano mai al primo aſpetto tutte*
*le difficoltà, che poſſono produrre, vedendoſene tutto dì mol-*
4 *te, che promoſſe con ottimo fine anno partoriti peſſimi effetti,*
ut ſcripſit *Joann. Garzias Card. Millinus Greg. VI.* in epiſto-
lam, quam per extenſum regiſtravit *Pignatel conſult.9. num.*
*8. tom.9.* cum aliis, de quibus *in Tom.2. par.1. diſcept.17.*
*num. 19.*
Conſtans ſiquidem in facto eſt, quod in multis aliis Locis
nimis conſpicuis Germaniæ non ſemel ſimilis promota fuit
prætenſio, & ſignanter in finitimis Ducatu, & Civitate
5 Luxemburgenſi, ut ad præciſum effectum excludendi præ-
tenſionem novi Epiſcopatus in Oppido Nancæi, obſervavit
*Card. Octavius Paravicinus* Pro-Datarius Clem. VIII. in
epiſtola, reſponſiva ad Lotharium Archiepiſcopum, &
Electorem Trevirenſem, inclinantem pro dicta erectione
novi Epiſcopatus in dicta Civitate Nancæi, ſcripta die 24.
Novemb. 1601. his verbis: *Optima quidem ratione adduci*
6 *videtur J.D.V. ut in Epiſcopatus Nancænſis erectionem con-*
*ſentiat; Quia tamen contra pugnare videtur alia ratio, ſatis*
*gravis, nempè exemplum, ex quo facilè fieri poterit, ut alii*
*novam Epiſcopatus Luxemburgenſis erectionem, quam antea*
*tentarunt, quamvè viſa eſt J. D. V. ac ipſius Prædeceſſo-*
*res minùs probare, majoribus viribus aggrediantur;* Itaut
7 ſicuti anno 1601. prætenſio erectionis novi Epiſcopatus in
Civitate Nancæana rejecta fuit, ad evitandum exemplum
ſimilis erectionis novi Epiſcopatus in proxima Civitate Lu-
xemburgenſi; Ita admittendo hodiè erectionem novi Epiſ-
copatus in longè inferiori, magiſque anguſto Loco S. Deo-
dati Ducatus Lotharingiæ, nullo modo denegari poterit ſi-
milis erectio in d. Civitate Luxemburgenſi, quæ, ut eſt no-
torium, & obſervat *Baubrand in Lexicon Geographic. Urbs*
*eſt ampla Belgii, Ducatus cognominis caput, ſatiſque munita.*
Ex quibus proindè uno ore obſervant SS. PP. Theologi,
& Canoniſtæ, novitates ſemper eſſe fugiendas: *Nihil enim*
8 *adeò conturbat animum, etiamſi id fiat ob aliquod utile, uti*
*innovare*, ſunt verba *S. Joann. Chriſ. in epiſt. 1. ad Corinth.*
*homil.7.* & concordant *Div. Auguſt. epiſt.128 cap.5.* ubi, quod
ipſa mutatio conſuetudinis, etiamſi adjuvet utilitate, no-
vitate perturbat, aliiq; citati *in Tract. de Livel. cap.2. §. unic.*
*num 23* Quibus addo *Capon. diſcept.85. n.2. & ſeq. to.2. Rot. in* 9
*Aretina Jur. Parochial. 5. Jan. 1713. §. Cæterum, cor. Anſald.*
*& in Pampilon. Manut. 10. Maii 1706. §. final. cor. Caffarell. &*
*in Mutolen. 26. Januarii 1708. §. Cæterùm coram eodem*
*Anſaldo.*
Fortiùs, quia agitur de prætenſione, non ſemel exadver-
ſo promota, & à tribus Summis Pontificibus Clem. VIII.
Paulo V. & Urb. VIII. ſemper conſtantiſſimè rejecta; Et
proindè applicantur ea, quæ ſcripta reliquit *D. Greg. Magnus* 10
*lib.7. ep.61. indict. 2.* ibi: *Valdè Eccleſiaſticæ eſt moderationi*
*conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel deciſa, nulla in*
*poſterum debeant refragatione turbari*, relatus *in Tom.1. par.*
*2. diſcept.24. num.16.*
Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo prætenditur ere-
ctio novi Epiſcopatus in parvo Oppido S. Deodati, quod
attenta ejus magna anguſtia, & majori paupertate, de qui- 11
bus latè in Summario Epiſcopi Tullen. nullo modo decorari
meretur Epiſcopali dignitate, eo quia hæc vileſcere ſolet in
Locis obſcuris, & nullatenus populoſis, juxta *Text. litera-*
*les in can. Epiſcopi, & ſeq. 80. diſtinct. & in cap.1. de Priv.*
*D. Gregor. Nanianz. in Orat. 20. in laudem S. Baſilii, D. Gre-* 12
*gor. Magnus in epiſt. ſcripta ad Auguſtinum Anglorum Epiſ-*
*copum*, ibi: *Memor, quod in ſacris Canonibus præcipitur,*
*ut minimè in Villulis, vel in modicis Civitatibus ordinentur*
*Epiſcopi.*
Circa quam ſolidam, Textualemque propoſitionem con-
cordant ferè omnia Provincialia Concilia, citra, & ultra 13
Montes, nempè *Concil. Toletan. 12. can.4.* ibi: *Ut in locum*
*Villulæ ſupradictæ Aquis deinceps Sedes Epiſcopalis non ma-*
*neat, nec Epiſcopus illic ultra conſtituatur, Concil Sard. can.*
6. ibi: *Licentia verò danda non eſt ordinandi Epiſcopum, aut*
*in Vico aliquo, aut in modica aliqua Civitate, cui ſufficiat unus*
*Presbyter, quia non eſt neceſſe Epiſcopum fieri, ne vileſcat*
*nomen, & Epiſcopi authoritas, Concil. Laodic. cap. 57* ibi:
*Quod non oportet in Villis, Vicis, aut Agris Epiſcopos ordi-* 14
*nari, ſed Viſitatores, qui circumeant, & Conc. Carthag. 2.*
*can 5.* ibi: *Ut Diæceſes, qui Epiſcopos nunquam habuerunt,*
*non habeant, niſi accedente tempore, creſcente fide, & mul-*
*tiplicatus Dei Populus, deſideraverit proprium habere Recto-* 15
*rem*, & ferè per eadem numero verba *Conc. Carthag. 3 can. 42.*
Concordant pariter communiter *Repetenies in cap. 1. de*
*Privil.* & ſignanter *Gonzal. Barboſ. & Fagn.* necnon Theo-
logi, & Canoniſtæ, quos referunt, & ſequuntur *Chriſtian.* 16
*Lupus, & Balſamon. in can.6. Concil. Sardicenſis, Hallier. de*
*Epiſc. neceſſit lib.2. epiſt.3. & in Vindic. Sorbonic lib 2. cap.2. fol.*
*227. Eſpenc. in epiſt.1. ad Tit. cap.1 digreſſion 1. Cellot. de Eccl.*
*Hierarch. cap.12. §. final. Moſcon. de Majeſt. Eccleſ. par.1. cap.15.*
*Le Maiſtre de Jur. Epiſcop. lib.2. cap.12. de Epiſc. Inſtit. Solaz.*
*tom.1. lib.4. Politic. cap.5. & to.2. lib.3 eod. cap.5. Boſquet. in Not.*
*ad Innoc. III lib.1. epiſt.5. Petr. Greg. de Benef cap.14. & de Re-* 17
*pub. lib.1. cap.1. Turrian. de Canon. Apoſt. lib.2. cap.16. & lib.3.*
*cap.8. Lavor. var. Lucubr. lib.4. de Elect. cap.1. per tot. & Rot.*
*dec.20. n 7. apud Proſper. de Territ ſepar.* Et referendo reſolu-
tionem C. C. obſervat *Cardin. de Luc. de Præemin. diſc.6.*
*num.16.* ibi: *Aſſumpta deſuper formali diſputatione, ſatis*
*facilè fuit reportare negativam reſolutionem, ob exiguitatem*
*hujus Diœceſis, & incongruitatem Loci in quo novæ Cathedræ*
*erectio petebatur.*
Novitati erectionis Epiſcopatus in Oppido, ubi nunquam
fuit, & anguſtiæ Loci S. Deodati, ubi ille prætenditur erigi, 18
jungitur defectus requiſitorum à ſac. Canonibus præſcripto-
rum, ad ſimiles erectiones Epiſcopatuum omninò neceſſario-
rum; Necnon jungitur pariter æquè magnum, ac perpetuum
præjudicium Metropolitani, & Archiep. Trevirenſis, ſub-
tractionis nimirum ab ejus Superioritate, & nativa Juriſdi-
ctione omnium illorum Locorum, pro quibus erigi præten-
ditur novus Epiſcopatus ſub immediata protectione Apoſto-
licæ Sedi; Quibus attentis, non ſolet S. Sedes ſimiles Gra- 19
tias cum aliorum præjudicio concedere, etiamſi hoc conſiſtat
in minimo, ut obſervat *Rot. cor. Pamphil. dec 81. nu.3. & 4. &*
*cor. Emer. jun. dec.998. num.13.* cum aliis, de quibus *in tom.1.*
*diſcept.20. nu.22. par.2.*
Circa defectus dd. requiſitorum hæc vigore celebris *Ex-* 20
*trav. Salvator Joannis XXII.* reducuntur ad tria.
I. Conſiſtit in amplitudine Diœceſis, à qua petitur diſ-
membratio; II. In qualitate, & nobilitate Loci, in quo con- 21
ſtitui prætenditur novus Epiſcopatus; Et III. In præjudi-
cio antiquæ Eccleſiæ, à qua prætenditur fieri diſmembratio 22
pro erectione novi Epiſcopatus, quæ requiſita latè explican-
tur *à Card. de Luc. de Præmin. diſc.6. à num.2. & diſc.50. pari-* 23
*ter à num.2.*

Quoad

Quoad hæc requiſita, cum illa reſpiciant intereſſe Epiſ-
24 copi Tullen. Nos ſolùm aliqua indicavimus circa qualitatem
& anguſtiam Loci S. Deodati, ad oſtendendum, quod ad
terminos diſpoſitorum in ſac. Canonibus, prorsùs indeco-
rum ſit, nulloque modo expediens in eodem Oppido novum
erigere Epiſcopatum.

Quo verò ad magnum, perpetuumque præjudicium Me-
tropolitani Trevirenſis, hoc remanet innegabile; Aut enim
25 in facto ſubſiſtit, quod Oppidum S. Deodati nullo modo di-
catur Territorium ſeparatum, illiuſque Præpoſitus nullo
colore, vel prætextu dicatur, & ſit Prælatus exemptus,
cum denominatione *Nullius*, ſed verè, & propriè ſit in, &
de Diœceſi Tullen. circa quam inſpectionem remiſſivè Nos
habemus ad ea, quæ deducuntur ex parte Epiſcopi Tullen. Et
in his circumſtantiis tale præjudicium evidens eſt, eo quia
Curia Metropolitana per erectionem novi Epiſcopatus im-
26 mediatè ſubjecti Sanctæ Sedi privaretur ſua ordinaria, &
nativa Juriſdictione in omnibus illis caſibus, in quibus Sub
diti Eccleſiarum Suffraganearum recurrere poſſunt, & de-
bent ad Curiam Metropolitanam, enumerati *à Ventrigl. in
Tract. de Juriſd. Archiep. & à Quarant in Sum. Bullar. verb.
Archiepiſc. authoritas à fol.* 43 & in parte regiſtrata in genera-
li Decreto C. E. & R. *à Clem. VII.* ſpecialiter approbato 16.
27 *Decemb.* 1600 per extenſum impreſſo *à Quarant. ubi ſupra,
à fol.* 68.

Aut verò id in facto non regit, & Præpoſitus S. Deodati
in rei veritate eſt de numero illorum Prælatorum *Nullius
Diœceſis* primæ ſpeciei, de quibus latè agunt *Authores*, ci-
28 tati in *Tom.1. par.1. diſcept.9. à num.*64. diſtinguentes hujuſ-
modi Prælatorum inferiorum ſpecies in tres claſſes, quarum
prima eſt illorum, qui non ſolùm veniunt ſub nomine Ordi-
nariorum, ſed exceptis iis, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis,
in nihilo differunt ab Epiſcopis.

Et in hoc pariter caſu, attenta contraria petitione totalis
exemptionis novi Epiſcopi à Juriſdictione Metropolitani,
& immediatæ ſubjectionis Sedi Apoſtolicæ, dictum præju-
dicium innegabile ſimiliter eſſet, ſaltem durante lite Juriſ-
29 dictionali inter Epiſcopum Tullen. & Præpoſitum S. Deo-
dati, eo quia quoad conceſſionem Literarum Dimiſſoria-
lium pro ordinatione Subditorum Capituli S. Deodati, non
obſtantibus quibuſcumque privilegiis, præſcriptionibus, &
conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, facultas conce-
dendi dictas Literas Dimiſſoriales nunquam ſpectare poteſt
inferioribus Prælatis, etiamſi *Nullius* Diœceſis, ſint, &
ampliſſimè exempti, ut literaliter præſcribitur *in Conc Trid.
ſeſſ.23. de Reform. cap.*10. in cujus exequutionem, non atten-
30 ta immemorabili conſuetudine in contrarium, ita reſpon-
dit *C. C in Nullius, ſeu Brictinorien. & Policaſtren.* 21.
*Januar.* 1719.

Diximus *ſaltem durante lite*; Quia hoc medio tempore,
ex reſolutione dictæ C. C. *in Nullius, ſeu Tullen. Juriſdict.*
31 2 *Aug.* 1715. facultas concedendi hujuſmodi Literas dimiſ-
ſoriales attributa fuit Metropolitano Trevirenſi; Propoſito
enim d. die dubio: *An Jus concedendi Literas dimiſſoriales
Clericis Eccleſiæ Capituli S. Deodati, aliiſque perſonis illius
32 Territorii, quæ promoventur ad Ordines, competat Capitu-
lo, ſeu potiùs Epiſcopo Tullen.* reſcriptum fuit: *Quoad* 1.
*partem Negativè*, & quoad 2. *Dilata, & coadjuventur proba-
tiones juxta Instructionem*; *Et interim per modum proviſio-
nis, & ſine præjudicio Jurium Partium, dentur Dimiſſoria-
les à Metropolitano Treviren.*

Ex quibus proindè remanet manifeſtum, quod hodiernum
præjudicium Metropolitani Treviren. eſt innegabile, quia
33 poſt erectionem novi Epiſcopatus, cum immediata ſubje-
ctione Apoſtolicæ Sedi, non ampliùs concedere poſſet dd.
Literas dimiſſoriales, ad tenorem, & in executionem de-
creti ejuſdem C. C.

Hoc autem præjudicium, non ad tempus, ut eſt illud
conceſſionis dd. Literarum dimiſſorialium, ſed æquè perpe-
tuum, ac nimis conſiderabile, ſuperlativè emicat reſpectu
34 Locorum Senonis, Stivagii, Mediani, Trovillæ, & Re-
langii, quæ nullatenus gaudent totali exemptione à Juriſdi-
ctione Epiſcopi Tullen. ex documentis ab ejus Defenſoribus
adductis, & conſequenter in multis caſibus immediatè ſub-
diti etiam ſunt Juriſdictioni Curiæ Metropolitanæ; Et ta-
men eximi à tali Juriſdictione prætenduntur. & in omnibus,
& per omnia ſubiici novo Epiſcopatui, cum omnimoda pari-
ter, & totali exemptione à Diœceſi, & Epiſcopatu Tullen. &
cum immediata ſubjectione S. Sedi: In quibus terminis di-
ctum præjudicium eſt æqualiter certum, & multiplex, tam
35 quoad appellationes, interponendas ad Curiam Metropolit.
quàm reſpectu aliorum actuum, in quibus Suffraganeorum
Subditi recurrere poſſunt immediatè ad Metropol. puta.

Ob ſuſpicionem Suffraganei, juxta communiter notata per
*Repetentes in cap. Super §. fin. de Offic. deleg.* cum concordan.
apud *Ventrigl. in Prax. par.1. annot* 49. *de Juriſd. Archiep. in* 36
*Suffragan. §. unic. n.*7. Ob negligentiam ejuſdem Suffraganei,
*Felin in cap. Paſtoralis n.*6. *de Offic. Judic ordin.* ubi, quod uni-
verſus Mundus tenet hanc opinionem, *Genuen in Prax. Cur.
Archiep. Neap cap.*71 *nu.*3. *&* 4. *Gratian. diſcept. for. cap.*169.
*n* 1. *Quaran in Sum. Bull. verb. Archiep authoritas nu.*9. *&* 21.
*Ventrigl. in Prax. par.1. annot* 49. *§. unic. n* 5. *& Rot. dec.* 1212. 37
*per tot. cor. Seraph.* In delictis notoriis Subditorum Suffraga-
nei, quos punire, etiam extra Viſitationem Provinciæ, po-
teſt Metropolitanus, juxta *Text. in cap.*1. *§. Notoria de Cenſib.* 38
*in* 6. *Abb. in cap. Ex frequentibus num.*10. *de Inſtit. Sylveſt. in
Sum verb. Archiep. n.*3. *& Quaran in Sum. Bull. verb. Archiep.
authoritas n* 24. In deputatione Vicarii, ſeu Officialis Eccle-
ſiæ ſuffraganæ, ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, Ca-
pitulum ter. ſer. non deveniat ad legitimam ejuſdem Officia- 39
lis electionem, juxta ſanctionem *Conc. Trid. ſeſſ.*24. *cap.*16. de
qua latè *Barboſ ibidem à n.*32. *Genuen. in Prax. Cur. Archiep.
Neap. cap* 70. *n.*6. *& Quarant. in Sum. verb. Archiep. authoritas
nu.* 36. Si in eadem electione Vota Canonicorum ſint paria,
quia tunc electio Vicarii devolvitur ad Metropolitanum, ut
diſponitur *in d. Conc. Trid. ſeſſ.*25. *de Refor. cap.*16. & reſolvit
*C. C. in Vercellen.* 12. *Martii* 1611. ut videre eſt in *Lib.*117. 40
*Poſition. fol.*768. & notat *Monacell in Formul. tom.*2. *tit.*16.
*form.*10. *n.*18 *verſ. Quinto*; Si Canonici eligant in Vicarium,
ſeu Officialem aliquem, qui ſaltem in Jure canonico non ſit
Doctor, quo caſu illius electio ad Metropolitanum devol- 41
vitur, ex adductis per *Vulp. in Prax. fori Eccleſ. cap.*44. *nu.*5.
*Card. de Luc. de Canon. diſc.*24. *n.*4. *Nicol. in Floſcul verb Vi-
car. Capitular num.*2. cum aliis citatis *in Tom.*2. *par.*2 *diſcept.*
8. *n.*16. *& ſeq.* Quando Archiepiſcopus extirpare intendit pra-
vam conſuetudinem, in tota Provincia vigentem, in qui-
bus circumſtantiis, etiam extra Viſitationem, Juriſdictio- 42
nem habet in Subditos Suffraganeorum, juxta *Text. in cap.
Paſtoral. de Offic. ordin.* ſequutum à Doctoribus, quos citant,
& ſequuntur *Barboſ. de Jur. Eccl univ lib.*1. *c.*7 *n.*72. *& à Ven-
trigl loc. ſup cit. annot.*49. *§. unic. nu.*13.

Et in aliis caſibus, qui recognoſci poſſunt apud *Quarant.
Lotter & Ventrigl. in locis ſupr. citat.* & apud *Barb. de poteſt.* 43
*Epiſc. p.*1. *tit.*4. *per tot. ſub tit de Archiepiſcopali Præſtantia,
ejuſque authoritate in Suffraganeos, & eorum Subditos, ac in
tota Provincia*, ubi enumerat Privilegia, & Præſtantias
Archiepiſcoporum, ut ipſe ait, erga Suffraganeos, eorum-
que Subditos.

Ex quibus remanere videtur evidens, & perpetuum d.
præjudicium, quod experiretur Curia Metropolitana Tre-
virenſis per novam erectionem Epiſcopatus in Oppido S. 44
Deodati, cum immediata ſubjectione ad S. Sedem.

Nec dicatur, quod omnia hæc non applicentur noſtro ca-
ſui, attenta qualitate Oppidi S Deodati, quod prætendi-
tur omninò exemptum, & ſub vera qualitate *Nullius*: Nec
non ſtante alia ampliſſima exemptione, quæ prætenditur 45
competere dictis aliis Regularibus Abbatiis, novo Epiſco-
patui uniendis; Triplici enim reſponſione omnis removetur
difficultas.

I. Quia quidquid ſit reſpectu ſubjectionis Epiſcopo Tullen.
circa quam ſuas adimplent partes illius Defenſores; Reſpe-
ctu ſituationis, & exiſtentiæ ejuſdem Oppidi, dictarum-
que Abbatiarum in Provincia Trevirenſi nulla omni-
nò adeſt difficultas, eo quia uti talis denominatur in
omnibus actibus, indicatis in utroque Summario, & uti ta- 46
lis deſcribitur *à Fagn in cap. Cùm contingat ſub n.*43. *de Foro
comp.* ibi: *Præpoſitus Sæcularis Eccleſiæ S. Deodati Oppidi
ejuſd. S. Deodati, Nullius Diœc Provinciæ Treviren.*

II. Verò reſponſio eſt, quod ſecundùm præſentem juſtitiam
& ad terminos d. reſolutionis *C. C.* 24 *Aug.* 1715 quando reſcri-
pſit: *Dilata & coadiuvandas eſſe probationes circa d. qualita-* 47
*tem Nullius, juxta Instructionem*; *Et interim per modum pro-
viſionis, & ſine præjudicio Iurium Partium, dentur dimiſſoria-
les à Metropolitano Treviren* Oppidum S. Deodati non poteſt
negari in Provincia Treviren. illiuſq; Metropolit. eſſe eund.
Archiep. Trevirenſem, dum uti talem ex una parte canoniza- 48
tum expreſsè fuit ab ead. Congr. dictis verbis *à Metropolitano
Treviren* ex alia verò nullatenus admiſſa fuit ampla facultas
reſpectu Præpoſiti S Deodati concedendi Literas dimiſſor. ab
ipſo acriter prætenſa.

III. Demum, quia in omnem caſum aſſerta privilegia
exemptionis reſpectu dd. Abbatiarum Regularium per illa- 49
rum Sæculariſationem, & annexionem Præpoſituræ S. Deo-
dati, ad conſtituendum novum Epiſcopatum, remanerent
extin-

50 extincta, caducata, & reſoluta; juxta punctuales *Deciſ.*
*Rot. cor. Emer. jun. la* 1029. *à §.* 16 *e la* 1507. *à §. num.* 1. quæ
ſunt in hac materia magiſtrales.

Quibus non merentur opponi aliæ authoritates, loquentes
in terminis Juris conferendi beneficia, quod perſeverat
51 etiam in ſtatu Sæculariʒationis, niſi expreſsè contrarium
per Summum Pontificem diſponatur. Quia non loquuntur,
nec loqui poſſunt de exemptione à Juriſdictione Epiſcopi, &
& Metropolitani, ea viva ratione, quam his verbis addu-
52 ci: *Rot. dec.* 1057. *ſub num.* 21. *coram Emer. jun. Quia exem-*
*ptio, quæ in ſtatu Regularitatis videri potuit rationabilis, &*
*juſta, in ſtatu Sæcularitatis evaderet irrationabilis, & ini-*
*qua, tanquam ſubtrahens Cathedralem Eccleſiam, Epiſcopi*
*Sponſam, ab illius Juriſdictione, & Viſitatione.*

Hoc autem poſito, atque ceſſantibus dictis aſſertis Privi-
legiis per Sæculariʒationem, cùm omnes dd. Eccleſię Regu-
lares reperiantur, & ſitæ ſint in Provincia Trevirenſi, nul-
53 luſque alius compareat Metropolitanus, prætendens in il-
lis Juriſdictionem, validiſſima oritur Juris aſſiſtentia favo-
re Metropolitani Treviren. *ut firmavit Rot. apud de Proſ-*
*per. de Territor. ſepar. dec.* 4. *num.* 1. ibi: *Extra omnem eſt*
*controverſiam, quod Eccleſia Salisburgenſis ſit Archiepiſco-*
*palis, & Metropolitana, ex quo validiſſima oritur Juris aſ-*
*ſiſtentia, quod illa teneat ſuam intentionem fundatam ſuper*
54 *aliis Eccleſiis, in propria Provincia exiſtentibus &c. Eoque*
*fortiùs, quia reſpectu d. Eccleſiæ &c. nullus alius adeſt Ar-*
*chiepiſcopus vicinior.*

Quibus additur alia reflexio, omni conſideratione ad no-
ſtrum effectum digna, quod Sancta Sedes in Regionibus ul-
tra Montes, & conſequenter ab Urbe longè diſtantibus,
55 non ſolet eſſe facilis ad eximendos Epiſcopos ab immediata
ſubjectione ſuorum Metropolitanorum, ex ea forſan con-
gruentia, & ſtringenti ratione, quod, attenta magna di-
ſtantia, eadem Sancta Sedes non poteſt debita, & aliquan-
do neceſſaria correctione, congruo tempore emendare ex-
ceſſus, & irregulares operationes Epiſcoporum Suffraganeo-
rum. Ex quo factum eſt, quod in tota Germania duo ſo-
lùm reperiuntur, & quidem nimium qualificati, pluribuſ-
que titulis inſignes Epiſcopatus, à Juriſdictione Metropo-
litanorum exempti, Viennenſis nimirum, & Bambergen-
ſis; In tota autem Gallia unus dumtaxat, nempè Auxe-
renſis, vulgò *le Puy*, ut videre eſt in Deſcriptione Archiepiſ-
56 coporum, & Epiſcoporum totius Orbis, impreſſa apud
*Additiones Baudrand. ad Lexic. Geogr. Ferrar.* & poſt
*Corrad. in Prax. diſpenſ. à fol.* 441. & apud *Rebuff. in Prax.*
*benefic. poſt fol.* 435. & apud *Robertum Miræum in Notit. Epiſ-*
*copatuum tot. Orbis Chriſtian.*

Quanta autem præjudicia Archiepiſcopalibus Sedibus in
Germania, quantaque mala timeri poſſint ex privilegiis,
eximentibus Suffraganeos à ſubjectione ſuorum Metropoli-
57 tanorum, non poſſumus meliùs oſtendere, quàm median-
tibus ſequentibus verbis omnium Electorum Eccleſiaſtico-
rum, de quibus in epiſtola, ab eis anno 1628. ſcripta Urba-
no VIII. *Quorum laudatiſſimis exemplis, atque veſtigiis,*
*niſi S. V. hoc exulceratiſſimo præſertim tempore fortiter inſti-*
*terit, hoc infallibili ſequela futurum proſpicimus, ut anti-*
58 *quis Archiepiſcopatum noſtrorum Juribus præjudicium fiat*
*graviſſimum. Vicinarum Diœceſum, & Regnorum diſcordiæ*
*infinitæ; Populi Chriſtiani, qua hæretici, qua catholici,*
*ſcandala innumera; Privilegiorum, & Electorum Eccleſia-*
*ſticorum pernicies, ac ruina; Rei Chriſtianæ in Provin-*
*ciis Germaniæ, totiuſque Imperii, perturbatio deploran-*
*da; Multaque alia incommoda graviſſima, & maxima con-*
*ſequentur.*

In quorum conflictu nulla prorſus ratio habenda eſt mul-
tarum contrariarum piarum meditationum, ad oſtenden-
dum aſſerta præjudicia Habitantium in Valle Galileæ, ubi
59 poſitum eſt Oppidum S. Deodati, niſi in illo erigatur no-
vus Epiſcopatus: Non ſolùm quia eadem aſſerta præjudi-
cia, vel nullo modo in facto ſubſiſtunt, vel ortum habent
à voluntariis operationibus eccleſiaſticorum Superiorum
dd. Locorum, nolentium admittere Epiſcopum Tullen. Mi-
niſtroſque ejus Curiæ Epiſcopalis ad propria officia adim-
plenda, juxta ea, quæ ex parte ejuſdem Epiſcopi latè ad-
ducuntur.

Verùm etiam, quia hujuſmodi prætenſa, & plus juſto
exagerata præjudicia unius Vallis, in angulo Lotharin-
giæ poſitæ, poſtponi debent dd. longè majoribus præjudiciis
60 totius Germaniæ, concludentiſſimè probatis, mediantibus
ſeriis, & claris verbis omnium dictorum Eccleſiaſticorum
Electorum, necnon cedere debent periculis, a dicto magno
exemplo de facili orituris, juxta obſervationem *Card. Pa-*
*ravicin.* de qua ſupra *num.* 6. & juxta animadverſionem *Rot.*
*deciſ.* 308. *num.* 20. & 21. *coram Dunoz jun.* ubi, quod magna 61
exempla nullam habent boni ſpeciem, quodque privatum
commodum in his terminis publica utilitate compen-
ſatur.

In omnem verò caſum ſemper urget reflexio illa, quod
cum mille aliis modis ſuccurri poſſit indigentiis Habitan-
tium in Valle Galilæ, quorum unus præſcribitur in *Concil.* 62
*Laodicen. can.* 47. his verbis: *Quod non oportet in Villis,*
*Vicis, aut agris Epiſcopos ordinare, ſed Viſitatores qui cir-*
*cumeant,* de quo *Gonzal. in cap.* 1. *ſub num.* 2. *de Privileg.*
Alter autem inſinuatur à *Card. de Luc. ad Conc. diſc.* 14. *num.* 63
22. ibi: *Alter verò Adjutoris, & Vicarii potiùs partes gerat*
*&c. eo modo, quo plures magni, & qualificati Præſules, præ-*
*ſertim in Germania &c. retinent pro Vicariis perſonas, in*
*Epiſcopali Dignitate conſtitutas, præſertim Epiſcopos ti-*
*tulares;* Non eſt recurrendum ad extraordinarium remedium 64
erectionis novæ Cathedralis, ex animadverſis per *Franc. de*
*Eccleſ. Cathed. cap.* 6. *num.* 154. *e ſeq.* & *num.* 178. Et in termi-
nis erectionis novæ Parochiæ in ſpecie obſervant *Lap. alleg.*
66. *num.* 6. *verſ. Limitatur, Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.*
28. *num.* 31. *Matt. de cauſ. Conſiſt. ſect.* 10. *num.* 22. *verſ. Tuncque* 65
*Franc. de Eccleſ. Cathed. c.* 6 *num.* 94. *Bertacchin. Vot dec.* 117.
*num.* 2. ubi ſequitur reſolutionem *C. C. in Melitien.* 26. *Januar.*
1697. & *Rot dec.* 1428. *à num.* 4 *coram Coccin.* & *dec.* 288. *nu.* 3.
*par.* 3. & *dec.* 223. *nu.* 11 *par.* 6. & *dec* 578. *nu.* 7. & 8. *par.* 19. *rec.*
Atque habemus in hac parte multas uniformes deciſiones
*Rotæ in Leodien. Diſmembrationis* in quibus firmatur, nun-
quam eſſe deveniendum ad exorbitans, & extraordinarium
remedium erectionis novæ Parochiæ, quando non ſine ma- 66
gno incommodo periculis Parochianorum ſuccurri poteſt
aliis ordinariis, & minùs ſtrepitoſis mediis, nempè 1. *Feb.*
1712. *à §. Nullitati coram Falconerio,* & 3. *Julii* 1713. *à §.*
*Præter cor. Criſpo,* & 22. *Junii* 1714. *à §. Præſens,* & 25. *Ian.*
1715. *§. æqualis cor. Lancet.*

Dignitas novæ pretenſæ Cathedralis innixa maximæ Di-
gnitati Summi Pontificis, cui illa immediatè ſubiici præten-
ditur, ea ratione quia quanto quis digniori ſubeſt, tanto di- 67
gnior ipſe reputetur, juxta notata per *Rebuff. conſ.* 142. *num.* 4.
& *Valenzuel. conſ.* 43 *num.* 69. & 75. retorquetur ad homi-
nem; Quia neque dignum, neque juſtum videtur, ut præ-
tenſus novus Epiſcopus anguſti Loci S. Deodati reputari de-
beat dignior Epiſcopis Tullenſi, Metenſi, & Verdunenſi, 68
antiquiſſimis Provincialibus Provinciæ Trevir. Et multò
minus, quod reputari debeat talis reſpectu omnium aliorum
Suffraganeorum Epiſcoporum Germaniæ & Galliæ

Ultra quod, ſi majeſtas, & decor Supremi Principis men-
ſuratur à qualitate, & dignitate illorum, qui eidem ſub-
diti ſunt, ſervitiaque ei præſtant, juxta animadverſa per 69
*Card. de Luc. de Servit. diſc.* 65. *num.* 11. & *Rot. dec.* 244. *num.*
3. *in fine par.* 3. *rec.* alioſque, citatos in *Tom.* 2. *par* 2. *diſc.* 2.
*num.* 35. cum quibus proceſſit C. R. *in Rom.* 26. *April.* 1708.
de qua *in Inſtit. crimin. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *à num.* 215. Longè ma-
gis decorum eſſet, magiſque S. Sedi conveniret, ſibi imme-
diatè ſubiicere multos alios ex Germaniæ, & Galliarum 70
antiquiſſimis Epiſcopis, præcipuè illarum magnarum Ci-
vitatum, quæ famoſæ ſunt in Hiſtoriis, & famoſiores in Ec-
cleſiaſt. Annalibus, vel ratione Conciliorum Generalium,
in eis habitorum, vel ex aliis reflexionibus, potiùs quam
ſibi immediatè ſubiicere Epiſcopum S. Deodati, cujus no-
men antiquis, & modernis Geographis ignotum eſt, mi-
nuſque deſcriptum reperitur in magno *Lexic. Geograph. Bau-* 71
*drand.* in quo multò minora Loca deſcribuntur, & tamen
de Oppido *Saint Diez* nulla legitur ſyllaba, niſi dici velit eſſe
Duodeciacum, vulgò *Dieuze,* quod appellat Oppidulum
Lotharingiæ.

Authoritati *Card. de Luc. de Præem diſc.* 50 *num.* 11. & *ad*
*Concil. diſc.* 16 *num.* 7. aſſerentis facilem eſſe hanc Sac. Cong. 72
ad concedendas erectiones Epiſcopatuum in illis Locis, quæ
ſunt *Nullius,* ad evitandas lites, & controverſias inter in-
feriores Prælatos, & Epiſcopos, cathegoricè reſpondet idem
*Card. de Luc. de Succeſſ. diſc.* 16. *num* 15. ibi: *Unde propterea*
*rectè quoad iſtas authoritates intrat conſideratio Franc. dec.* 73
160. *num.* 6. *quod quando allegantur Conſilia, opus eſt videre*
*deciſiones, ſuper his editas;* Ipſe enim ingenuè fatetur *in d.*
*diſc.* 50. *de Præm. num.* 1. quod reſolutio hujus Sac. Cong. fuit
contraria ejus ſcriptis, quodque erectio novi Epiſcopatus
fuit rotundè denegata; Et propterea, non id, quod ipſe ad
Cauſæ opportunitatem ſcripſit, ſed quod hæc S. Cong. reſol-
vit, attendendum eſt, juxta firmata per *Rot. in Lauden.* 74
*Cenſus* 21. *Junii* 1666. *in fine coram Card. Taja,* cum aliis,
citatis in *Inſtit. crim. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 245. quibus addo *Fatinel.*

*reſponſ.56. in princip.tom.2. Torr. var.Jur.quæſt lib.2. quæſt.*
*10. num.55. tom. 2. & Rot. deciſ. 13. num. 22. apud Proſper. de*
*Territ. ſepar & in Imolen. Salviani* 12. *Martii* 1708. *in fin.co-*
*ram Card.Scotto, & in Romana Primogen.de Corſinis 17.Apri-*
*lis 1711.§. Cravetta coram Aldrovan.* ibi : *Unde intrat vulga-*
75 *ta regula, non adhærendi Conſulentibus ad Cauſæ opportuni-*
*tatem, niſi conſtet de victoria Cauſæ.*

Et tamen, quòd in his terminis, & ex dicto motivo non
ſoleat Apoſtolica Sedes facilè devenire ad novas erectiones
76 Epiſcopatuum, nequè etiam in Italia, habemus caſum,
ultimo locum deciſum à Congregat. particulari, Partibus
acerrimè informantibus, *in Amalphitana, ſeu Nullius*
*Erect. Epiſcopat.14. Dec.1702.* in qua ad terminandas Lites,
quæ à duobus Sæculis invaluerant inter Archiepiſcopum
Amalphitanum, & Præpoſitum Oppidi Majuris, prævia
ampliſſima renunciatione Juri nominandi Præpoſitum, quod
abſque ulla controverſia competebat Univerſitati, cum ſpe-
cifica exhibitione conſtituendi congruam dotem novo Epi-
77 ſcopatui de propriis effectibus ejuſdem Univerſitatis, quæ
ad hunc effectum ſpecialiter ablegaverat ad Urbem unum ex
ejus Civibus, *pro Univerſitate Oppidi Majuris ſuppliciter*
*SS. D. N. inſtitum fuit pro erectione Collegiatæ Eccleſiæ in Ca-*
*thedralem &c. & ſub die 14. mox dicti menſis ex audientia SS.*
*decretum extitit; Quoad erectionem in Cathedralem, Nihil:*
*Iterumque his repetitis precibus pro erectione in Cathedra-*
*lem &c.in Congreg.ſpecialiter deputata preces rejectæ fuerunt:*
Sunt verba Folii, diſtributi *in C C. die 27. Jan.* 1714. in quo
deſcribuntur omnes controverſiæ, à duobus ſæculis, vi-
78 gentes inter d. Præpoſitum, & Archiepiſcopum Amal-
phitanum.

Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contrariis Scripturis,
in quibus gratìs ubiquè aſſeritur, quòd ſoleat Sancta Sedes,
79 etiam invito Metropolitano, Suffraganeas Eccleſias ab ejus
Juriſdictionem eximere; citando *Text.in canon. Decimas 16.*
*quæſt.* 1. qui tamen intentum nullo modo probat, quia Te-
xtus loquitur de abſoluta Summi Pontificis poteſtate, non
autem de ſolita, ibi: *Metropolitano invito, quælibet Eccle-*
*ſia ab ejus Juriſdictione Apoſtolica eximi poteſt authoritate:*
Nos autem omiſſa diſpoſitione alterius *Text. in ſeqq. canon.*
*Multis 16. quæſt.* 1. in quo claris verbis aſſeritur, à multis
80 Conciliis ſtatutum fuiſſe, ut id fieri non poſſit, niſi acceden-
te conſenſu, & voluntate Epiſcoporum; Sicuti cum *Lotter.*
*de Re benef. lib.1. quæſt.11. num.* 10. ultrò admittimus, quòd
Summus Pontifex ex ejus plenitudine poteſtatis id facere
queat, juxta illud, *Erigit, & ſubiicit Cathedras, & divi-*
*dit, unit,* de quo *Hoſtien. in cap. Sicut de Exceſſ. Prælat. &*
*Rot.in Meliten Juriſdict.27. Januarii 1716.§.Et tametſi coram*
81 *Falconerio.* Quodque eidem, hæc facienti, nemo dicere
poteſt, *Cur ita facis?* Ita conſtanter dicimus cum eodem
*Loter. ubi ſupra num* 19. quòd hæc omnia, *non conſueverunt*
*Summi Romani Pontifices abſque cauſa facere,* minuſque ad
praxim id reducere, ſequentes illud *Apoſt.ad Corinth.1.10.12.*
*Omnia licent, ſed non omnia expediunt,* ut in noſtris terminis
82 obſervavit, & faſſus fuit Card. Carolus à Lotharingia in
Epiſt.die 7. Septemb. 1601 ſcripta tunc temporis Archiepi-
ſcopo Treviren. ibi: *Cæterùm nihil penitus inter obeundam*
83 *ejuſmodi Epiſcopatus erectionem inſciis, & invitis iis, quo-*
*quorum intereſſe potuit, aggreſſi fuimus, quorum conſenſus*
*in Urbe reperiuntur, nec id aliter fieri conſuevit.*

Nè autem id ſequatur hodiè in Oppido S. Deodati, ultra
motiva, congruentias, & rationes, ſupra adductas, ſup-
84 plicamus benignè ponderare, quod Gratia, ex adverſo præ-
tenſa, non poteſt, niſi graviſſima incommoda afferre Ar-
chiepiſcopalibus Eccleſiis in Germania, adeòque Imperio
Romano, juxta præciſa verba omnium Eccleſiaſticorum
Electorum in d.Epiſtola die 9.Maii 1627. Urbano VIII. ſcri-
pta ad impediendam erectionem novi Epiſcopatus in Civita-
te Nanceana, effectu punctualiter ſubſequuto, eò quia re-
ſcriptum hujus S.C.die 1.Martii 1627. quando reſolutum fuit
pro Gratia, ſi Sanctiſſ. placuerit pro Epiſcopatu erigendo in 85
Civitate Nanceæ, poſt recurſum dd. Eccleſiaſticorum Ele-
ctorum ad Sanctam Sedem; nequè ab eodem Urbano VIII.
approbatum fuit, ut erat omninò neceſſarium, juxta illa
conditionalia verba: *S.C. cenſuit, ſi SS. placuerit;* Nequè
ullum unquam effectum habuit: Ita ut illud potiùs ad homi-
nem retorqueatur, juxta ea, quæ uno ore obſervant Docto- 86
res, de illo, qui petit canonizationem conſuetudinis, quam
ad ejus favorem militare contendit, ſi enim in lite ſuccum-
bat, conſuetudo, nequè interrupta dicitur, nequè eidem in
minimo dicitur præjudicatum, ex cumulatis *in tom. 2. part.*
*1.diſcept.17.num.35.*

Et proindè non ſine maxima improprietate in contrariis
Scripturis idem decretum denominatur res judicata, eò quia
cum omni ſermonis proprietate dici poteſt res rejecta, & 87
nullatenus approbata à Summo Pontifice, cujus arbitrio de
more omnia remiſſa fuerant ab hac S. C.

Quo demùm ad merita Sereniſſimæ Domus Lotharingiæ
cum Apoſtolica Sede, & cum toto Chriſtiano Orbe, quæ in
rei veritate magna ſunt, & quibus attentis petitur ſaltem ex 88
Gratia erectio novi Epiſcopatus, immediatè ſubjecti ei-
dem Sanctæ Sedi; Dicimus cum *Pignatell. conſult.* 52.
*num. 7.tom.* 10. quod *Sedes Apoſtolica non concedit Gratias*
*in præjudicium Tertii,* cum quo principio proceſſit *S. R. C. in*
*Pragen. 31. Auguſti* 1715. *Pon. Card Barberino,* denegando
longè minorem Gratiam exemptionis uni ex primæ claſſis
Abbatibus Regni Bohemiæ, exageranti ſuorum Prædeceſ-
ſorum merita erga Apoſtolicam Sedem, eò quia illa invo- 89
luebat præjudicium Juriſdictionis Archiepiſcopi Pragenſis,
ut videre eſt in *Tom. 1. part. 1. diſc.10. per tot* & ſignanter *num.*
41. conſtantiſſimè reſcribendo: *Negativè in omnibus* tribus 90
gratioſis petitionibus, ab eodem Abbate magno calore in
Partibus excitatis, & majori diligentia in Curia promotis,
& proſequutis.

Die 28. Martii 1719. propoſita inſtantia in Congreg. Conſi-
ſtoriali, reſcriptum fuit: *Conſtaet de cauſis, ob quas deveniri*
*poſſit ad erectionem novæ Cathedralis, & ad mentem; Mens* 91
*eſt, quòd exquirantur conſenſus liberi: Quoad Jus patrona-*
*tus ex hactenus deductis Negativè, & in reliquis Dilata.*

Cohærenter ad verba illa, *juxta mentem,* notandum eſt
hìc cum *Rota in Tyburtina Fideicom. .. Martii* 1705. *§.Ratio co-* 92
*ram Anſaldo,* quòd Sacræ Congregationes, & alia Urbis
Tribunalia ſolent uti d. reſcribendi modo, vel alio ſimili,
puta *Ad D. Ponentem,* vel *Ad D. Secretarium cum SS.* quia Ju-
dices nolunt ſtatim publicare eorum reſcripta, ad hoc ut Par-
tes edoctæ à Secretario, vel Ponente de d. mente Judican-
tium, illam à ſe ipſis exequutioni demandent, juxta caſum
deciſionis *Rom. Ampl. Eccleſ. 24. Aprilis* 1705. *§. fin. coram*
*Card Caprar.* Vel quando congruum exiſtimant, ut Secre-
tarius Congregationum, vel Ponens in aliis Tribunalibus,
Papæ repræſentent quid Trib. intellexerit, ad hoc ut de-
inde idem Princeps demandare poſſit id quod ei videtur, 93
eo quia conveniens ſæpè ſit, quod Princeps informatus exi-
ſtat de gravioribus Cauſis, & juxta ejus placitum, ubi opor-
tet, ſuum authoritativum brachium clementer impertia-
tur; In quibus terminis ſolet deinde clarè explicari eadem
mens. Adverſus reſolutionem hujus Cauſæ conceſſa fuit no- 94
va audientia, die 21. Aprilis 1719. cum addito, ut Cauſa
proponatur in menſe Julio.

*Finis Pars I. Tomi III.*

# DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

*ADVOCATI*

# DOMINICI URSAYÆ.

## Tomus Tertius.

## PARS SECUNDA.

### DISCEPTATIO PRIMA

Neapolitana Livellorum.

*PRO*

Monte Magno *delli Maritaggî* Civitatis Neapolis.

*CUM*

Aliquibus Monialibus Sancti Joannis Baptiſtæ ejuſdem Civitatis.

### ARGUMENTUM.

*Livella in qua debeantur quantitate Monialibus Sancti Ioannis Baptiſtæ Neapolis, & quomodo poſſint illa adminiſtrare, dequè eis diſponere Moniales ejuſdem Monaſterii, latiſſimè oſtenditur; Cum rejectione omnium illarum reflexionum, quæ adverſantur introductioni, & conſervationi Vitæ communis nedum in d. Monaſterio Sancti Ioannis Baptiſtæ Neapolis ſed in omnibus aliis Monaſteriis, tam Virorum, quàm Mulierum totius catholici Orbis.*

### §. I.

### FACTI SERIES.

1 NOn poteſt ſeries facti præſentis Cauſæ clariùs, breviùſque exprimi, quàm mediante impreſſione ſupplicis Libelli, nomine Montis Magni SS.D.N. Clementi XI. porrecto, qui eſt ſequentis tenoris.

,, *Beatiſſ. Padre*. Le Monache Domenicane di S Giov. Battiſta di Napoli, il
,, di cui Monaſtero, a pena terminato uno Secolo, fu fondato da Suor Dorotea Villani, Monaca del reformato,
,, & oſſervantiſſimo Monaſtero della Sapienza di detta Città (*præſenti* §. 1. *num*. 3.) furono ſolennemente dichiarate
,, incapaci di Livello, e Vitalizio l'anno 1637. (§.6.*per tot.*)
,, atteſo, che erano oſſervanti, e riformate, e come tali
,, non potevano poſſedere, nè ritenere Livelli di ſorte alcuna, & in effetto continuorono pacificamente in queſto ſtato
,, d'incapacità di Livelli ſino all'anno 1664. quando a titolo
,, di compaſſione, per atto di pietà, e per mera grazia (§. 8.
,, *num*.12.) furono eſſaudite le loro Suppliche intorno alla domanda di qualche ſuſſidio, atteſa la loro ſeria confeſſione,
,, che benche oſſervanti, e riformate con licenza della loro
,, Abbadeſſa potevano eſſer ſoccorſe ne'loro biſogni (§. 11.
,, *num*. 2. *ante fin.*) come a punto ſi prattica in detto Monaſtero oſſervante, e riformato della Sapienza, dal quale
,, riconoſce la ſua origine (§.3. *num*.2. & §.11. *num* 8.) e nell'
,, altro di S.Maria del divino Amore, parimente oſſervante, e riformato, dell'iſteſſo Ordine Domenicano, che
,, fu fondato l'anno 1639. da Suor Maria Villani, Monaca
,, di detto Monaſtero di S.Giov. Battiſta (§. 3. *num*. 3. & §.
,, 12. *num*.4.)

,, La quantità però di detti Livelli alle reiterate inſtanze,
,, e Suppliche delle medeſime Monache, taſſata, e determinata in annui duc. 50. ſolamente (§.8. *num*. 12. *ante fin.*) fu
,, ſolennemente approvata *Summo Pontifice annuente* dalla
,, Sagra Congr. de'Veſcovi li 17. Giugno 1665. (§.14. *num*.1.)
,, previa una fondatiſſima Relatione del Card. Filamarino,
,, allora Arciveſcovo (§.11. *num*.2.) appoggiata alle depoſizioni di molti Teſtimonj (§.9. *à num*.6.) & altre Scritture,
,, prodotte per parte di dette Monache nella ſua Curia (§.11.
,, *num*.2. *in princ.*) E poi nel 1684. doppo 10. anni di matura
,, diſcuſſione, ne fu anche ingionta la puntuale oſſervanza
,, dal Regio Conſeglio di Napoli (§.7. *num*. 7.) nel quale ſenza minimo riguardo alle note proibizioni de'ſagri Canoni,
,, e Bolla *in Cœna Domini*, le medeſime Monache vi propoſero a decidere detto articolo, benche riſoluto, come
,, ſopra da d. Sag. Congreg. con l'oracolo Pontificio.

,, Ma perche per parte delle medeſime Monache, con preteſto, che non ſolamente tutto ciò ſeguiſſe per errore, ma
,, ancora per errore il Vicario generale di Napoli Periſſio l'
,, anno 1691. annoveraſſe detto Monaſtero tra gli altri Monaſterj oſſervanti, e riformati, benche ciò ſeguiſſe ſer. ſer.
,, (§. 1. *à num*. 3.) con nuova prattica, & eſſorbitante pretenſione, ebbero dette Monache l'anno 1702. ricorſo al
,, Vicario generale di Napoli Siliquino, per ottenere dal medeſimo ciò, che eragli ſtato negato da un Vicario di Criſto, & In effetto, non citati però gli Oratori, benche ſopra di ciò foſſe già conteſtata Lite formale (§. 1. *num*. 8.)
,, dal medeſimo, non meno nullamente, che con evidente
,, ingiuſtizia, precipitanza, e ſurrezione li 9. Settemb. 1702.
,, ottennero decreto, uniforme alla loro inſtanza, conoſciuto però inſuſſiſtente da'loro Defenſori, a ſegno tale, che
,, giudicorno domandarne alla S. V. la Conferma, che ſantamen-

,, tamente non volſe concedergli, ma ſi degnò ſemplicemen-
,, te rimetterne la cognizione alla Congr. de' Veſc. e R. (§. 13.
,, *num. 12. in fine*) la quale il di 1. Marzo 1703. uniformando-
,, ſi in queſta parte alla rettiſſima intenzione della S. V. *contra*
,, *Moniales dumtaxat informantes*, reſcriſſe, non eſſer luo-
,, go alla Conferma di d. decreto del Vicario generale di Na-
,, poli (§. 13. *num. 12.*)
,, Ciò però non oſtante, il medeſimo decreto è ſtato poi
,, confermato in Curia, con Sentenze ex diametro oppoſte
,, a dette due riſoluzioni di d. Sag. Congreg. una delle quali
,, emanata *Summo Pontifice annuente* (§. 14. *num.* 1.) e l'altra
,, preſa *contra Moniales dumtaxat informantes* (§. 14. *num.*
,, 12.) nelle quali Sentenze, e decreto ſi determina il Livel-
,, lo nella ſomma di duc. 120. contro il Monte de' 29. e di duc.
,, 80. contro gli Oratori, e ſi canonizza d. Monaſtero per non
,, oſſervante, nè riformato *adverſus rei evidentiam*, e tra le
,, altre maſſime improprietà, contro la ſolenne profeſſione
,, delle medeſime Monache, nella quale ſi leggono le ſeguen-
ti parole: *Voglio anche oſſervare la Riforma, fatta per ordine
della fel. mem di Papa Clemente VIII. particolarmente per
quello, che tocca alla Vita commune, ſenza poſſedere coſa alcu-
na di proprio, e tutto quello, che avrò, darollo alla Superiora,
e dalla Communità ricevere tutti li miei biſogni* (§. 15. *num.* 3.)
,, Più facili in queſta parte detti Giudici Eccleſiaſtici in Ro-
,, ma di pronunciare contro Riſoluzioni delle Sagre Congr.
,, approvate da' Sommi Pontefici, di quel che era ſtato un
,, Tribunale, tanto qualificato, benche laico, di Napoli,
,, per la ſoda ragione, addotta dal Vicario generale de' Roſſi
,, nella ſua Relazione (§. 11. *num. 17. ante fin.*) che detto Re-
,, gio Conſeglio *alitèr pronunciare non poterat, ſtante Apo-
,, ſtolico aſſenſu*. Ragione, che molto più doveva prevalere
,, in Roma; In Giudici Eccleſiaſtici; In materia di oſſer-
,, vanza, e riforma di un Monaſtero, Figlio, e Padre di due
,, oſſervantiſſimi Monaſterj di Napoli, in tempo, che il zelo
,, della S. V. e delle Sag. Cong. in queſta parte è notorio, e mai a
,, baſtanza lodato da' buoni, anche per l'introdutzione dell'
,, oſſervanza, e riforma, in quelli Monaſterj, e Conventi,
,, ne' quali non vi è, molto più per conſervarla, dove dalla
,, loro erezzione vi ſi ritrova introdotta, e pacificamente oſ-
,, ſervata, e dove ſi fa eſpreſſamente profeſſione da ogni
,, Monaca di oſſervarla (§. 15. *num.* 3.)
,, Gravati perciò li Governatori del Monte grande de'
,, Maritaggi di Napoli, umiliſſ. Oratori, da detti Decreto, e
,, Sentenze, ſenza fondamento alcuno, nè di giuriſdizione
,, (§. 2. *num.* 1.) nè di giuſtizia (§. 3. *& ſeq.*) e perciò manifeſta-
,, mente nulle, & ingiuſte; Proſtrati a piedi della S V. umil-
,, mente la ſupplicano ad ordinare la totale circonſcrizzione,
,, & abolizione dalli Atti di dette Sentenze de' Giudici Ec-
,, cleſiaſtici, oppoſte a Riſoluzioni delle Sag. Congreg. appro-
,, vate con Oracolo Pontificio, e di commettere di nuovo la
,, reviſione della Cauſa a detta Sag. Congr. e ne ſperano dal-
,, la S. V la grazia, per trattarſi di materia, propria di det-
,, to Eccelſo Tribunale, già deciſa vi, come ſopra, con ap-
,, provazione ancora Pontificia (§. 14. *num.* 1.) Tanto più che
,, vi concorrono due remiſſioni della S. V. (§. 2. *num.* 13 *&* §.
,, 13 *num. 12. ante fin.*) & il conſenſo eſpreſſo delle medeſime
,, Monache, che nella Congr delli 5. Settemb. 1704. a pena de-
,, putato in Ponente il Sign. Card. Carpegna, ſenza la ſolita
,, intimazione delli Defenſori dell'Oratori, informorno la
,, medeſima in voce, & in ſcriptis, benche non vi foſſe pre-
,, ſa alcuna riſoluzione, e poi non vi e ſtata mai più riferita,
,, per li oſtacoli, & impedimenti, promoſſi exadverſo avan
,, ti Monſignor. Uditore della S. V. con tutto, che gli Orato-
,, ri ſi dichiaraſſeto pronti per la Congr. immediata, e che a
,, detto effetto, con ſpeſa di circa trenta ſcudi, aveſſero fat-
,, te ſtampare, & in ultimamente anche diſtribuire in detta
,, Sag. Congreg. le loro Scritture.
Ex qua Facti ſerie remanet manifeſtum, quòd inter alia
2 Loca pia, quæ ſub nomine Montium erecta reperiuntur in
Civitate Neapolis, cum obligatione dotandi Deſcendentes
ab illorum Fundatoribus, nubentes in Sæculo, & ultra do-
tem, ſolitam dari illis Monaſteriis, in quibus profeſſionem
emittunt, cum alia obligatione dandi eiſdem Livella, ſeu
Vitalitia, quando nubunt in Domino, reperitur illud voca-
tum *Monte grande de' Maritaggi* apertum die 15. Jannuarii
1669. in cujus Capitulationibus circa quantitatem dictorum
Vitalitiorum diſponitur, ut infra.
,, III. Che a riſpetto delli Vitalizii non ſia tenuto detto
,, Monte a dar più a ciaſcheduna di dette Monache d'annui
,, ducati 80. lor vita durante, da pagarſeli in due tande, ogni
,, ſei meſi la rata, incominciando dal dì, che averà fatta
,, profeſſione in d. Monaſtero. Verùm a riſpetto delli Mo-
,, naſterj oſſervanti, darli per Vitalizio il ſolito, darſi a
,, detti Monaſterii d'annui duc. 50.
A tempore erectionis Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ Ord. S. 3
Dominici ejuſdem Civitatis, fundati vigore ſpecialis Brevis
Clem. VIII. expediti die 6. Decemb. 1597. quod non ſine ma-
gnis diligentiis repertum, per extenſum regiſtratur *infra poſt
num.* 12. uſque ad annum 1698. & ſic per annos ferè 90. nun-
quàm revocatum fuit in dubium, illud fuiſſe, & eſſe refor-
matum, & de obſervantia, quale etiam illud declaravit an-
no 1691. 15. Junii Vicarius generalis Periſſius, idem Mona-
ſterium annumerando inter alia Monaſteria de obſervantia,
& reformata ejuſdem Civitatis, prævia Relatione Actorum
Magiſtri Monialium his verbis.
*Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Sig. D. Giuſeppe Caracciolo, uno de'
Governatori del Monte grande de' Maritaggi eſpone a V. S. Illu-* 4
*ſtriſſ. come deſidera ſapere, quali ſiano li Monaſterii di Monache
di queſta Città, che diconſi di oſſervanza, ne' quali i vitalizj,
aſſegnati alle Monache particolari, s'incorporano alla Commu-
nità, e ſono in potere, e diſpoſizione delle RR. Madri Abbadeſ-
ſe, e non delle ſudette Monache particolari, acciò poſſano i Sig.
Governatori di detto Monte regolarſi in oſſervanza de' loro Ca-
pitoli, e Concluſioni. Pertanto ſupplica V. S. Illuſtriſſima or-
dinare a chi ſpetta, che ſe ne facci documento legitimo, e lo ri-
ceverà a grazia ut Deus &c.*
*R. D. Joan. Jacobus Cioccia Magiſter Actorum referat ſuper
expoſitis ad finem providendi hac die 11 Junii 1691. Sebaſtianus* 5
*Periſſius Vicarius generalis.*
*Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Sig. Li Monaſterii riformati, ſeu dell'
oſſervanza, che ſono in queſta Città di Napoli, che godono li* 6
*Vitalizii, che ſi aſſegnano per ciaſcheduna Monaca ſi ſpendono
per la Communità a diſpoſizione dell'abbadeſſa, o Priora, &c.
ſono li ſeguenti S. Maria del Geſù, S. Patrizia, S. Potito, S. Ma-
ria Maddalena de' Pazzi, del SS. Sagram. S. Giov. Battiſta, S.
Maria della Sapienza, S. Gioſeppe delle Carmelitane Scalze,
S. Andrea, S. Franceſco delle Capuccine, S. Franceſco dell'Oſ-
ſervanza, Bettlem, S. Caterina di Siena, Divino Amore, e SS.
Trinità; Che è quanto poſſo riferire a V. S. Illuſtriſſ. alla quale
umilmente fo riverenza. Napoli 19. Giugno 1691. Giov. Gia-
como Cioccia.*
Verùm d. anno 1698. die 27. Junii, recurrentibus dd. Mo-
nialibus S. Joan. Baptiſtæ, non ad ſucceſſorem Vicarium ge- 7
neralem Siliquinum, ſed ad Card Cantelmum Archiepiſco-
pum, illarumque precibus in plena Congreg. coram eodem
Card. habita, examinatis, & funditùs diſcuſſis, die 27. Junii
1698. utraque Parte informante, impertitus fuit terminus
quatuor dierum ad probanda incumbentia, quo termino du-
rante ex parte Defenſorum Montis fuerunt reproductæ Scri-
pturæ, Proceſſus, & alia, ad Cauſam facientia, cum pro-
teſtatione, quoad expenſas, ibi: *In Cauſa, in Curia Archi-
epiſcopi Neapolitani verten. inter Illuſtiſſ. DD. Gubernatores
Montis magni Maritaggiorum hujus Civitatis ex una, & Ven.
Monaſteria Monialium SS. Trinitatis, S. Potiti, & aliorum, ut
in Actis ex altera. Die 27 menſis Junii 1698. Neapoli.*
*Per Illuſtriſſ. D. Generalem Vicarium Neapolitanum cum Vo-
to Cong habitæ coram Eminentiſſ. & Reverendiſſ. D. Card. Can-* 8
*telmo Archiepiſcopo Neapolitano, referente D. Can de Auria
Commiſſario. & Partibus informantibus fuit proviſum, & de-
cretum, quòd, ſuſpenſo Judicio poſſeſſorio, & ſuſpenſis decretis,
factis à D. Vicario illius temporis ſub diebus 15 Junii 1691.
& 30. ejuſdem, fuit datus, & ſtatutus terminus dierum 4 utri-
que Parti ad probandum in petitorio Judicio eorum incumben-
tia. Ita hoc ſuum, & intimemur &c Jo: And. Siliquinus Vica-
rius gen Rubinus Not. D. Nicolaus Jordanus Actorum Magiſt.*
*Procurator Montis &c. acceptat decretum prædictum, ſi, & in
quantùm, & quatenus pro ſe ipſo facit, & non aliàs alitèr &c.* 9
*& reſervat omnia Jura &c. & ipſe Mons reproducendo in ter-
mino in vim probationis omnes Scripturas, in Proceſſu exiſten-
tes, imò totum Proceſſum in parte, & partibus, pro ſe fa-
cien. & non alitèr &c. offert ſuam depoſitionem, & proteſta-
tur de expenſis.*
Silvit deindè Cauſa uſque ad annum 1702. quo die 9. Sept.
non auditis, neque citatis Defenſoribus ejuſdem Montis 10
(§. 11. *num. 6. in fin.*) eædem Moniales recurſum habuerunt
ad Vicarium generalem Siliquinum, à quo proindè facilè
fuit, ipſis dumtaxat informantibus, extorquere decretum
revocatorium ſub vano, inſubſiſtentique prætextu erroris d.
decreti Vicarii generalis Periſſii.
Cùmquè poſt denegatam à S. C. E. & R. informantibus
dumtaxat dd. Monialibus, confirmationem hujus ſecundi 11
decreti (§ 13. *num.* 12.) ad ipſarum inſtantiam pro obſervan-
tia ejuſdem decreti expeditum fuerit Monitorium coram
A. C. quod inter alios fuit etiam intimatum Defenſoribus

Montis magni Maritaggiorum, hoc modo inſtantibus eiſdem Monialibus pro obtinenda confirmatione, Cauſæ punctum reductum fuit ad inſpectionem, an idem Monaſterium dicendum eſſet reformatum, & de obſervantia, in qua requiſitus ego ad ſcribendum.

Dicebam in ſenſu veritatis, idem decretum Vicarii gene-
12 ralis Siliquini, canonizantis d. Monaſterium pro non obſervanti, neque reformato, eſſe evidenter nullum, & injuſtum, & propterea revocandum, ad quem effectum præmitten. eſt Breve erectionis d. Monaſterii, quod eſt ſequentis tenoris.

,, *Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitano*. Clemens
,, PP. VIII. Ven. Fr. Salutem &c. Aliàs à Nobis emanarunt
,, Literæ, Tibi directæ tenoris ſequentis vid. Ven. Fr. Salu-
,, tem, & Apoſtolicam benedictionem. Decet Romanum
,, Pontificem ad ea ſuæ ſollicitudinis partes libenter extende-
,, re, per quæ Sanctimonialium ſtatui proſperè dirigendo
,, opportunè conſulitur, Nuper ſiquidem ad Nos perlatum eſt
,, aliàs dilectas in Chriſto filias Dorotheam Villanam Nea-
,, politanam, & Eugeniam de Tranſo, & q Juſtinam de Tran.
,, ſo, tunc in humanis agentes Sueſſan. Moniales Monaſterii
,, Monialium *della Sapienza*, Neapolitan. Ord. S. Domini-
,, ci, ſub cura, & regimine PP. Congreg Clericorum Regu-
,, larium degen. ex dicto Monaſterio *della Sapienza* ad aliud
,, Monaſterium S. Joan. novi Capuan. Ordinis prædicti, quod
,, dilectus filius Franciſcus de Balſo, pia devotione ductus,
,, ſuis impenſis ædificari curaverat, cum intentione, quòd
,, aliud Monaſterium S. Joan. illi contiguum ſupprimi, & il-
,, lius fructus ſecundo dicto Monaſterio S. Joan novi applicari
,, deberent, cuique inter alia redditus annuos 600. ſcuti in per-
,, petuum donaverat, ad regularem diſciplinam inibi intro-
,, ducendam, & ſalutem Animarum procurandam, ex Sen
,, tentia Ven. Fr. Noſtr. S. R. E. Card. ſuper Statu Regular.
,, deputatorum, translatas fuiſſe; Verùm cùm res multò
,, aliter, quàm putabatur evenerit, & ultimò dictum Mo-
,, naſterium propter multas difficultates propterea exortas,
,, ſupprimi non potuerit, dictæ Moniales translatæ deſide-
,, ratos in via Domini progreſſus facere non potuerint; Pro-
,, pterea ipſæ Moniales ad Civitatem Neapolitan. ubi dile-
,, ctus filius Joan Villanus Marchio *della Polla* aliud Mona-
,, ſterium Ordin. S. Auguſtini ſuis ſumptibus emit ad ipſum
,, Monaſterium tranſire deſiderant. Quare pro eorum parte
,, Nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut opportunam illis ad
,, hoc licentiam concedere de benignitate Apoſtolicam di-
,, gnaremur. Nos igitur earundem Monialium proſpero
,, ſtatui, & quieti proſpicere, ipſaſque ſpecialibus favoribus
,, &c. cenſentes, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, ex
,, Sententia dd. Cardinalium, quibus hoc negotium exami-
,, nandum, & Nobis referendum commiſimus, F. T. per
,, præſentes committimus, & mandamus, ut Monaſterium S.
,, Joan. novi hujuſmodi, ac in eo Ordinem, necnon omnem
,, ſtatum, & eſſentiam Regularem, Apoſtolica authorita-
,, te perpetuò ſupprimas, & extinguas, ac omnibus, & ſin-
,, gulis d. Monaſterii S. Joan. novi Monialibus inibi receptis
,, ex eodem Monaſterio S. Joan. ad Monaſterium, ab eodem
,, Marchione de conſenſu noſtro, & dd. Cardinalium em-
,, ptum, tranſeundi licentiam, & facultatem eadem autho-
,, ritate concedas, illaſque decenter, ut par eſt, transferri
,, cures, & facias, necnon redditus annuos 600. ſcut. hujuſ-
,, modi ab eodem Monaſterio S. Joan. novi prædi diſmembres
,, & ſepares, illoſque ſuper tot cenſibus annuis, quos d. Fran-
,, ciſcus in eadem Civitate Neapolitana pro eodem Mona-
,, ſterio inibi per dictum Marchionem (ut præfertur) empto,
,, cum pacto de retrovenden. ad rationem ſeptem pro quolibet
,, centenario emit de conſenſu d. Franciſci eiſdem authorita-
,, te & tenore perpetuò aſſignes, illique applices, & appro-
,, pries; Ita quòd liceat præfatis Transferendis, & pro tem-
,, pore exiſtentibus d. Monaſterii per eundem Marchionem
,, empti, hujuſmodi Monialibus dictos cenſus propria autho.
,, ritate percipere & exigere, ac in eorum, & dicti Monaſte-
,, rii uſus, & utilitatem convertere, nullius ad hoc requiſita
,, licentia. Non obſtan. fel. rec. Pii PP. V. Prædeceſſoris No-
,, ſtri Conſtit. qua cavetur expreſsè, ne Moniales extra Clau-
,, ſtra Monaſteriorum ſuorum egredi audeant, niſi in certis
,, tunc expreſſis caſibus, aliiſque Conſtitutionibus Apoſtoli-
,, cis, ac Monaſteriorum ſuorum, & Ord. prædictorum, Ju-
,, ramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate
,, alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis
,, quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, in contrarium
,, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Qui-
,, bus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis ha-
,, bentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dum-
,, taxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, ceteriſque con-
,, trariis non obſtant. quibuſc. Dat. Romæ apud S. Marc. &c.
,, dic. 19. Maii 1597. anno 6. Cùm autem ſicut eadem expoſi-
,, tio ſubjungebat in præinſertis Literis expreſſum non fue-
,, rit, prædictum Monaſterium, ſeu locum à prædicto Mar-
,, chione, cum pacto de retrovendendo emptum fuiſſe, & ob
,, nonnullas alias ſubortas difficultates, & præſertim, quia
,, locus hujuſmodi Domui S. Pauli Congr. Clericorum Regu-
,, larium nimis proximis, & ferè contiguus exiſtit, nec ta-
,, men ad Monaſterium Monialium erigendum eſt omnino
,, capax; Ideò F. T. ad earundem Literarum executionem
,, nondum devenit; Verùm ne præfatæ Moniales opportu-
,, no remedio deſtitutæ, remaneant, Nos, ut par eſt, provi-
,, dere cupientes, eidem F. T. per præſentes mandamus, &
,, injungimus, ut negotium hujuſmodi reaſſumens, ut ſupra-
,, dictum Monaſterium S. Joan. novi Capuan. ac in eo Ordi-
,, nem, ſtatumque, & eſſentiam regulares, authoritate no-
,, ſtra Apoſtolica perpetuò ſupprimas, & extinguas, ac om-
,, nibus, & ſingulis ejuſdem Monaſterii S. Joan. novi Monia-
,, libus, & Converſis, ut ex præfato ſupprimendo Monaſte-
,, rio ad ſupradictum locum per Marchionem *della Polla* em-
,, ptum, & ipſis Monialibus gratìs oblatum, donec tamen in-
,, fra ſexennium proximum alium Locum aptiorem, & com-
,, modiorem ad Monaſterium erigendum repererint tranſire,
,, & ibidem ſub decenti tamen clauſura degere, ac quaſcum-
,, que alias in earum Ordine, & loco Moniales fieri cupien-
,, tes ad habitum, & profeſſionem Regulares juxta Ordinis
,, hujuſmodi Regulas, & ſervata forma Concil. Trid. recipe-
,, re, & admittere liberè, & licitè valeant; Dummodò ta-
,, men extra ſexennium proximum alium Locum aptiorem,
,, & commodiorem (ut præfertur) omninò reperire, & ibi
,, de conſenſu tuo, & pro tempore exiſtentium Eccleſiæ
,, Neapolitanæ Præſulum Monaſterium aliquod transferri,
,, & in quo perpetuò remanere poſſint omninò teneantur,
,, authoritate noſtra licentiam, & facultatem concedas, &
,, ad hunc effectum eleemoſynas dotales à Monialibus, in
,, præfato Loco recipiendis, erogandas in emptionem reddi-
,, tuum perpetuorum, vel cum pacto de retrovendendo ad
,, ejuſdem Loci commodum converti, & ex illis poſtea eam
,, quantitatem, quæ neceſſaria fuerit in novi Loci pro Mo-
,, naſterio erigendo reperiendi, & ipſius Monaſterii extru-
,, ctionem, prout opus erit, expendi cures, & facias: Inſu-
,, per, ut Moniales transferendæ præfatæ ſe congruè ſubſten-
,, tare poſſint, redditus annuos 600. duc. à præfato Monaſte-
,, rio S. Jo: novi eadem authoritate perpetuò diſmembres, &
,, ſepares, illoſque in tot cenſibus annuis à memorato Fran-
,, ciſco in Civitate Neapolitana cum pacto de retrovenden-
,, do ad rationem ſeptem pro quolibet centenario emptis con-
,, ſiſtentes pro ſubſtentatione transferendarum, & pro tem-
,, pore exiſtentium in ſupradicto Loco, & ſucceſſivè erigen-
,, gendo, ut ſupra, Monaſterio Monialium de prædicti Fran-
,, ciſci conſenſu perpetuò aſſignes, applices, & appropries;
,, Ita quòd liceat præfatis Transferendis, & pro tempore exi-
,, ſtentibus Monialibus, tam in dicto Loco per Marchionem
,, *della Polla* gratìs oblato, pro quo d. Marchio 200. duc. quo-
,, libet anno de propriis pecuniis, ut priùs, donec Moniales
,, prædictæ in eo degerint, ſolvere teneatur, quàm in prædi-
,, cto erigendo Monaſterio dd. cenſus à præd. Franciſco, ut ſu-
,, pra aſſignatas, propria authoritate percipere, exigere, &
,, levare, ac in earum, & prædicti Loci, ac erigendi Mona-
,, ſterii uſus, & utilitatem convertere, nullius ad hoc licen-
,, tia requiſita. Volumus autem, ut prædictæ Transferendæ,
,, & pro tempore exiſtentes Moniales hujuſmodi in prædicto
,, Loco ſex annorum ſpatio tantummodo morari poſſint, quo
,, tempore durante dictus Marchio de ſolvendo annuatim
,, præd. 200. duc. de propria pecunia ſe in forma Juris validio-
,, ri obligari debeat, utque ſi infra ſexennium alius Locus
,, commodior, & aptior pro Monaſterio erigendo repertus
,, non fuerit, Moniales tunc in prædicto Loco exiſtentes, ad
,, alia Monaſteria Monialium Civitatis Neapolit. cujuſcum-
,, que Ord. fuerint, cum earum dotibus, ac omnibus redditi-
,, bus, & bonis per eas, earumque ſingulas datum eiſque dono
,, conceſſis, & relictis, ac etiam decenter acquiſitis arbitrio
,, tuo transferri, & in ipſis Monaſteriis, ad quæ translatæ
,, fuerint, quoad vixerint remanere debeant, ſemper autem,
,, tam dum in prædicto Loco, quàm ſi in Monaſterio erigen-
,, do degerint, ſub tua, & Succeſſorum tuorum Eccleſiæ Nea.
,, polit. Præſulum cura, Juriſdictione, & obedientia perpetuò
,, maneant, irritumque, & inane decernimùs quicquid ſecus
,, ſuper his à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel igno-
,, ranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, nec-
,, non Conſtit. & Ordinat. Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ
,, in præ-

„ in præinſertis Literis volumus non obſtare, cæteriſque
„ contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum
„ &c. die 6. Decemb. 1597. anno 6.

§. II.

*Oſtenditur nullitas Decreti Vicarii generalis Siliquini, & Sententiarum confirmatoriarum, in Urbe obtentarum.*

1 EX duplici fundamento promanat hujus decreti nullitas. Primò nempè ex eo, quòd ex parte Monialium Cauſa introducta fuerat in plena Congregat. Card. Cantelmi Archiepiſcopi, à qua informantibus, tam Defenſoribus Montis, quàm Monialium, impartitus fuit terminus 4. dierum ad probanda incumbentia, qui in Regno Neapolitano ſtare
2 dicitur loco litis conteſtationis, ut obſervat *Gallup. in Prax. part. 2. cap. 18. de Dilat. ſeu term. probat.*

Proindeque licitum non erat eiſdem Monialibus relinque-
3 re Tribunal ipſius Archiepiſcopi, cum Voto ejus plenæ Congregat. & clandeſtinè, nemine audito, neque citato, per acta diverſi Notarii, nempè Nicolai Jordani, adire ſolum Vicarium, ab eoque ſub inſubſiſtenti, vanoque prætextu erroris, extorquere revocationem prioris decreti, cum duplici manifeſta, & inſanabili nullitate, una juriſdictionis, & altera citationis, ut conſiderando utramque nullitatem notat *Rot. deciſ. 295. num. 2. & 3. coram Priol.*

Videmus hoc quotidiè practicari in Urbe, in qua à decre-
4 tis, factis ab uno ex Locumtenentibus Card. Vicarii, cum Voto ejus Congregat. non eſt licitum recurrere ad eundem, vel alium ex eiſdem Locumtenentibus, ſed coram eodem Card. Vicario, & cum Voto ejuſdem Congr. reſolvuntur, & terminantur; Idemquè practicatur etiam in Curia Gubernatoris, & A.C. & meritò, quia aliàs reſolutiones, & decreta cum inſigni maturitate, & trutina à Collegialibus Tribunalibus captæ, & interpoſita, revocari poſſent ab uno dumtaxat ex illis, qui Votum habent inter plures, & forſan ab eo, qui reſolutioni plenæ Congreg. nullatenùs adhæſit, quò nihil abſurdius, nilvè irrationabilius. Et faciunt firmata per *Rot. in Caſtellana Bipartitæ 12. Jan. 1705. §. Eoque magis cor. Molin.* ubi, quòd Definitorium nequit ſtatuere id, quòd in Capitulo generali concludi non potuit, fuitquè impugnatum.

Ad validum ſiquidem judicium ferendum juxta doctrinam
5 *D. Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 2.* in corpore, tria indiſpenſabiliter concurrere debent, authoritas nimirum judicantis, juſtitia, & prudentia, ſine authoritate judicium dicitur uſurpatum, ſine juſtitia perverſum, & ſine prudentia temerarium, & *D. Thom.* ſequitur *P. Segner. nel Chriſt. inſtr. part. 1. ragion. 28. num. 2. in fine*, & notat etiam *Fagn. in cap. Non poteſt de Sent. & re judic.* & firmavit *Rot. deciſ. 27. num. 14. apud Antonel. de Jurib. Cleric.* obſervans, Sententiam nullam ex defectu Juriſdictionis, nec etiam nomen ſententiæ mereri, & perinde habendam, ac ſi non emanaſſet.

Secundò ex eo, quòd cum anno 1665. ut videbimus *infra §.*
6 *13. num. 1.* qualitas reformata, & de obſervantia Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ canonizata fuiſſet à S. C. E. & R. Summo etiam Pontifice annuente, non erat permiſſum Vicario Neapolitano, aliiſquè Judicibus Romanæ Curiæ, circa illam manus apponere, minuſquè contrarium determinare.

Et hæ manifeſtæ nullitates, nedum inficiunt idem decre-
7 tum Vicarii Neapolitani, ſed etiam confirmatorias Sententias, in Urbe obtentas, juxta theoricam *Innocent. in cap. 1. num. 2. de Confirm. util. vel inut.* & notat *Card. de Luc. de Benef. diſc. 92. num. 10.* & firmavit *Rot. deciſ. 256. num. 12. coram Peuting. deciſ. 195. num. 12. part. 13. recent. & in Conſtant. Canonic. 20. Febr. 1699. §. Non obſtante coram Pio.*

Tertia nullitas reſpicit Sententias confirmatorias ejuſdem
8 decreti, non ſolùm in ea parte, in qua à dd. Judicibus declaratum fuit, Monaſterium S. Joan. Baptiſtæ non eſſe compræhenſum inter Monaſteria reformata, & de obſervantia, & in alia, quòd dictum Monaſterium in præteritum nunquam fuerit reformatum, neque de obſervantia, quod nullatenus ſubſiſtit, nulloquè modo continetur in decreto Vicarii Neapolitani, ut ex illius lectura in §. 17. *num.* 51. & ex confeſſione Defenſorum Monialium *d. §. 17. num. 2. & num. 9. in fine*, & latiùs in *§. 18. num. 6* Sed etiam in alia, in qua dictum fuit: *Montem Magnum teneri, & obligatum eſſe ad ſolvendum annuum Vitalitium ad rationem annuorum ducati 80 pro qualibet Moniali. Alterumquè Montem 29. Familiarum dictæ Civitatis Neapolis teneri pariter, & obligatum eſſe ſolvere annuum Vitalitium ad rationem ducati 120. pro qualibet Moniali § 19. num 2. in med.* Quia hujuſmodi articulus quantitatis Livellorum, toto cœlo diverſus ab alio



qualitatis Monaſterii, & ad inſtantiam Monialium deciſus à Regio Conſilio Neapolitano, ut demonſtrabimus in §. 7. nullatenus deductus fuerat, multòquè minus allegatus coram Vicariis Neapolitanis, nec ex parte Gubernatorum Montis Maritaggiorum, ex animadverſis ſupra *§. 1. à num.* 4. nec ex parte Monialium, ex obſervandis infra *§ 17. num.* 50. Perindequè ſuper illo non poterant pronunciare Judices in Curia, ad literam *Text in leg. Ut fundus ff. Commun. divid.*

Neque ad ſalvandam hanc palpabilem nullitatem juvat re- 9
currere ad decreta remiſſionis Cauſæ ad dd. Judices, obtenta ab Auditore SS. Inſtantiæ enim coram ipſo factæ reſpiciunt Cauſam illam, quæ deciſa fuerat per Vicarium Siliquinum, à Monialibus coram A.C. introductam, & ſic merum, & unicum articulum qualitatis Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ. Quod intra evidentiæ fines ponit ſola illa conſideratio, quòd ex parte Montis petita fuit ab eodem Auditore SS. remiſſio Cauſæ, non ad Regium Conſilium Neapolitanum, à quo deciſus, & terminatus fuerat dictus diſparatus articulus quantitatis Livellorum, ſed ad S.C. E. & R. à quo deciſus fuerat alter articulus qualitatis d. Monaſterii, tam mediante confirmatione tranſactionis anni 1664. quàm mediante denegatione confirmationis decreti Vicarii Siliquini *§. 13. num. 9. & 12.*

Et licèt idem Auditor SS. die 1. Aprilis 1705. ad generalem 10
illam inſtantiam Monialium *ad videndum, prævia avocatione Cauſæ à quibuſvis Tribunalibus, declarari, illam ſpectare ad Judicem commiſſarium*; generaliter decreviſſet: *Ex tunc remiſit Cauſam ad Judicem commiſſarium.* In audientia tamen diei 29. ejuſdem menſis Aprilis, in qua emanavit ab ipſo ultimum decretum in hac Cauſa, & in qua exagerata fuit injuſtitia ejuſdem generalis decreti, in acerrimo contradictorio, præſervavit Monti omnia ſua Jura dicendo: *Illuſtriſſimus D. decrevit, quod utatur Jure ſuo, Procuratoribus præſentibus*, per quod poſtremum, ultimumquè decretum generaliſſimè præſervata fuerunt Monti magno omnia Jura, ei quomodocumque, & qualitercumque competentia.

Minus inſiſtatur in conſenſu Defenſorum Montis coram 11
Judicibus in Curia, quo attento allegari nequeat Juriſdictionis defectus; Reſponſio enim clariſſima eſt, & deducitur ex inſtantia Monialium coram Vicario Siliquino coram C.E. & R. & coram A. C. Coram quibus non petierunt, niſi ſimplicem, & reſtrictam declarationem, quòd earum Monaſterium non erat reformatum, & de obſervantia *§. 13. num. 12. & §. 17. num. 8. & 5. & num. 50.* Igitur conſenſus, deductus à comparitione coram dd. Judicibus, nullatenus trahi poteſt ad juriſdictionem circa diverſum articulum quantitatis Livellorum, à nemine ex eiſdem tactum, vel deciſum.

Abſque eo, quod juvet replicare, eundem conſenſum, 12
ſaltem deſumi poſſe à proſequutione Cauſæ coram 2. & 3. Judice, poſtquam à primo Judice in Curia, ſeu ab A. C. idem articulus comprehenſus fuerat in prima Sententia confirmatoria: Quia in dd. duabus poſterioribus inſtantiis, nedum ſemper oppoſitum fuit ſed in omnibus Contradictoriis exclamatum, quòd Cauſa quoad dictum articulum erat jam terminata in dicto Regio Conſilio, die 21. Maii 1704. producendo coram 2. Judicem integrum Proceſſum, & Sententiam, ab eodem Regio Conſilio prolatam, ad docendum de Cauſæ terminatione quoad d. articulum, juxta illa verba productionis per *Acta Archivii Brol. fol. 173. à terg. Ad docendum &c. facto produxit authenticum Proceſſum de Partibus, cum incluſa Sententia definitiva, lata per Regium Conſilium Neapolitanum, abſolven. d. Ven. Montem &c. à petita ſolutione ducati 60. prætenſa per d. V. Monaſterium, contra formam Concluſionis; factæ anno 1664. ſeu &c. mandando, ſervari deberi d. Concluſionem, prout in Foliis tenoris &c.*

Defectum hunc juriſdictionis circa d. articulum quantita- 13
tis Livellorum, non obſcurè, & pluſquam tacitè approbaſſe videtur C.E. & R. cujus Votum in hac parte exquirere voluit SS. D. N. die 12. Febr. 1705. mediante reſcripto *Alla Congregat. de Veſc. e Regol. per il Voto.* Propoſita enim Cauſa in ead. C. die 15. Maii 1705. à Card. Carpineo, reſcripſit quidem, *Cauſam non ſpectare ad Sac. Congr. in caſu, de quo agitur.* Sed non determinavit, unicum eſſe Judicem illum, ad quem ſpectabant duo articuli ejuſdem Cauſæ. Primus nempè. An Monaſterium S. Joan. Baptiſtæ eſſet reformatum, qui abſque ullo dubio ſpectabat ad Judicem Eccleſiaſticum, fueratque unicè deciſus per decretum Vicarii Generalis Neapolitani, pro cujus confirmatione reſtrictivè, ac præciſivè Moniales inſtantiam primo loco fecerunt in eadem S.C. §. 13. *num.* 12. & deindè coram A. C §. 17. *num.* 3. & 5. Secundus verò, in qua quantitate ſolvenda eſſent Livella, nulla-

tenus tactus à Judice Eccleſiaſtico, ſeu à dicto Vicario Siliquino, & unicè deciſus à d. Regio Conſilio §.7. Obſervando ulteriùs, quod Moniales in ead. S.C. petebant remiſſionem utriuſque articuli ad Judicem commiſſarium: ibi: *Il Monaſtero ſupplica umilmente l'EE.VV. a riflettere, che ſopra l'articolo, ſe ſia de reformati, e di oſſervanza, come anco per la riſpoſta dell'annuo Vitalizio, la Cauſa come contenzioſa, è ſtata rimeſſa a Monſ.&c.* juxta firmata per *Rot deciſ.* 182. *num.* 30. *coram Priol.* ubi, quòd quando Judices non reſcribunt juxta Partis petitionem, datur intelligi, quod ejus inſtantiæ noluit adhærere.

Meritò autem ead. S.C. ita proceſſit. Quando enim articuli
14 diſtincti ſunt, poſſuntque ad diverſos Judices pertinere, uno deciſo, ſolent Sacr. Congreg. alium ſuis congruis Judicibus determinandum remittere, ut generaliter notat *Card. de Luc. de Donat. diſc.* 26. *in fine*, & in ſimili caſu practicavit C. C. cùm eodem Regio Neapolitano Conſilio, reſcribendo *S. C. cenſuit, profeſſionem à ſanæ mentis Puella, utcumquè ad mortem ægrotante, etiam ſuaſionibus Monialium emiſſam, niſi aliud obſtiterit, eſſe validam. Cæterùm, an Puella fuerit per dolum, & circumventionem ad profitendum allecta, itaut propterea dos Monaſterio non debeatur, ad judicium Congr. non pertinere, ſed à Judicibus competentibus eſſe diligenter inſpiciendum*, quam reſolutionem refert, & ſequitur *Rovit. deciſ.* 48. *num.* 2. *per tot* & de illa mentionem facit *Fagnan. in cap. Sicut nobis in fine de Regular.*

Fortiùs quia in Scripturis, ex hac parte exhibitis in d. Sac.
15 Congreg. in ſpecie exagerata fuit terminatio Cauſæ per Sententiam quoad qualitatem Livellorum, unà cum denegatione etiam reſtitutionis in integrum adverſus illam à Monialibus petitæ in dicto Regio Conſilio, ut recognoſci poteſt ex Reſtrictu §. 18. 58. & 59 & patet ex *num.* 7. Summarii ejuſdem Reſtrictus, in quo regiſtratus fuit ferè integer Proceſſus, & per extenſum tranſcripta Sententia ejuſdem verè magni Tribunalis.

Quarta demum nullitas, reſpiciens pariter eaſdem Senten-
16 tias, in Curia obtentas, deducitur ex eo, quòd Moniales non petierunt à Vicario Siliquino declarationem, ipſas non eſſe indefinitè, & ad omnem effectum non reformatas, nec de obſervantia, ſed reſtrictivè ad ſolum effectum excludendi Monaſterium à participatione Vitalitiorum, ibi: *Supplica reſtar ſervito dichiarare con decreto, d. Monaſtero non eſſer compreſo fra li Monaſteri riformati, ſeu dell'Oſſervanza, che li Vitalizii delle Monache cedono in beneficio della Communità a diſpoſizione dell'Abbdeſſa, o Superiora di detti Monaſterii riformati, ſeu dell'Oſſervanza* §.17. à num. 42. uſque ad 49. Cùm qua petitione, & probationibus ſe conformavit Vicarius Siliquinus, declarando, idem Monaſterium non eſſe comprehenſum inter illa Monaſteria reformata, & de obſervantia, *quorum Vitalitia Monialium cedunt in beneficium Communitatis ad diſpoſitionem earum Abbatiſſæ, & Prioriſſæ reſpectivè* §. 17. *num* 51. *in fine*.

Sententiæ verò, obtentæ in Urbe, latiùs fimbras dilatan-
17 do, & excludendo reformationem, & obſervantiam ab omnibus operationibus Monialium, earum Monaſterium declarant non reformatum, neque de obſervantia ad omnem, & quemcumque finem, & effectum, ſeu generalitate maxima, ibi: *Monaſterium S. Joan. Baptiſtæ minimè fuiſſe, nec eſſe compræhenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia* §.19. *num.* 2. *in medio*, & *num.* 3. & 4. Itaut Moniales ejuſdem Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ à dictis generalibus Sententiis liberatæ dicantur ab omnibus obligationibus Monialium reformatarum, & de obſervantia, cum illo inconvenienti, & abſurdo, quo vix poteſt dari majus, vel excogitari magis irrationabile.

Aperiendo hoc modo magnam, & ſpatioſam viam omni-
18 bus aliis Monaſteriis reformatis, & de obſervantia, nedum Civitatis Neapolitanæ, ſed omnium aliarum catholicarum Civitatum, cum fundamento dd. Sententiarum obtinendi ſimilem declarationem, & quidem cum facilitate majori, eo quia reſpectu majoris partis eorundem Monaſteriorum reformatorum, & de obſervantia ejuſdem Civitatis Neapolitanæ, totiuſquè catholici Orbis, non concurrit, nec etiam centeſima pars concludentium probationum reformationis, & obſervantiæ, quæ verificatur reſpectu Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ.

Ea, quæ in hac parte obſervavimus hic, ſub calore Sen-
19 tentiarum in hac Cauſa emanatarum, ad praxim redacta fuerunt à Monaſterio S. Potiti, à cujus Monialibus anno 1715. obtenta fuit eadem declaratio ipſas non eſſe reformatas, & de obſervantia, ut videre eſt *in deciſ. Sacr Rotæ ſub titulo Neapolitana Livellorum ſuper bono Jure, & ſuper manutentione* 11. *Februarii ejuſdem anni* 1715. *coram Criſpo*; Mirumque in rei veritate eſt, quòd alia Monaſteria reformata, ac de obſervantia Neapolis enumerata in §.11. *num.* 5. & *in* §. 18. *num.* 12. ſimilem non faciant inſtantiam, & hoc modo nullum omninò remaneat Monaſterium reformatum, & de ob- 20
ſervantia in eadem Civitate Neapolis; Quæ voluit hìc adnotare, non quia id videatur utile, vel deſiderabile, ſed quia ad evitandam ſtragem reformationis, ac obſervantiæ regularis, forſan excitabitur zelus illorum, ad quos pertinet, ad opportunè occurrendum hujuſmodi æquè proximo, ac probabili malo.

## §. III.

*Ex illis Monialibus, à quibus fundatum fuit Monaſterium S. Ioan. Baptiſtæ, & quæ fundarunt Monaſterium Sanctæ Mariæ Divini Amoris.*

EX duplici ſolida animadverſione qualitas Monaſteri refor- 1
mati, & de obſervantia reſpectu Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ demonſtratur hic.

I. Deſumitur ex eo, quia illud fundatum fuit à Soror. Do- 2
rothea Villani, Moniali Monaſt. S Mariæ de Sapientia Neapolis, quod Monaſterium reformatum, & de obſervantia eſt teſte Vicario Neapolitano in ejus informatione, de qua in §. 11. *num.* 8. & refert etiam: *Carol. Celan. nelle Notit. del bello, dell'antico, e del curioſo della Città di Napoli fol.* 17. Nimis autem veriſimile, imò magnoperè naturale eſt, quòd ejuſdem qualitatis ſit Monaſterium S. Joan. Baptiſtæ, ac erat, & eſt illud S. Mariæ de Sapientia, à quo originem ducit, & cujus proindè non incongruè dici poteſt Filius, juxta phraſim *P. Marcheſ. in Vita Soror. Mariæ Villanæ fol.* 60. *in fine*; ibi: *Che ſi poteva chiamare parto della Sapienza.* per ea, quæ ad rem notant *Gratian. diſcept.* 845. *num.* 48. & *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 63. *num* 11. & firmavit *Rot. deciſ.* 371. *num* 3. *coram Ludoviſ.*

II. Quia à Sor. Maria Villana, Moniali ejuſdem Mona- 3
ſterii S. Joan. Baptiſtæ in eadem Civitate Neapolis fundatum fuit aliud Monaſt. S. Mariæ divini Amoris, ut eſt in eadem Civitate notorium, & referunt *Franc. de Magiſtr. in Lib. cui tit. Stat. rerum memor. tam Eccleſ. quàm politic. Civit. Neap. lib.* 1. *fol.* 197. & *fol.* 335. ibique *Joſeph. de Magiſtr. in Addit. ad eundem*: In quo monaſterio S. Mariæ divini Amoris *pariter exactè Vita communis cuſtoditur*, juxta præciſa verba ejuſdem Vicarii in *d. Informat. data in* §. 11. *ſub num.* 8. Unde eò magis urget dicta veriſimilitudo, quod ejuſdem qualitatis ſit Monaſterium S. Joan. Baptiſtæ, quod, ut ita dicam, congruè vocari poteſt Pater ejuſdem Monaſterii S Mariæ divini Amoris, ex animadverſis ſupra *num.* 2. *in fine*, & ex animadvertendis infra §. 12. *num.* 4.

## §. IV.

*Ex claſſicorum Hiſtoricorum teſtimoniis.*

COncordant omnes Neapolitani Hiſtorici in deſcriptio- 1
ne Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ, iſtud eſſe reformatum, & de obſervantia, ut videre eſt apud *Eugen. Caracciol. in Neapolitana Sacr. fol.* 220. ibidem impreſſo anno 1613. ubi loquendo de eodem Monaſterio Sancti Joannis Baptiſtæ, ait: *Fondato da Suor Dorotea Villano, che uſcì dalla Sapienza, Monaſteri di Oſſervanza, e ſanta Vita, fundò il Monaſtero di San Giovanni Battiſta dell'Ordine riformato Domenicano, piantando in quella Città Monaſtero di vera oſſervanza*: A *Franciſco de Magiſtris in Lib.* cui titulus *Stat. rerum mem. &c.* impreſſo Neapoli Anno 1639 *fol.* 335. ibi: *Et ex eo Monaſterio diſceſſit illa tam perſpicua in bonitate, & vita Sor. Maria Villani pro fundatione novi Monaſterii S Mariæ divini Amoris ejuſdem Regulæ*: A *P. Marcheſ. Dominic in vita P. Leonord. Fuſchi Neapoli impreſſa anno* 1669 *fol.* 43 *reimpreſſa Bonon. anno* 1683 *A Joſeph de Magiſt. in Addit. ad Franc pariter de Magiſt. Neap impreſſis anno* 1678 *fol.* 197. & *fol.* 202. *A Carol Celan. Can. Neap in Lib. cui titulus*: *Notitia del bello, dell'antico, e del curioſo della Città di Napoli gior.* 2. *fol.* 27. *Neapoli impreſſo anno* 1692. qui, ut ibidem teſtatur, occaſione Viſitationum, factarum ab Archiepiſcopis Neapolitanis, id vidit, & recognovit tanquàm unus ex Viſitatoribus, ab eiſdem Archiepiſcopis deputatus; Eratque ſolitus omnes ſolemnes functiones in Monaſterio S. Joan. Baptiſtæ peragere; Et à *Parrin. nella ſua Napoli, eſpoſta à gl'occhi de Curioſi, ſeu Moderna diſtintiſſima Relazione della Città di Na-*

*di Napoli fol.* 220. in eadem Civitate impreſſa anno 1703.
Circa fidem autem, & authoritatem claſſicorum Hiſtori-
corum habemus *Text.in leg.1. in princ.ff.de Offic.Præſid.* ibi :
2 *A quibuſdam Scriptoribus traditum eſt*, & notant *Melch.Can.
lib.11.de Loc.Theol.cap.3. Bertacchin.vot. deciſ.141.n 11. Rot.
dec.502.n.2. cor.Dunoz jun.& dec.24. n.8.cor.Ubag.& deciſ.77.
n.2.cor. Emer.ſen & dec.24.n.3. & deciſ.395.n.9. cor.Emer.jun.
& dec.353. à num.23.part.5.& deciſ.316.n.5.par.14.rec.& deciſ.
396. num. 11. part.* 17. ubi, quod Doctori concivi valdè de-
ferendum eſt, utì de qualitatibus propriæ Patriæ benè infor-
mato, & *deciſ.18. à nnm.9.* apud *Proſper. de Territ. ſeparat.*
De quibus proinde Hiſtoricis, teſtantibus de re omnibus
nota in eorum Patria, ad augendam illorum fidem verifican-
3 tur ea, quæ de ſe ipſo ſcripſit *S.Joan.epiſt.1. in princ* ibi: *Quod
audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus,
& manus noſtræ contractaverunt &c teſtamur, & annunciamus.*
Urgetque ulteriùs maxima illa inveriſimilitudo, quod vim
facere videtur intellectui conſideratio, quòd iidem claſſici
4 Hiſtorici diſparis conditionis, qualitatis, & gradus diverſis
temporibus ſuos labores luci dantes, abſque ullo, vel mini-
mo proprio intereſſe, uniformi calamo conſpirare voluerint,
in perniciem Monaſterii, deſcribendo in ipſius præjudicium
dictam inſignem falſitatem, juxta animadverſa per *Joſeph.
Hebr.lib.1.contra Appion.* relatum *in Criticon. Polidor fol.2.
& 5.* ubi, quod veracis hiſtoriæ ſignum eſt, ſi de rebus iiſdem
omnes eadem ſcribant, & dicant, ut conſiderando multipli
citatem, & qualitatem diverſarum perſonarum, obſervat
*Rot.deciſ.135. num.7.coram Merlin.& deciſ 408 num.10. coram
Priol.& deciſ.1251.num 7 coram Emer jun & deciſ 11.num.13.
part.18.recent.& in Rom.ſeu Albanen Bonor.29. Aprilis* 1686.
*§.Et ſanè coram Rondin. & in Foroſemp. Teſtam 5. Dec.* 1698.
*§. Minuſque coram Card.Caprar.*
Et in terminis actus, nullatenus utilis illis, quibus gratìs
impingitur falſitatis nota, obſervant *Roland conſ.38.num.38.
5 & ſeq lib.1.* ubi, quòd licèt plura ſint genera delictorum, ad
nullum patrandum ſolet quis abſque lucro, vel utilitate mo-
veri, quòdque hoc patet ratione naturali, quam ſolam alle-
gare ſufficit *Vermigl conſ.192. num 2.Menoch.conſ.98. num.28.
& de Præſumpt.lib.5.præſump.20. num.48 Rub.Alexand.conſ.
15.num.3.Cravet conſ.75 num.13.Guaz ad Defenſ.Reor defen.
24num.116. Conciol.alleg.crim. verb. Falſum reſol.6. num.2. &*
3.ubi, quòd nec etiam omne lucrum ad hunc effectum atten-
ditur, ſed debet eſſe magnum, & admodum conſiderabile, &
*Rot.dec.17.n.10. apud Merlin de Pignor.& deciſ.787.n.23.par.
18.& deciſ.211.n 31.part 19 recent.& in Rom.Teſtam.15.Febr.*
1694.*§.Nullæ coram Mnt & Foroſemp.Teſtam 4. Martii* 1697.
*§.Reſpectu coram Card. Caprar.* ubi, quòd ceſſat ſuſpicio fal-
6 ſitatis, quando lucrum deficit, & *§ Nec ad arguendam, &
31. Dec. ejuſdem anni §. Et alterum coram Anſald.* ubi, quòd
majus argumentum, excluſivum falſitatis excogitari non po-
teſt, quàm non lucrum illius, qui prætenditur, illam com-
miſiſſe, & 5. *Dec.1698. §.Suſpicio coram Card. Caprar. & in
Aquinat. Fideicom. 1. Junii 1699. §. Et ob id coram Anſald.*
Fortiùs quia illorum Hiſtor. non fuerunt impreſſæ in Chi-
na, vel in ultima Thule, ſed in ipſamet Civit. Neapoli in
7 qua proinde facilè convinci poterant de mendacio, ſi ea,
quæ in dictis eorum Hiſtoriis circa qualitatem Monaſterii S.
Joannis Baptiſtæ continentur, vera nullatenus eſſent, juxta
bonam animadverſionem *P.Segner.predic.7. num.* 8. ibi: *Le
riferì quando a punto quelle avvenivano cioè quando ogn'uno
v'improverar lo poteva di grandiſſimo temerario, ſe nulla di ſuo
capo vi aveſſe alterato, o aggiunto, non che mentito,* quod
cùm à nemine tentatum fuerit, imò omnes concordent in di-
cta veritate, quæ in Civitate Neapolis notoria eſt, licitum
nobis ſit præſentem paragraphum terminare verbis illis *La-
ctantii* de *Falſ. Relig. lib.1. cap.2. Quibus igitur credemus ſi fi-
dem laudantibus non habemus? Qui nos mentiri putat, pro-
ferat alios, quibus credemus*, ſeu adducant alios Authores,
qui contrarium aſſerant.

## §. V.

*Ex Atteſtatione duorum generalium Actorum Magiſtrorum
Monialium Civitatis Neapolitanæ.*

1 REquiſiti de mandato Superiorum duo Actorum genera-
les Magiſtri Monialium Civitatis Neapolis, eandem
qualitatem obſervantiæ, & reformationis reſpectu ejuſdem
Monaſterii replicatis, interpolatiſque vicicibus, clarè faſſi
fuerunt.
Unus nempè anno 1683. die 23. Febr. de mandato Vicarii
2 generalis Menatti, aſſerendo: *Per obedire al ſudetto ordine
&c. fo fede &c. conforme anche ſi prattica dalli Monaſterj della
Sapienza, di S.Giov. Battiſta della SS.Trinità, & altri Mo-
naſterj riformati.*
Alter verò anno 1691. die 16. Junii de mandato Vicarii ge-
neralis Periſſii, teſtando: *Li Monaſterj riformati, ſeu dell'* 3
*Oſſervanza, che ſono in queſta Città di Napoli &c. ſono li ſe-
guenti; videlicet, S. Maria del Gesù, S.Patrizia, S. Giov.
Battiſta, S.Maria della Sapienza &c.*
Quibus, utì deponentibus de re, ad eorum officium ſpe-
ctante, & ſibi à Superioribus demandata, omnis adhibenda 4
eſt fides, ex generaliter notat.per *DD. leg Quænam §. Num-
mularios ff.de Eden. Gen. de Enunc verb lib 2 quæſt.11. num.
4. & Rot. deciſ.138. num.11.& 12. part.17. recent.* Et in noſtris
terminis per *Piaſec.in Prax Epiſcop.tit. de Perſon.judic. num.
46. Paſſer. de Stat.Homin. tom.1. quæſt. 187. art.2. num. 54. &
Monacell in Form.tom.1. form.5.num 6 fol.17.*
Obſervando præcipuè, quòd unus ex dictis Actuariis,
nempè Jo:Jacobus Cioccia, per ſpatium 40.& ultra annorum 5
& uſque ad ipſius obitum, idem Officium ſumma laude, &
integritate ſemper exercuit, itaut Neapolitani Archiepiſco-
pi eorumque generales Vicarii in rebus, ad Moniales ſpectan
tibus, clauſis oculis ſtarent ipſius dicto, & teſtimonio, ut
*infra §. 9. in fine*, eſtquè in Civitate Neapoli notorium, in
qua communiter vocabatur *il Magiſtro* in materiis Monaſte-
riorum Monialium, ad inſtar ſimilis denominationis *Anto-
nini de Flore* in Urbe in rebus, ſpectantibus ad Datariam,
de quo in *Inſtit.crim. lib.1. tit.8. num* 30.

## §. VI.

*Ex Iudicio omnium Equitum, & Gubernatorum
Montis 29. Familiarum Neapolis.*

COadunatis anno 1637. omnibus Gubernatoribus, & 1
aliis Equitibus, componentibus Montem 29. Familia-
rum, juſtis de cauſis moti, & interpretantibus voluntatem
Fundatorum, quorum aliqui tunc vivebant, & erant præ-
ſentes, concluſerunt, & declararunt, Monialibus, ab eis
deſcendentibus, & profeſſionem emittentibus in Monaſte-
riis reformatis, nullum competere Vitalitium, ſeu Livel-
lum, & cum effectu, eadem Concluſio pacificè obſervata
fuit uſque ad d.anno 1664. ab omnibus Monaſteriis reforma-
tis Neapolitanis, & præcisè ab illo S.Joan.Baptiſtæ; Quo
anno, ſupplicantibus dictis Monialibus S.Joan. Baptiſtæ,
iidem Gubernatores, & Equites, *moſſi à compaſſione*, ſe
obtulerunt, velle dare pro Vitalitio illis Monialibus, quæ
acceptaverant illorum determinationem, nempè S. M. de
Sapientia, & S.Franciſco ducati 40. illis verò Monialibus,
quæ non acceptaverant d.Concluſionem, ſed ſibi reſervave-
rant jus conſequendi Vitalitium, quales erant Moniales S.
Joan. Baptiſtæ, annuos ducati 50 quæ oblatio non ſine ma-
xima gratiarum actione, & junctis manibus acceptata fuit
ab eiſdem Monialibus, *eſſendoſi maturamente diſcuſſa la ma-
teria col parere di più Avvocati* earum Monaſterii, & uno
ore concluſum, illam eſſe evidenter utilem, & proindè una-
nimiter, preces porrexerunt pro Apoſtolico beneplacito,
quod matura deliberatione præhabita, & SS annuente à
C. E. & R. conceſſum fuit, declarando in illius exequutio-
ne Paulum Garbinatum Apoſtolicum Delegatum, eandem
oblationem: *In evidentem dd.Monialium utilitatem ceſſuram,
& cedere, omniaquè in earum ſupplici Libello expoſita, fuiſ-
ſe, & eſſe vera, veritateque fulciri*, ex animadvertendis in-
fra §. 8.9.11.13.& 14.
Hæc autem probatio una quidem eſt nomine, ſed reverà, 2
& virtute multiplex, ex ſe ſola ſufficiens ad tollendum om-
ne dubium: Continet enim non unius, vel alterius judi-
cium, ſed omnium Gubernatorum, & aliorum Equitum,
componentium d. Montem 29. Familiarum, ad inſtar illo-
rum Locorum piorum, quæ erecta videmus in Urbe ſub no-
mine Sacr. Stigmatum, SS.Annuntiatæ, Sancti Hierony-
mi de Charitate, S.Marcelli &c. Omnes iſti nati, & educa-
ti in Civitate Neapolitana, uno ore concluſerunt, Mona-
ſterio S. Joan. Baptiſtæ, uti reformato, non competere Li-
vella, cum ſubſequuta acquieſcentia Monialium ejuſdem
Monaſterii S. Joan. Baptiſtæ per annos 26. Si diſcurrimus
de illorum voluntate, hæc non potuit ad dictam reſolutio-
nem venire, niſi ex motivo magnæ juſtitiæ in conflictu ma-
ximæ pietatis pro carne, & ſanguine. Agebatur ſiquidem
de privandis propriis filiabus, & deſcendentibus conſide-
rabile annua ſubventione ducati 120. Si verò loquimur de il-
lorum intellectu, ſeu de notitia qualitatis Monaſterii S.
Joan.Baptiſtæ, hæc non potuit eſſe major, ſive quia in eo-

dem proprias filias collocaverant; Sive quia à ſe ipſis præ-
ſumuntur informari qualitatum omnium Monaſteriorum
propriæ Civitatis; Sive demum, quia præſumendum non
eſt, quòd ad talem inſignem reſolutionem devenerint abſque
neceſſariis informationibus. Igitur ex hoc incontrover-
tibili facto, & innegabili acquieſcentia, nullus amplius re-
manere in hac parte videtur dubitationi locus.

## §. VII.

*Ex Sententia Regii Conſilii Neapolitani.*

1 ANno 1675. parùm cohærentèr ad diſpoſita in Bulla Cœ-
næ Domini, paulò antè publicata à Clem. X *in ejus*
*Conſt* 34. §. 14. ex parte illarum Monialium S. Jo: Ba-
ptiſtæ, quæ ſolemnem Apoſtolicam confirmationem ea-
rum conventionis procuraverant, ut infra §. 13. in eo-
dem Regio Conſilio fuit habitus recurſus pro reſciſſione
dictæ Tranſactionis, annuente SS. confirmatæ, præviis
tot Informationibus, Teſtium depoſitionibus, & Monia-
lium replicatis aſſertionibus, & confeſſionibus, & tamen
in eodem magno Tribunali ſuccubuerunt, mediante Senten-
tia, demandante, Gubernatores Montis 29. continuare de-
bere ſolutionem Livellorum, ſervata forma Concluſionis
anni 1664. cujus verba videri poſſunt infra §. 16. *n.* 17.
Supplicantes hìc aliquantiſper ſiſtere, & præ oculis ha-
bere hanc probationem cum iſtis circumſtantiis. Quòd agi-
tur quidem de magno, ſupremoque Tribunali, ſed laico,
2 ſemper compoſito ex primi nominis, & famoſiſſimis I. I.
C. C. quales tempore prolationis eiuſdem Sententiæ, erant
Padiglia, Ulloa, Sylva, Quadra, Cortez, & de Andrea.
Quòd eadem Sententia per ſpatium annorum decem, ab
anno ſcilicet 1675. quo fuit introducta lis, uſque ad an. 1684.
quo emanavit d. Sententia, maturata fuit, & quidem in lo-
co, ubi Moniales degunt, & cum illo vigore, & calore
defenſionis, qui de facili conjecturari poteſt. Quòdque de-
mum, petita adversùs illam in integrum reſtitutio, fuit
per d. Regium Conſilium Monialibus denegata, cum ſuc-
ceſſiva earundem acquieſcentia, ut notat Vicarius genera-
lis de Rubeis in Relatione data in §. 11. *n.* 17. & latiùs vi-
dere eſt ex dd. Monialium petitionibus, & Sententia ejuſ-
dem Regii Conſilii, tenoris ſeq.
„ S. R. M.--Supplicat humilitèr M. V. Monaſterium Mo-
3 „ nialium S. Jo: Baptiſtæ, dicens M. V. annis retrò elapſis
„ Judicium inſtituiſſe in V. S R. C. & coram Veſtro Regio
„ Conſiliario Muſcettola læſionis, & invaliditatis contra-
„ ctus contra Montem 29. Familiarium nobilium hujus Ve-
„ ſtræ fideliſſimæ Civitatis, ex perſona Sor. Mariæ Hiero-
„ nymæ Spineliæ, comprehenſæ in d. Monte, ad Supplican-
„ ti ſolvendum annuos duc. 120. à die profeſſionis, emiſſę per
„ ipſam in dicto V. Monaſterio, & ſic continuandum ejus
„ vita durante, quòd Judicium cùm jam reperiatur compila-
„ tum, factaque monitio &c. pro ejus expeditione, & inten-
„ dens Supplican. illud expediri facere, etiam per viam re-
„ ſtitutionis in integrum, omniq; alio meliori, & pinguiori
„ modo, ei de Jure competenti, nedum ex perſona præfatæ
„ Monialis, ſed etiam ex perſonis Sor. Mariæ Evangeliſtæ,
„ & Sor. Mariæ Elenæ de Coſtanzo, paritèr Monialium,
„ profeſſarum in d. Monaſterio, ac comprehenſarum in d.
„ Monte, & unica Sententia declarari facere, teneri Montē
„ ad ſolveudum unicuique ipſarum annuos præd. duc. 120. à
„ die profeſſionis emiſſæ, vita earum durante: Recurrit pro-
„ indè ad M V. ac ſupplicat ordinari, quòd inſufflato vitæ
„ ſpiritu, quatenùs opus ſit, in d. Cauſa procedatur ad ejus
„ expeditionem, nedùm ex Juribus, Supplicanti competenti-
„ bus ex perſona d. Sor. Mariæ Hieronymæ, verùm etiam
„ ex perſonis dictarum & M. Elenę, cùm unicum, & ęquale
„ Jus Supplicans habeat contra dictum Montem, & ita ſup-
„ plicat, ac omni meliori modo.
„ Idem Magnific. Cauſæ Commiſſarius lapſu temporis
4 „ non obſtante, inſufflato ejus ſpiritu in Cauſa prædicta, pro-
„ cedat, & Juſtitiam faciat, in terminis, in quibus reperitur,
„ habita ratione expenſarum, quæ de Jure habenda erit, ſer-
„ vata forma Regiæ Pragmaticæ, ſupplicata recognoſcat,
„ Partes audiat, provideat, & in S. C. referat. Ulloa Re-
„ gens, & Præſes. Proviſum Neapoli die 11. Janu. 1683.
„ De Litto.
„ Carolus II. Dei Gratia Rex &c. Viſà ſupplicatione
„ olim M. N. noſtroque S. R. C. oblata pro parte V. Mona-
5 „ ſterii S. Jo: Baptiſtæ Monialium de Neapoli ex perſona
„ Sor. Hieronymæ Mariæ Spinelli contra Magnific. Guber-
„ natores Montis 29. ſub die 8. Octob. 1675. fol. 1. cujus Sup-
„ plicationis tenor eſt videlicet S. R. M. &c.
„ Viſa etiam alia Supplicatione ſimiliter M. N noſtroque
„ S. R. C. oblata per eundem V. Monaſterium S. Jo: Bapti- 6
„ ſtæ ex perſonis Sor. Mariæ Evangeliſtæ, & Mariæ Elenæ
„ de Conſtantio Monialium, contra eoſdem Magnific. Gu-
„ bernatores Montis 29. ſub die 2. menſ. Jan. 1683. fol. 96. cu-
„ jus Supplicationis tenor eſt, videlicet &c. S. R. M. Viſis
„ denique videndis.
„ Per hanc noſtram definitivam Sententiam dicimus, pro-
„ nunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, 7
„ Magnificos Gubernatores Montis 29. abſolvendos eſſe,
„ & abſolvi debere, prout præſenti hac noſtra definitiva
„ Sententia ipſos Magnificos Gubernatores abſolvimus, &
„ liberamus ab impetitis per ſupraſcriptum V. Monaſteri-
„ um S. Jo: Baptiſtæ ex perſonis Sor Hieronymæ M. Spinel-
„ li, & M. Evangeliſtæ, ac M. Elenæ de Conſtanzo Monia-
„ lium, & proindè ſupradicti Magnifici Gubernatores conti-
„ nuent ſolutionem ſervata forma Concluſionis anni 1664.
„ fol. 7 cum ſequ. ex cauſis in Proceſſu deductis, & in dicto
„ noſtro S. R. C. diſcuſſis; Neutram &c. hanc eandem &c.
„ Lecta, lata, & publicata fuit præſens noſtra definitiva
„ Sententia pro Tribunali ſedente, ibidem exiſtentibus ſpe- 8
„ ctabili Præſide S. R. C. Viceque Prothonatario D. Feli-
„ ce Ulloa R. Conſiliario, D. Stephano Padilla Cauſæ Com-
„ miſſario, D. Antonio de Sylva, D. Alvaro de Quadra, D.
„ Petro Corte &c. & D. Januario da Andrea, & aliis perſo-
„ nis in numero opportuno Neapoli die 5. Dec. 1684. Tho-
„ mas Veſpolus Actorum Magiſter.
Studui autem, quò magis potui, probationem hanc, à lai- 9
ca Poteſtate deductam apud eccleſiaſticos Judices extollere;
Non enim poteram credere, quòd in Urbe à Judicibus ec-
cleſiaſticis, poſt paucas Informationes, per Sententias
deſtrueretur ædificium illud vitæ communis in Monaſterio
S. Jo: Baptiſtæ, pro cujus manutentione clamabant, & cla-
mant, nedum ſacri Canones, ſacroſancta Concilia, Apo-
ſtolicæ Conſtitutiones, & ſacrarum Cong. oracula, ſed e-
tiam laicalis Poteſtatis authoritas, & quod magis eſt Mo-
nialium expreſſæ, & ſolemnes profeſſiones; Videbatur enim
mihi eſſe prorſus incompatibile, & à parte rei nullatenus ve-
rificabile, quòd cononizari poſſet illud Monaſterium pro
non obſervante vitam communem, cujus Moniales in ſo-
lemni profeſſione promittunt Deo, qui non irridetur, illius
obſervantiam per hæc formalia verba, omni detorſione
incapacia: *Voglio anco oſſervare la Riforma, fatta per ordine
della fel. memoria di Papa Clem. VIII. particolarmente per
quello, che tocca la vita commune, ſenza poſſedere cos'alcuna di
proprio, e tutto quello, che averò, darollo alla Superiora, e dal-
la Communità ricevere tutti li miei biſogni &c.*
Nec non firmitèr credebam, & non attentis iis; quæ ma- 10
nibus in hac Cauſa palpavi, credulitatem hanc nullatenus
deponere volo, quòd reverentia illa, debita oraculis S. Cong.
roboratis præſertim Apoſtolico beneplacito, quo attento vere
magnum Tribunal Regii Conſilii Neapolis contra Monia-
les S. Jo: Baptiſtæ, reſcripſerat, ſervandam eſſe Tranſa-
ctionem ann. 1664. ratione adducta a Vicar gener. de Ru-
beis in *n.* 17. ejus Inform. datæ in §. 11. ibi: *Aliter pronun-
ciare non poterat, ſtante Apoſtol. aſſenſu;* Multò fortiùs *do-
veſſe prevalere in Roma; In Giudici eccleſiaſtici; In materia di
oſſervanza, e riforma di un Monaſtero, Figlio e Padre di due
oſſervantiſſimi Monaſterj di Napoli; Et in tempo, che il zelo
della S V. e delle Sagre Congr. in queſta parte è notorio, e mai
a baſtanza lodato da buoni, anche per l'introduzzione dell'oſſer-
vanza, e riforma, dove non vi è, molto più per conſervarla do-
ve ſi fa eſpreſſamente profeſſione da ogni Monaca di oſſervarla;*
Juxta præciſa verba ſupplicis Libelli, ex parte Gubernato-
rum Montis SS. D. N. porrecti in audientia publica diei 4.
Maii 1705. de quo ſupra §. 1. *n.* 1.
Et demum totis viribus exclamare non deſtiti, adver- 11
tendum eſſe, quòd in hoc Supremo, Regioque Conſil. Cau-
ſa reperiebatur jam introducta ad inſtantiam Monaſterii,
quòdq; idem poſt decennale certamen in eo ſuccubuerat,
ex quo re maturè perpenſa, deciſum fuerat, ſervandam
eſſe Concluſionem ann. 1664. captam à Gubernatoribus
Montis 29. Familiarum, ſeu pro ſolutione Livellorum ad
rationem annuorum duc. 50.
Non poterat proindè idem Monaſterium eandemmet
Cauſam coram illis Tribunalibus introducere, qui non
ſunt Judices appellationum Cauſarum, deciſarum ab eodem
Regio Conſilio, cum inconvenienti unius Sententiæ
contra aliam, improbato, à DD. adductis à *Ridol-
ph. in Prax. part. 3. cap. 1. numer. 111.* & practicato in hac 12
Cau-

Cauſa, in qua d. Regium Conſilium ad inſtantiam Monia-
lium declaravit, Montem 29. Familiarum teneri ſolvere Li-
vella, non ad rationem duc. 120. ſed ad rationem annuorum
duc. 50. Judices verò Urbis ad inſtantiam earundem Monia-
lium declararunt, Livella ſolvenda eſſe, non ad rationem
duc. 50. ſed 120.
Licèt autem exceptio hæc literaliter reſpiciat Montem 29.
Familiarum, allegari etiam poteſt à Monte Maritaggiorum,
13 quia Sententiæ contra utrumque Montem latæ non fuerunt
per capita diſtincta, & ſeparata, ſed unica verborum ſtru-
ctura, ut videre eſt ex illarum integro tenore, regiſtrando
infra §. 18. *num.* 1. quo caſu admiſſa illarum nullitate in una
parte, tales ſunt in totum, juxta generaliter notata per
*Cyn. & Salyc. in leg.* 2. *Cod. de Re judic.* & in ſpecie firma-
ta per *Rot. deciſ.* 177. *num.* 5. *coram Buratt. & deciſ.* 2. *num.* 7.
*coram Emer. jun.*

## §. VIII.

### *Ex ſeriis, replicatiſque Confeſſionibus Monialium S. Ioan. Baptiſtæ.*

1 Leguntur hujuſmodi ſeriæ, & replicatæ Confeſſiones in
duobus ſupplicibus Libellis, ex parte ejuſdem Mona-
ſterii porrectis S. C. E. & R. anno 1664. Nec non in ter-
tio, porrecto Gubernatoribus Montis 29. Famililiarum
Neapolis: Et demum in 4. porrecto eidem Sacr. Con-
gregationi.
„ In quorum 1. aſſerunt: *Per parte del Monaſtero delle*
2 „ *Monache riformate Domenicane di S. Gio: Battiſta di Na-*
„ *poli, ex perſona di Suor Anna Maria Evangeliſta ſi rap-*
„ *preſenta a loro Signori Eminentiſſimi &c.* pluriès dein-
„ de in contextu ejuſdem Memorialis replicando, ſe eſſe
„ reformatas.
„ In 2. verò eodem anno eidem Sacræ Congregation. di-
3 „ recto literalis expreſſio qualitatis reformatæ millies repe-
„ titur ibi:
„ *Foris &c. Alla Sag. Congreg. de' Veſcovi. Per li Monaſte-*
4 „ *rii riformati di S. Maria della Sapienza, di S. Gio: Battiſta,*
„ *e di S. Maria dell'Ordine di S. Franceſco di Napoli.*
„ *Intus verò:* Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Signo-
5 „ ri: *Li Monaſterii riformati* di S Maria della Sapienza *di*
„ *S. Giov. Battiſta*, e di S. Maria dell'Ordine di S. France-
„ ſco eſpongono, che nell'erezzione del Monte delle 29.
„ Famiglie nobili, tra le coſe capitolate fu, che alle Figlie,
„ naſciture dalli Cavalieri compreſi in detto Monte, & a
„ ciaſcheduna doppo monacata, ſi foſſero dati di più dell'
„ Elemoſina dotale di duc. 200. per li fornimenti della Cel-
„ la, e ſcudi dieci il meſe vita durante, e queſto fu puntual-
„ mente oſſervato con tutti li Monaſterii, tanto riformati,
„ quanto non riformati ſin'all'anno 1637.
„ Nel qual tempo eſſendoſi avveduti li Governatori allo-
6 „ ra di d. Monte, che li Monaſterii riformati, oltre la do-
„ te, non ſolo di ſcudi 1000. ma di 1500. eſigevano da d.
„ Monte altri ducati 500. e ſtimando anche, che le Mona-
„ che riformate non godeſſero d. Vitalizio, come quelle,
„ che vivono in commune, contro quello, che dagl' Eret-
„ tori di d. Monte fu conſiderato, quindi nacque, che uniti
„ inſieme li Cavalieri, sì in riguardo di d. pagamento delli
„ ducati 500. di ſopra dote, come perche il Vitalizio non
„ ſi godeva dalle Monache particolari, conforme ſi ſuppo-
„ neva contemplato in d. Capitolazione, levarono l'aſſigna-
„ to Vitalizio alli Monaſterii riformati.
„ Alla quale determinazione, non ſolo, non ſi contra-
7 „ diſſe, ma quando le Monache, ex perſona delle quali
„ vengono li prefati Monaſterii, anno preſo l'abito, l'ac-
„ cettarono eſpreſſamente.
„ Ad ogni modo, perche la calamità de' tempi ha caggio-
8 „ nato, che nelli Monaſterii riformati non anno le Mona-
„ che tutto il neceſſario, ſi ſono perciò riſentite di detta
9 „ determinazione, riclamato anche quelle, che l'anno ac-
„ cettata, contro la medeſima loro accettazione &c. Onde
„ eſſendoſi maturamente diſcuſſa la materia col parere di
„ più Avvocati, non potendo li dd. Monaſterii ſoſtenere
„ una lite, quale ſarebbe molto diſpendioſa, ſi ſono accor-
„ dati con li Cavalieri, li quali moſſi a compaſſione a tito-
„ lo del ſudetto Vitalizio, pagaranno in Vita per ciaſcuna
„ Monacha di quelle, che anno accettata la ſud. determi-
„ nazione ſcudi 40. annui, per l'altre, che non l'anno ac-
„ cettata ducati 50. il che eſſendo di utile evidente a dd.
„ Monaſterii, tanto più, che l'entrate del Monte ſono di-
„ minuite, e non può continuarſi a pagare d. Vitalizio ſe-
„ condo la ſomma, capitolata nell'Erezzione, come ſo-
„ pra. Supplicano del Beneplacito Apoſtolico, che il
„ tutto &c.
„ S. C. EE. S R. E. Card. Negotiis, & Conſul. E. & R.
„ præpoſita, attentis narratis, ac audita Relatione Emi- 10
„ nentiſſimi Philamarini, Archiepiſcopi Neapolitani, an-
„ nuente SS. D. N. cenſuit, committen. prout præſenti de-
„ creto commiſit eidem Eminentiſſimo, Archiepiſcopo,
„ ut conſtito ſibi ſer. ſer. de expoſitis, & quatenus expedire
„ judicaverit, præfatæ, conventionis ineundæ licentiam
„ pro ſuo arbitrio, & prudentia concedat Romæ 17. Ju-
„ nii 1665. M. Cardinalis Ginettus Epiſcopus Camerini
„ Secretarius.
„ Quo verò ad tertium Memoriale, porrectum, Guber- 11
„ natoribus Montis 29. Familiarum Neapolis, iſtud eſt te-
„ noris ſequentis.
„ All'Illuſtriſſimi Signori Governatori del Monte de ven-
„ tinove le ſottoſcritte Monache riformate delle Famiglie, 12
„ quali godono del d. Monte, li rappreſentano, come nelle
„ Capitolazioni di quello alle Signore Monacande, oltre
„ della dote &c. ſe li fuſſe dato anco un Vitalizio di ducati
„ 120. l'anno, quale Vitalizio in vigore della Concluſio-
„ ne, fatta il 1. Gen. 1637. con Aſſemblea de Cavalieri li
„ ſu tolto in avvenire alle Riformate, ſotto preteſto, che
„ da quelle ſi riceveſſe maggior dote della ſolita, che però
„ volſero, che reſtaſſe eſtinto detto Vitalizio, come da
„ quel tempo ſi è oſſervato; E perche al preſente è così pe-
„ nurioſo il tempo, e li Monaſterii ſono ridotti con tale ſtret-
„ tezza, che non poſſono eſſe Supplicanti eſſere da quelli
„ ſovvenute nelle loro neceſſità. Che però ſono coſtrette di
„ ricorrere a loro Signori Illuſtriſſimi, li quali, così come
„ rappreſentano il luogo de' Governatori del Monte, così
„ vengono a rappreſentare le perſone de' noſtri Antenati,
„ anzi di quelli iſteſſi Signori, quali intervennero in detta
„ Concluſione del 1637. così la ſupplicano a ſoccorrerli del
„ d. Vitalizio, non nella ſomma di ducati 120. ma di ducati
„ 50. per ciaſchuna l'anno di quelle, che ſe l'anno riſerba-
„ to, e non l'anno eſpreſſamente renunciato, come ſemo
„ noi Sor Maria Evangeliſta, e Sor Maria Elena di Co-
„ ſtanzo, e Sor Maria Geronima Spinella, e ducati 40. l'
„ anno all'altre, quali renonciarono a d. beneficio in tem-
„ po della loro Profeſſione, e queſto dal 1. di Gen. dell'en-
„ trante anno 1664. in futurum, durante la lor vita, aſſicu-
„ randole, che, oltre l'atto di pietà, ch'eſſercitaranno,
„ eſſe Supplicanti lo riceveranno a gratia, ut Deus &c.
Propriam autem, ſeriamque confeſſionem omnium alia-
rum probationum reginam, & meritò, vocant Doctores, 13
adducti per *Cyriac. controv.* 192. *num.* 19. *de Angel. de Confeſſ.*
*part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 17. *& part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 1. *& Rot.*
*deciſ.* 378. *num.* 5. *coram Bich. & deciſ.* 119. *num.* 2. *part.* 11. *rec.*
*& in Rom. ſeu Mexic. Depoſiti Eleemſyn.* 16. *Februarii* 1699. §.
*Præterea coram Card. de la Tremoille.*
IV. Denique Confeſſio, facta eidem S. C. ſolemniter ex-
tracta fuit ab Archivio Vaticano; ibi: *Fidem facio &c. Ego*
*S S. C. C. Notarius &c. qualitèr die* 24. *Novemb.* 1705 *requiſi-*
*tus &c. acceſſi, meque perſonaliter contuli ad Archivium Vati-*
*canum S C. E. & R. quo pervento D. Abbas Joſeph Antonius*
*Maggi Secretarius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Nicolai*
*Grimaldi &c & Archiviſta reſpectivè, mihi Notario exhibuit,*
*& præſentavit quandam Poſitionem in Cauſa Neapolitana*
*pro Subprioriſſa, & Monialibus Monaſterii S. Jovan d. Ci-*
*vitatis, ex qua, & ſignanter ex ſupplici Libello, nomine*
*earundem d S. C. porrecto extraxi infraſcriptas particulas,*
*videlicèt.*
*Eminentiſſimi, Reverendiſſimi Signori la Sotto Priora, e*
*Monache del Monaſtero di S Giovan. dell'Ordine di S. Domenico*
*di Napoli umilmente eſpongono all'Eminenze loro, come eſ-*
*ſendoſi avuta notizia di una inſtanza, fatta a queſta Sagra*
*Congregazione per parte di Suor Maria Villani di volere uſci-*
*re dal detto Monaſtero &c. ſotto preteſto di volerne edificare*
*un'altro &c.*
*Si ſupplica l'EE. Loro a ſopraintendere bene queſto nego-*
*zio, quale viene fomentato da una ſciſma, e per dilucidazio-*
*ne evidente, che tal pretenſione ſia una ſciſma, e per uſcire aſ-*
*ſolutamente per dominare, e non per maggior riforma, nè mag-*
*gior ſervizio di Dio, ſi apportano le ſeguenti raggioni.*
*Prima, perche detto Monaſtero di S. Giovanni è uno delli*
*Monaſterii più ſtretti riformati, che ſiano in Napoli, non*
*ſolo per la ſtrettezza della Clauſura, non tenendo nelle Crate*
*buco veruno, dal quale poſſino vedere, o eſſer vedute, ma an-*
*co perche oſſervano perfetta Communità, con frequenza de'*
*Sagra-*

*Sagramenti. Uſano Camiſcia, e Lenzuola di lana, e non mangiano Carne.*

*Secondo. Perche quando la ſudetta Suor Maria, e ſue Aderenti ſi moveſſero da zelo di Maggior riforma (ſe maggiore ſi può dare) le Monache ſono diſpoſtiſſime, quando così comandaranno l'EE. Loro, ancorche ſi eccedeſſe la Regola, che indegnamente profeſſano.*

14 Addito, quod dd. primæ confeſſiones ſunt judiciales, *quæ non niſi cum magno ſtudio, ac prævia matura conſideratione geri ſolent*, ut obſervat *Rot. in Rom. Communantiar.* 16. *April.* 1700. *§. Altera cor. Olm.* Et proinde eo magis attendendæ ſunt, juxta *Text. in leg. 1. ff. de Confeſſ. & in leg. 2. C. eodem*, cum aliis apud *Maſcard. de Probat. concl.* 348. *n.* 1. *Rot. cor. Coccin. dec.* 494. *num.* 1. *&* 2. *& in Rom. Manut.* 22. *Junii* 1698. §. *Erroneitas cor. eod. Olmo*. Quia habent vim ſententiæ, & rei judicatæ, ex adductis per *Gratian. diſcept.* 151. *n.* 13. Faciuntquè notorium, & manifeſtum, ex allegatis per *de Angel. de Confeſſ. libr.* 3. *quæſt.* 20. *numer.* 10.

15 Fortiùs, quia emiſſæ fuerunt *maturamente diſcuſſa la materia col parere di più Avvocati*, ut vidimus ſupra *n.* 9. *&* videbimus infra §. 11. *n.* 2. Quando enim Advocatorum judicium concordat cum aliis probationum generibus, ut in præſenti verificatur, magnifaciendum eſt, per ea, quæ notant *Conciol. alleg. for.* 63. *à num.* 15. *de Angel. de Confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 1. *à num.* 8. *Rot. dec.* 206. *num.* 6. *cor. Ludoviſ. & dec.* 668. *num.* 3. *cor. Burat. & deciſ.* 266. *n.* 2. *coram Royas*.

## §. IX.

*Ex Articulis, in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, ex parte Monialium S. Io: Baptiſtæ productis, Teſtibuſquè, illorum vigore ſer. ſer. examinatis, aliiſquè ex parte Montis ſuperadditis.*

1 ARticulorum tenor talis eſt. Quæ offeruntur ſummariè
probanda cor. Rm̃o Vic. Neapolit. Subdelegato Apo-
„ ſtolico pro parte Monaſteriorum D. Mariæ de Sapien-
„ tia &c. S. Jo: Baptiſtæ &c. & ſuper juſtificatione Litera-
„ rum Pontificiarum, ad eorum inſtantiam obtentarum,
„ omni modo meliori, &c.
„ In primis. Voleno provare, come eſſe Sor Maria
„ Evangeliſta, Sor Maria Elena de Coſtanzo, e Sor
2 „ Maria Geronima Spinello, al preſente Monache pro-
„ feſſe nel Monaſterio di S. Gio: Battiſta, ſimilmente ri-
„ formato della Religione Domenicana &c. ſono deſcen-
„ denti dalle Famiglie &c. compreſe fra le 29. Famiglie
„ nobili di queſta Città, dalle quali fu inſtituito il Mon-
„ te detto de' 29. Famiglie nobili di queſta Città, e come
„ tali ſarebbero compreſe nel beneficio di d. Monte, per
„ gli Fondatori, del quale fu capitolato, che alle Mona-
„ che, oltre della dote, ſolita darſi alli Monaſteri, dove
„ foſſero entrate, ſe li pagaſſero duc. 10. il meſe, durante
„ la loro vita; Ad ogni modo eſſendoſi unite nell'anno 1637.
„ le dette Famiglie a parte di eſſe, & avendo conſiderato,
„ che alle Monache riformate ſi pagava dal Monte, ol-
„ tre la dote di duc. 1500. ſtabilita dalla Sag. Congr. al-
„ tri duc. 500. e che detto Vitalizio non ſi godeva dalle
„ Monache, conforme l'intenzione di dd. Fondatori del
„ Monte, ma dalli Monaſterii, onde di commun parere
„ fu concluſo, che alle Signore, le quali in avvenire aveſ-
„ ſero profeſſato in detti Monaſterii, oltre della dote di
„ duc. duemila, e duc. 200. per il fornimento delle Celle,
„ non ſe li daſſe detto Vitalizio, come dalle Scritture,
„ quali producono &c.
„ Item vogliono provare, come eſſe Articolanti profeſ-
„ ſarono dopo d. Concluſione, e per conſegu. da d. Monte
„ non anno avuto d. Vitalizio.
„ Item vogliono provare, come eſſendoſi lamentati dd.
3 „ Monaſterii di d. Concluſione, ſtimando, che fuſſe troppo
„ rigore, &c. ſi ſono con li Governatori di d. Monte con-
„ venuti, che dal 1. di Gen. 1664. avanti al d. Monaſtero
„ di S. Gio: Battiſta ex perſona di dette tre Monache ſe li
„ pagaſſero ſc. 50. per ciaſcheduna, durante la loro vita.
4 „ Item hæc, & alia &c. Item quòd de prædictis &c. Item
„ ſtantibus his &c.

Licèt autem articulans non dicatur ſimpliciter fateri
5 contenta in Articulis, negari tamen non poteſt, quòd ex Articulis magnum reſultet veritatis fomentum, eo quia illi non ſine magna circumſpectione fieri ſolent, ut advertunt *de Angel. de Confeſſ. lib.* 2. *qu.* 2. *num.* 5. *Card. de Luc. de Jurep. diſc.* 23. *n.* 7. *Rot. dec.* 320. *n.* 1. *poſt* 2. *vol. Conſ. Farin. & dec.* 672. *n.* 8 *cor. Dunoz. jun. & dec.* 125. *n.* 10. *par.* 17. *& dec.* 502. *n.* 1. *par.* 19. *rec.*

Teſtium verò depoſitiones ſunt ſequentes. *Die* 4. *menſis Martii* 1665. *Neapoli &c. Primus Teſtis R. Antonius Grolio* 6
*de Neapoli.*

„ Super primo Articulo interrogatus reſpondit, è vero & 7
„ io sò, come Procuratore del Monaſtero di S. M. della Sa-
„ pienza, come Sor Maria Gaetana, e Sor Maria Tom-
„ ſa Milani Monache nel Monaſtero della Sapienza, come
„ anco Sor Maria Evangeliſta, Suor Maria Elena di Coſtan-
„ zo, e Sor Maria Geronima Spinello, Monache Profeſſe nel
„ Monaſtero di S. Gio: Battiſta di una iſteſſa Religione ri-
„ formata Domenicana &c. ſono deſcendenti dalle Fami-
„ glie, &c. e come tali ſono compreſe fra le 29. Famiglie
„ nobili di queſta Città, e come tali ſarebbero compreſe
„ nel beneficio di d. Monte, & appare, che li Fondatori
„ di detto Monte capitolarono, che alle Monache, ol-
„ tre della dote, ſolita darſi alli Monaſterii, dove foſſe-
„ ro entrate, ſe le pagaſſero ſcudi dieci il meſe, durante
„ la loro vita, & eſſendoſi poi nell'anno 1637. unite le d.
„ Famiglie a parte di eſſe Signore, & avendoſi conſide-
„ rato, che alle Monache riformate, oltre della dote, ſta-
„ bilita dalla S. C. de ſcudi 1500. ſi pagavano dal Monte
„ altri ſcudi 500. e d. Vitalizio non ſi godeva dalle Mo-
„ nache, ma dalli Monaſterii, contro l'intenzione di dd.
„ Fondatori del Monte, che però di commun parere fu
„ conchiuſo, che alle Signore, le quali in avvenire aveſſe-
„ ro profeſſato in detti Monaſterii, oltre della dote di ſcu-
„ di 2000. e ſcudi 200. per il fornimento delle Celle, non
„ ſe le daſſe detto Vitalizio, come queſto chiaramente ap-
„ pare dalle Sritture, da me viſte, e riconoſciute, co-
„ me Procuratore di detto Monaſtero in cauſæ ſcien-
„ tiæ.
„ Super 2. Art. inter. reſpondit. E' veriſſimo, che appa- 8
„ re anche dalle Scritture, e Fedi di profeſſione, che det-
„ te Sig. Monache profeſſorono dopo d. Concluſione, e
„ per conſeguenza non anno avuto il Vitalizio del det-
„ to Monte.
„ Super 3. Art. inter. reſpondit. E' veriſſimo, che li Mo- 9
„ ſterii ſudetti eſſendoſi lamentati di d. Concluſione, &c.
„ ſi ſono convenuti con li Governatori di d. Monte, che
„ dal 1. di Gen. paſſato 1664. avvanti ſe li pagaſſero al
„ Monaſtero di S. Gio: Battiſta ex perſona delle dd. tre
„ Monache ſcudi 50. per ciaſcheduna Monaca, duran-
„ te la loro vita. Io Dott. Antonio Crolio ho depo-
„ ſto, &c.
„ Eod. die ibidem, & cor. eod. Rm̃o D. examinatus 10
„ fuit V. I. D. R. D. Franc. Ant. Celentanus Neapolita-
„ nus &c.
„ Super 1. Art. interr. reſpondit. E' veriſſimo, & io sò, 11
„ che Suor Maria Gaietana, e Suor Maria Tomaſa Mi-
„ lani, al preſente Monache profeſſe nel Monaſtero del-
„ la Sapienza riformato dell'Ord. Domenicano, e Suor
„ Maria Geronima Spinello, Suor Maria Evangeliſta, e
„ Suor Maria Elena di Coſtanzo Monache Profeſſe nel Mo-
„ naſtero di S. Gio: Battiſta ſimilmente riformato dell'Ord.
„ Domenicano, &c. ſono deſcendenti dalle Famiglie,
„ &c. compreſe fra le 29. Famiglie nobili dalle quali fu
„ inſtituito il Monte, detto de 29. Famiglie nobili di que-
„ ſta Città, e come tali ſono compreſe nel beneficio del
„ d. Monte, per li Fondatori del quale fu capitolata, che
„ alle Monache, oltre della dote, ſolita darſi alli Mona-
„ ſterii, dove foſſero entrate, ſe le pagaſſero ſcudi dieci
„ per ciaſcheduna il meſe, durante la loro vita, ad ogni
„ modo eſsendoſi poi nel anno 1637. unite le dette Fami-
„ glie a parte di eſse, & avendone conſiderato che alle
„ Monache riformate ſi pagava dal Monte, oltre della
„ dote, ſtabilita della S. Congr. di ſcudi 1500. altri ſcu-
„ di 500. che d. Vitalizio non ſi godeva dalle Monache,
„ conforme l'intenzione di detti Fondatori del Monte,
„ mà dalli Monaſterii; Onde fu concluſo di commun pa-
„ rere, che alle Signore, le quali in avvenire aveſsero pro-
„ feſsato in detti Monaſterii, oltre della dote di ſc. 1500. e
„ 200. per il fornimento delle Celle, non le daſse d. Vita-
„ lizio, conforme chiaramente appare dalle Scritture, &
„ io lo sò, perche ſono Dottore, & ho praticato in tutti
„ dd. Monaſterii &c. Super 3. &c. Si ſono convenuti con li
„ Governatori &c. che li pagaſsero al d. Monaſtero duc.
„ 50. per ciaſcheduna. D. Franc. Antonio Celentano ò
„ depoſto, ut ſupra,

Si

12 Si autem adverſus inducentem unicus etiam teſtis concludentem facit probationem, juxta *Text. in l. Si quis teſtibus, Cod. de Teſtib.* & firmata per *Rot. dec.* 208. *à numer.* 12. *part.* 17. *& dec.* 409. *n.* 4. *& dec.* 668. *num.* 13. *part.* 19. *rec. & in Maſſalubren. Obed.* 21. *Junii* 1698. *§. Et teſtes cor. Card. Priol.* Quantò magis eandem probationem facient dd. 2. teſtes, in omnibus conteſtes, ex parte Monialium S. Jo. Baptiſtæ inducti, examinati, & producti.

Alii verò teſtes omni fide digni ex parte Montis ſupradicti ſunt 2. Canonici Neapolitani, qui paulò poſt illorum depoſitionem meritò electi fuerunt Epiſcopi duarum inſignium Cathedralium Regni Neapolis, qui ita depoſuerunt.

,, Atteſto Io ſottoſcritto &c. Canonico primo Prete
,, della Metropolitana di Napoli, dall'anno 1682. appli-
13 ,, cato di continuo nel ſervire i Sig. Cardinali Arciveſco-
,, vi ne' più gravi affari di quella Chieſa, e ſpecialmente
,, nell'Officio di Viſitatore della Città, e Dioceſi, anco con
,, facoltà di procedere con Cenſure, come dalle Lettere
,, patenti, che conſervo, di Commiſſario, e Segretario
,, de' Sinodi Dioceſano, e Provinciale, celebrati in Na-
,, poli, di Conſultore della maggior parte delle Congre-
,, gazioni ordinarie, e particolari, e per aver veduto gran
,, parte delle Scritture dell' Archivii della Curia Arci-
,, veſcovale, oltre l'applicazione, che hò per certa Ope-
,, ra, in cui deſcrivo le Notizie Sagre di quella Chieſa, e
,, che hò letto molte Scritture, e Libri, che parlano del-
,, la religioſità, oſſervanza, e buon coſtume del nobiliſ-
,, ſimo Monaſtero di S. Giovanni di Napoli dell'Ordine
,, Domenicano, mirato ſempre con diſtinzione dall'Emi-
,, nentiſſimi Arciveſcovi, e conſiderato per uno de' più
,, riformati, e del numero di molti altri, così del mede-
,, ſimo Ordine, come dell' Agoſtiniano, e di tanti altri,
,, che ſono eſemplari, riformati, & oſſervanti, benche
14 ,, non ſiano, nè di Cappuccine, nè di Franceſcane; On-
,, de con ſomma verità dal Cancelliere D. Gio: Giacomo
,, Cioccia, che n'era informatiſſimo, per aver avuto tal
,, carica ſin da' tempi del Card. Filomarino di chiara me-
,, moria, & in materia de' Monaſterii di Napoli ſi riputava-
,, no i ſuoi detti per Teſto, come è a me notiſſimo, per la
,, ſtima, che fu di ciò ne facevano il Card. Caracciolo,
,, Inn. XII. nel tempo, che governò quella Chieſa, & i Vi-
,, carii di Napoli, ſi è atteſtato, che il ſud. Monaſtero di S.
,, Gio: ſi collocaſſe fra i riformati, & oſſervantiſſimi, il che
,, è publico in Napoli per il buon odore delle Sante Virtù
,, di sì nobili Religioſe; E con particolar diſpiacere ho ſen-
,, tito, che per farli ottenere qualche emolumento maggio-
,, re di temporale intereſſe, ſiano ſtate conſigliate a compa-
15 ,, rire ne' Tribunali eccleſiaſtici per quel, che non ſono, eſſen-
,, do di edificazione commune, vivendo con tanta eſem-
,, plarità, ritiratezza, e oſſervanza, che non han che ce-
,, dere agli altri Monaſterii riformati, & oſſervantiſſimi
,, della Città, ſcreditandole, con farle comparire inoſſer-
,, vanti, e decadute dal primitivo fervore, atteſtato da tanti
,, Scrittori delle coſe di Napoli, e riconoſciuto da quel
,, Pubblico; Et in fede del vero ricercato ho ſcritto, e ſot-
,, toſcritto la preſente di propria mano. Roma queſto dì
16 ,, 13. Novembre 1705. Atteſto il medeſimo Io, &c.
,, Canonico della Metropolitana di Napoli, ed al pre-
,, ſente eletto Veſcovo, &c. In Roma queſto dì 14. No-
,, vembre 1715.

## §. X.

*Ex Solutionibus Livellorum, factis directè Abbatiſſæ, non autem Monialibus ipſis S. Io: Baptiſtæ.*

1 INter argumenta, Vitam communem comprobantia, annumerari ſolet etiam illud ſolutionis Livellorum, non directè ipſi Moniali, ſed Abbatiſſæ, quæ tamen pro ſuo arbitrio ſubvenire in primis tenetur neceſſitati illius Monialis, cujus intuitu redditus Monaſterio obvenerunt, & id, quod ſupereſt, debet in communem Monaſterii uſum convertere, juxta authoritates, & reſolutiones C. C. quas refert, & ſequitur *Criſpin. nella Viſit. Paſt. p.* 2. §. 42. *num.* 39.

2 Argumentum hoc nec etiam deſideratur in præſenti, dum exhibitæ fuerunt in Actis, & regiſtratæ in fine hujus §. Juſtificationes annorum 1691. 1699. & 1703. omiſſis intermediis ſimilibus gratia brevitatis, ex quibus conſtat, Livella in Monaſterio S. Jo. Baptiſtæ ſoluta fuiſſe directè ipſimet Abbatiſſæ, non autem Monialibus.

3 Aliæ ſimiles Juſtificationes productæ fuerunt coram Vic. generali Neapolitano, qui id teſtatur in Informat. S. C. C. tranſmiſſa, de qua in §. 11. n. 9. his verbis: *Ulteriùs produxerunt quamplures ſolutiones Vitalitiorum, quæ pro tempore factæ fuerunt per d. Montem Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ ex perſona Monialium, non autem directè Monialibus ipſis, variaſq; giratas earundem ſolutionum, per Prioriſſam in aliorum beneficium factas.*

4 Quibus nullatenus opponi valent aliæ, de quibus in §. 17. *à n.* 43. Tum quia non exemplis ſed legibus judicandum eſt, juxta *Text. in leg. Nemo Cod de Sent & interl. omn. Judic.* ubi ſubditur: *Sed omnes Judices noſtros veritatem, & legum juſtitiæ ſequi veſtigia ſancimus*, & obſervant *Card. de Luc. de Præem. diſc.* 13. *n.* 23. *& Rot. dec.* 328. *numer.* 42. *par.* 11. *& dec.* 247 *num.* 11. *par.* 17. *rec.* Tum quia ſunt recentiſſimæ, anni nempe 1702. Tum quia ſunt quatuor dumtaxat Moniales numeroſiſſimi Monaſterii; Tum quia contrarium prætendere idem eſſet, ac per indirectum ad ſui favorem diſpenſare, de facto ad praxim reducendo id, quid à Jure permiſſum non eſt; Tum demum, quia operationes unius, vel alterius Monialis contra propriam Regulam, profeſſionem, & ſolitum Monaſterii, non poſſunt deſervire pro aliarum norma, minuſque deſtruere obligationem illam, & fidem, Deo per ſolemne Votum promiſſam, cum canonizatione integri exemplaris Monaſterii pro non obſervante, neque reformato. Aliàs recentiſſimæ tranſgreſſiones legum allegari valerent pro illarum abrogatione, quo nihil abſurdius, nilve irrationabilius. Quia eſſet, non ad Amuſſim lapidem, ſed ad lapidem Amuſſim aptare, ſeu non legi voluntatem ſubiicere, ſed legem ipſam ad voluntatem trahere, ut exclamat *Card. de Laur. in epiſt. ad Lect. ſuæ Epit. Can in princ.*

5 Ultra quòd ſemper recurrit in hac parte fatalis illa reſponſio, innixa authoritatibus *Donat. Rer. Regul. tom* 4. *tract.* 15. *de Vot. pauper. quæſt.* 5. *per tot. & quæſt.* 12. *pariter per tot. Bartbol. à S. Fauſt. in Theſ. Relig. tit. de Vot. pauper. qu.* 195. *n.* 5 *& Fagn. in cap. Monachi num.* 1. *& ſignanter n.* 78. *de Stat. monach.* Quòd in his terminis obſervanda eſt via illa, non qua itur, ſed qua eundum eſt; In quo ſenſu ſemper fuit C. E & C. juxta caſus, relatos *à Fagn. ubi ſupra, & à Criſpin nella Viſit. Paſtor part* 2. §. 42. *num.* 39. in qua concurrebat in ſpecie dicta circumſtantia poſſeſſionis Monialium, ibi: *Quale rendita ſempre l'anno eſatta eſſe Oratrici per loro biſogno*, & tamen eadem S. C. nullatenùs canonizavit dictam poſſeſſionem, ſed intrepidè reſcripſit: *Hos redditus ab ipſamet Abbatiſſa exigi, & ad ipſius manus directè deferri oportere.*

6 In qua parte ego fateor ingenuè meam imbecillitatem, percipere non valeo, quanam ratione ad eliminandam Vitam communem à Monaſterio, ubi viget, ex confeſſione ipſarum Monialium, ad Cœlum uſque extollatur factum unius, vel alterius Monialis, quod uti ex diametro oppoſitum tot ſacratiſſimis ſanctionibus, & ſolemni earundem profeſſioni, pœna potiùs, & correctione dignum eſt, noſtris præſertim temporibus, in quibus illam fortitèr, & ſuavitèr non ſine bonorum omnium ædificatione introductam videmus in Urbe, in omnibus illis Monaſteriis, & Conventibus, in quibus nullatenùs vigebat, & quorum reſpectu, nec etiam centeſima pars illarum probationum concurrebat, quæ in caſu noſtro verificantur; Et ex alia parte, quare in noſtris terminis præferri non debeant facta illa aliarum Monialium, quæ ſunt punctuales exequutiones earum ſolemnium profeſſionum, & quæ ſunt conformia cum tot probationibus, uſque adhuc expenſis? Conculcationes forſan ſacroſanctorum Conciliorum, & ſacrarum Conſtitutionum habent ne vim illas deſtruendi? A quanto tempore citra ſolemnes profeſſiones abrogari poſſunt à contraventione Profitentium? Se opponentibus præcipuè, & quotidiè clamare non ceſſantibus Summis Pontificibus, tam mediantibus eorum Conſtitutionibus, quàm per organum, & reſolutiones Sac. Congr.

7 Idem faſſæ fuerunt Moniales, nedum in Articulis in Curia Archiepiſcopali Neapolitana anno 1664. exhibitis, ibi: *Vogliono provare, come eſſendoſi lamentati dd. Monaſterii, &c. ſi ſono convenuti, &c al d. Monaſtero di S. Gio: Battiſta, ex perſona di dd. tre Monache ſe li pagaſſero duc. 50. per ciaſcheduna, &c. §. 9. num. 3. Al d. Monaſtero di S. Gio: Battiſta ex perſona &c.* Igitur non Monialibus ipſis directè; Sed etiam anno 1703. Vicario de Rubeis, qui id teſtatur *in Informatione*, data in *§. 11. n. 10.*

8 Idem

8 Idem depoſuerunt teſtes, vigore eorundem Articulorum ſer. ſer. ex parte Monialium examinati ibi: *Si ſono convenuti li Governatori &c. che ſe li pagaſſero al Monaſtero di S. Gio: Battiſta ex perſona delle dd. tre Monache doc. 50. per ciaſcheduna, &c.* §. 9. *num.* 10. & ibi: *Si ſono convenuti con li Governatori, &c. che li pagaſſero al detto Monaſtero duc. 50. per ciaſcheduna*, §. 9. *num.* 12. Igitur ſolutiones fieri debebant, non directè Monialibus ipſis, ſed Monaſterio ex illarum perſonis.

9 Idem aſſeruerunt Moniales in ſupplici Libello, C. E. & R. exhibito his verbis: *In riguardo ancora, che d. Vitalizio non ſi godeſſe dalle Monache, eccetto, che in commune*, & ibi: *Come perche il Vitalizio, non ſi godeva dalle Monache particolari &c.* §. 8. *n.* 6.

10 Idem atteſtatus fuit Card. Philamarinus *in Informatione, data in* §. 11. *n.* 2. ibi: *Perche il Vitalizio non ſi godeſſe dalle Monache.*

11 Idem recognovit Apoſtolicus Delegatus ibi: *Vitalitium exegiſſe, & conſiderantes illo minimè Moniales potiri &c. attenta communione, qua fruuntur*, §. 13. *n.* 3.

12 Idem demùm determinavit Reg. Conſ. Neapolitanum die 5. Dec. 1684. ibi: *Magnifici Gubernatores continuent ſolutionem, ſervata forma Concluſionis anni* 1664. §. 7. *num.* 6. obſervando verbum illud *Continuent*; Igitur priùs ita practicabatur. *Servata forma Concluſionis anni* 1664. quæ eſt pro ſolutione duc. 50. facienda Monaſterio, non autem Monialibus, ut in §. 7. *n.* 4.

13 Quibus opponi non meretur Rationalis, ſeu Computiſta Monialium, cujus depoſitio per extenſum regiſtrabitur in §. 17. *num.* 42.

14 Quia, quatenus eſset contrarius, nec etiam meretur contraponi tot concludentibus juſtificationibus, & ſignanter replicatis, & ſeriis confeſſionibus Monialium, antiquis, mediis, modernis, & recentiſſimis etiam poſt datam Atteſtationis ejuſdem, ex hucuſque allegatis.

15 Dixi, *quatenus eſſet contrarius &c.* quia hoc non verificatur in præſenti, ad quod demonſtrandum non opus habemus recurrere ad benignam illam, & conciliativam interpretationem *Text. in cap. Cùm tu de Teſtib.* ibi: *Nos dicta teſtium benignè interpretari volentes*, ſequutam à DD. adductis in *dec.* 334. *num.* . . *cor. Priol. & deciſ.* 258. *numer.* 7. *part.* 11. *& deciſ.* 150. *n.* 36. *par.* 12. Sed ſat eſt præ oculis ſimpliciter habere dicta eorundem teſtium.

16 Duo enim illi ex parte Monialium, ſer. ſer. examinati anno 1664. quoad qualitatem earum Monaſterii, vitamque communem, in illo vigentem, dicunt ibi: *Monaſtero di S. Maria della Sapienza, &c. e Monaſtero di S. Gio: Battiſta d'una iſteſſa Religione riformato Domenicano*, & ibi: *E detto Vitalizio non ſi godeva dalle Monache, ma dalli Monaſterii*, juxta verba primi teſtis §. 9. *num.* 9. & ibi: *Monaſtero della Sapienza riformato dell'Ordine Domenicano &c.* & ibi: *Detto Vitalizio non ſi godeva dalle Monache, conforme all'intenzione delli Fondatori*, juxta verba 2. teſtis §. 9. *numer.* 12.

17 Ex quibus duo probata habemus, primum, quod Monaſterium S. Jo: Baptiſtæ ſit reformatum, ſeu de obſervantia, ſecundum verò, quòd in illo Vitalitia cedant in beneficium Monaſterii, non autem Monialium.

18 Dictus verò Rationalis, ſeu Computiſta ad perpetuam rei memoriam anno 1701. faciens Atteſtationem, dandam in §. 17. *n.* 45. nulla facta mentione qualitatis reformatæ ejuſdem Monaſterii, aſſerit ſolùm per verba præſentis temporis: *Qualmente li pagamenti, che ſi fanno alle Sig. Monache &c. così per cauſa de' loro Vitalizii, come per altro &c. dalle medeſime Sig. Monache ſi godono per altretanti, &c. ſtante che di quelli detto V. Monaſtero non ne partecipa coſa alcuna &c.* Cum quo concordant quidem quatuor illæ dumtaxat ſolutiones Vitalitiorum, ex parte Monialium exhibendæ in *d.* §. 17. *n.* 43. ſed diſcordant innumeræ aliæ, ex parte Montis Magni exhibitæ in principio hujus paragraphi, & quod magis eſt, eidem unico teſti opponuntur Prioriſſa, omneſque illæ antiquiores Moniales ejuſdem Monaſterii, anno 1703. de mandato S. C. C. opportunè interrogatæ à Vicar. de Rubeis, ut in Informatione, data in §. 11. *num.* 10.

19 Igitur in dicto hujus unici teſtis nullatenus fundari poteſt excluſio qualitatis reformatæ, & de obſervantia ejuſdem Monaſterii, de qua non loquitur, neque loqui poterat contra rei veritatem.

20 Minùs fundari poteſt excluſio ejuſdem qualitatis reformatæ in eo, quòd Moniales convertant in proprios uſus Livella, de eiſq; non participat Monaſterium; Hæc enim ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulgentia, de qua in §. 14. & 15. in eodem Monaſterio incompatibilia nullatenus ſunt, juxta ea, quæ ex confeſſione ipſarum Monialium S. C. E. & R. retulit *Card. Philamarin.* §. 11. *n.* 2. per hæc verba. *E che ſe bene eſſe ſono riformate, ad ogni modo poſſono anche, con licenza della Superiora, avvalerſi nelli loro biſogni del Vitalizio*; Ex hoc igitur, quòd utantur eorum Livellis, non infertur, quòd non ſunt reformatæ.

Mirum propterea eſt quòd pro tali qualitate non reformata obtentæ fuerint in Urbe tres Sententiæ abſque eo quòd nec ulla miſerabilis ſyllaba probationis, excluſivæ talis qualitatis coram Judicibus ipſis ex parte Monialium fuerit exhibita; Et quando è converſò pro tali qualitate obſervanti, & reformata militant unitim omnes illæ probationes, quæ etiam ſeparatæ faciunt de albo nigrum, & quadrant rotunda, nempè res judicata, Partis confeſſio, & inſtrumenta, ſeu documenta publica. 21

Sed quando omnia iſta ceſſarent, conſtaretque de incontrovertibili facto quatuor Monialium, in noſtro Monaſterio in proprios uſus convertentium, & directè exigentium ſua Livella, uſus iſte, ſeu veriùs abuſus, nullatenus aptus eſſet immutare Regulas, Conſtitutiones, & modum profitendi in noſtro Monaſterio, taliter ut canonizari debeat pro omni futuro caſu, & tempore pro non obſervanti, neque reformato: Multa enim in uno, vel altero caſu, de facto per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia, non debent tolerari ad *Text. cap. Cùm jamdudum de Præb.* & animadverſa *per Gloſs. in can. In ipſis verb. Abrogatæ diſtin* 4. *Abb. in cap. ult. num.* 8. *de Conſuet. Vidal. Caſ. Conſc. in Append. miſcel. inquiſ.* 5. *à num.* 12. *Rot. dec.* 1552. *n.* 23. *cor. Coccin. & dec.* 418. *à n.* 12 *par.* 18. *rec.* Et in punctualibus terminis tolerantiæ de facto contra obſervantiam Vitæ communis, egregiè *Bartolom. à S. Fauſt. in Theſaur. relig. tit. de vot. pauper. quæſt.* 195. *à numer.* 5. *& per tot* & meliùs *Donat. Rer. Regul. tom.* 4. *tr.* 15. *de vot. paup. qu.* 12. *per tot.* 22

Hodie ſiquidem non ſumus in terminis ſimplicis tolerantiæ de facto unius, vel alterius Monialis, convertentis in proprios uſus ſuum Livellum, circa quod, cùm præjudicium ſit leve, terminandumque cum Monialis obitu, in præteritum non fuit habita omnis conſideratio, Sed agitur de magna, & conſiderabili innovatione, & receſſu à Conſtitutionibus, Regulis, & modo profitendi in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ, & nedum de canonizando, & qualificando ipſum pro Monaſterio non obſervanti, neque reformato in omnibus futuris caſibus, & temporibus, ſed firmando hoc modo magnum exemplum pro omnibus aliis Monaſteriis, & Religioſis totius catholici Orbis: Habere autem videtur ſpeciem iniqui omne magnum exemplum, juxta verba *Taciti*, ſequuti à *Rot dec.* 308. *numer.* 29. *coram Dunoz ſen.* 23

Demum, ſi innovationes ſemper reputatæ fuerunt, & ſunt odioſæ, etiamſi introducantur authoritate privata, nihilque magis animos perturbat, quàm innovare aliquid, & à conſuetudine alienum facere, ut totidem verbis obſervavit *S. Jo: Chriſoſt. epiſt.* 1. *ad Corinth.* relatus à *Rot. dec.* 19. *in fin. apud Antonel. de Jur. Cleric.* Cùm quo concordant *D. Auguſt. lib.* 3. *cap.* 3. *cont. Julian. & epiſt.* 128. *cap.* 5. *& S. Bern. epiſt.* 174. aliique Authores, adducti *per Rocc. Select. interpr. cap.* 75. *n.* 20. *& Pignatel. conſult.* 74. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 4. Quantò magis removendæ ſunt, quando novitatum introductio petitur à Judicibus, & authoritate publica conſtabiliri prætenditur, quo caſu ſemper reſpondendum eſt pro novitatis excluſione, & reductione rerum ad ſua principia, ut omiſſis generalibus, in præciſis terminis conſervationis Vitæ communis in Monaſteriis Monialium, Partibus acerrimè contradicentibus, reſoluit *C. C. in Cæſenaten. Synodi* 6. *Junii* 1695. 24

Juſtificationes autem, de quibus fit mentio ſupra *num.* 2. ſunt ſequentes. 25

„ 1691. à 21. Agoſto. Alli Governatori del Monte de' 26
„ 29. doc. 217. 2. 7. e per loro alle ſottoſcritte Sig. Mona-
„ che di vita celibe, necnon all'infraſcritti Monaſterii re-
„ formati, ex perſonis dell'infraſcritte altre Monache,
„ cioè a ciaſcuna l'infraſcritta rata, che li ſpetta per la me-
„ ſata di Luglio 1691. per cauſa dell'annue entrate, che
„ ſe li corriſpondono da detto Monte, vita durante *tan-*
„ *tùm* di ciaſcuna di loro, come figlie de' Cavalieri, aſ-
„ critti al beneficio del medeſimo Monte, cioè, & inter cæ-
„ tera, al Monaſtero di S. Gio: Battiſta, ex perſona di Sor
„ Maria Evangeliſta di Coſtanzo per l' annui docat. 50.
„ 4. 16.

27 „ Al

27 „ Al detto ex perſona di S. Maria Elena di Coſtanzo per
„ l'annui doc. 50. 4. 16.
28 „ Al detto ex perſona di Sor Maria Geronima Spinelli
„ per l'annui doc. 50. 4. 16.
29 „ Noi Protettori del Sacro Monte della Pietà facciamo
„ fede, la ſud. partita eſſere eſtratta dal Giornale di Banco di
„ noſtro Archivio, meliori reviſione ſemper ſalva, firma-
„ ta, e ſuggellata. Napoli 6. Marzo 1704. Loco ✠ ſigilli.
„ Antonio Pontano Archiviſta.
30 „ 1699. à 24. Ottobre. Alli Sig. Governatori del Mon-
„ te de' 29. doc. 258. 1. 11. e per eſſi alle ſottoſcritte Sig. di
„ vita celibe, e Monache, necnon all'infraſcritti Monaſte-
„ rii reformati, ex perſonis dell'infraſcritte altre Mona-
„ che, cioè a ciaſcuna d'eſſe l'infraſcritta rata, che li ſpetta
„ per la meſata del corrente meſe d'Ottobre 1699. per cau-
„ ſa dell'annue entrate, che ſe li corriſpondano da detto
„ Monte de' 29. vita durante *tantùm* di ciaſcuna di loro, co-
„ me figlie de' Cavalieri, aſcritti al beneficio di detto Mon-
„ te, cioè, & inter cætera.
31 „ Al Monaſtero di S. Gio: Battiſta ex perſona di Sor Ma-
„ ria Elena di Coſtanzo per l'annui doc. 50. in conformità
„ della Concluſione di detto Monte, e Sentenza del Sagro
„ Conſeglio de' 5. Decembre 1684. doc. 4. 16. Al detto ex
32 „ perſona di Sor Maria Geronima Spinella in conformità
„ della ſud. Concluſione doc. 4. 16.
33 „ Noi Protettori del Sag. Monte della Pietà facciamo fe
„ de, la ſudetta partita eſſere eſtratta dal Giornale di Ban-
„ co di noſtro Archivio, meliori reviſione ſempre ſalva,
„ firmata, e ſuggellata. Napoli 6. Marzo 1704. Antonio
„ Pontano Archiviſta.
34 „ 1703. 30. Giugno. Alli Sig. Governatori del Monte de'
„ 29. doc. 228. 3. 4. e per loro alle ſottoſcritte Sig. di vita
„ celibe, e Monache, ſicome anche all'infraſcritti Mona-
„ ſterii, ex perſonis dell'infraſcritte altre Sig. Monache cioè
„ a ciaſcheduna d'eſſe l'infraſcritta rata, che li ſpetta per
„ la corrente meſata di Giugno per cauſe dell'annue entra-
„ te, che ſe li corriſpondono dal loro Monte de' 29. vita du-
„ rante *tantùm* d'ogni una di loro, come figlie de' Cavalie-
„ ri, aſcritte al beneficio di detto Monte, & inter cætera.
35 „ Monaſterio di S. Gio: Battiſta ex perſona di Suor Ma-
„ ria Elena di Coſtanzo per l'annui doc. 50 in conformi-
„ tà della Concluſione del loro Monte, e Sentenza del S.
„ Conſiglio ſc. 4. 16.
36 „ Al detto Monaſtero ex perſona di Suor M. Geronima
„ Spinelli giuſta la ſudetta Concluſione, e Sentenza ſc. 4.
„ 16. &c.

## §. XI.

*Ex Informatione Card. Philamarini, Archiepiſcopi Neapolitani, & ex alia Informatione Reverendiſſimi de Rubeis Epiſcopi Maſſæ, & Vicarii generalis Neapolitani.*

1 INformatio Card. Philamarini ſub die 10. Julii 1664. ad inſtantiam Monialium S. Jo: Baptiſtæ procurata, directa eſt S. C. E. & R. requirenti ipſius Votum circa veritatem, & ſubſiſtentiam ſupplicis Libelli, eidem porrecti nomine ejuſdem Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ, & aliorum duorum Monaſteriorum reformatorum Civitatis Neapolitanæ, in qua, nedum approbat omnia, in d. ſupplici Libello contenta, ſed ulteriùs clarè aſſerit, in eiſdem tribus Monaſteriis ſervari Vitam communem, Monialeſque, ibidem exiſtentes, reformatas eſſe ibi:

2 *La Supplica fatta dare in coteſta S. Congr. per parte delli Monaſterii riformati di S. Maria della Sapienza, &c. di S. Gio: Battiſta &c. e di S. Maria del' Ordine di S. Franceſco &c. viene giuſtificata, così per Scritture, come per prove giurate, riprodotte in queſto mio Tribunale, dalle quali, conſta, che nell'erezione di d. Monte fra l'altro, che fu capitolato fu, che alle Figliuole, quali naſceſſero dalli Cavalieri, compreſi in detto Monte, e dopo monacate, ſe li foſſero dati, oltre dell elemoſina dotale, doc. 200 per lo fornimento della Cella, e doc. 10. il meſe, durante la loro vita, che queſto fu così puntualmente oſſervato con tutti li Monaſterii, così riformati, come non riformati, ſino all'anno 1637. come in detto anno eſſendoſi accorti li Governatori, li quali governavano d. Monte, che li Monaſterii riformati, oltre della dote ſolita darſi, non ſolo delli doc. 1000. ma delli doc. 1500 eſigevano dal detto Monte altri doc. 500. e ſtimando ancora che d. Vitalizio le Monache riformate non lo godeſſero, come quelle, che menano vita commune, ma che andava in beneficio della Communità, contro quello, che dall' Erettori di detto Monte fu conſiderato; Quindi fu, che uniti in una Aſſemblea tutti li Cavalieri, quali ſi ritrovarono preſenti, e che godono in d. Monte, formarono Concluſione, in vigore della quale, così in riguardo del pagamento di detti doc. 500. di più della dote, come perchè il Vitalizio non ſi godeſſe dalle Monache, come ſi ſupponeva contemplato in detta Capitolazione, levorono il detto Vitalizio alli Monaſterii riformati, alla quale Concluſione, non ſolo non ſi contradiſſe, ma quando le ſudette Monache ſono monacate in detti Monaſterii, alcune di eſſe l'anno eſpreſſamente accettata, &c. Ad ogni modo, perche la calamità de tempi hà portato in queſta Città, che nelli Monaſterii riformati le Monache non ricevono tutto quel, che l'è neceſſario, che dalla Communità ſe li deve; Si ſono perciò riſentite di detta Concluſione, e fatto rappreſentare alli Governatori di detto Monte, che li doc. 500. ricevuti da eſſe di più della dote, non è ragione, che eſtinguano un Vitalizio di docati 120. l'anno, e che ſe bene eſſe ſono riformate, ad ogni modo poſſono anche con licenza della Superiora avvalerſi nelli loro biſogni del Vitalizio, e che però non ſi doveſſe tener conto dell'accettazione, fatta di detta Concluſione; Onde eſſendoſi ſopra di ciò fatta matura diſcuſſione, con il parere di più Avvocati, eſſendoſi conſiderato per parte di dette Oratrici, che lo litigare &c. Che però moſſi anche detti Governatori dalla pietà del caſo, ſi ſono convenuti, che dal meſe di Gen. 1664. avvanti alle dette Oratrici, Monache in d. Monaſtero di S. Gio: Battiſta, oltre delli doc. 500. &c. ſe li daſſe durante la loro vita doc. 50. l'anno per ciaſcheduna &c.*

3 Cui omnis præſtanda fides, nedum attenta veriſimili notitia qualitatum Monaſteriorum ſuæ Civitatis, ex generalitèr animadverſis per *Card. de Luc. de Benef. diſc. 90. num. 12. & in Miſcell. Eccl. diſc. 7. n. 16. Bertacchin Vot. dec. 100. n 16. Rot. dec. 685. n. 9. cor. Cerr. & dec. 115. n. 4. cor. Priol & dec. 234. n. 16. & 17. par. 16. rec. & in Conſtantien. Cononic. ſuper Remiſs. 1. Julii 1699. §. Etenim cor. Pio, & in Biſuntina Juriſp. 20. Novembris 1705. §. Nec dicti cor. Card. Priol. & 28. Mart. 1707. §. Et demum cor. Card. Scotto, & in Herbipol. Monaſterii 10 Jun. 1707. §. Conſtare cor. Caffarell.* ubi de Relatione Nuncii Colonien. Et in præciſis terminis ſimilium Informationum Epiſcoporum *Rot dec. 234. n. 16. p. 16. & dec. 305. n. 12. & 13. & dec. 460. n. 10. par. 18. rec. & cor. Cerr. dec. 685. num. 9.*

Sed præ oculis habendo probationes, & Scripturas illas, quibus innititur ejus Informatio, ad Monialium inſtantiam coram ipſo factas, & productas; Et demum conſiderata ejus maxima Cardinalitia dignitate, per ea, quæ generaliter notat *Crot. conſ. 332. n 11. lib. 3 Card de Luc. de Regal. diſc. 108. n. 3. & de Emphyt. diſc. 63. n. 3* ubi de Epiſcopo, Cardinalitia dignitate prædito, & firmavit *Rot. dec. 888. n. 38. cor. Coccin:* ubi de Card. à Sabaudia, & in *Rom. Præeminentiar. 16. Jun. 1679. §. Secundo accedunt cor. Rondinino,* ubi de Card. Montalto, & Sabello, & in terminis ſimilis Atteſtationis Card. Paleotti *Rot dec. 168. n. 11. par 10 rec. & dec. 234. nu. 17. par. 16. rec.* & in terminis alterius actus, ſeù Edicti ejuſdem Card. Philamarini *Rot dec. 257. n. 19. p 19. rec.*

Secunda verò Informatio Rmi de Rubeis directa S. C. C. fuit extenſa non ſemel auditis Defenſoribus Monialium S. Jo: Baptiſtæ, & eſt ſequentis tenoris.

„ Ut Sacram iſtam Congr. diſtinctè reddam inſtructam 1
„ ſuper expoſitis in annexo Memoriali, porrecto pro parte
„ Gubernatorum Montis magni Maritaggiorum hujus Ci-
„ vitatis Neapolis, vigore Literarum ab EE. VV. uſque à
„ die 4. Aprilis benigniter tranſmiſſarum, humilitèr refero,
„ quòd pendente adhuc indeciſa lite inter dictum Montem,
„ & V. Monaſterium Monialium S. Jo: Baptiſtæ Ord. S. Do-
„ minici ejuſdem Civitatis, in gradu appellationis per il-
„ lum interpoſitæ à contrario judicato A. C. coram R. P. D.
„ N ſuper quantitate Livellorum, quæ juxta dicti Montis
„ Capitula ſubminiſtrantur Monialibus reformatis, deſcen-
„ dentibus ex illius Fundatoribus in duc. 50. illis verò non
„ reformatis in duc. 80. Gubernatores præfati ad finem ob-
„ tinendi, ipſos tantùm teneri præſtare dictis Monialibus
„ S. Jo: Baptiſtæ dictam minorem ſummam duc 50. petunt
„ in præſenti ab EE. VV. declarari, illas eſſe reformatas, &
„ obſervantes, ſive quod nequeant Livella, & Vitalitia
„ nomine proprio adminiſtrare, ſed illa deferri debeant in
„ commune depoſitum, ſive in manibus Abbatiſſæ; quæ
„ Monialium neceſſitati, prout opus fuerit, provideat jux-
„ ta diſpoſit *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 1. & 2. ac Bullæ ſa:*
*mem: Clem. VIII inter ſuas la 60. §. 2.*
„ Ad quod probandum, primò deduxerunt Scripturas, 2
„ demonſtrantes, quòd de anno 1664. prætendente alio Mon-
„ te nun-

,, te nuncupat. 29. Familiarum nobilium, non deberi Livel-
,, la aliquibus Monialibus, tunc exiſtentibus in Monaſterio
,, S. Jo: Baptiſtæ, deſcendentibus ex ejuſdem Montis Fun-
,, datoribus, ſub motivo, quòd eſſent obſervantes, ac refor-
,, matæ, necnon quòd de præterito ultra ſolitam dotem, tem-
,, pore monachatus alios duc. 500. recepiſſent, fuit tandem
,, inter d. Gubernatores, & Monaſt. S. Jo: Bapt. inita Tran-
,, ſactio, qua concluſum fuit, quòd illius Monialibus in
,, poſterum darentur annui duc. 50. tanquam reformatis, &
,, de obſervantia, itaut ampliùs prætendere non poſſent,
,, non autem duc. 120. qui, juxta ejuſdem Montis Statuta,
,, debentur quolibet anno Monialibus non reformatis.
3 ,, Cùmque Moniales ad obtinendum Beneplacitum apo-
,, ſtolicum ſuper eadem Tranſactione, ſupplicem Libel-
,, lum S. C. porrigere fecerint, in illo ſe enunciarunt re-
,, formatas Ord. S. Dominici, prout non ſolùm factum fuit
,, in Articulis, pro parte dicti Monaſterii præſentatis, pro
,, verificatione expoſitorum, ſed etiam per teſtes, ſuper illis
,, examinatos, nec non per c. m. Em. Philamarinum in ejus
,, Relatione ad d. S. C. tranſmiſſa, ejuſque Vicarium in
,, Sententia executionis decreti ejuſdem S. C. dictam Tran-
,, ſactionem confirmantis, in quibus omnibus actis Mona-
,, ſterium præd. S. Jo: Baptiſtæ tanquam reformatum, &
,, de obſervantia enunciatur.
4 ,, Nolens autem huic Tranſactioni Monaſt S. Jo: Bapti-
,, ſtæ, acquieſcere, inſtetit de anno 1675. in hoc ſac. Regio
,, Conſilio ex perſona Monialium, propter quas illa inita
,, fuerat, condemnari Montem ad præſtanda Vitalitia ad ra-
,, tionem duc. 120. pro qualibet Moniali; Sed productis in
,, eodem Regio Conc. Scripturis antedictis, in quibus Mo-
,, naſterium enunciatur reformatum, una cum atteſtatione
,, Jacobi Ciocciæ, tunc temporis Magiſtri Actorum Monia-
,, lium, ſic pariter idem Monaſt. nominantis, ſub die 5. Sept.
,, 1684. emanavit Sententia, qua Gubernatores dicti Montis
,, abſoluti fuerunt ab impetitis per ſupr. V. Mon. S. Jo: Bapt.
,, necnon demandatum, quòd continuarent ſolutionem Vi-
,, talitiorum, ſervata forma Concluſionis anni 1664. nem-
,, pè duc. 50. annuatim pro qualitate dictarum Monialium.
5 ,, De anno verò 1692. cùm Gubernatores d. Montis pe-
,, tierint declarari ab hac Archiepiſcopali Curia, quænam
,, eſſent Monaſterio reformata, ad finem regulandi ſolu-
,, tionem Vitalitiorum, Vic. generalis tunc temporis Se-
,, baſtianus Periſſius, audita priùs Relatione, ſive potiùs
,, Atteſtatione Actorum Magiſtri Monialium, ſub die 8.
,, Junii ejuſdem anni decrevit, ſervari in futurum debere
,, Capitulationes, & Concluſiones dicti Montis reſpectu Li-
,, vellorum, & Vitalitiorum, ſolvendorum Monialibus gau-
,, dentibus, nempè duc. 50. pro Monialibus reformatis, vi-
,, delicèt, S. Mariæ de Jeſu, S. Patritiæ, S. Potiti, S. Mariæ
,, Magdalenæ de Pazzis, SS. Sacramenti, S. Jo: Baptiſtæ,
,, S Mariæ de Sapientia, S. Joſephi Diſcalceatorum Car-
,, melitarum, S. Andreæ, S. Franciſci Cappuccinorum, S.
,, Franciſci de Obſervantia, SS. Præſepis D. N. in Bethelem,
,, S. Catherinæ Senenſis, S. Mariæ divini Amoris, & SS.
,, Trinitatis, ſolvendos in manibus Abbatiſſæ, & Prioriſ-
,, ſæ dictorum Monaſteriorum, & duc. 80. aliis Monialibus
,, Monaſteriorum non reformatorum, neque de obſervan-
,, tia, ſolvendos ipſis Monialibus particularibus.
6 ,, Succeſſivè ſub die 9. Sept. 1702. ſupplicantibus dictis
,, Monialibus S. Jo: Bapt. pro declaratione earum Monaſte-
,, rium non comprehendi ſub numero reformatorum, de-
,, ducendo ad hunc effectum partitas ſolutionum Vitalitio-
,, rum, factis directè ipſis Monialibus particularibus, non
,, autem Monaſterio, ſeu Abbatiſſæ, obtinuerunt decretum
,, ab alio Vicario illius temporis, quo declaratum fuit, non
,, eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, & de ob-
,, ſervantia, inaudito Monte.
7 ,, Sed de menſe Novemb. anni 1702. cùm dictæ Monia-
,, les ſupplicem Libellum SS. D. N. porrexerint pro confir-
,, matione decreti præfati, ead. inſtantia remiſſa fuit iſti S. C.
,, quæ ſub die 1. Dec. d. anni 1702. reſcripſit, *Audiatur Emin.*
,, *Archiepiſcopus* Die verò 1. Martii 1703. eadem S. C. reſ-
,, pondit: *Non eſſe locum expeditioni Brevis*.
8 ,, In quorum omnium comprobationem deduxerunt Gu-
,, bernatores Montis, paritèrquè probarunt, quòd d. Mo-
,, naſterium fundatum fuit à Sorore Dorothea Villani, Mo-
,, niali Monaſterii S. M. de Sapientia, quod eſt obſervantiſ-
,, ſimum Vitæ communis; Quòdque Monialis S. Jo: Bapti-
,, ſtæ fundavit Monaſterium S Mariæ divini Amoris, Ord.
,, S. Dominici, in quo paritèr exactè communis Vita cuſto-
,, ditur: Undè nimis vehemens oriri aſſeritur veriſimilitu-
,, do, illud paritèr eſſe reformatum, & de obſervantia; Ma-

,, ximè verò cùm in eodem Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ vivatur
,, ſub Regula S. Auguſtini ſecundum Conſtit. Ord. Prædica-
,, torum, qui obſervant, vel ſaltem tenentur Obſervare d.
,, Conciliarem diſpoſitionem, & Conſtit. f. m. Clem. VIII.
,, retentionem ſubſidiorum nomine proprio diſtinctè prohi-
,, bentem; Quam quidem Conſtit. ſpecialitèr etiam præ-
,, dictæ Moniales ſe obligant ſervare paulò ante, quàm pro-
,, feſſionem emittant, illis verbis; *Voglio anche oſſervare la*
,, *Riforma, fatta per ordine della fel. mem. di Papa Cle-*
,, *mente VIII.* prout conſtat ex duabus explorationibus vo-
,, luntatis, factis à Vicario, & Magiſtro Actorum Monia-
,, lium, & coram me reproductis, altera ſcilicèt Sororis
,, Mariæ Gaetanæ, in Sæculo Antonia de Anna, facta ſub
,, die 21. Julii 1698. Altera verò Sororis Mariæ Carmelæ,
,, in Sæculo D. Diana Capyciolatro, ſub die 26. Decem. 1702.
,, Ulteriùs produxerunt quamplures ſolutiones Vitali- 9
,, tiorum, quæ pro tempore factæ fuerunt per d. Montem
,, Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ ex perſona Monialium, non
,, autem directè Monialibus ipſis, variaſquè giratas earun-
,, dem ſolutionum per Prioriſſam in aliorum beneficium fa-
,, ctas, ex quibus per Gubernatores prædictos arguitur ob-
,, ſervantia Vitæ communis, & Conſt. Clem. VIII. Ita quòd
,, Moniales S. Jo. Baptiſtæ Vitalitia nomine proprio retine-
,, re non poſſint, ſed ea in man. Abbatiſſæ reponere, à qua
,, ſingulis, prout cuiq; opus ſit, dividenda veniant.
,, Cujus rei veritatem ad faciliùs inveſtigandam, perſo- 10
,, nalitèr me contuli in d. Monaſterium S. Jo: Baptiſtæ, à
,, cujus Prioriſſa, aliiſque Monialibus antiquioribus, op-
,, portunè interrogatis, reſponſum eſt, quòd ex Livellis ſo-
,, lùm penes ſe retinent carolenos tres, & id, quod ſupereſt,
,, involutum cartulis, inſcriptione nominis cujuſque Monia-
,, lis, reponitur in quadam Arca, ſeu Armario, ſiſten. pro-
,, pè Rotam Monaſterii: Quòdque in electione Officialium
,, eliguntur quatuor Depoſitariæ, quarum duæ ſunt ſimpli-
,, ces Moniales, aliæ verò duæ permanentèr ſunt illæ, quæ
,, Rotæ Monaſterii aſſiſtunt.
,, Verùm ſubjunxerunt, quòd hi ſunt actus merè cære- 11
,, moniales, ex quo Prioriſſa parùm in id advertat, quini-
,, mò tolerat, quòd omnis Monialis impendat Vitalitia juxta
,, ſuas religioſas neceſſitates, petita ab ipſa dumtaxat licen-
,, tia, ſeu, ut ipſæ dixerunt benedictione.
,, His adjunxerunt plurium Hiſtoricorum teſtimonium, 12
,, quo comprobatum remanet, Monaſterium S. Jo: Bapti-
,, ſtæ enumerari inter Reformata, & de Obſervantia, & ſi-
,, gnantèr *Ceſar. Eugenii Caraccioli* in Libro, intitulato,
,, *Napoli Sagro*, impreſſo in dicta Civitate anno 1623. p.
,, 202. *Caroli Celena nelle Notizie del bello, dell' antico, e*
,, *del curioſo della Città di Napoli*, ibidem impreſſo anno
,, 1692 nella giornata 2 fol. 17. Author. Libri, cui titulus
,, *Moderna diſtintiſſima Deſcrizione di Napoli fol. 200. P.*
,, *March. Dom. nella Vita del P Gio: Leonardi Foſchi* Neapo-
,, li impreſſa an 1698. fol. 43. apud quos omnes pro reforma-
,, to, & obſervantiſſimo refertur Mon. præfatum S. Jo: Bapt.
,, Et tandem Gubernatores Montis magni allegarunt, 13
,, quòd f m. Clem. VIII. in declaratione Conſtit. ſuper regi-
,, mine Monialium Civitatis Neapolitanæ, emanata ſub die
,, 26. Jun. 1602. præcipit, quod in omnibus illis Monaſte-
,, riis, in quibus jam fuit introducta, & acceptata à ma-
,, jori parte Monialium Vita communis, omnes redditus,
,, cenſus, aliaquè bona, quovis modo ad illarum uſum
,, conceſſa, & reſervata, cedant in beneficium Communi-
,, tatis, & Abbatiſſa teneatur in his, quæ ad victum, & ve-
,, ſtitum, & reliquam vitæ ſuſtentationem pertinent, illis
,, præcipuè providere, & opportunè omnia neceſſaria ſubmi-
,, niſtrare. In aliis verò, in quibus retinentur hactenùs pro-
,, viſiones, & ſubventiones, præter alia decernit, quòd Mo-
,, niales, quæ poſt eaſdem Conſtitutiones receptæ fuerint, in
,, poſterum admittentur in eiſdem Monaſteriis, nullatenus
,, invitæ cogantur ad Vitam communem, ſed obſervare
,, teneantur Capitulum, cum declarationibus indè ſecutis
,, ſub die 9 Maii 1600. & 5. Mar. 1602. in quo Capitulo con-
,, ceditur licentia accipiendi aliquam ſubventionem, de ma-
,, nibus tamen Abbatiſſæ, ſeu Præfectæ Monaſterii, ſive De-
,, poſitariæ pro ſuis religioſis neceſſitatibus, quæ verò ſuper-
,, ſunt, Abbatiſſa erogare teneatur in communes uſus Mona-
,, ſterii, ut videre eſt apud Quar. in Sum. Bul pag. 356. & 358.
,, Ex adverſo autem pro parte Monialium deductum eſt, 14
,, quòd ſemper extiterunt in poſſeſſione recipiendi, ac reti-
,, nendi Vitalitia nomine proprio, abſque eo, quòd Mona-
,, ſterium, ſive Abbatiſſa aliquid perceperit, ſed dumta-
,, xat petierunt, & petunt ejuſdem Abbatiſſæ licentiam,
,, ut illa exigere, & retinere queant, prout conſtare fecerunt
,, ex At-

,, ex Atteſtationibus Magiſtri Actorum Monialium,& Rationalis ejuſdem Monaſterii , & pluribus Partitis ſolutionum , factarum per medium Banci , non minus à dicto Monte , ſed etiam ab alio , nuncupato *de Gionti* , nec non à Conſanguineis Monialium pro Vitalitiis, quæ ſpecialitèr ultra ea, quæ à dictis Montibus debentur,tempore ingreſſus in Monaſterium promiſerunt; Quæ ſolutiones apparent directæ Monialibus ipſis, non autem Monaſterio S. Jo:Baptiſtæ, ſive ejus Prioriſſæ.

15 ,, Quibus juſtificationibus motus Jo-Andreas Siliquinus Vic. generalis ſub die 9. Sept. 1702. declaravit , Monaſterium præd. S. Jo. Baptiſtæ non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, & de obſervantia , quorum Vitalitia cedunt in beneficium Communitatis, à quo decreto appellantibus, tam Monte magno Maritaggiorum, quàm dicto alio 29. Familiarum ad A.C. iſte illud ſub die 17. Julii 1703. mediante Sententia confirmavit , decernendo pariter, præfatum Monaſt. S. Jo. Baptiſtæ non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, & proindè præfatum Montem magnum teneri ad ſolutionem Vitalitiorum ad rationem annuorum duc.80. prò qualibet Moniali, alterum verò Montem 29. Familiarum ad rationem duc. 120 juxta eorundem Montium Statuta.

16 ,, Et licèt de anno 1691. ſub die 15. Junii Vic. generalis Periſſius contrarium decreverit, ut ſup. innuimus , nihilominùs poſtea ſub die 27. Junii 1698. propoſita cauſa in plena Cong. cor. c.m.Em.Card. Cantelmo, utraque Parte informante,impertitus fuit terminus dierum 4. ad probanda incubentia, & ſuſpenſa decreta, lata à D.Vicario illius temporis ſub dieb. 15. Junii 1691. & 30. ejuſdem, ut conſtat ex Actis originalibus , tunc in hac Curia Archiep. compilatis, poſteaquè dicta decreta Vicarii Siliquini, & ſucceſſivè A. C. emanarunt.

17 ,, Ad Tranſactionem , factam de anno 1664. inter Gubernatores Montis 29. cum Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ , ex perſona quarundam Monialium, deſcendentium ex illius Fundatoribus, in qua Vitalitium, prætenſum ad rationem annuorum duc.120. fuit reductum ad annuos duc. 50. prout ſolvitur Monialibus reformatis, nec non ad Sententiam, ab hoc Regio Conſilio ſub die 5. Sept.1684. emanatam, eandem Tranſactionem canonizantem, reſponſum eſt pro parte ejuſdem Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ , quòd ideò id evenit, quia Moniales tempore profeſſionis, ultra ſolitam dotem duc. 1500. & duc. 200. pro fornimentis Cellæ, receperant alios ducatos 500. & Vitalitio renunciaverant, ut conſtat ex Scripturis coram me præſentatis. Ideòque nil mirum, ſi acceptarunt Vitalitium ad rationem annuorum duc. 500. & Sac. Regium Conſilium pro obſervantia ejuſdem Tranſactionis pronunciavit ; Maximè quia alitèr pronunciare non poterat, ſtante Apoſtolico aſſenſu ſuper ea ſubſequuto, Ultra quòd , petita per Moniales in integrum reſtitutione , d. Regium Conſilium, illam licèt denegaverit, ſubjunxit tamen quòd Mons prædictus pro una vice ſolvere teneretur duc. 1500. d. Monaſterio ex perſona dictarum Monialium.

18 ,, Inſuper oſtenderunt, quòd promiſſio obſervandi Reformationem Clem. VIII. in actu profeſſionis, non ſolùm emitti conſuevit in Monaſteriis reformatis, ſed etiam in illis non reformatis. Nam obtento per Prioriſſam S. Jo: Baptiſtæ à Vic. generali ordine, directo Magiſtro Actorum Monialium, ut fidem ſuper hujuſmodi facti veritate conficeret, iſte atteſtatus fuit, quòd hujuſmodi formulæ ab annis 24. ſervatæ fuerunt in omnibus Monaſteriis Monialium, ſubjectis Em. Archiepiſcopo , inter quæ certum eſt, quamplura non reformata enumerari, in quibus Vitalitia cedunt directè in Monialium beneficium, petita tantùm licentia à Prioriſſa, ſeu Abbatiſſa illa exigendi, & retinendi.

19 ,, Ne tamen dicta promiſſio obſervandi Conſtitut. Clem. VIII. inanis videatur ; ſubjungunt Moniales , quòd cùm multa ſint, quæ in Bulla ſæpèd. à Summo Pontifice injunguntur, præter id, quòd pertinent ad Votum Paupertatis, & Reformationis, de qua agitur, nempè illa, quæ ad Orationem, Jejunium, Silentium, cœteraquè ſimilia ſpectant, circa hujuſmodi aliquid operari poſſint verba, quibus eædem Moniales S. Jo: Baptiſtæ ſervare ſpondent ſupra memoratam Conſtitutionem.

,, Atque hæc ſunt, quæ ad demonſtrandum Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ reformatum, & non reformatum, per utram-

20 ,, que Partem reſpectivè adducuntur; Quænam autem ex rationibus, hinc indè allatis, validiores ſint, primo intuitu ſolidiſſimum, purgatiſſimumquè EE. VV. judicium diſcernet : Interim finem agendo, Deo inceſſantèr oro , ut EE. VV. ad multos annos incolumes conſervet. Neap. 1. Aug. 1704. EE. VV. Hum. & Add. Famulus Jac. M. Epiſc. Maſſæ Vic. Gen.

Obſervando diligentèr hujus Informationis reſpectu, verba illa *n.*17. in medio ; *Qui Moniales tempore profeſſionis Vitalitio renunciaverant*, eſſe merum figmentum, & prorsùs inſubſiſtens ſuppoſitum, ex parte Monialium eidem Vicario inſinuatum, dum pervolutis dictis profeſſionibus , illud ſibi reſervarunt expreſsè , ut ex Proceſſu , facto coram coram Conſilio Neapolis *folio* 47. ibi : *Fidem facio ego Notarius Januarius Griſi, qualiter ſub die* 1 *menſis Julii* 1658. *&c. Soror Maria Hieronyma Spinella &c. Item ſi riſerva li doc.* 500. *al d. Monaſtero debiti dal Monte de Maritaggi di* 29. *di queſta Città &c. Il Vitalizio ſpettante a pagarſi da d. Monte &c. come una delle Signore , incluſa in detto Monte &c & anco li doc.* 200. *Et fol.* 140. ibi : *Fidem facio ego infraſcriptus Notarius &c. qualiter ſub die* 5. *menſis Julii* 1647. *Suor Maria Evangeliſta di Coſtanzo &c. Reſervandoſi d. Suor Maria, &c. la ragione di conſeguire dal Monte de Maritaggi de* 29. *doc.* 500. *&c. altri doc.* 200 *per le Veſti , ſeu fornimenti , che li ſpettano per detto monacato , & anco il Vitalizio , che li ſpetta , come una delle Signore incluſe in queſto* . Quæ publica inſtrumenta, ad oculum demonſtrantia inſubſiſtentiam ejuſdem ſuppoſiti, per extenſum producta fuerunt cor. 2. Judice: Abſque eo, quòd ex parte Monialium jota unum replicatum fuerit in contrarium, nec cor. 2. nec cor. 3. Judice : Imò productæ fuerunt Scripturæ, ex quibus conſtat de oppoſito , ut vidimus ſupra §. 8. *n.* 12. *in fine*. 21

§. XII.

*Ex Relationibus Status Eccleſiæ Neapolitanæ , Sac. Congr Cor c. tranſmiſſis à Card. Geſualdo, & Philamarino.*

ANno 1600. Card Geſualdus in Relatione , exhibita die 13. Dec. ejuſdem anni , & modò aſſervata in Archivio Vaticano Sac. Congr. *in Lib Relat.* ſignato *lit. N. O. fol.* 116. *à terg.* loquendo de duobus Monialium Monaſteriis, paulò ante fundatis, & erectis in ead. Civitate, inter quæ unum erat illud S. Jo: Baptiſtæ, fundatum , & erectum anno 1597. juxta Breve Clem. VIII. regiſtratum *ſupra* §. 1. *in fin.* hæc habet : *Ultimamamente con ſpeciale licenza , ottenuta da V. B. ſe ne ſono fatti due , nelli quali ſi oſſervano eſattamente la Regola li Voti , e la Riforma &c. e molte di quelle Monache , che già ſtavano oſtinate nelli Monaſterii vecchi , ſi laſciano intendere di volere accettare , e vivere ſecondo la Riforma , e Decreto della S. V. Però non ſi vede migliore , ne più ſicuro rimedio per la Riforma delle Monache , che far Monaſterii nuovi , & oſſervanti , perchè a queſto modo nelli nuovi ſi pianta , e ſtabiliſce vera oſſervanza .* 1

Quæ verba non poſſunt clariùs importare, & comprobare veritatem, de qua eſt quæſtio : Illa enim Monialium Monaſteria , in quibus *eſattamente ſi oſſervano la Regola, li Voti, e la Riforma*, necnon in quibus *ſi pianta , e ſtabiliſce vera oſſervanza*, abſque ullo dubio dicuntur , & ſunt reformata , & de obſervantia, juxta literalem verborum ſignificationem . 2

Non minori claritate eadem veritas comprobatur ex alia Relatione Card. Philamarini, exhibita in Sac. Congr. die 8. Auguſti 1663. & ab eodem ſuſcripta die 10. Feb. ejuſdem anni, aſſervata paritèr in eodem Archivio Vaticano inter alias Relationes nullatenùs alligatas . In illa enim , narrando factum tranſlationis aliquarum Monialium S. Jo. Baptiſtæ ad novum Monaſterium S. Mariæ divini Amoris , aſſerit . 3

*Et quia in hujus Relationis veſtibulo ſeſe offert factum novi Monaſterii S. M. divini Amoris , de hoc quoque præ cæteris dicimus , nondum adhuc vita functo b. m Card. Boncompagno , Prædeceſſore meo , & Sede Apoſtolica annuente , nonnullæ Sanctimoniales, degentes in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ ſub ſtrictiori Obſervantia S. Dominici, ab illo egreſſæ tanquam deſignatæ pro novo Monaſterio conſtruendo , & inſtruendo ſub invocatione S. M divini Amoris &c. Monialium tranſlatio in hunc locum ſequuta fuit* 1659 28. *die Nov prima ſcilicet ejuſdem diei luce , poſitis Monialibus in Rhedis clauſis , ab electiſſimis Matronis ſociatis , nec non à meis Miniſtris , & ſic non tantùm ad leges ipſiuſmet S. C Verùm evitandi gratia affluentiam , & concurſum aliarum nobilium Mulierum, quæ deſiderio æſtuabant videndi Sor. Mariam Villanam , unam ex dd. Monialibus , bonæquè opinionis , & exiſtimationis, apud omnes Religioſam fœminam,* 4

*minam cùm hanc ſatisfactionem obtinere non valerent in Mo-
naſterio, in quo neque cratæ, neque hoſtiolum apertum pro
Monialibus profeſſis exiſtit, & ideo violentiam facere per viam
machinabantur; De his admonitus, quia ars deluditur arte, fuit
inopinatè facta hæc translatio.*

Duo præcipuè obſervando in dicta Relatione 1. Quòd
Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ dicitur eſſe *ſub ſtrictiori obſervantia S.
Dominici*, quod ipſius qualitatem de obſervantia, & refor-
5 matam, manibus palpare facit. 2. Quòd in illa non exiſtunt,
neque crates, neque hoſtiolum apertum pro Monialibus pro-
feſſis, quod juxta inconcuſſam omnium totius catholici Or-
bis reformatorum Monaſteriorum praxim, univocum eſt ſi-
gnum Monaſteriorum reformator. & de obſervantia.

Quibus additur alia Informatio Card. Franc. Boncompa-
gni, olim Neapolitani Archiepiſcopi, ad S. C. E. & R. occa-
6 ſione d. erectionis, & fundationis novi Monaſterii S. M. di-
vini Amoris, quàm facere intendebat Soror Maria Villani,
Monialis perfectiſſimæ vitæ in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ,
quam Informationem regiſtravit *P. Dominic. Mar. Marcheſ.
Dominic. electus deindè Epiſcopus Puteolanus in Vita ejuſdem
Monialis Sor. Mariæ Villanæ, Neapoli impreſſa anno* 1674. ut
recognoſci poteſt *in lib. 2. cap. 2.* his verbis: *Emin e Rev. Sig.
mio Col. Ho fatta la debita conſiderazione ſopra l'eſpoſto nel Me-
7 moriale, dato per parte di alcune Monache di queſto Monaſtero
di S. Gio: Battiſta dell'Ord. de' Predicatori, e rimeſſomi per dar-
ne Informazione col mio Voto, circa l'inſtanza, che fanno per la
licenza di erigere un nuovo Monaſtero con certe Conſtituzioni,
per maggiore oſſervanza, e per fare più ſtretta Vita: Intorno
a che vengo a rappreſentare a V. E. che vivendoſi in detto Mo-
naſtero di S. Gio: Battiſta con molta oſſervanza, in modo che vi
è anco quella della Vita commune, non pareva neceſſaria mag-
gior ſtrettezza, nè io approvarei queſta nuova erezzione, quan-
do lo ſtato delle coſe preſenti non la richiedeſſe; Maſſime aggiun-
te le inſtanze, che ſi fanno in contrario dalle altre Monache, e
da' loro Parenti, alle quali pare, che apporti qualche pregiudi-
zio al buon concetto, in che è tenuto detto Monaſtero, che ſe ne
levi Suor Maria Villana, che è in opinione di bontà non ordi-
naria, e di profeſſione di perfettiſſima Vita &c. Ma ben conſide-
rate tutte le circoſtanze, che vi concorrono, ſtimo eſpediente,
che ſi conceda la predetta licenza &c.*

Quid enim clarius dici poteſt ad comprobandam qualita-
8 tem reformationis, & obſervantiæ in Monaſt. S. Jo: Bapti-
ſtæ? quàm quòd in illo, *ſi vive con molta oſſervanza, in mo-
do che vi è anco quella della Vita commune?* Iſte autem, qui
ita loquitur, non eſt aliquis Mercenarius Miniſter Mona-
ſterii, ſeu illius Rationalis, ſed unus de Neapolitanis Ar-
chiepiſcopis, generis nobilitate ſcientia, prudentia, & Car-
dinalitia Dignitate celeberrimus: Neque iſta ſcribit ad ef-
fectum exigendi aliquam pecuniariam ſummam, ſed pro ve-
ritate, & Voto requiſitus à S. C. E. & R. Ita ut illi in hac
parte abſque manifeſta injuria omnis fides denegari nullate-
nus valeat.

Addentes ulteriùs, quòd cum dictis duabus Relationibus
Status Eccleſiæ Neapolitanæ concordant omnes aliæ Suc-
9 ceſſorum Archiepiſcoporum, ſimpliciter ſe referentes ad an-
tecedentes, uti ſunt ille Card. Octavii Acquavivæ, Decii
Caraffæ, Franciſci Boncompagni, Innici Caraccioli, Ja-
cobi Cantelmi, & Antonii Pignatelli, poſtea Innoc. XII.
omnes recognitæ, & foliatim pervolutæ in dicto Archivio,
ita ut circa hoc uno ore concordare videantur omnes omni-
no Neapolitani Archiepiſcopi ab erectione Monaſterii S. Jo.
Baptiſtæ uſque ad præſens.

Eſſe autem præſtandam magnam fidem ſimilibus Relatio-
10 nibus, præciſa etiam ampliſſima dignitate Cardinalatus,
notat *Fagn. in cap. Ego N. Epiſcopus à n. 1.* & ſignanter *à n.
75. de Jurejuran. & Rot. dec. 14. n 17. cor. Anſald.* ibi: *Tertiò
in diem conſpirat moderna Relatio Vic. Faventini, quam ante
Sententiam, à Succeſſore ſuo prolatam, exhibuerat S. R. E. Card
Conc. Trid. Interpretibus &c. Admodum autem attendendas eſſe
conſimiles Relationes, quæ per Ordinarios ad S. C. tranſmittun-
tur, reſpondit Rot. &c.* confirmata 23. *Jun.* 1698. coram eod.

## §. XIII.

*Ex Oraculis Sac. Congr. Ep. & Regul. & Conc.*

1 AD duas reducuntur claſſes reſolutiones dictarum S.
Cong. ad noſtrum effectum. Aliæ enim ex eiſdem ſunt
2 generales quidem, ſed nimis ſtringentes ad noſtrum caſum,
aliæ verò individualiſſimæ, & in puncto Monaſt. S. Jo: Ba-
ptiſtæ.

Quoad generales, prima eſt illa anni 1619. ſub die 16.
Nov. in qua §. 6. determinatur per viam legis: *Che le ſovven-* 3
*zioni annue, che ſi aſſegnano alle Monache particolari per le lo-
ro religioſe neceſſità, ſiano da principio volontarie a Parenti;
Le Monache poi ſiano obligate di tenere li frutti di tali aſſe-
gnamenti nel commune depoſito, e che ſi prendino dalle mani
della Badeſſa per le loro religioſe neceſſità ſolamente, &
il reſiduo s' impieghi nelli uſi communi del Monaſtero*: Cum
illa animadverſione, quòd hæc reſolutio emanavit in ſpecie
pro Monaſteriis Civitatis Neapolitanæ ad inſtantiam Depu-
tatorum ejuſdem, juxta illa verba Epiſtolæ, directæ Car-
din. Boncompagno, tunc temporis Archiepiſc. Neapo-
litan.

*Avendo Monſig. Illuſtr. Card. di S. Siſto riferito nella Sagra
Cong. quanto è ſtato dedotto in nome di coteſta Città intorno al-* 4
*la ridozzione delle doti, e moderazione delle ſpeſe, che ſi fanno
dalli Parenti delle Zitelle, monacande in coteſti Monaſterii,
ſoggetti alla giuriſdizione ordinaria di V. S. Illuſt. e conſiderato
anco lo ſtato di ciaſcuno di eſſi da Lei traſmeſſone, queſti Illuſt.
miei Sig. ſono venuti alle ſeguentii riſoluzioni &c.*

Secundam verò diei 11. Febr. 1678. approbatam ab Innoc. 5
XI. refert *Criſpin. nella viſit. Paſtor. par. 2. §. 42. n. 39.* cum
addito: *Che ſi levi ogni altro abuſo, introdotto contro le buone
regole monaſtiche, ſenza ammetterſi alcun preteſto di eſſe Mo-
nache, e maſſime quello di aver trovato tal forma di vivere,
e tali abuſi nel tempo del loro ingreſſo nel Monaſtero.* Meritò
proinde concludens idem doctiſſimus Epiſcopus *n. 39.* in
medio quòd in his terminis à Monialibus inallegabilis eſt
uſus in contrarium, attento dicto oraculo Pontificio, &
reſolutione ejuſdem Sacr. Congr. & *Donat. Rer. Regul. tom.
4. tract. 15 de Vot. pauper. qu. 5. n. 3. & 4. & Font. ad Conſtit.
Ordin. Prædic. Verb. Profeſſio n. 11. fol* 530. ubi, quòd ex
clara diſpoſitione *Capituli generalis, Pariſiis celebrati anno
1611. admonit.* 3. utriuſque ſexus Regulares, viventes ſub
habitu S. Dominici, *tenentur ad obſervantiam Regulæ, &
Conſtit. noſtrar. non prout hìc, vel ibi ſervatur, ſed ſimpliciter
prout litera ſonat.*

Quæ reflexio deſervire poteſt pro adæquata reſponſione
motivo tertii Judicis, in ultimo Contradictorio aſſeren- 6
tis, non eſſe obſervanda juramenta illa, quæ emittuntur pro
obſervantia alicujus Regulæ, quando dubium eſt, an illæ in
uſu ſint, adducendo exemplum ſui ipſius, quando perman-
ſit in quodam Collegio tempore ejus pueriliis ætatis; Nihil
enim firmantes circa dictam propoſitionem in genere, ego
in noſtris terminis illam nullatenus admitterem, innixus,
oraculo d. Summi Pontificis, in cujus conflictu erubeſcerem
adducere exempla Puerorum, vel allegare aliquem Do-
ctorellum, ſeu authoritatem alicujus Religioſi clauſtra-
lis, defendentis propriam Cauſam, quos nunquam ad-
mittere voluit in hac parte, & meritò S. C. C. *teſte
Monacell. in ejus Formul. tom. 1. in Append. fol. 291. num. 2.
& 3.*

Eademquè reflexio deſervire pariter poteſt pro adæqua-
ta reſponſione authoritati *Moroni*, quem longe poſt hæc
ſcripta, unicè ſequuta fuit *Rot. in Neapolitana Livellor. ſu-
per bono Jure* 11. *Feb.* 1715. *§. Nihil hinc coram Criſpo*, quan-
do favore Monialium S. Potiti Neapolis extendit ea, quæ
in hac Cauſa determinata fuerunt favore Mon. S. Jo: Bapti-
ſtæ, firmando (ſunt ejus verba) *quod Moniales, Regulam vo-
ventes in earum Profeſſionibus, ultra ſe adſtringere non cenſen-
tur, quàm ad eam Vitam communem, quàm in Monaſterio ſerva-
tur, tamſi relativè ad d. Conſuetudinem ſe habuerint, prout in
dd. formulis continetur, juxta doctrinam Ab. in c. Monachi n. 4.
de Stat. Monach. quàm ſimpliciter Regulam fuerint profeſſæ, ju-
xta latè diſcuſſa per Moron. Reſponſ. Mor. 3. n. 131. & 132.*

Si enim Summi Pontificis authoritas, nedum maxima,
ſed neceſſaria eſt, ut inter Catholicos eſt innegabile, & ob-
ſervat *Card. de Luc. de Beneſ. diſc. 89. ſub n. 2.* & firmavit ea-
dem *Rot. in Mindonien. præt. obſerv. Conſtit. 1. Martii 1706.
§. Verùm cor. Anſald.* nullo modo eidem maximæ, & neceſſa-
riæ authoritati opponenda videtur opinio d. Religioſi Moro-
ni, defendentis propriam Cauſam, ut ultra punctualem au-
thoritatem *Monacell in Appendice ad Formul. tom. 1. fol. 291.
n. 2. & 3.* egregiè notat alter æquè doctus, ac pius Religio-
ſus *P. Gruther. de Arte benè deſider. reſol. 15. §. 9 n. 177. fol. 330.*
ibi: *Sacri Canones puros nutus, & umbras voluntatis Pontifi-
cis eſſe feſtinanter, & inoffenſo pede exequutioni mandandos,
& adorandos, ſuadent &c.*

Præterea, ſi Papæ ſententia prævalet ſententiæ totiùs
Mundi, juxta *Text. in can. Nemo judicabit 9. qu. 3.* ubi *Gloſ.
verb. Ab omni clero*, quor. verba refert *Gruther. ubi ſup. n. 177.*
non ſine maxima improprietate contrarium prætendere
poſſunt

poſſunt Moniales, innixæ authoritati ejuſdem Religioſi Moroni: *Quia* (ſunt verba ejuſdem *Rotæ in Legionen Parochialis 11. Novembr. 1693. § Non obſtante cor Pio*) *quando allegatur Summi Pontificis authoritas, fas non eſt cæteris Judicibus à Summorum Pontificum ſententiis, qui ſunt legum Conditores, imò Juris fontes, longè aberrare. eidemq; adverſari, cum partes obſequentiſſimi filii ſint Patris placita reverenter amplecti, & ea, qua decet, reverentia exequi, & venerari*, quam ſequutus *fui in tom. 1. par. 1. diſcept. 11. n. 34.*

Omnia hæc ſigillando verbis illis doctiſſimi, & piiſſimi Epiſcopi *Criſpini nella Viſita Paſtor. par. 2. § 42. n. 40. fol. 338 Queſti ſono gli oracoli veneratiſſimi di Papa Innoc. XI. Penſi il buon Veſcovo di farli pratticare*; Quibus ego non ſolùm me ſuſcribo, ſed reverenter addo, quod eadem venerabiliſſima oracula ejuſd. Summi Pontificis ab omnibus punctuali exequutioni demandanda ſunt, non obſtante authoritate omnium Moraliſtarum, & non attentis contrariis operationibus omnium illorum, qui Deo aliquid mediante ſolemni Voto promiſerunt, quia Deus non irridetur, eique diſplicet infidelis promiſſio, ut dicitur *Eccleſ. 5. 3.*

Aliàs verificaretur illud verè maximum, & non tollerandum inconveniens, quod non ampliùs Religioſorum operationes, & facta regularentur ab eorum Inſtitutis, & ſolemnibus profeſſionibus, ſed profeſſio, & Inſtitutum moderarentur, ac regerentur ab eorundem operationibus, quo nihil monſtruoſius dici, neque de mero poſſibili cogitari poteſt, ut exclamat *Cardin. de Laur. in Epiſt. ad Lectorem Epitom.* his verbis: *Nec ampliùs ad Amuſſim lapidem, juxta Philoſophi præceptum, ſed lapidem ad Amuſſim aptare contendamus; Non inquam legi voluntatem ſubiicimus, ſed legem ipſam ad voluntatem trahere non formidamus.*

In tertia demum reſolutione S. C. quàm per extenſum re-
7 fert *Criſpin nella Viſit. Paſtoral. par. 2. §. 42. num. 39.* concurrebat præciſa circumſtantia, quod Moniales reperiebantur in poſſeſſione de facto recipiendi, ac retinendi Vitalitia nomine proprio, quàm prætendunt habere Moniales Sanct. Jo: Baptiſtæ. Et tamen eadem Sac. Congreg. illa non obſtante, contrarium, & meritò reſolvit, juxta illa clara verba: *Suor Doralite, e Suor Doraſtella, Monache nel Monaſtero di S. Caterina, avendo già ſodisfatto al detto Monaſtero la dote neceſſaria, li furno dal loro Padre aſſegnati ſcudi 40. di rendita per ogn' una di loro, ad effetto di ſovvenirgli ne' loro biſogni di veſtiti, & altre coſe neceſſarie, tutto per minor aggravio del Monaſtero, quale rendita ſempre l' hanno eſatta eſſe Oratrici per loro biſogno, finche l' Arciveſcovo hà coſtrette le Monache a vivivere communemente. S. C. C. cenſuit, hoc redditus ab ipſamet Abbatiſſa exigi, & ad ipſius manus recta deferri oportere, de quibus pro ſuo arbitrio ſubveniet in primis neceſſitati Monialium, quarum intuitu hi redditus Monaſterio obvenerunt, cæterùm quod ſupererit, in communem Monaſterii uſum convertet:* Quæ individualis reſolutio pro lege ſervanda eſt, nedum uti emanata à d. ſupremo Senatu, ex adductis *in Tom 1. part. 1. diſc. 6. num. 64. & 65.* Sed etiam uti punctualis doctrina abſque Contradictore, ut benè obſervant citati in *Inſtit. crim. lib. 2. tit. 8. num. 241.*

8 Quo verò ad reſolutiones, in individuo loquentes de Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ.

Prima capta fuit an. 1665. 17. Junii, annuente Alex. VII.
9 in qua approbata fuit conventio illa, inita inter Moniales ejuſdem Monaſterii, & Gubernatores Montis 29. Familiarum, in qua millies fit mentio qualitatis reformatæ, & de obſervantia earundem Monialium, & quidem, tam in ſupplicibus Libellis, coram eadem Sac. Congr. porrectis, quàm à teſtibus, ab eiſdem examinatis, & productis in Curia Archiepiſc. Neapolitana, quàm demum in Informat. Cardin. Philamarini, tunc temporis Archiep. aſſerentis id juſtificari, *così per Scritture, come per prove giurate, riprodotte in queſto mio Tribunale.*

Si autem ſimplices reſolutiones ejuſdem Sac. Congreg. vim
10 legis habent ex animadverſis ſupra *nu. 7.* Quantò magis id verum erit, attenta dicta confirmatione Pontificia? Illa enim noſtra facimus, quibus noſtram impertimur authoritatem *leg. 1. §. Omnia Cod. de Veter. Jur. enuc. Surd. conſ. 301. nu. 44. & Barboſ axiom 163. num. 1.*

Non poſſumus autem meliùs ſecundam individualem re-
11 ſolutionem indicare, quàm regiſtrando per extenſum preces Monialium Sancti Jo: Baptiſtæ, Sanctiſſimo Domino N. directæ pro confirmatione decreti Vic. generalis Neapolitani; Illarumque remiſſio Sacr. Congregation. & rejectio illarum, informantibus ſolum dictis Monialibus, & ſic contra Informantes, quod non ſolet de facili in Curia practicari, & quando ad praxim reducitur, univocum peſſimi Juris ſignum eſt, argumentumque convincens.

„ Beatiſs. P. La Priora, e Monache del Monaſtero di San
„ Gio: Battiſta dell'Ordine de' Predicatori della Città di Na-
poli, uno de' Monaſterii non ſoggetti alla Riforma, ſeu oſ- 12
ſervanza ( Notetur quæſo diverſa exprimendi formula ab aliis ſupplicibus Libellis, de quibus ſupra §. 8. ) umilmente
„ eſpongono alla Santità Voſtra come tutte le RR. Mona-
„ che di detto Monaſtero in tempo della profeſſione, oltre la
„ dote, che ſi paga a beneficio del Monaſtero da ciaſchedu-
„ na d'eſſe, ſe gl'aſſegna alle medeſime da loro Parenti un'
„ annuo Livello, loro vita durante, & a libera loro diſpo-
„ ſizione, acciò con eſſo poſſano ſupplire alli loro biſogni,
„ & occorrenze, ſenza che di eſſo Vitalizio ne ſia partecipe
„ in coſa alcuna il d. Monaſtero; E perche B. Pad. nell'an-
„ ni paſſati dovendo il Maſtro d'Atti delle Monache fare una
„ Fede delli Monaſt. riformati, e di oſſervanza, fu per er-
„ rore ſcritto tra eſſi Monaſterj d'oſſervanza, ancora quello
„ di San Gio: Battiſta, & avutane di ciò notizia l'Oratrici
„ comparvero ſer. ſer. nella Corte Arciveſcovale di Napoli,
„ dove fecero iſtanza, acciò dichiaraſſe con decreto, ad fu-
„ turam rei memoriam, che detto Monaſtero di S. Gio: Bat-
„ tiſta non era compreſo tra li Monaſterj riformati, e dell'
„ oſſervanza, e fatte le prove dovute, fu decretato da quell'
„ Arciveſcoval Corte ſotto li 9. Settembre 1702. che il ſudet-
„ to Monaſt. di S. Gio: Battiſta dell' Ordine di S. Domenico
„ non era compreſo tra li Monaſterj riformati, o dell'oſſer-
„ vanza, come il tutto conſta dalla Copia del Proceſſo, in
„ publica forma fatto in detta Corte Arciveſcovale di Na-
„ poli, che ſi produce. Supplicano per tanto la S. V. degnar-
„ ſi d'ordinare, che a tenore di detto decreto ſe ne ſpediſchi
„ il Breve. Che &c. Foris. Alla Sant. di N. S. Papa Clem.
„ XI. Per la Priora, e Monache del Monaſt. di S. Gio: Batt.
„ dell' Ordin. de' Predicatori della Città di Napoli. Die 12.
„ Nov. 1702. Alla Cong. de' Veſcovi, e Regolari.
„ S. C. Emin. & Rev. S.R.E. Card. Negotiis, & Conſult.
„ E. & R. præpoſita, ad quam SS.D N. ſupplicem hunc Li-
„ bellum remiſit, audita Relatione Vic. capitularis Neapo-
„ litani, & attentis narratis, cenſuit, & decrevit, non eſſe lo-
„ cum petitæ expeditioni Brevis: Rom. 1. Martii 1703. Gaſ-
„ par Card. Carpineus N. Grimaldus Secret.

Nec juvat aſſerere eaſd. Moniales porrexiſſe dd. preces pro 13
obtinenda Gratia Brevis confirmatorii, non autem pro illius canonizatione ex meritis, & motivis juſtitiæ.

Ultra quod enim rejectio earundem, informantibus dum-
taxat eiſdem Monialibus, non obſcurè oſtendit illarum inſub- 14
ſiſtentiam ex quocunque motivo porrectæ dicantur. Reſpon-
ſio non concordat cum reſcripto SS. D. N. ſimpliciter remit- 15
tentis eidem S. C. eandem inſtantiam, ibi: *Alla Cong. de' Veſcovi, e Regolari*, abſq; alio addito *per il Voto*, vel ſimili, quod proinde, non pro Voto, ſeu pro Gratia, ſed ſecundum juſtitiam intelligendum, & interpretandum eſt, ut notant communiter Doctores *in cap. Cauſam, quæ de Reſcrip.* & ſignanter *Jo: Andr. n. 1. & Fagn. n. 4. Pignatell. conſ. 153. ſub num. 2. tom. 1 & Rot. dec. 39. num. 2. par. 1. & dec. 532. num. 8. part. 4. tom. 3. & dec. 483. num. 25. pàr. 9. rec.* In illis enim materiis, in quibus non una, ſed diverſæ reperiuntur formulæ reſcribendi, attendenda ſunt præciſa verba Reſcripti, ex animadverſis per *Rot. dec. 33. à num 9. par. 17. rec.*

Comprobatur hoc ex quotidiana reſcribendi formula; Quan-
do enim SS. D. N. exquirere vult Votum unius, vel alterius 16
ex Sac. Congreg. pro Gratia aliqua facienda, id clarè exprimere ſolet, ut in ſpecie practicatum fuit cum Gubernatoribus Montis magni Maritaggiorum in hac eadem Controverſia die 12. Februarii 1705. mediante reſcripto: *Alla Cong. de' Veſcovi, e Regolari per il Voto*; Igitur, ubi dicta verba *per il Voto* non reperiuntur, dicuntur conſultò omiſſa, & ex hoc diſcretivo reſcribendi modo in hac eadem Cauſa, & uniformi petitione Brevis confirmatorii, diverſa ejuſdem SS. D. N. voluntas manifeſtè colligitur argum. *Text. in leg. unica §. Sin autem C. de Caduc. tollen.* cum aliis, adductis à *Rot. deciſ. 176. num. 18. & dec. 328 num. 12. cor. Priol & dec. 1180. nu. 7. & dec. 1366. num. 8. cor. Emer. jun.*

Non concordat pariter eadem reſponſio cum precibus ea- 17
rundem Monialium, in quibus non ſolùm, nec minima legitur mentio Gratiæ, vel miſerabilis ſyllaba, illam à remotiſſimis apta impetrare, ſed omnes illarum partes juſtitiam undique ſpirant, & demonſtrant, cum relatione ad actus iudiciales, Proceſſus, & decreta, illorumque exhibitione, & productione in eadem Sac. Congreg. in qua productus fuit ille met Proceſſiculus, unicè exhibitus coram omnibus Judicibus & regiſtrandus *in §. 17. à num 40. uſque ad finem*, ut in terminis, quod Supplicatio, Principi porrecta cum ſola narrati-

va pendentię litis, dicatur penitus diſtincta, & ſeparata à
18 Gratia, & unicè reſtricta ad terminos juſtitiæ, etiamſi idem
Princeps reſcribat per viam Gratiæ (quod tamen in noſtris
terminis non verificatur) firmavit *Rot. in Carpent. Laudem.*
*20. Junii 1692. §. Ex prædictis coram Card. Caccia*, confirmata *coram Emer. jun. dec. 1134. num. 36.*

## §. XIV.

### *Ex Approbatione Apoſtolicæ Sedis, mediante ejus ſpeciali Delegato.*

1 ,, ANno 1665. vigore reſcripti S. C. E. & R. tenoris ſe-
,, quentis S. C. EE. S. R. E. Card. Negot. & Conſult.
,, Epiſc. & Regul. præpoſita, attentis narratis, ac audita
,, Relat. Emin. Philamarini Archiepiſcopi Neapolitani, an-
,, nuente SS. D. N. cenſuit committen. prout præſenti decre-
,, to commiſit eid. Emin. Archiepiſcopo, ut conſtito ſibi ſer.
,, ſerv. de expoſitis, & quatenus expedire judicaverit, præ-
,, fatæ conventionis ineundæ licentiam pro ſuo arbitrio, &
,, prudentia concedat Romæ 17. Junii 1665. M. Cardinalis
,, Ginettus. Epiſcopus Camerini Secretarius, Idem Apo-
ſtolicus Delegatus non potuit clariùs qualitatem obſervantię,
& reformationis in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ canonizare,
quàm aſſerendo.

,, Paulus Garbinati V. I. D. &c. Emin. & Reverend. D.
2 ,, D. Aſcanii tituli S. M. Aracæli S. R. E. Presbyt. Cardin.
,, Philamarini, Archiepiſcopi Neap. ad infraſcripta Dele-
,, gati Apoſtolici in Spiritualibus, & Temporalibus Vica-
,, rius, Locumtenens, & Officialis generalis, ac ad infra-
,, ſcripta ab eodem Eminen. D. Subdelegatus, ſpecialiter ele-
,, ctus, & deputatus.

,, Viſo ſupplici Libello S. C. EE. S. R. E. Card. Negot. &
3 ,, Conſ. Epiſc. & Reg. præpoſitæ, porrectò pro parte refor-
,, matorum Monaſteriorum S. Mariæ Sapientiæ, vedelicet
,, ex perſona Sor. Mariæ Gaetanæ, & Mariæ Thomæ Mi-
,, lani, S. Jo: Baptiſtæ, ex perſona Sor. Mariæ Evangeliſtæ,
,, & Mariæ Elenæ de Coſtantio, & Sor. Mariæ Hierony-
,, mæ Spinelli, ac S. Mariæ Ord. S. Franciſci ex perſona Sor.
,, Mariæ Joſeph Mendozza Neapol. per quod exponitur, in
,, erectione Montis nobilium 29. Familiarum nuncupatarum
,, inter alia orituris filiabus, habitumque monialem ſuſceptu-
,, ris concluſum, ac ab Equitibus dicti Montis determina-
,, tum fuiſſe, ultra eleemoſynam dotalem ducat. 200. poſt
,, habitum ſuſceptum monachalem pro utenſilis, rebuſque
,, aliis Cellæ aptis, ac neceſſariis, alioſque duc. 10. quoli-
,, bet menſe, Vita reſpectivè durante, cuilibet ex Monia-
,, li dari debuiſſe; Hocque inviolabiliter uſque ad annum
,, 1637. ab Equitibus prædictis obſervatum fuiſſe, quo in
,, tempore Gubernatores Montis antedicti animadverten-
,, tes, Monaſteria mentionata, præter dotem, non ſolùm
,, ſcut. 1000. ſed 1500. alios duc. 50. ultra Vitalitium exegiſ-
,, ſe, & conſiderantes illo minimè Moniales potiri, contra
,, Montis erectorum diſpoſitionem, attenta communione,
,, qua fruuntur. Hinc fuit, quod Gubernatores, & Equi-
,, tes prædicti in unum congregati, mentionatum Vitali-
,, tium eiſdem Monaſteriis minimè dare cenſuerunt, deter-
,, minaverunt, & concluſerunt, cui determinationi, etſi
,, aliquæ ex dictis Monaſteriis Moniales tacitè, vel expreſ-
,, sè acquieverint; Nihilominus ipſæ Sor. Maria Evangeli-
,, ſta, Sor. Maria Elena de Coſtantio, & Sor. Maria Hie-
,, ronyma Spinelli, expreſsè ſibi debitos reſervaverunt, &
,, attendentes ex Concluſione prædicta magnoperè fuiſſe
,, læſas, tum quia quantitates ſcut 500. ultra dotem, ſolu-
,, tam Monaſteriis reformatis non poſſe legitimè compenſa-
,, ri cum dictis annuis redditibus, ſeu Vitalitiis, tum quia
,, ob temporum calamitates, neceſſariis, ac utilibus, quo-
,, rum egent Moniales, utenſilis carere, contra illa Mona-
,, ſteria præfata inſurrexerunt; Re tandem maturè diſcuſ-
,, ſa, agnoſcentes mentionata Monaſteria, lites, & cauſas
,, hujuſmodi ſuſtinere, ac proſequi non valere, ac atten-
,, dentes, Montis redditus, ac illorum introitus fore dimi-
,, nutos, Moniales ipſæ ſupplicem Libellum Equitibus ex
,, eiſdem Familiis porrexerunt, eiſque ſe ſubmiſerunt, qui,
,, conſideratis omnibus, precibus ipſarum annuerunt, ac
,, prævio judicio plurium Advocatorum habito, attenden-
,, tes præcipuè, quod Moniales in Monaſteriis reformatis à
,, Communitate illorum non eis omnia neceſſaria ſubmini-
,, ſtrantur ob temporum anguſtiam, & calamitatem; Meri-
,, tò, pietatis etiam cauſa moti, cum dictis Monaſteriis,
,, convenerunt, & prævia Concluſione, facta cum interven-
,, tu omnium Equitum d. Montis, ſive majoris partis ipſorum
,, decreverunt, quod ſupradictis Sor. Mariæ Gaetanæ, &
,, Mariæ Thomæ Milano, Monialibus in d. Monaſt. S. Ma-
,, riæ Sapientiæ, & Sor. Mariæ Joſeph Mendozza in Monaſt.
,, S. Franciſci Reformatorum, quæ Concluſioni prædict. non
,, diſſentierunt, duc. 150. à die 5. Jan. 1664. & in futurum,
,, & præfatis Sor. Mariæ Evangeliſtæ, Sor. Mariæ Elenæ de
,, Conſtantio, & Sor. Mariæ Hieronymæ Spinelli, Mo-
,, nialibus in d. Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ, quæ expreſsè ſi-
,, bi d. Vitalitium reſervaverunt, duc. 50. annui ab eodem
,, die in antea eorum vita durante, ultra dotem, vel alias
,, quantitates eis, tempore monachatus, & profeſſionis per
,, eund. Montem ſolutas, ſolverentur, perſolvere promiſe-
,, runt, cum conditione de aliud ulteriùs, etiam de præteri-
,, to non petendo quæ Moniales, & pro eis Monaſteria men-
,, tionata, petierunt, & obtinuerunt annuente SS. D. N. Pa-
,, pa arbitrio, & prudentia præfati Emin. D. Philamarini,
,, quatenus ei expedire videbitur, dictæ conventionis ineun-
,, dæ licentiam; Quapropter viſo reſcripto ejuſdem S. C. in
,, calce ipſius Libelli, ſub Datum Romæ 17. Junii 1665. Vi-
,, ſa Informatione ex teſtium depoſitionibus, prævio jura-
,, mento coram Nobis receptorum, viſa Relatione, eidem
,, Sac. C. ſuper hoc data, viſis Scripturis productis, ex qui-
,, bus conſtat, Conventionem modo prælaudato ineundam,
,, in evidentem dictarum Monialium utilitatem reſpectivè
,, ceſſuram eſſe, & cedere, omniaque in dicto ſupplici Li-
,, bello expoſita fuiſſe, & eſſe vera, veritateque fulciri;
,, Propterea authoritate prædicta, Nobis ſubdelegata, eiſ-
,, dem Monaſteriis præfatæ Conventionis ineundæ (quam
,, expedire judicavimus) licentiam concedimus, & imper-
,, timur ad præſcriptum d. Reſcripti. Datum Neap. ex Pala-
,, tio Archiepiſcopali hac die 13. Aug. 1665. Paulus Garbi-
,, nati Vic. generalis Subdelegatus Apoſtolicus. Joſeph Pre-
,, ti per Curias Actor. Magiſter.

## §. XV.

### *Ex ſolemni profeſſione Monialium Sancti Ioannis Baptiſtæ.*

HUic probationi convenire videtur lepidum illud dictum, 1
ſeu motivum Leonelli, probati Curiali, qui in pleniſſima Scriptura, & longiſſima Informatione in voce, in qua plures cumulabat conjecturas, & præſumptiones ad probandam ſolutionem cujuſdam ſummæ controverſæ, tandem, loco ultimi novi motivi, attulit ſolemnem quietantiam, ſeu Receputam, factam ab eo, qui ſe aſſerebat Creditorem.

Conſtat ex enim publicis, & authenticis juſtificationibus,
Moniales S. Jo: Baptiſtæ, uſq; ab anno 1665. & ſic à primis
ferè incunabilis earum Monaſterii; (etſi majores fierent dili- 2
gentię invenirentur de facili alię antiquiores.) in earum explorationibus voluntatum, ſeu in ſolemni profeſſione, ſe obligare ad obſervantiam vitæ communis ſequentibus verbis, omni detorſione incapacibus.

*Voglio anche oſſervare la Riforma, fatta per ordine della fe-*
*lice memor di Papa Clem. VIII. particolarmente per quello, che* 3
*tocca alla vita commune, ſeu con l' intiera vita commune, ſenza poſſedere coſa alcuna di proprio, e tutto quello, che avrò, darollo alla Superiora, e dalla Communità ricevere tutti li miei biſogni*; Aliæ ſubjungentes, quod Vita communis *ſi oſſerva in d. Monaſtero, dove ſi tiene ogni coſa in communità*; Alię verò, quod in eodem Monaſterio *ſi tengono anche in commune li panni*. Obſervantes hìc cum *Divu. Thoma*, ſequuto *à Fagn. in cap. Cùm ad Monaſterium numer. 6. de Statu Monach.* quod Voti obſervantia eſt de Jure naturali divino, quodque ejus tranſgreſſio ſemper eſt mortalis.

Itaut impoſſibile ſit, quod Moniales Cappuccinę, & alię
ſtrictioris obſervantię Sancti Franc. necnon Carmelitarum 4
excalceatarum, & omnes alię, Vitam communem ſtrictiſſimè ſervantes, clarioribus verbis, magiſque efficaciori formula, obſervantiam Vitę communis promittere poſſint, ut patet conſideranti.

Adducere autem Doctorum authoritates ad probandum,
quod Moniales teneantur ſervare ea, quę in ſolemni profeſ- 5
ſione Deo promiſerunt, eſſet debilitas intellectus, proindeque dicimus ſolùm, diſplicere Deo infidelem, & ſtultam promiſſionem, ut legitur *Ecclef. 5. 4.* Atque ipſum non irrideri, ut notat in his pręciſis terminis *Fagn. in cap. Monachi num 75 in fin. de Stat. Monach*

Ponentes ante oculos emittentium ſimiles promiſſiones

aureum

6 aureum conſilium *S. Clem. Pap. epiſt.* 5. his verbis: *Undè con-
ſilium dantes, veſtram prudentiam hortamur, ut ab Apoſtoli-
cis regulis non recedatis, ſed communem vitam ducentes, &
Scripturas ſacras rectè intelligentes, quæ Domino voviſtis
adimplere ſatagatis*, de quo in *can. Dilectiſſimis in fine in qu.*
1. Et aliud *S. Auguſt in ſerm. de Comm. Cleric. Vit.* de quo in
*can. Non dicatis in quæſt.* 1. ibi: *Qui non vult mecum in com-
muni vivere habeat libertatem, ſed videat, utrum habere poſ-
ſit felicitatis hæreditatem.*

Necnon verba illius generalis Concilii, à quo plura Catho-
7 lica Eccleſia conſequuta eſt commoda, quam ab omnibus
aliis generalibus Conciliis ſimul unitis, teſtibus *Cardin. Pal-
lav. in ipſius Hiſtor. lib* 1. *ca.* 1. *n* 4. *& Cabbaſſut. in Notit Con-
cil. in Not. ad Conc. Trid. in prin. fol. mihi* 471. *ſeſſ.* 25. *de Regul.
& Monial. cap.* 1. *Neceſſarium eſſe cenſuit, præcipere, prout hoc
decreto præcipit, ut omnes Regulares, tàm Viri, quàm Mulieres,
ad Regulæ, quàm profeſſi ſunt, præſcriptum, vitam inſtituant,
& componant, atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfe-
ctionem &c. necnon ad communem Vitam, victum, & veſtitum
conſervanda penitentia, fideliter obſervent &c. omniſq; cura,
& diligentia adhibeatur &c. ut ab illis non recedatur.*

Et demum ſalutare monitum *Innoc. XII in ejus conſtit.* 95.
8 *n.* 12. ibi: *Nec ab eorum obſervantia inanibus interpretationi-
bus, & fallaciis aut relaxationum prætextibus, ad excuſandas
excuſationes in peccatis, abduci ſe ſinant; ſed profeſſionis ſuæ
memores &c. nimis enim turpe eſſet &c obligatam Deo, qui non
irridetur, primam fidem irritam facere.*

Quibus addimus verba præciſa Conſtitutionum Monia-
lium S. Jo: Baptiſtæ, ab ipſis exhibitarum S. C. E. R. à cujus
Archivio cum ſolemnitate, indicata ſupra §. 8. *num.* 13. ex-
tractæ fuerunt ibi:

Item pariter ex quodam Lib. carta alba cooperto, intitula-
9 to: *Conſtitutiones Sororum Ordinis Prædicatorum Neapoli,
impreſſo anno* 1610. *apud Jo: Jacobum Carlinum, & Conſtan-
tinum Vitalem*, in eadem Poſitione inſerto ſub fol. 14. cap. 11.
*de Commutatione Rerum extraxi, ut infra.*

*Omnes Sorores ſingulis annis, vel pluriès ſiets dictum fuerit,
omnia ſibi commiſſa Prioriſſe ſuæ exponant pariter, & exhi-
10 beant, ejus diſpoſitionis omnia relinquendo. Nulla etiam Ci-
phum, vel Vas aliquod, vel aliquid hujuſmodi ſibi appropriet.
Item nulla habeat Arcam, vel aliquid, quod cum clave firme-
tur, exceptis illis, quæ propter Officium ſuum neceſſe habent
11 habere &c. Quæcumque autem contra fecerit, furti judicio
condemnetur.*

Item ſub fol. 17. à tergo ejuſdem *Libr. ex capit.* 14. *de Reci-
piendis*, extraxi quoque, ut infra.

*Verumtamen antequam ſtabilitatem, & communem Vitam
12 promittat, & obedientiam, & profeſſionem faciat, tempus
probationis aſſignetur.*

Item ſub fol. 25. ejuſdem *Libr. ex capit.* 20. *de Graviori
culpa.*

*Gravior culpa eſt ſi quæ per contumaciam, vel manifeſtam
rebellionem ſuis Majoribus inobediens extiterit, vel cum eis
13 protervè contendere auſa fuerit; Si quæ aliam malitioſè percuſ-
ſerit; Si quæ res aliquas, aliis conceſſas, vel de communi, ani-
mo celandi, acceperit, vel proprium habuerit.*

Item ſub fol. 38 cap. 33. cui titulus: *Forma ad induendas
Novitias:* adeſt, ut infra videlicet.

*Quantùm ad paupertatem ſimiliter non poteris habere ali-
14 quid, quantumcumque modicum, quod poſſit dici tuum, vel
quod tu poſſis dicere hoc meum eſt, ſed ea, quæ tibi erunt conceſ-
ſa, erunt ſubjecta voluntati Prælatæ tuæ, quæ ea tibi auferre
poterit quotieſcumq; voluerit, & tu non habebis contra eam Jus
aliquod, nec poteris tenere pecunias, & ſi tibi datæ fuerint, non
poteris eas expendere, nec aliquid de Tibi conceſſis donare, alie-
nare, vel commutare, ſine licentia Prælatæ tuæ, quantum-
cumque minimum ſit.*

„ Item pariter in eadem Poſitione adeſt inſerta Fides Soro-
„ ris Candidæ de Argentio Prioriſſæ dicti Monaſterii, cum
„ Sigillo ejuſdem Monaſterii, cujus tenor talis eſt, ut in-
„ fra.

*Si fa fede per me Suor Candida Maria d' Argentio, Priora
del Ven. Monaſtero di S. Gio: Battiſta a chi la preſente ſpetta,
15 qualmente nel d. Monaſt di S. Gio: Battiſta ſi teneno le Conſti-
tuzioni delle Suore dell' Ord. di S. Domenico, e non altre, e ſi
diſpenſa facilmente alle Inferme, e Convaleſcenti lo lino, e
carne, e li digiuni delle Conſtituzioni, quale ſta ad arbitrio
della Priora, e per eſſer queſto la verità hò fatta la preſente, ſi-
gnata di mia propria mano, e ſigillata col noſtro ſolito Sigillo &c.
Io Suor Candida Maria d' Argentio Priora di S. Gio: Battiſta
affermo ut ſupra.*

16 „ Quas quidem partitas fideliter, & de verbo ad verbum
„ extraxi, deindeque collationavi, & concordare inveni &c.
„ dictamque Poſitionem originalem eidem Dom. Abbati Jo-
„ ſepho Antonio Maggi reſtitui &c. Ita eſt Cæſar de Par-
„ chettis &c.

Opportunè, ſed nunquam ſatis, repetentes hic, quod in con-
flictu duorum Summorum Pontificum, Inn. XI. & Inn XII.
demandantium, Moniales teneri obſervare ad literam Regu- 17
lam, quam profeſſæ ſunt, non attentis relaxationibus, in
Monaſteriis vigentibus tempore profeſſionis, ex adductis *ſu-
pra* §. 13. *numer.* 6. §. 15. *num.* 8. nullo modo, nulloque colore
attendi debent Moraliſtæ, contrarium aſſerentes egregiè *Mo-
nacell. in Form. tom.* 2. *tit.* 13 *formul.* 5. *nu.* 6. *&* 7. ubi ſequitur
*Jo: Herolt. ſerm.* 13. *de Tempor. lit. D.*

## §. XVI.

### *Ex animadverſionibus generalibus, & ſpecialibus.*

Concludebam diſcurſum cum pluribus animadver. gene- 1
ralibus, & ſpecialibus.

Circa generales, ponebam ante oculos Judicum ſac. Cano-
nes, Apoſtolicas Sanctiones, Conc. Trid. determinationes, 2
oracula Sacrar. Congr. & demum Conſtitutiones Ord. S. Do-
minici, ſub quibus vivunt Moniales S. Jo: Baptiſtæ, cum
quibus omnibus, quatenus aliquod dubium remanſiſſet, ad-
huc ſe conformare debebant.

Quoad ſacros Canones habemus *Tex.* id clarè determinan-
tem *in cap. Cum ad Monaſterium de Stat. Monach.* ibi: *Pro-
hibemus quoque diſtrictè in virtute obedientiæ ſub obteſtatione* 3
*divini judicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſ-
ſideat*, cum aliis latè ibidem cumulatis per *Fagn.* quem pro
cunctis allegare ſufficit.

Quo ad Summorum Pontificum Conſtitutiones, videntur
in hac parte falcem ponere ad radices *la* 60. Clemen. VIII. *e* 4
*la* 26 Urb. pariter VIII. confirmatoria ejuſdem, de quibus
*Fontan ad Conſtit. Ord. Prædic. tit. de Monialib. nu.* 38. cum
aliis indicatis in dicta *Conſt.* 95. Innoc. XII. in quibus omni-
bus veritas hæc tali claritate, & verbis adeo effrænatis deter-
minatur, ut nedum contrarius prætextus cœremoniarum,
ſed quæcumque aliæ inſubſiſtentes interpretationes inallega-
biles remaneant.

Quoad ſanctionem Conc. Trid. abſque ulla Doctorum in-
terpretatione, ſat eſt percurrere verba illa *ſeſſion.* 25. *de Re-* 5
*gul. & Mon. cap.* 1. *Nemini Regularium, tàm Virorum, quàm
Mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuſcumque
qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tan-
quam propria, aut etiam nomine Conventus poſſidere, vel
tenere, ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique in-
corporentur.*

Quoad reſolutiones Sac. Cong. E. & R. & C. ultra illas,
quas referunt, & ſequuntur *Fagn. in cap. Monac. de Stat. Mo-* 6
*nach. & Monacell. in Append. ad Formul. tom.* 1. *fol. mihi* 291.
*à n.* 1 & aliæ relatæ in Synodo *Card. Denoff. lib.* 3. *cap.* 7. *de Mo-
nial. verſ. Et quia Tridentinum*, ſpeciali animadverſione vi-
dentur duæ, approbatæ à totidem Summis Pontificibus,
Urban. VIII. & Innoc XI. & tertia in terminis Monialium,
quæ longo temporis ſpatio Livella proprio nomine exegerant
de quibus ſupra §. 12. *num.* 7.

Quo demum ad Conſtit. Ord. S. Dominici, ſub quibus vi- 7
vunt Moniales S. Jo: Baptiſtæ, hæ non poſſunt eſſe clariores,
illaſque refert, & exornat *Fontan. ad Conſtit. Ord. Prædic.
tit. de Bon. Fratr.* & ſignanter *nu.* 4. ubi refert diſpoſitionem
Capituli generalis, in Urbe celebrati anno 1729. *ordinat.* 21.
ibi: *Ordinamus juxta diſpoſitionem S. Conc. Trid ſeſſ.* 25. *cap.*
2. *ut Fratres redditus annuos quocumque titulo habentes, eos
non per ſe, ſed per Syndicum nomine Conventus exigant, ac
de eiſd. in Libro communis depoſiti, tam pro receptis, quàm pro
expenſis, rationem reddat ipſe Syndicus, contrafacientes &c.
& tit. de Monial n.* 6. *& tit. de Profeſſ. n.* 11.

Neque omittebam Judicibus reverenter exponere, & ad 8
vivum exprimere, maximum inconveniens, quod ex con-
traria Sententia poterat promanare, utì ex diametro oppo-
ſita Tranſactioni anni 1665. ab Alexand. VII. confirmatæ,
nec non expreſſæ declarationi, & præciſæ voluntati SS. Do-
min. Noſt. circa obſervantiam Vitæ communis, patefactæ
omnibus Generalibus, & Procuratoribus generalibus om-
nium Religionum Mendicantium in feria 2. majoris Heb-
domadæ anni 1701. poſt ſolitam Concionem in Palatio Va-
ticano habitam, necnon utì ex directo contraria, nedùm
dictæ individuali reſolutioni Sacr. C. E. & R. de qua in §.
12. *numer.* 12. Sed etiam tot commendabilibus opera-

tionibus aliarum Sacrar. Congreg. omnem moventium lapidem pro introducenda vita communi, etiam in illis Monaſteriis, ubi evidens eſt, quod de facto non reperiatur, Quantò igitur minùs per Sententiam excludenda, & eliminanda videtur ab illis Monaſteriis, in quibus reperitur? Ante oculos eorundem Judicum ponendo majeſtatem, & authoritatem Sacr. Congregat. quæ talis, & tanta eſt, ut etſi ab illius reſolutionibus admittatur recurſus, ob eximiam nihilominus EE. PP. ſapientiam, & obſequium eis debitum, adhuc magni faciendæ ſint, & clauſis oculis ab inferioribus Judicibus ſequendæ, ut de ſe ipſa gloriatur in ſpecie *Rot. deciſ. 220. num. 13. cor. Ottobon. & dec. 214. à nu. 6. par. 4. tom. 2. rec.* ubi, quod ſi in qualibet materia de Jure defertur doctrinæ alicujus inſignis Doctoris, multo magis deferendum videtur doctrinæ tantorum Patrum in materia, in qua ipſi quotidie verſantur; Concludentes noſtras preces his præciſis verbis: *Itaut ſi verificaretur contraria juridica determinatio, & Sententia in noſtris terminis ad unguem verificaretur id, quod D. Gregorius homil. 37. in Evangel. ſcriptum reliquit, aliud ſcilicet ſupremum, maximumque Chriſtianæ legis Præconem clamare, aliud nuntiare Judicem, ſeu aliud Pontifices inculcare, aliud ſententiare Judices eccleſiaſticos, &, quod omnem credulitatem ſuperaret, reſpectu illius Monaſterii, quod, Monialibus acerrimè informantibus, utì de obſervantia, & reformatum, recognitum, & canonizatum fuit etiam à ſupremo laico Tribunali Neapolis.*

Circa ſpeciales verò advertebam, quod Mons Maritag-
9 giorum erectus, apertuſque fuit dumtaxat anno 1669. quando non ſolùm, nec minimum aderat dubium qualitatis obſervantiæ, & reformatæ reſpectu Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ, ſed forſan nec etiam natæ erant quatuor illæ Moniales, quæ anno 1701. Vitam communem in illo non obſervabant; Imò pauló ante præceſſerant innumeræ illæ judiciales Confeſſiones Monialium, teſtium depoſitiones, & alia, de quibus ſupra. Non adeſt autem in jure propoſitio magis certa, magiſque communiter à DD. approbata, & à magnis Tribunalibus recepta, quam quod omnis diſpoſitio, & quælibet conventio debet interpretari ſecundùm illud tempus, quo fit,
10 ea ratione, quia tunc ſuam recepit perfectionem, juxta *Tex. in leg. 1. ff. de Teſtam. leg. 4. ff. de Adimen. legat & §. Poſteriore Inſtit. Quib. mod. teſtam. infirm.* cum concordantibus *apud Fuſar. de Subſtit. quæſt. 257. num. 47. Antonel. de Loc. legal. lib. 1. cap. 35 num. 1. Card. de Luc. de Fideic. diſc. 44. nu. 5. & diſc. 47. n. 8. in fin. & Rot. dec. 25. n. 12. cor. Ottob. & dec. 1084. num. 5. & 6. cor. Emer. jun.*

Quæ interpretatio eò magis ſumenda eſt, attenta duplici circumſtantia.

I. Quia aliàs eorundem Fundatorum obligatio, contra
11 ipſorum intentionem, extenderetur ab annuis ducat. 50. ad duc. 80. adverſus omnia juris principia, ſecundùm quæ habemus, quod obligationes omnes ſunt ſtricti juris, & quo magis fieri poteſt, reſtringendæ ſunt, & nunquam extendendæ, nec ampliandæ *ad Text. in leg. Quidquid 99. ff. de Verb. obligat. l. Si ità ſtipulatus §. Chriſogonus ff. eod.* cum aliis apud *Rot. coram Dunoz. jun. dec. 570 num. 4 & 3. & coram Burat. dec. 29. num. 19 & coram Bich dec. 5. numer. 27. & cor. Emer. jun. dec. 934. num. 6. & in par. 11. rec. dec. 39. num. 5. & in par. 19. dec. 408. num. 3.*

II. Verò, quia licet noſter Mons nomine, & qualitate verè pii Operis magnus appelletur, & ſit, ex conſuetis tamen fortunæ caſibus, & accidentibus, ipſius nomen non conve-
12 nit rebus, & de eo verificatur id, quod ſcriptum reliquit *Senec. in Hercul. furioſ. act. 1.* ibi: *Hoc enim ſolùm mihi nomen relictum eſt.* Reperitur ſiquidem gravatus æræ alieno in ſcut. 300. mil. pro totidem dotibus, promiſſis, & non ſolutis Deſcendentibus ab illius Fundatoribus, in ſæculo nuptis, ut eſt in Civitate Neapolis notorium. Unde de illius ſummis anguſtiis, multò minus extendenda videtur obligatio Fundatorum à ducat. 50. ad duc. 80. reſpectu nubentium in Domino, quorum dotes, & Vitalitia ex ejuſdem Montis Conſtit. præferri debent dotibus nubentium in ſæculo. Aliàs verificaretur id, quod improbavit *D. Paul. ad Corinth. 1. 11 21.* Quia ſcilicet una ex Deſcendentibus à Fundatoribus noſtri Montis ebria eſſet, alia autem eſuriet, quod permittendum non eſt, quia *Jura noſtra non patiuntur, unius inopiam, alterius injuria relevari, noluntque beneficium, quod pro pietate alicui conceditur, in aliorum perniciem redundare*, juxta præciſa verba *Rot. in Rom. ſeu Januen. Legati 1. Maii 1698. §. Nec magis cor. Card. de la Tremoille.*

Terminando hunc Paragraphum cum illa animadverſio-
13 ne, cum qua ad Civitatem Neapolis non ſine admiratione pervenit notitia Sententiarum, obtentarum in Curia, & expectatur exitus hujus Cauſæ, quod ſcilicet cum Parentes, & Conſanguinei monacandarum, Jure communi attento, teneatur illis aſſignare Livella, eo modo, & in ea quantitate, quæ dari ſolet in Monaſteriis, in quibus profeſſionem emittunt, ex adductis per *Card. de Luc. diſc. 167. nu. 11. & 12.* & firmatis per *Rot. dec. 671. n. 27. cor. Merlin. & dec. 350. n. 1. & doc. 350. n. 5. & dec. 424. n. 3. & dec. 659. n 6. cor Emer. jun.* Ea ratione, quia dicuntur pars, ſeu appendix dotis, ut notant *Gratian. diſcept. 494. n. 58. Add. ad Greg. dec. 80. num. 11. Card. de Luc. de Donat. diſc 25. n. 18. & diſc. 59. n. 3. & de Regul. diſc. 1. n. 152. & Rot. d. 679. n. 6. cor. Emer. jun. & dec. 153. nu. 10 p. 19. rec.* Itaut pro illorum conſequutione intret etiam ſubſidiarum remedium *Auth. Res quæ C. Comm. de Legat.* pro alienatione bonorum, fideicommiſſis ſubjectorum *Cardin. de Luc. de Donat. diſc. 32. n. 9 & ad Conc. diſc. 34 n. 5. & de Regul. diſc 56. n. 2.* Cum evidenti, magnoque præjudicio Laicorum in futuris monacationibus in Monaſt. S. Jo: Bapti. erunt obligati iidem Parentes, & Conſanguinei ad aſſignanda Liv., non ampliùs in duc. 50. ſed in duc. 120. & ſic cum inſigni augumento duc. 30. ſeu cum capitale duc. 3000. circiter: Quod ſenſibile quidem erit Familiis illis, quæ Fortunæ bonis abundant, ſed ferè inſupportabile aliis nullatenus divitibus.

Et hæc forſan, inter alias, fuit ratio, propter quam Regium Conſilium, reiectis replicatis inſtantiis Monaſterii S. 14
Jo: Baptiſtæ, poſt decem annos maturæ diſcuſſionis Cauſæ, approbavit Concluſionem Gubernatorum Montis 29. Familiarum anni 1664. ſequentis tenoris. *Et affinche monacandoſi per l'avvenire alcune delle Sig. compreſe nel Monte in dd. Monaſterj riformati, non poſſa naſcere differenza alcuna ſopra d. Vitalizio ſi è concluſo, e ſtabilito, che alle Monache, da farſi in Monaſteri riformati, ſi diano annui duc. 40. in vita, o pure duc. 500. per una volta tantùm a loro elezzione, e più ſe li diano duc. 200 per li fornimenti &c.*

Obſervando ulteriùs, quod malum non terminabit in ſolo Monaſterio, S. Jo: Baptiſtæ, quia allegando Sententias, 15
ab ipſo obtentas in Urbe facilitate maxima omnia alia Monaſteria reformata Neapolis obtinere poſſunt ſimilem declarationem, & conſequenter nulla remanebunt in eadem Civitate Monaſteria reformata, ſaltem quoad quantitatem Livellorum, & libertatem de illis diſponendi: Quod quale, quantumq; præjudicium, allatarum ſit, & Monialium profectui circa ſpiritualia, & Sæcularium patrimoniis, vix exprimi verbis poteſt; ut indicavimus ſup. §. 13. *n. 6.* ubi oſtendimus, inconveniens hoc jam incepiſſe fimbrias dilatare. Et declarando in ſpecie Moralium authoritates, ad hominem probavimus, mediantibus duobus Summorum Pontificum Oraculis, in hac parte non eſſe attendendas *inanes interpretationes* (ſunt verba *Innoc. XII. ubi ſupra* §. 12. *n. 8.*) aut *relaxationis prætextus*, ſed ſervandam eſſe Deo, qui non irridetur fidem, ei obligatam mediante ſolemni profeſſione.

## §. XVII.

*Rationes, & Motiva, adducta à Defenſoribus Monialium S. Io: Baptiſtæ, ad canonizandum d. Monaſterium pro non obſervante, neque reformato.*

NOn poſſumus meliùs, elegantiorique methodo has ra- 1
tiones, & motiva adducere, quàm inſerendo per extenſum Scripturas, favore earundem Monialium compoſitas, & Judicibus datas, unà cum integro Proceſſiculo, cor. Vicario generali Neapolitano Siliquino, & in Curia exhibito, in quo reſtringuntur omnes omnino Juſtificationes adductæ ex parte earundem Monialium in hac Cauſa, quorum tenores ſunt ſequentes.

*Memoriale, datum primo Judici, de quo habebitur mentio* 2
„ *in ſequenti* §. 18. *numer.* 5. In Civitate Neapolis habentur
„ quam plura Monaſteria Monialium, quorum Archie-
„ piſcopus declaravit, aliqua eſſe ſub Regula obſervantiæ
„ ad effectum, ut annui Livelli Monialium exigerentur ab
„ Abbatiſſa, non autem à particularibus Monialibus, &
„ hoc pro Vita communi, quam ſervant Moniales ejuſdem
„ obſervantiæ.
„ Cumque per errorem Actuarii fuerit adnotatum Mona-
„ ſterium S. Jo: Baptiſtæ Ord. Religionis Prædicatorum S. 3
„ Dominici inter reformata, hinc proinde ad inſtantiam
„ ejuſd. Monaſterii pro emendatione d. erroris inſtitum fuit
„ coram R. Vic. generali, pro recognitione veritatis hujuſ-
„ modi facti, illaque recognita, repertoque errore, idem
„ Reveren. Vicar. die 9. Sept. anno 1702. decrevit, Vitalitia
„ Monialium Sanct. Dominici ſpectare ad liberam diſpoſitio-

nem

,, nem earundem Monialium, præfatumque Monaſterium
,, minimè eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata,
,, ut latiùs continetur ex Actis, quæ dantur in præſenti Sum.
,, num. unico.
,, Pro cujus decreti exequutione expeditum fuit ad inſtan-
,, tiam ejuſd. Monaſterii Monitorium cor. Illuſtr. D. meo,
4 ,, à quo petitur contra Montem magnum Maritaggiorum
,, Neapolis decerni Exequatur vigore ſuarum facultatum per
,, Conſtit. Summorum Pontificum eid. attributarum, relata-
,, rum per *Ridolph. in Prax. p. 1. cap. 13. n. 635.*
,, Et ſine ulla prorsùs difficultate, quia Actuarius in Fide
5 ,, data ſuper decreto Monaſteriorum reformatorum per erro-
,, rem reportavit noſtrum Monaſterium, cujus error non præ-
,, judicat Monialibus per *Text. apertum in l. Nihil conſenſui*
,, *§. Videtur ff. de Regul. jur. l. Si per errorem ff. de Juriſdict.*
,, *omn. judic. leg. 2. ff. de Judic.* cum concordantibus, & per
,, conſequens ſatis fundata eſt intentio Monaſterii pro exe-
,, quutione d. decreti Reverendiſs. Vicarii, qui cum recogno-
,, verit d. errorem, & ex juribus in Sum. datis conſtet, no-
,, ſtrum Monaſter. minimè ſubjacere Religioni obſervantiæ,
,, idcirco benè pronunciavit Vitalitia eſſe propria Monia-
,, lium, non autem cedere ad diſpoſitionem Abbatiſſæ, ſeu
,, Prioriſſæ reſpectivè pro cujus exequtione ſupplicatur;
,, Quare &c.
*Jura, indicata in hoc num. 5. & data in Summario, ſunt il-
lamet exhibita infra à num. 40. uſque ad finem, quæ fuerunt
deinde repetita coram aliis Judicibus, quibus exhibitæ fuerunt
ſequentes Scripturæ.*
,, In Civitate Neapolis habentur quamplura Monaſteria
6 ,, Monialium, pro quibus Mons magnus Maritaggiorum
,, nuncupatur tenetur fœminis, deſcendentibus ab Equiti-
,, bus tradere dotem, & acconcium, nec non annuum Li-
,, vellum duc. 80. cuilibet Moniali, dummodo non ſint pro-
,, feſſæ in Monaſteriis reformatis, ſed de obſervantia, quo
,, caſu Vitalit. ſolvi debet Monaſterio in annuis ducat. 50. ut
,, Sum. num. 1.
,, Adeſt etiam in dicta Civitate alter Mons 29. Familia-
7 ,, rum nobilium nuncupatus, qui indiſtinctè promiſit, ſe-
,, que obligavit ſolvere Monialibus de dictis Familiis, ultra
,, dotem annuum Livellum ducat. 120. nullo habito reſpe-
,, ctu, etiamſi Moniales profiterentur in Monaſteriis refor-
,, matis, & de obſervantia, ut eſt in confeſſo, & inferiùs
,, demonſtrabitur.
,, Sed anno 1691. evenit decretum Vicarii gener., qui in-
8 ,, ter Monaſt. reformata, & de obſervantia reportavit Mo-
,, naſt. S. Jo. Baptiſtæ Principale, prævia declaratione ſolu-
,, tionis Livellorum in manibus Abbatiſſæ, ut Sum. n. 2
,, Quod decretum cum emanaverit *inauditis Monialibus*
9 ,, *Principalibus* (1) *ac per errorem* (2) eoque non obſtante
,, *Moniales exegiſſent ſua annua Livella* (3) ſignanter à Mon-
,, te 29. Familiarum, cum quo præſens Cauſa diſceptatur,
,, hinc proinde Moniales S. Jo: Baptiſtæ Principales an. 1702.
,, recurſum habuerunt ad eund. Vic. generalem Neapolis *pro*
,, *emendatione d. erroris* (4) ac declaratione, d. Monaſt. *mi-*
,, *nimè eſſe comprehenſum* inter Monaſt. reformata. ſeu de ob-
,, ſervantia, prout d. Vic. expreſsè declaravit Sum. n. 3.
,, Pro cujus decreti executione expeditum fuit ad inſtant.
10 ,, ejuſd. Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ Principalis Monitorium cor.
,, A.C.A. qui ſer. ſer. *Cauſaq; plenè diſcuſſa* (5) per deffiniti-
,, vam pronunciavit decretum Reverendiſs. Vic. declarans
,, noſtrum *Monaſt. minimè fuiſſe* (6) *nec eſſe comprehenſum in-*
,, *ter Monaſteria reform. ſeu de obſervantia*, exequendum fore,
,, & eſſe, præfatoſq; Montes, tam Maritaggiorum, quàm 29.
,, Familiarum, teneri, & obligatos eſſe ſolvere annuum Vita-
,, litium directè Monialibus, ut Sum. n 4.
,, *A' qua Sententia appellavit Mons Maritaggiorum, non au-*
,, *tem alter* 29. *Familiarum*, de cujus intereſſe principaliter
11 ,, agitur, imò nunquam excepit, nec comparuit, & paſſus
,, fuit, Cauſam expediri per Contradictas, dictaq; appella-
,, tione ſtante, utì interpoſita à Collitigante, ſuſpenſa fuit
,, executio d. Sententiæ A. C. commiſſaq; Cauſa appellatio-
,, nis hujuſmodi R P.D.N. *illaque acriter agitata* (7) tandem
,, evenit Senten. confirmatoria alterius A.C.A. favore noſtri
,, Monaſterii, ut in Summario n. 5.
,, Cumq; iterum Mons magnus Maritaggiorum ab hac ul-
12 ,, tima Sententia reclamaverit, Cauſaq; hujuſmodi delega-
,, ta fuerit Illuſtr. D. meo. Propterea ad inſtantiam ejuſdem
,, Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ Principalis ſupplicatur pro illius
,, confirmatione, attenta validitate, & Juſtitia ejuſdem ut
,, reſpondit *Rot. cor. Alex. VIII. dec. 11. & in rec. dec. 461. utro-*
,, *bique n. 1. par. 17.*
13 ,, *Validitas ſiquidem liquet ex Actis* (8) cum fuerint ſervata
,, omnia requiſita, adducta in *dec. Caputaq. 260. p. 2* Juſti-
,, tia verò abundè reſultat.
,, Nam intentio, & Actio Monialium Principalium con- 14
,, ſequendi Livella directè, eſt ſatis fundata in Capitulis
,, Montis Maritaggiorum Adverſarii nu. 1. Nec non in aliis
,, alterius Montis 29. Familiarum, relatis ab Archiepiſcopo
,, Neapolitano in ejus Informatione, quæ dat. Summ. nu. 6.
,, quorum vigore cum *Moniales aſſiduè exegerint à Monte 29.*
,, *Familiarum* dicta Livella (9) ab anno 1645. uſque ad præ-
,, ſens Sum. num. 7. ſanè, tam in poſſeſſorio juxta vulgatum
,, *§. Retinendæ Inſt. de Interd.* quam in petitorio, Moniales
,, habent intentionem fundatam pro illorum conſecutione,
,, quod concluſum dicitur, mediante Sententia A. C. decla-
,, rante, dd. Livella deberi directè Monialibus, ut firmavit
,, *Rot. d. 561. n. 1. apud Poſth. de Man* & alibi paſſim.
,, In nihilo relevante, quod obligatio dictorum Montium 15
,, locum habere debeat favore Monialium, dummodo non
,, ſint profeſſæ in Monaſteriis reformatis, ſeu de obſervan-
,, tia; Quia ſupplicatur adverti, quod illa Montis 29. Fami-
,, liarum non habet hanc reſtrictivam, ſed directè loquitur
,, favore earundem, *& de altera obligatione Montis magni Ma-*
,, *ritaggiorum non eſt quæſtio* (10) cum in noſtro Monaſterio
,, non adſit Monialis dependens, aut deſcendens ab Equiti-
,, bus dicti Montis magni.
,, Verùm, quidquid ſit de hoc, dicimus, quod in præſen- 16
,, ti Judicio petitur confirmari Sententias A.C.A. & R.P.D.
,, N. confirmantes antecedens decretum Vicarii generalis
,, Neapolis, in quo declaratum fuit, noſtrum Monaſterium
,, minimè fuiſſe, nec eſſe de reformatis, ſeu de obſervantia,
,, *à quo cum non fuerit exadverſo appellatum* (11) imò execu-
,, tioni demandatum ab A. C. juxta ſuas ordinarias faculta-
,, tes, relatas per *Ridolph. in Prax. part 1. cap. 13. num. 635.*
,, ſanè hic ultimus ſtatus ab Ordinario Neapolitano firmatus
,, eſt omnino ſervandus, juxta *conſ. Calder. 28. verſ. & ſtatus*
,, *præſens*, & alios, allegatos *in dec. 147. num. 5. cor. Emer.*
,, *ſen.* & ſæpiùs in aliis.
,, Attamen *cum noſtrum Monaſterium non ſit, neq; Cappuc-* 17
,, *cinorum, neq; Minorum de obſervantia S. Franciſci* (12) ſed
,, vel ſub invocatione S. Dominici, vel ſub Regula S. Augu-
,, ſtini, indè ſequitur, quod noſtrum Monaſterium *tale præ-*
,, *ſumi debeat, qualia regulariter ſunt illa, ſub dd. inſtitutis*
,, *viventia*. Etenim Sac. Conc. Trid. exceptis Obſervanti-
,, bus, & Cappuccinis, quorum incapacitas provenit à diſ-
,, poſitione, clauſa in corpore in Juris in *cap. Ex iis de Verb.*
,, *ſignific. in 6. & in clem. Exivi de Paradiſo eod tit.* decernit
,, pro regula, quod omnes Mendicantes, ſeu Regulares in
,, univerſum eſſent capaces acquiſitionis, & retentionis bo-
,, norum, *ut in ſeſſ. 25. de Regular. capit* 3. prout benè notat
,, *Em. de Luc. de Regul. diſc. 63. num. 14. & diſc. 35. num. 9. in*
,, *annot. ad Conc. Trid.*
,, Itaque dum ſtatus, & obſervantia eſt, ut noſtræ Monia- 18
,, les receperint *dd. Livella*, illiſque *ſoluta fuerint in particu-*
,, *lari* (13) ut d. n. 7. nil ampliùs quærendum eſt, noſtrum-
,, que *Monaſterium eſt judican. quale præſeferunt, atque de-*
,, *monſtrant effectus, & modus vivendi*, uni potiùs, quàm
,, alteri qualitati convenientes (14) ut advertit *Donat. Rerum*
,, *Regul. tract. 5. de Tranſeunt. qu. 36. n. 2. & ſeq. Card. de Luc.*
,, *de Regul. diſc. 36. num. 7.*
,, Non obſtantib. objectis, aliàs decantatis, ad effectum 19
,, oſtendendi, noſtrum Monaſt. eſſe de reformatis, cum ſuf-
,, ficiat pro hac parte dicere, id neceſſariò probandum eſſe
,, *ab Inſtitutione, de qua non conſtat* (15) proindeq; argumen-
,, ta contraria, in quibus nituntur objecta exadverſo, non
,, relevare in caſu, & ad effectum, de quo agitur.
,, Non enim authoritas Hiſtoricorum exadverſo adducta, 20
,, nempè *Cæſaris Eugenii Caraccioli*, referen. noſtrum Mo-
,, naſterium, fuiſſe fundatum ſub titulo S. Jo: Baptiſtæ Ord.
,, reformati, & de vera obſervantia S. Dominici; Tum quia
,, notum eſt omnibus, quod *Hiſtorici regiſtrare faciunt deſum-*
,, *pta ex Traditionibus minimè veris*, (16) incertiſq; vocife-
,, rationibus; Unde actum eſſet de probationibus, ſi eorum
,, dicta adſtruerent in Judicio. Imò *deſtruitur ex ſolutionibus*
,, *& obſervantia* (17) *contraria Rot. coram Ottobon. dec. 253.*
,, *numer. 20.*
,, Eoque minus enunciativa, contenta in ſupplicibus Li- 21
,, bellis, porrectis Sac. Cong. E. & R. aliàs exadverſo datis,
,, quia *non conſtat de ullo mandato Procuræ ejuſd. Monaſterii*
,, (18) hujuſmodique enunciativæ minimè attenduntur ad
,, effectum probandi Inſtititutum, nec ad conſtruendam ba-
,, ſem probationis, quando quæſtio principalis aſſumpti eſt
,, ſuper veritate enunciati *Rot. cor. Burat. dec. 145. & dec. 354*
,, *utrobique num. 4.*

,, Maximè quia vigore reſcripti Sac. Congreg. tranſactum
22 ,, fuit inter Moniales Principales, & Montem 29 Fa-
,, miliarum, quibus Monialibus, *Mons ſolvit directè Li-*
,, *vella* (19) quod minimè eveniſſet, ſi Moniales Princi-
,, pales fuiſſent adſcriptæ Regulæ Reformatorum, ſeu de
,, Obſervantia, ut videre eſt ex ead. Tranſactione, exad-
,, verſo danda.
,, Nullius tandem relevantiæ eſt alterum argumentum,
23 ,, exadverſo deſumptum ex eo; Quod noſtræ Moniales in
,, actu profeſſionis, præter tria Vota ſubſtantialia, ſpon-
,, deant ſervare Reformationem, editam in Bulla Clemen-
,, tis VIII. atque ideo exadverſo deducitur, noſtrum Mo-
,, naſterium de Reformatis eſſe cenſendum, *ſed gratìs*, *&*
,, *malè* (20)
,, Quoniam Bulla Clem. VIII. non pro noſtro, aut pro ali-
24 ,, quo peculiari Conventu edita eſt, ſed generaliter pro om-
,, nibus, ut ex illius inſpectione patet, unde non magis ex
,, ea noſtrum Monaſt., quàm cætera obligantur.
,, Nullatenus refragante, quod aliæ Moniales non ſe obli-
25 ,, gent ad illam ſervandam; Nam, quidquid ſit, an lex
,, merè civilis ex ſola promulgatione Subditos obliget, vel
,, ipſorum acceptatio requiratur; Nulli dubium eſt, quod
,, in lege eccleſiaſtica, & Bullis Summorum Pontificum non
,, requiritur acceptatio, quia poteſtas, quam habet Sum-
,, mus Pontifex immediatè eſt à Deo, non autem à Subdi-
,, tis, unde ab eorum voluntate efficacia legis non pendet,
,, & ideo, licet alia Monaſteria expreſsè proteſtarentur, ſe
,, nolle ſervare prædictam Bullam Pontificiam, quod non
,, eſt dicendum, tamen ad illam ſervandam de Jure teneren-
,, tur æquè, ac alia Monaſteria, quæ illius obſervantiam
,, apertè promittunt, quia hoc habet lex eccleſiaſtica, ut ad
,, acceptandum obliget *Suar. lib. 4. de Legib. cap. 16. Rot. cor.*
,, *Caval. dec. 85. per tot.*
,, Nec dicatur, quod verba hujuſmodi promiſſionis noſtra-
26 ,, rum Monialium circa dictam Bullam, aliquid debent ope-
,, rari, ne talis promiſſio, Deo facta, eluſoria prorſus red-
,, datur, quia cum præter Votum paupertatis, & reforma-
,, tionis, *injungatur in præfata Bulla*, *oratio*, *jejunium*,
,, *ſilentium*, *& ſimilia* (21) *ſat eſt*, *ut quoad iſta promiſſio ve-*
,, *rificetur*, ne inanis dicatur, nam etiam circa ea, ad quæ
,, vigore legum, aut Conſtitutionum tenemur, ſi nova par-
,, ticularis promiſſio addatur, nova quoque ratio meriti ac-
,, cedit, ut in ſimilibus terminis *Suar. tom. 2. de Relig lib 1.*
,, *de Vot. cap. 11. num. 10.*
,, Nec urget replicatio, quod promiſſio ſervandi Bullam
27 ,, extendatur ad omnia in illa contenta; Semper enim ead.
,, recurrit reſponſio, ex præmiſſa Bulla æquè noſtrum Mo-
,, naſterium S. Jo: Baptiſtæ, ac cætera Monaſteria obligari,
,, & tamen omnia Monaſteria per hoc non ſunt de Reforma-
,, tis: Sed dicimus ulteriùs quod *verba promiſſionis*, *quan-*
,, *tumvis generalia ad ea ſolum extenduntur*, *de quibus fuit*
,, *cogitatum* (22) *ad Text. in l. Emptor. §. Hujus nu. 1. ff. de*
,, *Pact. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 6. rubr. 4. n. 5. to. 2.* Quod
,, autem cum hujuſmodi promiſſione noſtræ Moniales nolue-
,, rint obligari, niſi ad ea, ad quæ tenebantur ante editio-
,, nem d. Bullæ, nec per ejus obſervantiæ promiſſionem ad
,, majora circa Votum paupertatis teneri crediderunt, ma-
,, nifeſtum redditur ex conſecutivis actibus, etiam immedia-
,, tè poſt emiſſam profeſſionem factis, petendi, *& conſequen-*
,, *di annuum Livellum ad inſtar non Reformatarum* (23) qui
,, actus conſecutivi valde conferunt ad illarum intentionem
,, detegendam, earumq; promiſſionem declarandum *cap. Cum*
,, *dilectus de Conſuet. Menoch. conſ. 276. n. 19.*
,, Et benè, quæ in jure, ut ſupra firmata ſunt, roboran-
28 ,, tur ex ipſo facto, *nam formula, cum qua noſtræ Moniales pro-*
,, *feſſionem emittunt, eſt eadem, qua utuntur, tàm cætera Mona-*
,, *ſteria non reformata, quàm etiam alia reformata, & de obſer-*
,, *vantia* (24) *ut nu.* 8. Unde ad ſatietatem deducitur, quod
,, noſtrum Monaſt. non eſt de reformatis, nec ſtante promiſ-
,, ſione ſervandi Bullam Clemen. VIII. fuit intentio Monia
,, lium, ſe pro talibus declarandi, Eoq; magis, quia eiſd. ver-
,, bis fit promiſſio obſervandi d. Bullam à Monialibus refor-
,, matis, ac etiam ab illis, quæ non ſunt de reformatis Sum.
,, d. n. 8. & propterea ex præmiſſis neceſſariò emergit Juſtitia
,, noſtrorum Judicatorum, pro quorum confirmatione jure
,, meritò denuo ſupplicatur. Quare &c.
,, *Reſponſio in eadem Cauſa*. Eleganter, & de more reſtri-
29 ,, cta fuit ab Illuſtriſſimo D. meo difficultas hujuſmodi Cau-
,, ſæ in duabus inſpectionibus, prima nempè, an Sententiæ,
,, quæ revidentur, continentes liquidationem annuorum Li-
,, vellorum, de quibus agitur, ſint in hac parte confirman-
,, dæ; Secunda, an Mons Maritaggiorum teneatur ad an-
,, nuos duc. 80. vel potius 50. noſtris Monialibus profeſſis in
,, Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ Neapolis; Cumque in omni-
,, bus præfatum Monaſterium, ad cujus Inſtantiam Cauſa
,, hujuſmodi pendet, foveat bonum jus, propterea videtur
,, locus confirmationi dd. Sententiarum, à Judicibus a quibus
,, latarum ex ſeq.
,, Nam quantum attinet ad primam Inſpectionem dicimus,
,, *quod benè A. C. proceſſit ad liquidationem debiti* (25) tam 30
,, Montis 29. Familiarum in annuis duc. 20. quàm alterius
,, Montis magni Maritaggiorum in annuis duc. 80. cauſa di-
,, ctorum Livellorum, qua contra utrumque Montem *fuerunt*
,, *exhibita Capitula*, hujuſmodi liquidationem concernen-
,, tia (26) prout eſt in confeſſo, & ob id A. C. poſtquam
,, mandavit exequendum fore, & eſſe decretum Vicarii ge-
,, neralis Neapolis, benè proceſſit ad liquidationem dicto-
,, rum Livellorum, tanquam Executor dicti decreti, co-
,, ram quo Monitorium fuit expeditum, juxta Conſtit. Apo-
,, ſtolicas, relatas à *Ridolph. in Prax. part. 1. cap. 13. num.*
,, 594. & per conſequens, licet Vicarius Neapolitanus decre-
,, verit, noſtrum Monaſterium non eſſe comprehenſum in-
,, ter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia, quarum
,, Vitalitia Monialium cedant in beneficium Communitatis
,, ad diſpoſitionem earum Abbatiſſæ, ſanè idem A. C. po-
,, tuit id decernere *Gratian. diſcept. 40 à num. 8.* Maximè
,, quia utì Executor potuit cognoſcere de exceptionibus, reſ-
,, picientibus executionem, nempè quantitatem Livellorum,
,, ut benè diſtinguendo firmavit *Rot. coram Cerr. dec. 86. nu-*
,, *mer. 9. & 10.*
,, Et abſque ulla difficultate, quia paſſim habetur in judi- 31
,, cio immiſſionis, in quo Judex dat immiſſionem in bonis
,, Actori, abſque expreſſione, & liquidatione bonorum,
,, liquidatio in executionem Sententiæ fit. Itaque cum coram
,, A. C. fuerit liquidatum quid, & quantum debeant ſolvere
,, dicti Montes pro dd. annuis Livellis, meritò A. C. ad quan-
,, titatem illorum, in Capitulis contentam, proceſſit, ex
,, ſuperiùs allegatis.
,, Quò verò ad alteram inſpectionem ſuper modo ſolvendi 32
,, annua Livella, illorumque quantitate à Monte magno
,, Maritaggiorum Adverſario, ſumus in claris pro annuis
,, duc. 80. Monialibus directè ſolvendis, nam Capitula dict.
,, Montis, & ſignanter in 3. cap. ubi loquitur de Vitalitiis,
,, debitis Monialibus, conventio eſt ſolvendi eiſdem annuos
,, duc. 80. ibi: *Che riſpetto alli Vitalizj non ſia tenuto detto*
,, *Monte a dare a più a ciaſcheduna di dette Monache annui*
,, *doc. 80. lor vita durante*; Quando autem d. Statut. reſpicit
,, Monaſteria, uti obſervantia ita decernit ibi: *Verùm a riſ-*
,, *petto de' Monaſterj oſſervanti darli per Vitalizj il ſolito darſi*
,, *a' dd. Monaſterj d' annui doc.* 50. Igitur quoties *admittitur*
,, *annuum Livellum deberi directè Moniali* (27.) neceſſariò
,, dicendum eſt, teneri d. Montem ad annuos duc. 80. juxta
,, præmiſſum Capitulum, *quod*, *utì clarum*, *& literale*, *non*
,, *admittit contrarium intellectum* (28) *ad Text. in l. Ille*, *aut*
,, *ille ff. de Legat.* 3. cum concordantibus.
,, Præſertim, quia *decretum Vicarii Neapolis declarat*, *no-*
,, *ſtrum Monaſterium non eſſe comprehenſum inter reformata*, 33
,, *ſeu obſervantia*, *per conſequens minimè locum habere poteſt*
,, *altera pars dicti Capituli* (29) *Verùm a riſpetto de' Monaſte-*
,, *rj oſſervanti*, ut ſupra; Non obſtantibus aliis verbis, in d.
,, Decreto appoſitis ibi: *Quarum Vitalitia Monialium cedant*
,, *in beneficium Communitatis*, *ad diſpoſitionem earum Abba-*
,, *tiſſæ*; Quia cum in dicto Capitulo Montis Adverſarii fuit
,, habitus reſpectus ad Monaſteria obſervantia, illiſque dire-
,, ctè ſolvi Vitalitia in annuis duc. 50. certum eſt, quod dict.
,, verba, in decreto contenta, non immutant, nec alterant
,, qualitatem noſtri Monaſterii minimè de obſervantia decla-
,, rati, proindeque Vitalitia, debita Monialibus, ſunt re-
,, gulanda ad rationem duc. 80. juxta diſtinctionem Capituli,
,, ſuperiùs relatam.
,, Agnoſcit Pars Adverſa difficultatem, *& ob id allegat* 34
,, *differentiam* (30) *ſeu ſpeciem illorum Religioſorum*, qui ni-
,, hil omninò poſſident, prout ſunt Cappuccini, & Fratres
,, Minoris obſervantiæ, qui ſunt omninò incapaces, quibus
,, nullatenus verificari poſſe Capitulationes d. Montis cona-
,, tur defendere, ſed gratìs, & malè.
,, Quoniam ex lectura ſæpiùs repetiti dict. Capituli, quan- 35
,, do Vitalitia ſunt ſolvenda Monialibus, illa debentur ad ra-
,, tionem annuorum ducat. 80. quando autem ſunt ſolvenda
,, Monaſterio ſub regula de obſervantia, tunc debentur an-
,, nui duc. 50. eidem Monaſterio; Igitur intellectus dicti Ca-
,, pituli non aliter referendus eſt, quàm ad ſpeciem Mona-
,, ſteriorum incapacium, ut de ſe liquet.
,, Nec dici valet, noſtrum Monaſterium eſſe alterius ſpe-

ciei

36 ,, clei illorum, quæ reformata ſunt, & de obſervantia in vi-
,, gore primæ ſpeciei poſſidendo Livella ex benignitate Sedis
,, Apoſtolicæ, juxta Relationem Card. Philamarini, exad-
,, verſo relatam, in qua *nulla vis fieri valet exadverſo*, *tum*
,, *quia de eo tempore aderat decretum D. Periſſii* (31) qui re-
,, portaverat noſtrum Monaſterium inter reformata, & de
,, obſervantia; Tùm etiam, quia dicta *Relatio Card. Phila-*
,, *marini venit ad petitionem, & inſtantiam particularium Mo-*
,, *nialium*, *non autem Monaſterii* (32) pro parte cujus hodiè
,, lis agitatur, & per conſequens hæc omnia minimè ſufficiunt
,, ad intelligentiam dicti Capituli, loquentis de Monaſteriis
,, de obſervantia.
,, Sed pro omnimoda illius excluſione ſupplicatur adverti,
37 ,, quod *Pars adverſa allegat modum*, qui practicatur cum
,, Monaſterio S. Andreæ Ord. S. Auguſtini, & cum altero
,, San. Joſephi Ordinis Carmelitani, *qui mirificè retorquetur*
,, contra eandem Partem adverſam (33)
,, Etenim utrumque Monaſterium in præfato decreto Vi-
38 ,, carii Periſſii, de quo in exadverſo Summario impreſſo nu-
,, mer. 3. fuit reportatum inter Monaſteria reformata, ſeu
,, de obſervantia, in quo fuit etiam tunc annotatum noſtrum
,, Monaſterium; Igitur Gubernatores Montis Adverſarii
,, ſolverunt annua Vitalitia, non Monialibus, ſed directè
,, eidem Monaſterio, ut in exadverſo Summario ultimo loco
,, dato num. 1. Ex quibus clarus intellectus patefit dicti Capi-
,, tuli Montis Magni ibi: *Verùm a riſpetto delli Monaſterii*
,, *oſſervanti darli per Vitalizj il ſolito a detti Monaſterii d' an-*
,, *nui duc.* 50. qui locum habet tantummodò in ſolutione, fa-
,, cienda Monaſterio reformato, ſeu de obſervantia in ma-
,, nibus Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ dd. Monaſteriorum, non
,, autem in aliis non reformatis, neque de obſervantia, cum
,, tali caſu ſolutio decernenda ſit in duc. 80. eiſdem Moniali-
,, bus, prout decrevit idem Periſſius; Quapropter *cum in*
,, *confeſſo ſit*, *Livella deberi noſtris Monialibus directè* (34)
,, *& noſtrum Monaſterium non eſſe ampliùs de reformatis*,
,, *neque de obſervantia*, meritò verſamur in prima diſpoſitio-
,, ne Capituli dicti Montis ſolvendi annuos duc. 80. eiſdem
,, Monialibus.
,, In nihilo relevante *ultima Relatione*, *exadverſo clande-*
39 ,, *ſtinè extorta* (35) à moderno Vicario generali Neapolis,
,, referente audiviſſe à Prioriſſa, & Monialibus noſtri Mo-
,, naſterii, quod ex Livellis ſolùm penes ſe retinent carole-
,, nos tres, & id, quod ſupereſt, reponitur in quadam Ar-
,, ca, ut in §. 10. Quia in §. 11. *ſeq.* ejuſdem Relationis legi-
,, tur ibi: *Verùm ſubjunxerunt*, *quod hi ſunt actus merè cære-*
,, *moniales* (37) ex quo Prioriſſa parùm id advertat, quini-
,, mò tolerat, quod omnis Monialis impendat Vitalitia jux-
,, ta ſuas religioſas neceſſitates, petita ab ipſa *dumtaxat licen-*
,, *tia, ſeu, ut ipſæ dixerunt, benedizione*, quod paſſim practica-
,, tur in omnibus Monaſteriis, quæ non ſunt de obſervantia,
,, & hoc ratione voti paupertatis, poſthabita etiam Bulla
,, Clementina; Data igitur facultate Moniali impendendi ſua
,, Vitalitia juxta ſuas religioſas neceſſitates, & quod dicta
,, Vitalitia ſolvantur eiſdem Monialibus, neceſſariò ſequitur
,, quod reſtrictiva dicti Capituli tertii operatur tantummodò
,, quoad Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia, quæ in-
,, ducit incapacitatem Moniali utendi ſuis Vitalitiis; Igitur
,, cum noſtrum Monaſterium non ſit de illis, nec ampliùs
,, comprehenſum in decreto D. Periſſii, procul dubio Mons
,, magnus Adverſarius tenetur ad ſolutionem annuorum du-
,, cat. 80. ut dixi. Quare &c.
,, Illuſtriſs. e Rever. Sig. Il Procuratore del V. Monaſtero
40 ,, di S. Gio: Battiſta dell'Ord. de' Predicatori, ſupplicando,
,, eſpone a V. S. Illuſtr., come a tutte le RR. Monache di d.
,, Monaſterio in tempo della loro profeſſione, oltre della do-
,, te a beneficio di d. Monaſterio, ſe l'aſſegna da' loro Padri,
,, Fratelli, ed altri, a chi ſpetta, il loro Vitalizio, quale
,, Vitalizio reſta ad arbitrio, e libera diſpoſizione delle me-
,, deſime RR. Monache per tutti li loro biſogni, & occor-
,, renze, ſenza che di eſſo Vitalizio ne ſia partecipe in coſa
,, alcuna il d. V. Monaſtero. E perche hà preſentito, che an-
,, ni ſono dal q. D. Gio: Giacomo Cioccia, olim Maſtro d'
,, Atti delle Monache, ſi aveſſe fatto fede, che fra li Mona-
,, ſterj riformati, ſeu dell'oſſervanza (che li Vitalizj delle
,, Monache vanno a beneficio di detti Monaſterj) vi era il
,, ſudetto Monaſterio di S. Gio: Battiſta, il che ex errore vi
,, fu poſto fra detti Monaſterj; Perciò ſupplica V. S. Illuſtriſ-
,, ſima ordinare al R. D. Gaetano Buonhomo, attuale Ma-
,, ſtro d' Atti di dette Monache, che facci fede della verità
,, dell' eſpoſto, acciò quella fatta la ſupplica, dichiarare,
,, *che il ſudetto Monaſterio non eſſer compreſo fra li Monaſteri*
,, *riformati*, *ſeu dell' oſſervanza*, ſtante che le ſudette RR.
,, Monache godono li loro Vitalizj, e non vanno in benefi-
,, cio del ſudetto Monaſterio, ut Deus &c. Fiat fides Veri-
,, tatis. Jo: Andreas Siliquinus Vicar. generalis.
,, Per obedire all' Ordini di Monſig. Illuſtr. Vic. generale 41
,, di Napoli, fo fede io ſottoſcritto Maſtro d' Atti delle Mo-
,, nache della Corte Arciveſcovale della medeſima Città,
,, come eſſendomi pienamente informato, così dalla R. M.
,, Priora, come dall'altre Monache vecchie del Monaſtero
,, di S. Gio: Battiſta di queſta ſteſſa Città, circa il poſſederſi
,, i Vitalizj dalle Monache, mi anno detto, che prima di
,, profeſſare ſe li aſſegna da' loro Padri, Fratelli, o altri a chi
,, ſpetta, il Vitalizio, il quale reſta a loro libera diſpoſizio-
,, ne (dopo che ſe l'anno eſatto) di ſpenderlo ſecondo i loro
,, biſogni, e neceſſità, non eſſendone tenute farne parte al
,, Monaſtero (ſi come fanno alli Monaſterj riformati) ma
,, ſolamente per obedienza, e per il Voto di povertà, che ten-
,, gono, quando ſi eſiggono d. Vitalizio, ne fanno avviſata
,, la M. Priora, e quella li dà licenza di poterlo ritenere, &
,, ſpenderlo, & in fede &c. Napoli 4. Sett. 1702. Io Gaeta-
,, no Buonhomo Maſtro d' Atti delle Monache.
,, Si fa fede per me ſottoſcritto Notaro Giovanni di Florio 42
,, di Napoli Notaro, e Rationale del V. Monaſtero di San
,, Gio: Battiſta delle Signore Monache di queſta Città di
,, Napoli, anco con giuramento a chi la preſente ſpetterà ve-
,, dere, e ſarà in qualſivoglia modo preſentata, così in giu-
,, dizio, come fuora, qualmente tutti quelli pagamenti,
,, che ſi fanno alle Signore Monache di detto Monaſtero per
,, mezzo de' Banchi, così per cauſa di loro Vitalizj, come
,, per altra qualſivoglia cauſa, dalle medeſime Signore Mo-
,, nache ſi girano per altri tanti, o per cauſa a perſone da loro
,, dependenti, e nella formazione, che fo de' Libri di detto
,, Ven. Monaſtero, così d'introito, come d'eſito, non fo
,, neſſuna menzione delli ſudetti pagamenti, ſtante, che di
,, quelli d. Vener. Monaſtero non ne partecipa coſa alcuna,
,, ma quelli vanno in beneficio di dette Signore Monache,
,, & in fede della verità hò fatta la preſente. Napoli li 21.
,, Novembre 1701. Io Notaro Gio: de Florio di Napoli fo
,, fede ut ſupra.
,, 1701. a 1. Luglio. Al Sig. Giacomo Rocco doc. 80. e per
,, eſſo alla Sig. Suor Maria Geronima Spinelli per un'anna- 43
,, ta di ſuo Vitalizio, maturata nel meſe di Giugno 1701. ch'
,, eſſo li paga in nome, e parte del Sign. Marcheſe di Foſcal-
,, di, e per conto di ſua amminiſtrazione, come erano nello
,, Stato di Caivano, e S. Arcangelo, e per eſſo a Gaetano
,, Galotto per altri tanti doc. 80.
,, Noi Governatori del Banco della Santiſſima Annuncia- 44
,, ta facciamo fede, la ſudetta partita eſſere eſtratta dal Gior-
,, nale di detto noſtro Banco, meliori reviſione ſemper ſalva
,, formata, e ſuggellata oggi li 5. Ottobre 1701. Galdiere
,, Rationale.
,, 1701. a 12. Luglio. Al Signor D. Giuſeppe Provenzale 45
,, doc. 50. tar. 2. e gran. 10. e per lui a Sor Maria Angelica,
,, e Sor Maria Angela Provenzale, Monache nel Monaſte-
,, ro di S. Gio: Battiſta, nel Secolo chiamate D. Anna Ma-
,, ria, e D. Grazia, e ſono per lo ſemeſtre, maturato a 10.
,, di Maggio proſſimo paſſato per cauſa della metà dell'annui
,, doc. 100. laſciati a dette Sor Maria Angelica, e Sor Ma-
,, ria Angela dal ſpettabile Signor Reggente D. Ignatio
,, Provenzale loro Padre, loro vita durante, atteſo l'altra
,, metà ſpetta pagarſi alli legitimi Eredi della quond. D. Lui-
,, ſa Provenzale, Ducheſſa di Collevivo in virtù d' Inſtru-
,, mento di diviſione delli beni ereditarii di d. qu. Regente,
,, tra detta Ducheſſa D. Luiſa, e la qu. D. Giovanna Pro-
,, venzale ſua Moglie, anco figlie di detto qu. Regente per
,, mano di Notar Virgilio Cardinale di Napoli, al quale s'
,, abbia relazione, e fa detto pagamento come Padre, e le-
,, gitimo amminiſtratore di D. Ottavio, e Gio: Provenzale,
,, figli, & eredi di detta quon. D. Giovanna ſua Moglie, di-
,, chiarando eſſer ſodisfatto del paſſato; E per eſſe a Gia-
,, como Micheroli per altri tanti, e per eſſo a Pietro Diez per
,, altri tanti, e per eſſo ad Andrea Ruſpolo per altri tanti do-
,, cat. 52. 2. 10.
,, Noi Governat. del Banco dello Spirito Santo facciamo 46
,, fede, la ſudetta partita eſſer eſtratta dal Giornale di noſtro
,, Banco, meliori reviſione ſemper ſalva, formata, e ſug-
,, gellata. Napoli li 17. Nov. 1701. Averſa Rationale.
,, 1700. a 18. Agoſto. Al Signor Franceſco d' Anna doc. 47
,, 32. 1. 3. e per lui a Suor Maria Gaetana d' Anna ſua figlia,
,, Monaca profeſſa Monaſtero di San Gio: Battiſta di queſta
,, Città per la Terza, maturata nel paſſato meſe di Luglio
,, per cauſa dell' annui doc. 100. ſe li corriſpondono per ſuo
,, Vitalizio: Dichiarando eſſere ſtata ſodisfatta del paſſato,

,, e per eſſa a Nicola Paſtena per altri tanti, e per eſſa ad An-
,, drea Molinaro per altri tanti doc. 33. 1. 13.
,, A dì detto. A D. Giuſeppe Moccia doc. 40. e per lui a
48 ,, Suor Maria Roſa Capece Latro, Monaca profeſſa nel Mo-
,, naſt. di S. Gio: Battiſta di queſta Città, in nome, e di pro-
,, prii denari del Sign. Duca di Diano ſuo Fratello, e compi-
,, mento di doc. 50. atteſo l'altri doc. 10. l'hà ricevuti per no-
,, ſtro Banco, e ſono per l'annata, maturata a 25. Luglio proſ-
,, ſimo paſſato del ſuo Vitalizio, ſe li corriſponde da d. Sign.
,, Duca ſua vita durante, & è ſtata ſodisfatta per tutto il det-
,, to dì, e per tutto il paſſato, e per eſſa a Nicola Paſtena per
,, altri tanti, e per eſſo ad Andrea Molinaro per altri tanti
,, doc. 40.
,, Noi Governatori del Banco dello Spirito Santo faccia-
49 ,, mo fede la ſud. Partita eſſere eſtratta dal Giornale di d. no-
,, ſtro Banco, meliori reviſione ſemper ſalva, firmata, e
,, ſuggellata. Napoli li 15. Giugno 1701. Colangelo.
,, Illuſtriſs., e Reverendiſs. Sig. Il Procurator del V. Mo-
50 ,, naſtero di S. Gio: Battiſta dell' Ord. di S. Domenico di que-
,, ſta Città di Napoli, eſpone a V. S. Illuſtriſs. come tutte le
,, Reverende Monache di d. Monaſtero in tempo della loro
,, profeſſione, oltre della dote a beneficio di detto Monaſte-
,, ro ſe l'aſſegna da' loro Padri, Fratelli, o di altri, a chi
,, ſpetta, il loro Vitalizio, che reſta ad arbitrio, e diſpoſizio-
,, ne delle medeme Monache per tutti li loro biſogni, & occor-
,, renze, ſenza che di quello ne partecipa in coſa alcuna il d.
,, Monaſtero, del che chiaramente coſta, non ſolo dalla Fe-
51 ,, de del Rationale di d. Luogo, ma anco dalli pagamenti che
,, ſi fanno di dd. Vitalizj, come dalle Partite di publici Banchi
,, di dd. pagamenti. Perciò ſupplica V. S. Illuſtr. reſtar ſer-
,, vita dichiarare con decreto, *d. Monaſtero non eſſer compreſo*
,, *fra li Monaſteri riformati*, *ſeu dell' oſſervanza*, che li Vi-
,, talizj delle Monache cedono in beneficio della Communità
,, a diſpoſizione dell' Abbadeſſa, o Priora di dd. Monaſterj
,, riformati, ſeu dell'oſſervanza, ut Deus &c.
,, Die 9. Sept. 1702. Neap. Per Illuſtriſs., & Reverendiſs.
,, D. generalem Vicar. Neapolitanum. Viſis Juſtificationi-
52 ,, bus, ex quibus conſtat, quod Vitalitia Monialium V.
,, Monaſt. S. Jo: Bapt. Ordinis S. Domin. hujus Civitatis ſol-
,, vuntur Monialibus ejuſd. Monaſt. ad earum diſpoſitionem,
,, fuit proviſum, & decretum, Monaſt. præd. S. Jo: Baptiſtæ
,, fore, & eſſe declarandum, prout præſenti decreto declaratur
,, non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu
,, de obſervantia, quarum Vitalitia Monialium cedunt in
,, beneficium Communitatis, ad diſpoſitionem earum Abba-
,, tiſſæ, & Prioriſſæ reſpectivè, & ita hoc ſuum &c. Jo: An
,, dr. Siliquinus Vicar. generalis. D. Cajetanus Buonhomo
,, Actorum Mag. Monialium.

## §. XVIII.

*Reſpondetur eiſdem Rationibus, & Motivis.*

Licèt ex hucuſque animadverſis frivola, & nullius efficaciæ appareant omnia ea, quæ deducta fuerunt in contrarium, nihilominus, ut illorum inſubſiſtentia ictu oculi palpetur manibus, congruum exiſtimavimus, mediantibus brevibus reſponſionibus, indicatis à numeris abacalibus, ad oculum oſtendere omnia æquivoca, quibus abundant contrariæ Scripturæ.

1 *Inauditis Monialibus.*

In promulgatione hujus decreti non poterant, nec debebant citari Moniales S. Jo: Baptiſtæ, ſicuti citatæ non fuerunt Moniales aliorum Monaſteriorum reformatorum, & de obſervantia Civitatis Neapolis, quia nihil petitum fuit à Vicario Neapolitano contra ipſas, ſed ſolùm in genere inſtatum fuit pro declaratione, quæ, & qualia eſſent Monaſteria reformata ejuſdem Civitatis, ut probavimus ſupra §. 1 *à num* 4.

2 *Ac per errorem.*

Propoſitio hæc, quod per errorem emanaverit decretum Vicarii Periſſii, annumerantes, Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ inter alia Monaſteria reformata, & de obſervantia Civitatis Neapolis, eſt de illarum numero, quæ reſponſionem non merentur, ne credatur veriſimilis, juxta animadverſionem *D. Athanaſii* ſequuti in *Inſtit. crim. lib.* 4 *tit* 8. *n.* 123. Fulcitur enim d. decretum tot aliis demonſtrationibus, de quibus ſup. ut illud gratìs ubique atque inaudita liberalitate, redarguere de errore, ſit velle cæcutire in meridie.

Aſſerunt præterea Moniales, ſupplicem illum Libellum, aliaſque Scripturas, quibus innititur d. decretum, erroneas eſſe. Ex alia parte omnibus palam facit Paulus Garbinatus Apoſtolicus Delegatus. *Ex teſtium depoſitionibus, prævio juramento cor. Nobis receptorum &c. & ex Scripturis, coram Nobis productis ex parte Monialium &c. conſtat, omnia in ſupplici Libello expoſita fuiſſe, & eſſe vera, veritateque fulciri* § 14. *in fine*. Cui igitur in hac parte credendum eſt? Nonnè dicto qualificato Judici, loquenti cum fundamento depoſitionis teſtium, & Scripturarum, coram ipſo productarum, & concordanti cum tot aliis demonſtrationibus? poſtpoſitis frigiditatibus hujuſmodi prætenſi erroris.

*Moniales exegiſſent ſua annua livella.* 3

Exegerunt quidem, ſed utì reformatæ, tam reſpectu ſummæ duc. 50. quàm reſpectu recipientis, hoc eſt per manus Abbatiſſæ §. 10. *per tot.* Non enim eidem Monaſter. Sanct. Jo: Baptiſtæ, ex parte Montis Maritaggiorum impugnatur Livellorum ſolutio, ſed dicitur ſolùm, illa eidem deberi, utì Monaſterio reformato, & de obſervantia in ſola ſumma duc 50.

*Pro emendatione dicti erroris.* 4

Curioſa nimis eſt unica probatio hujus prætenſi erroris, cum qua inſtatum fuit pro illius emendatione, quia ſcilicet quatuor Moniales anno 1701. decretum Vicarii Periſſii non obſervabant §. 17. *in princ.*

Tanta eſt hujus argumenti infirmitas, ut illud ſimpliciter repetere, ſit abundè refellere. Quatuor Moniales an. 1701. non obſervarunt decretum Vicarii Periſſii, promulgatum an. 1691. Igitur illud eſt erroneum. In Topica legali *Everardi* modus iſte arguendi nullatenus reperitur.

*Cauſaque plenè diſcuſſa.* 5

Coram 1. Judice cauſa expedita fuit poſt unicum Contradictorium, & cum breviſſimo Memoriali, quatuor dumtaxat paragraphorum, ex parte Monialium coram eodem exhibito, & per extenſum regiſtrato in §. 17. *num.* . *& ſequentibus* An modus iſte expediendi Cauſas, talis naturæ, qualis eſt præſens, dicatur plenus, alii dijudicent; Obſerventque etiam quali, & quanta facilitate revocata fuerit Sententia illa verè magni Regii Conſilii Neapolitani, maturata per ſpatium annorum decem, circa articulum quantitatis Livellorum, pro cujus deciſione nec etiam inſtabant Moniales §. 2. *numer.* 8.

*Monaſterium minimè fuiſſe reformatum.* 6

Vicarius Neapolitanus nec etiam ſomniavit aſſerere, quod Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ non fuerit in præteritum reformatum; Sed dixit ſolùm, tempore ejus decreti, hoc eſt die 9. Sept. 1702. non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia, ut videre eſt *in* §. 17. *n.* 51. cohærenter ad reſtrictam replicatam petitionem Monialium, de qua *in d.* §. 17. *num.* 40. *in fin. & n.* 49. pariter *in fin.*

Verba illa *Minimè fuiſſe reformatum*, gratìs ubique addita fuerunt in Sententiis, obtentis in Curia, abſque ulla prorsùs facti aſſiſtentia, ſed contra rei evidentiam; Contra voluntatem Monialium, quæ nec etiam id petierunt, dum inſteterunt ſolùm pro confirmatione decreti Vicarii Neapolitani, in quo dd. verba nullatenus adſunt, ut videre eſt *in* §. 17. *nu.* 51. Et demum contra Textum *in leg Ut fundus ff. Commun. divid* ibi: *Quia ultra id, quod in judicium deductum eſt, excedere poteſtas Judicis non poteſt.*

Motivum verò talis, gratuitæ quidem, ſed nimis præjudicialis additionis, illud forſan fuit, quia declarando, dict. Monaſterium fuiſſe in præteritum, & de præſenti non eſſe reformatum, oportebat exprimere annum, in quo tale eſſe deſiit, ut ſemper exclamavimus coram omnibus Judicibus, viſumque fuit nimis improprium eiſdem Judicibus indicare an. 1701. antecedentem ad decretum, actuſque illos, qui cauſam dederunt liti, & in quibus nullum fieri poterat fundamentum, juxta regulam, de qua *Rot. coram Bich. dec.* 169. *num.* 21. *& coram Priol. dec.* 128. *num.* 8. *& dec.* 377. *num.* 18. *& in par.* 15. *dec.* 331. *numer.* 12. *& apud Antonell. de Jurib. Cler. dec* 41. *num.* 7.

Præterea ſine dicto gratuito addito *Minimè fuiſſe reformatum*, quod legitur in omnibus Sententiis, nullo modo poſſet obligari Mons ad ſolvenda ſcut. 80. pro Livellis, quia ad regulandam iſtorum quantitatem attendi debet tempus, quo emiſſa fuit obligatio ab Erectoribus Montis, nempè annus 1669. quo tempore neque etiam exadverſo prætenditur, illud non fuiſſe reformatum, juxta latè animadverſa *ſupra* §. 16. *num.* 9.

*A' qua ſententia appellavit Mons Maritaggiorum; non autem Mons* 29 *Familiarum.*

Appellavit etiam Mons iſte 29. Familiarum, ut teſtatur Vicarius de Rubeis in ejus Informatione, *data in* §. 11. *n.* 15. *in med.* ibi: *A quo decreto appellantibus, tam Monte magno*

*Mari-*

*Maritaggiorum*, *quàm d. alio 29. Famil. ad A.C. &c. illud iſte confirmavit.*

Quare autem ex parte ejuſdem Montis 29. Familiarum appellatio non fuerit proſequuta, noſtrum non eſt divinare; Niſi dicere velimus, id proceſſiſſe ex pulchra illa phraſi Tarquinii Urbani, qui volens exprimere motivum non proſequutionis Cauſæ, ſibi commiſſæ, *in Vot. 7. num 9. poſt dec. Rembol.* modeſtè quidem, ſed nimis ſignificativè dixit: *Quia Principalis ampliùs non fuit in Curia;* Unde ortum habuit commune Curialium dicterium, quibus non ſubminiſtrantur neceſſaria pro Cauſarum propoſitionibus; *Principalis non eſt in Curia*, quando ponuntur à Judicibus in anguſtiis pro earundem propoſitione, & diſcuſſione.

7 *Cauſa acritèr agitata.*

Verùm eſt, quòd cor. 2. Judice Cauſa hæc acriter agitata fuit, ſed huic acri agitationi fundamentum dederunt fortes operationes Monialium, directæ ad impediendam Cauſæ expeditionem contra ipſas, dum idem Judex in octo Contradictoriis, coram ipſo habitis apertè ſemper ſe declaravit, habuitque terminum pro ſervato favore Montis; Imò in ultimo ex eiſdem Contradictoriis, coram eodem Judice habito, commendabili ingenuitate Defenſores Monialium ingenuè faſſi fuerunt, illas malum fovere jus, dantes proinde manus pro Cauſæ expeditione favore Montis Maritaggiorum, ſibique ſolùm reſervantes confirmationem Sententiæ contra Montem 29. Familiarum pro quo nemo comparebat, & bis appellantes à Sententia cum ſuppoſito, quòd idem Judex ad tenorem illorum confeſſionis pronunciaſſet ibi.

*Die 7. Martii 1704. Broliard. fol. 369.*

*Pro V. Monaſt. & Monialib. S. Jo: Baptiſtæ Ordin. Præd. Neapolis, contra V. Montem magnum Maritaggiorum ejuſdem Civitatis.*

*Coram D. meque &c. comparuit &c. Procurator, & in termino Proſervato habito, & quatenus contra appellavit, & appellat, prout in Cedula, quam facto dedit tenoris &c. petens &c omni &c.*

*Die 19. Martii 1704. Broliard. fol. 430. à terg.*

*Pro V. Monaſt. & Monialib S. Jo: Baptiſtæ Ordin. Prædic. Neapolis, contra V. Montem magnum Maritaggiorum, ſeu, ut dicitur de 29. d. Civitatis.*

*Coram D. meque &c. comparuit &c. Procurator, & facto repetiit appellationem, in termino Proſervato interpoſitam ſub die 7. currentis, & quatenus opus, denuò appellat, prout in Cedula in Actis mei &c. petens &c. omni &c.*

Dantes igitur gloriam Deo, à quo omne bonum deſcendit, dicimus, non poſſe à quibuſque etiam ſtrenuiſſimis Defenſoribus aliud prætendi, quam obligare contrarios ad fatendam veritatem contra ſe ipſos coram illo Judice, qui Sententiam ferre debet. Quod enim poſtea Judex uno, vel alio modo pronunciet, attribuendum eſt illis accidentibus, infortuniiſque Cauſarum, de quibus loquuntur *Scannar. de Viſit. carcer. fol.* 104. *num.* 26 *Scacc. de Sent. & re judic gloſſ.* 10. *quæſt.* 24. *ſub num.* 16. *Add. ad deciſ.* 12 *num* 63. *part.* 3. *rec. & Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 21. *in fin.* concludendo ibi: *Ideòque admittitur, ſeù verificatur vulgare dicterium, quòd habent ſua ſydera lites, ſeu dantur Fata Cauſarum.*

Licitum autem mihi ſit in hac parte uti verbis inſignis Concionatoris Verbi Dei *P. Segn. nella Predica* 55. *num.* 11. ad alium diſparatiſſimum quidem finem ab eo prolatis, ſed caſui præſenti mirabiliter accomodaris ibi: *Averebbe* (ſupple Mons) *potuto mai bramare più, quando a perorare per Lui foſſero inſieme ſortiti gli Ortenzii, & i Tulli da Roma, & i Socrati, e li Demoſteni dalla Grecia, ſe non che il fare con tale evidenza paleſe le ſue ragioni, che nell'ultimo Contraditorio foſſero a piena bocca confeſſate dal Giudice, dall'Avvocato, e Procuratore delle Monache? &c. e non dimeno con eſempio inaudito, ciò non è baſtato.*

Indeque ſolitus erat dicere Card. Tauruſius eo tempore, quo ſumma laude Advocati munus in Curia exercuit, quòd poteſt Advocatus dicere Clienti: *Avete ragione*; ſed non, *Che vincerete la Cauſa*. Innixus forſan propriæ experientiæ, & cohærenter ad animadverſionem *Bart. in leg. Per imprudentiam ff. de Evictіon.* æquiparantis Judicum Sententias caſui fortuito, & *Bartolum* ſequitur *Scannar. de Viſit. carcer. fol.* 104 *num.* 26. *& de Rub. in diſc. impreſſo in princip. par.* 7. *rec. n.* 179. In quo idem *Bartolus* non fuit obſcurè loquutus, ſeu Theutonicè, ut in ſimili per jocum lepidè ſcripſit *Alex. in leg. Miles* 6 *§. Decem ſub num.* 3. *ff. de Re judic.* ibi: *El Bartolo parla Todeſco*, ſed rotundis verbis aſſerendo; *Quam enim culpam habet emptor ſi Judex malè ſtuduit? Dico ergò breviter, quod in caſu legis noſtræ, quando res evincitur per ignorantiam, vel per culpam, vel per dolum Judicis, res videtur deperdita caſu fortuito*, & benè *de Angel. de Delict. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. ubi, quòd Advocatus cavere debet ſicut ab igne ne victoriam promittat Clientulo, quoniam eventus litis incertus eſt, & dubius, nec victoria Cauſæ eſt in eo, ſed in Judice, & *Rot. deciſ.* 634. *num* 12. *cor. Ubald.* ubi, quod Sententia injuſta non dicitur caſus inſolitus, ſed ſæpè contingens.

*Validitas liquet ex Actis.* 8

Ex Actis palpatur manibus nullitas *ex animadverſis ſupra §.* 2. *per tot.*

*Moniales exegerunt Livella.* 9

Repetenda ſunt hìc, quæ diximus *ſupra num.* 3.

*Non habet hanc reſtrictivam.*

Hæc reſtrictiva eſt literalis, illaque refertur à Vicario de Rubeis in Informatione, data in §. 11. *num* 2. ante finem. Per extenſum regiſtrata fuit in §. 16. *num.* 15. Producta fuit in prima productione Jurium coram 2. Judice, & in omnibus Summariis ſemper exhibita, ſignanter in impreſſo *num.* 4. *lit. Ll.* Omiſſis igitur congruis reſponſionibus, quę dari poſſent huic inauditæ facilitati negandi Solem in meridie, dicimus ſolùm cum *Pelleg. in Prax. Vicar. fol.* 438. *ſub num.* 29 *Sed certè excuſari meretur D. meus, quia hæc negaſſe noſcitur, non voluntariè, ſed potiùs extrema neceſſitate, ob defectum Juris, & inopiam rationum.*

*De altera obligatione Montis magni non eſt quæſtio.* 10

Si cum dicto Monte non erat quæſtio, ad quid Defenſoribus ejuſdem ſolemniter intimare Monitorium coram A. C. expeditum pro confirmatione decreti Vicarii Neapolitani?

Reverà tamen fuiſſe, & eſſe cum ipſo quæſtionem, ex parte Monialium, intentatam uſque ab anno 1697. coram Card. Cantelmo, cum Voto ejus Congr. demonſtravimus ſupra §. 2. *num.* 3. *&* 4.

*A' quo Decreto Vicar. non fuit exadver. appellatum.* 11

Hoc decretum extortum fuit inaudito Monte, ut teſtatur Succeſſor Vicarius in Informatione, data §. 11. *num.* 6. in fine. Ab illo igitur non, niſi Prophetæ appellare poterant. Non ſolùm autem poſt notitiam, ſeu intimationem d. Monitorii, ab eo appellatum fuit; Sed coram omnibus Judicibus manifeſtè oſtenſa illius palpabilis nullitas, & evidens injuſtitia.

*Monaſterium S. Jo: cùm non ſit, neque Cappuccinorum, neque Minorum S. Franc. ſed ſub invocatione S. Dominici, vel ſub Regula S. Auguſtini, tale præſumi debet, qualia ſunt illa, ſub dd. Inſtitutis viventia.* 12

Omiſſis hujuſmodi generalitatibus, quas pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Leg diſc.* 61. *num.* 7 ſtrictiùs dicendum eſt, quòd potiùs præſumi debet tale, qualia ſunt illa, à quo fuit fundatum, & quod fundarunt Moniales ejuſdem, ex animadverſis ſupra § 3. *per tot.*

Ex eo autem, quòd Monaſt S. Jo: Baptiſtæ non ſit Cappuccinorum, neque S. Franciſci de obſervantia, nihil infertur circa Livella, quia in Civitate Neapolis adſunt multa alia Monaſteria, quæ non ſunt Cappuccinorum, neque S. Franciſci de obſervantia, & tamen ſunt reformata, & debentur eis Livella in ſolis duc. 50. Suntque illa deſcripta in Sententia Vicarii Periſſii, nempè.

*Monaſterium S. M. de Sapientia Ordin. S. Dominici*, à cujus Moniali ſecundùm ejuſdem Monaſterii Regulas, & Conſtitutiones, fundatum fuit Monaſterium S. Jo: Baptiſtæ.

*S. Joſephi Ord. S. Auguſtini.*

*S. Catherinæ Senenſis Ord. S. Dominici.*

*S. Andreæ Ord. S. Auguſtini.*

*SS. Trinitatis Ord. S. Claræ.*

*S. Mariæ divini Amoris Ord. S. Dominici, fundatum à Monialibus Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ.*

*S. Mariæ de Jeſu Ord. S. Claræ.*

*S. Potiti Ord. S. Benedicti.*

*S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ord. Carmelitar.*

*S. Patritiæ Ord. S. Benedicti.*

*Soluta fuerunt Livella in particulari.* 13

Non ſubſiſtit in facto, & ad id probandum, inter alias demonſtrationes, adduximus ſupra in § 10. *num.* 7. ingenuam confeſſionem Monialium, anno 1704. id fatentium Vicario generali de Rubeis, & præferendam omnibus teſtium depoſitionibus. Quia non adeſt in jure propoſitio magis certa, magiſque communiter recepta, quàm nullam fidem præſtandam eſſe illis teſtibus, qui deponere audent contra Principalium confeſſionem, ut firmavit *Rot. dec* 318. *num.* 4. *cor. Burat. & dec.* 994. *num.* 4. *cor. Dunoz jun. & in Colonien. Llegit.* 6. *Maii* 1653. *§. Quoniam cor. Veroſp & in Calagur. Decim.*

*S. Pe-*

*S. Petri Manriq.* 14. *Aprilis* 1698. § *Firmata.* & §. *Noviter cor. dell'Olmo*, & *in Lithuana Dom.* 10. *Maii* 1698. §. *Acquiſitio cor. Urſin.*

Crederem autem injuriam facere Informationi adeò qualificati Superioris, tranſmiſſæ S. C. C. ſi eidem nedum præferrem, ſed ſimpliciter compararem Atteſtationem illius mercenarii Miniſtri, quæ regiſtrata fuit *in* §. 17. *num.* 41 juxta nobilem animadverſionem *D. Hieron.* relatam *à P. Segnerella predica* 17. *num.* 8. *e nel Criſt. Inſtr. p* 1. *ragion* 7. *num* 7. ibi: *Quando majora minoribus coæquantur, inferioris comparatio Superioris injuria eſt*; Niſi dicamus, Religioſas illas, a quibus d. Miniſter die 4. Sept. 1702. ſe informatum aſſeruit, conſcientia deinde ductus, eum pænituiſſe, & in veritatis obſequium contrarium faſſum fuiſſe eidem Vicario de Rubeis die 2. Auguſti 1704. ut ipſemet teſtatur in dicta Informat. regiſtrata *in* §. 11. *num.* 10.

Ultra, quod ſi in hac parte non crederetur ipſis Monialibus, ad eorum favorem deponentibus ea, quæ retulerunt dict. Miniſtro, ex notis Juribus; Multò minus credendum eſt eid. Miniſtro, loquenti ex ore earundem Monialium, nihilque de propria ſcientia addenti, ſed referenti unicè verba Monialium, ne major præſtetur fides copiæ, quàm originali, contra *Text. in cap. Licèt ex quadam de Teſtib.* cum concordantibus, citatis *ſup. diſc.* 1. §. 17. *num.* 23. & in noſtris terminis *Pignatell. conſult.* 174. *num.* 9. *poſt princ.*

14 *Monaſterium eſt judicandum, quale demonſtrant effectus, & modus vivendi.*

Ultrò concedimus propoſitionem hanc, dummodo ſermo ſit de effectibus, & modo vivendi, ab omnibus Monialibus practicatis ab erectione Monaſterii, uſque ad finem præteriti Sæculi, non autem de modo vivendi recentiſſimo quatuor dumtaxat Monialium, indicatarum *in* §. 17. *num.* 13. qui in nulla conſideratione haberi debet, ex adductis *per Palm. nepot. alleg.* 5. *num.* 6. *Rot. deciſ. num* 252. *num.* 13. *part.* 5. *rec.* & apud *Merlin. de Pignatell. deciſ.* 77. *num.* 8. & apud *Salgad. in Labyr. Cred. deciſ.* 36. *in fin.*

Poteſtque ulteriùs ſolidè addi, quòd tale judicandum eſt Monaſterium, quale ipſum demonſtrant ſolemniſſimæ profeſſiones, ex animadverſis ſupra §. 15. *per tot.*

15 *Ab Inſtitutione Monaſterii, de qua non conſtat.*

Quomodo non conſtat de Inſtitutione Monaſterii, ſi eſt pluſquam manifeſtum, & à Nobis ſemper inculcatum, & probatum coram omnibus Judicibus, vix effluxum eſſe integrum ſæculum à tempore, quò fundatum fuit à Sor. Dorothea Villani, Moniali Monaſterii S. Mariæ de Sapientia Neapolis? ut probavimus ſupra § 4. *num* 1. & *ſeq.* Idque notorium facit Breve Fundationis de mandato Clem. VIII. expeditum die 6. Decemb. 1597. & per extenſum regiſtratum *ſup. in* §. 1. *poſt num.* 12.

16 *Hiſtorici regiſtrare faciunt deſumpta ex traditionibus minimè veris.*

Oportebat in noſtro caſu oſtendere, quòd ea, quæ regiſtrarunt Neapolitani Hiſtorici de Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ, ſint minimè vera, non autem ſufficit id gratìs ubique aſſerere. Nos enim ad demonſtrandum oppoſitum, ultra legalem præſumptionem, quæ ſtat pro eorum aſſertionibus, dicimus, illos concordare cum tot aliis probationibus, de quibus ſup. ut illis fidem denegare ſit Solem in meridie controvertere.

17 *Deſtruitur ex ſolutionibus, & obſervan. contraria.*

Solutiones, & obſervantia militant pro Monte ex animadverſis ſupra §. 10. *per tot.*

Ultra quod mirum certè eſt, quòd ad profligandam Vitam communem à religioſiſſimo, & numeroſiſſimo Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ, contra intentionem ſanioris & majoris partis Monialium, inſiſtatur in recentiſſimo facto quatuor dumtaxat ex eiſdem Monialibus, directè operantibus contra propriam profeſſionem, & Regulam, ut vidimus ſupra § 15. *per tot.* Non enim ſpectandum eſt quid à dictis quatuor Monialibus factum, ſed quid ab eis fieri debebat, juxta rotundum *Text. in leg. Sed licet ff. de Offic. Præſid.*

18 *Non conſtat de ullo mandato procuræ Monaſterii.*

Mandata procuræ exhiberi ſolent in judiciis contentioſis, non autem in Secretariis Sacr. Congreg. unita cum ſupplicibus Libellis, quando una Pars inſtat pro obtinenda aliqua Gratia, ut contingit in præſenti, in quo concurrunt tot actus, ut non unum, ſed mille mandata procuræ præſumere faciant. Habemus enim tres Libellos, pro parte Monaſterii in Sac. Congr. exhibitos, exaratoſque cum conſilio quamplurium inſignium Advocatorum ejuſdem Monaſterii; Informationem Card. Philamarini; Replicata reſcripta ejuſdem Sacr. Congr. annuente etiam SS. emanata; Subdelegationem Apoſtolici Delegati in Civitate Neapolis, Articulos, coram ipſo productos; Teſtes, ex parte Monialium ſervatis ſervandis examinatos; Judicium coram Regio Conſilio Neapolitano inſtructum, & per decennium proſequutum à Monialibus, cum individuali relatione ad ea, quæ agitata fuerunt anno 1664. & ſimilia, non ſine magna impenſa, temporiſque lapſu procurata.

Videtur autem vim facere intellectui, quòd omnia iſta geſta fuerint abſque ſcientia Monialium, illarumque approbatione, & abſque ulla dubitationis umbra exceptio hæc mandati procuræ allegata fuiſſet in d. lite, per decennium agitata in Regio Conſilio Neapolis ex parte Monialium S. Jo: Baptiſtæ acerrimè impugnantium dictam ſolemniſſimam Tranſactionem, ab ipſis procuratam, ſi ſpeciem aliquam ſubſiſtentiæ habuiſſet.

*Mons ſolvit Monialibus directè Livella.* 19

Non eſt verum, ut probavimus ſup. §. 10. *per tot.*

*Sed gratìs, & malè.* 20

Si gratìs, & malè Monaſterium aliquod probatur reformatum, ex ſolemni profeſſione Monialium ſeq. tenoris. *Voglio anche oſſervare la Riforma, fatta per ordine della fel. mem. di Papa Clem. VIII particolarmente per quello, che tocca alla Vita commune, ſenza poſſedere coſa alcuna di proprio, e tutto quello, che avrò, darollo alla Superiora, e dalla Communità ricevere tutti i miei biſogni.* Quando id erit cum fundamento, & benè, Lector judicet.

*Injungitur in prædicta Bulla oratio, jejunium, ſilentium, & ſimilia; Sat igitur eſt, ut quoad iſta promiſſio verificetur.* 21

Curioſa quidem reſponſio. Se obligant Moniales ſervare Bullam Clem. VIII. *particolarmente per quello, che tocca alla Vita commune*, cum aliis verbis, ſupra regiſtratis, & hæc cubitalis obligatio, ſolemniſque promiſſio, facta Deo, qui non irridetur, detorqueri prætenditur ad orationem, jejunium, & ſilentium. In meo Calepino Vita communis non eſt aliquod ſynonimum cum oratione, jejunio, & ſilentio, & à parte rei innumera ſunt illa Monaſteria, in quibus oratio, jejunium, & ſilentium practicantur, & tamen non ſervatur vita communis: Applicatur igitur huic contrariæ interpretationi, & detorſioni Bullæ Clem. VIII. lepida illa animadverſio *Thom. Garzon nella ſua Piazza univerſal. diſc.* 5. ubi dicit: *Laſcio ſtare le diſeſe, che fanno con li Teſti, e con le gloſſe delle Leggi, che non tirano tanto li Ciavattini il corame, come fanno eſſi i detti loro, per portare le ragioni ove li pare.*

*Verba promiſſionis, quantumvis generalia, ad ea ſolùm extenduntur, de quibus cogitatur.* 22

Retorquentur ad hominem, quia, nedum Moniales cogitarunt, ſed ſe obligarunt expreſsè, velle obſervare Conſtit. Clem. VIII. *particolarmente per quello, che tocca alla Vita commune.* Ultra quòd nimis notoria in hac parte ſunt principia, quòd ſimiles generales promiſſiones referantur ad omnia, juxta *Text. in leg. Talis ſcriptura* §. *final ff. de Legat.* 1. & animadverſa *per Decian conſ.* 70. *à num.* 19 *lib.* 3. *Menoch. de Arbitr. caſ.* 6. *num.* 22 *Grat. dec. March.* 135 *num.* 14. *Manſ. conſult.* 278. *num.* 13. & 14. & *Rot. deciſ.* 52. *num.* 1. & 3. *cor. Mantic.* Etiam ſi agatur de materia odioſa, & exorbitanti, ut ampliando obſervant *Surd conſ.* 564. *num.* 18. *verſ. Imò*, *Barboſ. de Clauſ. clauſ.* 70. *num.* 3. *Menoch. de Præſ. lib.* 4. *præſ.* 182. *num* 4. & *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 25. *num* 27. & 28. Quòdque ſub approbatione, ſeu promiſſione totius quælibet ejus pars promiſſa, & approbata cenſetur, ex adductis per *Barboſ. axiom.* 31. *num.* 2. & *Monach. deciſ. Bonon.* 55 *num.* 15.

*Conſequendi annuum Livellum ad inſtar Reformatarum.* 23

Hoc, quia non verum, negatum ſemper fuit, & in æternum negabitur, & quatenus una, vel altera Monialis id de facto practicaverit, dicimus cum *Jaſon in leg. Licèt num.* 3. *ff. de Legat* 1 quem ſequitur *Rot. in deciſ.* 238. *num.* 5. *coram Coccin.* quòd in hac parte, non quod de facto fit, ſed quòd de jure fieri debet, attendendum eſt; Circa quod habemus pariter *Text.* literalem *in leg.* 12 *ff. de Offic. Præſid.*

*Formula, qua Moniales utuntur, eſt eadem qua utuntur cætera Monaſteria reformata, & non reformata.* 24

Hoc eſt unum ex illis voluntariis æquivocis, quæ palpabilia ſunt, exageruntque, ut dici ſolet, ad projiciendum pulverem ante oculos, quia in Atteſtatione Actuarii, ab eo ſubſcripta die 11. April. 1704. & de qua mentionem facit Reverendiſſimus Vicar. de Rubeis, in ſua Informat. § 11. numer. 18. dicitur ſolùm, eundem Actuarium atteſtatum fuiſſe, quòd hujuſmodi formulæ ab annis 24. ſervatæ fuerunt in omnibus Monaſteriis Monialium, ſubjectis Eminentiſs. Archiepiſcopo, juxta illa verba dictæ Atteſtationis: *Dalle*

*profeſſio-*

*profeſſioni delle Monache, fatte da 24. anni a queſta parte;* Ex parte verò Montis concludentiſſimè probatum fuit, id practicatum fuiſſe in Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ, non ab annis 24. ſed ab annis 90. §.15. num.2. Nempè anno 1615. die 5. Nov. à Sorore Maria Dominica de Sorgentio. Anno 1616. die 12. Auguſti à Sorore Seraphina Maria Gaudioſa, & ſucceſſivè ab aliis, juxta authentica documenta, producta per acta Fatii de menſe April. 1705. Proindequè nimis impropriè talis ſolemnis promiſſio attribuitur formulæ, initium ſuum habenti ab annis 24. hoc eſt anno 1678. vigore Epiſtolæ de mandato Innoc. XI. ſcriptæ Archiepiſcopo Neapolitano, & de qua mentionem facit *Criſpin. nella Viſit. paſtor. part. 2. §.42. num. 39.*

Ultra quæ dicimus, aſſertam formulam, ſervatam ab annis 24. in Monaſt. ſubjectis Archiepiſcopo Neapolitano, reſtrictam eſſe ad hæc formalia verba: *Voglio oſſervare la riforma, fatta per ordine di Papa Clem. VIII.* Abſque illo eſſentialiſſimo addito, *particolarmente per quello, che tocca la Vita commune, ſenza poſſedere coſa alcuna di proprio, e tutto quello, che avrò, darollo alla Superiora, e dalla Communità ricevere tutti li miei biſogni &c.*

25 *Benè proceſſit A. C. ad liquidationem debiti Montis 29. Familiarum in duc. 120.*

Ex judicio S. C. E. & R. annuente SS. à Monte 29. Familiarum Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ non poteſt habere pro Livellis niſi annuos duc. 50. § 23. *num. 9.* A. C. determinat oppoſitum, nempe, ipſum obligatum eſſe ad ſolutionem annuorum duc. 120. §. 19. *num 2.*

Præterea ex Sententia Regii Conſilii, in quo introducta fuit Cauſa ad inſtantiam Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ, approbantis Concluſionem illam anni 1664. datam *in §.16 num. 15.* Livellorum quantitas in eodem Monaſterio erat jam determinata, & reſtricta ad ſummam duc. 50. *§. 7. num 6.*

Igitur A. C. demandando, illa ſolvenda eſſe ad rationem duc 120. non proceſſit ad liquidationem alicujus ſummæ incertæ, ſed ſummam ſolemniter, & maturitate inſigni, per Sententias dd. maximorum Tribunalium determinatam, revocavit caſſavit, & abolevit, illam ampliando à duc. 50. ad duc. 120. Iſte autem procedendi modus, deſtructivus duorum judicatorum taliter qualificatorum, quatenus velit appellari bonus, erit talis bonitate illorum, de quibus loquitur *Jſaj. 5. 20.* ibi: *Qui dicitis malum bonum, & bonum malum.*

26 *Fuerunt exhibita Capitula.*

Fuerunt etiam allegatæ dicta ſolemniſſima Tranſactio, approbata à Papa, & juſtiſſima Sententia Regii Conſilii Neapolitani, quæ ligabant, & ligant manus omnium Judicum, tam Eccleſiaſticorum, quàm Laicorum; Sub Sole ſiquidem major approbatio ab una, vel altera, poteſtate excogitari non poteſt.

27 *Admittitur, annuum Livellum deberi directè Moniali.*

Reditur hìc ad ſolitam cantilenam, abundè confutatam ſupra *§. 10. per tot.*

28 *Quod uti clarum, & literale non admittit contrarium intellectum.*

Reſponſio hæc non dicitur data ad tollendam difficultatem, ſed ad ornatum Urbis, juxta lepidum dictum *Sperell. dec. 138. ſub num. 57.* quem ſequutus *fui in Inſtit. crim. libr. 4. tit. 8. num. 20.* Aliud enim eſt, quòd clarum, & literale ſit Capitulum illud Montis, ubi diſponitur, quòd Monaſteriis non reformatis dentur pro Livellis annui duc. 80. Aliud verò, quòd ſit clarum, Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ non eſſe reformatum; Eſt autem pulcher, novuſque reſpondendi modus confundendi unam cum alia claritate.

29 *Decretum Vicarii Neapolis declarat, Monaſterium non eſſe reformatum, per conſequens minimè locum habere poteſt altera pars dicti Capituli.*

Decretum hoc approbationem non meruit à S. C. E. & R. ex animadverſis ſupra *§. 12. num. 12.* Nec non erat, & eſt ſub Judice, etiam quando ex parte Monialium iſta ſcribebantur; Mirum proindè eſt, quòd ex parte earundem allegetur tanquàm Textus. Ultra quod talibus laborat nullitate, & injuſtitia, ut nec etiam allegari mereatur, ex adductis ſup. §.2 *& per tot Diſcept.*

30 *Allegat differentiam, ſeu ſpeciem Religioſorum.*

Hæc differentia Religioſorum ad effectum poſſidendi Livella, vel alia legata annua, eſt innegabilis: Cappuccini enim, & Fratres S. Franciſci, non ſolùm poſſidere non poſſunt annua Livella, ſed nec etiam poſſunt petere Legatum unius ferculi, qualibet die eis, ex motivo pietatis, & charitatis relictum, ut reſolvit *C. C. in Faventina 12. Martii 1697. lib. 47. Decret. fol. 173* & notat *Bertachin. Vot. deciſ. 31. num. 1.* Illamque per extenſum refert *Piton. fol. 73. num 175. tom. 1. ſuar. doctiſſimar. Diſcept. Eccleſ.* Non ſic autem alii Religioſi diverſorum Ordinum Regularium, quibus ex tolerantia, ac benignitate Apoſtolicæ Sedis Livellorum uſus permittitur, cum conditionibus tamen, explicatis *à Monacell. in Formul. tom. 1. fol. 243 num. 4.* ibi: *I. Quod illum babeant dependenter à voluntate Superioris. II. Ut ſint parati peculium conſignare ad nutum ejuſdem Superioris. III. Ut pecunias convertant in licitos, & pios uſus, & decentiam eorum ſtatus. IV. Quòd ſit penes Depoſitarium.* Obſervando *num. ſeq.* id verum eſſe in Monaſteriis, in quibus non perfectè ſervatur Vita communis, quia in iſtis, vel in aliis, *in quibus ob abundantiam redditiuum de facili ſervari poteſt, non licet Monialibus Livella retinere, neque ad nutum Superioris, & hanc ſententiam tuetur Fagn. in cap. Monachi à num. 59. uſque ad fin. de Stat. Monac. Cui ſententiæ ſubſcribo, quia in his ceſſat motivum carentiæ rerum, ad vitam ſubſtentandam neceſſariarum, cujus intuitu, & reſpectu uſus annuorum Livellorum toleratur. Tunc enim Moniales, cùm habeant omnia neceſſaria, ſi Livella exigerent, & expenderent, eſſent veræ proprietariæ, non obſtante Superioris diſpenſatione.*

An autem utriuſque ſexus Religioſi tacitè, & expreſsè remittere poſſint Conſanguineis, vel aliis donare hujuſmodi annuas ſubventiones, quæ ſibi pro eorum extraordinariis indigentiis aſſignatæ ſunt, non concordant Canoniſtæ, & DD. *Rota* enim *dec. 610. à num. 8. cor. Cerr.* inclinare videtur in opinionem negativam, quam tuetur *Donat. Rer. Regul. tom. 4. tract. 15. de Vot. pauper. quæſt. 23. & quæſt. 35.* E converſo autem *Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 7. cap. 22. num. 16. Dian. coordin tom. 7. tract. 3 de Pauper. Relig. reſol. 69. nu. 2. Card. de Luc. de Regul. diſc. 56. à num. 7 & Rot. deciſ. 1162. num. 17 cor. Emer. jun.* magis ſolidè affirmativam Sententiam defendunt, pro qua inter alias duæ rationes nimium ſtringere videntur. I. Quod per talem donationem Religioſus nullum damnum infert Monaſterio, ſed parcè vivendo, detrahere videtur id, quod donat, vel remittit condecentiæ ſuæ perſonæ, ejuſque genio, & ventri. II. Quia ſicuti ſi exactio Livelli ſequuta fuiſſet, & Religioſus talem ſummam ex charitatis, vel honeſtatis motivo, in ſuorum Conjunctorum ſubventionem erogaſſet, retractari non poſſet, ita videtur, quòd per actum negativum, ſeu abſtinentiam ab exactione, abſque inani circuitu, talem laudabilem erogationem ſingulis annis erga Conjunctos facere voluerit; Circa quam quæſtionem vide *R. P. D. Petr. Conſt. Apoſt. tom. 4. fol. 276. num. 58.*

*Nulla vis fieri poteſt in Relatione Card. Philamarini, tum quia de eo tempore aderat decretum Vicarii Periſſi.* 31

Bone Deus! & oh facultatis legalis deplorabile infortunium; Exclamaret *hìc Caſareg. ad Stat. Januæ reſol 8. numer. 1. in fin. ſeu fol. 429. Quandoque ob alienam inſcitiam eo vilitatis reducimus intellectum, ut ipſiſmet hominum deliriis reſpondere cogamur.* Informatio Card. Philamarini procurata fuit à Monialibus anno 1664. §. 11. num 2. Obiitque idem digniſſimus Card. Neapoli octuagenario major die 3. Nov. 1666. *Capher. in Synth. vetuſt. in Compend. Chron. fol. 452.* Decretum verò Vicarii Periſſi editum fuit die 5. Junii 1691. §. 1. num. 3. & ſic poſt annos 25. ab ipſius obitu, & 27. à Data Informationis: Quomodo igitur dici poteſt, quod tempore Informationis Card. Philamarini aderat dictum decretum? Poteſtne dari reſponſio magis frivola, magiſquè inſubſiſtens, & voluntaria?

*Relatio Card. Philamarini venit ad petitionem, & inſtantiam particularium Monialium, non autem Monaſterii.* 32

Hæc reſponſio participat de natura, ut dici ſolet, *delle baſtonate de Ciecchi*, quia Card. Philamaninus incipit ſuam Informationem per hæc verba *La Supplica, fatta dare in coteſta S. C. per parte delli Monaſterii riformati di S. M. della Sapienza &c. di S. Gio: Battiſta &c.*

Igitur eſt divinare ante lecturam Scripturarum, non autem reſpondere cum fundamento, quando aſſeritur, quòd dicta Informatio facta fuit ad petitionem particularium Monialium.

Concordat in hac parte idem Card. Philamarinus cum ſupplici Libello, ex parte Monialium S. C. E. & R. exhibito ibi: *Per parte del Monaſtero di Monache riformate Domenicane di S. Gio: Battiſta di Napoli § 8 num 4.*

Cum Articulis, coram Delegato Apoſtolico productis, ibi: *Quæ offeruntur ſummariè probanda cor. Reverendiſſimo Vicario Neapolitano Subdelegato Apoſtolico pro parte Monaſteriorum D. Mariæ de Sapientia &c. S. Jo: Baptiſtæ &c. §. 9. num. 2.*

Cum depoſitionibus teſtium, datis in *§. 6. à num. 6.*

Cum

Cum alio ſupplici Libello, eidem S. C. E. & R. exhibito, ibi; *Foris Alla Cong. de Veſc. per li Monaſterii riformati di S. M. della Sapienza, di S. Gio: Battiſta &c.* Intus verò: *Eminentiſſimi, e Reverendiſſimi Sign. Li Monaſterii riformati di S. Maria della Sapienza, di S. Gio: Battiſta &c.* §. 8. *n.* 4. & 5.

Cum decreto demum Subdelegati Apoſtolici, ibi; *Pro parte Monaſteriorum reformat. S. M. de Sapientia &c. S. Jo: Baptiſtæ &c.* §. 14. *num.* 3. in quibus actibus, & Script. millies reperitur ead. aſſertio.

Verum eſt, quòd pro fundamento inſtantiæ eorundem Monaſteriorum in contextu dd. actuum indicantur perſonæ illæ Monialium, ex quarum nomine debeantur eis Livella: Sed hoc non immutat principalem inſtantiam, & debebant præciſa neceſſitate exprimi, quia Monaſt. prædictum, non ex proprio jure, neque ex perſonis omnium Monialium, ſed ſolùm ex perſonis illarum, quæ deſcendebant à Fundatoribus d. Montis, Livella prætendere poterat.

33 *Pars adverſa allegat modum, qui practicatur cum Monaſterio S. Andreæ &c. qui mirificè retorquetur.*

Retorquetur mirificè, ſed contra Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ, cujus Abbatiſſa, non autem Moniales nomine proprio exegerunt, & exigunt Livella, ut probavimus ſupra §. 10. *per tot.*

Exempla autem Monaſteriorum S. Andreæ Ord. S. Auguſtini, S. Joſephi ejuſdem Ord. S. Auguſtini, S. Potiti Ord. S. Benedicti, & S. Patritiæ ejuſdem Ord. adduximus ad tollendam de medio cantilenam illam, uſque ad nauſeam inculcatam, quòd in Civitate Neapolis non exiſtant alia Monaſteria, niſi Cappuccinarum, & S. Franciſci de vera obſervantia, quibus ſolvantur Livella ad rationem ducat. 50.

34 *Cùm in confeſſo ſit, Livella deberi noſtris Monialibus directè, & noſtrum Monaſterium non eſſe ampliùs de Reformatis, neque de obſervantia.*

Niſi verba illa *in confeſſo ſit* per errorem tranſcripta fuerint, ſeu proprio marte à Copiſtis addita, dicendum utique eſt, propoſitionem hanc continere verum Ens rationis.

35 *Ultima Relatione clandeſtinè extorta.*

Informatio hæc eſt illamet, quæ per extenſum regiſtrata fuit in §. 11. Confecta poſt acceſſum ejuſdem Vicarii ad Monaſterium, ut videre eſt *in num.* 10. Poſtquam Moniales deduxerunt coram eo omnia deducibilia, quæ leguntur in ipſa *à num.* 14. *uſque ad fin.* Et poſtquam Defenſores ejuſdem Monaſterii in pluribus Contradictoriis, coram d. Vicario habitis, ad ſatietatem uſque auditi fuerunt, ut ex illius contextu, & ſignanter *num.* 14. ibi? *Exadverſo autem pro parte Monialium deductum eſt.*

Aſſerendo igitur mirabili promptitudine, Informationem hanc, cum tot circunſtantiis exaratam, eſſe clandeſtine extortam, & continuatur in hac parte rubrica illarum reſponſionum, de quibus ſup. *num.* 32. *verſic. Hæc reſponſio.*

36 *Subjunxerunt, quod hi ſunt actus merè cæremoniales.*

Reſponſio hæc non poteſt ſine animi horrore ſub oculis haberi, & ſola atque unica conſideratio, ſeu ſeria ponderatio reducendi obſervantiam ſolemnium Votorum, factorum Deo, qui non irridetur, ad cæremonias, inter Catholicos deſervire poteſt pro adæquata reſponſione: Longè enim melius eſt non vovere, quàm poſt votum ſub his frivolis prætextibus promiſſa non reddere.

Præterea ſacroſanctum *Trid. Conc. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 1. non docendo cæremonias, ſed ſalutis viam pandendo, ſtrictè præcipit Regularibus omnibus, tam Viris, quàm Mulieribus: *Ut Regularis diſciplina, ubi collapſa eſt, inſtauretur, ubi verò conſervata eſt, conſtantiùs perſeveret;* Præcipiendo ulterius: *Ut omnes Regulares, tam Viri, quàm Mulieres ad Regulæ, quam profeſſi ſunt præſcriptum, vitam inſtituant, & componant, atque inprimis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem &c. nec non ad communem vitam, victum, & veſtitum conſervanda pertinentia, fideliter obſervent.* Et proindè nullo modo inter Catholicos, atque in illis Provinciis, & Civitatibus, ubi idem Concilium, tanquam in propria Sede, religioſè ſervatur, & colitur, ab Eccleſiaſticis Judicibus admittendæ videntur propoſitiones, quòd Votorum promiſſio, Vitæque communis obſervantia, ſit actus merè cæremonialis, neque proindè fideliter obſervan. ut dicit Concilium, ſed à Monialium arbitrio detorquendus inanibus interpretationibus, cæremonialibuſque actibus, ad excuſandas excuſationes in peccatis, juxta præciſa verba Innoc. XII. *in ejus Conſtit.* 95. *num.* 12. Et quod congruis exprimi nullatenus verbis poteſt, prætenditur, ut hujuſmodi propoſitiones admittantur à Judicibus Eccleſiaſticis in Curia, revocando contraria Judicata Judicum laicorum Civitatis Neapolis, eo tempore, quo cor. ipſis, nec etiam fit inſtantia pro tali revocatione.

*Prioriſſa parùm in id advertit.* 37

Facultates Prioriſſæ, & cujuſvis alterius Superioris Regularis, ad hæc nullatenus ſe extendunt, ut in terminis ſancivit Clem. VIII. *Conſtit.* 60. §. 2. *verſ. Neque Superioribus, & verſ. Nulla quorumcumque*, in cujus ſequelam ita ſemper declararunt Sacræ Congr. in reſolutionibus, quas referunt, & ſequuntur *Fagnan. in cap. Monachi num.* 62. *de Stat. Monach. Quarant. in Sum. Bull. verbo Caſus reſervati fol.* 159. & 157. *Lezzan. in Sum. quæſt. regul. tit. de Obligat. Relig. ration. vot. pauper. num.* 15. *in fin. Capon. diſcept.* 288. *num.* 49. *tom.* 4. & *Bart. à S. Fauſto in Theſaur. Relig. tit. de Voto pauper. qu.* 195. *à num.* 1. & *Monacell. in Form legal. pract. tom* 1. *fol.* 292. *n.* 7. ubi, quod hæc S. C. in *Florentina* 21. *Julii* 1690. ad relat. Card. Petruccii, reſpondit, circa Livella ab omnibus Regularibus ſervandam eſſe Conſtit. Clem. VIII.

Et in præciſis terminis, quod in noſtra Religione Dominicana Abbatiſſæ, nedum non poſſint concedere tales licentias, ſeu tolerando, vel non advertendo, id permittere, ſed quod præciſè, & ſub gravi pœna teneantur conſuetudinem, etiam immemorabilem, adminiſtrandi Livella per ipſas Moniales, forſan introductam, de medio tollere, & extirpare, notat *Donat. Rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 15. *de Vot. pauper. quæſt.* 12. *per tot.* & ſignanter, ibi: *Quæritur, an conſuetudo, introducta à Monialibus habendi, & exigendi Livella per ſe ipſas, extirpari poſſit à Prælata, & dico, quòd ſic, etiam ſi foret centenaria, ſeu immemorabilis: Imò Abbatiſſa tenetur illam extirpare &c. Secus autem eſt in malo ſtatu, & Moniales tenentur obedire, alitèr poſſunt adſtringi, & graviter puniri:* Obſervando in fine abuſus, qui ſolent provenire ex d. adminiſtratione Monialium *in vanis veſtibus, vel donando Sæcularibus, aut aliis chariſſimis.*

Ratio autem, & quidem conveniens ea eſt, quia aliàs reducendo Votorum obſervantiam ad cæremonias, ut exadverſo dicitur, Religioſi omnes dicerentur verè proprietarii, proprietate illa, quam malorum multorum cauſam appellat, & meritò D. *Carolus*, relatus à *Criſpin. nella Viſit. paſtor. par.* 2. §. 42. *num.* 39. his verbis *Omnino incumbere debet Epiſcopus, ut ex Monaſterio vitium proprietatis, tanquam multorum malorum cauſam, evellat*, & in noſtris terminis *Monacel. in Formul. tom.* 1. *fol.* 243 *à num.* 3. & ſignanter *num.* 5. *in fin.* ubi, quòd in hoc caſu Moniales eſſent veræ proprietariæ, non obſtante Superioris diſpenſatione. 38

Ad quæ inconvenientia evitanda, non adeſt propoſitio magis certa, magiſque communiter recepta inter Canoniſtas, & à S. C. quotidiè approbata, quàm quod Religioſi, neque etiam dicantur poſſidere pannos ipſos, quos in dorſo geſtant, itaut nequeant dicere *hæc veſtis eſt mea*, ad inſtar Servi, ut benè obſervat *Zabarel. conſ.* 17. *num.* 5. quem ſequitur *Quarant. in Summ. Bullar. verbo Caſus reſervati num.* 6. *fol.* 158. *in princip. Rot. dec* 81. *num.* 3. *cor. Bich.* & *deciſ.* 253. *num* 2. *par.* 11. & *dec.* 405. *num.* 7. & *ſeq. par.* 16. Et in terminis Religioſi, viventis ſub Regula S. Auguſtini, ſecundum Conſt. S. Dominici, ſub qua vivunt Moniales S. Jo: Baptiſtæ, *Donat. Rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 15. *de Vot. paup quæſt.* 4. *per tot* ubi explicando verba Regulæ advertit, hoc adeò verum eſſe, *ut non ſolùm jure non inveniatur proprietas, ſed etiam, nec in ore, cùm dicit, nec dicatis aliquod proprium &c. exemplo primitivæ Eccleſiæ &c* & *Monacellus in Append. ad Formul. tom.* 2 *fol.* 291. *à num.* 1. ubi, nedùm teſtatur de praxi S. C. ſed etiam, quod ab eiſd ſemper fuerunt reprobatæ opiniones aliquorum Authorum Regularium, propriam defendentium cauſam; Meritò proindè concludendo *num.* 2. & 3. hanc opinionem firmiter tenendam eſſe, ibi: *Verùm opinionem iſtam à S. C. C. pluribus decretis, quæ refert, fuiſſe reprobatam, latè, doctèque oſtendit Fagn. ejuſdem S. C. Secretarius &c. Tenendum igitur firmiter eſt, quòd Regulares utriuſque ſexus, neque de Superioris permiſſione, habere poſſunt, & tenere ſuperflua, ut munera, & dona elargiantur, aut expendant, etiam in uſus licitos, neque audiendi ſunt Authores, præſertim recentiores, ſtudioſi ſelectores laxiorum opinionum, qui evertere cupiunt Tridentini diſpoſitionem, per tot vices à S. C. & à Summis Pontificibus innovatam, & declaratam, & Superiores, ac etiam Subditos Regulares in periculis ſalutis conantur adducere, quos meritò non ſequitur Donatus &c.* 39

Multa alia adduci poſſent cum majori otio ad comprobandum bonum Jus Montis magni Maritaggiorum, & confutandas contrarias inſubſiſtentes prætenſiones: Id tamen mihi non permiſerunt Fori, & Cathedræ occupationes aſſiduæ: *Indulgendum enim eſt Romanæ Curiæ Advocatis* (ut utar verbis 40

verbis *Card. de Luc. de Servit. diſc.69. ſub num.5. & de Dot. diſc.111. num.3.*) *ſi juris quæſtiones*, *Exterorum more*, *non diſputant*, *ſed concluſivè juxta receptas opiniones diſcurrunt*, *quoniam ſemper currenti calamo properando*, *atque*, *ut vulgò dicitur* correndo la Poſta, *ſcribere coguntur*: Quod ad unguem verificatum fuit in hujuſmodi notis reſponſivis.

## §. XIX.

*Cauſæ reſolutio*, *& Diſceptationis Concluſio*.

1 NOn obſtantibus iis, quæ omnibus Judicibus proponere ſtudui, quæque eadem ſunt cum adductis uſque adhùc, iidem Judices, approbantes contraria motiva, & allegationes, in eo fuerunt ſenſu, ut Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ nunquam fuerit, neque hodiè dicendum ſit reformatum, & de obſervantia, Sententias ferentes, ut infra.

2 *Die 18. Julii* 1703. *Babutius. Chriſti nomine &c. in Cauſa*, *& Cauſis*, *quæ primò*, *& in prima*, *ſeu alia veriori coram Nobis verſæ fuerunt*, *& vertuntur inſtantia*, *inter V. Monaſterium*, *& Moniales S. Jo: Baptiſtæ*, *Religionis Prædic. S. Dominici Neapolis*, *Actrices ex unà*, *& V. Montem magnum Maritaggiorum*, *& alterum V. Montem 29 Famil. nuncupatum ejuſdem Civitatis Neapolis*, *illorumque Miniſtros*, *& Officiales*, *Reos conventos*, *Partibus ex altera*, *de*, *& ſuper executione decreti Reverendiſs. Vicar. generalis*, *mandantis*, *Monaſterium præd. S. Jo: Baptiſtæ non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata*, *ſeu de Obſervantia*, *emanatum die 9. Sept.* 1702. *ſeu &c. rebuſque aliis &c. dicimus*, *præmiſſum decretum Reverendiſs. Vicar. generalis Neapolis*, *declarans*, *Monaſt. prædic. S. Jo: Baptiſtæ minimè fuiſſe*, *nec eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata*, *ſeu de Obſervantia*, *exequendum fore*, *& eſſe*, *prout exequi volumus*, *& mandamus*, *in omnibus*, *& per omnia*, *& quodcumque Exequatur decernendum*, *& relaxandum fore*, *& eſſe*, *prout decernimus &c. prædictumque Montem magnum teneri*, *& obligatum eſſe ad ſolvendum annuum Vitalitium ad rationem ducatorum* 80. *pro qualibet Moniali*, *alterumquè Montem 29. Familiarum d. Civitatis Neapolis teneri pariter*, *& obligatum eſſe ſolvere annuum Vitalitium ad rationem duc.* 120. *pro qualibet Moniali ex nunc*, *& in poſterum*, *tam decurrendum*, *& ſolvendum reſpectivè*, *juxta Statuta*, *Ordinationes*, *& Conventiones*, *cum eiſdem Montibus*; *& Montiſtis reſpectivè emanatas*, *& pro illis*, *quatenus opus ſit*, *mandatum executivum*, *& aliud quodcumque*, *deſuper neceſſarium*, *& opportunum decernendum*, *& relaxandum fore*, *& eſſe*, *prout decernimus*, *& relaxamus contra prædictos Montes*, *& pro decreto*, *& relaxato haberi volumus*, *& mandamus*, *victamquè Partem victrici &c. & ita dicimus &c. Ita pronunciavi &c.*

3 *Die 7. Julii* 1704. *Archivium. Chriſti nomine invocato*, *pro Tribunali ſedentes*, *& ſolum Deum præoculis habentes*, *per hanc noſtram definitivam Sententiam*, *quam de Juris peritorum conſilio in his ſcriptis ferimus*, *in Cauſa*, *& Cauſis*, *quæ primò*, *& in prima cor. A. C. A. ſecundò*, *& in ſecunda cor. Nobis verſæ fuerunt*, *& vertuntur inſtantia*, *inter V. Monaſt. & Moniales S. Jo: Baptiſtæ Ordin. Prædicatorum Neapolis Actrices*, *& appellatas ex una*, *& V. Montem magnum Maritaggiorum*, *ac alium V. Montem 29 Familiarum nuncupatum ejuſdem Civitatis Neapolis*, *illorumque Miniſtros*, *& Officiales*, *Reos conventos*, *& appellantes*, *Partibus ex altera de*, *& ſuper confirmatione*, *ſeu infirmatione Sententiæ*, *latæ per d. A. C. A. ad favorem dicti V. Monaſt. & Monialium S. Jo: Baptiſtæ Neapolis appellatum contra dd. dd. Montem magnum Maritaggiorum*, *& Montem 29. Familiarum Neapolis*, *appellantes*, *rebuſquè aliis in Actis Cauſæ*, *& Cauſarum hujuſmodi latiùs deductis*, *ad quæ &c. dicimus*, *pronunciamus*, *decernimus*, *declaramus*, *& definitivè ſententiamus*, *benè*, *ritè*, *& rectè fuiſſe*, *& eſſe per dictum A. C. A. Judicem*, *à quo*, *judicatum*, *& ſententiatum*, *maléque*, *perperam*, *& indebitè fuiſſe*, *& eſſe per dd. Montem magnum Maritaggiorum*, *& Montem 29. Familiarum appellatum*, *& reclamatum*, *& de nullitate dictum Propterea que d. Sententiam confirmandam*, *prout confirmamus*, *& approbamus in omnibus*, *& per omnia*, *& pro confirmata*, *& approbata haberi volumus*, *& mandamus*, *Partemque victam victrici in expenſis condemnamus*, *quarum taxationem Nobis*, *vel cui de jure*, *in poſterum reſervamus*, *& ita &c. non ſolùm &c. ſed & omni &c. Ita pronunciavi &c.*

4 *Die 6. Julii* 1705. *Archivium. Chriſti nomine invocato*, *pro Tribunali ſedentes*, *& ſolum Deum præoculis habentes*, *per hanc noſtram definitivam Sententiam*, *quam de Juriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus*, *in Cauſa*, *& Cauſis*, *quæ primò*, *& in prima cor. A. C. A. ſecundò*, *& in ſecunda coram R. P. D. N. Judice commiſſario*, *tertiò verò*, *& in tertia*, *ſeu alia veriori*, *coram Nobis verſæ fuerunt*, *& vertuntur inſtantia*, *inter Ven. Monaſt. & Moniales S. Jo: Baptiſtæ Ord. Prædicat. Neapolis Actrices*, *& appellatas ex unà*, *& Ven. Montem magnum Maritaggiorum*, *ac alterum V. Montem 29. Familiarum nuncupatum ejuſdem Civitatis Neapolis*, *illorumque Miniſtros*, *& Officiales*, *Reos conventos*, *& appellantes*, *Partibus ex altera*, *de*, *& ſuper confirmatione*, *ſeu infirmatione Sententiarum*, *latarum per dd. A. C. A. & R. P. D. N. ad favorem d. V. Monaſt. Monialium S. Jo: Baptiſtæ Neapolis appellatarum*, *contra dd. Montem magnum Maritaggiorum*, *& Montem 29. Familiarum Neapolis appellantes*, *rebuſque aliis &c. dicimus*, *pronunciamus*, *declaramus*, *& definitivè ſententiamus*, *benè*, *ritè*, *& rectè fuiſſe*, *& eſſe per dd. A. C. A. & R. P. D. N. Judices à quibus*, *judicatum*, *& ſententiatum*, *maléque*, *perperam*, *& indebitè fuiſſe*, *& eſſe per dd. Montem magnum Maritaggiorum*, *& Montem 29. Familiarum appellatum*, *& reclamatum*, *& de nullitate dictum*, *propteraque dd. Sententias confirmandas*, *& approbandas*, *prout confirmamus*, *& approbamus in omnibus*, *& per omnia*, *& pro confirmatis*, *& approbatis haberi volumus*, *& mandamus*, *Partemque victam victrici in expenſis condemnamus*, *quarum taxationem Nobis*, *vel cui de Jure in poſterum reſervamus*, *& ita &c. non ſolùm &c. ſed*, *& omni &c. Ita pronunciavi &c*

5 Ecce igitur, quod ab his tribus Sententiis, in Urbe obtentis, ob frigida illa verba *meum*, *& tuum*, tali amplitudine verborum, de præſenti declaratum fuit non reformatum, neque de obſervantia, Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ Neapolis, ut Moniales diſponere poſſint de earum Livellis ad inſtar Laicorum, publicorumque Mercatorum, etiam *per altre vanti §.17. num.45. & 47. Et tamen nihil eſt miſerius*, *quòm propter nummum Deum contemnere*, juxta aurea verba *D. Hier. ad Levit. de duob. gener. hom.* relati *in can. Duo ſunt 12. qu.1.* Illud inquam Monaſterium, quod congruè appellari poteſt *Primogenito* celebris Reform. Clemen. uti erectum, & fundatum paulò poſt ipſius editionem §.1. *in fine*, & §.13. *num.3. & 4. Educato* in obſervantia perfectionis religioſæ, Vitæque communis per longum annorum ſpatium ab inſigni Religioſo *P. Jo: Leonardo à Literis*, ut legitur *in Diar. Dominici ad diem 11. Febr. fol.213. & ſeqq. Figlio*, *e Padre* duorum Monaſter. S. M. de Sapientia, & S. M. divini Amoris, amborum perfectiſſimæ Vitæ communis, & regularis obſervantiæ Civitatis Neapolis §.3. *per tot* Cujus Moniales in earum ſolemni profeſſione promittunt ſervare Vitam communem formula ſtrictiori illa, qua utuntur Cappucinæ §.15. *per totam* Cum quibus habent commune non uſum Cratarum, & privationem hoſtioli ad colloquendum §.12. *num.4.* Uti reformatum, & de obſervantia conclamatum ab omnibus Neapolitanis Hiſtoricis §.4. Ab illius Archiepiſcopis, *uti ſub ſtrictiori obſervantia S. Dominici* expoſitum oculis S. C. Summorumque Pontificum §.12. *num.4.* Taleque comprobatum ex Atteſtatione duorum generalium Actorum Magiſtrorum Monialium Civitatis Neapolitanæ §.5. Ex judicio omnium Equitum, & Gubernatorum Montis 29. Neapolis, & ſic ex omnibus ferè nobilibus Familiis ejuſdem Civitatis §.6. A ſeriis, repiicatiſque confeſſionibus, tam judicialibus, quàm extrajudicialibus Monialium, quarum aliquæ emiſſæ fuerunt etiam cum conſilio earum Advocatorum §.8. *numer 9.* §.11. *num.2. in fine*. Ab Articulis, earum nomine productis; & teſtium depoſitionibus, ad earundem inſtantiam ſervatis ſervandis examinatorum §9. A ſolutionibus Livellorum, factis directè Abbatiſſæ, non autem Monialibus ipſis §.10 Ex Informatione Card. Philamarini, tranſmiſſa S. C. E. & R. §.11. *in princ.* Et ex alia informatione Vicarii de Rubeis, tranſmiſſa S. C. C. §.11. *poſt princ.* Ex Relationibus Status Eccleſiæ Neapolitanæ Card. Geſualdi anni 1600. & Card. Philamarini anni 1650. §.12. Ex oraculis S. C. §.13. Ex approbatione Apoſtolicæ Sedis, mediante ejus ſpeciali Delegato §.14. In contradictorio judicio, incæpto die 8. Oct. 1675. & terminato die 5. Dec. 1684. uti reformatum indubitanter præſuppoſitum in Sententia primi Tribunalis collegialis laici totius Italiæ §.7. *per tot.* Et demum contra Moniales dumtaxat informantes, die 1. Martii 1703. ſolemniter canonizatum pro obſervanti, & reformato à Sacr. C. E. & R. denegante confirmationem decreti Vicar. Siliquini, in quo declarabatur non reformatum, neque de obſervantia.

6 Itaut concurrere videantur omnes illæ tres probationum ſpecies, quarum quælibet, etiam ſeparatim ſumpta, apta eſt facere de albo nigrum, & quadrare rotunda, nempè Con-

feſſio Partis §.8. & 9. Inſtrumentum publicum §.15. Et res judicata §.7.

7 Circa quas Sententias notandum, quòd Judices plus in illis dixerunt, quàm unquam ſomniaverint Moniales, nedum obtinere, ſed nec etiam petere, non ſolum decernendo, Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ de præſenti non eſſe, ſed nec etiam unquam in præteritum fuiſſe reformatum, & de obſervantia; Neque ad unicum finem poſſidendi Vitalitia, tanquam propria, & de illis diſponendi *per altrettanti*, juxta animadverſa in §.17. *à num.*43. Sed generaliſſimè, & ad omnem, & quemcumque finem, & effectum; Idque contra rei evidentiam, contra tenorem decreti Vicarii Neapolitani, quod confirmant, & contra omnia documenta, ſupra adducta, abſque eo quòd ex parte Monialium jota unum, vel unus apex adductus fuerit ad probandum, vel petendum declarari, earum Monaſt. in præteritum non fuiſſe reformatum, & de obſervantia, vel qualitatem non reformationis ſe extendere ad omnem finem, & effectum.

8 Proindeque hodiè, attento tenore dictarum Sententiarum, ad canonizandum Monaſterium aliquod pro non obſervanti, neque reformato, ſat eſt, quòd una, vel altera Monialis de facto Vitam communem non obſervet, etiamſi major pars earundem propriam profeſſionem punctualiter adimpleat, plus tribuendo unius, vel alterius Monialis actionibus, & operationibus de facto, & contra Regulam, atque profeſſionem, & ſic dignis correctione, & pœna, quàm aliis operationibus aliarum Monialium, uniformibus Regulæ, & profeſſioni. & ſic laude, & præmio digniſſimis.

9 Dixi, *attento tenore contrariarum Sententiarum*, nam ſi ego eſſem Judex, nulla habita ratione dictarum, & ſimilium Sententiarum, oppoſitum intrepidè decernerem. *Quia* (licitum mihi ſit in hac parte uti præciſis verbis magni *I. C. Paul de Caſtr. conſ.*434. *in fin. lib.*2.) *video, & cognoſco, prædicta omnia vera eſſe, & veritate fulciri.*

10 Neque terret me Sententiarum numerus; quando enim ſunt injuſtæ, etiamſi eſſent mille nunquam exequi debent, ex adductis *in dec.*168. *num.*1. *apud Conſtant. ad Stat. Urb. & in Imolen. Bonorum* 25. *Novemb.* 1705. §. *Nihilominus coram Anſald.* Ultra quòd illæ non ſunt irreparabilia tela, nullam admittentia defenſionem, ſed ſolet ille, qui contrarias paſſus eſt injuſtas Sententias, per appellationis remedium in priſtinum ſuorum Jurium ſtatum reponi; Indeque *Bald. in leg. unic. num.*6. *Cod. Si de Momen. poſſeſs. fuer. appell.* quem ſequutus fui in *Inſt Crim lib.*4. *tit.*8. *de Appell num.*1. appellationem lepidè covat Theriacam contra Judicum venenum, ad differentiam Sententiarum imperitorum Medicorum, adverſus quas non naſcitur herba in hortis, nullaque juvat Theriaca contra ipſarum venenum, ut vidimus *in Inſtit. Crim. lib.*1. *tit.*2. *num.*14. In qua parte omni conſideratione digna eſt reflexio illa *Plinii lib.*29. *cap.*1. ſequuti *à Nicol. in Floſc. Verb. Medicina num.*2. ibi: *Medici diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantùm hominem occidiſſe, impunitas ſumma eſt.*

11 Præcipuè quia eædem Sententiæ, uti evidenter nullæ, & injuſtæ, ex hucuſque animadverſis, nec etiam nomen Sententiæ merentur juxta *Textum in leg* 2. *C. Quand. provocar. non eſt neceſſ.* & firmata *per Rot. deciſ.*233. *num.*4. *coram Priol.* Judices autem nulliter, & injuſtè procedentes dicuntur procedere tanquam privati, ex adductis in *dec.*186. *nu.*8. *cor. Ottob & in Rom. Hæredit. de Ruſpolis* 2. *Martii* 1705. §. *Et in terminis cor. Molin.*

12 Minus adducatur in contrarium affectio illa Clientum, quæ Advocatorum intellectum faſcinare ſolet *ex Card. de Luc. de Emphyt. diſc.*58. *num.*12. Quia ego ſum in illa opinione, quòd etiam intellectus Judicum aliquando faſcinari ſoleat ab adjacentibus, & circumſtantiis Cauſarum, ut egregiè obſervat *Oliver. de Matr. null. fol.*18. *in med.* & docet quotidiana retractatio, & revocatio Sententiarum, quam à Judicibus appellationum videmus ad praxim reduci. Quibus proinde ab Advocatis, ſuccumbentibus in illis Cauſis, in quibus probant bonum Jus fovere, dici poteſt cum verbis illis *magni Greg.* ſcriptis *Petro Diacono epiſt.*42. *indict.*9. *lib.*1. *De his, quæ tibi pro ſervanda Juſtitia ſcribo, ego abſolvor, & tu ſi negligis, obligaris.*

13 An autem in hac Cauſa ego fuerim faſcinatus, ex animadverſis in hac Diſceptatione, combinatis cum contrariis Scripturis, exhibitis *in* §.17. *tacitus Lector judicet*, ut in ſimili ſcriptum reliquit *D. Hier. lib.*2. *ep.*4. *ad Domn. Apolog.*

14 In omnem verò caſum tribus his Sententiis in Urbe, nulliter, & injuſtè obtentis, opponi poſſunt tria fundata judicia totidem S. R. E Card. & Neapolitanæ Eccleſiæ Archiep. Geſualdi, Boncompagni, & Philamarini. Bone Deus, qualia nomina tam in Neapolitanæ Eccleſiæ Faſtis, Chronicisque, quàm in Romanæ, & univerſalis Eccleſiæ Annalibus: Ita ut de Voto uniuſcujuſque ex ipſis, cum omni ſermonis proprietate dici poteſt id, quòd de quodam inſigni Theologo Societatis Jeſu ſcripſit *P. Segn. nella predic* 39. *num.*4. nempè *Uomo, il di cui Voto equivale a quello d'un'intiera Univerſità.*

Dicant proindè quatuor Moniales S. Jo: Baptiſtæ cum dd. tribus Judicibus: *Ipſarum Monaſterium minimè fuiſſe, nec eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, neque de obſervantia;* Quia ego, omiſſis aliis, in hac Diſceptatione expenſis, dicere non deſinam cum tribus S. R. E. Card. Archiepiſcopis Neapolitanis, nempe cum Card. Geſualdo §.12. *num.*1. quòd in eodem Monaſterio *ſi oſſervano eſattamente la Regola, li Voti, e la Riforma.* Cum Card. Boncompagno §.12. *num.*7. quod *in d. Monaſterio di S. Gio: Battiſta ſi vive con molta oſſervanza, in modo, che vi è anco quella della Vita commune.* Et cum Card. Philamarino §.12. *nu.*4. quod *idem Monaſt. di S. Jo: Baptiſta eſt ſub ſtrictiori obſervantia S. Dom.* 15

Obſervando præcipuè, quod dd. vigilantiſſimi Præſules, & digniſſimi Cardinales, non fuerunt loquuti ſub cœca fide unius, vel alterius mercenarii Miniſtri, de numero illorum, qui cupiunt placere eorum Dominis in Regione Vivorum, juxta animadverſionem *de Rub. in diſc. ad Lector. part.*4. *to.*3. *rec. à num* 95. *& Zaul. ad Stat Favent. tom.*1. *fol.*56. *nu.*18. & ad effectum conſequutionis alicujus miſerabilis ſummæ, ſive majoris, vel minoris Livelli, ſed ex illa experientia, quam ab ordinariis, neceſſariiſque annualibus viſitationibus omnium Monaſteriorum, ſibi ſubjectorum, perfectiſſimè habebant celebris Monaſterii S Jo: Baptiſtæ ſiti in illa Civitate, in qua longævæ ætatis veneranda canitie præfulgentes, virtutum meritis cumulati, in Domino quieverunt, & in qua uſque ad ſenectam, & ſenium continuò attenderunt univerſo Gregi, in quo Sp. Sanctus poſuit illos regere dictam Eccleſiam, ſcribentes non Rationali dicti Monaſterii, neque Miniſtris alicujus Banci, faciendo clandeſtinas giratas Livellorum *per altrettanti*, ſive tolerante, ſive ignorante Prioriſſa §.17. *n.*43. *& ſeqq.* Sed ſcribentes Summo Jeſu Chriſti in Terris Vic., Sacriſque Congr. ad meram veritatem requirentibus ab ipſis eorum Votum, & Informationem, vel ex ſe ipſis narrantibus verum Statum, veramque qualitatem Monaſteriorum, ſibi ſubjectorum, in exequutionem *Conſt.*15. Sixti V. ad hoc, ut Summus pro tempore Jeſu Chriſti Vicarius: *De toto Eccleſiarum ſingularum ſtatu certior reddatur &c. atque omnibus cognitis, & examinatis &c. alia in Vinea Domini Sabaoth evellat, alia plantet, alia ædificet, alia deſtruat &c.* juxta præciſa verba ejuſdem *Conſt. Sixtinæ poſt princ.* 16

Ad imitationem præterea celebris illius reſponſionis *Thomæ Mori*, datæ Angliæ Regis Miniſtris, ei objicientibus opinionem Epiſcoporum Angliæ Regni, *qu'à un' Evèque de leur parti' il en oppoſeroit cent &c.* relatæ *à Sander. nell' Hiſtoire du Shiſme d'Angleterre fol.*162. 17

Quatuor illis Monialibus, Mercatorum, ſeu Negotiatorum ad inſtar, diſponentibus de earum Livellis *per altrettanti*, de quibus in §.17. *à num.*4. opponimus mille alias Moniales, nedum uſque ad diem 4. Aug. 1704. & ſic poſt contrarium decretum Vic. Neapolitani, & duas Sententias in Urbe obtentas, ex earum Livellis ſolùm pœnes *ſe retinentes carolenos tres* (qui vix faciunt baj. 21. mon. Romanæ) *reponentes reliquum in aliqua Arca, ſeu Armario propè Rotam Monaſterii* §.11. *num.*10. Sed etiam hodiè, & dum hæc ſcribimus, obſervantes *eſattamente la Regola, li Voti, e la Riforma*, ut practicabatur tempore Card Geſualdi, & Boncompagni § 12. *num.*1. & 7. 18

Vicario Siliquino opponimus Vicarium Periſſium, in Urbe ſatis notum, Opponimus Archiepiſcopos omnes Neapolitanos §.12. *per tot.* Opponimus Eminen. Patres S. C. E & R. & C. §.13. Opponimus approbationem illius Sedis, quæ Superiorem in Terris non recognoſcit §.14. 19

Cajetano Buonhuomo, moderno Actorum Magiſtro Monialium nil aliud facienti, quàm referenti præciſa verba Monialium §.17. *n.*3. Opponimus Jo: Jacobum Clocciam, in his materiis *il Magiſtro de Magiſtri* §.5. *n.*5. cum caterva illa Hiſtoricorum, quam retulimus in § 4. *per tot.* Quibus addimus *Auth. Vitæ Sor. M Villanæ*, Neapoli impreſſæ anno 1674. *lib.*1. *cap.*8. *& cap.*11. *lib.*2. *cap.*2. *& ferè per tot.* 20

Rationali demum, ſeu Computiſtæ Monaſterii opponimus omnes illos Nobiles 29 Familiarum, coadunatos in publicis Aſſembleis annorum 1637. § 6. & 1664. §.16. *num* 14. & 15. Opponimus Judicium Sacri Regii Conſilii Neapolitani §.7. de quo in eadem Regia Civitate verificatur illud: Non plus ultra. 21

§. XX.

## §. XX.

*Aliæ rationes, & motiva, adducta pro Monaſterio S. Io: Baptiſtæ.*

IN Congregr. Sig. Juſtitiæ, habita die 17. Septem. 1705. nomine Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ exhibitæ fuerunt ſequentes Scripturæ.

„ R. P. In Civitate Neapolis habetur Mons 29. Familiarum nobilium nuncupatus, qui tenetur fœminis, deſcendentibus ex dictis Familiis ſolvere unicuique Moniali, ultra dotem, annuum Livellum duc. 120. (1) prout aſſiduè Cuſtodes illius ſolverunt directè Monialibus, (2) & ſignanter illis in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ Principalibus, Summ. num. 1. (3)

„ Adeſt etiam alter Mons magnus Maritaggiorum, cujus Cuſtodes pariter tenentur fœminis, ab illis deſcendentibus, tradere Dotem, Acconcium, & annuum Livellum duc. 80. cuilibet Moniali, dummodo non profiteantur in Monaſteriis reformatis, & de obſervantia, quo caſu Vitalitia ſolvuntur in annuis duc. 50. & in manibus Abbatiſſæ, quarum Familiarum non eſt memoria, quòd in noſtro Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ aliqua fœmina ab illis deſcendens habitum Monaſticum ſuſceperit, ut non controvertitur (4)

„ Ad quorum Cuſtodum Montis magni inſtantiam evenit anno 1691. *clandeſtinum decretum* (5) Reverendiſſimi Vicarii Neapolis, qui inter Monaſteria reformata, & de obſervantia reportavit dict. Monaſterium S. Jo: Baptiſtæ Principale, ſed à die *habitæ notitiæ* (6) idem Monaſterium recurſum habuit ad eundem Vicarium Neapolitanum, qui viſis &c. decrevit, *d. Monaſterium non eſſe* (7) comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia, quarum Vitalitia Monialium cedunt in beneficium Communitatis ad diſpoſitionem Abbatiſſæ, ut in Summ. num. 2. (8)

„ Pro cujus decreti executione expeditum fuit ad inſtantiam ejuſdem Monaſterii Monitorium cor. A. C. A. qui contra utrumque Montem, *cauſa plenè diſcuſſa* (9) per definitivam pronunciavit, præmiſſum decretum Vicarii Neapol. declarans, noſtrum Monaſterium *minimè fuiſſe* (10) nec eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia, fore, & eſſe exequendum, præfatoſque Montes teneri, & obligatos eſſe, ſolvere annuum Vitalitium directè Monialibus, Summ. num. 3. (11)

„ A qua ſententia Mons 29. Familiarum, de cujus intereſſe principaliter agitur, *minimè reclamavit* (12) ſed tantùm Mons Maritaggiorum appellavit, qua appellatione ſtante, utì interpoſita à Collitigante, ſuſpenſa fuit executio dictæ Sententiæ A. C. commiſſaque Cauſa appellationis hujuſmodi R. P. D. N. hic dictam Sententiam A. C. in omnibus, & per omnia confirmavit, Summ. num. 4. (13) quam in gradu appellationis, iterum interpoſitæ à d. Monte Maritaggiorum, pariter confirmavit R. P. D. P. Summ. num. 5. (14) A quibus tribus conformibus in Curia prolatis, porrigitur ab eodem Monte magno Maritaggiorum Commiſſio, quæ videtur omnino rejicienda, & reſcribendum *Parito Judicato*, (15) quod eſt de Jure per *Text. expreſſos in leg. unica Cod. Ne liceat in una ead. Cauſa tertiò provoc. & in cap. Ut in calumniis de Sent. & re judic. Ac de ſtylo hujus ſupremi Senatus poſt tres conformes ita reſcribendum* (16) *eſſe* teſtatur *Marcheſ. de Commiſs. reſtit. in integritat. part. 2. §. 2. num. 4. fol. 128.* ex gratia viden.

„ Accedente præſertim validitate, & juſtitia dd. trium Sententiarum conformium, illa namque ſatis liquet ex revolutione Actorum, juxta *deciſ. Capit. 260. part. 3.* iſta pari modo firma remanet.

„ Nam intentio, & actio Monialium Principalium conſequendi Livella directè, eſt ſatis *fundata in Capitulis utriuſque Montis*, (17) quorum vigore Moniales *aſſiduè exegerunt* (18) à Monte 29. Familiarum dd. Livella ab anno 1645. uſque ad præſens d. num. 1. per conſequens benè Judices à quibus declararunt, dicta Livella eiſdem Monialibus directè deberi, ad allegatos in *dec. 516. num. 1. apud Poſth. de Manut.*

„ In nihilo relevante, quòd obligatio dd. Montium locum habere debet favore Monialium, dummodo non ſint profeſſæ in Monaſteriis reformatis, ſeu de obſervantia, quia cùm Vicarius generalis Neapolis declaraverit, noſtrum Monaſterium *minimè fuiſſe*, (19) nec eſſe de reformatis, ſeu de obſervantia, à quo ultimo *decreto cùm non fuerit exadverſo appellatum* (20) Imò executioni demandatum ab A. C. ſanè hic ultimus ſtatus, ab Ordinario Neapolitano firmatus, eſt omnino ſervandus, juxta *conſ. Calder. 28. verſ. & ſtatus præſens*, & alios, relatos *in deciſ. 247. num. 8. cor. Emer. ſen.*

„ Supplicando RR. PP. advertere, quòd *Religiones reformatæ, & de obſervantia ſolùm dicuntur illæ, quæ ſunt ſub Regula Minorum de Obſervantia S. Franciſci, & Cappuccinorum* (21) illiſque tantum interdictus eſt uſus, aut capacitas poſſidendi bona, & reſpectivè retinendi Vitalitia, aliæ verò Religiones, licèt Mendicantes, ſunt capaces poſſidendi bona, illiuſque redditus, eorumque Livella convertendi in eorum uſus neceſſarios, cùm id non repugnet Voto pauperpatis, ut explicando decretum *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul.* exadverſo allegari ſolitùm, refert *Card. de Luc. in adnot. ad d. Conc. diſc. 34. à num. 1. & ſeq.* ubi *num. 9.* firmat, Religiones reformatas, & de obſervantia eſſe ſolùm Ordinis S Franciſci, & Cappuccinorum. Cùmque noſtrum Monaſterium ſtet ſub Regula D. Auguſtini, licèt ſit Ord Prædicatorum, vel ejuſdem Regulæ D. Dominici, & ſic de Mendicantibus, propterea Moniales ſunt capaces recipiendi, & adminiſtrandi earum Livella, ut præter allegatos, addo *Quarant. in Summ. Bullar. verbo Monaſteria Monialium, pag. 551. Card. de Luc. de Regul. diſc. 57. num. 17. Rot. coram Bichc. deciſ. 508. per tot.*

„ Igitur dum ſtatus, & obſervantia noſtri Monaſterii eſt, ut Moniales receperint annua Livella, illiſque *ſoluta fuerint in particulari*, (22) ut ex Partitis, datis d. num. 1. (23) ac etiam ex Juribus in Proceſſu, facto coram Vicario Neapolitano (24) nil amplius quærendum eſt, cum ſit judicandum tale, quale præſeferunt, atque demonſtrant *effectus, & modus vivendi* (25) ut advertunt *in cap. Sanè de Regul. Jo: And. num 5. & Abb. num. 6. Donat. Rer. Regul. tract. 5. de Transeun. qu. 36. num. 2. & ſeq.* quos laudat, & ſequitur *Card. de Luc. Regul. diſc. 36. num. 7.*

„ His igitur poſitis, cum exadverſo non doceatur, noſtrum Monaſterium eſſe de reformatis, quod neceſſariò *probandum eſt ab Inſtitutione, de qua non conſtat* (26) non autem à præſumptionibus, & argumentis, hinc proinde benè Ordinarius Neapolitanus, qui præſumitur *benè conſcius de qualitate ejuſdem Monaſterii* (27) declaravit, non eſſe inter reformata, aut de obſervantia; Quòd cum fuerit executioni demandatum per tres conformes, Mons contrarius non eſt amplius audiendus, ut ſuperius probavi.

„ In nihilo relevante Bull. Clem. VIII. Quia illa non eſt determinatè pro noſtro, aut pro aliquo particulari Conventu edita (28) Sed generaliter pro omnibus, unde non magis ex ea noſtrum Monaſterium, quam cœtera obligantur, quia hoc habet lex Eccleſiaſtica, ut ad acceptadum obliget omnes *Suar. lib. 4. de Legib. cap. 16. Rot cor. Caval. dec. 85. per tot.* Igitur cùm noſtræ Moniales in profeſſionibus promiſerint ſervare Bul. Clement. VIII. per hanc promiſſionem dici nequit, ſeſe adſtringere voluiſſe, niſi ad id, quod tempore ſuæ profeſſionis in Monaſterio ſervabatur ab aliis, quæ ſimilem omnino promiſſionem emiſerant, nec aliud promiſiſſe, quam id, quod in Monaſterio ſervabatur; Cùmque *noſtræ Moniales aſſiduè receperint dicta Livella* (29) ſanè Bulla nihil operari valet, eoque minus illius acceptatio, & promiſſio, cùm hæc omnia operentur ad id, quod tempore ſuæ profeſſionis in Conventu ſervabatur, præcipuè ex actibus ſubſecutis circa exactionem dd. Livellorum, qui valdè conferunt ad promiſſionem, à ſe factam, declarandam, ſuamque intentionem detegendam *cap. Cùm dilectus de Conſuet. l. Si de interpr. C. de Legib. Menoch. conſ. 276. n. 19.* Quare &c.

„ *Reſponſio in eadem Cauſa.* Animoſa non minus, quàm ſubtilis videtur Diſceptatio Hiſtorico legalis, acuto ingenio à D. exadverſo in Jure ſcribente compoſita, *ſed cùm nil novi afferat, quod non fuerit diſcuſſum* (30) in aliis inſtantiis, propterea breviter me expediam in *reſpondendo, ſtrictè tamen ad punctum Cauſæ, non autem ab hiſtoricis authoritatibus ductus* (31)

„ Nullitas enim, quæ exadverſo proponitur minimè eſt allegabilis, & ſignanter ſuper decreto Vicarii Periſſii, de Voto Congr. Emin. Archiep. Neapolitani, *quia eadem Congregatio non avocavit Cauſam, ad ſe, neque abdicavit ab eodem Vicario ordinariam Juriſdictionem* (32) ſed illam prorogavit, quia decretum cum Voto Congreg emanatum idem Vicarius promulgavit, & ſubſcripſit.

cum

„ ut in exadverſo Summ. num.4 prout paſſim ſervatur hìc in Urbe in Congregationibus, quæ de more fiunt coram Emin Vicario, A. C. & Gubernatore in Criminalibus, in quibus Judex, ſcilicet Locumtenens procedit prout de Jure, & per conſequens objecta nullitas non implicat Juriſdictionis defectum, nec clara dici poteſt, imò tanquam inſubſiſtens, vel ſaltem dubia, attendenda minimè venit, &, ea non obſtante, benè Judices à quibus, proceceſſunt ad confirmationem Sententiæ A. C. ut in terminis firmavit *Rot. dec.*380. *à num.*23. *par.*9. *rec.* ex gratia viden.

„ Itaquè cum Vicarius generalis Periſſius anno 1691. deſcripſerit noſtrum Monaſterium inter reformata, & de obſervantia *inauditis Monaſteriis* (33) benè noſtrum Monaſterium recurſum habuit ad Succeſſorem, nempè ad Siliquinum, qui ab illo, tanquam interlocutorio, contrario imperio decernere potuit *L. Quod juſſit ff. de Re judic. cap. Cùm ceſſante* 60. *de Appell. Marcheſ. de Commiſs. appell. ab Interloc. par.*1. §.1. *num.*17 *fol.*1202.

„ Nec exagerari valet altera prætenſa nullitas, ex eo, quòd decretum ejuſdem Siliquini contineat tantummodo, noſtrum Monaſterium non eſſe de numero illorum reformatorum, *quorum Vitalitia cedant in beneficium Monialium*, (34) quòd A C. ſtrictè minimè confirmaverit, ſed ad liquidationem Livellorum proceſſerit contra utrumque Montem, ſicque exceſſerit fines decreti.

„ Nam cùm coram *A. C. fuerint exhibita* (35) Capitula, hujuſmodi liquidationem concernentia, poſtquam idem A. C. mandavit, exequi decretum Vicarii Generalis Neapolis, benè proceſſit ad eorumdem *Livellorum liquidationem* (36) tanquam executor, ut in terminis firmat *Gratian. diſc.*40. *num* 8. *& ſeq.* Maxime quia uti executor potuit cognoſcere de exceptionibus, reſpicientibus executionem Livellorum, ut benè diſtinguendo firmavit *Rot. cor. Cerr. deciſ.*186. *num.*9. *&* 10.

„ Et abſque ulla difficultate, quia paſſim habetur in Judicio immiſſionis, in quo Judex dat immiſſionem in bonis Actori, abſque expreſſione, & liquidatione bonorum, quæ liquidatio in executionem Sententiæ fit: Itaque *cùm coram A C. fuerit liquidatum quid* (37) & quantum debeant ſolvere dd. Montes pro annuis Livellis, meritò A. C. ad quantitatem illorum in capitulis contentam, proceſſit, cùm veniat in ſequelam declarationis Monaſt. pro non reformato habere majorem quantitatem Livellorum, directè Monialibus ſolven. ad formam authoritatis ſuperiùs allegatæ.

„ Quo verò ad juſtitiam noſtrarum Sententiarum nullum cadere valet dubium, quia noſtrum Monaſterium (38) *non eſt*, *neque Cappuccinorum*, *neque Minorum de Obſervantia* S. Franciſci, & per conſequens Moniales ſunt capaces recipiendi, & adminiſtrandi per ſe ipſas earum Livella, illaque convertendi in earum uſus neceſſarios, cùm id non repugnet voto paupertatis, ut probavi *in Informatione* § *Supplicandum*, *& ſeqq.*

„ Hoc autem poſito, nullatenus ſuffragantur argumenta contraria; Quia, vel prætenſam qualitatem Monaſterii reformati ſufficienter non probant, *vel ſi taliter*, *qualiter præmiſſa qualitas probata* (39) eſſet, non relevaret ad effectum, de quo eſt præſens diſceptatio.

„ Quoniam dum deficit Inſtitutio, *& fundatio noſtri Monaſterii* (40) fruſtra prætenditur, illud habere qualitatem reformati, & quamvis pro tali probatione nitatur D. exadverſo in Jure ſcribens in authoritate Hiſtoricorum, nempè *Eugenii Caraccioli*, referentis, noſtrum Monaſterium fuiſſe fundatum ſub titulo S. Jo: Baptiſtæ Ord. reformati S. Dominici; Attamen cùm notum *ſit*, *quod Hiſtorici regiſtrare faciunt deſumpta ex traditionibus minimè veris* (41) incertiſque vociferationibus, hinc actum eſſet de probationibus, ſi eorum dicta illas adſtruerent in judicio, imò hujuſmodi authoritas deſtruitur ex ſolutionibus; directè Monialibus factis, & obſervantia contraria *Rot. cor. Ottob. deciſ.*253. *num.*28.

„ Eoque minus attendenda venit enunciativa, contenta in ſupplicibus Libellis, porrectis S C. E. & aliiſque actis, à Monialibus geſtis pro conſequendis earum Livellis; *Quia hujuſmodi enunciativæ non probant Inſtitutum*, (42) nec ſufficiunt ad probandam intentionem contrariam, noſtrum Monaſterium fuiſſe, & eſſe de reformatis, ac de obſervantia, quando, prout hìc, quæſtio principalis aſſumpti eſt ſuper veritate enunciati *Rot. coram Burat. deciſ.*45. *& deciſ* 349 utrobique *num.*1.

„ Maximè quia vigore reſcripti S. C. etiam authoritate Alexandri VII. tranſactum fuit inter Moniales, & Montem 29. Familiarum, quibus Monialibus, dicta tranſactione non obſtante, *Mons ſolvit directè* (43) *Livella*, quod ~~minimè~~ eveniſſet, ſi Moniales Principales fuiſſent adſcriptæ Regulæ reformatarum, ſeu de obſervantia, ut de ſe liquet.

„ Sed quod ponit falcem ad radices, & quod ſupplicatur adverti, illud eſt, quòd in prædicta *Cauſa non ſunt Moniales tantùm*, *ſed Monaſterium* (44) quod, cauſa cognita, Ord. Neapolitanus declaravit, non eſſe inter reformata, neque de obſervantia, & per conſequens antecedentia acta, per aliquas Moniales facta, non præjudicant, juxta *Text. in leg. Ab eo judicato* 3. *C. Quomod. & quand. Jud. Coccin. deciſ.*110. *num* 40.

„ Quod agnovit Auditor SS. qui Cauſam hujuſmodi à S. C. E. & R. avocavit, illamque remiſit ad Judicem commiſſarium, & quod plus eſt, cum *Defenſores* (45) *contrarii nimis animosè*, *his non obſtantibus*, *recurſum habuerint ad eandem S. C.* hæc ſub die 15. Maii 1703. reſcripſit: *Cauſam non ſpectare ad S. C. in caſu*, *de quo agitur*.

„ Cavendum tamen eſt ab eo, quòd Livella directè ſoluta fuerint Abbatiſſæ, non autem Monialibus, quia Diſceptatio in §.10. exadverſo *allegata id non firmat;* (46) Sed ſe refert ad Tranſactionem, a qua liquidò conſtat, ſolutionem fuiſſe factam directè Monialibus non autem Abbatiſſæ, ut probavi in præfato Summ. num.1. & legitur in Concordia, in manibus R. P. D. Ponentis.

„ Reliqua verò ſunt potiùs dicteria, quam Jura, non merentur aliam reſponſionem, *cùm non ſit hujus ſupremi Tribunalis*, *Diſceptationem hiſtoricam*, *legibus mixtam*, *examinare*, (47) inter paucos dies propoſitionis plurium Cauſarum, *nam requireretur aliquod magis longum tempus*, *& aliis occupationibus deſtitutum*, *quo fruitur D. exadverſo in Jure ſcribens* (48) ad effectum, ut poſſet admuſſim reſponderi frivolis ſubtilitatibus Diſceptationis contrariæ, illarumque inſubſiſtentiam RR. PP. DD. oculis exhibere, prout fuit oſtenſum S. C. E & R. Auditori SS. & Judicibus Commiſſariis, coram quibus in Diſceptatione ampliatis fuit acerrimè excuſſa, & ſummo Jure propugnata, *quod practicari nequit in hoc ſupremo Conſeſſu inter temporis anguſtiam* (49) ad parcen. Voluminibus, ac longo tædio. Quapropter Cauſa ſatis ventilata, & Juribus fundamentalibus fulcita, non videtur amplius protrahenda poſt tres conformes, ut probavi in Inform.

## §. XXI.

*Reſpondetur eiſdem Rationibus, & Motivis.*

*Ultra dotem annuum Livellum duc.*120.

Reſponſum præventivè fuit §.18. *num.*9. id non eſſe 1
verum, & adduximus in § 16. *num.*15. verba præciſa Concluſionis anni 1664.

*Aſſiduè ſolverunt directè Monialibus.* 2

Hoc non ſubſiſtere authenticis documentis probatum fuit §.10. *per tot. &* §.18. *num.*19. 23. & alibi.

*Summ. num* 1. 3

Regiſtrantur in hoc num.1 Sum. partitæ ſolutionis Livellorum anni 1645. ad rationem duc.120. In illis tamen nullum fieri poteſt fundamentum; Quia Concluſio Gubernatorum, reducentium Livella Monaſt. reformatorum ad duc 50. capta fuit anno 1664. § 16. *num.*15. Approbata à S. C. E. & R. annuente SS. anno 1665. §.14. *num.*1. Et a Regio Conſilio Neapolis exequutioni demandata anno 1684. § 7. *num.*7.

*In noſtro Monaſterio aliqua fœmina habitum Monaſticum non* 4
*ſuſceperit.*

Mirum non eſt, ob multiplicitatem Monaſteriorum Monialium Civit Neapolis: Ob determinatas Familias, componentes noſtrum Montem; Et attento, quòd iſte erectus dumtaxat fuit anno 1669.

*Clandeſtinum decretum.* 5

Hujus decreti clandeſtinitas ſolidè confutata fuit in §.18. *num.*1.

*A die habitæ notitię habuerunt recurſum ad Vic Siliquinum.* 6

Fateor ingenuè, mè conceptum ſermonem hìc retinere, ne mea verba moleſtè accipiantur: Coram quo Tribunali aſſeruntur hæc, & ad quem finem; Ego in conſcientia non eſſem ſecurus, ſi Cauſas cum ſimilibus facti alterationibus vincerem, nam ſi ſumus rationem reddituri de omni verbo otioſo, multò magis de verbis, & aſſertionibus, Tertio, & juſtitiæ præjudicialibus: Quanam fronte aſſeri poteſt, quòd Moniales à die habitæ notitiæ habuerunt recurſum ad Vicarium Siliquinum a nno 1702. Si quatuor annis antea, nempè

anno

anno 1698. ſolemniter adierunt Cardinalem Cantelmum ? à quo cum Voto ejus Cong. referente Can. ab Auria, obtinere non potuerunt revocationem decreti Vicarii Periſſii, ſed præfixionem termini ad probanda incumbentia *§. 1 à n. 7.* Quæ circumſtantia notiſſima erat exadu. Scribenti, dum de illa, omiſſis aliis demonſtrationibus, mentionem facit in ſua *Reſp. §. 20.* ſupra impreſſa *n. 2.* & ex animadvertendis infra *num. 32.*

Poſſumus tamen omnia conciliare, aſſerendo, Moniales recurſum habuiſſe ad Vicarium Siliquinum, à die habitæ notitiæ, quòd omnes illarum diligentiæ erant inutiles coram Card. Cantelmo, procedente cum Voto ejus Congreg. Obiter notando hìc, ſimiles facti alterationes, vel æquivoca, mirabiles operari effectus in illis temporis anguſtiis, in quibus aliquando reperiuntur Judices pro Cauſarum deciſionibus, Verum tamen eſt, quòd ad inſtar eorum, quæ Antiquarii obſervant de Lucernis veterum ſepulchrorum, ſtatim ac lucem aſpiciunt, daturque tempus reſpondendi, evaneſcunt.

7 *Decrevit, Monaſterium non eſſe comprehenſum.*

Gratias Deo, quia admittitur, Vicarium Siliquinum declaraſſe, Monaſterium non eſſe de præſenti, non autem in præteritum, minimè fuiſſe reformatum. Quomodo autem abſque palpabili nullitate, evidentique injuſtitia, id addere potuerint Judices in Sententiis, confirmatoriis ejuſdem decreti, difficile erit demonſtrare, ut obſervavimus §. 18. *num. 6.*

8 *Sum. n. 2.* Eſt impreſſum *in §. 17. n. 51.* In quo notandum occurrit, quod in illo Monaſterium dicitur non eſſe, hoc eſt tempore dictæ Sententiæ, non autem minimè fuiſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, id referendo ad tempus præteritum.

9 *Cauſa plenè diſcuſſa.*

Quanam plenitudine diſcuſſa fuerit præſens Cauſa coram 1. Judice, oſtendimus *in §. 18. n. 5.*

10 *Declarans, noſtrum Monaſterium minimè fuiſſe, nec eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata.*

Non eſt ſibi conſtans exadverſo Scribens cum iis, quæ ſupra dixit *§. Ad quorum*, ante finem, & non concordat in hac parte cum verbis decreti Vicarii Siliquini, regiſtrati in §. 17. *num.* 51.

11 *Sum. n.* 3. Eſt impreſs. *in §. 19. num.* 2.

12 *Minimè reclamavit.*

Contrarium probavimus *in §. 18. ſub num. 6. Verſ. Aqua.*

13 *Sum. num.* 11. Eſt impreſs. *in §. 19. num.* 3.

14 *Sum. num.* 5. Eſt impreſs. *in §. 19 num.* 3.

15 *Partito judicato.*

Peti debebat Commiſſio, non cum clauſula, *Partito judicato*, ſed cum alia: *Sine præjudicio trium conformium*, juxta Signaturæ ſtylum, in hac etiam cauſa practicatum. Id autem evenit forſan, vel ex Amanuenſis errore, vel ex magnis illis occupationibus exadverſo Scribentis, de quibus *in §. ultimo ejus Reſponſionis.*

16 *Poſt tres conformes ita reſcribendum.*

Si ſola clara nullitas trium conformium, qualis demonſtrata fuit illa Sententiarum *in §. 2. per tot.* apta eſt illarum exequutionem retardare, ut benè notant *Bald. in leg. 2. num. 2. Cod. Nè lic. tertiò provocar. Felin. in cap. Inter cæter. columnn. 5. verſ. Sexta de Re judic. Barboſ. in Clem. 1. n. 5. eodem titul. Roland. conſ. 29. n. 44. lib. 1. Gabr. Com. concluſ. concluſ. 1. de Exequut. rei judic n. 8. Verſ. Contrarium, Covarr. pract. quæſt. cap. 28. num. 2. Lancellot. de Attent. nullit. pend. cap. 11. nu. 144. Menoch. de Arbit. caſ. 9. n. 3. & Gratian. diſcept. 118. n. 47 & c. 581. nu. 13.* Et Doctores, qui contrarii videntur, vel loquuntur in terminis nullitatis, oppoſitæ dumtaxat poſt tertiam Sententiam, vel quando aliæ præcedentes tranſierunt in judicatum ( quorum neutrum verificatur in præſenti) ut illos declarando advertit *Add. ad Greg. dec. 176. n. 15. & 18. &* firmavit *Rot. dec. 312. n. 5. p. 5. & dec. 391. n. 18. par. 18. rec* Quanto magis eundem effectum operabitur, quando unita eſt cum notoria injuſtitia ? ex hucuſque animadverſis.

17 *Intentio ſatis fundata eſt in Capit. utriuſque Montis:*

Capitula utriuſque Montis, circa Livellorum majorem quantitatem, loquuntur favore Monaſt. non reformatorum, quale exadverſo non probatur, eſſe illud S. Jo: Baptiſtæ.

18 *Moniales aſſiduè exigerunt.*

Juſtificationes, exhibitæ in §. 10. *per tot.* demonſtrant oppoſitum.

19 *Vicarius Generalis Neapolis declaravit, noſtrum Monaſterium minimè fuiſſe de reformatis.*

Poſtquam Latinè dixi, repetii, & multoties replicavi, hoc non eſſe verum, nec concordare cum verbis ejuſdem decreti, regiſtrati in *§. 17. n. 51.* non poſſum niſi, pro faciliori intelligentia, hoc idem Italicè conſtantiſſimè repetere. *Non è vero, che il Vicario di Napoli abbia dichiarato, Monaſterium S. Jo: Baptiſtæ minimè fuiſse reformatum.* Subjungendo pro mea inſtructione, quòd, aut Judices, qui *in omnibus, & per omnia* confirmarunt Decretum Vicarii Siliquini §. 19. *num. 1. 2. &* 3. illud legerunt, vel non legerunt: Inter duo hæc non datur medium: Neque hìc ſermo eſt de interpretatione aliqua dubiorum verborum, ſed de illorum ſola, & ſimplici lectura. Si legerunt, palparunt manibus, verba hęc *minimè fuiſſe reformatum* in illo nullatenus contineri; Igitur in gratuita additione eorundem verborum tam grandis emicat injuſtitia, ut major excogitari non poſſit. Si non legerunt, & illud *in omnibus, & per omnia* confirmarunt, mihi non ſuppetit terminus explicandi modum hunc ferendi Sententias, rogando proinde Lectorem, ut illum qualificet, mihique ad Poſterorum eruditionem communicare dignetur: Agentes interim gratias Divinę bonitati, quæ non permiſit, idem decretum Vicarii Siliquini tranſcribi ab aliquo a catholico Scriptore, qui malitioſè aliquid in eo inſerere potuiſſet contra Statum, perfectionemq; Religioſam, vel quid ſimile; Idq; hodiè innocenter confirmatum videremus in Urbe per tres conformes.

*A quo ultimo decr. cum non fuerit exadv. appellatum.* 20

Quare appellatum non fuerit, imò nec appellari potuerit ab hoc decreto, *inaudito Monte* extorto, poſtquam cum eo conteſtata fuerat lis, oſtendimus in *§. 18. n. 11.*

*Religiones reformatæ, & de obſervantia ſolùm dicuntur illæ, quæ ſunt ſub Regula Minorum de obſervantia S. Franciſci, & Cappuccinorum.* 21

Authori hujus cantiunculæ, in voce, & in ſcriptis coram duobus poſterioribus Judicibus ſaltem vigeſiès confutatæ, nulliuſque prorſus efficaciæ oſtenſæ *in* §. 18. *num.* 12. *num.* 30. & alibi, reſponderet *Jo: Lud. Vives in Exercit. ling. latin. fol. 5. poſt princ. Hæc eſt tua prima cantio matutina, & benè vetus*, cui ſubſcribo. Cùmque ex illius inculcata, futiliq; repetitione, ſerò agnoverim, me oleum, & operam perdidiſſe eidem latinè reſpondendo, dicam Italicè.

*Nel Mondo cattolico vi ſono molti Religioſi, come ſono li Carmelitani, & Agoſtiniani Scalzi, e ſimili, e nella Città di Napoli vi ſono dieci Monaſterii di Monache* (§. 18 *n.* 12.) *che non ſono, nè Cappuccine, nè di S. Franceſco dell'Oſſervanza, e pure li primi non anno Livello di ſorte alcuna, e le ſeconde, come Riformate, lo godono in commune nella ſola quantità di doc. 50. Dunque dall'eſſere il Monaſtero di S. Gio: Baptiſta diverſo dalle Cappuccine, e Frati dell'Oſſervanza di S. Franceſco, niente con fondamento può inferirſi, nè in circa la quantità de' Livelli, nè circa il modo di amminiſtrarli.*

Si autem concedatur dicta propoſitio, cum qua Judices in hac Cauſa proceſſerunt, teſte exadverſo Scribente in pluribus Scripturis, & etiam in præſenti *Reſponſ. §. Quo verò ad juſtitiam*, permittendo, contrarias Sententias, eidem rationi innixas, in judicatum tranſire: Conſtituendo proinde irretractabile Jus, inducendo notorium, quadrando rotunda, faciendo de albo nigrum, deque non ente ens, atque falſum immutando in verum, juxta notam indolem, & efficaciam rei judicatæ, ex adductis *per Barboſ. axiom.* 200. *nu. 2. & 3. & Rot. in Romana Diviſ.* 17. *Martii* 1700. *Neque ſanè coram Molin. & in Romana Fideic. 18. Jan.* 1700. *§. Sed ut diximus coram Anſald.* ubi, quòd res judicata ſe habet ad inſtar muri, qui in medio poſitus tranſiri non poteſt. Facillimo negotio reformatio, & Vita communis relegari poterunt ad ſolos Conventus Cappuccinorum, & S. Franciſci de obſervantia, demonſtratione ſequenti.

*Religiones reformatæ, & de obſervantia ſolùm dicuntur illæ, quæ ſunt ſub Regula Minorum de Obſervantia S. Franciſci, & Cappuccinorum.*

*Sed Monaſterium, ex. gr. S. M. divini Amoris, & ſic de aliis, non eſt ſub Regula Minorum de obſervantia S. Franciſci, nec Cappuccinorum.*

*Ergo Monaſterium S. Mariæ divini Amoris, non eſt reformatum, & de obſervantia.*

Argumentum eſt in *Barocco*, modo quidem imperfecto, Non erit tamen multùm difficilè Religioſis clauſtralibus, acuentibus ingenia ad propriam defenſionem, alioſque docentibus argumentandi formam, illud ad directum, & perfectum modum in *Barbara* per impoſſibile reducere.

Exempli, honoriſque cauſa dicti religioſiſſimi Monaſterii S. M. divini Amoris mentionem hìc feci, uti fundati ab inſigni Religioſa Sor. Maria Villani, Moniali Mo-

naſt. S. Jo: Baptiſtæ, ut obſervavi ſupra *§. 3. num. 3. & §. 12. num. 4. & 7.* ferè prodigioſè ei aſſignato fundo duc. 10000. die 24. Dec. 1636. à Camilla Sanfelicia, eodem tempore nupta cum Marcello Pignatello ex Ducibus Biſaccii, poſt cujus obitum abſque filiis, omnia ſua bona in d. Monaſt. S. M. divini Amoris transferendo, religioſum habitum in eodem ſuſcepit ſub Sor. Mariæ Geltrudis nomine, in eoquè piè obiit die 14. Oct. 1656. teſte *P. Dominico Maria Marcheſio Ord. Prædic. Epiſcopo Puteolano, in Vita ejuſdem Sor. Mariæ Villanæ*, Bononiæ reimpreſſa ann. 1683. *fol. 150. in med. & fol. 485. antè fin.*

22 *Soluta fuerint in particulari.*

Non eſt verum, ut ex Partitis, exhibitis *in §. 10 à nu. 25. uſq; ad fin.* & ex animadv. in *§. 18. n. 13.*

23 *Ex Partitis d. num. 1.*

Repetenda ſunt hìc, quæ diximus ſupra *n. 3.*

24 *Ac etiam ex jurib. in Proceſs. facto cor. Vic. Neap.*

Jura, contenta in Proceſſibus Judicum de Partibus, exhiberi ſolent in Summariis coram Judicibus in Curia; Hoc autem condonandum eſt exadverſo Scribenti propter illius magnas occupationes, ab ipſo relatas in *§. finali ſuæ Reſponſ.* Non enim aſſerere volumus, id proceſſiſſe ex eo, ne ex eorundem Jurium viſione, & recognitione, illorum inſubſiſtentia detegeretur, juxta nobilem animadverſionem *Card. Pallavic. nell' Iſtor. del Concilio lib. 11. cap. 16. num. 7.* ibi: *Il Soave al ſuo intento produce molti Autori, ma ſenza citare, nè i luoghi, nè le parole; Maniera eccellente per non poter eſſere convinto di falſità.* Quamvis fundamentum nobis præberet talis ſuſpicionis confrontatio illa decreti Vicarii Siliquini, in quo aſſeritur quidem exadverſo, ſed nullatenus adſunt verba iſta *Minimè fuiſſe reformatum*, juxta animadverſa ſupra *num. 9.*

25 *Effectus, & modus vivendi.*

Reſponſum fuit præventivè in *§. 18. num. 14.*

26 *Probandum eſt ab Inſtitutione, de qua non conſtat.*

Inſtitutionem probavimus ex Breve Clementis VIII. in *§. 1. poſt num. 22.*

27 *Ordinarius Neapolitanus præſumitur benè conſcius de qualitate Monaſterii.*

Panſandum hic aliquantulum; Card. Geſualdus, Boncompagnus, & Philamarinus fuerunt Ordinarii Neapolitani; Igitur præſumuntur benè conſcii qualitatis Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ; Non poterit proinde ampliùs controverti, quòd in eodem Monaſterio *non ſi oſſervino eſattamene la Regola, li Voti, e la Riforma*, ut dicit Card. Geſualdus *§. 12. num. 1. & 2.* Quòd in eo *non ſi viva con molta oſſervanza, in modo, che vi è anco quella della Vita commune*, ut dicit Card. Boncompagnus *§. 12. num. 7.* Quòdque *non ſit ſub ſtrictiori obſervantia S. Dominici*, ut dicit Card. Philamarinus *§. 12. num. 4.*

In comprobationem quarum feriarum aſſertionum, factarum Summo Eccleſiæ Capiti, & Jeſu Chriſti Vicario, in conflictu trium Sententiarum, favore Monialium latarum, mihi videor audire dictos tres digniſſimos Cardinales, loquentes per os S. Franciſci Borgiæ, verbis illis epiſtolæ, ab eo ſcriptæ Carolo V. Imperatori, & regiſtratis *à Ribadaneir. in ejus Vita lib. 2. cap. 13. Pare, che ſi debba dare più credito a Noi, che ſiamo viſſuti in eſſa* ( poſſet addi, e che almeno per 50. volte nello ſpazio di altretanti anni l'avemo con ogni attenzione viſitato) *che a quei, che vivono fuori, e lo guardano da lontano.*

28 *Bulla Clementis VIII. non pro noſtro, aut pro aliquo particulari Conventu edita eſt.*

Ultra vim, & efficaciam hujus Bullæ, ex ipſius promulgatione derivantem, habemus in noſtro caſu ſpecialiſſimam promiſſionem Monialium, illam obſervandi, *particolarmente per quello, che tocca alla Vita commune.* Eſt autem intellectus debilitas adducere authoritates ad probandum, quòd teneatur Religioſus ſervare ea, quæ in profeſſione ſolemnitèr promiſit Deo, qui non irridetur, ut oſtendimus *in §. 15. n. 5. & ſeqq.* & addimus *S. Urbanum I. in epiſt. de Rer. commun.* cujus verba ſunt hæc: *Quicumque veſtrum communem Vitam ſuſceptam habet, & vovit, ſe nihil proprium habere, videat nè pollicitationem ſuam irritam faciat, ſed hoc, quod Domino eſt politicitus, fidelitèr cuſtodiat, nè damnationem, ſed prœmium ſibi acquirat; Quoniam ſatius eſt non vovere, quàm Votum, prout melius poteſt, non perficere*, impreſs. inter *Opera S. Clem. Papæ, Pariſiis ædita anno 1658 fol. 209.* & impreſſa etiam *Coloniæ Agrippinæ anno 1562. fol. 253.*

29 *Noſtræ Moniales aſſiduè receperint dd. Livella.*

Receperunt, ſed uti reformatæ, & de Obſervantia *§ 10. per tot. & §. 18. num. 3.*

*Nihil novi afferat, quod non fuerit diſcuſſum.* 30

Diſcuſſæ non fuerunt, imo nec à judicibus viſæ, juſtificationes exhibitæ in *§. 12.* repertæ poſt terriam Sententiam. Obitèr notando hìc facilitatem, dicam meliùs, *la franchezza mirabile di negare il Sole in mezzo giorno.*

*Reſpondendo, ſtrictè tamen ad punctum Cauſæ, non autem ab Hiſtoricis authoritatibus ductus.* 31

Meritò. Non enim omnibus indifferentèr datum eſt congruè reſpondere argumentis, in Hiſtoricorum teſtimoniis fundatis: Præcipuè quando iſti diverſæ conditionis, & qualitatis, concordant in aliqua inſigni veritate, illorumque hiſtoriæ impreſſæ fuerunt in illa Civitate, de cujus geſtis loquuntur, ex adductis *in §. 4. à n. 3.*

*Eadem Congregatio non avocavit Cauſam ad ſe, neq; abdicavit ab eodem Vicario ordinariam juriſdictionem.* 32

Ex noſtra craſſa minerva, ut utar phraſi *Prat. reſponſ. crim. 3. ſub n. 61.* neſcimus videre, quid commune habeat cum præſenti inſpectione Cauſarum avocatio, quæ tunc ſolùm practicatur, quando illa introducta fuit coram uno Judice, & illius deciſio ſpectat ad alium, juxta definitionem avocationis Cauſarum, traditam à *Marr. Compil. Jur. tom. 1. cap. 4. verb. Cauſa in fine, & Urſell. Concluſ. legal. 172. n. 1.* ut nempè ſit, *Litis coram uno Judice pendentis, ad alium, abſque provocatione, facta translatio*, dum in noſtris terminis Cauſa introducta fuit à Monialibus anno 1698. non coram Vicario Siliquino, ſed coram Card. Cantelmo, cum Voto ejus Congr. deputatio in Relatorem Can. ab Auria, & conteſtata lite, mediante aſſignatione termini utrique Parti ad probanda eorum incumbentia.

His ſtantibus, authenticis demonſtrationibus comprobatis *in §. 1. à num. 7.* defectus juriſdictionis ejuſdem Vicarii, & nullitas ejus decreti, non dubia, juxta terminos *dec. 380. num. 23. & ſeqq. par. 9. rec.* ſed palpabilis remanet; Obſecrantes hìc advertere, quòd hæc, & aliæ nullitates, non allegantur modò, poſt tres conformes, in quibus terminis animadverſionem aliquam mererentur contrariæ reflexiones, ſed allegatæ ſemper fuerunt coram omnibus Judicibus, licèt ab iſtis gratìs fuerint rejectæ.

*Inauditis Monaſteriis.* 33

Monaſteria ante decretum Periſſii non poterant, nec debebant citari, rationibus, adductis *in §. 18 nu. 1.* Quia tunc nulla aderat contra ipſa conteſtata lis, nihilque fuit petitum in ſpecie contra unum, vel aliud ex dd. Monaſteriis, ſed ſolùm in genere inſtatum pro declaratione, quæ, & qualia eſſent Monaſteria reformata Civitatis Neapolis, cum æquali indifferentia erga omnia. Non ſic autem reſpectu decreti Vicarii Siliquini, quia debebant citari coram ipſo, ſeu veriùs coram Congr. Eminentiſſimi Archiepiſcopi, Montes illi, cum quibus pendebat lis, introducta à Monialibus ipſis, ex animadverſis in *§. 1. n. 7.*

*Quorum Vitalitia cedunt in beneficium Monialium.* 34

Nullitas hæc in eo reſidet, quòd Vicarius Siliquinus non declaravit, Monaſt. S Jo: Baptiſtæ indefinitè, & ad omnem effectum non reformatum, neque de obſervantia, ſed ad ſolùm finem adminiſtrandi Livella *§. 17. n. 51.* Sententiæ autem fines d. decreti exceſſerunt, generalitate maxima declarando, illud de præterito minimè fuiſſe, & de præſenti non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, & de obſervantia *§. 2. n. 16 & 17.*

*Coram A. C. fuerunt exhibita Capitula.* 35

Cum exhibitione Capitulorum, facta coram A. C. exhibitæ fuerunt Tranſactio, approbata à Papa, & Sententia Conſilii Neapolitani, in quo introducta fuit Cauſa ad inſtantiam Monialium, quæ determinant Livella in Monaſterio S. Jo: Baptiſtæ in ſumma duc. 50. A. C. igitur non liquidavit ſummam aliquam incertam, ſed illam, ut ſupra ſer. ſer. determinatam, immutavit, auxitq; à duc. 50. ad duc. 80. & 120. reſpectivè.

*A C. benè proceſſit ad eorundem Livellorum liquidationem.* 36

Licitum Nobis ſit in hac parte petere A. C. à qua Inſtantia, quibus verbis concepta, & ubi regiſtrata? motus fuit ad determinandam Livellorum quantitatem, ſub liquidationis colore infirmando duo ſolemniſſima judicata totidem maximorum Tribunalium? Non enim motus dici poteſt ab inſtantiis Monialium, quia iſtæ nunquam ſomniarunt talem declarationem ab eo petere. *§. 17. num. 50.* Minuſque à Scripturis Defenſorum earundem Monialium, quia in iſtis, per extenſum regiſtratis in *d. §. 17. à num. 2. uſque ad 5.* Id nec legitur, nec petitum fuit. Si igitur veritatem amamus, fateamur libentèr, exageratam hanc liquidationem eſſe merum prætextum ad ſalvandam Sententiam A. C. à nul-

à nullitate, & injuſtitia, ſatis ex hucuſque animadverſis elucidatis.

37 *Coram A. C. fuerit liquidatum.*

Adverſus prætenſam hanc liquidationem dicimus cum *Gloſs. in leg. fin. C. de Ædific. priv. Sed ubi eſt;* Subjungentes. A quo fuit petita? in Actis enim nullum reperitur veſtigium alicujus inſtantiæ pro illa obtinenda à Judicibus.

38 *Noſtrum Monaſterium non eſt Cappuccinorum, neque Minorum S. Franciſci de obſervantia.*

Repetenda ſunt hic, quæ diximus ſup. *n.* 21.

39 *Talitèr, qualitèr qualitas reformata eſſet approbata.*

Admittitur hic, qualitatem reformatam Monaſterii S. Jo: Baptiſtæ, talitèr, qualitèr probari ex noſtris demonſtrationibus; Igitur prætextus erroris Actuarii Monialium remanet omnino futilis, & prorſus vanus; Quia, non ſolùm probatio talis, qualis, ſed ſola poſſibilitas in contrarium omnem erroris umbram eliminat, juſta doctrinam *Caſtr. in leg. penult. §. Docere n. 4. ff. Ne quis eum*, quam ſequuntur *Dec. conſ. 35. ſub n. 9. Rot. dec. 256. n. 4. & 6. & dec. 323. nu. 11. & dec. 397. n. 6. cor. Bicb.* Idemque error concludentiſſimè probandus eſſet, eo quia nunquam præſumitur, ut, aliis adductis, firmavit *Rot. dec. 1214. n. 12. cor. Emer. jun.*

40 *Deficit Inſtitutio, & Fundatio noſtri Monaſterii.*

Non deficit hæc Fundatio, ſed exhibita per extenſum fuit in §. 1. *poſt num.* 12. ubi in ſpecie dixit Summus Pontifex, quòd Moniales S. Jo: Baptiſtæ fieri volebant tales juxta Regulas Monaſterii S. M. de Sapientia, in quo Vita communis etiam hodiè exactiſſimè cuſtoditur §. 11. *num.* 8. *poſt princ.*

41 *In authoritate Hiſtoricorum.*

Paragraphus iſte ad literam impreſſus fuerat in §. 17. *num.* 20. Eique reſponſum in §. 4. *à num.* 3. *& in §.* 18. *num.* 16. Debebat igitur omitti præſens tranſcriptio, illiuſque loco aliquid replicari contra noſtras Reſponſiones, juxta laudabile ſolitum illorum etiam Curialium, qui multis occupationibus detinentur.

42 *Quia hujuſmodi enunciativæ non probant Inſtitutum.*

Inſtitutum hoc non probamus ab enunciativis, ſed à Breve Summi Pontificis Clem. VIII. §. 1. *poſt num.* 12. Ad omnem verò abundantiorem cautelam illud comprobamus aliis argumentis, & demonſtrationibus, de quibus ſupra, quæ, præcipuè ſimul unitæ, ante oculos, intraquè evidentiæ fines ponunt veritatem, & ſubſiſtentiam ejuſdem Inſtituti.

43 *Mons ſolvit directè Livella.*

Cantiuncula hæc latè fuit confutata in §. 10. *per tot. &* §. 18. *n.* 3. 13. 17. 19. & alibi.

44 *In præſenti non ſunt in cauſa Moniales tantùm, ſed Monaſterium.*

Hoc idem Monaſterium, quod hodiè in Cauſa eſt, fuit etiam ſemper in Cauſa in præteritis actibus, ut remanet manifeſtum ex illorum recognitione in §. 18. *n.* 32.

45 *Defenſores contrarii nimis animosè bis non obſtantibus &c.*

Pro applicatione illorum verborum *nimis animosè* dignetur obſervare Lector, quòd Defenſores Montis recurſum habuerunt ad S. C. E. vigore illius ſpecialis reſcripti SS D. N. de quo mentionem fecimus in §. 2 *n.* 13. *&* §. 13. *nu.* 16. & poſtquam ſupplices illas eidem porrexerunt preces in publica audientia 4. Maii 1705. quæ regiſtratæ fuerunt in principio præſentis Diſceptationis.

Quia remanet manifeſtum, illos notari de inſigni animoſitate, non alio motivo, niſi quia in Urbe, ſer. omnibus ſer. per Juris tramites procurant exequtionem reſcripti Papæ regnantis: Juvat propoſitionem hanc iterum repetere: *Notantur Defenſores Montis de magna animoſitate, quia in Urbe procurant exequtionem reſcripti Papæ viventis.*

Ex qua ſola, & ſeria animadverſione ceſſabit admiratio, ſi Moniales plus obtinuerunt à Judicibus, quàm ab eis petierint: Petierunt enim declarationem, ipſas de præſenti non eſſe reformatas §. 17. *num.* 50. *in fin.* & obtinuerunt declarari, nec etiam in præteritum fuiſſe tales §. 19. *num.* 2. & *ſeq.* Petierunt declarari, ſe reformatas non eſſe ad ſolum finem poſſidendi Livella §. 17. *num.* 50. *in fin.* & obtinuerunt ampliſſimam declarationem, ipſas eſſe tales generalitate inaudita, §. 19 *num.* 2. *& ſeq.* Non petierunt declarationem quantitatis Livellorum, cogitantes forſan pro illa habere recurſum ad Tribunal, ab ipſiſmet electum §. 7. *num.* 3. Et Judices ultrò eis obtulerunt talem declarationem §. 19. *num.* 2. *& ſeq.* Reſcindendo hoc modo ſolemniſſimam Tranſactionem, approbatam à S. C. E. & R. annuente Papa, §. 14. *num* 1. Et revocando Sententiam Regii Conſilii Neapolis §. 7. *num.* 7.

Neque exorbitantia minor practicata fuit in principio hujus controverſiæ; Poſt declarationem enim Vicarii Periſſii, anno 1691. annumerantis Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ inter alia Monaſteria reformata Neapolis §. 1. *num.* 3. *& ſeq.* Anno 1698 & ſic tranſactis jam ſeptem annis, pro revocatione talis declarationis recurſum habuerunt ad Card. Cantelmum Archiepiſcopum, cum Voto ejus plenæ Congr. Coram quo, referente Can. ab Auria, talem revocationem obtinere nullatenus potuerunt, ſed ſolùm Partibus contendentibus ſtatutus fuit terminus ad probanda incumbentia §. 1. *num.* 8.

Acuentes autem ingenium eædem Moniales deſperanteſque probare eadem incumbentia, relicto eodem qualificato Judice, paulò ante ipſius obitum, non requiſito Voto Cong. neque etiam ſciente cauſæ Relatore, Deus ſcit, qualibus mediis, ex abrupto, nemine citato, & inaudito Monte, poſt alios quatuor annos, obtinuerunt à Vicario Siliquino id, quod eis denegaverat Archiepiſcopus, cum Voto ſuæ Cong. Ad colorandam verò ſubſiſtentiam hujus decreti, recurſum habuerunt ad SS. pro obtinendo Breve, confirmatorio ejuſdem, à quo illud nullatenus obtinere potuerunt, remiſſis ſimplicitèr, & abſque verbis *per il Voto*, illarum precibus S. C. E. & R & ſic juxta terminos Juſtitiæ ex adductis in §. 13. *à num.* 13. *uſque ad fin.*

In hoc ſapientiſſimo Conſeſſu primo loco reſcriptum fuit: *Expectetur novus Archiepiſcopus*, ut ex annotatione in Poſitione originali, de cujus judicio meritò dubitantes, ſupplicarunt inſtantiùs pro Cauſæ propoſitione, votique compotes factæ, perventaque Informatione Vic. Capitular. die 1. Martii 1703. in voce, & in ſcriptis informantibus dumtaxat Monialibus ipſis, ab eodem ſacroſancto Senatu intrepidè reſponſum fuit: *Non eſſe locum petitæ expeditioni Brevis* §. 13. *num.* 12. Remotis à Secretaria omnibus Scripturis ex illarum parte exhibitis, unà cum originali Poſitione, ne ullo unquam tempore in cognitionem ſanctiſſimi hujus reſcripti deveniri poſſet; In qua tunc ſolum aliquæ ex eiſdem Scripturis, & Poſitio cum reſcripto characteris Secretarii reſtitutæ fuerunt, quando poſt annum, & ultra; habita notitia talis reſolutionis Cauſæ, & Scripturarum remotionis, ex parte Deſenſorum Montis exclamatum fuit pro illarum reſtitutione.

Poſt hæc, ac ſi res omnino integra eſſet, expeditum fuit Monitorium coram A. C. pro confirmatione decreti Vicarii Siliquini, obtenta cum circumſtantiis ſupra expreſſis.

Aut igitur ego iſta non capio, aut me explicare non valeo, aut contraria judicata ſubſiſtere nunquam poterunt; Et parcat mihi Card. Taurùſius, ſi ejus prudentiſſimi conſilii fines tranſcendo, de quo in §. 18. *num.* 7. *verſ. Indeque;* Talis enim, & tanta eſt apud me opinio integritatis, & intelligentiæ Judicum Romanæ Curiæ, taliſque, & tanta fiducia, juſtitia ita exigente, ſe conformandi in hac parte cum operationibus, & efficaci voluntate SS. D. N. circa Vitæ communis conſervationem, ut credere non poſſim, quòd velint in hac Cauſa magnum exemplum, iniqui ſpeciem habens, in Urbe conſtabilire, non pro introductione Vitæ communis, ubi non adeſt, ſed pro deſtructione in illo Monaſterio, ubi reperitur, & ubi Moniales in earum ſolemni profeſſione ſe obligant illam ſervare §. 15. *per tot.* Eſſet enim æneum illum Serpentem in Urbe elevare, de quo ſermo eſt in *Num.* 21. 9. Cum hac tamen differentia, quòd qui aſpiciebant illum ſanabantur, qui verò hunc videbunt, poſtquam ſani facti ſunt, infirmabuntur, atque à perfectionis, & regularis obſervantiæ via declinabunt.

*Cavendum tamen eſt ab eo &c. quia Diſceptatio in §. 10. ex adverſo allegata id non firmat.* 46

Si Lector dignabitur Diſceptationem loco citato percurrere, inveniet, quòd ultra alias probationes, *à num.* 25. *uſque ad num.* 36. regiſtrantur veræ, authenticæ, & reales partitæ ſolutionum, factarum Abbatiſſæ, non autem Monialibus ipſis, coram 2. Judice de menſe Novem. 1703. ſer. ſer. productæ per acta Archivii; Nec non, quòd in §. 10. *num.* 3. adducuntur præciſa verba Vicarii de Rubeis, idem aſſerentis.

Hic igitur, conceptum paritèr retinendo ſermonem, ſupplicamus dumtaxat obſervare, quòd ſi promptitudine verè mirabili controvertuntur ea, quæ habentur in manibus, & ſola Scripturarum pervolutione patent, de aliis quid dicendum?

Referam per jocum ea, de quibus ſerium timorem habui: Pervoluta Diſceptatione in loco controverſo, & re-

perto id, quod ſolemnitèr negabatur, combinavi ea, quæ indicavi *ſupra num. 45. verſ. In hoc*, cum dicta ſeria, & rotunda negativa, diuque mirabundus hæſi, dubitando è meis manibus dictas Juſtificationes evaneſcere, conticuendo tamen à me ipſo cogitabam modum, quo prætenditur victoria in hac Cauſa; Juſtificationes recognoſci poſſunt ad arbitrium vel originaliter in Actis, vel in Diſceptatione fideliter tranſcriptæ.

47 *Cum non ſit hujus ſupremi Tribunalis Diſceptationem Hiſtoricam, legibus mixtam, examinare.*

Diſceptatio non fuit compoſita pro ſupremo Tribunali Signat. Juſtitiæ, nec eidem diſtributa pro illius examine, ex quo fuit in eodem Tribunali exhibitus Reſtrictus Facti de Juris, cum ſuo pleno Summario, cum quibus Cauſa commodè decidi poterat: Fuit nihilominùs RR. PP. diſtributa in obſequium, & venerationem, eis ab Authore omni jure debitam, & ad hoc, ut ſi, prætèr Cauſæ neceſſitatem, aliqui ex eiſdem voluiſſent Cauſæ merita latiùs deguſtare, id poſſent facili negotio, & forſan non injucundè, ad praxim reducere: Neque enim novum eſt, minuſque inauditum in legalibus materiis ſimiles Diſceptationes Judicibus exhibere, ut contemporaneè practicatum fuit in illo caſu, in quo emanavit *dec. 18. in princ. §. Proſequtaq;* apud *Proſper. de Territ ſepar.* ibi: *DD. poſt plenam, maturamque doctarum, ac elegantium Diſſertationum, hinc inde exhibitarum, diſcuſſionem.*

*Nam requiretur aliquod magis longum tempus, & aliis oc-*
48 *cupationibus deſtitutum, quo fruitur D. exadverſo in Jure Scribens.*

Veriſſima eſt prima pars hujus propoſitionis, ſi intelligatur de magis longo tempore, in præteritum ſeriò implicatum, nedum ſtudiis legalibus, ſed aliis, tam humani, quàm divini Juris lucubrationibus. Abſque enim tali longo ſtudio, omne præſens tempus, quamvis longum, reputabitur breve, omneſquè diligentiæ adequatè reſpondendi erunt inutiles. Eodem modo, quo ad longum perficiendum iter, congruum quidem requiritur tempus, ſed multa alia, & præcedere, & concurrere debent requiſita.

Cœterùm incepta fuit Diſceptatio poſt tertiam Sententiam, promulgatam die Jovis 16. Julii 1705. licèt ratione termini pro ſervato habiti, lata appareat die 7. ejuſdem menſis, & anni, & terminata die 9. Auguſti ſeq. quando reviſa fuit, & permiſſa illius impreſſio. Utinam verò hi 24. dies, ultra aſſiduas lectiones in Romano Sapientiæ Archigymnaſio per totum menſe Julii, liberi fuiſſent ab occupationibus aliarum Cauſarum; Quia magis perfecta componi utique poterat, majoribuſquè facti, & Juris animadverſionibus exornari, atque minoribus Typographiæ erroribus ſcateret; Veriſſimum ſiquidem, comprobatumquè experientia eſt *Apulæi dictum*, relatum *à Brancaccin. de Jur. doctorat. in Epiſt. ad Lector. poſt med.* quòd *nulla res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul, & examinata, nec eſt quidquam omnium, quod habeat, & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis.*

*Illarumquè inſubſiſtentiam RR. PP. DD. oculis exhibere, ut*
49 *fuit oſtenſum Congr. E. & R. Auditori SS. Judicibus Commiſſariis.*

In S. C. E. & R. non fuit ex parte Monialium exibitum, niſi ſimplex italico idiomate compoſitum Memoriale pro declinanda illius Juriſdictione, terminatum ſequentibus verbis *l' Oratrici ſperano doverſi rimettere ad ſuoi Judices, atteſa la retta giuſtizia dell' EE. VV.* Nec minima adducta ſyllaba circa Cauſæ merita, minuſquè aliquid reſponſum noſtris Informationibus, tangentibus eadem merita Cauſæ.

Coram Auditore SS. pro parte Monialium Tartarorum more ſtridoribus, & clamoribus pugnatum fuit, obtentaquè remiſſio Cauſæ ad Judices Commiſſarios, & cor. eod. paritèr nihil ſcriptum fuit, vel dictum circa merita Cauſæ.

Judicibus demum Commiſſariis illis exhibitæ fuerunt Scripturæ, quas regiſtravimus per extenſum *in §. 17.* ex quarum lectura patet, an ex illis inſubſiſtentia appareant ea, quæ hìc adduximus, vel potiùs, an magis ſolida, magiſquè firma remaneant, attenta debilitate dd. Scripturarum, æquivocis, quibus abundant, & facti deficientia, qua laborant.

*Quod practicari nequit in hoc ſupremo Conſeſſu in temporis*
50 *anguſtiis.*

Magnæ occupationes ſupremi Tribunalis Sign. Juſtitiæ notiſſimæ etiam ſunt Lippis, & Tonſoribus, cum illo addito, de quo mentionem facit *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc. 31. num. 17.* quòd ferè gratis adeò magnum ſupportant onus, & laborem: Verum tamen eſt, quòd non proindè eſt præſumendum, quòd in dd. temporum anguſtiis Cauſæ cum ſolita maturitate non decidantur, attentis probatorum Curialium Scriptis, ſolidè in Jure compoſitis, & Informationibus in voce eorundem Judicium, ut notat *Card. Pallavin. nell' Iſtor. del Concil. lib. 24. cap 4. num 8.* aſſerens, *che non puol chiamarſi, ne traſcurata, ne ſproveduta la deciſione di gran Litigio, che ſuol prenderſi in graviſſimi Tribunali con lo ſtudio di un ſol giorno, atteſe le Scritture, meditate da valenti Avvocati per molti meſi.*

Hæc pro reſponſione ad omnia ea, quæ pro Monialium
parte in Scriptis deducta fuerunt; Quia verò audivimus, il- 51
larum nomine verbalitèr exageratam fuiſſe diſtinctionem inter reformationem Monaſteriorum, & obligationem ſervandi Vitam communem, ac ſi res eſſent penitus diſtinctæ, & ſeparatæ, quod motivum cum plauſu ab aliquibus exceptum fuiſſe aſſeritur.

Præmiſſo cum *D. Tho. 1. par. quæſt 54. ar 2. ad 4.* Sapientis
eſſe non curare de nominibus, & cum communis Doctorum 52
Schola, non verborum corticem, ſed ipſam rerum ſubſtantiam attendendam eſſe, ex adductis per *Bartol. in leg. Quominus num. 22. ff. de Flumin.* ibi: *Non curo de nomine Anton. Quiring. de Scient. med. cap. 18. fol. 74.* ibi; *Sicuti vanum eſt diſputare de nomine, ita vaniſſimum eſt diſputare de re, de cujus entitate non conſtat Mantic. de Conject. lib. 3. tit. 3. num. 9. Card de Luc. de Feud. diſc. 44. num 17. & de Fideic. diſc. 151. n. 5. & Rot. dec. 254 in fin. cor. Ottob. & in Piſana Juriſp. 4. Julii 1700. § Ut enim cor. Anſald.* ubi, quòd *fatuum eſt aures præbere quæſtioni de nomine.*

Dicimus, ita diſcurrere eſſe verbis ludere, non autem ſo-
lidè reſpondere, Quia ad noſtrum effectum ſinonyma pror- 53
ſus ſunt reformatio, & obſervantia, itaut idem prorſus ſit dicere, Monaſterium aliquod eſſe reformatum, ſeu de obſervantia.

Patet hoc ex ſola, & ſimplici lectura decreti Vicar. Sili- 54
quini, ibi: *Fuit proviſum, & decretum, Monaſt. præd. non eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de obſervantia §. 17. num. 51.*

Ex omnibus contrariis Sententiis, ibi: *Minimè fuiſſe,*
*nec eſſe comprehenſum inter Monaſteria reformata, ſeu de ob-* 55
*ſervantia §. 19. n. 2. 3. & 4.*

Ex informatione Vic. de Rubeis. ibi, *In quibus omnibus*
*Actis Monaſt. præd. S. Jo. Baptiſtæ tanquam reformatum, &* 56
*de obſervantia enunciatur §. 11. n. 3.* & alibi.

Ex Monialium replicatis confeſſionibus, & inſtantiis, fa-
ctis cor. Vicar. Siliquino, ibi: *Supplica dichiarare, il ſuder-* 57
*to Monaſtero non eſſer compreſo fra li Monaſteri reformati, ſeu dell'oſſervanza §. 17. n. 40.* & ibi: *Supplica V. S Illuſtriſſima voler reſtar ſervito dichiarare con decreto, d. Monaſtero non eſſer compreſo fra li Monaſt. riformati, ſeu dell'oſſervanza §. 17. n. 50.*

Ex atteſtatione Io. Jacobi Ciocciæ, generalis Actorum
Magiſtri Monialium, non per minus temporis ſpatium, 58
quàm per annos ſupra 40 *Li Monaſterii riformati, ſeu dell'oſſervanza, che ſono in queſta Città di Napoli &c. §. 1. n. 6.*

Ex confeſſione demum (omiſſis aliis demonſtrationibus
gratia brevitatis) millies replicata Defenſorum Monialium 59
in omnibus inſtantiis, cor. omnibus Judicibus, & in omnibus omnino Scripturis, nec etiam exceptis illis, exhibitis in Sign. Juſtitiæ, ſemper accipientium pro ſinonymis eadem verba, Monaſterium aliquod eſſe reformatum, ſeu de obſervantia, ut ex illarum recognitione in §. 18. *num.* 6. 7. 8. 9. 10. & ferè in omnibus Et ſupra *§. Ideſt §. Ad quorum §. Pro cuius § In nihilo, §. His igitur, & in Reſponſ.* §. *Nullitas, §. Eoq; § Maximè, & §. Sed quod.*

Non omittentes tamen obſervare exorbitantiarum continuationem, nullatenus interruptam in toto hujus Cauſæ de-
curſu, hodiè unum aſſerendo in Scripturis, Judicibus exhi- 60
bitis, & juxta ſolitum Partibus contendentibus communicatis ad reſpondendum, cras verò aliud oretenus Judicibus ſummo calore inſinuando, hac nova methodo tollendo modum reſpondendi contrariis objectis, illa dumtaxt ſciendo poſt Cauſæ reſolutionem, & prætendendo, ut Judices, non ſecundum acta, & probata judicare debeant, ſed ad tenorem verborum, in auribus eis inſufflatorum, & ſic extra Mundum exiſtentium, contra omnia principia; quæ ſequutus fui *in Inſtit. Crim. lib. 4. tit. 8. n. 9.*

Terminantes noſtros labores in hac Cauſa, enixè rogando Judicem illum, qui adhuc certus, & deputatus non eſt, ut
obſervet diligenter, ne ejus Sententia, ferenda invocato 61
Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti nomine, & ſolùm Deum præ oculis habendo, quæ juxta ſolitam formulam, perpetuum imponere debet ſilentium in hac Cauſa, deſerviat loco Tubæ, ad excitandos Religioſos omnes catholici Orbis

pro

pro excutiendo ſuavi jugo Vitę communis; Eidemque Judici repetendo cum verbis illis Divi Gregorii, regiſtratis ſup. §.19.n.12. *De his, quæ tibi pro ſervandæ Juſtitiæ ſcribo, ego abſolvor, & tu, ſi negligis, obligaris.*

## §. XXII.

*De Livellis in genere.*

1 CUm occaſione præſentis Cauſæ, argumenta contraria diluturus, multos pervolvere Authores cogerer, non putavi committendum, ut quæ inter legendum mihi occurrerent, quævè Studioſis uſui fore puto, negligenti vitio prętermitterem: Ideò ad hunc ultimum Paragraphum eorum commodo ea referenda duximus, ut quantum in Nobis eſt, noſtro Lectori prodeſſe poſſimus. Quòd ſi mirum alicui videatur, me ab aſſiduis, & tumultuoſis Fori, & Cathedræ occupationibus in hac Diſceptatione tranſtuliſſe animum ad diſceptandum de communi Monachorum Vita, quæ pacatis potiùs, quietiſquè ſtudiis, quàm Fori clamoribus convenit, is non meam de tumultuoſis rebus ad tranquillas, ſed aliorum de tranquillis ad tumultuoſas digreſſionem admiretur. Siquidem in Foro paſſim occurrunt ij, qui communem Vitam, ex Inſtituto ſuo profiteri debentes, eandem forenſi arte declinare conantur. Et quamvis Lucubrationes hæ noſtræ in Cauſa, à Nobis defenſa, finem ſuum minimè fuerint aſſecutæ; Tamen, quia habent ſua ſydera lites, & qui labores nobis irriti ceciderunt, prodeſſe aliis poſſunt, propterea hìc ea imprimere decrevimus, ut ſi quid fortè, Lector benevole, tibi ex uſu fuerit, id veluti ex tuo fundo, me libente, atque volente uberrimè colligas.

Quæres 1. *Quid ſit Livellum?* Omiſſa ſignificatione hu-
2 jus verbi, in tota ſua latitudine conſiderati, ad noſtrum effectum. Reſp. *Eſſe annuam illam præſtationem, quam ſibi reſervat Religioſus, vel Religioſa tempore profeſſionis: Seu, quæ ſibi à Parentibus, vel aliis aſſignatur pro ſuis particularibus indigentiis.* Ita *Mirand. de Monialib. q.9. art. 1.* & concordant *Capon. diſcept. 81. n. 1. to. 2.* & *Card. de Luc. ad Concil. diſc. 34. n. 4.* Obitèr obſervando hic differentiam, quæ intercedit inter annalem, & annualem præſtationem: Annalis ſiquidem præſtatio eſt illa, quæ intra annum fit, annoque terminatur, annualis verò præſtatio, quæ quot annis repetitur, ut obſervat *Rot. dec. 931. num. 5. cor. Cer. & dec. 225. num. 14. par. 14. rec.*

Quæres 2. *Ex quo motivo aſſignari ſoleant Livella volenti-*
3 *bus ingredi Religionem.* Reſp. Parentes, ſive Conſanguineos ſolitos eſſe illa aſſignare, correſpectivè ad renunciationes, quas emittunt, occaſione ingreſſus in Religionem, ut obſervat *Rot. in Lucan. Livelli 9. Maii 1707. cor. Anſald.*

Quæres 3. *An pro Livelli conſequutione competat ſpecialis*
4 *hypotheca.* Reſp. cum diſtinctione; Vel pro illa obligati ſunt fructus certi alicujus fundi pro faciliori illius exactione, & ſuper aliis bonis non competit hypotheca; Vel obligata ſunt bona ipſa in genere, & abſque alia ſpecificatione, & tunc eadem hypotheca competit, *Rot. dec. 74. n. 1. apud Torr. de Pact. fut. ſucceſ.*

Quæres 4. *An facta ſemel aſſignatione alicujus fundi pro ſo-*
5 *lutione Livelli, poſſit Monialis variando illud ex fructibus alterius fundi petere*, *Marant. reſponſ. 91. to* 6 in negativam inclinat opinionem: Contrarium tamen probat *Hodier. ad Surd. dec. 266 n. 21. & 22.* referens ita pluriès deciſum.

Quæres 5. *An Livellum imputandum ſit in Legitimam* Reſp.
6 *Negativè* cum *Valaſc. de Quart. c. 13. num. 39. & Carvahal. de Utraq; Quar. par. 4. c. 1. n. 92.* Et ratio eſt, quia illud ſortitur alimentorum naturam. Quod limita in illis Locis, in quibus dos ſuccedit loco Legitimæ, quia cùm illud conſideretur tanquam pars dotis, ut videbimus infra *q. 7.* Conſequenter detrahendum eſt ex portione Legitimæ. Ita *Rot. cor. Emer. jun. d. 67. num. 6. & 7.*

Quæres 6. *An Livella veniant appellatione mobilium.* Reſp.
7 cum *Capon. diſcept. 81. per tot. tom. 2.* Illa non eſſe res mobiles, neque ſtabiles, ſed conſtituere tertiam ſpeciem inter mobilia, & ſtabilia, venire tamen ſub bonorum appellatione.

Quæres 7. *An Livellum reputetur pars dotis Monialium, il-*
8 *luſquè privilegiis gaudeat.* Reſp. *Affirmativè* cum *Rot. dec. 39. n. 13. par. 11. & dec. 153. n. 10. par. 19. rec.* & aliis authoritatibus, adductis ſupra *§. 16. n. 13.*

Quæres 8. *An promiſſio ſolvendi annuum Livellum indigeat*
9 *inſinuatione, aliiſque ſolemnitatibus.* Reſp. *Negativè*, quia dicitur aſſignatum in cauſam piam, in quibus terminis ſolemnitas inſinuationis non requiritur, *Card. de Luc. de Donat. diſc. 60. n. 43. & Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 775. in fin.* Addito, quòd in annuis præſtationibus talis ſolemnitas non eſt neceſſaria, ex juribus adductis ab eodem *Card. de Luc. de Donat. d. diſc. 60 n. 33. & 34.* In qua parte vide *Rot.* alitèr diſtinguentem *in dec. 242 par. 16 rec.*

Quæres 9. *An ex lapſu 16. annorum ſolutum præſumatur*
*Livellum vigore diſpoſitionis Statuariæ Urbis.* Reſp. *Nega-* 10
*tivè* cum *Rot. dec. 39. num. 14 & 15 par. 11. rec.* Tum quia Statutum Urbis dotale debitum non comprehendit, cujus pars reputatur Livellum, *ut diximus ſupra q. 7.* Tum etiam, quia ab illo eccleſiaſticæ perſonæ nullatenus afficiuntur: Quidquid dicat *Card. de Luc. de Credit. diſc. 149. n. 17. & 18* ubi, quòd quamvis hodiè cum hac Rotę opinione communitèr vivatur, illius tamen Sententiæ nunquam proprium intellectum captivare potuit.

Quæres 10. *An probetur exactio Livelli, ex quo Monialis*
*ſe fateatur in aliqua ſumma debitricem illius perſonæ, quæ* 11
*Livellum exigebat.* Reſp. *Affirmativè* cum *Rot. in Rom. Pecun. 16. Jan. 1702. §. Hocque cor. Molin.* ubi, quòd aliàs oporteret redarguere de nimia fatuitate Monialem, ſi voluiſſet accipere mutuo pecunias è manibus illius, qui ex cauſa Livelli erat ſuos debitor.

Quæres 11. *Quid faciendum ſit de ſorte illius Livelli, quod*
*conſtitutum fuit in fructibus Officii vacabilis, poſito, quòd per* 12
*illius extinctionem reſtituatur eadem ſors.* Reſp. cum *Card. de Luc. de Regal. diſc. 56. num. 1. & de Offic. vacab. cap. 12. num. 9.* Vel eandem ſortem erogandam eſſe in alia ſimilia jura, cum aſſignatione fructuum illi Religioſo, cui debetur Livellum; Vel illam retineri poſſe à Monaſterio, cum hoc, quòd ſuppeditare teneatur Religioſo fructus illos, qui ex novo inveſtimento perciperentur.

Quæres 12. *An expediat Monaſteriis, quod Religioſi habe-*
*ant Livella.* Reſp. *Affirmativè* cum *Card. de Luc. de Regul.* 13
*diſc. 56. n. 15.* quia hoc modo eximitur Monaſterium ab illis expenſis, quę in infirmitate, vel aliis uſibus ex neceſſitate, vel congruentia Religioſo ſuppeditare teneretur; Nec non etiam, quia cùm tales redditus erogari ſoleant in emptionem Librorum, aliorumque mobilium, Religioſo ſtatui decentium, iſta, moriente Religioſo, remanent penes Monaſterium, vel Religionem.

Quæres 13. *An Epiſcopi curare debeant, ut Monialibus aſ-*
*ſignetur Livellum à Parentibus in illarum ingreſſu.* Reſp. 14
*Affirmativè* cum *Fagn. in cap. Nos ampliùs n. 47. de Inſtit.* ubi, quòd ita reſolvit C.C. his verbis: *Debere Epiſcopum id curare omninò, ut Propinqui publico, validoque Inſtrumento ſe obligent ad certam annuam præſtationem, quæ minor non ſit 12. aureis, pro neceſſitatibus Puellarum, donec vixerint*, aſſerens in fine, reſolutionem hanc approbatam fuiſſe à Papa, non tamen ad eum finem, ut fiat nova Bulla ſuper hac declaratione, ſed ut ſingulis Epiſcopis petentibus ita reſpondeatur.

Quæres 14. *An Livella generaliter pro omnibus Religioſis*
*conſtituenda ſint in aliqua determinata quantitate.* Reſp. *Ne-*
*gativè* cum *Card. de Luc. ad Conc. diſc. 34. nu. 9* Sed illa re- 15
gulanda eſſe à Perſonarum qualitate, Monaſteriorum ſolito, patrimoniorumq; opulentia; Quod limitatur in eo caſu, in quo illa determinata ſint à particularibus Statutis, vel Conſtit. alicujus Montis, vel alterius Loci pii, Tunc enim nulla habita ratione dd. circumſtantiarum, in ea quantitate conſtituendum eſt, in qua determinatum fuit à dd. Conſtit. vel particularibus Statutis, ut practicatum fuit Neapolis à Gubernatoribus Monti magni Maritag., ut vidimus *ſup. §. 1. à num. 1.*

Quæres 15. *An Religioſus ante profeſſionem poſſit Livellum*
*aliis cedere.* Reſp. *Affirmativè* cum *à Pont. conſ. 159. num. 2.* 16
*& Card. de Luc. de Regul. diſc. 95. n. 5.* Quia, non adhuc emiſſa profeſſione, nullum concurrit obſtaculum, quòd talem ceſſionem impediat, vel invalidam reddat.

Quæres 16. *An Monialis poſſit renunciare Livellum ſibi in*
*Teſtamento relictum, reſervata tantùm illius parte, ſola ejus*
*vita durante, ſub illa conditione, quod nihil Monaſterio ac-* 17
*quiratur.* Reſp. *Negativè* cum *Pignatell. conſult. 117. tom. 8.* Quia illud acquiſitum dicitur Monaſterio, in cujus præjudicium talem renunciationem, ſive in toto, ſive in parte ex defectu dominii facere non poteſt Monialis, rationibus, expenſis *quæſit. 12.*

Quæres 17. *An debeatur Livellum, ea conditione aſſigna-*
*tum, vel auctum, ut Religioſus perſeverare teneatur in Reli-* 18
*gione, ſuamque profeſſionem non impugnare, poſito quòd ſer. ſer. prætendat nullitatem dictæ profeſſionis.* Reſp. *Negativè* cum *Rot. in Luc. Livell. 9. Maii 1707 cor. Anſal.* ea ratione, quia hoc caſu Livelli aſſignatio, ſeu augumentum, dicitur corre-

ſpectivum ad obligationem non impugnandi profeſſionem ;
Ex correſpectivis autem, uno ſublato, aliud ſubſiſtere non
poteſt, ex notis juris principiis, apud Giurb.d.8 ,.n.20. Gra-
tian.diſcept.944.n.2.& Rot.d.681,n.4.cor.Cer.

Quæres 18. An Regulares uti poſſint eorum Livellis, non ſer-
19 vata forma Conſtit.60.Clem VIII Reſp. Negativè cum Mona-
cell. in Append. ad Formul.to.1.fol.292.n.7. ubi refert ita de-
ciſum à S. C. E. & R. in Florentina 21. Jun. 1690. ad relat.
Card. Petruc.

Quæres 19. An Livella, per multum temporis ſpatium non
20 exacta à Religioſo, & magnam conſtantia ſummam, ſpectent
ad ipſum, vel ad Monaſterium. Reſp. cum Card. de Luc. de
Regul.diſc.57.n.5.& per tot. ſpectare ad Monaſterium; Quod
limitatur in caſu, in quo Religioſus citra fraudem pro illo
tempore, quo Livellum non exegit, pro ſuis extraordinariis
indigentiis, & licitis uſibus, debita contraxiſſe, vel mutuas
pecunias accepiſſe conſtat, quia aliàs tale debitum diſſolven-
dum eſſet ex dd. redditibus Livelli, non exacti, ut probat
Card. de Luc. ubi ſupra.

Quæres 20. Quid requiratur ad hoc, ut Religioſus licitè
21 poſſit exigere, & expendere Livella. Reſp. cum Monacell. in
ſuo Formul. tom. 1. tit. 11. form. 20. fol. 243. n. 3. & ſeqq. id fieri
poſſe cum illis quinque conditionibus, explicatis ſupra §. 18.
num. 8.

Quæres 21. An conſuetudo, etiam immemorabilis, intro-
22 ducta à Monialibus illorum Monaſteriorum, in quibus ſerva-
tur Vita communis, exigendi Livella, illaque expendendi in-
dependenter à voluntate Superioriſſæ, toleranda ſit. Reſp.
Negativè cum Donat. Rer. Regul. tom. 1. tract. 15. de Vot. pau-
per. qu. 12. per tot. ubi, quòd Superioriſſa tenetur talem con-
ſuetudinem extirpare, aliàs eſſet in malo ſtatu, & Monia-
les tenentur obedire, & in caſu contrario poſſunt adſtringi,
& graviter puniri.

Quæres 22. An id permitti ſaltem poſſit mediante ſpeciali
23 Indulto, ſciente, & tolerante Superioriſſa. Reſp. Negativè
cum S.C.E.& R. in Neapol. 7. Aprilis 1707. eo quia id opponi-
tur directè conſervationi Vitæ communis, in cujus caſu ali-
quæ Moniales Monaſt. SS. Trinitatis dictæ Civitatis de fa-
cto obtinuerant ad eundem effectum dictum ſpeciale Indul-
tum, & nihilominus, recurrentibus aliis Monialibus, at-
que exponentibus periculum deſtructionis Vitæ communis in
eodem Monaſterio, dicta S. C. reſpondit. Servandas eſſe
omnino Conſtitutiones, non obſtante Indulto, quam refert, &
ſequitur etiam Reverendiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom.
4. fol. 171. num. 34.

Idem reſolvit S.C.C. in Leodien. annuæ præſt. 6 Junii 1682
24 Lib. 32. Decret. fol. 293. à tergo, in qua Pater legaverat Mona-
ſterio, obſervanti Vitam communem, in quo tres habebat
filias, inſignem ſummam, cum hoc, quòd dictæ ejus filiæ
ex illius fructibus perciperent annuos florenos 300. pro ſuis
particularibus indigentiis, earum vita naturali durante, &
in caſu contraventionis appoſuerat pœnam caducitatis favore
alterius Subſtituti. Sac. enim Congr. nè vulneraretur perfe-
cta Vita communis ejuſdem Monaſterii, non attentis Sup-
plicationibus omnium Monialium, dicta die reſcripſit. Mo-
naſterium poſſe acceptare legatum, & quoad legatum particula-
re, ſervetur Decretum ſ. m. Clem. VIII.

Quæres 23. In quos uſus regulariter teneatur Religioſus con-
25 vertere Livella. Reſp. cum Dian. coordin tom. 7. tract. 1 de Dub.
Regular. reſol. 735. num. 2. Card. de Luc. de Regul. diſc. 59. n. 12. &
Rot dec. 584. n. 1. cor Burat. Illa teneri convertere in uſus pios,
& honeſtos, puta librorum, vel veſtimentorum emptionem
&c. & contrarium faciendo Monaſterium, ſeu Religio, ne-
dum id poteſt impedire, ſed diverſimodè diſpoſita retractare,
ut practicavit Rot. dec. 253. n. 11. par. 11. rec. duplata cor. Bich.
dec. 508. n 12. & 13.

Quæres 24. An Religioſus, cui tenue Livellum aſſignatum
26 fuit, poſſit, parciùs vivendo, illud augere ex fructibus, quos
honeſtè conſumere poterat. Quiquid dicat Capon. to. 2. diſcept.
129 Reſp. Negativè cum Rodriquez q. Regul to. 3 q. 39. art. 10.
Navar. in Comment de Regul. can. Non dicatis 12 qu. 1 n. 44 &
Rot dec. 508. n. 8. & ſeqq. cor. Bich. ea ratione, quia Religioſus
emere proprio nomine, vel propriis pecuniis, ſub nomine al-
terius, nullatenus aliquid poteſt.

Indequè Rot in Rom. Pecun. 15. Jan. 1706. cor. Muto, & 22.
27 Martii ejuſdem anni cor Card. Caprar. reſpondit, Loca Mon-
tium, empta à Religioſo ex pecuniis, in ſui facie cantanti-
bus in Monte Pietatis, ad favorem Extranei, non ad hunc
ſed ad Monaſterium ſpectare, eidemque Monaſterio perti-
nuiſſe fructus eorundem Locorum Montium, idque a die,
qua empta fuerunt.

Quæres 25. An Monialis poſſit dotem conſtituere Puellæ ad
ingrediendum Monaſterium cum Vitalitio, ſibi relicto, ſub il-
la conditione, ut expendere poſſit in quos uſus voluerit, & qua- 28
tenùs in illius adminiſtratione ſe ingerat Monaſterium, illud
amittatur. Reſp. Affirmativè cum Paſqualig. qu. moral. cen-
tur. 1 qu. 68. per tot. quia in tali dotatione nullum conſiderari
poteſt Monaſterii præjudicium, & Monialis ſe habet uti me-
ra Executrix.

Quæres 26. An Livellum Religioſi, tranſeuntis ab una ad
aliam Religionem remaneat in prima, vel transferatur cum
eodem in ſecunda. Reſp. cum diſtinctione; Vel ſecunda Re- 29
ligio non eſt capax bonorum, & tunc conſolidatur cum pro-
prietate penes obligatum ſolvere d. Livellum: Vel eſt capax,
ut erat prima Religio, & tunc ſequitur Religioſum, nec re-
manet in prima Religione, quia Religioſi perſonam comita-
tur, pendetque ab illius vita, ita Donat. Rer. Regul. to. 1. tract.
8. de Tranſeunt. q. 61. n. 9. & 10 cum aliis apud Gob. conſult. 12.
à num. 3. Verum tamen eſt, quòd aliquando S. C. E. & R.
eo tempore, quo Monialibus concedit Gratiam tranſeundi
ad aliud Monaſterium, ſolet etiam demandare, ut aliqua
pars Livelli remaneat primo Monaſterio, ut practicavit in
Neap. 13. Aug. 1714. Ponente Card. Corſino, in qua duabus
Monialibus ex Familia Caracciola conceſſit Gratiam tranſ-
eundi à Monaſterio S. Potiti ad aliud S. Joſephi: Injuncta ta-
men obligatione ſubminiſtrandi quot annis Monaſterio S. Joſe-
phi vita durante Monialium transferendarum ducatos 40. pro
qualibet, remanen. decem ducatis pro qualibet primo Mona-
ſterio, quia Livellum dd Monialium erat duc. 50.

Quæres 27. An diſſoluto vinculo religioſæ profeſſionis per
legitimam declarationem nullitatis ejuſdem profeſſionis, de- 30
beatur ampliùs Livellum. Reſp. Negativè cum Bordon. de
Legat. cap. 3. num. 64. & Paulut. diſſert. 36. art. 2. num 44. quos
ſequuta fuit Rot. in Lucan. Livelli 9. Maii 1707. §. Ponamus
cor. Anſald. ea ratione, quia illud aſſignari ſolet pro religioſis
indigentiis, quæ ceſſant in eo, qui vitam religioſam ampliùs
ducere non tenetur.

Quæres 28. An ceſſet obligatio ſolvendi annuum Livellum,
aſſignatum intuitu illorum bonorum, quæ deindè avocata fue- 31
runt ab Aſſignante. Reſp. Affirmativè cum Rot. dec. 785. n. 8.
& 25. par. 18. rec. Ratio eſt, quia cùm bona, cujus intuitu
promiſſum fuit Livellum, non ampliùs reperiantur penes
debitorem, nulla ratio patitur, ut contra ipſum dari poſſit
actio pro ſolutione Livelli, quod ceſſat, ceſſante cauſa, cu-
jus vigore emanavit obligatio, Rot. dec. 315. à num. 10. p. 17.
& dec. 90. à n. 35. par. 19. rec. Quod tamen procedit, quando
nullam involvit indaginem tituli, ſeu annuæ præſtationis inſ-
pectio, quia in caſu oppoſito, poſſeſſori in ſummariiſſimo
judicio manutentionis nullatenùs præjudicat allegatio extin-
ctionis tituli, ex adductis per Rot. dec. 365. num. 28. par. 19.
recent.

Quæres 29. An liceat Monialibus, etiam ad Superioriſſæ
nutum exigere, & in proprios uſus expendere Livella, in il- 32
lis Monaſteriis, in quibus ob reddituum abundantiam intro-
duci, & ſervari poteſt Vita communis Reſp. Negativè cum
Fagn. in cap Monachi à n. 59. uſque ad fin. de Stat. Monachor. &
Monacell. in Formular. to. 1. tit. 11. form. 20 fol. 243. n. 5. Quia in
his Monaſteriis ceſſat motivum carentiæ rerum, ad vitam
ſubſtentandam neceſſariarum, cujus intuitu Livellorum uſus
ab Apoſtolica Sede toleratur.

Quæres 30. Sub quibus conditionibus ſoleant Sacræ Congr.
Livellorum uſus approbare in illis Monaſteriis, in quibus de 33
facto ſervatur, vel commodè ſervari poteſt Vita communis.
Reſp. cum Rot. dec. 405. n. 5. verſ. Tota par. 16. rec. & dec. 410 in
princ. eadem par. id ad praxim reduci; Dummodò annuus red-
ditus à Procuratore Monaſterii exigatur, & recta via defera-
tur in commune depoſitum, & tunc de manu Depoſitarii, & de
licentia Superiorum ipſe Orator recipiat quantum, & quate-
nùs opus fuerit, requiſitus, rationem reddat, & reſiduum in
communes Monaſterii neceſſitates erogetur.

Quæres 31. Circa annuam præſtationem, relictam Monia
li ejus vita naturali durante tantùm, non integrè ſoluta in ip- 34
ſius vita, an habeat jus Monaſterium illam ab hæredibus pe-
tendi. Reſp. cum diſtinctione, aut Livellum fuit jam ſolu-
tum, & penes Tertium reperiatur, & in Monialis uſum
non converſum, & tunc ad Monaſterium ſpectat. Aut
ſolutum non fuit à debitore, vel illius hærede, ex condona-
tione Monialis, & tunc nihil poteſt petere Monaſterium;
Ita Gabr. à S Vinc. in Miſcell de Remed. ignor. dub. 39. diſp. 14.
fol. 578. n 404 & 407. rubric Quid ſciri debeat circa ſolutionem
poſt mortem Monialium, & Lezzana in Summ. quæſt. regul. tit.
de Vot pauper. n. 34.

Quæres 32. An Monialis remittere poſſit Conſanguineis, vel
aliis donare fructus ſui Livelli Reſp. Affirmativè, rationibus, 35
& au-

& authoritatibus, adductis ſupra §. 18. *n*. 30. *verſ. An autem*,
& latiſſimè *Paulut. in Voto arbitr.* pro veritate edito in una
*Cæſenaten.* quod regiſtratur *in diſſert. 36. art. 2. per tot.* ubi
ſolidè ſuam opinionem probat, omnibus contrariis reſpon-
dendo: Atque à *num.* 38. oſtendendo, quòd Religioſus
per talem donationem non facit, neque contra Votum
paupertatis, neque contra juſtitiam: Non contra juſtitiam,
quia ex conſuetudine, ab Eccleſia tolerata, jus habet con-
ſumendi totam illam pecuniam, quæ pro ejus neceſſitatibus
titulo Livelli ſibi debetur: Neque etiam contra Votum
paupertatis, quia id non facit utì Dominus, ſed potiùs utì
ſervus, nempè vigore tolerantiæ, & facultatis, ad nu-
tum Superioris, ſibi in profeſſione reſervatæ; *Non enim
repugnat Voto paupertatis* ( ſunt verba *Rot. dec. 772. num. 2.
par. 1. diverſ.*) *habere peculium ex permiſſu Superioris*, &
concordat *Suarez de Pauper. religioſ. lib. 8. cap. 15 num. 7.
8. & 9.*

Ultra quod, *quando Religioſus*, ſunt verba *Paul. ubi ſu-*
36 *pra nu.* 140 ) *habet certam quantitatem ad ſuam ſubſtentatio-
nem &c. tunc adeſt tacita licentia Superioris; Eo enim ipſo,
quòd Religioſo certa quantitas præſcribitur, cenſetur etiam
dari tacitè licentia expendendi in honeſtos uſus id, quod ſub-
trahit ex parſimonia*, *Bejia d. caſ. 32. verſ. Reſpondemus*,
*Bonac. d. punct. 6 n. 17. & Navar. conſ. 3. n. 46. de Stat. Monach.*
Qui *Paulut. num. 99. & ſeqq.* congruam adducit reſponſionem
communibus illis axiomatibus, quòd quidquid acquirit Mo-
nachus, acquirit Monaſterio, & quòd jura omnia Religioſi
poſt profeſſionem tranſeunt in Monaſterium, obſervando,
id verum eſſe quoad proprietatem, & dominium, non verò
quoad ſimplicem uſum.

Imò non minus ſubtilitèr, quàm ſolidè in hujuſmodi dona-
37 tionibus Livellorum illud conſiderat bonum *Valer. de Differ.
utriuſq; Fori verb. Munera num.* 37. quòd donatio illius, quæ
à parciùs vivente fit, adjumentum præſtat Religioſo ad ſer-
vandam abſtinentiam, caſtitatem, modeſtiam, & ſobrie-
tatem. Quidquid dicat *Donat. Rer. Regul. tom. 4. tract. 15. de*
38 *Vot. pauper. qu.* 23. illam terminans ſequentibus verbis. *Quod
eſt valdè notandum, ad compeſcendum quorundam bellos hu-
mores.*

Cæterùm, quatenùs hujuſmodi oppoſitæ Sententiæ ad
39 concordiam velint reduci, placet mihi conciliatio *Card. de
Luc. de Dot. diſc. 167. num. 175.* ubi, poſtquàm citavit Au-
thores pro utraque ſententia, ſubjungit, quòd, aut agitur
de Livellis decurſis in vita Religioſi, & illa valeat liberè
donare, quatenus ſint exacta, & remittere, ſi exacta non
ſint: Aut verò ſermo eſt de ipſo jure exigendi Livella, in
futurum decurrenda, & iſta donare, & remittere non
poſſit; Ea viva ratione, quia quoad iſta Monaſterium ha-
bet intereſſe, ne Monialis dicta ſubventione ſe privet pro
illis uſibus, quibus aliàs in caſu indigentiæ, vel ex debito
juſtitiæ, vel charitatis deberet Monaſterium providere.
Conciliatio mihi videtur æqua, prudens, juſta, rationabi-
lis, tantoquè Authore digna, quem meritò Juris noſtri Illu-
ſtratorem vocat *Rota in Callien. Liberat. à moleſt 7. Junii
1709. § Et enim cor. Aldroband.* Eundemquè inſignem theori-
cum, & practicum appellavit in *dec. 67. num. 5. p. 19. rec.*
Nec non doctè ſemper ſcripſiſſe dicitur in *deciſ. 288. ſub num.
8. par. 19. rec.*

Alio verò modo diſtinguit *Rot. coram Cerr. dec. 610. à num.*
40 9. ut ſcilicet opinio affirmativa procedat, quando *annua pre-
ſtatio ita conceſſa, ſeu relicta fuit, ut concedens, vel relin-
quens noluerit, illam in Monaſterium transferri, ſed omninò
cedere in Monialis uſum, & ead. Monialis accipientis fue-
rit intentio, ſecus verò, quando de tali voluntate non
conſtat.*

Volens antem in hac parte ſequi dd. tres Sententias, regi-
41 ſtratas ſupra §. 19. *n.* 2. nullum habet opus utendi his, vel ſi-
milibus conciliationibus, quia procedendo cum tenore dd.
Sententiarum, canonizatarum à *Signat. diebus 17. Sept.
1705. & 25. Febr.* 1706. Ponente *Cornelio*, cum reſcripto:
*Sine præjudicio trium conformium*, poſſunt Moniales diſ-
ponere ad eorum libitum de Livellis, ex quo iſta nullo modo
cedere debent ad beneficium Communitatis, & ad diſpoſi-
tionem Abbatiſſæ, juxta præciſa verba Sententiæ Vicarii
Neapolitani, de qua in §. 17. *num.* 51. confirmatæ in Urbe
per tres conformes, ut ſupra. Itaut publicorum Mercato-
rum, & famoſorum Negotiatorum ad inſtar licitum ſit
eiſdem Monialibus de Livellis diſponere, mediantibus or-
dinibus *per altrettanti*, ut videre eſt ſupra *dict.* §. 17. *à
num.* 40

Quæres 33. *Ad evitandas controverſias inter Superiores, &*
42 *ſubditos quoad Livellorum uſum, poſt profeſſionem aſſignato-
rum, quænam cautela aſſignari poſſit.* *Navarr. conſ. 64. de Re-
gul. dub. 18. num. 49. & Donat. Rer Regul. tom. 1. tract. 11. de Suc-
ceſſ. Monaſter. quæſt* 45. aſſignant ſequentem, ut teſtator le-
get Monacho Livellum, quouſque Superior ejus uſum illi
permittat, & ex eo tempore, quo illum non permiſerit,
non debeatur ampliùs. Hoc enim modo ſalvatur proprieta-
tis vitium, quia Regularis illo utitur dependenter à volunta-
te Superioris, nec aliquid turpe continet dicta conditio,
dum Religioſus dependentèr à voluntate ſui Prelati eſt ca-
pax Livellorum uſus, ut obſervat *Jov. de Solemnit. in con-
tract. Minor. gloſ. 22. §. 16. num.* 24. Ex alia verò parte non 43
ampliùs debetur poſt contradictionem Superioris, quia ſub
dicta conditione relictum fuit, & illa purificata, adeſt lex
clara pro non continuatione *Novar apud Ricc. collect. 308. verſ.
Benè verùm, & verſ. Verùm ad effugiendas.*

Quæres 34. *An ſuſtineatur Livellum, Novitio relictum
ſub ea conditione, ut pertineat ad ipſum independenter à vo-* 44
*luntate Superioris.* Reſp. *Affirmativè* cum *Bordon. de Paup.
Relig. c. 18. à n* 40. & latiſſimè *Io. M. Novar.* apud *Ricc. collect.
3027. verſ. An autem donatio:* Ea ratione, quia ex benigna
legis interpretatione præſumendum eſt, teſtatorem ſenſiſſe,
ut nihil facti ad Superiorem pertineat, & concordat *Suar. de
Stat. Relig. tom. 3. lib. 9. cap. 14. à n. 3. Caren. reſol.* 199. *per tot.
Franc. dec. 728. per tot.* referens ita deciſum in M. C. V. *Seraph.
dec. 744. n. 9. Pen. dec. 1214. n. 7.* Quidquid dicat *Cenſal. ad Pe-
regr. de Fideic. art. 6. verſ. Neque vim fol. 5.*

Quæres 35. *An conditio, apponi ſolita Livellis, ut nihil* 45
*Monaſterio acquiratur, adverſetur Voto paupertatis, & obe-
dientiæ.* Reſp. *Negativè* cum præciſis verbis *Rot. in Rom.
Pecun. 16. Jan. 1702. §. Firmato cor. Molin.* ibi: *Certum eſt, quòd
ubi in Livellis, aliiſque Legatis, relictis Monachis, & Mo-
nialibus, appoſita fuit conditio, ne quidquam acquiratur Mo-
naſterio, hæc conditio non videtur adverſari Voto paupertá-
tis, & obedientiæ, nec tanquam illicita reiicienda venit, ſed
intelligenda modo compatibili reſpectu uſus, qui, conniventi-
bus oculis Superioris, permittitur perſonis Regularibus*, ubi
concordantes. Quando autem adducitur Rotæ authoritas
non eſt ampliùs quærenda ratio, ut obſervavi *ſupra diſcept.
1. §. 26. n. 17. par. 1.*

Quæres 36 *Quid dicendum in caſu, in quo Livellum ea* 46
*conditione relictum ſit, ut nihil ad Monaſterium pertineat,
ſpecificando, tam quoad dominium, quàm quoad uſum.* Reſ-
pondeo, hoc caſu eandem conditionem haberi pro non ap-
poſita, & de jure impoſſibilem cum *Rot. cor Pen dec.* 1214. in
cujus caſu agebatur de hæreditate, relicta Religioſo, cum
hoc, quòd ad ſuum arbitrium, abſque Superioris licentia,
tanquam liber homo, de illa poſſet diſponere, ac ſi profeſ-
ſionem non emiſiſſet; Et propterea in his terminis, vitiata
dicta conditione, firmum remanet Livellum favore Reli-
gioſi, juxta ejus capacitatem, ut notat *Fagn. in cap. Mona-
chi n. 25. de Stat. Monach.*

Quæres 37. *An Religioſus ex fructibus ſui Livelli poſſit Cen-* 47
*ſum vitalitium ad ſui favorem conſtituere.* Reſp. *Negativè*
cum *Rot. dec. 508. n. 9. cor. Bich.* Ea ratione, quia id oppoſitum
eſt paupertatis Voto, etiamſi tales pecuniæ ſint de illis,
quas poterat in honeſtos uſus conſumere, ex quo Religioſus
eſt ſolùm uſuarius dd. reddituum, & concordat *Rodriqu. qu.
Regul. tom 3. quæſt. 19. art. 16. columm. 3. ſub princ. verſ. Non
tamen.*

Habetur hìc ſermo de Cenſibus, conſtitutis ex Livellis
Religioſorum; Qua occaſione notandum eſt, non eſſe in-
ter D. D. receptam opinionem, quòd fructus Cenſuum a
Locis piis reduci poſſint ad minorem ſummam abſque Apo-
ſtolico beneplacito; Negativam ſiquidem opinionem ſequ-
untur *Ricc. dec. 134. par. 1. & reſol. 37. num. 4. eadem par. 1.
de Marin. reſol. Jur. cap. 6. num. 10 to 1 Ventrigl. in Prax par. 1.
annot. 1. §. 2. num. 6. & Baruſius reſol. 100. per totam.* Affir-
mativam verò defendunt *Carl. Ant. de Luca ad Ventrigl. ubi
ſupra num. 4. Card. de Luca de Cenſibus diſcur. 14. num. 4. &
5. & in Conflic. leg. & rationis obſer. 101. per totam Monacell.
in Formul. tom. 4 ſupplem. fol. 151. à n. 146. & R. P. D. Petr. ad
Conſtit. Apoſtol. to. 1. fol. 138. n* 88.

Verum tamen eſt, quòd in hac opinionum diſcrepan-
tia Sacra Congr. Concilii proceſſit cum illa diſtinctio-
ne, quòd, vel reductio facta fuit bona fide, & cum
approbatione Superiorum Locorum piorum, & tunc
reſpondit pro facultate dictos Cenſus reducendi, ut vi-
dere eſt in *Romana Cenſus 11. Maii* 1720. in qua at-
tenta dicta bona fide, dubio: *An reductione fru-
ctuum Cenſus ſubſtineantur*, reſpondit: *Affirmativè;*
Vel aderat præſumptio colluſionis, & tunc reſpon-
dit pro nullitate, ut videre eſt in *Senogallien.*

*Cenſuum 2. Junti* 1718. in qua, quia aderat dicta præſum-
ptio, primo dubio: *An reductio fructuum Cenſus ſine Bene-
placito Apoſtolico ſubſtineatur*, reſpondit, *In caſu, de quo
agitur; Negativè*. Secundò verò dubio; *An eſſet locus revali-
dationi, & confirmationi contractus reductioni, tam pro præ-
terito, quam pro futuro*, reſpondit. *Negativè quoad præte-
ritum, reſervato Jure Hypolito agendi contra Priores, qui
reduxerunt cenſum, & quoad futurum arbitrio Eminentiſſimi
Epiſcopi*. Cum quibus reſolutionibus proceſſit in *Aquipen-
dien. 4. Julii* 1722 quando dubiis 1. *An aſſignatio Cenſus ſuſti-
neretur*, & quatenùs negativè 2. *An eſſet locus gratiæ revali-
dationis*, reſpondit *Negativè in omnibus*, eo quia contractus,
inter creditorem, & debitorem concluſi, non erant unde-
quaque immunes à labe colluſionis.

48 Quæres 38. *An legatum annuum, filio relictum, emittenti
profeſſionem in Religione incapaci, ſi deinde Apoſtolica autho-
ritate transferatur ad Religionem capacem, eidem debeatur,
& à quo tempore*. Reſp. cùm *Rot. dec. 643. per tot. cor. Buratt.*
deberi à die tranſitus ad ſecundam Religionem, & in dicto
caſu agebatur de inſigni legato annuorum ſcut. 4000.

49 Quæres 39. *An Religioſus, ſibi reſervans in Religionis in-
greſſu certam ſummam, puta ſcut.* 500. per convertirli in uſi
pii, *iſtos uſus declarare poſſit poſtquam profeſſionem emiſit*.
Reſp. *Affirmativè* cum *Rot. dec. 464. per tot. par. 19. rec.* Quia nõ
agitur de diſpoſitione quoad dominium, quæ prohibita eſt
Religioſis, ſed de ſimplici declaratione dictorum uſuum;
Declarans autem nihil de novo diſponit, ſed aperit dumta-
xat, quod latebat, juxta *Text. in leg. Adeo ff. de Aquir. rer.
dom.* ubi adducitur exemplum excutientis granum à ſpicis, &
*Card. de Luc. de Fideic. diſc. 55. n. 5.*

50 Quæres 40. *Ad quem ſpectet Livellum illud, in quo poſt mor-
tem Religioſi ſubſtitutus fuit Conventus, poſito, quòd idem
Religioſus profiteatur in uno Conventu, & deinde ſer. ſer. affi-
lietur alteri Conventui*, juxta ea, quæ obſervavi in *Inſtit. crim.
lib. 4. tit. 7. à n. 93.* Reſpondeo, quòd ſi loquimur de Theatinis,
debetur Conventui illi, in quo emiſſa fuit profeſſio, ex eo-
rundem ſpecialibus Conſtitut. *apud Capon. diſc. 97. nu.* 20. Si
verò ſit ſermo de aliis Religionibus, ſpectat ad illud Mona-
ſterium, cujus tempore mortis eſt filius, rationibus, per me
adductis, *ubi ſupra*, & ita reſpondit *Congr. particularis à SS.
deputata in Romana annui redditus 7. Junii* 1707. pro P. Jo-
anne Carolo Religioſo Carmelitano, contra Conventum SS.
Sylveſtri, & Martini ad Montes.

51 Quæres 41. *An pro conſequutione Livelli habeat locum ſub-
ſidiarum remedium Anth. Res quæ C. Comm. de Legat* Reſp.
*Affirmativè* ex adductis ſupra §. 16. *n.* 13. & addo *Rot. dec.* 153.
*à n* 8. *par.* 19. *rec.* ubi concordantes.

52 Quæres 42. *An locus ſit immiſſioni in Salviano pro conſequ-
utione Livelli*. Reſp. *Affirmativè* cum *Rot. dec. 584. per tot.
cor. Burat.* rationibus, in illa latè expenſis.

53 Quæres 43. *An Superioriſſa poſſit permittere, ut Moniales
adminiſtrent, & exigant eorum Livella, illaque convertant
in eorum uſus, licitos tamen, & honeſtos ſed independenter ab
eadem Superioriſſa*. Reſp. *Negativè*, & eſt caſus de indubi-
tabili, uti deciſus *à Clem. VIII. in ejus Conſtit. 60. §. 3.* quam
ſequuntur Authores, ſupra adducti *§. 18. n* 37. quibus addo
*Quar. in Summ. verb Caſus reſervati fol.* 157. referens ita de-
ciſum à S. C. C. & *Capon. diſcept. forenſ. 288. n. 45.*

54 Quæres 44. *Quando non conſtat, ea intentione relictum
fuiſſe Moniali Livellum, ut non acquiratur Monaſterio, an in
hoc dubio ſpectet ad ipſam, vel ad Monaſterium*. Reſp. cum
*Rot. dec. 100. n. 7. par. 13. rec.* ſpectare ad Monaſterium, & ra-
tionem ibidem adducit *Rota*, his verbis; *Quia licèt Monia-
lis ſit capax retentionis annuæ præſtationis pro ſuis neceſſitati-
bus, abſque participatione Monaſterii, hoc tamen procedit,
quando ita conceſſa, ſeu relicta fuit, ut concedens, ſeu relin-
quens noluerit, illam in Monaſterium transferri, ſed omninò
cedere in Monialis uſum, & eadem Monialis accipientis fuerit
intentio; Secus verò, quando de tali voluntate non conſtat,
hoc enim caſu acquiritur Monaſterio.*

55 Quæres 45. *Quid debeat facere Superioriſſa de Livellis Mo-
nialium illorum Monaſteriorum, in quibus ſervatur Vita com-
munis*. Reſp cum *Fagn. in Cap. Inſinuante n. 23. Qui Cleric.
vel vovent.* Proſpicere debere neceſſitatibus illius Monialis,
cujus intuitu ſolvitur Livellum, & reſiduum in uſus totius
Monaſterii convertere, referendo ita deciſum à C. C. in *Pa-
normitana*, de qua ſupra §. 13. *n.* 7. *& in cap. Non ampliùs
num. 47. verſ. Ad quartum de Inſtit.* ubi, quòd hoc appro-
batum fuit à Papa, & concordant *Barboſ. de Poteſt. Ep.
par. 3. alleg. 101. num. 7. & ad Conc. ſeſſ. 25. de Reg. cap. 2.
num. 13. & Rot. dec. 75. in fin. apud Tor. de Pact. fut.
ſucceſ.*

Quæres 46. *An Monialis poſſit Cenſum vitalitium conſtitue- 56
re ex ſumma, ei legata, non pro Livello determinatè, ſed ad
ſuum libitum expendenda.* Accedente Superioris licentia,
& voluntate Legantis, ut dominium talis ſummæ nullate-
nus acquiratur Monaſterio, ſed cedere debeat in Monialis
uſum. Reſp. *Affirmativè* cum *Barboſ. ad Conc. ſeſſ. 25. de
Regul. cap. 2. num. 14. & de Poteſt. Ep. par. 3. alleg. 103. nu.*
10. & concordant *Cordub. Caſ. Conſc. quæſt. 54. dub. ult. San-
ch. ad Præc. Decal. tom. 2. lib 7. cap. 23. num. 5. & in Veg. in
Summ. Caſ. Conſ. cap. 32. caſ. 12.* penes quos recognoſci poſ-
ſunt rationes, quæ pro hac opinione militant.

Quæres 47. *An poſſit Regularis percipere fructus illius ſum- 57
mæ, quæ ex ejus perſona delata fuit ad Monaſterium*. Reſp.
De Jure nullat. id eſſe permiſſum ea ratione, quia quidquid
acquirit Monachus non ſibi, ſed Monaſterio acquirit. Cæ-
terùm ſolet Apoſt. Sedes ex juſta cauſa, mediante ſpeciali
gr. id indulgere, ut practicavit *in Neap. 24. Maii 1670. lib.
26. Decr. C. C. fol* 345. omnibus maturè penſatis ſolita be-
nignitate ampliſſimum, concedendo Religioſo Indultum
percipiendi fructus ſcut. 500. ex ejus perſona ad Monaſte-
rium perventorum; Cum duabus tamen conditionibus, pri-
ma, ut ad eundem effectum expreſſus accederet conſenſus
ſui Conventus 2. verò ut idem Religioſus ad nutum Superio-
ris in ſuas indigentias dumtaxat, & religioſos uſus dd. fru-
ctus impendere poſſet.

Quæres 48. *An Religioſus ſine peccato poſſit mutuo dare pe- 58
cuniam, ſibi ex Livello ſolutam*. Reſp. *Affirmativè* cum *Pet.
de Ledeſm. in Addit. ad Summ D. Thom. tom. 2. cap. 4. dub. 2.
fol. 97. Peyrin. de Relig. Subdit. tom. 1. cap. 2. quæſt. 2. num. 5.
Sanch in Summa tom. 2. lib. 3. cap. 19. num. 65. & Dian. coordi-
nat. tom. 7. tract. de Paupert. religioſ. reſol. 14. num. 2.* Ratio
eſt, quia nullum per tale mutuum fit præjudicium, neque
Monaſterio, neque Religioſo, quia ſuppono, quòd mutua-
tarius facultatibus abundet, valeatque mutuum ſuo tempo-
re promptè reſtituere: *Ita etiam ſenſerunt multi viri docti ex
Theatinis, & Ieſuitis, à Diana conſulti*, ut his verbis teſta-
tur, ubi ſupra. Quidquid dicat *Leſ. de Juſtit. & Jur. lib. 2.
c. 41. dub. 9. num. 79.*

Quæres 49. *An Monialis, vel Religioſus, cui Conſangui- 59
neus, vel Amicus paratus eſt aliquam ſummam donare, pec-
cet, ſi illam non acceptando, eundem Amicum, vel Conſan-
guineum roget, ut dictam ſummam alteri donet*, Reſp. *Nega-
tivè* cum *Dian. coordinat. Oper Moral. tom 7. tract. 2. de Pau-
per. Relig. reſol. 8. per tot.* ubi *n.* 6. quòd ita conſultus reſpon-
dit cuidam Moniali, & ejuſdem Sententiæ fuerunt multi
Viri docti, & concordant *Turrian. 2. 2. to. 1. diſput 85. dub.
3. Cened. de Pauper. Relig. dub. 29 num. 4. Filliuc quæſt. Moral.
tom 2. tract. 34. cap. 3. qu. 8. n. 62.* ubi illam requirit conditio-
nem, ut donatio fiat nomine Conſanguinei, vel Amici, non
autem nomine Religioſi, & *Gratian. diſcept. 202. n* 35. Ra- 60
tio eſt, quia Religioſus in his circumſtantiis nihil aliud facit,
quàm petere, ut dicta res, vel ſumma, alteri donetur,
quod nullum involvit actum, Monaſterio præjudicialem,
ex quo Amicus, vel Conſanguineus, ſi nolunt, poſſunt non
donare rem, vel ſummam, exhibitam, ſeu ſpontè ob-
latam.

Quæres 50. *An Monachus, vel Monialis poſſit ex eorum Li- 61
vellis facere eleemoſynas.*

Præſens quæſtio commodè reſolvi poteſt ex probatis ſupra
*quæſt.* 32. quia ſi permiſſum eſt Religioſis Livella indifferen-
tèr donare, multò magis id poterunt facere, mediante ele-
emoſyna, ut de ſe patet. Cæterùm, quatenus procedit velit
cum ſententia illorum, qui contrarium ſubſtinent reſpectu 62
dictæ quæſtionis, præſenti quæſito Reſpondeo *Affirmativè*
cum *Ric. in Prax. to. 2. reſol. 25. per tot.* & concordant *Souſ. in
Explic. Bull. Clem. VIII §. 7. num. 91. & Dian. coordin. tom. 7.
tract. 3. de Pauper. Relig. reſol. 64. per tot.* Ratio eſt, quia in il- 63
lorum ſententia, qui ſubſtinent, Religioſis prohibitum eſſe
donationes facere, nihil aliud prætendi poteſt, quàm quòd
Religioſo prohibeatur donare, facere autem eleemoſynam
propriè non eſt donare, ut ex ſe notum eſt, & in noſtris ter-
minis obſervat *Capon. diſcept. 94. n. 37.*

Quod ampliat *Ric. ubi ſupra, & Graff. conſ. 1. de Regul.
lib. 2.* ut multò magis procedat, ſi Conſanguinei ejuſdem 64
Religioſi eſſent pauperes, nobiles, aut ſenes, quod admit-
tunt etiam *Donat. Rer. Regul. tom. 1. tract. 15 de Largit. Mu-
ner. q. 9. n. 2. & Gratian. diſcept. 880. n 21. & 22. & Rot. dec. 606.
num. 7. cor. Cavaler.*

Quæres 51. *An Religioſus diſponere poſſit de illis eleemoſy- 65
nis, quæ annuatim ei per Benefactores aſſignatæ ſunt*; Acceden-
te Superioris licentia, Reſpondeo poſſe ad limites tamen
ſuarum indigentiarum, convertendo reſiduum in utilitatem

Con-

Conventus, ut reſolvit C.C. *in Andegaven.* 11. *Julii* 1671. *lib.*27.*Decr.fol.*148.*à terg.*

Quæres 52. *An permittendum ſit Religioſo, ut pro ſubſten-*
66 *tatione ſuæ Matris, conſtitutæ in ſtatu magnæ paupertatis, uti poſſit eleemoſynis, ſibi à piis Benefactoribus elargitis* C.C. *in Minor.obſerv.*13.*Junii* 1684. id indulgendum eſſe cenſuit, *Lib.*18. *Decret.fol.*584. aliaſque reſolutiones refert *Nicol. in Floſcul.verb.auxilium num.*1. Quod à pari videmus practicari in ſimili Indulto, ut ad ſuccurrendum Matri, ſenio confectæ, Religioſus extra Clauſtra degat, dummodo tamen extra illa non pernoctet, ut reſolvit C.C. *in Rom. Indulti* 27. *Auguſti* 1695.*lib.*45. *Decr.fol.*499.*à terg.& 14.Jan.*1696. *Lib.Decr.*46.*fol.*4. & practicavit C. E. *in Æſina anno* 1709. favore Religioſi Reformati S.Franciſci Maſſacii, Æſinæ Diœceſis.

Quæres 53. *An Religioſus poſſit donatione remuneratoria*
67 *dare id, quod ſupereſt ex ejus Livello.* Reſp *Affirmativè* cum *Ced.de Pauper.Relig.dub.*27.*Barbol.à S.Fauſt.in Theſaur. Relig.lib.*8.*quæſt.*227.*num* 4. *Gratian.diſcept* 202.*à num.*1.*& Dian.coordinat.* alios citante, & contrariis ſatisfaciente *to.*7. *Oper.moral.tract.*3.*de Pauper.relig. reſol.*47.*num.*2.*& per tot.* ubi illam adducit bonam rationem, quod ſub prohibitione ſimplicis donationis, vel donationis modalis, nunquam cenſetur contineri donatio remuneratoria, quæ propriè donatio non eſt, efficiturque hæc donatio de re, ex gratitudinis virtute, moralique honeſtate debita. Facitque etiam ratio illa, quam his verbis adducit *Donat.Rer.Regul.tom.*4.*tract.*3. *de Vot.pauper. Relig.quæſt.*15.*num.*3. *Decet Religioſos gratos eſſe, & piis operibus intendere.*

Verùm tamen eſt, quod talis donatio remuneratoria de-
68 bet æquipollere meritis, non autem illa ſuperare, ad hoc, ut valida ſit, ea ratione, quia in exceſſu diceretur donatio ſimplex. Ita *Diana ubi ſupra reſol.*48.*per tot.& Donat. Rer. Regul.tom.*1.*tract.*13.*de Larg. Muner.quæſt.*8.*num.*8. ubi admittit, & benè, quod remuneratio poteſt excedere valorem meritorum, & beneficiorum in quarta parte, puta, ſi merita valeant 12. à Religioſo poſſunt donari 16. Quod eſt de mente *D Thom.*2.2. *quæſt* 106.*per tot.* ubi ad rem ait, quod *qui recompenſat æquale, non videtur facere gratis, ſed reddere quod accepit, & ideò gratiæ recompenſatio ſemper tendit, ut pro ſuo poſſe aliquid majus retribuat.*

Quæres 54. *An Religioſus teneatur rationem reddere de redditibus, perceptis ex bonis acquiſitis ex ſuo Livello.* Reſ-
69 pondeo *Affirmativè* cum C.C. *in Mantuana Adminiſtrat.*28. *Novemb.*1676.*Lib.*29.*Decr.fol.*312.*ad* 2 *dub.* in cujus caſu ingreſſurus Religionem ante profeſſionem teſtamentum fecerat, in eoque ſibi reſervaverat annuum Livellum, ad effectum illud erogandi in ſui commodum, abſque eo, quod Jus aliquod favore cujuſcumque perſonæ acquiſitum dici poſſet; Cùm enim progreſſu temporis ex fructibus dicti Livelli prædia, & cenſus acquiſiviſſet, fuit quæſitum in dicta S C. an de redditibus, perceptis ex bonis, poſtea acquiſitis, teneretur rationem reddere, cui *S.C.* Reſpondit *Affirmativè*.

Quæres 55. *An peccet contra paupertatis Votum Religioſus ille, cui à Conſanguineis conſiderabilis ſumma data fuit, ad*
70 *ſui libitum expendenda, cum hoc, quod dominium ejuſdem ſummæ remaneat penes Conſanguineum.* Quidquid dicat in hac parte *Souſ. in Explicat.Bull. Clem.VIII. §.*2.*num.*73. ea ratione, quia hoc caſu Religioſus dicatur nudus Miniſter. Reſpond. *Negativè*, quia in ſubſtantia Religioſus hoc modo haberet abſolutum uſum pecuniæ, qui paupertati repugnat; Ita *Dian.coordin.tom.*7. *tract.*3.*de Pauper.relig. reſol.*25. *nu.*2. ubi, quod contraria opinio ei videtur nimis laxa, & contra perfectionem paupertatis religioſæ, qualis videtur etiam mihi, & propterea in praxi nullo modo recipienda videtur opinio *Souſæ*.

Quæres 56. *An debeantur Livella illis Monialibus, quæ poſt aſſignationem eorundem amplexæ ſunt Vitam communem, vel*
71 *potiùs per talem mutationem illa remaneant extincta.* Reſp. *Deberi*, ut reſolvit *C. E. & R* 1. *Febr.*1692. *in Cæſen.* juxta verba illa Supplicis Libelli, & Reſcripti *Emin. & Rev. Sig. Le Monache delli Monaſt. dello Spirito Santo, e di S. Catarina di Ceſena umiliſſime Oratrici rappreſentano, ritrovarſi alcuni Particolari, li quali ricuſano di pagare loro i Livelli, & altri aſſegnamenti, dovuti ad eſſe per l'Inſtromenti, ſotto preteſto di non eſſere ora tenuti, dopoche l'Oratrici hanno abbracciata la Vita comune, per conformarſi alla loro Regola di S. Benedetto, al Decreto del Concilio di Trento, alle Coſtituzioni de' Sommi Pontifici, & anche alli Decreti dell'EE.VV. Onde ſupplicano le medeſime con ogni umiltà degnarſi dichiarare, detti Livelli, & aſſegnamenti, dovuti per altro, ſi debbano loro di preſente, come prima, non oſtante la Vita comune, introdotta ne' loro Monaſterj, quale non potrebbero continuare ſenza queſti Suſſidj per l'inſufficienza dell'entrate de' Monaſterj. S.C, &c.* Attentis narratis, cenſuit, & decrevit, *prædictos Livellos, ſeu annuas præſtationes deberi. Romæ* 1. *Februarii* 1698. *G. Card. Carpineus Præfectus. A. Altovitus Secr.* Idque ſumma ratione ad facilitandam introductionem Vitæ communis, ubi illa non ſervatur.

Quæres 57. *Quo tempore præſtandum, ſeu ſolvendum ſit Livellum.* Reſpondeo (præciſa particulari conventione, 72
quæ ſervanda eſt *Rot.dec.*210.*num.*6.*coram Emer jun.* loquens de Depoſito Cardinalis Cennini, facto ab Architecto Joanne Franciſco de Rubeis, diverſimodè à conventione) Illud deberi quolibet menſe, ad inſtar alimentorum, rationibus benè perpenſis per *Rot.cor Merlin.dec.*671.*num.*31 Quamvis non deſint aſſerentes, illud ſolvi debere in principio cujuſlibet quadrimeſtris, ut videre eſt apud *Amendol. in addit. ad Franch.dec.*155.*ſub n* 1.

Quæres 58. *An relicto Livello Religioſo, vel Moniali in aliqua determinata, vel indeterminata ſumma, dummodo* 73
*non excedat ex.gr. ſcuta* 86. *annua, cum hoc, quod ſi Religioſus, vel Monialis pro uno, vel alio anno Livellum non petat, iſtud non debeatur, an dicta conditione non obſtante, illud debeatur, & peti poſſit à Monaſterio:* Quidquid dicat *Capon. diſcept.*67.*per tot.* Reſp. *Negativè* ex defectu conditionis non impletæ, ſeu petitionis Livelli, non factæ à Religioſo, vel Moniali; Legatum enim conditionale, non purificata conditione, nunquam debetur, *leg.ſi ita legatum §. Illi ſi volet, & leg.Senatus §.*1 *ff.de Legat.*1.& alios citat *Card. Tuſc.lit.L. concluſ.*583.*num.*34. & faciunt animadverſa ſupra *quæſt.*33. *ſeu num.*43.

Neque vis ulla fieri poteſt in ratiociniis, lato calamo adductis per *Capon. ubi ſupra*; Quia nullam fieri valet fundamentum in deciſionibus illarum Cauſarum, quæ terminatæ 74
fuerunt per concordiam, ut probavi *in Inſtit.crim lib.*2.*tit* 8. *num.*255. Et ipſemet *Capon.* in fine refert, quod Cauſa terminata fuit per concordiam: Ultra affectionem illam, quæ faſcinare ſolet Advocatorum intellectum, ad opportunitatem Cauſarum pro Clientibus ſcribentium, teſte experientia, & id obſervante *Card. de Luc.de Emphyt. diſc.*58.*ſub num.* 12. cum aliis in *Inſtit. crimin. lib.*2. *tit.*8. *num.*242. *& ſupra §.*19. *num.*2.

Quæres 59. *An omnia hucuſque probata procedant indifferenter reſpectu omnium Monaſteriorum, cujuſcumque Religionis.* Reſp. *Negativè*; Quia in illis Monaſteriis, in qui 75
bus perfectè ſervatur Vita communis, Religioſus, & Religioſa nullo modo actum aliquem facere poſſunt circa Livella ſed hæc directè ſolvi debent in manibus Superioris, vel Superioriſſæ, in quorum deindè arbitrio repoſitum eſt illa implicare in utilitatem Monaſteriorum; Habito tamen reſpectu ad particulares indigentias illius, cujus contemplatione Livellum debetur, & ſolvitur, ex animadverſis per *Donat. Rer.Regul.tom.*4.*tit.de Vot. Pauper.Relig. tract.*15.*quæſt.*11. *num.*7. & ſupra *quæſit.*43. & reſolvit *C.C in Panormit.* apud *Fagn.in cap.Monachi nu.*61.*de ſtat. Monach* & apud *Criſpin. nella Viſit. Paſtor. par.*2. *§.*42.*fol.*338 his verbis: *C.C. cenſuit, hos redditus ab ipſamet Abbatiſſa exigi, & ad ipſius manus rectè deferri oportere, de quibus tamen pro ſuo arbitrio ſubveniet in primis neceſſitati Monialium, quarum intuitu hi redditus Monaſterio obvenerunt; Cæterùm quod ſupererit, in communem Monaſterii uſum convertet.*

Quæres 60. & ultimò; *An procedant reſpectu omnium Religionum, & Religioſarum Communitatum.* Reſp. cum *S.C.* 76
*C. in Theatinor.facultat.alienan.*28. *Jan.*1679.*Lib.*30.*Decret. fol.*253. quod in hac parte videtur diverſimodè procedendum cum Theatinis, quibus hodiè indifferenter permiſſus videtur Livellorum uſus, quidquid ab initio illorum Congreg. dicendum eſſe, & attento tenore propriarum Conſtit. ut legitur *in Folio, d. die diſtributo*, his verbis: *Imò Vitalitii particularis uſus, per Conſtitutiones prohibitus, hodiè permittitur, quia frigefacta Fidelium charitate, ſibi ita conſulunt, ut vivant, & potiùs fortè conveniens foret, ut bona poſſiderent in communi, quàm in particulari.*

Quoad impreſſionem hujus Diſceptationis, primo loco impreſſæ anno 1705. repetenda ſunt hìc ea, quæ obſervavimus *hujus Tom. par.* 1. *diſceptat.* 1. *in fine num.* 126. 77
*&* 127.

Quo verò ad illius reſolutiones ſuper Cauſæ meritis, repetenda pariter hìc ſunt ea, quæ adnotavimus in *Tom.*1 *par.* 78
1.*diſcept.*12.*n.*255.*verſ.In hujus Cauſæ*, quas reſolutiones, ſeu ſententias regiſtravimus in *§.*19.

Quo demum ad modum reſcribendi Signat Juſtitiæ, hæc, referente R.P.D. Cornelio, die 17. Septembris 1705. re- 79

ſcri-

ſcripſit: *Sine præjudicio trium conformium*. Die 3. Decembris ejuſdem anni 1705. reſcripſit: *Conſtito de tribus*. Et die 25. Februarii 1706 *In primo loco deciſis*.

Cæterùm reſpectu omnium, in hac Diſceptatione con-
80 tentorum videnda ſunt ea, quæ dixi *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 10. num. 72.*

---

## DISCEPTATIO II.

### Romana, ſeu Januen. Legatorum.

*PRO*

Communitate Vulturi,

*CUM*

Jo: Baptiſta Dongio.

### ARGUMENTUM.

*Diſponente pio Benefactore, ut ejus hæreditatis fructus diſtribuantur quolibet anno inter pauperes ſuos Concives, & aſſignentur dotes miſerabilibus Puellis, ſorte extrahendis, an illius Conſanguinei præferendi veniant, licet in Teſtamento contemplati, & qualis gradus in hac parte attendendus ſit, & an facienda ſit illorum computatio de Iure canonico, vel civili. Adducuntur multi caſus, in quibus Subſidia dotalia præſtari debeant, vel non à Locis piis Urbis.*

Expoſuerunt SS. D.N. Jo: Baptiſta Dongius, & Maria Æmilia ejus filia, quod erant Conſanguinei Cardin. Donghii; Quodque Jo: Auguſtinus Cappellus, illorum Avunculus magnus, & major reſpectivè in Codicillis, exa-
1 ratis die 2. Februar 1654. inter alia pia Legata conſiderabiliſſimæ quantitatis, ad præſentem inſpectionem non pertinentia, reliquerat fructus Loc. 80. Mont. Noven. 2. erect. diſtribuendos pro Subſidiis dotalibus, forte extrahendis inter pauperes, & miſerabiles Puellas Oppidi Vulturi, Patriæ Teſtatoris, qui fructus ad currentem rationem, dedu-
2 ctis expenſis pro exactione, & ſtrenis, aſcendunt ad annua ſcut. 235. circiter; Prout etiam aſſeruerunt reliquiſſe fructus aliorum Loc. 72. ejuſdem Montis, diſtribuendos quolibet anno *fra povere Fameglie miſerabili, nate, & abitanti in detto Luogo*, qui, deductis pariter dd. oneribus, & expenſis, conſiſtunt hodiè in annuis ſcut. 210. circ.

Eandemque verè piam diſtributionem inter dd. pauperes, & miſerabiles perſonas mandavit fieri in duabus vicibus, &
3 temporibus nimia conſideratione dignis, hoc eſt: *La metà nella Settimana ſanta, e l'altra ſotto le Feſte di Natale*: Illa etiam habita æquè prudenti, charitativa, & pia conſideratione. *Perche maggior numero di perſone poſſano godere detta Limoſina, d. Codicillante dichiara, che non ſi poſſa dare ad alcuna Fameglia più di lire 16. per anno* (quæ conſtituunt julios 25. circiter mon. Rom.) *cioè lire otto per ogni diſtribuzione, o meno, ſecondo il carico maggiore, o minore, che aveſſero.*

Petieruntque eodem tempore duas inſignes Gratias: Primam, faciendam d. Jo: Bapt. Patri, *di concedere all'Oratore li frutti di detti Luoghi* (hoc eſt dd. annua ſcut. 210.) *da
4 diſtribuirſi a Poveri, fin'a tanto, che più piacerà alla S. V.* Secundam verò, faciendam d. Mariæ Æmiliæ ejus filiæ, mediante ſubminiſtratione alicujus ſummæ, quæ in Folio, diſtributo in Cong. habita die 13. Aug. 1718 exprimitur in illa ſcut. 4. vel 5. millium, ad hoc ut poſſit matrimonium contrahere cum Viro paris conditionis.

De more eædem preces remiſſæ fuerunt huic S. C. & ab hac Archiep. Januen. pro Inform. & Voto, quod non ſine
5 myſterio nullatenus aperire voluit idem Archiep. ſed terminavit Relat. *in omnibus ſe remittendo ſapientiſſimæ determinationi hujus S. C.* Nihilque aliud in eadem Inform. continetur, quàm ſola, & ſimplex relatio ejus, quod reſultat ex fide duorum teſtium, coram hac S. C. pariter exhibita, de quibus infra.

Quamvis autem unicum intereſſe præſentis inſpectionis verſetur circa maximum præjudicium Hominum, & Communitatis Vulturi, eo quia illius pauperes, & miſerabiles 6
utriuſque ſexus perſonæ, natæ, & habitantes in eadem Terra, ab annis 70. reperiuntur in pacifica poſſeſſione dictarum ſubventionum, & eleemoſynarum, à pio Benefactore Jo: Auguſt. Cappello eorum Concive relictarum; Nihilominus citatis dumtaxat PP. Carmelitis excalceatis, Exequutoribus teſtamentariis dicti pii Benefactoris, in Cong. habita die 13. Auguſti 1718 deſcripta fuit in Folio contraria petitio, fuitque dilata reſolutio ad enixas preces ejuſdem Communitatis, & Hominum Terræ Vulturi, ad quorum notitiam devenerat prædictorum intentio.

Hodiè igitur iterum proponuntur eædem preces, quæ tamen non videntur exaudiendæ; Quia ex una parte nullo mo- 7
do ſubſiſtunt fundamenta, quibus illæ innituntur; Ex alia verò nihil magis Judicibus cordi eſſe ſolet, quàm ut piæ Morientium diſpoſitiones punctuali exequutioni demandentur, ut probavimus *in tom. 1. par. 2. diſcept. 31. n. 8.*

Non ſubſiſtunt fundamenta contrariæ petitionis; Non enim ſubſiſtit primò, quod Oratores ſint Conſanguinei Card. Donghi; Iſte enim, ut refert *Ciaccon. in ejus Vita tom. 4. fol.* 8
*mihi 631. fuit Patritius Januenſis, Bartholomei, & Jacobæ de Bernardis filius*; Quod autem talis non ſit Orator, neque etiam ex ejus parte aſſeritur, & multò minus concludenter probatur, ut eſſet neceſſarium, eo quia in hac circumſtantia nobilitatis, & conſanguinitatis cum d. Card. fundatur illius intentio, ex animadverſis per *Rip in leg. Ex facto* 9
*§. Si quis autem 29. ff. ad S.C. Trebel. Rot. cor. Coccin. dec. 2083. n. 10. & cor. Priol. dec. 392. n. 3.*

Non attenta myſterioſa Fide duorum teſtium, aſſerentium, ipſum eſſe, *dello ſteſſo ramo, e ſtipite, che era il qu. Sig. Card. Donghi*; Idque ſcire, *perchè, avendo eſſo teſtimonio molti effetti nel Luogo di Voltri, Patria de'li dd. Signori* 10
*Donghi, l'ha così ſentito dire più, e più volte pubblicamente*, nullum ſpecificando conſanguinitatis gradum, nullamque perſonam, à qua id audiverit; Idque nè poſſent de falſo convinci, juxta animadverſionem *Card. Pallavic. nell' Iſtoria del Concil. lib. 11. cap. 16. num. 7.* de qua *ſupra diſcept. 1. §. 21. num. 24.*

Conſanguinitas ſiquidem in his terminis non probatur ex computatione, quæ fit à teſtibus, vel ſuper eorum digitis, vel divinando, ſed exprimendo præciſum gradum; median- 11
te efformatione Arboris, ut experientia notum eſt, & determinatur *in cap. Licet ex quadam de Teſt.*

Poſita proinde deficientia concludentis probationis d. conſanguinitatis, & nobilitatis, non juvat 2. loco recurrere ad ejus aſſertam paupertatem; Quando enim hæc eſſet vera, 12
& legalibus documentis demonſtrata, quod uſque ad hodiè nullatenus ad praxim reductum fuit, adhuc non efficeret nobilitati, juxta literalem *Text. in l. Humilem Cod. de Inceſt. nupt.* quem ſequitur *Rot. dec. 1059. num. 30. cor. Coccin.* in qua parte habemus vulgatum illud Hiſpanicum axioma. *Pobreza no es vileza.*

Minùs fundamentum fieri poteſt in cognominis identitate, ad colorandum dictam conſanguinitatem; Quia eadem cognominis ſimilitudo nullatenus conſanguinitatem probat, id obſervantibus *Card. de Luc. de Feud. diſc. 133. num. 24. &* 13
*Bertacch. vot. dec. 60. num. 12. & Rot. dec. 15. num. 32. p. 7 rec. & in Rom. Cappellæ 5 Maii 1688 §. Quandoquidem cor. Molin. & in Bononien. Fideic. de Bove 31. Jan. 1691. §. In nihilo coram Eod.* Videmus enim g. e. in Urbe, multos deferre cognomina de Columnis, de Cæſarinis, de Urſinis, de Sabellis, & ſimilibus, qui tamen neque etiam à remotiſſimis conjuncti ſunt cum dd. nobiliſſimis Familiis.

III. Non relevat, quod ſumus in terminis temporalis ſuſpenſionis dd. Legatorum, non autem veræ, & propriæ commutationis voluntatis noſtri pii Teſtatoris.

Ultra quod enim ſuſpenſio, ex adverſo prætenſa, nimis conſiderabilis eſt; Sive habeatur reſpectus ad ætatem Oratoris, agentis annum 55. Sive ad ſummam, ab ipſo prætenſa omnium fructuum 72. Loc. Mont. juxta illius hodiernam 14
petitionem; Vel ſaltem ſcut. 15. quolibet menſe, ut dicit. in Folio die 13. Aug. 1718. quæ uti conſiſtens in annuis ſcutis 190 ferè abſorbet integram quantitatem Legati fructuum dd. Loc. 72. Mont. Novenn. non exceden. ſcut. 210. annua: Sive demum ad dotem, prætenſam ab ejus Filia in ſcut. 5000. ut dicitur in Folio ubi ſupra, ad quam ſummam conflandam requiruntur fructus dd. 80. Loc. Montium pro annis 22. ut 15
calculanti patet, quo tempore privarentur eadem ſubventione, ſeu pio Legato dotium pauperes, & miſerabiles Puellæ num. 396.

Stricte reſpondemus, quod ſumus in terminis piorum

Lega-

Legatorum, in quorum pacifica poſſeſſione, tam Pauperes pro aliqua annna ſubventione, quàm miſerabiles Puellæ pro Subſidiis dotalibus reperiuntur ab annis 70. in quibus cir-
16 cumſtantiis non ſolùm locum habet regula de Jure quæſito non tollendo, quam in noſtris terminis, expendunt *Pignat. conſult.146. num.5. tom.4. juxta Rom. impreſſ. & Rot.dec.898. num.10.coram Emer.jun.* his verbis: *Reperiuntur jam à pluribus annis in quaſi poſſeſſione percipiendi ſubventionem controverſi Legati, & ſic intrat Regula de Jure quæſito non tollendo, cui Papa non ſolet, nec debet facilè derogare*; Sed applicatur concluſio, uno ore a Doctoribus admiſſa, & à ma-
17 gnis Tribunalibus amplexa, quod in caſu pii Relicti, ſeu Legati, in cujus poſſeſſione quis reperitur, *eadem prorſus eſt ratio præjudicii extinctivi, & ſuſpenſivi, ad hoc ut neutro caſu poſſit eſſe locus commutationi*, ſunt verba *Rot.dec.898.nu. 11.cor.Emer.jun.* & concordant adducti à *Cravet.conſ.296.nu. 3.verſ. Quod procedit etiam in differendo, & à Rot. in Rom. ſeu Januen. Legat.5.Maii 1698. §.Nos verò cor. Card. de la*
18 *Tremoil.* ibi: *Quæ quidem ratio præjudicii eadem eſt, etiamſi conſiſtat in ſimplici ſuſpenſione, non autem in ademptione juris jam quæſiti*.

Et viva ratio hæc eſt, quia illæ pauperes, & miſerabiles perſonæ, quæ ſunt hodiè in pacifica poſſeſſione dictæ ſubventionis, mori poſſunt antequam de medio tollatur eadem prætenſa ſuſpenſio, iterumque admittantur ad novam participationem ejuſdem ſubventionis; Prout etiam mori poſſunt, vel matrimonio in miſeriis jungi illæ pauperes, & mi-
19 ſerabiles 396. Puellæ, quæ hodiè ſunt, & in futurum per dictum longum ſpatium annorum 22. erunt capaces dictorum Subſidiorum dotalium; Et proindè quoad ambos eadem omninò eſt ratio præjudicii, ſive illud vocetur, vel ſit ſuſpenſivum, ſive dicatur, & ſit extinctivum, ut patet conſideranti.

IV. Non ſubſiſtit, quod Oratores conjuncti ſint in 3. & 4. gradu reſpectivè cum pio Benefactore Jo: Auguſt. Cappel-
20 lo; Quia in hac parte proceditur exadverſo cum æquivoco palmari, computando gradus conſanguinitatis ad terminos Juris canonici; Cùm enim non ſimus in circumſtantiis matrimonii, ſed ad alios effectus, computatio graduum fieri debet ſecundum regulas Juris civilis, ut generaliter notant *Gratian. diſcept. 77. num.1. Carol. Anton. de Luc. de Lin.leg. art.2.num.23.& Fontan.dec.Cath.12. à num.7.* & in terminis noſtri caſus *Rot.d.dec.898.nu.2. coram Emer.jun.* ubi ad rem
21 probat *num.*3. ad effectum, de quo diſputamus, naturalem charitatem, & affectionem non excedere 4. gradum de Jure civili, in quo nullatenus eſt Filia Oratoris, in 5 dumtaxat gradu conjuncta Teſtatori, computando gradus juxta regulas Juris civilis, ex ſupra citatis, quibus addo *Rot. in Rom. ſeu Jan.Leg.5.Maii 1698.§.Similique cor.Card.de la Tremoil.*
22 ibi: *Res enim eſt cum Cognatis, 5. gradu Teſtatori conjunctis, erga quos non urget ſpecialis ratio dilectionis, quæ regulariter 4. gradum non egreditur*. Unicam hujus concluſionis adducendo limitationem *Rota in Reatina Succeſſionis 4. Maii 1696.cor.Car.Caprar.* quando ſermo eſt de Teſtamento Idiotæ, & quando aliàs locum habere non poſſit diſpoſitio Teſtatoris.

V. Non ſubſiſtunt piæ meditationes circa Jura honorifica, hodiè competentia Oratori, ob prætenſam extinctionem lineæ Bernardi Cappelli, germani fratris Jo: Auguſt.
23 Cappelli noſtri Benefactoris, quæ linea prælata fuit lineæ Benedictæ ejus Sororis, ex qua deſcendit Orator. Vivit enim cum numeroſa Familia maſculorum, & fœminarum Carolus Cappellus, unus ex Deſcendentibus per rectam lineam ab eodem Bernardo, ut fuit juſtificatum in Summario. Et propterea ceſſant omnia ea, quæ latè deducta fuerunt circa dicta prætenſa Jura honorifica, cum ſuppoſito extinctionis lineæ d. Bernardi Cappelli, eo quia corruente ſuppo-
24 ſito, corruunt omnia ſuper ipſo ædificata, juxta regulam, de qua *Rot.dec.584.nu 17.cor.Dunoz.jun.*

Neque vis aliqua fieri poteſt in dicto duorum teſtium, ad probandam dictam extinctionem lineæ Bernardi Cappelli,
25 nec non ad colorandam Conſanguinitatem cum nobili Familia Donghia, Patritia, & ex primariis in Civitate Januæ.

Reſpectu ſiquidem d. Conſanguinitatis primus ex dictis teſtibus, conſtitutus in anno 25. ſuæ ætatis, natus fuit, &
26 educatus Aloni, vulgò *Alicante*, & à tribus dumtaxat annis acceſſit ad Civitatem Januæ; Et propterea nimis inveriſimile eſt, quod poſſit eſſe informatus de iis, circa quæ tanta facilitate deponit.

Præterea, uti compaternitatis vinculo Oratori, junctus,
27 nullum probationis gradum ad illius favorem facit, ex animadverſis per *Farinac. de Teſtib.quæſt.54.regul.3. num.201.& Rot.dec.82.num.25.coram Zarat.* Alter verò, uti exercens vilem Artem *di Bancalaro*, nullam pariter fidem meretur, ex adductis per *Rot.dec.262. num.1. coram Pampbil. & dec.1330. num.3.cor.Seraph.& dec.85.à num.17.cor.Zarat.* Ambo autem neque diſtinguunt gradus Conſanguinitatis, neque ſpecificant illos, à quibus audiverunt ea, quæ deponunt; Con- 28
ſanguinitas verò ad hoc, ut probata dicatur, debent teſtes diſtinctè ſpecificare gradus ejuſdem Conſanguinitatis, de qua deponunt, juxta *Text.in cap. Licet ex quadam de Teſtib.* ibi: *Vel ab utroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguant, Monacell.tom.4.fol.93.num.53.& Rot.dec.99.nu.7. cor. Royas*, ibi: *Non concludunt, quia teſtantur de ſimplici auditu, nec deponunt, ſicut debebant per gradus diſtinctos, & dec.106 num.5.cor. Bich.* & in noſtris terminis reſolvit hæc 29
S. C. *in Vintimilien. Subſidiorum dotalium 24. Jan. 1711.* quando, inter alia, injunxit Epiſcopo, ut ad proban. conſanguinitatem tranſmitteret Arborem, ut legitur in Folio diſtributo in eadem Cauſa die 12. *Decemb. ejuſdem ann. in princ.* Teſtes autem non individuantes illos, à quibus aſſerunt, ſe aliquid audiviſſe, nullam probationem faciunt, ea ratione, quia deponentes ſub hujuſmodi captioſa forma, adimunt alteri Parti facultatem ſe defendendi, & oſtendendi inſubſiſtentiam eorum depoſitionis, quam adducit *Rot.dec.538.* 30
*num.11.cor. Dunoz jun. & dec.620 num.2. cor.Manzan. & dec. 297.num 11.par 19.rec.*

Reſpectu verò dictę prętenſæ extinctionis lineæ Bernardi Cappelli, non poſſumus meliùs illius exiſtentiam compro- 31
bare, minùſque clariùs demonſtrare falſitatem depoſitionis dictorum contrariorum teſtium, quàm mediante publico documento, & ſolemni teſtimonio unius ex Deſcendentibus ejuſdem, dato in Summario; Et ex hac palpabili falſitate facilè dignoſci poteſt, quam fidem in reliquis mereantur dd. contrarii teſtes, juxta illud *Virgilii*: *Crimine ab uno Diſce* 32
*omnes*, ſequutum *à Rot.Aven. dec.33.n.1. & 2.* & concordant adducti in *Inſtit.crim. lib.2. tit.6.n.23.*

Ex quibus 6. loco nullum fieri valet fundamentum in Relatione Archiep. Januen. Eſt enim voluntarium æquivocum aſſerere, dediſſe Votum Oratoribus favorabile; Idem enim 33
Archiepiſcop. non ſine myſterio, quamvis requiſitus pro Voto, modeſtiſſimè ſe abſtinuit ab illius prolatione, terminando ſimpliciter ſuam Relation. ſequen. verbis: *Ideoque in omnibus me remitto ſapientiſſimę determinationi iſtius* 34
*Sac. Cong.*

Quamvis autem in corpore ejuſdem Inform. referat ea, quæ aſſeruntur in dictis Fidibus, quas unitas cum dicta Inform. ad hanc Sac. Cong. tranſmiſit, & ſunt illæmet, quæ fuerunt impreſſæ in contrario Summario; Nihilominus, cùm iſtæ Fides, ex animadverſis *ſupra à num. 25.* nullam 35
mereantur fidem, neque etiam attendi in hac parte debet dicta Inform. nulli alteri principio, medio, & fini probationis innixa, quàm dictis affectatis Fidibus, ex generaliter firmatis per *Rot.in Colon.Can.1.Gratiæ 4. Febr.1699.§.Hinc neque cor.Card.Scotto*, ubi, quod, corruente fundamento, cui innititur Rotę deciſio, hæc in nulla prorſùs conſideratione habenda eſt. Et in terminis ſimilium Relationum, *Rot* 36
*dec 387.à num.5. cor. Priol.& dec.260 à num.8 par.18. recent.* loquens de Card. Ep ſc. Aſculano, *& dec.171.num 13 par.4. tom.2.rec.* loquens de Card de Latere Legato, *& in Colonien. Matr.9. Jan.1711.§.2 cor. Falconerio*, loquens de Electore Trevirenſi. Et generaliter de aliis Epiſcopis obſervant addu- 37
cti *in to.1.par.2 diſcept 7.n.36.& 41.*

VII. Non ſubſiſtunt ea, quæ exagerata fuerunt circa paupertatem Oratoris; Non ſolum quia illa fundatur pariter in affectatis Atteſtationibus eorundem teſtium, qui nullam me- 38
rentur fidem, ex ſupra allegatis, eo quia falſus in uno, talis cenſetur in omnibus, ut vidimus ſupra *num. 32.* Neque aliquod pondus eidem additur à ſimili Atteſtatione Parochi; Omnibus enim nota eſt magna illa facilitas Parochorum faciendi ſimiles paupertatis fides, quod obſervat etiam *Set. de Offic. Locumt. fol mihi 166. num 21.* Ex qua mota fuit 39
Congreg. Reform. Trib. Urbis *die 14. Januar. 1677.* ad demandandum, ut ſimilibus Parochorum atteſtationibus in hac parte nulla præſtetur fides, teſte *Card. de Luc.* qui eidem Congreg. interfuit, ut refert *in Tract. de Credit diſc 153. num. fin.*

Obſervando ulteriùs, quod tam d. Parochus, quàm alii affectati teſtes, non ſolùm oſtendunt inclinationem, & quidem magnam favore Oratoris, quod conſiderari ſolet à Doctoribus ad denegan. illis omnem fidem, ex adductis *à Natt.* 40
*conſ 261. num.11. Cravet.conſ 281. num 3. Conſtant. ad Stat. Urb.tom.2.annot.44 art.5.num 341.& Rot.dec.102. num.7.cor.. Emer.*

*Emer. jun. & dec.* 248. *num.* 5. *par.* 2. *rec.* Sed ulterius non du-
bitarunt pro illis enixè exorare EE. PP. juxta illa verba *:
Che perciò ſi ſupplicano li pii Benefattori ad aſſiſterli con
qualche Suſſidio, ſicuri li medeſimi di ripotarne da S. D. M. il*
41 *premio, dal medeſimo promeſſole ;* Eſt enim æquè novus,
ac curioſus modus iſte teſtificandi, longè diverſus ab eo,
quem ſemper agnoverunt, & agnoſcunt Doctores omnes,
aſſerentes, teſtes debere ſolùm ferrè teſtimonium circa ea,
quæ ipſis probè nota ſunt, nullatenus ſe immiſcendo in illis
partibus, quæ ſpectant ad Judices, aliaſque Perſonas, ut
42 notant *Bald. conſ.* 438. *n.* 2. *lib.* 1. *Ruin conſ.* 189. *nu.* 20. *eod. lib.* 1.
*& Rot. dec.* 1228. *nu.* 5. *cor. Coccin.*

Sed etiam, quia exhibemus particulam Teſtamenti Jo:
Bapt. Cappelli, germ. Fratris, & hæredis Jo: Auguſt. no-
ſtri pii Benefactoris, conditi die 26. Februar. 1662. Qui Jo:
Bapt. reliquit hæredes ſuæ opulentiſſimæ hæreditatis Chri-
43 ſtophorum, & Emanuelem de Donghis, Patrem, & Pa-
truum reſpectivè Oratoris; Imò in eodem teſtamento reli-
quit inſigne prælegatum Loc. 100. Mont. Reſt. 1. Erect.
cum hac notabili conditione, quod neque ipſi hæredes inſti-
tuti, *nè li loro Figli in perpetuo, & in ſæcula ſæculorum,
poſſino mai diſponere del Capitale di eſſi Luoghi cento, ma ſo-*
44 *lamente de' loro frutti, obligando eſſi frutti primieramente al
maritare, e monacare le Figlie legitime.*

Difficile autem erit oſtendere, quod ad noſtrum effectum
dicatur pauper Filia Oratoris, dum pro ſua Dote in ſpecie,
& præcisè habet deſtinatos, & obligatos fructus dictorum
45 Locorum centum dicti Montis, ut conſideranti patet. Et
longè difficiliùs colorare prætextum ejus paupertatis in præ-
judicium illorum 396. Puellarum, quæ non poſſunt conſe-
qui Subſidia dotalia, à noſtro pio Benefactore relicta, niſi
concludenter probetur, *che ſiano povere, e miſerabili*, juxta
verba teſtamenti.

VIII. Non regit in facto, quod SS. D. N. Oratoris in-
ſtantiam ad hanc S. C. remiſerit pro Gratia. Pro detegenda
46 ſiquidem inſubſiſtentia hujuſmodi voluntarii æquivoci, ſat
eſt recognoſcere Reſcriptum, in quo neque per ſomnium
habetur mentio Gratiæ, quam Summi Pontifices concedere
ſolent ex eorum placito, & arbitrio, quando exaudire vo-
lunt preces Supplicantium, ut de ſe notum eſt, & in termi-
nis noſtri caſus firmavit *Rot. in Rom. ſeu Jan. Legat.* 5 *Maii*
47 1698. *§. Sed omiſſo coram Emin. de la Tremoil.* ibi: *Si enim
illam ſuprema poteſtate impartiri voluiſſet, cur noſtro Audi-
torio Cauſæ cognitionem delegaſſet?* Imò admiſſo, prout in-
negabile eſt, quod verba Reſcripti non contineant Gratiam,
ſed ſimplicem remiſſionem ad hoc ſacroſanctum Tribunal,
in neceſſariam venit conſequentiam, quod illa remiſſa fue-
48 rit pro Juſtitia, juxta ejuſdem laudabile ſolitum, in omni
Cong. raro exemplo, & non ſine myſterio repetitum in prin-
cip cujuſlibet Folii ſequ. verbis: *Juxta ſtylum ejuſdem Sac.
Cong. de Jure reſolven.*

*Dec.* 98. *cor Duran.* exadverſo pro punctuali expenſa, nul-
lo modo applicatur præſenti caſui: In illa ſiquidem ageba-
49 tur de Gratia, jam facta, deque commutationis volunta-
tis pii Benefactoris, ſolemniter approbata, mediante ſpe-
ciale Breve à Greg. XV. obtento: Agebatur ulterius de te-
ſtatoris Agnatis, quæ jam nupſerant cum aſſignamento
Subſidiorum dotalium, ſibi à Summo Pontifice conceſſorum,
& proindè meritò dicitur *in d. dec.* 98. *num.* 3. *quod æquitas*
50 *ſuadet, ut Breve exequatur, ex quo jam iſtæ Filiæ nuptæ
reperiuntur cum dicta dote, & æquum non eſſet, ut Mariti,
qui cum tali dote contraxerunt, decipiantur.*

Nulla pariter vis fieri poteſt in reſolut. hujus S. C. *in Caſa-*
51 *len. Applicat. Legati* abſque ſpecificatione anni, menſis, &
diei, exadverſo allegata.

Ultra ſiquidem generalem, & textualem regulam, *quod
non exemplis, ſed legibus judicandum eſt*, de qua *in leg. Ne-
mo Cod. de Sent. & Interl. omn. Judic.* cum concordan. genera-
52 liter ſequutis *à Rot. in Rom. ſeu Liman. Cambior.* 4. *Julii* 1698.
*§. Majorem cor Urſin.* & in terminis noſtri caſus in *d. Rom. ſeu
Jan. Legati* 5. *Maii ejuſdem anni §. Minimè cor. Emin. de la
Tremoil.* ibi: *Cætera exempla non attendit Rota, quæ ab
eis non judicat, ſed ſecundum regulas juris moderatur reſpon-
ſa, leg. Nemo &c.*

Dicimus, exemplum ejuſdem *Caſalen.* retorqueri ad ho-
minem, eo quia, revolutis hujus S. C. Regeſtis, repertum
fuit, d. inſtantiam fuiſſe porrectam in Cong. habitis *diebus*
53 7. *Julii* 1696. & 22. *Novemb.* & 7. *Decemb.* 1697. quando, ut
patet ex lectura dd. Foliorum, fuit conſideratum ab hac S.
C. quod dictum Legatum, à pio teſtatore relictum, per an-
nos 26. ab ejus morte nunquam fuerat adimpletum, & quod
magis eſt in futurum adimpleri non poterat, ut dicitur in Fo-
liis, dd. diebus diſtributis *§. Verùm in fine, & §. Cùmq; in princ.*

Et proindè nil mirum, ſi in dictis terminis, in quibus mens 54
teſtatoris, quæ nunquam adimpleta fuerat, & in futurum
adimpleri non poterat, modo ab ipſa præſcripto hæc S. C.
inclinavit pro Gratia favore illius Conſanguinearum; Non
ſic autem in noſtris terminis, in quibus effluxi ſunt jam anni
70. & in eis ad unguem quolibet anno ſemper punctualiter ad- 55
impleta fuit noſtri pii Teſtatoris mens, modo, ab ipſo præſcri-
pto, neque ullum adeſt impedimentum, quod pari modo
adimpleri nequeat in futurum, ut ſemper facien: eſt, ex ad-
ductis *ſupra num.* 7. quibus addo *Rot. in dec.* 78. *num.* 12. & 13.
*cor. Duran.*

Alteri exemplo Reipublicæ Januæ; In caſu, in omnibus
ſuis partibus præſenti ſimillimo, reſpondet *Rot. in Rom. ſeu* 56
*Jan. Leg.* 5. *Maii* 1698. *§. Minimè*, obſervando, id poſſe fa-
ciliùs practicari, attento conſenſu Vocatorum, ſeu Admi-
ſtratorum dicti pii Relicti, qui in d. caſu verificabatur, &
in noſtris terminis nullatenus concurrit; Imò adeſt poſitivus
& rotundus diſſenſus PP. Carmelitarum excalceatorum,
Adminiſtratorum, ſeu Diſtributorum dictorum piorum Le-
gatorum.

Cœterùm non deſunt exempla, cum majori otio perqui-
renda in Regeſtis hujus S. C in quibus reſcriptum fuit pro 57
punctuali adimplemento voluntatum piorum Benefactorum,
ac denegatione ſimilium Gratiarum, inter quæ ſpeciali
conſideratione dignum eſt illud in *Rom. Subſid. dotal* 9. *Junii*
1714. in quo quinque Proneptes teſtatoris, quæ, ut dicitur
in Folio, d. die diſtributo *§. Hiſce, in nubili ætate dereli-
ctæ fuerunt ab earum Genitore in ea rerum anguſtia, quæ ad
vitæ ſubſtentationem vix ſubſidium percipiant annuor. ſcut.*
21. Licèt autem Card. Carpineus, tunc Urbis Vicarius,
Votum eis favorabile dediſſet, perſpecta Oratricum pau- 58
pertate, & qualitate Proneptum teſtatoris, ut dicitur in d.
Folio ubi ſupra; Nihilominus hæc S. C. dubio: *An Subſidia
dotalia, relicta per qu. Jo: Angelum Baldum, & per Archi-
confr. S. Rocchi præſtan. debeant aſſignari ad favorem Puel-
larum, deſcendentium ab Hæredibus inſtitutis ab eodem Jo:
Angelo*, reſpondit: *Negativè.* Nulla habita ratione, quod 59
erant Deſcendentes ab hæredibus pii Benefactoris; Quod
erant in ætate nubili; Quod erant Pauperes; Quodque
Puellæ, quibus diſtribui debebant dotes juxta Teſtatoris
præceptum, non erant ex certo genere perſonarum, ſed ſor-
te eligi debebant, ut dicitur in d. Folio, & patet ex verbis
pii Teſtatoris, quæ ſunt ſequentia: *Voglio, che il Mari-
taggio ſi faccia per Buſſola dalla Compagnia, come ho detto
di ſopra.*

*Et in Romana Subſidiorum dotalium* 11. *Septembris* 1717.
in qua agebatur de Neptibus pii Teſtatoris Bartholomæi Lu-
pardi. Et dubio, *An, & quot Subſidia dotalia ab Arch. Sacr.* 60
*Stigmatum ſint aſſignanda Annæ Thereſiæ, & Columbæ &c.*
reſponſum fuit: *Negativè, ſervetur mens Teſtatoris, & am-
pliùs Cauſa non proponatur.*

*Et in Meſſanen. Subſidiorum dotalium* propoſita *die* 19.
*Novemb.* 1718. quando fuit pariter propoſita præſens cauſa, 61
in qua agebatur de Proneptibus Teſtatoris, quarum favore
Archiep. Meſſanen. ut dicitur in Folio *§. Nonnullæ, de Pau-
pertate, de Conjunctione Sanguinis cum Teſtatore, & tan-
dem de gratiæ congruitate ampliſſimum dedit teſtimonium*; Et
tamen d. die dubio: *An & quomodo Oratricum precibus ſit an-
nuendum*, reſponſum fuit: *Negativè.*

In concurſu autem exemplorum, juxta, & contra volun-
tates piorum Benefactorum, ſemper attendenda ſunt illa, 62
quæ cohærent verbis Teſtamenti, cùm non poſſit fieri ſecu-
rior interpretatio, quam illa, cui conveniunt verba Teſta-
toris, ait *Rot. dec.* 317. *num.* 11. *cor. Ptol.* & facit *Text. in l. Ex
facto la* 2. *§. Rerum ff. de Hæred. inſtit.* ibi: *Et facit quidem
totum voluntas defuncti, nam quidquid ſenſerit ſpectandum
eſt*, cum concordan. de quibus *Rot.* loquens in noſtris termi-
nis in *Rom. ſeu Jan. Legat* 5. *Maii* 1698 *cor Em. de la Tremoil.* 63
(quæ eſt revocatoria alterius coram eodem, emanatæ 1. Ju-
lii 1697. exadverſo pluries citatæ) ubi in *§. At longè* ad rem
concludit, nil in Jure ſanctius, firmiuſque eſſe oportere ſu-
premis hominum judiciis, quæ publicè expedit exitum ha-
bere, ibique regiſtrat, & ſequitur verba illa *Text in l.* 1. *Cod.
de Sac. Eccleſ. Nihil enim eſt, quod magis hominibus debeatur
quàm ut ſupremæ voluntatis, poſtquam aliud velle non poſ-* 64
*ſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit, arbi-
trium*; In caſu autem *d. dec. diei* 5. *Maii* 1698. quæ in hac par-
te magiſtralis eſt, concurrebat eſſentialiſſima illa circum-
ſtantia, quod petitio Oratricum à ſummo Pontifice remiſſa
fuerat ad Rotam, *cum facultatibus Sign. Gratiæ, tempera-
to Juris rigore, & præ oculis habita æquitate*, E converſo

autem

autem in noſtris terminis Oratoris inſtantia remiſſa ſimpliciter fuit ad hanc Sac. C. & conſequenter, juxta ejus laudabile ſolitum, de Jure reſolven. ex animadverſis ſup. *n.*48.

Non omittentes exorare, quod quatenùs preces Oratoris
65 ab hac S. C. exaudiantur, actum erit de exequutione voluntatis pii Benefactoris, deque charitativis Subſidiis, & eleemoſynis, cum tali, tantaque circumſpectione ab ipſo demandatis, eo quia quatuor alii germani fratres ejuſdem Oratoris, omnes uxorati, nempe Joſeph, qui habet filium maſculum, & fœminam; Chriſtophorus, qui habet duas filias nubiles, & quinque maſculos, quorum unus eſt uxoratus; Jo: Stephanus, qui habet filium maſculum:, & Aloyſius, qui duos alios habet filios maſculos, non ſine magno deſiderio ſibi, ipſorumque natis, & qui naſcentur ab illis, apropriandi integra noſtra Legata, junctis manibus expectant exitum præſentis litis, quam circumſtantiam ſummopere præ oculis habendam eſſe pro denegatione ſimilium Gratiarum, omiſſis generalibus, in noſtris terminis
66 obſervant *Leſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 12. dub. 7 num. 27. verſ. Secundò quia præbet occaſionem*, & *Rot. dec. 898. num. 11. cor. Emer. jun. Maximè quia quemadmodum hodiè inſtant pro hujuſmodi ſubventione Maria, & Jacobus, ita deinceps eorum exemplo excitari poſſent ad hujuſmodi inſtantiam alii Conſanguinei, & ſic &c. deſtrui funditùs voluntas Teſtatoris*, & *in d. Rom. ſeu Jan. Legat. 5. Maii 1698. §. Nec magis cor. Emin. de la Tremoil.* ibi: *Tum denique ex concurſu aliorum Cognatorum, qui ad ſimilem gratiam aucupandam facilè confluent,*
67 *ad quas omnes circumſtantias in hoc genere Gratiarum præjudicialium advertendum eſſe, docent &c.*

In univerſum denique pro excludenda applicatione illarum generalium regularum, & regularium propoſitionum, in ſuis caſibus verarum, circa veriſimilem voluntatem Teſtatoris, qui conſuluiſſet utique ſuis Conſanguineis, ſi illorum prætenſam hodiernam paupertatem prævidiſſet; Nec
68 non circa æquitatem, cum qua in his terminis procedendum eſt, omiſſo Juris rigore, ex cumulatis *in Tom. 2 par. 1. diſcep. 5. num. 22.*

Reſpectu dictæ veriſimilis voluntatis dicimus *cum Rota in d. Rom. ſeu Jan. Legat. 5. Maii 1698. §. Similique*, conjecturam hanc falſiſſimam vocari à Doctoribus, ibidem citatis, & ab eadem *Rot.* ſequutis, & concordant alii, citati *in dec.*
69 898. *num. 6. cor. Emer. jun.* ibi: *Nimiumque fallax eſt argumentum veriſimilis prædilectionis, cùm poſſit eſſe, quod Teſtator, etiamſi hodiè reviviſceret, nihilominùs prædiligeret &c. & in Ariminen. Legati 2. Maii 1693. §. final. cor. Herwault*, in cujus caſu agebatur de præſumpta prædilectione erga germanum fratrem Teſtatoris, in concurſu extranei, & tamen nulla habita fuit ratio hujuſmodi præſumptæ, & veriſimilis voluntatis pii Benefactoris in conflictu claræ diſpoſitionis teſtamentariæ.

Reſpectu verò dictæ æquitatis, dicimus hanc nunquam ſequi poſſe cum injuria, & præjudicio alterius, quod in
70 noſtris terminis palparetur manibus, eo quia pro conſtituenda dote filiæ Oratoris, juxta quantitatem ab ipſa prætenſam, de qua ſupra *num.* 14. deberent remanere indotatæ per ſpatium 22. annorum 396. pauperes, & miſerabiles Puellæ, quibus à Teſtatore relicta fuerunt Subſidia dotalia: Prout etiam plus caperet ſolus Orator, prætendendo annua ſcut. 180. ex legato 71. Loc. Mont. quàm haberent 79. pauperes, & miſerabiles Homines, & Habitantes in Terra Vulturi, quibus ex præciſo Teſtatoris præcepto non poteſt dari ſum-
71 ma, excedens illam librarum 16. ſeu julios 25. circiter mon. Rom. ut in ſpecie eidem motivo æquitatis reſpondendo, firmavit *Rot. in Rom. ſeu Jan. Legati 5. Maii 1698. §. Eſt igitur cor. Emin. de la Tremoil.* his verbis: *Prætextu Gratiæ non minùs juſtitia, quàm æquitas læderetur, & Cognatorum ægeſtas ſublevanda eſſet ſubtrahendo Agnatis æquè miſeris partem diſtributionis, ipſis à Teſtatore deſtinatam: Idque præterea fieret adeò injuſta ratione, ut unus ex Cognatis plus caperet ex relicto iſto, quàm percipiant decem ex*
72 *Agnatis*; In noſtro autem caſu addere poſſumus, quod plus caperet ſolus Orator, quam 79. pauperes, & miſerabiles Patres familias Patriæ Teſtatoris, ab iſto vocati, & prædilecti, cum illa declaratione, quod eis relinquebat dictum Subſidium, *per elemoſina* qui ſciebat *eſſere grato, & accetto à S. D. M.*

Reſpectu demum utriuſque reflexionis dicimus, tam veriſimilem voluntatem, quàm æquitatem in noſtris terminis præ oculis haberi poſſe in illis dumtaxat circumſtantiis, in quibus ſermo eſt de iis, quæ ſunt extra teſtamentum, non autem in iis, quæ evidenti ſcriptura teſtamenti manifeſta
73 ſunt, ut in circumſtantiis noſtri caſus verificatur, juxta verba *Rotæ in* ſæpè, ſed nunquam ſatis laudata *Rom. ſeu Jan. Legat. 5. Maii 1698. § Similique cor. Em de la Tremoil.* In qua parte habemus Textum, hoc idem literaliter demandantem, qui non poteſt eſſe rotundior in *leg. ff. de Condit. & demonſtr.* cujus aurea verba ſunt hæc. *In iis, quæ extra teſtamentum incurrunt, poſſunt res ex bono, & æquo interpretationem capere; Ea verò, quæ ex ipſo teſtamento oriuntur, neceſſe eſt ſecundum ſcripti Juris rationem expediri*, in cu- 74
jus ſequelam ita tenent *Cujac. in leg. 8. Cod. de Judic. Duar. Comment. Jur. Inſtit. de Re judicat. prælect. 24. ad leg. Sicut 21. fol. mihi 397. col. 2 Petr. Fab. in l. In omnibus 90. ff. de Reg. Jur. Sarmient. ſelect. interpr. lib. 1. cap. 8. ſub n. 22. & Pignat. conſult. 14. nu. 1. to. 4. juxta Rom. impreſſ.*

Cujus textualis, ac receptiſſimæ propoſitionis illa aſſignatur ſolida, & ſtringens ratio in *dec. 979. num. 6. cor. Emer. jun.* quia aliàs, admiſſa contraria prætenſione, *nunquam* 75
*ferè ſortiri poſſent effectum voluntatis Teſtantium favore certarum perſonarum, nam vix poſſet dari caſus, quod non ſupereſſet perſona, cui potentiori, aut æquiori Jure debitum videretur Judicium Teſtantis*, & concordat *ead. Rot. in d. Rom ſeu Jan. Legat. 5. Maii 1698. §. Similique cor. Card. de la Tremoil.* ibi: *Hac enim via ex inopinatis eventibus ſemper mutarentur ſupremæ hominum voluntates, firmumque ſtatum, quem leges illis tribuerunt, nunquam haberent*; Iterum, ſed nunquam ſatis repetendo *cum Rot. dec. 898. n. 5. cor.* 76
*eod. Emer. jun.* quod neglectis hujuſmodi motivis prætenſæ æquitatis, & aſſertæ veriſimilis voluntatis, non poteſt Judex meliùs interpretari voluntatem Teſtantium, quàm ſequendo normam, ab ipſis in teſtamentis præſcriptam, quodque deſideria Morientium ex contrariis piis meditationibus, ex adverſo expenſis, colligi nullo modo poſſunt, *alterando in præjudicium Tertii* (ſunt verba *Rot. in Rom. ſeu Jan. Leg. 5. Maii 1698. §. Ut etiam, cor. Em. de la Tremoil.*) *diſpoſitionem, morte Teſtatoris jam confirmatam; Etiamſi illa in meliùs commutanda eſſet, nam diſpoſitiones Teſtatorum cùm nihil iniquum vel à lege reprobatum continent, quod illi voluerunt, adim-* 77
*plendum eſt, non autem quod voluiſſe meliùs fuiſſet, eſt attendendum*, & *in Valen. Canonic. 19. Junii 1705. §. Equè coram Moliner*, ibi: *In dubio meliùs eſt deſervire verbis, quam aliud phantaſticè divinari.*

Quæ omnia mirabiliter præſenti caſui applicantur, in quo æquè piùs, ac dives Teſtator, apertiſſimè ſe declarans in principio Codicillorum, eſſer *Diſpenſatore più che Padrone de beni di fortuna, che Dio li hà dati &c. e perciò di volerli* 78
*diſpenſare a quell'Opere, che ſa, eſſer grate, & accette à S. D. M.* Volenſque illa per manus pauperum in cœleſtes theſauros deportare, propriorumque Concivium inopiam abundantia ſuarum facultatum ſublevare, non ſolum nihil iniquum, nihilque à legibus reprobatum, in teſtamento ap- 79
poſuit, ſed omnia ad terminos Divinorum præceptorum diſpoſuit, & ordinavit; Atque ad evitandum inconveniens illud, de quo *D. Paul. 1. ad Corinth. 11. 24. Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt*, attentiſſima conſideratione expreſsè mandavit: *Che non ſi poſſa dare ad alcuna Fame-* 80
*glia più di lire 16. per anno*, ubi præſcripſit etiam qualitates dd. Familiarum his verbis *fra povere Fameglie miſerabili*; Ita ut contraria prætenſio tollendi aliquid etiam minimum à dictis verè pauperibus, & miſerabilibus Familiis, *quibus jubemur offerre*, juxta nobilem animadverſionem *Caſſiod. lib. 5. epiſt. 7.* videatur æquè dura, atque amara. Cum illo addito, ab eodem *Caſſiod. ubi proximè* ſolemniter reprobato, quod Oratoris intentio omnem ſuperat exorbitantiam; Mo- 81
vet enim omnem lapidem ad hoc, ut pinguia capiant aſſignamenta ex miſeriis dictarum miſerabilium Familiarum, ibi: *Ultra omnes crudelitates eſt, divitem velle fieri de exiguitate Mendici.*

Neque omittimus obſervare, quod non ſumus in terminis magnarum Civitatum, in quibus reſpectu ſimilium eleemoſynarum, & Subſidiorum dotalium verificatur illud, *uno avulſo, non deficit aliud*, ſed ſumus in circumſtantiis parvi Oppidi, Patriæ Teſtatoris, in quo nullum aliud adeſt ſimile pium Relictum, & quatenus Orator ſuum conſequatur intentum reſpectu ſummæ, ab eo exceſſivè petitæ, non habent quo ſe vertant pauperes, & miſerabiles ejuſdem Patriæ Teſtatoris.

Quibus non ſolùm non contradicit *Text. in can. Eſt probanda diſt 86.* ſed prædicta omnia mirabiliter confirmat, dum, 82
conſtito de æquali paupertate Extraneorum, & Conſanguineorum, quæ ut obſervavimus *ſupra num. 12 & 38.* in noſtris terminis probatæ non ſunt, mandat ſolum neceſſitatibus Conſanguineorum conſulendum taliter eſſe, ut non defraudentur Extranei, utque non fiant Conſanguinei divites ex

eo,

eo, quod aufertur inopibus, juxta aurea illa verba: *Melius eſt enim, ut ipſe ſubveniat his &c. non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo, quod tu potes conferre inopib.*

Dum igitur noſter pius teſtator inopibus, atque verè mi-
83 ſerabilibus Familiis noſtri Oppidi contulit titulo eleemoſynæ julios duos quolibet menſe, ſeu libras 16. quolibet anno, non videtur æquum, neque juſtum, ut hujuſmodi ſubventio tollatur dd. pauperibus, ad hoc ut Orator dives evadat cum menſtruo aſſignamento ſc. 15. quæ ipſe prætendit.

Omniumque præmiſſorum illam aſſignat bonam rationem
84 idem *Text. in d. can. Eſt probanda diſt.* 86. quod ſcilicet, quando Conſanguinei ſub ſimilibus coloribus prætendunt ſibi appropriare redditus, relictos pauperibus extraneis, nil aliud faciunt, quam defraudare pios teſtatores mercede, ſeu merito eleemoſynę, ſeu, quod idem eſt, prætendunt privare eoſdem Conſanguineos facultate faciendi eleemoſynas, ibi: *Præmium quærunt horum &c. & accuſant, quod eos divites non feceris, cùm te velint illi æternæ vitæ fraudare mercede.*

Non negamus proindè ad terminos hujus Textus in iſtis
85 circumſtantiis ſuccurrendum eſſe Conſanguineis piorum Benefactorum, ſed ſumendo conſanguinitatem pro natura cauſæ ſubveniendi, non pro gratia, vel affectione majori, juxta illa verba: *Cauſam enim natura præſtat, non gratia*, ubi *Gloſſa verb. Non gratia* ait: *Unde ſupple, & affectio*, quod clariùs determinatur *in can. Quiſquis* 12. *q.* 2. ibi: *Quod ſi pauperes fuerint* (ideſt Conſanguinei) *ut pauperibus largiatur, & in can. Charitatis eſt verſ. Proximus autem de Pænitent. diſt.* 3.

Retorquetur pariter illa facti circumſtantia, innixa ſpi-
86 ritualibus Suffragiis, à Teſtatore injunctis, quorum reſpectu mandavit, illa eſſe prius applicanda pro ſuis Conſanguineis, deinde pro Amicis, & ultimo loco pro Hominibus Vulturi; Quia ſicuti Teſtator in hac parte, reſpectu Suffragiorum, ſeu Operum miſericordiæ ſpiritualium, hominibus Vulturi prætulit ſuos Conſanguineos, ita prætuliſſet etiam in Operibus corporalibus miſericordiæ, ſi idem demandare voluiſſet, quod cùm non fecerit, dicendum eſt noluiſſe: *Cùm ideò videatur Teſtator diſjunctim, hoc reli-*
87 *quiſſe, ut unuſquiſque ſuum onus, non alienum agnoſcat; Nam ſi contrarium voluiſſet, nulla erat difficultas conjunctim ea diſponere*, ſunt verba *Text. in l. unica §. Sin autem in fine C. de Caduc. tollen.*

Retorquetur demum illa reflexio: *Quælibet pauper Fa-*
88 *milia conſequi nequit, niſi modicos nummos quolibet anno, nempè libras* 16. *duabus in vicibus, ut voluit Teſtator.* Tum quia ex hac modicitate ſummæ, titulo eleemoſynæ relictæ miſerabilibus Familiis, non ſine magna exorbitantia prætenditur ex adverſo detrahi aliquod etiam minimum ad impinguandum prætenſum contrarium Subſidium menſtruorum ſcut. 15. ex allegatis *ſupra num.* 81. Tum etiam, quia vis non ſtat in modica, vel in magna ſumma, pauperibus à Teſtatore aſſignata, ſed in clara, & literali voluntate illam erogandi in meras, moderataſque eleemoſynas, ſeu *di diſpenſarla in quelle Opere, che sà eſſer grate, & accette à*
89 *S. D. M.* ad eundem effectum illam relinquendo dicto titulo eleemoſynæ, cujus meritum, & mercedem conſequi voluit pius Teſtator, quam nullatenus haberet, ſi converteretur in Conſanguineorum ſubſidium, contra claram diſpoſitionem *dict. Text. in can. Eſt probanda diſt.* 86. Ea ratione, quia *nihil magis hominibus debetur, quam ut ſupremæ voluntatis poſtquam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium*, ut per hæc numero verba id determinatur *in l.* 1. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*
90 Quod ſi procedit in rebus indifferettibus, multò magis locum habebit in piis Relictis, & in Operibus miſericordiæ, ut de ſe patet.

Quoad Filiam Oratoris res videtur carere omni principio
91 difficultatis, quia ipſa eſt conjuncta in quinto dumtaxat gradu cum noſtro pio Benefactore, ut probavimus *ſupra num.* 20. Eſt autem principium, uno ore receptum à Doctoribus, & quotidie canonizatum à ſupremis Tribunalibus, quod ad noſtrum effectum naturalis charitas, & præſumpta affectio non egreditur quartum conſanguinitatis gradum, computando illos ad terminos Juris Civilis, ex adductis *ſupra num.* 21. *&* 22.

Et ex hac reflexione remanent inapplicabilia exempla, ex-
92 adverſo indicata *In Rom. ſeu Sabinen. ſubſidii dotalis* 22. *Aprilis* 1717. *& in Ferrarien. Reductionis, & Subſidiorum dotalium* 14. *Novembris. &* 19. *Junii ejuſdem anni* 1717. *& in Romana Dotium* 2. *Octobris* 1717. *Et in alia Romana Dotium* 24. *Septembris* 1718. Eo quia omnia illa ſunt in terminis conſanguineorum, ſtrictiſſimo affinitatis, vel conſanguinitatis vinculo Teſtatoribus junctorum, à quibus non poteſt fieri aliqua illatio ad præſentem diſparatum caſum conſan- 93
guinitatis prætenſæ ultra quartum gradum vulgata, *l. Papinianus ff. de Minor.*

Die Sabbathi 19. Novembris 1718. propoſito dubio in C.
C. *An, & pro qua ſumma ſit locus applicationi Legatorum*, 94
reſcriptum fuit: *Dilata, & ad mentem. & mens eſt, quod Em. Archiep. informet ſuper exiſtentia, & paupertate Fratrum Jo: Baptiſtæ audita Communitate; Et quod curet extrahi ex Æſtimo partitas ſtabilium, poſſeſſorum à Jo: Baptiſta: Et exhibeatur aſſignatio Locorum Montium facta ab eod. Jo: Baptiſta favore Creditorum.*

AD hujus materiæ ornatum notanda ſunt hic multa, quæ occaſione diſcuſſionis præſentis Cauſæ, inter Au- 95
thores inveni, concernentia diſtributionem Subſidiorum dotalium.

Quod nempè, quando fructus, relicti pro dd. Subſidiorum diſtributione taliter diminuti ſunt, ut Loca pia damnum ſentiant ex illorum continuatione, ſolet C. C. illas ad ali- 96
quod tempus ſuſpendere, ut practicavit *in Neapolitana Subſidiorum dotalium* 29. *Apr.* 1698. *ad* 3. *dubium, Lib. Decr.* 48. *fol.* 134. in qua reſcripſit eſſe ſuſpendendam arbitrio Præfecti, *& in Lucana Suſpenſionis legati* 13. *Auguſti* 1607. *&* 1. *Decembris* 1708. *Lib.* 57. *Dec. & lib.* 58. *fol.* 612. in qua reſcripſit pro ſuſpenſione ad decenninm, cum hoc, quod omnes fructus tempore hujus decennii decurrendi cedere deberent in ſolutione dotium effectivè promiſſarum, juxta temporis anterioritatem.

Quod, renuentibus Monialibus acceptare Puellam cum dotali Subſidio, relicto pro determinato Monaſterio, dari ſolet facultas ingrediendi aliud Monaſterium, ſecum du- 97
cendo dotem, pro primo relictam, ut practicavit C. C. *in Romana Subſidii dotalis* 14. *Januarii, &* 3. *Martii* 1708. *Lib.* 58. *Decr. fol.* 13. *& fol.* 181.

Quod, aſſignata dote pro matrimonio ſpirituali, non ſolet eſſe facilis C. C. Gratiam concedere, ut deſerviat pro 98
matrimonio carnali, quam denegavit *in Romana Subſidiorum dotalium* 30. *Maii* 1699. In cujus tamen Folio refertur, bis eandem Gratiam Sorori, & Avunculæ Oratricis fuiſſe conceſſam *Lib.* 29 *Decr. fol.* 203. De Jure verò, qnando legatum dotis, relictum pro Virginibus, nubendis in ſæculo, de- 99
beatur, & peti poſſit à Puellis monacandis, latè diſcurrit *Panimol. dec.* 57. *adnot.* 1. *per tot.*

Quod legatum pium, relictum pro dote Puellarum, non poteſt aſſignari jam nuptis, quamvis æquitatis motiva multa concurrant, *C. C. in Ripana Subſidii dotalis* 7. *Julii* 1714. 100
*Lib.* 64. *Decr. fol.* 310. Prout etiam neque aſſignari poſſunt Viduis, ex veriſimili Teſtatorum voluntate. Non attenta diſtinctione *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 10. *num.* 7. ut id limitetur in Vidua, adhuc Virgine, quia ſcilicet Vir, contracto matrimonio, ante illius conſumationem deceſſerit, juxta caſum, de quo loquitur *Capyc. Latr. conſult.* 127. *à num.* 53. 101
Quia idem Author loquitur de Subſidiis dotalibus, debitis ex juſtitia, ſeu ex diſpoſitione Teſtatoris, vel particularis Inſtituti alicujus Montis, non autem de illis, quæ debentur ex motivo pietatis, & charitatis à Locis piis, in quibus *communis uſus id prohibere videtur in hujuſmodi Subſidiis*; 102
*quæ dantur per Loca pia*, juxta præciſa verba per ejuſdem *Card. de Luc. ubi ſup.*

Aliam diſtinctionem reſpectu mulierum nuptarum facit
*Bertacchin. Vot. dec.* 120. *num.* 3. Quod ſcilicet, aut legatum, 103
relictum fuit pro fœminis dotandis, quæ aliundè non habeant dotem, & tunc ſubſidium dandum eſt etiam nuptis cum parva dote: Aut verò legatum cantat ſimpliciter pro nubendis filiabus, & tunc non debeatur nuptis.

Reſpectu Viduarnm aliter diſtinguit *Panimol. dec.* 57 *num.*
13 *&* 14. quod ſcilicet, aut tempore diſtributionis pii Suſſi- 104
dii, reperiuntur Viduæ, & Virgines capaces ejuſdem, & tunc dandum eſt Virginibus; Aut verò Puellæ virgines, aptę ad conſequendum Subſidium, non reperiuntur, & tunc poſſit etiam dari Viduis, ne pium opus differatur.

Quod Confratribus non eſt permiſſum limitare tempus ma-
trimonii illis Puellis, quibus fuerunt aſſignata dotalia Sub- 105
ſidia, *C. C. in S. Severini Subſidii dotalis* 11. *Jan.* 1710. *lib.* 60 *dec. fol.* 11.

Quod pro cautione reſtitutionis Subſidiorum dotalium à
Locis piis Urbis Puellis, in caſu, quo moriantur ſine filiis, 106
vel inhoneſtam vitam ducant, admitti debet cautio juratoria *C. C. in Romana Subſidiorum dotalium* 12. *Maii* 1714. *lib.* 64. *Decr. fol.* 113.

Quod

Quod ad Subſidia dotalia inſimul concurrentibus Puellis
107 nobilibus, & ignobilibus, ſemper præferendæ ſunt nobiles *C.C. in Amerina Subſidiorum dotalium* ... *Julii* 1710. *lib.* 60. *Decr. fol.* 311.

Quod conſanguineis Teſtatoris intra 4. gradum ſolet ea-
108 dem C.C. Gratiam facere pro redditibus unius anni, vel multorum Subſidiorum, prout practicavit in *Rom. ſeu Vintimil. Subſidiorum dotalium* 11. *Decembr.* 1711. *lib.* 61. *Decr. fol.* 514. in qua petentibus Roſa Maria, & Catharina, duabus Sororibus Subſidia dotalia plurium annorum, ex iis, quæ earum conſanguineus reliquerat quolibet anno diſtribuendis, quia Roſa Maria erat jam nupta, licet cum promiſſione viginti
109 ex dd. Subſidiis, facta à Patre, S.C dubio, *An, & quomodo Oratricum precibus ſit annuen.* reſpondit *Negativè quoad Roſam Mariam. Quo verò ad Catharinam indulgendum eſſe pro dotibus unius anni tantum, & ampliùs, & in Cuſentina Subſidiorum dotalium* 7. *Februarii* 1711. in qua reſpondit favore mulieris annorum 30. in 2. & 3. conſanguinitatis gradu Teſtatori junctæ, *eſſe anuendum pro redditibus unius anni tantùm, in quo fieri debet erogatio dotis, lib.* 61. *Decret. fol.* 84. Pro majori verò quantitate ſolet Summus Pontifex in
110 plena Signatura Gratiæ ſimilia Subſidia benignè concedere, teſte *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. diſc.* 30. *num.* 31. *verſ. Applicationes*.

Quod, præciſa facultate, reſultante ex propriis Statutis
111 cujuſcumque Loci pii, quæ in caſus contingentia ſervanda ſunt, non poſſunt Confratres ad eorum arbitrium demandare, ut dotes, diſtribuendæ per ſortes, ſeu per buſſulam inter Puellas unius, vel alterius Regionis, dentur Conſanguineis, vel Affinibus Confratrum frequentantium, *C. C. in Romana Subſidiorum dotalium* 12. *Jan.* 1697. quando propoſi-
112 tis duobus ſequentibus *dubiis* I. *An familiæ Confratrum frequentantium ſint de Jure præferendæ in hujuſmodi Subſidiis, quatenus negativè* II. *An ſaltem ex æquitate concedenda ſit aliqua diſpenſatio favore eorundem frequentantium, in caſu*
113 *&c.* Ad utrumque reſponſum fuit *Negativè lib.* 47. *Decr. f.* 11.

Dixi, *ad eorum arbitrium*, juxta caſum dictæ reſolutionis, quia utendo facultatibus, ſibi attributis in Statutis, in
114 forma ſpecifica confirmatis, id poſſunt Confratres omni jure facere, ut practicatum fuit anno 1710. à Confratribus Archiconfraternitatis SS. Sacramenti in Eccleſia SS. Laur. & Damaſi, qui ad omnem majorem cautelam procurarunt etiam confirmationem ab Em. Protectore; Prælationes enim Conſanguineorum, & Affinum Confratrum in his terminis commendatione dignæ ſunt, rationibus adductis *à Rota dec.* 332. *num.* 8. *par.* 14. *rec.* ibi: *Ut ob ſpem conſequendi Subſidia,*
115 *Oratorii munia frequentius ſubirent, quod in pleriſque Urbis Societatibus ad alliciendos in aſſidua pietate Confratres laudabiliter inſtitutum &c.*

Quod onus, impoſitum Subſidiis dotalibus in una parte
116 teſtamenti reſpectu unius Loci pii, non cenſetur repetitum in alia parte ejuſdem teſtamenti reſpectu alterius Loci pii, præcipuè accedentibus circumſtantiis, diverſitatem voluntatis Teſtatoris denotantibus, juxta *dec.* 232. *par.* 14. *rec.*

Quod Confraternitati, vel Loco pio, docenti per multas præſentationes, & nominationes de poſſeſſione nominandi
117 Puellas, cum Subſidio dotali, præſtando ab aliqua Familia, danda eſt manutentio in eadem poſſeſſione nominandi cum obligatione hæredis ſolvendi Subſidium dotale, juxta *dec.* 55. *cor. Dunoz. jun.*

Quod facultas nominandi Puellas ad Subſidia dotalia non
118 conſummitur per nominationem ineffectuatam, & proindè morte præventa, vel privata dicto Subſidio ob vitæ inhoneſtatem, vel aliam legitimam cauſam, una Puella, nominari debet alia, *Rota in Romana Electionis Puellarum* 27. *Novembris* 1624. *cor. Pirovan* quam ſequuntur *Card. de Luc. de Dot. diſc* 10. *n.* 5 *& Rot. cor Cerr. dec.* 677. *n.* 2.

Quod hoc tali religioſitate ſervandum ſit, ut non poſſint
119 Loca pia ſibi appropriare eaſdem dotes, etiamſi in ſummis anguſtiis reperiantur conſtituti; Imò etiamſi concurrat hæredis conſenſus, *C.C. in Romana dotium* 24. *Septembr.* 1718. *lib.* 78. *Decr. fol.* 512.

Quod, mandante pio Benefactore, ut ex ſuis redditibus
120 Confrater. det aliqua Subſidia dotalia quolibet anno, poſito, quod Puellæ, quæ ab eadem Confraternitate habent Subſidia ex propriis Statutis habere debeant particularia requiſita, hæc non debent concurrere in dd. Subſidiis dotalibus ſuperadditis; Quia ſi Teſtator idem voluiſſet, expreſſiſſet utique, quod cùm non fecerit, dicendum eſt noluiſſe, illorumque diſtributionem eſſe liberam pro dd. Confratribus
121 *Burat. dec.* 129. *& Cerr. dec.* 677. ubi ſermo eſt de excluſione cautionis, quam præſtare tenentur aliæ Puellæ, de quo caſu agit etiam *Cardin. de Luc. de Dot. diſc.* 10. *per tot.*

Quod, relictis hujuſmodi Subſidiis dotalibus filiabus ali-
cujus Conſanguinei, vel Amici, ſolven. ex fructibus hære- 122
ditatis Teſtatoris, filia major natu præferenda ſemper eſt aliis natu minoribus, non autem ſimultaneè ad eandem Subſidia vocatæ cenſentur, juxta veriſimilem ejus voluntatem, eo quia minores natu poſſunt commodè expectare, quatenus ſupervivant, *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 6.

Quod filiæ illius Conſanguinei, vel Amici, qui in alie-
nam familiam tranſeat, participare adhuc debeant de illis 123
Subſidiis dotalibus, quæ relicta fuerunt agnatis, à primo Benefactore deſcendentibus *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 6. *in fin.* ubi, quod pro veritate conſultus, ita reſpondit *in una Piſauren.*

Quod, demandante Statuto alicujus Confraternitatis, ut Puellæ, habentes de proprio gr. ex. ſcut. 400. non poſſint admitti ad participan. de ipſius Subſidiis dotalibus, poſito quod contracto marrimonio reperiatur eidem Puellæ aſſigna-
ta alia ſumma per Acta alterius Notarii, vel per Scripturam 124
privatam, quod practicari ſolet ad hoc, nè facilè idem exceſſus probari poſſit, quæri ſolet, ad quem ſpectet onus probandi effectuationem d. promiſſionis, *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 7. cum hac diſtinctione dubium reſolvit.

Aut conſtat de effectiva promiſſione per Acta alterius No-
tarii, vel per Scripturam privatam, & tunc onus proban- 125
di ineffectuationem dotis promiſſæ, ultra ſummam taxatam à Statutis, ſpectare ad Mulierem; Quia per conſtitutionem dotis, jam probatam, fundata dicitur intentio Confraternitatis, & proinde tota defenſio Dotatæ reſtringitur ad exceptionem ineffectuationis, quæ uti fundamentum propriæ intentionis ab ipſa probanda eſt; Aut verò prætendit Confraternitas, quod tempore contracti matrimonii Puella haberet alia bona, vel jura, ad ea ſpectantia, quæ abſque dubio computari debent, & tunc Confraternitas tenetur probare illorum facilem exactionem; Quia non tenetur Puella
perſequi bona intricata, vel à Tertiis poſſeſſa, neque ex hoc 126
titulo arceri debet à d. Subſidio dotali: Quæ diſtinctio mihi videtur ſolidè in jure fundata, & bonis rationibus fulcita, quæ recognoſci poſſunt apud eund. Authorem.

Quod in illis terminis, in quibus Confratres certo generi
perſonarum Subſidia dotalia præſtare tenentur, ſi hujuſmo- 127
di perſonæ negligentes ſint in petendis dd. Subſidiis, quæ bona fide ab iiſdem Confratribus aliis Puellis quotannis diſtribuuntur, non tenetur ad iteratam ſolutionem Confraternitas, ſed liberata dicitur per effectivam traditionem aliis Puellis, bona fide factam, rationibus adductis *à Card. de Luc. de Dot. diſc.* 8. *per tot.*

Quod nomine Conſanguineorum, vel Attinentium piis
Benefactoribus, in hac materia Subſidiorum dotalium ve- 128
niunt ſolùm illi, qui intra 5. gradum de Jure canonico, & 10. de Jure civili Teſtatori conjuncti ſunt, ut ultra citatos ſupra *num.* 22. pro veritate conſultus reſpondit *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 173. *per tot* ubi quod neque etiam veniunt Attinentes Teſtatori per duplex fœminarum medium.

Quod, quando Summi Pontifices habilitant aliquas Puellas ad conſequenda plura Subſidia dotalia, relinquendo tamen in arbitrio Confratrum illa aſſignare, ſi iidem Confra- 129
tres inciviliter Summi Pontificis voluntati ſe conformare nolunt, ſolet eis per viam præcepti id demandari, ut practicaſſe Greg. XV. notat *Rot. dec* 98. *in princ. cor Duran.*

Quod ad hoc, ut Puellæ dicantur pauperes, ad effectum capacitatis Subſidiorum dotalium, relictorum pauperibus, eadem paupertas intelligitur moralis, & ad terminos honeſtatis, juxta fœminæ qualitatem, numerum filiorum ſui
Genitoris, & ſimilium qualitatum, à prudenti arbitrio pen- 130
ſandarum, *Card. de Luc. de Dot. diſc.* 174. *num* 9 *& ſeqq.* ubi, quod quando agitur de ſimilibus piis Subſidiis, relictis propriis Conſanguineis, procedi ſolet cum majori arbitrio, quodque ad hunc effectum dicitur pauper ille, qui cum una, vel duabus filiabus fœminis multos habet filios maſculos, ob diviſionem ejus patrimonii in tot portiones, quot ſunt ejus filii; Undè multò magis ad dictum effectum reputabitur pauper Pater ille, qui multas habet filias fœminas, quibus congruas dotes ſubminiſtrare non poteſt.

Quod relicta aliqua pecuniarum ſumma, cujus fructus ex
præcepto Teſtatoris multiplicari debeant pro dotalibus Sub- 131
ſidiis, non ſolet C. C. Gratiam concedere, ut ex ſorte ejuſdem ſummæ detrahatur congrua dos pro Puella volente ingredi Religionem, ut practicavit *in Romana Subdiorum dotalium* 28. *Febr.* 1711. denegando ſimilem Gratiam Monaſterio S. Ambroſii de Urbe, *lib.* 61 *Decr. fol.* 82.

Quod, mandante pio Benefactore, ut ex fructibus ſuæ 132
hære-

hæreditatis præſtentur quolibet anno Subſidia dotalia orphanis ſuæ Patriæ, vel determinati Loci, ſi in iſtis non reperiantur Puellæ, privatæ utroque Parente, quæ propriè orphanæ dicuntur, admitti debent aliæ, uno dumtaxat Parente orbatæ, quæ largo modo orphanæ pariter dicuntur, ex probatis in *Tom.2.par.1. diſcept.2. num.24.* & in iſtarum defectum etiam illæ, quæ orphanæ non ſunt, idque ad hoc ut voluntas pii Teſtatoris eo modo, quo fieri poteſt, exequatur, *Panimol.dec.57. nu.19.*

Quod ad noſtrum effectum orphanarum appellatione veniunt illæ Puellæ, quæ Patrem habent inutilem, eodem
133 prorſus modo, quo Viduæ dicuntur mulieres illæ, quæ habent Virum inutilem ad effectum fruendi privilegiis conceſſis orphanis, & Viduis, ex adductis in *Tom.2.par.1.diſcept.2. num.85.& 86.*

Quodque legatum dotis, relictum pauperi Puellæ, ſi hæc
134 ingrediatur Monaſterium Cappuccinarum, in quibus non ſolvuntur dotes, illud debetur R. Fabricæ, quia perinde habetur, acſi à principio relictum fuiſſet mulieri incapaci ex adductis *in Compend. Privileg. Rev. Fabric. quæſt.85. num. 144.*

Quodque demum annua legata, relicta pro Subſidiis dotalibus pauperum Puellarum, ſpectant ad R. Fabricam pro
135 eo tempore, quo diſtributa non fuerunt rationibus adductis *in Comp.Priv.R.Fabr.qu.5.num.18.*

Repropoſita in Cong. die 28. Februarii 1722. reſcriptum
136 fuit; *Prævio receſſu à deciſis, eſſe relaxandam ſupplicationem, cum expeditione tamen Gratiæ in forma* Dignum, *nempe cum clauſula, quod per diligentem examinationem coram Ordinario faciendam idoneus repertus fuerit, & ad mentem;* mens autem fuit, quod examinaretur, tam ſuper matrimonio, quam ſuper confeſſionibus.

---

# DISCEPTATIO III.

## Burgi S. Sepulchri Indulti.

*PRO*

Fratribus de Romanellis.

*CUM*

Monaſterio Cappucinarum.

## ARGUMENTUM.

*Moniales Cappuccinæ ſunt incapaces ſuccedendi ab inteſtato earum Conſanguineis, præciſo particulari Pontificio Indulto. Oſtenditur magna differentia inter Moniales, profitentes Regulam, approbatam ab Innoc. IV.& aliam, mitigatam ab Urbano pariter IV. Sacerdotes, inſervientes Eccleſiæ S. Hieronymi de Charitate Urbis, nullam habent connexionem cum Præsbyteris Congregation. Oratorii, à Sancto Philippo Nerio inſtitutæ.*

MOnaſterium Cappuccinarum Burgi S. Sepulchri prætendit ex perſona Sororis Felicis, Monialis in illo profeſſæ, ſuccedere ab inteſtato in bonis Angelæ de Cuc-
1 chis, & Lauræ de Syris, quarum Felix erat filia, & Soror reſpectivè; At Fratres Romanelli, Nepotes Coſmi Syri, & poſſeſſores bonorum, ab hoc relictorum, autumant ſucceſſionem ipſis deberi, & nullum Jus ſuper hæreditate, ac bonis relictis, per Coſmum competere Monaſterio. Super qua controverſia pro veritate conſultus contra Monaſterium reſpondendum cenſeo.

Nam Monaſterium Cappuccinarum ex perſona d. Felicis,
2 in illa profeſſæ, eſt incapax ſuccedendi, & proinde ſucceſſio ſpectat ad proximiores, venientes ab inteſtato *ex Clem. Exivi, § Cupientes de verb. ſignific. & ex Concil. Tridentin.* ſpecificè loquente de Cappuccinorum incapacitate ad ſuccedendum *ſeſſ.25 cap.3. de Regular.* & in terminis Cappuccinorum advertunt *Honded. conſ. 62. à num. 18. lib.1. Caſtil. con-*
3 *trov. Jur.lib.3.cap.12. num.93. & ſeq. Triſtan. deciſ. Cathal. 69.num.15. Rot dec.6.num.1.& 2.par.5.rec. & dec.510.num.1. coram Burat.*

Nec idem Monaſterium poteſt prætendere ſucceſſionem in vim Indulti Pauli V. pro ejus erectione conceſſi die 16. Februarii 1619. permittentis eidem capere bona, & ſic ex d. Indulto Felix, & aliæ Moniales Cappuccinæ, ſint factæ capaces ſuccedendi, & ex illarum perſonis ſuccedat Monaſterium; Verba ſiquidem Indulti habilitant ad ſuccedendum, ſi Monaſterio, & Monialibus relinquatur, donetur, vel legetur ex diſpoſitione hominis, non autem ad ſucce- 4
dendum ab inteſtato, ſeu ex diſpoſitione Juris, quæ adverſatur in ſuccedendo mendicitati, & ſummæ paupertati Religionis Cappuccinorum ex authoritatibus ſupra allegatis; Quæ evidentia fiunt, attentis illis verbis d. Indulti, *& quælibet earum* (ideſt Monialis pro tempore recipienda in Mo- 5
naſterio) *ſaltem ducenta ſcuta illarum partium pro eleemoſyna dotali dare, & perſolvere debeat, illique ſic erecto pro ejus dote, & commoda Abbatiſſæ, & Monialium ſuſtentatione, omnia, & ſingula bona, tam per dictum teſtatorem, aſſignata, quàm ex pretio mille ſcutorum &c. emenda, & in poſterum per quoſcumque alios Chriſti Fideles in perpetuum, vel ad tempus, ac ſimul, vel ſucceſſivè pro argumento, & beneficio Monaſterii, ſic erigendi, illiuſque Abbatiſſæ, & Monialium prædictarum, ſeu alicujus earum intuitu, vel contemplatione per viam Teſtamenti, codicillorum, donationis inter vivos, & cauſa mortis, ſeu alterius cujuſcunque diſpoſitionis, ac etiam in eleemoſyna, vel aliàs quomodocunque,* 6
*& qualitercunque donanda, & aſſignanda.* Et poſtea ſequuntur in eodem Indulto verba, quod poſſint Moniales, ſeu Monaſterium proventus ex eis percipere.

Ex tali quippe tenore Indulti habetur ſolum ſimplex diſpenſatio, & derogatio facta per Papam dictis Conciliis Vien- 7
nenſi, & Tridentino, inhabilitantibus Religionem, & Religioſos Cappuccinos ad ſuccedendum; Sed diſpenſatio, & relaxatio non eſt generalis ſuccedendi, & capiendi ex Teſtamento, & ab inteſtato, ſed ſolùm, ut Monaſterium capere, & acquirere poſſit bona, illi relinquenda, etiam contemplatione Monialium ex Teſtamento, Codicillis, donatione inter vivos, vel cauſa mortis, ſeu per viam renunciationis, legati, & alterius cujuſcunque diſpoſitionis, quæ talis Monaſterii favore fieret per Conſanguineos, ac Affines, 8
vel alias pias perſonas, quæ vellent relinqnere, vel dare quovis tempore eidem Monaſterio; Non tamen dicta verba important, quod Monaſterium, ac Moniales poſſint ſuccedere ab inteſtato ſecundùm diſpoſitionem Juris, dum Papa in ſuo Indulto, ſupra relato, hoc non conceſſit, ſed ſolùm voluit reddere capax Monaſterium, prius ad retinendum bona, relicta per Fundatorem Monaſterii pro hujus erectione, & dote, & poſtea retinere etiam ſcuta mille inveſtienda, & finaliter ad acquirendum bona, relinquenda 9
à piis Benefactoribus, & ſic ſemper Papa reſpexit acquiſitiones bonorum, jam factas, & in futurum faciendas ex diſpoſitione, & facto hominis; Unde contra verba Indulti, & contra mentem Papæ non poteſt tale Indultum diſpenſationis, & derogationis extendi ad capiendum bona, & ſuccedendum ab inteſtato ex diſpoſitione legis, ex quo diſpenſatio, & derogatio eſt odioſa, ſtricti, imo ſtrictiſſimi Juris, ſterilis, & infæcunda, & ſic extendi non poteſt, ut probant *Valenzuel.conſ.159.à num.14.Rocca diſput.Jur.cap.191.num. 21.& 22.Fontanel.de Jurepatr.lib.4.qu.11.nu.2.qu.12.nu.1.3. & 4 verſ.Et diſpenſatio, & quæſt.16.num.6.Corrad.in Prax. diſpenſat.lib.1.cap.5.num.1.& ſeq Surd.dec.268.n.21. Sperell. dec.110 nu.13.& de Juſtis de Diſpenſat.lib.1.cap.2.num.16.& ſeq.& Rot.dec.48.nu.7 & ſeq.cor.Duran.* Itaut diſpenſatio nec extendatur ex paritate rationis, & ad ſimilia *Fagn. in cap.* 10
*Quia tantum nu.20.de Præben.Rocca, de Juſtis, & Fontanel.* ubi proximè, ſolùm derogatio à paritate rationis procedit, ſi agatur de diſpenſatione, facta à lege, ſecus ſi ab homine, ut probat *de Juſtis c.2.n.98.*

Quinimò nec ex majoritate rationis fit extenſio, *Hoſt in cap Poſtulaſti in fin.de Reſcript.* & ibid. *Felic. num.9. Velaſq;* 11
*conſ.159.num.20.de Juſtis dict.cap.2.num.19. Rota deciſ.18. n.15. & 16.par.9. rec.* Et in diſpenſationibus, & privilegiis non valet argumentum à majori ad minus, ac eſſe diſpenſatum in uno, ergo, & in alio ſimili, *Hoſt. ubi ſupr. Velaſq; conſ 159.n.35.lib.2.Corrad.in Prax. diſpenſat.lib.1.c.5.nu.2. verſ Ut in materia, Surd.dec 268.n.20 Rot.dec.353.nu 15.cor. Ludoviſ. de Juſtit. cap.2. num.21.* ubi, quod ſimplici tenori
Indulti ſtandum eſt, nullo habito reſpectu ad majoritatem, 12
vel minoritatem rationis, qui nu. 21. probat in ſpecie, quod diſpenſatio ad ſuccedendum non extenditur, & benè *Fontanel.d qu.13.num.6.*

Eoque minus poteſt in tali Indulto diſpenſationis fieri extenſio, quia cum illa debet tolli duplex impedimentum,

Ca-

13 Canonis nimirùm ſeu d. Clem. & Concilii Tridentini, qua
duplicitate impedimenti attenta, multò minus poteſt dici
ſublatum dictum duplex impedimentum, niſi clarè id di-
ctum ſit *Velaſ.d conſ.159.num.23.lib.2.*

Illaque verba Indulti, quòd Monaſterium Cappuccina-
rum poſſit capere relicta, vel data ab homine, dum ſunt
14 reſtricta ad certas diſpoſitiones expreſſas, illa alia verba
ſubſequentia *ſeu alterius cujuſcumque diſpoſitionis*, utì gene-
ralia non comprehendunt caſum ſucceſſionis ab inteſtato, à
Conciliis Viennen. & Tridentino, & ſic à Jure prohibitum,
*Taborr.Axiom.lib.4.cap.33.axiom.8.verſ.Limita tertiò, Ruin.
conſ.227.num.9.lib* 4.ubi præciſè notat, quòd per generalem
diſpoſitionem non videtur Princeps tollere Jura ſpecialia;
Unde dum ex una parte Religioni Cappuccinorum fuit præ-
ciſè prohibita omnis ſucceſſio, ex alia verò non fuit ſpeci-
ficè per Indultum plenè, & præciſè conceſſa reintegratio,
15 etiam ad ſucceſſionem inteſtatam, ſublatam per dicta Con-
cilia, per tale Indultum non fit reditus ad Jus commune,
ſed potiùs illi derogatur, & ſic extendi non debet, *Ruin.
conſ.* 127. *num.* 10. Ideoque reintegratio, & habilitatio ad
acquirendum, per Indultum tributa, ſtrictè debet intelligi
de habilitatione ad capiendum ex vocatione, facta ab ho-
mine, non à lege.

Idque eò magis affirmandum eſt, ex quo in materia diſ-
penſationis verba etiam propria reſtringuntur, attenta veri-
ſimili mente diſponentis, quæ ex qualitate, vel ſubjecto, de-
prehenditur; ſecundùm quàm verba diſpenſationis declara-
ri debent, ad hoc ut minus, ac poſſibile ſit lædatur Jus com-
mune, ut benè advertit *de Juſtis de Diſpenſat. cap. 2. à num.*
23. loquens de habilitatione ad capiendum, & acquirendum
16 ex vocatione, facta ab homine, non autem à lege; Et quidem
veriſimilis mens Papæ, nedum inſurgit ex verbis, ab eo
prolatis in ſuo Indulto, conceſſo favore Monaſterii, ut poſ-
17 ſet capere, ſi ab hominibus, ac piis perſonis illi relinquere-
tur, vel donaretur, verùm etiam ex quo, ſi voluiſſet illi
concedere etiam ſucceſſiones ab inteſtato, de facili potuiſſet
id exprimere, ex animadverſis *per dictum de Juſtis, ubi pro.
ximè à num.* 24. quæ corroborantur ex nota praxi, & obſer-
18 vantia C.E. & R. quæ in hac materia Indultorum, conceſ-
ſorum à Sede Apoſtolica Monialibus Cappuccinis attendere
ſolet illorum præciſum tenorem.

Antequam autem reſpondeam motivis, mihi in contra-
rium exhibitis, duo præmitto.

Primum, quòd Ordo Cappuccinorum eſt prorſus incapax
ſucceſſionum, & retinendi ſtabilia ex clara diſpoſitione *Con-
cil.Trid.ſeſſ.25.cap.3. de Regul.* ut probavi ſupra *num* 2. Quæ
19 concluſio procedit, tam in Monaſteriis, & domibus Viro-
rum, quàm Mulierum, ut expreſsè remanet ſancitum per
*Sac Concil. dicto cap.* 3. dum ibi Sacroſancta Synodus indul-
get omnibus Monaſteriis Virorum, & Mulierum mendi-
cantium (*exceptis Domibus Sancti Franciſci Cappuccinorum,
& eorum, qui de obſervantia vocantur*) quibus erat prohibi-
tum, aut ex Privilegio Apoſtolico non erat conceſſum reti-
nere immobilia, ac poſſidere; Unde dum Cappuccinæ ſunt
ad literam exceptæ à retentione, ac poſſeſſione immobi-
lium, contrarium prætendere, eſt pugnare contra legem cla-
ram, & ut dici ſolet contra ſtimulum calcitrare. Idque *Sa
20 crum Concilium eod. cap.* 3. clariùs expreſſit in ſubſequentibus
verbis ibi: *In prædictis autem Monaſteriis, tam Virorum,
quàm Mulierum, bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſi-
dentibus* (& in hoc numero non poſſidentium ſunt domus, ac
Monaſteria Cappuccinarum priùs expreſſam) *is tantùm nu-
merus conſtituatur qui, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè
poſſint ſe ſubſtentare*, & hoc 2. loco Sacrum Concilium loqui-
tur de Monaſteriis Fratrum, ac Monialium Cappuccino-
rum, ac Cappuccinarum, & de Obſervantia.

Quæ ſunt indubitata, dum C. E. & R. non conſuevit per-
mittere erectionem Monaſterii Cappuccinarum, niſi ha-
21 beat perpetuam aſſecurationem pro victu, cùm ipſæ non
poſſideant, ut ex decretis ejuſdem S.C. notant *Nicol.in Floſc.
Verb. Cappuccini num.6.& Barboſ.de Offic & poteſt.Epiſc.par.
3.alleg.98.num.2. & 3.& Sanchez ad Præcept.Decal.tom.2.lib.
7 cap.23.num.1.* Quod adeò verum eſt, ut talis aſſecuratio non
22 debeat eſſe Perſonæ privatæ, ſed Confraternitatum, ac Lo-
corum Piorum habentium facultates ſufficientes ad Monia-
les Cappucinas manutenendas, ut notat *Nicol.d. num. 6.
verſ.Iſti Aſſecuratores*, & Romæ Monaſterium Cappuccina-
rum habet talem aſſecurationem, factam ab Archiconfra-
ternitate SS.Crucifixi in Eccleſia S.Marcelli.

II. Præmittendum eſt, quòd ſi in aliquibus Locis Mo-
naſteria Monialium Cappucinarum retinent, & poſſident
immobilia, hoc evenit vigore ſpecialium Indultorum, à
S.Sede illis conceſſorum, non autem quòd in ſe ſint capacia 23
retinendi, & poſſidendi, dum expreſsè fuit hoc prohibitum
per *Sacr. Concil. in allegat. cap. 3. ſeſſ.25. de Regularib.* &
tali caſu cùm agatur de Indultis diſpenſativis, conceſſis
contra diſpoſitionem Conciliorum, debent ad literam, &
prout verba ſonant, intelligi, & non extendi ultra ver-
ba, cum quibus conceſſa ſunt, ex animadverſis ſupra *à
num.* 9.

His præmiſſis, facilis eſt reſponſio omnibus in contrarium
allegatis, & ſignanter, quòd Concil. Trident. quando dene-
gat retentionem immobilium Monaſteriis Cappuccinorum, 24
loquatur de Monaſt. maſculorum, non fœminarum; Hoc
enim eſt velle verba Concilii clara evertere, dum illud lo-
quitur, tam de maſculis, quàm de fœminis; Nec Doctores,
ex adverſo, citati attendi debent, quia illi non poſſunt ali-
quid firmare contra legem Conciliarem, expreſsè, & clarè
excipientem Monaſteria Mulierum; Ultra quòd Doctores,
qui videntur contrarii loquuntur de Monaſteriis Monialium
S. Claræ quibus ante Concilium erat permiſſum poſſidere
per particularia Indulta Apoſtolica, non autem de Monia- 25
libus Cappuccinis, ut benè probat *Honded conſ.60. num 5. &
6. lib.2.* ubi refert in hoc declarationem C.C. *& conſ. 62. num.
2.& 3.* idemque repetit *conſ.76. num.4. & ſeq.& num.20. 25. &
Sanchez ad Præcept. Decal. tom.2. lib. 7. cap.12. num. 2.* ubi in
ſpecie dicit, quòd ſub diſpoſitione *Concilii Trident. d cap.* 3.
non veniunt Moniales Sanctæ Claræ, quia illis ante Concil.
fuerat permiſſum poſſidere.

Quo verò ad Moniales Cappuccinas ante Concilium non
oſtenditur, nec oſtendi poteſt aliquod Privilegium poſſiden-
di, & ab ipſo Condilio *d.cap.* 3. hoc fuit expreſsè denegatum 26
per viam particularis exceptionis, quòd non poſſint poſſi-
dere immobilia, & cum agatur de Monaſterio Monialium
longè poſt Concil. Trident. erecto vigore Indulti Pauli V.
cum aſſignatione certorum bonorum, ac certi multiplici, ac
etiam, quòd quælibet Monacanda debeat perpetuò dare Mo
naſterio ſcuta bis centum pro dote, talis erectio ſic facta cum
d. Indulto non præſefert, quòd ſit ſublata incapacitas ſucce-
dendi ab inteſtato, ſed ſolùm permiſſa ſucceſſio, & poſſeſ-
ſio, ſi illi ſit relictum, vel alio titulo relinquere, vel tra-
dere volentibus capere, quòd eis permiſſum eſt, ut refert
*Nicol.in ſuis Floſcul.Verb. Cappuccini num.7.*

Quamvis autem DD. pariſicent Moniales S. Claræ, &
Cappuccinas, ut faciunt *Pellizzar de Monial.cap. 3. ſect. 1.
num.1. & Lezzan. Oper. moral. tom.1. cap.1. num.* 8. Illi, utì 27
loquentes contra claram diſpoſitionem Conciliarem, atten-
dendi non ſunt; Præcipuè, quia utì Anteſignanum allegant
*Rodriquez qq Regular. tom.3. quæſt.29. in §. Denique verſ. Ex
quibus infertur fol.142. & fol.145.* qui loquitur de Monialibus
S. Claræ primæ Regulæ, quas Concilium Trident. in *cap.* 28
17 *ſeſſ.25. de Regular.* reliquit in ſuo eſſe, & quòd poſſint poſ-
ſidere, ex quo habent conceſſionem ab Urbano IV poſſi-
dendi ſtabilia, & redditus, & meliùs hoc notat *Sanchez ad
Præcept. Decal. tom.2. lib. 7. cap. 12. num. 2. verſ. Cæterùm*,
ubi, quòd Moniales S. Claræ 1. Regulæ comprehenduntur
ſub illis, quæ poſſidere poſſunt, & bonam allegat rationem,
ex quo *Concil. Trident. cap.* 3. expreſſit ſolos Religioſos Mi-
nores de Obſervantia, & Cappuccinos, & ſic Moniales S.
Claræ remanent ſub conceſſione, quod poſſint poſſidere,
& adducit *Honded conſ60. num.5. & 9. lib. 2.* id punctualiter
diſtinguentem.

Minùs obſtat reflexio, quòd in Monialibus totalis mendi-
citas non conveniat; Duplici reſponſione. Prima genera-
litèr deſumpta à *Concil. Trident. cap.* 3. cujus diſpoſitionem 29
comprobarunt Sanctus Pius V. & Gregor. XIII & à declara-
tionibus S.C.E. & R. relatis per *Nicol. in Floſc. verb. Cappuc-
cini num* 6. quòd ſcilicet Epiſcopus in erectione talium Mo-
naſteriorum Monialium tot Moniales recipiat, quot ex elee-
moſynis aſſecurantis, juxta Loci qualitatem ali, & manu-
teneri poſſint, cum aſſecuratione ſuper hoc facta à Locis
Piis, ac Confraternitatibus, quæ hoc adimplere poſſint,
ex traditis *per Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 25. de
de Regular num. 18. & de Offic & poteſt Epiſc part.3. alleg.95.* 30
*num.2. & 3 Sanchez ad Præcep. Decal lib. 7. cap.23. num.1.* Se-
cunda reſponſio eſt ſpecialis, & concernit contrarium Mo-
naſterium, quia in illo ceſſat motivum mendicitatis, ex quo
earum Monaſterium fuit erectum, prævia Relatione Epiſco-
pi, & Sac.Cong. Epiſc. & Regul. cum Indulto Pauli V. cum
aſſignatione certorum bonorum, ac etiam traditum fuit cer-
tum multiplicum, necnon fuit ſancitum, quòd Puellæ Mo-
nacandæ deberent tradere certam dotem, unde ex hoc capi-
te ceſſat in radice motivum totalis mendicitatis, ut in ſpe-
cie advertit *Sanchez allegat cap.23. num.5.*

Prout etiam non meretur in contrarium allegari *deciſ. 271. num. 10. coram Cerr.* Rota enim ibidem non ſomniavit firmare
31 concluſionem, oppoſitam diſpoſitioni Concilii Trident. ſed
potiùs ſuper illa nihil voluit determinare, juxta illa verba; *Nam omiſſo, an ſufficienter probetur exiſtentia dictæ filiæ* (ideſt Monialis Cappuccinæ) *& non obeſt diſpoſitio Sac. Concil Trid. ſeſſ. 25. cap 3. de Regular loquentibus tantùm de Cap-*
32 *puccinis, & non de Monialibus, placuit reſponſio &c.* & ſic
Rota noluit figere pedes ſuper hoc, ſed convolavit ad aliam reſponſionem, & abſque ullo dubio Rota non potuiſſet firmare, quòd ibi Concil. Trident. non fuerit loquutum de Monialibus Cappuccinis, dum in verbis fuere excepta Monaſteria tam Virorum, quàm Mulierum Ord. Cappucinorum.

Nec Monaſterio Cappuccinarum poteſt prodeſſe Indultum, illi conceſſum à Paulo V. nam per illud Papa non
33 ſomniavit concedere ſucceſſionem ab inteſtato, ſed ſolùm,
quòd capere poſſit ex Teſtamento, Codicillis, donationibus inter vivos, & cauſa mortis, ſeu alterius cujuſcumque diſpoſitionis; Et ſic eſt reſtrictum ad hoc, ut poſſint capere, ſi illis quovis titulo relinquatur, vel detur, non autem, quod poſſint ſuccedere ab inteſtato. Cùm enim agatur de Indulto contra diſpoſitionem Sac. Concil Trident. conceſſo, non poteſt extendi ad id, de quo non loquitur, juxta animadverſa ſupra *à num. 9.*

Ejuſdem levitatis eſt argumentum, deductum à ſuperfluitate, quòd ſcilicet, ſi Monaſterium non ſuccederet ab inteſtato, verba illa Indulti, *ſeu alterius cujuſcumque diſpoſitionis* remanerent otioſa; Præmiſſo enim, quòd argumet. à ſuperfluitate prorſus ceſſat, quando diſpoſitio aliquod etiam minimùm, operatur ex adductis *in tom. 1. part. 1. diſc. 15. num.*
34 *59.* ſtrictè reſponderi poteſt, quod verba poſſunt verificari in
Legatis, non nominatis in Indulto, vel quacunque alia diſpoſitione, quæ quovis modo fieret ab homine ex animadverſis ſupra *num. 15.*

Adveitendo præcipuè, quòd ſi Monaſteria Cappuccinarum habuiſſent ex diſpoſitione Concilii Tridentini, vel alterius Conſtitutionis Jus poſſidendi immobilia, ac ſuccedendi non indiguiſſent Indulto, ex nota regula, quòd fruſtra impetratur precibus, quòd de Jure competit, de qua in *tom. 1. part. 2. diſc. 8. num. 9.*

Demùm omnium aliarum reflexionum debilior eſt illa, quæ prætenditur deſumi ab obſervantia, quòd ſcilicet aliàs
35 Monaſterium admiſſum fuerit ad ſuccedendum ab inteſta-
to, quæ obſervantia attendi debeat, cùm per illam declarentur leges, ac etiam Conſtitut. Apoſtolicæ; Concluſio enim regulariter eſt vera de Jure ex allegatis *in tom. 1. part. 2. diſc. 16 num. 101.* ſed illa in facto nullatenus probatur, ut mihi conſtanter ſupponitur. Ego autem addo, quòd cùm ex diſpoſitione Concil. Trident. Monaſterium ſit incapax ſuccedendi, & Indultum ſit clarè reſtrictum ad capiendum
36 ex proviſione hominis, Obſervantia deberet ex adverſo pro-
bari ſpecialitèr, quòd Monaſterium fuerit admiſſum ad ſuccedendum ab inteſtato, reluctantibus aliis proximioribus capacibus, ad quos ſpectabat ſucceſſio ab inteſtato, & quod fuerit judicatum contra ipſos proximiores, aliàs ſi
37 aliqui voluntariè admiſiſſent Monaſterium ad ſuccedendum
ab inteſtato, hoc non præjudicavit nolentibus admittere Monaſterium ad ſucceſſionem inteſtatam, ex regula, quod ad hoc ut obſervantia ſuffragetur, requiritur ſcientia, & patientia illius, de cujus præjudicio agitur, de qua *Thom. deciſ. 280. num 17. Sperell deciſ. 179. num 25 Rot deciſ 66. num. 7. coram Ubald & deciſ. 85. part. 4. & deciſ. 512. num. 0. part. 19. recent.* Ultra quòd talis obſervantia, utì contraria diſpoſitioni Sacr. Concil. Trident. non eſſet attendenda *Rot. deciſ. 319. num 4. & 14. part 16. recent* cum concordantibus de quibus *in tom. 1. part. 2. diſcept. 14. num. 21.*

Tantùm verò abeſt, quòd obſervantia ſuffragetur Monaſterio, quin potiùs eidem mirabiliter præjudicet, ex quo conſtans in facto eſt, quòd cum anno 1666. obierit Joannes
38 Baptiſta Schiaminoſa, & ſucceſſivè anno 1692. Marghe-
rita ejus Uxor, relictis quatuor filiabus fœminis abſque maſculis; quarum una erat Monialis in d. Monaſterio ſub nomine Sororis Eliſabeth, d. Monaſterium Cappuccinarum nullam actionem intentavit ex perſona ejuſdem Sororis Eliſa-
39 beth ſuper hæreditate, tam paterna, quàm materna, prout
reſultat ex clara confeſſione dd. Monialium, emiſſa in quarta Poſitione, & ex Fide publici Cataſtri, in qua non reperitur tranſlata in Monaſterium dd. Monialium poſſeſſio ali-
40 qua bonorum dictorum Joan. Baptiſtæ, & Margharitæ.

Dicendum proinde eſt, quòd vigore præfati Indulti ſit interdicta Monialibus prædictis ſucceſſio ab inteſtato, cùm in Jure clarum, & indubitatum ſit, quòd etiam ex non facto, & ſic ex ſucceſſione non petita, inducatur obſervantia interpretativa incapacitatis petendi inteſtatas ſucceſſio- 41
nes, juxta not. per *Spad conſ. 54. num 38. lib. 1 conſ. 94 num. 8. & 9. & conſ. 232. num. 13. lib. 2.* & firmata per *Rot. deciſ. 291. num 10 verſ. Ac etiam, & num. 11. & deciſ 398. num. 14. & ſeq. part. 9. & deciſ 520. num. 9. & ſeq. part. 3. & deciſ. 703. num. 25. & ſeqq part. 8. recent.*

## In eadem Cauſa.

AGnoſcentes ex prædictis Moniales malum Jus ſovere ſuper præfatis hæreditatibus, reſiſtente eiſdem, tum clara diſpoſitione *Concil. Trident. in cap. 2. de Regul. ſeſſ. 25.* tum
etiam ſupra d literali indulto Pauli V. eas habilitantis ad ca- 42
pienda tantummodo legata, aliaſque hæreditates, quæ ipſis ex ſola diſpoſitione hominis deferuntur, convolarunt poſtea ad alteram æquè inſubſiſtentem exceptionem, eas ſcilicet ampliùs non profiteri primam Regulam S. Claræ, hodiè nuncupatam Cappuccinarum, approbatam *ab Innoc. IV. in ejus*
*Conſtit. 12. in Bullar. nov. tom. 1.* ac prohibentem acquiſitio- 43
nem, & poſſeſſionem bonorum ſtabilium, ſed ſecundam, confirmatam, ſeu mitigatam *ab Urbano IV. in ejus Conſtit. 7. in d Bull. nov tom 1.* dd. bonorum acquiſitionem non denegan-
tem, & ſub hoc prætextu aſſerunt, ſe eſſe capaces veniendi 44
ad præfatas inteſtatas ſucceſſiones.

Pro hujuſmodi autem exceptionis remotione opere pretium eſt inquirere priùs originem, ac naturam Monialium, tam primæ, quàm ſecundæ Regulæ, à diverſis Summis Ponti-
cibus confirmatæ, ac poſtmodum ad evidentiam uſque de- 45
monſtrare, Moniales prædictas eſſe comprehenſas ſub prima Regula S Claræ, hancque abſque ullo dubio profiteri, ac proindè eſſe omninò incapaces cujuſcunque inteſtatæ ſucceſſionis, ſeu hæreditatis.

Ad quem effectum præmittendum venit, quòd inſtituta prima, ac ſtrictiori Regula per Seraphicum Patrem, illaque tributa S. Claræ, ejuſque Monialibus, in qua ſtrictè
prohibebatur bonorum poſſeſſio, ac acquiſitio in commu- 46
ni, fuit poſtmodùm confirmata, ac approbata vivæ vocis oraculo à Gregor. IX. qui priùs utì Cardinalis, & Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, Ordinis curam gerebat, &
Moniales omnes prædictæ perſeverarunt in earum Regula, 47
ejuſque exactiſſima obſervantia uſque ad annum 1245. de quo tempore ad inſtigationem quorundam Prælatorum, aliarumque mulierum, ægrè ferentium cæteroquin laudabilem paupertatem, idem Summus Pontifex alteram Regulam conſtituit, bonorum acquiſitionem non denegantem, illaſque vocari juſſit ſub nomine Monialium clauſarum Ordinis S. Damiani; Qua diſpenſatione, ſeu derogatione ſummo-
pere oppreſſa Sancta Clara, commota cœleſti zelo pauperta- 48
tis primævæ, ab ejus Inſtitutore relictæ, recurſum habuit ad Innoc. IV. tunc regnantem, qui re meliùs conſiderata, ac perpenſis rationibus, ab eadem S Clara expoſitis, juſſit, ac expreſsè declaravit, quòd impoſterum obſervaretur pri-
ma Regula S Claræ, eademque ſolemniter confirmavit an- 49
no 1253. mediante particulari Conſtit inter alias ejuſdem Pontificis: *in Bullar. nov. tom. 1 la 12.* quòd factum candidè narratur, & deſcribitur in Chronicis Ordinis *lib. 8. cap. 19.*

Poſt ſpatium decem circitèr annorum, quia hoc medio tempore, non obſtante Bulla Innocentiana, adhuc vigebat altera Regula S. Claræ approbata, ut ſuperiùs innuimus, à
Gregor. IX. priùs Epiſcopo Hoſtienſi pro Monialibus inclu- 50
ſis Sancti Damiani, fuit denuò per eaſdem habitus recurſus ad Urbanum IV. qui ad evitandas confuſiones, quæ oriebantur inter Moniales S Claræ primi inſtituti, roborati, ut
diximus, per Bullam Innocentianam, ac alias Moniales 51
incluſas S Damiani, quibus Regulam dedit idem Gregorius IX. determinavit mediante alia particulari Bulla, ſeu Conſtitutione confirmare, ſive potiùs reintegrare etiam Regulam ſecundam, eiſdem tributam ab eodem Gregor. IX. prout legitur *in ejus Conſtit la 7. Bullar. nov. tom 1.* & referuntur à *Card. de Laur. in Epitom. Canon. verb. Moniales S. Claræ in princip & à Reverendiſſimo Pet. ad Conſtit Apoſtol. tom. 3. ad Conſtit. 12. Innoc. IV à num. 1. fol 99.*

Quòd autem hujuſmodi Urbana Conſtitutio unicè directa
ſit Monialibus incluſis S. Damiani tantùm, ad effectum in- 52
ſtituendi, ſeu confirmandi ſecundam Regulam Sanctæ Claræ, conceſſam ab Epiſcopo Hoſtienſi pro eiſdem Monialibus incluſis, evidentiſſimè apparet ex ſola lectura ejuſdem Bullæ, & præſertim ex § 5. *circa medium* ibi: *Nos inſpectis omnibus Regulis prædictis & formis & ſpecialiter illam quam præfatus Prædeceſſor, tunc Hoſtienſis Epiſcopus, Vobis dediſ-*

*ſe co-*

*ſe cognoſcitur, diligentiùs attendentes*; Clarè deducitur, quòd
53 animus Pontificis fuerit confirmandi ſecundam Regulam,
datam pro Monialibus incluſis ab Epiſcopo Hoſtienſi, poſt-
modùm Gregorio IX. & ſic conſtituendi ſecundam Regu-
lam Sanctæ Claræ, abſque ulla deſtructione primæ rigidio-
ris obſervantiæ, confirmatæ ab Innocentio IV. quia cùm
54 Pontifex Urbanus nullam mentionem faciat de prima Re-
gula Sanctæ Claræ confirmata ab Innocentio IV. ſed tan-
tummodò intendat roborare, ac confirmare ſecundam Re-
gulam pro Monialibus incluſis, per neceſſe dicendum eſt,
quòd d. prima Regula fuit relicta in ſuo eſſe, robore, ac
obſervantia, cum cæteroquin ad effectum, ut dici poſ-
ſet revocata prima Regula requirebatur expreſſa Pontifi-
cis derogatio, qua deficiente, prout deficit in caſu noſtro,
remanet prædicta Conſtitutio Innocentiana in ſuo robore,
55 ac viridi obſervatia: *juxta Text. in cap. Ex parte de Cap-
pel. Monach.* & animadverſa per *Fel. in cap. Nonnulli num.
2. de Reſcript.* ac firmata per *Rot. coram Caval. deciſ. 101. num.
2. deciſ. 228. num. 4. deciſ. 601. per tot. & coram Buratt. deciſ.
463. num. 4. & 5.*

Idque tranſit in evidentiam ex verbis illis argumenti d.
Conſtit. Urbani IV. *Inſtitutio ſecundæ Regulæ Ordinis Soro-
rum, S. Claræ nuncupatarum, ſive mitigatio primæ Regulæ, à
B. Franciſco pro ejuſmodi Sororibus traditæ*: Et meliùs, ac
clariùs ex illis aliis verbis ejuſdem Conſtitutionis, directis
56 Monialibus incluſis Ordinis S. Claræ, ibi: *Urbanus Epiſcopus
Dilectis in Chriſto Filiabus univerſis Abbatiſſis, & Sororibus
incluſis Ordinis S. Claræ ſalutem &c.* Ex quibus omnibus de-
negari non poteſt, quòd animus Pontificis fuerit approban-
di Regulam, ab Epiſcopo Hoſtienſi conceſſam pro Monia-
libus incluſis, quòdque iſtæ non ſint adſtrictæ ad obſervan-
tiam primæ rigidioris Regulæ Sanctæ Claræ, ab Innoc. IV.
confirmatæ, & ſic dicendum eſt, quòd hujuſmodi Urbana
Conſtitutio non fuerit derogatio primæ Regulæ, ſed potiùs
inſtitutio ſecundæ mitioris, ſpecialiter factæ pro Moniali-
57 bus incluſis, diverſis ab illis, quæ primam Regulam San-
ctæ Claræ profitebantur, ideoque dici debet potiùs accu-
mulativa præcedentis Conſtitutionis Innocentianæ, ut in ſi-
milibus ratiocinatur *Card. de Luc de Regular. diſc. 32. num. 8.*

Corroborantur hæc ex altera *Conſtitut. Eugenii IV.* anni
58 1457. *inter ſuas la 28. §. 2. in Bullar. nov. tom. 2.* occaſione,
qua idem Pontifex eaſdem Moniales ſubjecit Superioribus
Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, ibi:
*Intendentes eadem authoritate, atque volentes, quod Tu, &
Succeſſores tui, per Vos ipſos, & alios; quos duxeritis ſubſti-
tuendos, poteſtatem, & facultatem habeatis eaſdem Moniales,
atque Sorores, ſive primi, ſive ſecundi, ſive tertii, aut alte-
rius Ordinis S. Claræ, & B. Franciſci &c. viſitandi &c. cor-
rigendi &c.* Et paulò poſt ad probandum, quòd etiam poſt Con-
59 ſtitutionem Urbani IV. adhuc vigeret, eſſetque in obſervan-
tia prima Regula Sanctæ Claræ; Idem Pontifex in *§. 7. d.
Bullæ*, eas abſolvit à 103. præceptis, ab eadem Regula in-
dictis, ibi: *Inſuper cùm dilectus Filius Frater Joannes de
Capiſtrano, tuus in Vicariatus officio Prædeceſſor, delarave-
rit, quòd in Regula prima B. Claræ contineantur 103. præce-
pta regularia, in quorum tranſgreſſione Moniales, ſive Soro-
res profeſſæ peccatum mortale incurruut, idque nimis durum,
& ſcrupuloſum judicemus, authoritate, & tenore præſen-
tium declaramus, & volumus, quòd in nullius prædictorum
tranſgreſſione, præter quàm eorum quatuor, quæ concernunt
principalia culta, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, caſtita-
tis, & clauſuræ, & ſuper electione Abbatiſſæ, & depoſitio-
ne, peccatum mortale incurrant*, de quibus Conſtitutionibus
mentionem faciunt *Rodriquez* relatus, & ſequutus à *Dona-
60 to Rer. Regular. tom. 4. tract. 2. de Monaſt. Monial. quæſt. 17.
num. 2. Card. de Laur. in Epit. canon. verb. Moniales Sanctæ
Claræ in princip. & Reverendiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtol.
tom. 3. ad conſtit. 12. Innocentii IV. num. 1. & ſeqq. fol. 99. &
tom. 4. ad conſtit. 28. Eugenii IV. fol. 571.*

Ex hac proinde Bulla nemo non videt, Moniales S. Cla-
ræ primæ Regulæ tempore Eugenii IV. anno ſcilicet 1457.
61 & ſic longè poſt Conſtitutionem Urbani IV. vivere ſub exa-
ctiſſima, & rigida obſervantia, quia ſi hujuſmodi Regula
fuiſſet abolita, nec ampliùs eſſet in rerum natura, inca-
pax quidem foret recipiendi ſubjectionem Ordini Minorum,
& abſolutionem à ſupradictis præceptis, ut de ſe patet, &
62 applicatur regula *Text. in leg. Ejus qui in Provincia ff. Si cer-
tum petat.*

Et quod magis eſt, de facto claram ſuper hoc habemus
obſervantiam, dum in omnibus ferè Locis Italiæ, ac præ-
63 cipuè Galliæ, vigent Moniales, & Monaſteria S. Claræ,
tam primæ, quàm ſecundæ Regulæ, imò in eadem Civi-
tate Burgi Sancti Sepulcri hæc diverſa Monaſteria de facto
exiſtunt, dum primam ſtrictiorem Regulam, confirmatam
ab Innoc. IV. profitentur Moniales Cappucinæ; Secundam
verò, ordinatam, & approbatam ab Urbano IV. pro Mo-
nialibus incluſis, ſervat Monaſterium Sanctæ Catharinæ, 64
vulgo *le Murate*, quod idem ſonat, ac incluſæ, de quibus
expreſsè loquitur eadem Conſtitutio Urbani IV. prout omnia
hæc latiùs expendendo in terminis obſervat *Natal. ab Ale-
xand Hiſtor. Eccleſ. ſæcul. 13. cap. 7. art. 5. num. 6. verſ. Præſer-
tim, ſecundæ impreſſionis, Tamburrin. de Jur. Abbatiſſ. tom. 3.
diſp. 18. quæſt. 17. num. 3. Petr. ad Conſtit. Apoſtol. tom. 3. ad
conſtit. 12. Innoc IV. num. 6. & 7. fol. mihi 99.* ibi; *Imò, quia va-* 65
*rias Regulas ſervabant, unam omnibus uniformem præſcripſit
Urbanus; ſublatis nominibus pauperum Incluſarum Ordinis S.
Damiani, & Damianiſſarum, unde illam mitigatam Regulam
ſervantes, Moniales S. Claræ nuncupantur; Aliæ verò, quæ
utuntur primæva Regula, ab Innocentio confirmata, dicuntur
Recollectæ, ſeu Cappucinæ, prout primæ frequentiùs adſunt
in Gallia, & in Urbe adſunt Moniales Cappuccinæ, & S. Cla-
ræ;* Unde de hujuſmodi duplicitate, ac diverſitate Regulæ
vanum eſt hodie dubitare.

Poſito igitur, quòd Moniales S. Claræ aliæ primam, aliæ
ſecundam Regulam ſequantur, fatendum omninò eſt, no- 66
ſtras Moniales verè eſſe Cappuccinas, comprehenſas ſub
prima Regula, eamque à principio illarum Inſtitutionis,
ac Monaſterii erectionis profeſſas eſſe, & de præſenti pro-
fiteri debere.

Ad quam veritatem intra evidentiæ fines conſtituendam
ſat eſſet obligare eaſdem Moniales ad exhibendum earum 67
Regulam, ac peculiares Conſtitutiones, quas uſque adhuc
ſub manica retinent, ex illis enim apertiſſimè apparebit,
eas eſſe Moniales primæ Regulæ S. Claræ, confirmatæ ab
Innocentio IV. illam in profeſſione vovere, ac jurare, &
ſub illius obſervantia omni tempore vixiſſe, & vivere, quæ
exhibitio, concurrentibus conſuetis extremis, prout certè
concurrunt in caſu noſtro, exiſtentia nempe dictæ Regulæ 68
apud eaſdem Moniales, ac intereſſe dd. de Romanellis, ex-
hibitionem petentium, veniret omninò decernenda, ad tra-
dita per *Rot. deciſ. 82. coram Cavaler. deciſ. 1224. num. 4. coram
Seraphin. deciſ 339. num. 1. poſt 2 vol. conſ. Farinac. & in recent.
deciſ. 335. num. 1. & 2. part. 8. deciſ. 207. num. 1. part. 10. & deciſ.
455. num. 2. & ſeqq. part. 14.*

Exiſtentia verò dictæ Regulæ apud Moniales non indiget
probatione, quia cùm omnia Monaſteria teneantur retine-
re Regulas particulares, ſub quibus Moniales vivere, 69
ac profiteri debent, tali caſu non eſt neceſſaria probatio exi-
ſtentiæ apud dd. Moniales, ſed in eiſdem præſupponitur,
tanquam omni Jure obligatis ad retinendas proprias Regu-
las, ac Conſtitutiones, ut, cæteris adductis, firmavit *Rot.
coram Anſald. deciſ. 6. num. 6.* & magiſtraliter *in Saliſburgen.
Vicariæ ſuper Compulſoria 25. Junii 1714. §. Exiſtentiam* 70
*coram Falconerio.*

Intereſſe verò dd. de Romanellis, in hujuſmodi exhibi-
tione requiſitum, ſatis probatum remanet, ex quo à dictæ
Regulæ exhibitione ictu oculi recognoſci poteſt qualitas 71
Monialium; Etenim cùm eædem aſſerant eſſe Urbaniſtas,
non autem Cappucinas, ac hujuſmodi exhibitio tendat ad
dilucidandam hanc veritatem, & ſic innegabiliter confer-
re poſſit ad deciſionem Cauſæ, tali caſu intereſſe dicitur ſu-
perabundanter probatum, ad *Text in leg. Non eſt novum Cod.
de Edendo*, & firmata per *Rot. deciſ. 235. num. 6 part. 8. deciſ.* 72
*38. num. 3. & deciſ. 815. num. 7. & ſeq part. 17. recent.*

Nec dicatur, quòd arma ſumenda non ſint de domo Rei;
Omiſſis enim gratia brevitatis pluribus limitationibus, quæ
communiter à Doctoribus dantur eidem regulari propoſitio- 73
ni, ſtrictè dicimus, quòd contraria reſponſio claudicat in
facto, eo quia Nos non verſamur in his terminis, quia Mo-
niales non ſunt Reæ, ſed Actrices, unde cùm ex hac parte ex-
cipiatur, eaſdem Moniales eſſe comprehenſas ſub prima
Regula, quod reſultat ex illarum recognitione, & lectu-
ra, utique ad repellendam noſtram exceptionem, Monia- 74
les Actrices exhibere illam tenentur, ut uno ore notant *Bart.*
aliique *Repetentes in leg. fin. Cod de Edend.* & advertunt *Ca-
ballin conſ. 122. num. 23. 24. lib. 2. Gait de Credit. cap. 2. art. 2.
tit. 1. num. 1066. & 1068. Ridolph in Prax. part. 2. cap. 3. num.
44. & 63. Card de Luc. de Judic. diſc. 30. num. 15. & ſeqq.* & fir-
mavit *Rot. in recent. deciſ. 250. num 1. part. 1. & deciſ. 32. num.
3. part. 10. & coram Cerr. deciſ. 644. num. 7. & 8.*

Imò, cùm in antecedentibus inſtantiis fuerit per Ro-
manellos facta, & pluriès repetita ſimilis petitio, & Mo- 75
niales conſtanter recuſaverint ſuas Regulas exhibere,
præſumitur id factum fuiſſe ad occultandam veritatem, ex

animadverſis per *Franc. Anton. Coſtam conſ.* 34. *num.* 39. *Decian conſ.* 108. *n.* 87. *lib.* 2. *Cravet conſ.* 172. *num.* 6. *&* 12. *Cephal. conſ.* 678. *num* 86. *in fin. & ſeq.* & firmatis per *Rot. cor. Seraph. deciſ.* 1139. *num.* 7. cum aliis concordantibus, citatis *in tom.* 2. *part.* 2. *diſc.* 17. *num.* 40. Itaut, perſeveratibus Monialibus etiam hodie in eadem negativa, contra eas omnis militet præſumptio ma-
76 li Juris, & ex hac repugnantia, & occultatione cum omni fundamento aſſerere poſſumus, quòd veritas ſit, eas profiteri primam Regulam, ut in ſimilibus benè ratiocinatur *Rot. dec.* 57. *num* 8. *verſ. Donec ſaltem apud Urceolum diſcept. forenſ. & in rec. dec.* 587 *num.* 6. *&* 7. *par.* 15. *& cor. Cerr. deciſ.* 644. *in fin. & coram Anſald. deciſ.* 22. *num* 14. *& deciſ* 30. *num.* 16. *& deciſ.* 78. *num* 48. *&* 49. *& in faventina Redditionis rationis ſuper exhibitione Libror.* 17. *Mart.* 1706. §. 1. *& ſeqq coram Caſſarel.*

His oportunè præmiſſis, deveniendo modò ad Cauſæ me-
77 rita, quòd Moniales ſint verè Cappuccinæ, ideoque comprehenſæ ſub prima ſtrictiori Regula Sanctæ Claræ in dubium revocari non poteſt ex tribus præcipuè fundamentis.

Primò nempe ex clara intentione, ac expreſſa mente pii
78 Teſtatoris, qui demandavit fundationem, & erectionem Monaſterii pro Monialibus Cappuccinis; II. Ex proprio facto, & innegabili obſervantia ipſarummet Monialium, necnon ex pluribus ſeriis, & claris confeſſionibus, ab eiſdem repetitis vicibus, & in proportionatis actibus emiſſis; III. Denique ex ſpecifica voluntate Summi Pontificis, in Bulla erectionis cubitalibus literis non ſemel declarata. Incipiendo à primo, ſeu à clara intentione, & expreſſa mente Fun-
79 datoris, illa evidens eluceſcit, dum cupiens iſte in ejus Patria erigere Monaſterium Monialium Cappuccinarum, & quidem de genere ſtrictiori, quàm eſſent alia Monaſteria, in eadem Civitate exiſtentia, reliquit in ejus teſtamento domum, necnon ſitum, ad hunc effectum ſufficientem, eaſdem.
80 que futuras Moniales vocandas eſſe ſub nomine Cappuccinarum expreſsè demandavit, prout recognoſci ad oculum poteſt ex ejus teſtamento, & clarè deducitur ex illis verbis Brevis Pontificii, pro illius erectione expediti, ibi: *In Teſta-*
81 *mento, per eum condito, ſub cujus diſpoſitione deceſſit ab humanis, quemdam ſitum cum Ædibus, & hortis in d. Civitate poſitum, ad effectum ibi earum Monaſterium Monialium, Cappuccinarum nuncupandarum, conſtruendi, reliqui;* Notentur quæſo verba hæc *Monaſterium Monialium, Cappuccinarum nuncupandarum*, omni detorſione, omnique contraria gloſſa incapacia; *Et opus hoc pium dictæ Chriſtiernæ magnæ Duciſſæ commendavit, prout in d. Teſtamento pleniùs contineri dicitur.*

Quomodo igitur in controverſia hodiè deduci poteſt clara
82 intentio Teſtatoris erigendi à fundamentis Monaſteriorum Monialium Cappuccinarum, dum ipſe in ejus teſtamento reliquit pro illius conſtructione propria bona, & expreſsè declaravit, illas eſſe debere Cappuccinas, ac nomine Cappuc-
83 cinarum vocari debre: Unde cùm hæc fuerit mens explicita Teſtatoris fundandi Monaſterium Cappucinarum, nullo modo per Moniales poteſt hodiè alterari, & non obſervari illius voluntas profitendo Regulam, diverſam ab illa, quam in teſtamento declaravit, ſed debet omnino tanquam lex exequi, adimpleri, & inviolabiliter obſervari, ut no-
84 tant adducti *in Tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 31 *num* 8. *& ſeqq.* firmavit *Rot. deciſ.* 305 *num.* 7. *part.* 14 *deciſ.* 164 *num.* 8. *part.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 18. *num.* 6. *part.* 19. *tom.* 1. & in terminis erectionis pii Operis *deciſ.* 630. *num.* 1. *part.* 19. *recent.*

Quæ tranſeunt in evidentiam ex illa innegabili facti cir-
85 cumſtantia, quòd tempore teſtamenti nomen Urbaniſtarum non erat incognitum in noſtra Civitate, atque ibidem reperiebatur alterum Monaſterium, vulgo *le Murate*, expreſsè contentum in Conſtitutione Urbana, & obſervans Regulam, moderatam, & approbatam ab Urbano IV. Et propterea non erat opus in eadem parva Civitate duplicare aliud Monaſterium ejuſdem Ordinis, & ſub eiſdem Regulis, ſed quatenus voluntas Teſtatoris fuiſſet beneficandi Moniali-
86 bus Urbaniſtis, facili negotio id ad praxim poterat reducere, relinquendo eademmet bona eiſdem Monialibus, quæ tunc ſub Urbani Regula, & Conſtitutionibus, ab ipſo approbatis, vivebant, abſque neceſſitate novæ erectionis alterius Monaſterii; Cùmque, his omnibus non attentis,
87 idem pius Teſtator expreſsè declaraverit animum ſuum fundandi Monaſterium Cappuccinarum, fruſtra conantur Moniales aſſerere, amplius non eſſe tales, & ſic deſtruere voluntatem earum Fundatoris, qui ſi modò interrogari poſſet, an voluerit erigere Monaſterium Monialium Cappuccinarum, vel potiùs aliud ſimile pro Urbaniſtis, certè reſponderet, ſe non ad alium finem reliquiſſe tot bona, & ſi-
88 tum, niſi ad effectum conſtruendi in ejus Patria novum Monaſterium pro Monialibus Cappuccinis, ex qua veriſimili reſponſione, deducta ex ejus Teſtamento, in quo ſe expreſsè declaravit, aliiſque conjecturis, id ſuadentibus arguitur, talem fuiſſe mentem Fundatoris, *ad Text. in leg. Titius §. Lucius Titius ff. de Lib. & poſthum. Mantic. de Conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 4. *Manſ. conſult.* 198. *num.* 24 cum aliis apud *Rot. in deciſ.* 1137. *num.* 5. *coram Emerix jun. & in tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 5. *num.* 22.

Quod comprobatur ulteriùs ex motivo, & cauſa finali, ex qua motus fuit idem Teſtator relinquendi propria bona 89
ad effectum prædictum; Is enim nil aliud in mentem habuit, quàm novum erigere Monaſterium de genere, & qualitate Monialium, quæ adhuc non reperiebantur in eadem Civitate, quales tunc temporis erant Moniales Cappuccinæ. Quo Jure igitur, quove titulo evitare modò valeant 90
Moniales obſervantiam illius Regulæ, pro cujus inſtitutione, ac introductione in noſtra Civitate idem pius Teſtator propriis bonis ſe ſpoliavit, illaque omnia ad hunc præciſum effectum donavit, non eſt facile demonſtrare. Alio- 91
quin eſſet contra præſcriptam Teſtatoris voluntatem calcitrare, illamque proprio marte ad libitum commutare, contra omnia Juris principia Cùm inſtitutio Cappucinarum fuerit à Teſtatore principaliter conſiderata, & propter illam præcipuè motus fuerit ad donandum, etſi forſan præ- 92
vidiſſet, quod tractu temporis ejus voluntas contempta fuiſſet, ac ineffectuata remanſiſſet, utique propria bona non reliquiſſet, ut in ſimilibus terminis benè ratiocinatur *Redenaſc. conſ.* 7. *num.* 9 *lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 96. *num.* 41. *& diſcept.* 558. *num.* 21. *Mantic. de Tacit. lib.* 3. *tit* 12. *num.* 24. *&* 25. *Rot coram Carill. deciſ.* 186. *num* 1. *& coram Burat. deciſ.* 377. *num.* 4. *& coram Cerr.* 164. *num.* 7. *&* 8.

II. Eadem veritas palpabiliter demonſtratur ex proprio facto, nec non ex pluribus ſeriis confeſſionibus ipſarum- 93
met Monialium: Iſtæ etenim poſt contructionem Monaſterii, ad effectum inſtituendi, ſeu introducendi veram Regulam, ac Obſervantiam, ſicuti cæteræ Moniales Cappucinæ, vocarunt duas Moniales, non Urbaniſtas, & Regulæ mitigatæ ab Urbano IV. ſed primi Inſtituti, approbati ab Innocentio IV. ſub quarum directione vivere, ac 94
profiteri cæperunt. Quomodo igitur inter ſe uniri valent duo iſta, quòd Monaſterium prædictum initium habuerit à Monialibus Cappuccinis, ac ab iſtis veram Cappuccinarum vivendi normam conſecutum fuerit: Quodque ſubinde, mutato prorſus conſilio, arbitrariam vivendi formam, Regulam, obſervantiam ſequantur, aliis judicandum re- 95
linquimus. Hoc enim eſſet proprio facto, & voluntate Regulas, & Inſtitutum ad libitum mutare, ac modò ſub uno, modò ſub altero Duce militare, quod non videtur permittendum, ut ratiocinatur *Card. de Laur. in Epitom. Canon. in* 96
*Epiſt. ad Lectorem in medio verſ. Nec ampliùs.*

Maximè quia agitur de commutanda Regula Monialium Cappuccinarum magis ſtricta, ad aliam Urbaniſtarum la- 97
xiorem, quòd nunquam permitti poteſt abſque expreſſa voluntate, ac poteſtate Summi Pontificis, eodem prorſus mo- 98
do, quo nullus Religioſus poteſt de una ad alteram Religionem laxiorem tranſire, niſi expreſſus accedat conſenſus Pontificis, ex clara diſpoſitione *Sac. Concil. Trident. cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* ubi *Barboſ. num* 26. *& ſeq.* & animadverſa per *Menoch. de Arbitrar caſ.* 421. *Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 7. *Gratian. diſcept.* 434. *per tot.*

Eodem proinde modo diſcurrendo in præſenti, permiſſum non erit Monialibus poſt amplexam, prævio etiam Apoſto- 99
lico Brevi, Regulam ſtrictiorem S Claræ, convolare ad aliam laxiorem, obſervandam arbitrio proprio ac ſine explicita Apoſtolicæ Sedis authoritate ad *Text. clarum in cap. unic. §. fin. de Religioſ. Domib.* ibique *Gloſ. in verb. Tota iter*, & animadverſa per *Fagn in cap. Recolentes num.* 24 *& ſeq. de Stat. Monach.*

Quibus accedunt quamplures confeſſiones ab eiſdem Monialibus ſemper factæ, tam extra judiciales, quàm judicia- 100
les; Si enim loqui volumus de primis, quonam nomine Moniales, ut moris eſt, per totam Civitatem, qualibet hebdomada eleemoſynam petunt, niſi ſub illo pauperum Cappucinarum, quod in noſtra Civitate Lippis, & Tonſoribus notum eſt. Si verò loquamur de illis judicialibus, quæ 101
abſque dubio conſtituunt veram probationem, ex adductis *in deciſ* 236. *num.* 1. *coram Celſ. & deciſ.* 7. *num.* 4. *coram Priolo,* & alibi paſſim, hæ nullatenus deficiunt: Illæ enim in omnibus Supplicationibus, quæ ſunt abſque numero, porrectis Sac. Congr. tam C. Trid. quàm E. & R. ſemper ſe appellarunt Moniales Cappuccinas, & in omnibus Inſtrumentis, ab initio erectionis Monaſteriis uſque ad præſentem diem ab eiſdem 102
factis, ſemper contraxerunt ſub nomine Cappuccinarum: Si igitur ex tot, tantiſque actibus apparet, quòd ipſæ-

met

103 met Moniales ſemper confeſſæ fuerint, ſe eſſe Cappuccinas,
non autem Urbaniſtas, ſeu Incluſas, vanum eſt exquirere
alias validiores probationes, cùm nulla major reperiri va-
leat, quàm proprii oris confeſſio *cap. per tuas de Probat.* Et
104 magis ſtandum eſt confeſſioni Partis, & ſic Monialium,
quàm mille Teſtibus contrarium deponentibus, ex allegatis
in *Tom. 1. part. 2. diſcept. 1. num. 27.*

III. Demum innegabile redditur aſſumptum ab explicita
105 voluntate Pontificis, deducta ex primæva conceſſione eri-
gendi Monaſterium Cappuccinarum, ac ſucceſſivo ſpecia-
li Brevi, ab eodem ad hunc effectum conceſſo: Attentis
enim precibus Paulo V. porrectis pro erectione dicti Monaſte-
rii reperitur in Secretaria C. E. & R. in Libro Decretorum
106 ſub titulo Regularium anni 1619. pagina prima à tergo, in-
fraſcritum decretum, videlicet: *Borgo S. Sepolcro. Erectio
Monaſterii Monialium Cappuccinarum in Civitate Burgi S.
Sepulchri, ſi SS. Domino Noſtro placuerit, S.C.E.R. attenta
Epiſcopi Relatione, erectionem Monaſterii hujuſmodi concedi
poſſe cenſuit:* Et ſubinde, facto verbo cum SS. ſequitur de-
cretum ibi: *SS. D.N. audita S.C. ſententia, illam probavit,
ac erectionem per Breve expediri mandavit.*

Si igitur ſub eo ſuppoſito, quòd Moniales Monaſterii eri-
107 gendi Regulam Capuccinarum profiteri deberent, motus
fuit Summus Pontifex ad eandem conceſſionem indulgen-
dam, impoſſibile erit oſtendere quonam Jure, quove præ-
textu, contra expreſſam Pontificis voluntatem, Moniales
ſub nomine Urbaniſtarum vocari ſe hodiè contendunt? Quia
108 ſi mens Pontificis fuit erigendi Monaſterium Cappuccina-
rum, ac poſtea contra ejus expreſſam voluntatem diverſam
Regulam, ac profeſſionem Moniales emitterent, utique
erectio Monaſterii, ac facultas erigendi, conceſſa pro Mo-
naſterio Cappuccinarum, uti erronea, & nulla, prorſus
ſubreptitia remaneret ad *Text. in cap. Dudum il 2. verſic Inſu-*
109 *per de Elect. Fagnan. in cap Super literis num. 63. de Reſcript.
Roc. diſp. Jur 62. num. 52. & ſeqq Capyc. Latr deciſ. 32. num.
14. Rot. coram Cerr deciſ. 249 num 2. & deciſ. 313. num 7.*

Comprobantur hæc ex ſucceſſivo Brevi, ſeu Indulto,
110 in ipſa erectione conceſſo, quia tam in narrativa, quàm
in diſpoſitiva præfati Brevis Summus Pontifex ſemper uſus
fuit nomine Cappuccinarum, ac ſub Regula iſtarum con-
ceſſit facultatem erigendi Monaſterium Monialium, ſignan-
111 ter, quia occaſione, qua Summus Pontifex Legiſlator,
voluit ejuſdem Monialibus concedere indulgentias, gra-
tias, & privilegia, eaſdem impartitus fuit illis modo, &
forma, quibus reperiebantur conceſſa cæteris aliis Monaſte-
riis Monialium, Cappuccinarum nuncupatis; ibi: *Ut om-
nibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus exemptionibus,
favoribus, conceſſionibus, Indultis, Indulgentiis, cæteriſ-
que gratiis univerſis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus,
quibuſvis aliis Monaſteriis Monialium, Cappucinarum nun-
cupatis prædicti Ordinis &c. ac quibus illa, & illæ de Jure
utuntur, fruuntur &c.*

Et propterea, ſi omnia alia ſimilia Monaſteria Monia-
112 lium Cappucinarum nullatenus vivunt, nec vivere poſ-
ſunt ſub Regula Urbani IV. nullo prætextu noſtræ Monia-
les, quibus conceſſa eſt eadem Regula, ac Indulta, poſ-
ſunt modò allegare alteram, quæ in toto dicto Brevi nun-
113 quam legitur impartita, imò evidenter conſtat de expreſſa
114 contraria voluntate Pontificis, dum eas inſtituit, & vivere
voluit, ſicut cæteræ aliæ Moniales Cappucinæ.

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo idem Summus
115 Pontifex expreſsè diſponit, quòd noſtræ Moniales tenean-
tur ſuſcipere habitum, per Moniales aliorum Monaſterio-
rum dicti Ordinis geſtari ſolitum, quòdque magis eſt ſint
etiam adſtrictæ eandem profeſſionem emittere, ſicut cæte-
ræ aliæ ejuſdem Ordinis, ac ritus, mores, & regularia In-
116 ſtituta dicti Ordinis ſervare, ibi: *Omneſque earum habi-
tum, per Moniales aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis ge-
ſtari ſolitum, ſuſcipere, & profeſſionem, per eaſdem emitti
conſuetam, elapſo probationis tempore, expreſsè emittere
&c. nec non perpetuam clauſuram, & quoad fieri poterit ri-
tus, mores, conſuetudines, ac regularia Inſtituta ejuſdem Or-
dinis ſervare.*

Docere igitur debent Moniales, quòd Ordo Monialium
117 Cappuccinarum profiteatur Regulam, ab Urbano IV. con-
ceſſam, ad fundandam illarum intentionem ſuper hac no-
va exceptione, ex vulgata Juris regula, quòd affirmanti,
& non neganti incumbit onus probandi ad *Text. in leg. 2. Cod.
de Probat. leg. Qui accuſare Cod. de Eden. & leg fin. ff. de Rei
vindic.* Qui enim negat non tenetur probare *leg. Actor Cod.
de Probat.*

Tantum verò abeſt, quòd cæteræ Moniales Cappuccinæ
ſub dicta Regula vivant, quin potiùs ex eadem Regula, 118
à dictis Monialibus exhibenda, ac omnibus aliis, quæ re-
periri poterunt in aliis Civitatibus, contrarium evidenter
apparet, illas ſcilicet profeſſionem emittere ſub Regula,
approbata ab Innocentio IV. non autem ab Urbano IV. inter
quas magna reperitur diverſitas, ut notat *Tambur. de Jur.
Abbat. diſp. 105. quæſt 7. per tot.* ubi per extenſum refert for-
mam profeſſionis, quam emittunt Moniales Urbaſtinæ, &
latiùs obſervat *Petra ad Conſtit. Apoſtol. tom. 3. ad Conſtit. 12.* 119
*Innoc. IV. num. 7. & 8.*

Unde cùm Nobis aſſiſtat expreſſa, & literalis Conſtitu-
tio Pontificia, ac in ea expreſsè demandetur profeſſio fa- 120
cienda, ſicut aliæ Moniales Cappuccinæ, non valent Mo-
niales allegare diverſam Regulam, ac alteram profeſſio-
nem emittere, minuſque adverſus claram diſpoſitionem
ejuſdem Conſtitutionis inſiſtere in præſumptionibus, ad-
miniculis, & conjecturis, ut notat *Rot. deciſ. 3. num. 6. co-
ram Anſald.*

Eòque magis, quia idem Pontifex ad dictam erectinem
proceſſit prævio Voto C. E. & R. ibi: *De Ven. Fratrum no-* 121
*ſtrum S.R E. Card. negotiis Epiſcop. & Regul. Præpoſitorum,
quibus negotium hujuſmodi maturè examinandum, & excu-
tiendum commiſimus, conſilio;* Et proindè cùm Summus
Pontifex cauſa cognita, ac negotio maturè diſcuſſo, mo-
tus fuerit ad erigendum Monaſterium Monialium Cappuc-
cinarum, illaſque ut tales profeſſionem emittere juſſerit,
nimis improprium hodiè eſt, voluntatem Summi Pontificis
non ſervare: Sicut enim Perſonis, in ſublimi dignitate con-
ſtitutis, aliquid aſſerentibus omni jure deferend. eſſe obſer-
vavimus in *Tom. 1. part. 1. diſcept. 4 num. 4.* multò certiùs id
affirmandum erit de Papa, aſſerente Moniales eſſe Cappuc-
cinas ex allegatis in *Tom. 1. part. 2. diſcept. 10. num 6.*

Quibus poſitis, nullius relevantiæ eſt aſſerta Formula,
quam dictæ Moniales adhibere prætendunt in actu profeſ- 122
ſionis; & cujus vigore authumant, ſe eſſe Urbaniſtas,
non autem Cappuccinas: Quidquid enim ſit, an dicta For-
mula ſit eadem, quæ reperitur impreſſa in earum Regulis,
& Conſtitutionibus, de quo cum omni fundamento dubi-
tari poteſt ex continua renitentia dd. Monialium in illarum
exhibitione.

Strictè dicimus, quòd ad conſtituendas eaſdem Monia-
les in ſtatu Urbaniſtarum, non ſufficit allegari mutationem 123
antiquæ profeſſionis, de facto forſan ab illis attentatæ, ſed
expreſsè requiritur probatio fundamentalis facultatis, ſub
qua ab eiſdem adhiberi potuerit, & poſſit eadem Formu-
la, diverſa ab illa Innocentii IV. quam præſcribit Ordo
Cappuccinarum, & ſub qua profitentur omnes aliæ Mo- 124
niales Cappuccinæ, quod onus probandi incumbit Monia-
libus, quæ ſe fundant in eadem Formula, quia ſat eſt No-
bis aſſerere, illam non eſſe Formulam, adhiberi ſolitam à
Monialibus Cappuccinis, viventibus ſub Regula Innocentii
IV. Ideoque inſiſtentibus in limitatione prædictæ Regulæ,
incumbit onus illam concludenter probare, ex *Manſ conſult.
114. num. 18. Card. de Luc de Jurepatr. diſc. 23. num. 9. Rot.
coram Anſald. d 74. num. 53.*

Nec relevat reflexio, quòd Moniales manutenendi ſunt
in quaſi poſſeſſione, in qua de facto reperiuntur; Quia cùm 125
eadem Formula ſit prorſus contraria diſpoſitioni, ac men-
ti earum Fundatoris; Sit ulteriùs ex diametro oppoſita pro-
prio facto, & quam pluribus confeſſionibus earundem Mo-
nialium: Et denique clarè adverſetur literali Conſtitutio-
ni Apoſtolicæ, non poteſt dici uſus, ſed verè, & propriè
denominatur abuſus, & corruptela, non ſequenda, ſed
prorſus eliminanda, & de medio tollenda, ut ait: *Ricc.
deciſ. 36. num. 3. & 4. & Urceol diſcept. 21. num. 31.* & meliùs
*Rot. deciſ. 10 num. 40. apud Pacion. de Locat.* ibi: *Qui in hoc
caſu talis obſervantia judicandus eſt abuſus, non admitten-
dus, ſed eliminandus.*

Et in terminus abuſum, qui introducuntur à Monialibus, 126
& deinde ſequi, & practicari prætenduntur ab aliis, in eiſ-
dem Monaſteriis profeſſionem emitten. quòd omnino elimi-
nandi ſint, habemus rotundum Oraculum Innoc. XI. de quo
*ſupra diſcept. 1. §. 13. à num 5.*

Et in terminis mutationis Regulæ, quòd illa neque etiam
fieri poſſit accedente authoritate Ordinariorum probat *Fa-* 127
*gnan. in cap. Recolentes num. 45 de ſtat. Monach.* ibi: *Moveor
ultimò, quia Monaſteria Monialium, de quibus agitur ex largi-
tionibus Fidelium ſupponuntur inſtituta, & fundata fuiſſe ſub
Regula tertii Ordinis S. Franciſci; Huic tamen legi Fundatio-
nis Epiſcopi, vel Prælati regulares derogare non poſſunt, ſta-
tuendo, ut deinceps Monaſteria ſint ſub Regula alterius Ordinis
& ſub alia invocatione, ſeu titulo, & Moniales novum habitum
induant,*

*induant, & aliam profeſſionem emittant, diverſam à primæva inſtitutione; Hæc enim fieri non poſſunt ſine commutatione voluntatum, quæ Sedi Apoſtolicæ tantùm eſt reſervata.*
128 Dum hæc imprimuntur Cauſa pendet adhuc indeciſa.

Cohærenter ad diverſitatem Inſtituti Cappuccinorum, profeſſionem emittentium, vel ad terminos Regulæ,
129 approbatæ ab Innoc. IV. vel mitigatæ ab Urbano pariter IV. de qua diverſitate latè ſupra *à num* 2.

Obſervandum eſt hic, quòd anno 1712. Typis Joannis Franciſci Buagni in Urbe vulgata fuit *la Vita del Servo di Dio Buonſignore Cacciaguerra, con la Gionta della Vita di alcuni ſuoi Penitenti* à Sacerdote Joanne Marangono Vicentino, qui per multos annos moram fecerat in Domo S. Hieronymi de Charitate, in quo Libro æquali eruditione, ac
130 claritate adnotavit multa circa qualitates, & Exercitia ſpiritualia illorum Sacerdotum, qui in eadem Domo manſerunt, vel tempore, quo in illa permanſit S. Philippus Nerius, vel poſtquam ipſe ab illa diſceſſit, ſequè contulit ad Eccleſiam B.M. de Vallicella in qua Congregationem Oratorii fundavit. Nec non indicavit pariter multa circa ſuperintendentiam, & ſuperioritatem Archiconfraternitatis laicalis in eadem Domo, & Eccleſia Sancti Hieronymi de Charitate. Quia verò aliqui, præter intentionem ejuſdem Authoris, inferre ex illis prætendebant, quod dicti pii Sa-
131 cerdotes fuiſſent Socii ejuſdem S Philippi in Exercitiis propriis, & particularibus Congregationis Oratorii, quòdque dicti Sacerdotes non eſſent Miniſtri Archiconfraternitatis, ideò commendabili ingenuitate ſolemniter declaravit ſuam intentionem, ſequentibus verbis, impreſſis poſt eundem Librum.

,, L'Autore del preſente Libro, affinche da quanto ſi trova in eſſo ſparſamento eſpreſſo, & aſſerito, non poſſa naſcer pregiudizio alla verità, nè ſi poſſa il ſuo ſentimento
132 interpretare diverſamente da quanto è ſtata ſempre la ſua ingenua intenzione, ha ſtimato ſpediente il dichiararſi, che ſe bene nel decorſo dell'Opera, ſi è più volte aſſerito, che quelli antichi Sacerdoti di ſingolare probità, delli quali in eſſa ſi parla, e che per longo tempo abitarono nella Caſa di S. Girolamo, foſſero Compagni del glorioſo San Filippo Neri, per il tempo, che dimorò in detta Caſa, come coloro, che eſercitando in eſſa il proprio officio, ſi può dire, che praticaſſero tutti d'accordo varie opere di pietà a beneficio del Proſſimo.

,, Non ſi è però mai inteſo di aſſerire, che i medeſimi Sacerdoti, o Servi di Dio, ſi abbiano per Compagni del Santo negl'Eſercizii proprii dell'Oratorio, introdotti ſolamente da Lui, conforme di quel tempo gli furono Compagni in detti eſercizii il Tarugi, il Baronio, ed altri, riferiti nella ſua Vita; Non oſtante, che quei buoni Sacerdoti ſi eſercitaſſero anche prima, che il Santo entraſſe in San Girolamo in confeſſare, e communicare, e fare altre opere di pietà, communi ad altri, ſicome ſi eſercitano ancora quelli, che vi dimorano al preſente; E molto meno, che i predetti Sacerdoti, o Servi di Dio foſſero Padri della medeſima Congregazione dell'Oratorio (non eſſendovi mai ſtata d. Congregazione in San Girolamo) abbiano nulla che fare con la d. Congregazione di San Filippo, e ſuo Iſtituto.

,, Et in oltre ſi dichiara, che ſe bene in d. Caſa di San Girolamo ſi praticarono nel ſudetto tempo varii eſercizj di pietà per direzzione del proſſimo, ed eccitamento dello ſpirito. Con tutto ciò dall'Autore non ſi pone in dubbio, che l'Iſtituto dell'Oratorio, ſopra eſpreſſo, ricevè l'eſſere, e la forma di Congregazione nella Chieſa, e Caſa della Vallicella, ove di preſente ſi trova, ed ivi fu approvato dalla Santa Sede in forma di vera Communità; E che da i Padri di d. Congregazione della Vallicella ſi ſiano riconoſciute, ed oſſervate altre Regole, anche prima della loro approvazione, ſe non quelle approvate l'anno 1612. nella Bolla 92. della fel. mem di Paolo V.

,, Sì è avuta per altra parte mira particolare dal medeſimo Autore di fare generalmente conoſcere il titolo ſpeciale di venerazione, che da i Sacerdoti della Caſa di S. Girolamo, ſi deve ad un così gran Santo, per eſſerſi ivi trattenuto tanto tempo, per avervi dimoſtrato così grande affetto, e per tante opere di eroica perfezzione, colle quali illuſtrò d. Luogo.

,, E ſi è procurato di più di fare apprendere per verità a chiunque leggerà il preſente Libro, che in d Caſa di San Girolamo ſi ſono continuamente praticate varie opere di pietà, e di profitto ſpirituale dell'Anime, che anno ivi dimorate in varii tempi Sogetti d'inſigne probità, e di publica edificazione, ed ajuto del Proſſimo, i quali ſi ſono per il paſſato lodevolmente impiegati, e s'impiegano di preſente in queſt'Alma Città di Roma in promovere la gloria di Dio, e la ſalute dell'Anime.

,, Si dichiara parimente riſpetto alle notizie, riferite nel preſente Libro ſopra l'origine, prerogative, e privilegii dell'Archiconfraternità della Carità, Padrona della Chieſa, e Caſa di San Girolamo, quando queſte, non corriſpondeſſero alla verità, di rimetterſi alle più vere, e certe, che eſiſtono nell'Archivio di d. Archiconfraternatà, avendo forſe in tal parte mancato per non avere avuto il commodo di riconoſcerli originalmente in d. Archivio; Riſpetto poi a tuttociò, che nel conteſto di detta Opera il medeſimo ha riferito de' PP. che al ſervizio di d. Chieſa ſono convivſſuti in d. Caſa, ſi proteſta di non aver' inteſo di pregiudicare a quella ſopra intendenza, anzi ſuperiorità, che ſempre ha avuta, ed ha preſentemente la detta Archiconfrateſnità, e ſuoi Sign. Deputati a dd. PP. e Miniſtri ſtipendiati, e dalla medeſima ritenuti per il buon ſervizio di d. Chieſa, ed adempimento delle pie diſpoſizioni de' Benefattori, ſtimando l'Autore ſuo preciſo obligo di fare tali dichiarazioni, e proteſte, sì per uniformarſi ſempre con la verità, come anche acciochè mai in alcun tempo poſſino reſtar pregiudicate le raggioni, e ſuperiorità d'una sì pia, ed inſigne Archiconfraternità, alla quale eſſo profeſſa ogni riſpetto, ed obligazione, per eſſere ſtato onorato d'eſſere ammeſſo al ſervizio della medeſima nel numero de i ſudetti, Padri, tra' quali per longo tempo è viſſuto.

Quæ omnia ad hominem comprobantur ex originali Epiſtola ejuſdem Sancti Philippi, ſcripta Sancto Carolo Borromeo, aſſervata inter alias Reliquias ejuſdem Sancti Fundatoris in eadem Eccleſia S.M in Vallicella, in qua clarè aſſe- 133
rit, quod iidem Sacerdotes, moram facientes in Eccleſia Sancti Hieronymi de Charitate *non ſono Uomini della noſtra Congregazione, ma ſono Capellani della Compagnia della Carità di San Girolamo*, ut patet ex integro tenore ejuſdem Epiſtolæ, quæ eſt ſeqq.

*Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Monſig. e Patrone Oſſervandiſſ N. S. mi mandò jer una Poſcritta, ſcritta da V. S. Illuſtriſſ e Reve-* 134
*rendiſſ. dove moſtra reſtar molto mal ſodisfatta della noſtra Congregazione, preſupponendo, che due de' noſtri Sacerdoti abbino data intenzione, e poi ſi ſiano pentiti di andare alli ſervizii del Duca di Baviera, e che queſta lor mutazione ſia ſtata contro l'obbedienza di Sua Santità; Mi è parſo con quella libertà chriſtiana, con la quale Ella ſuol procedere ne' ſuoi negozii, darle conto di queſto fatto, non per altro, ſe non perchè Ella reſti certificata ſchiettamente della verità. Sappia dunque che quelli due Sacerdoti, che dicono aver data intenzione di andare al d. ſervitio, non ſono Uomini della noſtra Congregazione; Ma ſono Capellani della Compagnia della Carità in San Girolamo, con la quale non avemo communicazione alcuna; E che tali ſiano li due Sacerdoti. Ella ſe ne può informare da Monſignor Speziano. In oltre V. S. Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. ſia certa, che in queſto particolare non ci è mai intervenuta obbedienza di N. S. E ciò le affermo aſſertivamente, perchè Io ſteſſo in perſona ho trattato ſopra queſto negozio con Sua Santità, la quale ſon forzato allegarla per teſtimonio. Supplico dunque V. S Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. che ſi degni à non creder di noi tanta contumacia, quanta ſarebbe l'aver contradetto all'obbedienza di N. S. Che quando ciò foſſe ci reputaremo eſſere incorſi in graviſſimo errore, e peccato, dal quale preghiamo, e ſperiamo, che il Signore Iddio ſia per liberarci ſempre con la ſua grazia. E preghiamo ancor Lei, che ſi degni favorirci con le ſue Orazioni. E ſi degni, quando le venghi odorato qualche coſa di Me, e degli altri Noſtri, che meriti correzzione, Ella ſteſſa farne la carità, che la riceveremo per grazia ſingolariſſima. Et umilmente Io, con tutti le baccio la mano. Di Roma li 15. di Luglio 1581. Di V. S Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. In Calce. Devotiſſ. Servitore Filippo Nerio; Foris verò: All' Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Monſig il Card. di S Praſſede Padron mio Colendiſſimo.*

DISCE-

## DISCEPTATIO IV.

### Ordinis Cler. Reg. Minorum.

*PRO*

Patribus generalis Regiminis.

### ARGUMENTUM.

*Religioſi ad titulum Iubilationis, an eximi poſſint in Capitu-
lis generalibus à Chori ſervitio, ad ornatum Conſtit. 60.
Clem. VIII. & Conſtit. 28. Urbani VIII. Referuntur multi
caſus, in quibus à C.C. concedi ſolet, vel denegari In-
dultum Iubilationis.*

IN Comitiis generalibus Cleric. Regul. Minor. in Urbe ce-
lebratis anno 1711. excitatum fuit ſequens dubium: *An
1 privilegium exemptionis quotidianæ à canonicis Horis in Cho-
ro, cum aliis Religioſis cantandis, vel recitandis (quibuſ-
dam diebus de præcepto exceptis) conceſſum per decretum 14.
à Capitulo generali 19. anno 1675. editum, ejuſdem Ordi-
nis Lectoribus, qui per annos 15. laudabiliter munus ſuum
in Lectionibus ſcholaſticis exercuerint, opponatur Conſtitu-
tioni, à ſa. mem. Clemen. VIII. anno 1599 emanatæ, eò quod
in ea num. 1. præfatum privilegium conceditur Lectoribus
actualibus tantùm.*
Cùmque illud tunc temporis, & in toto ſexennio ſequen-
ti, neque diſcuſſum, neque reſolutum fuerit, hodierni Re-
2 giminis Patres ejuſdem Ordinis; unà cum aliis ſenioribus
Religioſis, deſtinatis pro recognoſcendis, & examinandis
quampluribus aliis Decretis, à diverſis Capitulis generali-
bus in præteritum conditis, agnoſcentes maximam contra-
dictionem ejuſdem Decreti cum dicta Apoſtolica Clement.
Conſtit. per ea, quæ obſervant *Lantuſc. in Theatr Regul. verb.
3 Lector. num. 3. fol. 299.* humillimum habuerunt recurſum ad
hunc ſacroſanctum Conſeſſum, à quo de more exquiſita fuit
Informatio, & Votum P. Procurator generalis noſtri Or-
dinis, quod fuit exhibitum in Secretaria.
Ante diſcuſſionem autem dicti dubii, pro illius affirmativa
reſolutione, præmitto, quòd Clemens VIII. illam, æquè
generalem, ac celeberrimam Regularium Reformationem,
4 à qua omnes Religiones, omneſque regulares Familiæ pro-
priarum Conſtitutionum punctuale adimplementum, vitæ-
que Regularis exactam obſervantiam recognoſcunt, im-
preſſam *in Bullar. novo tom. 3. Conſtit. 60.* incœpit à reſtrictio-
ne, & revocatione privilegiorum, eximentium eoſdem Re-
gulares à Chori ſervitio, necnon à rigoroſa prohibitione illa
in poſterum concedendi quibuſcumque perſonis, quomodo-
cumque qualificatis, & in propria Religione graduatis, ſe-
5 quentibus verbis: *Nullus omninò, prætextu cujuſcumque pri-
vilegii, vel ſuperioritatis, etiam Generalatus, à ſervitio
Chori cenſeatur immunis, niſi pro tompore, quo quis in pro-
prii officii munere actu fuerit occupatus, Cùm Lectoribus
autem, & Prædicatoribus, Superiores, iis tantùm diebus, qui-
bus eis legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint*,
quàm, mediante ſpecifica inſertione *in ejus Conſtit. 28. in
Bullar. novo tom 5.* in ſpecie confirmavit Urbano VIII. Itaut
reſpectu exemptionis à Chori ſervitio nulli Religioſo, nulli-
què Superiori quocumque prætextu concedendæ, non unum,
ſed duplex habeamus Pontificium oraculum, omni Jue prom.
6 piæ executioni demandandum, ex adductis in longè debi-
lioribus terminis *per P. Gruther*, noſtræ Religionis Alum-
num *de Art. benè deſider. reſol. 15. §. 9. num 177. fol. 330.* ibi:
*Dei ſacri Canones puros nutus, & umbras voluntatis Ponti-
ficis eſſe feſtinanter, & i offenſo pede exequutioni demandan-
dos, & adorandos ſuadent*, cum aliis citatis *in Tom. 2. part.
7 1. diſcept. 4. num. 12.* Necnon pro punctuali exequutione ejuſ
dem Reformationis Clementinæ applicantur ea, quæ pro
exequutione alterius Conſtt. ejuſdem Clem. VIII. firmavit
*Rot. decis. 3. num. 6. coram Anſald.* his verbis: *Non erat con-
tra Bullam tam ſanctam, & expreſſam ſuper generalitatibus,
conjecturis, & diſcurſibus, in oppoſitum excitatis, immo-
randum, ſed eadem Bulla adamuſſim, & præcisè veniebat
ſervanda pro lege.*
Adversùs ſolidum hoc fundamentum tria ex adverſo addu-
cta fuerunt; I Quòd Conſtit. Clemen. non comprehendit
8 Clericos Regulares Minores; II Quod illi, vi ſuarum
Conſtitutionum non dicuntur addicti Chori ſervitio. III.



Deniquè, quòd in concurſu obſervantiæ Decreti Capitularis
à dicto anno 1675. attendenda non ſit contraria diſpoſitio d.
Reformat. Clementinæ.
Nulla tamen ex contrariis criticationibus ſubſiſtit, aut in-
tentum, ex adverſo prætenſum probat.
Non prima; Quia omnibus Superioribus regularibus in 9
ejus §. 8. cubitalibus iſtis literis prorſus interdicta eſt quælibet
declaratio, ſeu interpretatio, & relaxatio dictæ Clement.
Reformat. *Superioribus autem &c. hæc noſtra Decreta delara-
re, interpretari, aut relaxare ullo modo poſſint, & omnino
interdicimus, & prohibemus. Decernentes irritum &c.* Et pro-
ptereà non poterant Religioſi illi, qui intervenerunt Capi-
tulo generali 19. anno 1675. in Urbe congregati, oppoſitum
ſtatuere, declarando, vel reſtringendo & relaxando Cle-
mentinam Reformationem, ut non comprehendat Cleri- 10
cos Regulares Minores. minuſque id aſſerere poſſunt mo-
derni Lectores jubilati, ſed illi conſulere debebant, & iſti
tenentur recurre ad ſanctam Sedem, cujus eſt declarare, &
interpretari leges, & Conſtitutiones, ab ipſa conditas, ex
cumulatis per *Barboſ. in cap. Cùm veniſſent num. 4. de Judic
& axiom. 130 num. 182 & Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. diſp.
16. quæſt. 6. per tot* ubi *num. 7.* quod quando Summi Pontifices
mandant, ut nemo Apoſtolicas Conſtitutiones interprete-
tur, id verum eſt de interpretatione judiciali, non autem de
interpretatione doctrinali, & magiſtrali; Idque per viam
generalis regulæ ſancivit *Clem. IV. in ejus Conſtit. 12. in Bul-
lar. nov. tom. 1.* ibi: *Cùm ejus ſit interpretari, cujus eſt con-
dere, interpretatio ſuper hujuſmodi dubiis, & obſcuris, d.
Sedis judicium requiratur.*
Certiùs, quia quamvis eadem Clementina Reformatio
habeat pro titulo ſequentem inſcriptionem, *à Laertio Che- 11
rubino* in impreſſione Bullarii eidem aptatam. *Decreta gene-
ralia pro Reformatione Regularium, tam Monachorum quàm
Mendicantium cujuſcumque Ordinis, & Inſtituti;* Idque ea
forſan ratione, quia tempore dictæ Reformationis Clemen-
tinæ Clerici Regulares non adhuc erant in illo numero, in
quo de præſenti ſunt, vel punctuales erant in adimplendis
eis, quæ præſcripta erant in eorum Conſtitutionibus; Sem-
per tamen verum eſt, quòd ea, quæ continentur in dicta
Clementina Reformatione non ſunt taxativè reſtricta ad ſo-
los Monachos, & Mendicantes, ſed juxta unanimem ſen- 12
ſum omnium ſacrarum Congregationum (à quibus nunquam
declaratum fuit, dictam Clementinam Reformationem eſſe
reſtrictam, & limitatam ad ſolos Monachos, & Mendi-
cantes) comprehendit omnes regulares Familias, ac præ-
cipuè illas Clericorum Regularium, quæ Chori ſervitio ad-
dictæ ſunt.
Et viva ratio hæc eſt, quia nulla aſſignari poteſt congrua
diſparitatis ratio, quare nullus omninò Regularis, etiamſi
Generalis in ſua Religione exiſtat, in exequutionem d. Cle- 13
mentinæ Reformationis exemptus dici poſſit à ſervitio Cho-
ri, ſi ille ſit ex Monachis, vel Mendicantibus cujuſcumquè
Ordinis, & Inſtituti; Si verò ſit ex Clericis Regularibus,
tali gaudere valeat effrænata libertate à Chori ſervitio, quod
cùm innegabiliter involuat favorem divini cultus, latiſſima
interpretatio ad hunc effectum facienda eſt, juxta theoricam
*But. in cap. Cùm olim num. 15. de Conſuet.* quam ſequuntur ad- 14
ducti *à Rot. deciſ 847. num. 3. coram Seraph.* cum aliis, citatis
*in Tom. 1 part. 2. diſcept. 23. num 4 & 63*
Et in terminis diſpoſitionis circa Horas canonicas, quòd
illa latiſſimè interpretanda ſit, benè probat *Donat. Rer Re- 15
gul. tom. 1. tract. 8. de Interpr. privil. quæſt. 6. num 5.* ibi: *Si
autem privilegium ſapiat naturam beneficii, ut illud de reci-
tandis Horis canonicis, eſt largè interpretandum.*
Abſquè ulla prorſus difficultate, dum habemus hoc ſolem-
niſſimè declaratum *ab Urbano VIII.* med ante ejus *Conſtit.
188. in Bullar. nov. tom. 4.* In quo idem Summus Pontifex, 16
poſt maturam cauſæ diſcuſſionem, huic S.C injunctam, ex
ejus Voto declaravit, Clericos Regulares non comprehendi
in illis Decretis Reformationis Clementinæ, in quibus ſer-
mo eſt de certis Monaſteriis, & Locis, deſignatis pro reci-
piendis Novitiis, ut in ſpecie obſervat *Novar. in Summ.
Bullar part. 2. comment 91. num. 10. 11.*
Ex qua particulari exceptione firma remanet generalis re-
gula quoad omnia alia, in dicta Clementina Reformatio- 17
ne contenta, juxta animadverſa per *Dec in cap. Cùm dilecta
num. 6. & 7. de Confirm. util vel inut & Barboſ. axiom. 85 num
4.* & firmata per *Rot in Rom. Emphyt 11. Martii 1620 §. Quam
confeſſionem coram Mut.* Aliàs enim ſi attendendus erat ma-
terialis titulus ejuſdem Reformationis, literaliter directæ 18
Monachis, & Mendicantibus, nulla adfuiſſet neceſſitas
ſpecificandi illa capita, in quibus Clerici Regulares non

compreħenduntur, ſed ſatis fuiſſet declarare, illos in nulla
parte dictæ Reformationis contineri, eandemque de ipſis
non loqui, *Joan. Andr. in Adit. ad Specul. tit de Teſtam. §. 1.*
19 *verſic. Occurit*, & *Rot. deciſ 93. num. 2. part. 17. recent.*
Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contrariis Scripturis,
20 in quibus proindè fit tranſitus ad ſecundam limitationem,
prætendendo, Clericos Regulares Minores ex eorum Inſti-
tuto, ſpecialiter addictos non eſſe Chori ſervitio.
Pro remotione autem hujuſmodi ſecundæ criticationis ſa-
tis eſt percurrere verba *noſtrar. Conſtit. part. 1. cap. 4. de Inſtit.*
*Chor. ad divin. Offic.* In illis enim non potuit hujuſmodi obli-
21 gatio clariùs exprimi, quàm ſequentibus verbis: *Canonicæ*
*preces à noſtris in Choro ſtatis horis perſolvantur, nempè ma-*
*tutinæ &c. Proindè in ſingulis noſtris Domibus Chorum inſti-*
*tuendum eſſe decernimus, & in Domibus quidem Exercitio-*
*rum, & Receſſus, & in Novitiatibus ſeparatis, quotidianus*
*ſinè alicujus diei intermiſſione erit; In Collegiis verò, ob lite-*
*rarias ſtudiorum occupationes, nullo modo quotidianus, ſed*
*Dominicis tantùm.*
Quæ veritas adeò notoria eſt in noſtra Religione, ut mi-
rum in rei veritate videatur, quòd poſſit in dubium revoca-
22 ri ab illius Alumnis, ſub verè frivolis illis prætextibus,
quòd aliqui Clerici Regulares, ut ſunt illi Societatis Jeſu,
Miniſtrantes Infirmis, & Scholarum Piarum, exempti ſint
à Choro, Id enim præſcriptum eſt in eorum Conſtitutioni-
bus ab eorum Fundatoribus, ex ſpecialibus motivis, vel
aſſiſtendi Infirmis, vel docendi pueros in Scholis, quæ cum
non militent in præſenti, nil mirum ſi noſtri Fundatores,
nulla habita ratione diverſorum Inſtitutorum, ſuos Alum-
nos ſervitio Chori mancipatos eſſe voluerunt; Sub illa ta-
men moderata diſtinctione quoad Domos, ſeù Collegia Stu-
diorum, in quibus demandarunt, Chori obligationem non
eſſe quotidianam, ut in Domibus Novitiatus, & Receſ-
ſus, necnon Exercitiorum.
Poterat autem ad hunc effectum omitti illa reflexio, quòd
Clerici profeſſi in noſtra Religione, non teneantur ad re-
23 citationem divini Officii, pro eo tempore, quo ad ſacros
Ordines promoti non ſunt. Ex hoc enim nihil omninò in-
fertur quoad Chori ſervitium reſpectu Conſtitutorum in ſa-
cris Ordinibus, & in ordine ad totam Religionem, dum
iſtorum reſpectu Chori ſervitium cubitalibus literis deman-
datur in dictis noſtris Conſtitutionibus, juxta verba, regi-
ſtrata *ſupra num.* 21. Nec deſunt inter Clericos Regulares,
Religiones, quæ injungunt Chori ſervitium in Domibus
profeſſis tantùm, obligando in illis Clericos ad recitandum
24 divinum officium, etſi ad ſacros Ordines promoti non ſint,
ut in ſpecie practicari videmus in Religione Somaſcha; Et
proindè, omnibus maturè conſideratis, remanere videtur
innegabile in noſtra Religione ſervitium Chori, cui ab il-
lius Conſtit. ſpecialiter addicti ſint illius Alumni, ex hucuſ-
que animadverſis.
Nec dicatur, quòd poſita etiam comprehenſione Clerico-
rum Regularium ſub diſpoſitione Reformationis Clementi-
25 næ; Nec non admiſſo, quòd ex eorum Inſtituto ſint Chori
ſervitio addicti, adhuc permiſſum erat Capitulo generali
19. anni 1675. eximere Lectores jubilatos à Chori ſervitio,
vigore facultatis, quæ legitur ei attributa *Conſtit. part. 4. cap.*
*3. num. 4.* ubi datur eidem Capitulo generali ampla facultas
mutandi etiam ipſaſmet Conſtitutiones.
Reſponſio enim in promptu eſt, quòd ſcilicèt id verum ſit
circa ea, quæ diſpoſita ſunt in dd. Conſtitutionibus, non
generaliter, & ad arbitrium Capitularium, *ſed ubi ſumma*
*utilitas, vel ſumma neceſſitas id expoſcant*, juxta præciſa ver-
26 ba dd. Conſtitutionum; Non autem procedunt in iis, circa
quæ habemus claram, & indubitatam legem Papalem, ut in
præſenti: Quia in iſtis circumſtantiis nullo modo, nulloquè
prætextu licitum eſt religioſis Viris demandare oppoſitum
ejus, quod in Pontificia Conſtitutione continetur: Si enim
ex claro tenore ejuſdem Clementinæ Reformationis, de
quo in ejus §. 8. permiſſum non eſt Superioribus Religionum
illam interpretari, & declarare, multò minùs licitum erit
illi derogare, illamque relaxare, quod eſt longè majus, ex
27 adductis per *Curt. jun conſ. 157. num. 30. & Barboſ. in Locis*
*comm. loco 73. num. 2. Verſic Quia non valet.*
Attento præcipuè, quòd ſimiles derogationes, & perpe-
tuæ exemptiones aliquibus ex noſtris Religioſis antiquitùs
conceſſæ, ab Urbano VIII. utì deſtructivæ Regularis Ob-
ſervantiæ, ſublatæ, & revocatæ fuerunt, mediante *ejus*
28 *Conſtit. 247 in Bullar. nov tom. 5.* Et quod magis eſt illæ lite-
ralitèr prohibitæ ſunt *in eiſdem Conſtitut. Ord part. 4. cap. 3.*
ubi nimis appoſitè appellantur perpetua Religionis labes,
ibi: *Deindè perpetuas diſpenſationes, ſeu exemptiones, ſive*
*ab omnibus ſimul Regulis, oneribus, & exercitiis, ſive tantùm*
*ab eorum aliquo, peculiari perſonæ nullo pacto concedendas eſſe*
*ſancimus, eaſque, utì perpetuam Religionis labem, ſic omnino*
*interdicimus, ut nullo tempore, nulloquè prætextu, etiam à*
*Generali, de Aſſiſtentium Voto dari poſſe velimus:* Itaut, at-
tenta hujuſmodi claritate verborum, applicentur termini
*Textus in leg. Ille, aut ille ff de Legat. 3.*
Nulla habita ratione illius gratuitæ Notæ marginalis,
eiſdem Conſtitutionibus additæ, his verbis: *Non eſt hic*
*ſermo de poteſtate capituli generalis decret. 14. Cap. gener. 19.*
Quia verba Conſtitutionum, prohibitiva perpetuarum diſ- 29
penſationum, non ſunt directa aliquibus perſonis particula-
ribus, ſed reſpiciunt ipſaſmet diſpenſationes ibi: *Perpetuas*
*diſpenſationes &c. nullo pacto concedendas eſſe ſancimus*, &
ibi: *Nullas, & irritas reddentes eas, quæ fortè alicui conceden-*
*tur*. Et proptereа palpatur manibus, quòd eædem Conſtitu-
tiones, nullo habito reſpectu ad perſonas, ſtrictè, & ſolidè
prohibuerunt ipſaſmet perpetuas diſpenſationes, & exem-
ptiones, quæ proindè à nulla gratuita marginali Nota, & à
nullo *Gloſſatore* poſſunt attribui Capitulis generalibus, eo 30
quia hæc non ſunt Conſtitutionum Authores, & deſtructo-
res, ſed Cuſtodes, & Executores, ex adductis in *tom. 2.*
*part. 2. diſc. 23. num. 14.*
Quibus additur ulteriùs evidens defectus poteſtatis in no-
ſtris Religioſis gloſſandi Ordinis Conſtitutiones, de qua in
*part 4. cap. 3. num. 2. in fin.* ibi: *Cæterùm Conſtitutiones ipſas* 31
*ex profeſſo exponere, vel commentario elucidare, nemini om-*
*nino licebit, quamvis gloſſæ quædam à Capitulo generali ipſis*
*adiici poſſint.* Quo defectu poteſtatis attento, nulla omnino
vis fieri poteſt in eadem gratuita gloſſa, juxta doctrinam *D.*
*Thom. 2. 2. quæſt. 60. art. 2 in corp.* ubi, quòd in his circum-
ſtantiis Gloſſator dicitur ſibi uſurpare illam facultatem, quæ
ei non competit.
Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt ultimum contrarium refugium
prætenſæ obſervantiæ d. decreti Capituli generalis anni 1675. 32
per annos 36. ex qua prætenditur illius continuatio, non at-
tenta contraria Papali lege, ſeu dicta celebri Reformat. Re-
gul. Clem. VIII.
Objectum enim non ſubſiſtit in facto, & non relevat in
Jure.
Non ſubſiſtit in facto, ex quo conſtans eſt, quòd multi æquè
docti, ac pii Religioſi noſtræ Religionis, etiam poſt jubila-
tionem, nunquam ſervitium Chori deſeruerunt, quando mo- 33
ram fecerunt in Domibus Exercitiorum, inter quos numeran-
tur P. Gregorius Canfora Neapolinatus & P. Joannes de Car-
denas Hiſpanus in noſtra Religione ſatis noti.
Conſtans paritèr in facto eſt, quòd idem decretum 14. ge-
neralis anni 1675. nunquam ſtabilem obtinuit firmitatem; 34
Sed in ſequentibus generalibus Capitulis multotiès muta-
tum, reſtrictum, & limitatum fuit. In Capitulo enim 20.
immediato anni 1681. multis limitationibus reſtrictum fuit;
Quamvis autem in Capitulo 21. ad priſtinam amplitudinem
reſtitutum fuerit; Et de eo nulla mentio facta fuerit in Ca-
pitulo generali 22. habito anno 1693. Attamen iterum re-
ſtrictum fuit in cap 23 habito anno 1699. à quo obligati
fuerunt ad Veſperas Lectores Jubilati, moram facientes 35
in Domibus, quotidiano Choro addictis. In Capitulo 24.
celebrato anno 1705. de medio ſublata dicta obligatione
accedendi ad Veſperas, iterùm in tota ſua amplitudine
confirmatum fuit primum decretum Capituli generalis an-
ni 1675. quod pariter declaratum, & reſpectivè reſtri-
ctum fuit in aliis Capitulis generalibus; Demum in Ca-
pitulo 25. in Urbe celebrato anno 1711. ab aliquibus excla-
matum fuit adversùs dictum decretum, illudque recogni-
tum, utì oppoſitum dictæ Clementinæ Reformationi, & 36
proindè injunctum fuit, eſſe recurrendum ad Summum Pon-
tificem, & ad hanc Sacram Congregationem pro tali de-
claratione.
Patet igitur ex hac continuata ſerie dd Capitulorum ge-
neralium, illud anni 1675. nullo modo fuiſſe pacificè obſer-
vatum, multoque minus exequutioni punctuali et deman- 37
tum fuiſſe decretum, de quo eſt quæſtio, ut ex adverſo præ-
tenditur; Quinimo palpatur manibus reſpectu dd Capitulo-
rum verificata fuiſſe ea, quæ improbantur *in noſtr. Conſtit.*
*part. 4. cap. 3 num. 4* his verbis: *Profectò totius mali fons, &*
*origo, turpis illa inconſtantia eſt qua juſſa vetantur, vetita*
*jubentur, & vacillabit Religio, ubi leges vacillant.*
Minùs eadem reflexio obſervantiæ dicti decreti, (quan-
do adversùs rei veritatem in facto ſubſiſteret,) relevaret
in Jure: Cùm enim ſimus in terminis legis Papalis, non
ſolùm irritum, & inane decernentis totum id, quod ei- 38
dem legi opponitur, ſed quod magis eſt, literaliter aufe-
rentis

rentis Superioribus regularibus facultatem illam declarandi, interpretandi, & relaxandi, eſt mera vanitas prætendere, ut dicta Papalis lex de medio ſublata dicatur per obſervantiam contrariam, ſeu per actus Religioſorum, eidem legi oppoſitos, qui cum omni ſermonis proprietate vocantur potiùs ſolemnes, imò ſolemniſſimi abuſus, omino eliminandi, quàm actus talis efficaciæ, taliſquè vigoris, ut potentes ſint ad tollendam dictam Papalem legem, *Rot. dec. 4. n. 20. apud Navar. in Sum. Bull. & dec. 71. n. 20. & 21. cor. Anſald. & dec. 269. à nu. 26. par 17. rec. & dec. 10. n. 40. apud*
39 *Pation. de Loc.* ibi: *In hoc caſu obſervantia judicanda eſt abuſus, non admittendus, ſed eliminandus, & Paſſer. de Elect. c. 9. n. 48.* ibi: *Hanc non obſervantiam eſſe rationabilem ex parte Superiorum non puto, ſed eſſe maximum abuſum exiſtimo, & minimè tolerandum.*

Et in rei veritate videtur nimis exorbitans, & æqualitèr durum prætendere deſtructionem Papalis legis ex illis actibus, qui potiùs merentur pœnam, & clamante Summo
40 Pontifice, ut adverſus ſuam legem non audiantur Superiores regulares, volentes illam declarare, vel interpretari, aut relaxare, debeant exindè irregulares operationes eorundem Regularium attendi pro revocatione, relaxatione, & abolitione dictæ Papalis legis: Hoc enim non eſt lapidem ad Amuſſim, juxta Philoſophi præceptum, ſed ad lapidem Amuſſim aptare, ſeu non eſt voluntatem legi ſubjicere, ſed legem ipſam ad voluntatem trahere, ut his verbis exclamat *Card. de Laur. in Epiſt. ad Lector. Epitom. Canon.* Eſtque
41 in rei veritate adeò monſtruoſum, ut nihil monſtruoſiùs, nedùm de facto dari, ſed neque etiam de poſſibili valeat excogitari.

Creſcitquè in immenſum vis hujus reflexionis ex illa facti circumſtantia, quod omnes religioſæ Familiæ tenentur quolibet anno, inter multas alias Pontificias Conſtitutiones,
42 bis publicè legere etiam dictam Reformationem Clementinam, contentam proindè in particulari *Libello*, anno 1696. impreſſo in *Typogr. Cam. fol.* 225. Et propterea omnibus Juribus, omnibuſquè congruentiis opponi videtur propoſitio hæc, ut prætendi poſſit inobſervantia dicti Pontificii oraculi ab illis Religioſis Familiis, quibus quolibet anno bis renovatur memoria illius præciſæ exequutionis, & punctualis adimplementi.

Poterant omitti utilitates illæ, quæ plùs juſto exagerantur in contrariis Scripturis reſpectu illorum Religioſorum noſtræ Religionis, qui poſt dictum decretum 14. Capituli
43 generalis 19. anno 1675. in Urbe celebrati, aliquas primarias Cathedras in diverſis Univerſitatibus obtinuerunt; Illas enim non obtinuerunt præciſè, quia uti Lectores jubilati non intervenientes in Choro, doctiores fuerunt habiti, habilioreſque reputati, ſed quia docti erant, & uti tales, digniores exiſtimati fuerunt in concurſu ad eaſdem Cathedras.

Eſt etiam obſervatione dignum, quòd inter Viros illos, pietate, & doctrina verè illuſtres, & æqualitèr inſignes, quos enumerat *P. Piſellus in notit. hiſt. noſtræ Relig.* qui ſunt
44 unus ſupra triginta, indicati in ultima pagina *Indic. ejuſd. Tomi ſub verbo Vita*, unus dumtaxat P. Innocentius Croy. non doctrina, ſed ſanctitate conſpicuus, reperiatur ibidem adnotatus poſt dictum ann. 1675. ſeu poſt editionem 15. decreti Capituli generalis 19. uſque ad annum 1688. quo terminat dicta Notitia hiſtorica, Signum pluſquam evidens, quòd exemptio à Choro, ſeu diſpenſatio ab obſervantia noſtrarum Conſtitutionum, Vel, ut meliùs dicam, aperta traſgreſſio Reformationis Clementinæ, non eſt medium ad multiplicandos Viros illuſtres in noſtra Religione, in qua antequam lucem aſpicerent illi, qui dicti decreti Authores fuerunt, aderant in Hiſpaniarum Regnis *Thomas Hurtado*, & in Italia *Jacobus Romanus*, *Raphael Averſa*, aliiſque ſimilis doctrinæ, & profundæ eruditio-
45 nis Religioſi, toti Mundo notiſſimi: Quibus in nihilo præjudicavit Chori ſervitium, eo quia, nedum pro eo tempore; quo in exercitio propriis muneris occupati ſunt, etiam ad terminos Clement. Reformationis, diſpenſare cum illis poſſunt Superiores, & de facto ſemper diſpenſant; Sed etiam cum Lectoribus Logicæ, & Theologiæ, quibus integer conceditur annus exemptionis à Choro, ad ſe preparandum ad lecturam.

Exempla Religionum, in quibus vigore propriarum Conſtitutionum, poſt aliquot annos lecturæ, dantur multæ exemptiones, ac inter has, aliquando etiam diſpenſatio à Cho-
46 ri ſervitio, poni poſſunt ad partes: Quia ſi factum in hac parte aſſiſteret, ſemper verum eſſet, quòd Summi illi Pontifices, qui ſpecificè approbarunt Conſtitutiones particularium Religionum, cùm ſuis generalibus exemptionibus, & ſpecialibus privilegiis, tantam habebant authoritatem, quantam habebat Clem. VIII. qui per viam regulæ, & le- 47
gis generalis illas prohibuit. Et proindè nullum reputaretur inconveniens, quòd ex alia Pontificia lege, titulo particularis privilegii, non ſervaretur in hac parte dicta Reformatio Clementina: Non ſic autem in præſenti, in quo non aliquis ex Summis Pontificibus, ſed ſolùm illi Reli- 48
gioſi, qui interfuerunt Capitulo generali, in Urbe celebrato anno 1675. nulla legitima authoritate ſuffulti, auſi fuerunt determinare contrarium ejus, quod in dicta Clementina Reformatione expreſſis verbis continetur; Quod quantùm abſonum ſit, inaudtumque inter Theologos; & Canoniſt. remanet manifeſtum ex hucuſque animadver.

Ex tamen hujuſmodi raris exemplis unius, vel alterius Religionis, exadverſo magnificatis, opponi poſſet univerſalis, & communis omnium aliarum Familiarum religioſarum, præcipuè aliorum Clericorum Regularium, Chori ſervitio innegabiliter addictarum, in quibus ratione jubilationis nullus Religioſus exemptus eſt à Choro: Itaut ad noſtrum propoſitum applicetur celebris illa reſponſio *Thomæ Mori*, qui Angliæ Cancellario, aſſerenti, omnes Anglicanos Epiſcopos ſuam reprobare opinionem, intrepidè reſpondit: *Que ad un' Eveque de Leur parti il en oppoſeroit cent*, de qua *Sander in Schiſm Angel lib. 1. fol. mihi* 162.

Diximus, ſi factum in hac par. aſſiſteret, Quia exadverſo 49
quinque ſpecificantur Religioſi Ordines, in quibus prætenditur, id practicari, quod tamen nullam habet ſubſiſtentiam.

Reſpectu enim Congr. Canonicorum Regularium Lateran. tranſcribitur particula Conſt. in quibus nihil aliud dici-
tur, *quàm ille, qui Lecturæ integrum curſum 15. annorum ex-* 50
*pleverit, eligatur in Prælatum titularem ab iis, ad quos ſpectabit.* Nullo deindè adducto alio Textu Conſtit. eximentium dd. Prælatos titul. à Chori ſervitio.

Reſpectu Ord. Prædic. adducitur antiquatum Capitulum
generale, Avenione celebratum anno 1561. & ſic longè an- 51
te Clementinam Reformationem, emanatam anno 1600. In quo Statuto à ſequela Chori excipiuntur Magiſtri Provinciarum, Lectores actu legentes, & Prædicatores actu prædicantes: In hac autem parte proceditur exadverſo cum equivoco, quia in Ord. Prædic. duæ ſunt ſpecies Magiſtrorum. Una eſt illorum, qui per annos 15. legerunt extra Studia generalia, nequè fuerunt in iſtis Baccalaurei, vel Regentes, & iſti, qui vocantur *Magiſtri ſimplices*, & correſpondent Lectoribus jubilatis in noſtra Religione, pauca, nimiſque reſtricta habent privilegia: Secunda ſpecies eſt illo-
rum Magiſtrorum, qui vocantur *Magiſtri Provinciæ, cum* 52
*loco, & voce*, & iſti habent quidem majora privilegia, ſed nullatenùs genrealitèr exempti ſunt à Chori ſervitio, quia juxta diſpoſit. *Cap. gener Rom anni 1629. ad Completorium, Salve Regina, & ad Officia Mortuorum diebus feriatis, quotidiè tenentur atcedere:* Diebus verò feſtivis omnes Magiſtri, cujuſcunquè qualitatis ſint, Chori ſervitio addicti ſunt, ut obſervat *Font. ad Conſt. Ord. Præd. tit. de chor. n. 3. & 5. fol. 102. & 103.*

Reſpectu Ord. Eremit. S. Auguſt. nimia liberalitate aſſeritur exadverſo à Chori ſervitio generalitèr exemptos eſſe
Theologiæ Magiſtros, & Profeſſores actuales, tam Philo- 53
ſophiæ, quàm Theologiæ; Et tamen Religioſi ejuſdem Inſtituti, quibus nota eſt praxis propriarum Conſtit. conſtantèr aſſerunt, id non ſubſiſtere, neque in eorum Religione practicari; Quod ictu oculi conſtitiſſet ex lectura dictarum Conſtitutionum, ſi, ut decebat majeſtatem hujus Sacroſ. Senatus, integralitèr exhibitæ fuiſſent.

Reſpectu Diſcalceatorum Hiſpaniarum, & Indiarum ejuſdem Ord. S. Auguſt. dicitur, in eorum Conſtitutionibus, Theologiæ Lectores exemptos eſſe *à Matutino*. Sed refle-
xio retorquetur ad hominem, quia digito oſtendit, quòd iidem 54
Religioſi obligati ſunt ad reliquas divini Officii partes, nempe ad Laudes, & Horas, ad Veſperas, & Completorium.

Reſpectu demum Ord. B. M. de Mercede adducuntur
Conſt. in quibus demandatur, *nedum Lectoribus Theologiæ* 55
*ſcholaſticæ, moralis, & myſticæ, ſpecialitèr actu, & aſſiduè quo ſuo munere intenderint, eos quantùm ad Chorum iiſdem Lectorum actualium gaudere immunitatibus declaramus;* Quæ verba, cùm in ſpecie exprimant caſum *ſpecialis, actualis, & aſſidui laboris in Studiis*, nullo modo detorqueri poſſunt ad noſtrum caſum ſolius jubilationis, & ſic ſtudii, non actualis, neque ſpecialis, neque aſſidui.

Non attenta contraria pretenſione, quòd dicatur actu

56 lege-

56 legere, actumque prædicare Religioſus ille, qui Libros
edit, & caſus conſcientiæ reſolvit ex *Lezz. in Sum. quæſt.
Regul. tom. 2. c. 13. n. 42. & Pelliz. in Man. tom. 2. tract. 8. c. 4.
ſect. 2. n 62.*
Ultra quod enim non ſunt adeò frequentes iſti caſus compoſitionis Librorum, neque adeò obviæ occupationes Religioſorum noſtri Ordinis in reſolvendis caſibus conſcientiæ,
57 ut ſub hoc prætextu eximi poſſint à Chori ſervitio omnes
omninò Lectores jubilati, etiamſi habiles non ſint ad componendos Libros; Atque leges, qualis eſt Clemen. Reformatio, aptantur ad ea, quæ ut plurimum contingunt, non
58 autem ad ea, quæ raró accidunt *leg Nam ad ea ff. de Leg.*
Strictè dicimus, quòd non ſine magna detorſione dici poteſt actu legere ille, qui jubilationem obtinuit, ne ampliùs legeret, eo quia reſpectu Clementinæ Reformationis, præter actualem lecturam, quam exercent illi, qui aſpirant ad Jubilationem, procedendo, cum benigna opinione illorum Moraliſtarum, qui propriam defendunt cauſam, *ille Lector dicitur actu legere, qui tempore vacationis ſtudet, ut legat*, ſunt verba *Lantuſc. in Theatr. Regul verb. Lector
59 num. 4.* ubi, quòd hoc eſt adeò verum, *niſi per longum tempus
puta ſemeſtre, & ultra, exercitio deeſſet, ut fieri ſolet tempore æſtatis, vel propter aliquod aliud impedimentum, tunc hoc privilegio non gaudere certum eſt, quia datum pro cauſa, ceſſare debet, cauſa non exiſtente*; Circa quod concordant etiam
60 *Sylveſt in Summ. verb. Privilegium quæſt. 18. Rodriq. qu. Reg.
tom. 1. quæſt 9. art. 10. Sanct. ad Stat Obſer. to. 3. pag. 302. Peyerin to. 1 ad Conſt. 2. Julii II. §. 5. n. 21. & Nov. in Sum. Bull. to. 2. commen. 108. n. 34.*
Præterea omnis contraria gloſſa prorsùs deſtruitur à ſequentibus illis verbis dictæ Clem. Reformat. *Cum Lectori
61 bus autem, & Prædicatoribus Superiores iis tantùm diebus,
quibus eis legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint*; Quæ verba *iis tantùm diebus, quibus eis legere contigerint, diſpenſare poſſint*, ſunt adeò clara, adeòque cubitalia, ut mirum certè videatur, quòd poſſint in oppoſitum ſenſum detorqueri, ut notat *Anſald. dec. 3. num. 6.*
Reſpectu demum Gratiæ Jubilationis, quæ à C. C. concedi ſolet Canonicis poſt laudabile ſervitium annorum 40.
62 una cùm concurſu alterius cauſæ, puta infirmitatis habitualis, vel ſenectutis, proceditur exadverſo cum æquivoco, ſupponendo, illam per viam legis generalis competere omnibus Canonicis poſt ſervitium dictorum annorum 40. utcumque eorum Eccleſiis præſtitum; Eò quia, juxta præciſa verba *Monacel. in Formul to. 1. tit. 2. formul. 4. n. 13. fol. 38. indultum iſtud Jubilationis eſt Eccleſiæ odioſum, & ideò parcè con-
63 cedendum, non conſtito de laudabili ſervitio Eccleſiæ per 40 annos
præſtito, ac de aliqua alia commiſerationis cauſa, puta infirmitatis habitualis, vel ſenectutis, quæ unà cùm laudabili ſervitio concurrere debet, non ſolet, neq; debet concedi, ut fuit ponderatum in Maceraten. Indulti 8. Martii 1698. in qua Indultum per ſubreptionem jam conceſſum, fuit revocatum.*
Ex quibus ſequitur, quòd Sedes Apoſtolica nunquam ſolet approbare Statuta illa, in quibus per viam regulæ decernitur, ut illi, qui per annos quadraginta eorum Eccleſiæ inſervierunt, habeantur pro Jubilatis, ut reſpectu ſimi-
64 lis Statuti Eccleſiæ Compoſtellanæ reſolvit *C. C. apud Gratian. diſcept. 290. n. 19.* & obſervat etiam *Gallemart. ad Conc. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 12 lit. N. N N. fol mihi* 572. ubi, quòd proindè Greg. XIII. mandavit, toleran. eſſe d. Statutum, miſeriis ſenibus, & benè meritis, ſed ſolùm per viam Gra-
65 tiæ; Concurrent. verò aliis motivis compaſſionis, & pietatis erga Beneficiatos ſolet illis Indultum Jubilationis concedere, ut advertunt *Pignatell. conſult. 220. n. 19. to. 4. & Monacell. loco ſupra allegato.*
In qua parte noſtræ Conſtitutiones ſimilibus caſibus opportunè providerunt, dum *in part. 4. cap. 3. n. n. 8.* amplam
66 conceſſerunt facultatem, nedum Generali, & Provinciali, ſed omnibus aliis Superioribus, in ſuis quiſquè Locis, & Domibus, diſpenſandi cum Subditis in illis caſibus, in quibus neceſſitatis ratio, vel alia gravis cauſa interceſſerit.
Nequè valet in hac parte argumentum à militia armata ad Canonicos, vel Religioſos, ut in ſpecie reſpondendo
67 contrario argumento obſervant *Pignatel. ubi ſupra* his verbis. *Quia hujuſmodi lex promulgata favore Militum armatæ militiæ, non ſuffragatur Clericis beneficiatis &c. Bonac. Oper. moral. to. . tit. de Hor can diſp. 2 quæſt 5 punct. 6. nu. . 5. fol.* 677. ibi: *Non eſt eadem ratio hujuſmodi Beneficiatorum & Militum ſæcularium: Tum quia cum hominibus armatæ militiæ lex civilis hoc permittit . ut conſtat ex J C. in leg. A muneribus, ff. de Muner. &c. Beneficiarius verò non ſolùm hoc non permittitur, ſed potiùs lege canonica contrarium univerſaliter cavetur, & oppoſita conſuetudo reprobatur; Tum quia Militibus ſæcularis militiæ major exemptionis concedendæ cauſa ſubeſt, quàm Beneficiariis: Expedit enim hoc illis permittere, ut periculo vitæ amittendæ non deterreantur, allecti ſpe evadendi, & immunitatis præmium perfruendi Beneficiarii verò vitam periculo non exponunt reſidendo conſequenter nec eodem gaudere debent privilegio, & Monacell. in Form. tom. 4. ſub num. 24 verſ. Hinc-* 68
què, ubi, quòd proindè quando ceſſat motivum commiſerationis, & ſenectutis, ſi Beneficiatus robuſtus, & ſanus peteret hoc Indultum poſt 40. annos laudabilis ſervitii, non eſſet ei concedendum, quia in his circumſtantiis major æquitas aſſiſtit Eccleſiæ pro ſervitio, et debito à ſuis Miniſtris.
Non ſolùm demum admittimus cum Capitularibus illis, qui interfuerunt Capitulo generali, in Urbe celebrato anno 1675. *diligentibus, & laborantibus præmium, negligentibus autem, & deſidioſis pœnam deberi*: Sed ſubdimus cum
*Caſſiod. var. epiſt. 16. Nutriunt ſanè præmiorum exempla* 69
*virtutes, nec quiſquam eſt, qui non ad morum ſumma nitatur aſcendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod, conſcientia teſte, laudatur*; Nec non ultrò fatemur cum *D. Auguſt. ad Cyrill. Hieroſ de Mirac. Hieron. Minuit laborum pon-
dus præmiorum ſpes, & cum D. Ambroſ. tom. 4. de Reſtit. libr.* 70
*12. cap. 3. Tolle Gubernatori perveniendi ſpem . & in mediis fluctibus incertus errabit: Tolle Luctatori coronam, lentus jacebit in Stadio: Tolle Piſcatori capiendi efficaciam, deſinet jactare retia.*
Reſpondemus tamen, quòd hujuſmodi præmiorum ſpes reſpectu Lectorum jubilatorum in noſtra Religione non deſideratur, eò quia *in illius Decr. Reformat. decret. 34.* eiſdem
Lectoribus jubilatis duo nimis conſiderabilia præmia attri- 71
buuntur. Primum, quòd habilitantur ad ferendum Votum perpetuum in Capitulis Provincialibus illius Provinciæ, in qua fuerint aſſignati. Secundum verò, quòd poſſunt moram facere in uno ex Collegiis, ſeu Domibus Studiorum pro-
priæ Provinciæ, in quibus, ut notum eſt, vi noſt. Conſt. præ- 72
cipuè circa Chori aſſiſtentiam non obſervantur omnia ea, quæ in Domibus Exercitiorum practicantur, ut videre eſt *in p. 1. c. 9. n. 3.*
In horum autem præmiorum conſideratione emicare vi-
detur Zelus ille Domus Dei, quo etiam poſt illius mortem 73
flagrabat Cor unius ex noſtris Fundatoribus, eò quia ex una parte negari non poteſt, quòd eadem præmia magna ſint, nimiſquè conſiderabilia: Ex alia verò de ſe patet, illam nullum afferre præjudicium divino Cultui, nullumque impedimentum ſacroſanctis functionibus, ad Dei laudem ordinatis, & ſpecialitèr præſcriptis *in noſtr. Conſtit. par. 1. cap. 9. n. 1.* his verbis: *Decet religioſos Viros, divino cultui mancipatus, quàm colere profitentur Religionis virtutem, divinis laudibus exhibere.*

## In eadem Cauſa.

ANte confutationem contrariarum criticationum celebris *Conſt. 60 Clem VIII.* præmitto, quod P. Genera-
lis noſtri Ordinis de menſe Aprilis 1718. propoſuit Patri- 74
bus, ad examen complurium Decretorum à pluribus generalibus Capitulis emenatorum, deſtinatis, ut quilibet eorum dignaretur excogitare aliquod ſuave remedium, dulcemque modum, opponendum laxitati (etſi contra intentionem Conditorum) in noſtram Religionem invectæ, per controverſum Decretum Capituli generalis 19. Manifeſtanſquè iiſdem PP. proprium ſenſum dixit, in id libenti animo conſenſurum (ſi fieri poſſet) quòd nimirum permitteretur poſſidentibus frui obtento privilegio, quoad vixerint. At talis ſententia fortitèr, & ſuaviter cor.
omnibus d. qualificatis Religioſis à P. Procuratore genera- 75
li impugnata, elapſis quibuſdam menſibus, non ſolùm à majori parte, ſed à tribus ex quatuor partibus, in congreſſu prædicto ſuffragantibus, per ſecreta Vota reſolutum fuit, recurrendum eſſe ad hanc S. C. pro dubii reſolutione, eo dumtaxat animo, ut eorundem digniſſimorum Religioſorum conſcientiæ ſtimulus ſolido fundamento repelleretur, non autem ut privarentur controverſa exemptione Patres Jubilati in Urbe.
In cujus evidentis veritatis evidentiſſimum ſignum PP. Præpoſitus, & Procurator generales noſtræ Religionis eo tempore, quo enixis precibus rogant EE. VV. ut, ſi id eis
videatur, dignentur manutenere in poſſeſſione dicti privile- 76
gii Patres Jubilatos, qui nunc tales ſunt, tam in Urbe,
quàm

quàm extra illam, quocunque loco morentur; Omni ma-
jori humilitate repetitis precibus exflagitant etiam à ſumma
prudentia, authoritate, ac zelo EE. VV. validum apponi re-
medium, ne morbus laxitatis Regularis Obſervantiæ per
Religionem totam in poſterum augeatur.

Hoc præmiſſo, dignentur EE. PP. ponderare, quòd
ſumma præſentis controverſiæ hæc eſt: Sub ſpecioſo titulo
77 præmii, & præteritorum laborum prætendunt Lectores Ju-
bilati exemptionem à Choro, quod idem eſt, ac exemptio-
nem à Dei ſervitio, neque contenti ſunt præmio illo,
cum Divino ſervitio compatibili, quòd in noſtris Conſti-
tutionibus ultrò eis conceſſum eſt, de quo ſupra *nu-
mer.* 71.

Diximus autem, & conſtantèr repetimus, quòd contra-
ria petitio opponitur cubitali *Conſt.* 60. *Clem. VIII.* qui ex-
preſsè mandavit, *ut nullos omninò, prætextu cujuſcumque
privilegii, ac ſuperioritatis, etiam Generalatus, à ſervitio Cho-
ri cenſeatur immunis, niſi pro tempore, quo quis in proprii Of-
ficii munere actu fuerit occupatus*; Cùm illo additto, quòd
78 nedum prohibuit Superioribus prædicta Apoſtolica Decreta
interpretari, ſed multò magis illa quocunque prætextu in
minimo relaxare, ibi: *Aut relaxare ullo modo poſsint omni-
nò interdicimus, & prohibemus*.

Reſpondetur exadverſo, Conſtitutionem hanc, uti di-
rectam Monachis, & Mendicantibus, non comprehendere
79 Clericos Regulares Minores, qui in Capitulo generali 19.
potuerint illam doctrinal. declarare, & interpretari.

Reſponſio autem non relevat, quia Capitulum genera-
le 19. non fuit interpretatum dictam Clementinam Refor-
mationem, interpretatione doctrinali, ſed pluſquam juriſ-
80 dictionali poteſtate illam relaxare, procuravit, eximen-
do à Choro, prætextu privilegii Jubilationis, Lectores il-
los, qui per annos 15. legerunt, quæ contradictio, & rela-
xatio palpatur manibus, obſervando, quod, mandante
81 Clem. VIII. *ut nullus omninò, prætextu cujuſcunque pri-
vilegii, à ſervitio Chori exemptus ſit*, Capitulares oppoſitum
determinare non dubitarunt, mandantes, *ut omnes illi Re-
ligioſi, qui per 15. annos legerunt, à ſervitio Chori exem-
pti ſint*.

Prætextus verò non comprehenſionis Clericorum Re-
gularium Minorum ſub dicta Conſtitutione non po-
teſt eſſe magis frivolus, ut vidimus ſupra *à n.* 10. Quibus
82 addimus in præſenti, quòd Conſtitutiones illæ Summorum
Pontificum, quæ per viam legis generalis aliquid deman-
dant, ut eſt dicta Reformatio Clementina, comprehendunt
omnes illas religioſas Familias, in quibus eadem viget ra-
83 tio, ut in terminis *Conſt.* 84. *Greg. XIII.* directæ Ordinibus
Mendicantibus, & laicalibus Confraternitatibus, quòd lo
cum habeat etiam inter Monachos, & alios Religioſos,
qui ſunt Ordinum mendicantium, in ſpecie advertunt
*Pignatel conſult.* 137 *num.* 22. *tom.* 2. *Rom. impreſs.* & *Matthæuc.
in Offic. Cur. Eccl. cap.* 37. *n.* 4. referentes multas reſolutiones
S. Cong. in quibus id ſæpiùs declaratum fuit.

Quæ omnia intra evidentiæ fines poſuit Urb. 8 mediante *e-
jus Cònſt.* 188. in qua mandavit, Clericos Regulares mino-
res non comprehendi ſub illis Decretis Reformationis Cle
84 mentinæ, in quibus declarantur nullæ profeſſiones illorum
Religioſorum, quæ non fuerunt emiſſæ in Domib. ad reci-
piendos Novitios deſtinatis.

Non attenta reſponſione, quòd ab Urb. VIII. non fuit ge-
neraliter quæſitum, ſub quibus capitibus Reformationis
85 Clementinæ comprehenderentur Clerici Regulares Mino-
res, quo caſu urgeret noſtra reflexio; Sed fuit ſolùm par-
ticulariter dubitatum de viribus profeſſionis, emiſſæ in Do-
mibus, ad recipiendos Novitios non deſtinatis.

Reſponſio enim nullam omninò ſubſiſtentiam habet, quia
ſi ſolam veriſimilitudinis ſpeciem haberet contraria præ-
tenſio, quòd Reformatio Clementina reſtricta eſſet ad ſolos
86 Monachos, & Mendicantes, prorsùs ſuperfluum fuiſſet
dictum quæſitum, ea viva ratione, quia Conſtitutio Pon-
tificia, irritans profeſſiones Monachorum, & Mendican-
tium, non emiſſis in certis Domibus, tanquàm pœnalis,
87 & conſequenter ſtrictè interpretanda, ex notis Juris prin-
cipiis, nullo modo extendi poteſt ad irritandas profeſſiones
illorum Religioſorum, qui neque Monachi, neque Men-
dicantes ſunt; Si autem in Conſtitutionibus Apoſtolicis,
neque ſyllaba debet dici otioſa, juxta phraſim *Torr. apud
Card. de Luc. de Offic. vac. fol.* 231. *n.* 35. cum aliis citatis *in
Tom.* 2. *part.* 1. *diſc.* 37. *num.* 169. Quantò magis dicendum
eſt, non eſſe ſuperfluam integram, celebremque Conſtit. d.
Summi Pontificis Urb. VIII. prævio hujus S. C. Voto, præ-
cisè, & unicè declarantis, Clericos Regulares minores non
eſſe comprehenſos ſub uno, vel altero ex d. decretis Cle-
mentinæ Reformationis.

Cùm igitur Clerici Regulares Minores ſolemnitèr pe-
tierint, & Summus Pontifex ſolemniſſimè declaraverit, il-
los non comprehendi ſub dicto capite Clementinæ Refor- 88
mationis, palpatur manibus, illos in cæteris capitibus con-
tineri; Aliàs enim dubitantibus de validitate profeſſionum
illorum Clericorum Minorum, quæ emiſſæ non fuerant in
Domibus, ad id ſpecialitèr deſtinatis, æquè cathegorica,
ac brevi reſponſione ſatis fuiſſet aſſerere: *Conſtitutio de
Nobis non loquitur*, ut in ſimili dixit *Rot. dec.* 93. *num.* 2. 89
*par.* 17. *rec.*

Poſito autem ex his, quòd Conſtitutio Clementina ſæpè
dictos Clericos Regulares Minores comprehendat, poni
poſſunt ad partes aſſerta contraria obſervantia, & præten-
ſa uniformitas diſpoſitionis trium Capitulorum generali- 90
um, à quibus prætenditur derogari poſſe ipſiſmet Conſtit.
Ordinis.

Ultra quod enim, neque probatur in facto uniformis ſen- 91
tentia, & continuata diſpoſitio dictorum Capitulorum gene-
ralium, ex animadverſis ſupra *à n.* 25.

Strictè reſpondemus, quod ſub Sole non datur poteſtas
aliqua, neque reſpectu unius perſonæ, neque in ordine
ad mille Capitula generalia omnium Familiarum Religio-
ſarum, quæ demandante Summo Pontifice, *ut nullus omninò* 92
*prætextu cujuſcumque privilegii, exemptus ſit à Chori ſervitio*
oppoſitum præcipere poſſit, & contrarium exadverſo præ-
tendere in ipſamet Urbe, & in conſpectu Apoſtolicæ Se-
dis, nimis abſonum eſſet, oppoſitumque omnibus juris prin-
cipiis.

Ea autem, quæ dicuntur de poteſtate Capitulorum gene-
ralium, vera ſunt in ordine ad illos caſus, in quibus ve-
rificetur, & urgeat, vel ſumma utilitas, vel ſumma neceſ-
ſitas, juxta præciſa verba noſt. Conſtit. Sed ſemper cum il- 93
lo indiſpenſabili præſuppoſito, quòd non adſit in contra-
rium Apoſtolica Conſtitutio, quia in his circumſtantiis di-
ximus, & numquam ſatis repetimus, quòd ſub Sole talis ſu-
prema, ac illimitata poteſtas, neque de facto datur, neque
de mero poſſibili dari poteſt.

Non ſine autem palmari æquivoco inſiſtitur in hac par-
te in noſtris *Conſtit. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. ad probandum, quod
ea, quæ in uno Capitulo noſtri Ordinis determinantur, &
in aliis tribus confirmantur, ſervari omnino debeant, uti 94
particularis lex in noſtra Religione; Eò quia, ultra alias
reſponſiones, ſupra adductas, id procedit, juxta literalem
diſpoſitionem dd. Conſt. quando per tria Capit. generalia,
*immediatè ſibi invicem ſuccedentia*, fuerunt ſemper ſpecia-
tim in ſingulis ipſis confirmata, quod nullo modo verifica-
tur in præſenti, eo quia controverſum decretum, factum in
Capitulo generali 19. fuit quidem confirmatum, non ſimpli-
citèr, ſed cum pluribus limitationibus in Capitulis genera- 95
libus 20. & 21. Cæterùm in Capitulo generali 23. nulla om-
ninò mentio de eodem Decreto facta fuit; Ex qua eviden-
ti demonſtratione hujus veritatis circa innegabile factum,
remanet clarum in noſtro caſu deficere confirmationem
trium Capitulorum generalium, quidquid proprio marte
adnotaverit Secretarius dicti Capituli generalis 21.

Ad demonſtrandum, quòd Clerici Regulares Chori ſer-
vitio addicti ſint in Domibus Receſſus, & Novitiatus,
non opus habemus vagari per præſumptiones, & conje- 96
cturas, ut fit exadverſo, ſed ſat eſt legere verba illa *noſtr.
Conſtit. par.* 1. *c.* 4. *de Inſtit. Chori*, quæ non poſſunt eſſe ma-
gis clara, magiſq; cubitalia. *Canonicæ preces à noſtris in Choro
ſtatis horis perſolvantur, nempè matutinæ &c.* In quarum con-
flictu frigeſcunt omnes contrariæ piæ meditationes, addu-
ctæ ad demonſtrandum oppoſitum.

Quoad exempla aliarum Religionum ſupr *à n.* 46. oſten-
dimus, id non ſubſiſtere in facto; In Jure verò ſubdimus, 97
quòd ſi in una, vel alia Religione practicatur, id ſequitur
ex clara diſpoſitione propriarum Conſtitutionum, quæ cùm
fuerint in forma ſpecifica confirmatæ à Summis Pontifici-
bus, & quidem ex particulari, & diſtincto motivo, quale
concurrit in caſibus PP. Jeſuitarum, & Scholarum piarum,
id non debet trahi in exemplum aliarum Religionum, in
quibus idem motivum non verificatur, & in quibus non ad-
ducitur alia Summi Pontificis Conſtitutio. Vis enim non
ſtat in eo, quòd una, vel alia Religio, vel generalitèr,
vel determinatis diebus exempta ſit à Chori ſervitio vigo-
re ſuarum Conſtitutionum, in forma ſpecifica à Summis
Pontificibus confirmatarum, ſed in eo, quòd Capitula ge-
neralia omnium Religionum catholici Orbis non ſolùm
mediantibus tribus Capitulis, ſed neque etiam concurren- 98
tibus

ribus longè majori numero Capitulorum generalium, non
poſſunt eximere à ſervitio Chori, prætextu præteritorum
Studiorum aliquem, quantumque privilegiatum, ac om-
ni præmio dignum, in conflictu dictæ literalis *Conſtit.*
60. Clement. VIII. qui contrarium cubitalibus literis de-
mandavit.

Pro quorum faciliori admiſſione dignentur EE. PP. be-
nignè ponderare.

Quòd non agitur de aliquo majori onere, ſuperaddito cir-
ca ſubſtantiam Lectoribus jubilatis, quia iſti abſque ullo du-
99 bio quotidiè tenentur ad divini Officii recitationem; Unde
ſola difficultas reducitur ad illud recitandum in propriis
Cellis, vel in Choro, cum ſola aliquali majori tem-
poris conſumptione, ſed cum devotione, & attentione longè
majori, & cum recitatione ſolius medietatis.

Quòd contraria inſtantia tendit ad hoc, ut Lectores no-
ſtræ Religionis omni tempore exempti ſint à Chori aſſiſten-
100 tia, hoc eſt antequàm incipiant legere, tempore lectu-
ræ, & poſtquàm legerunt, Antequàm legere incipiunt,
quia Conſtitutiones noſtri Ordinis aſſignant eis integrum
annum exemptionis ad ſe præparan. ad lecturam; Tem-
pore lecturæ, quia tunc, tam a Reformatione Clemen-
tina, quàm ab Ordinis Conſtit. exempti ſunt: Poſt lecturam
verò, ſeu tempore jubilationis vigore Capituli generalis 19.
Licitumque in hac parte mihi ſit petere à Lectoribus jubil-
latis, an poſt jubilationem velint incumbere Studiis, vel
non. Si primum dicant, nullam habent neceſſitatem pu-
101 gnandi pro obſervantia Capituli generalis an. 1675. & gau-
dere poſſunt exemptione illa, conceſſa, tam à Clemen.
Reformatione, quàm à noſtris Conſtitutionibus, omnibus
Religioſis, actuali ſtudio addictis; Quòd ſi verificetur ſe-
cundum, tunc licèt non videantur præmio digni, attamen,
ab eorum arbitrio pendet talem exemptionem habere, ſi-
bi eligendo Domos Collegiorum noſtræ Religionis, in qui-
bus obligatio ad Chorum longè minor eſt, ac in Domibus
Receſſus.

Quòd agitur in præſenti de relaxatione ſervitii à Choro,
102 non ſolum reſpectu Cleric. Regul. Min. ſed etiam aliorum,
hoc eſt Theatinorum S. Pauli decollati, Somaſchorum, Ma-
tris Dei Lucæ, Miniſtrantium infirmis, & ſimilium: Quia
prætenditur ex adverſo, quòd Conſt. Clementina nullos Cle-
ricos Regulares comprehendat, & propterea dicti alii
Clerici Regulares ſequendo exemplum Clericorum Re-
gularium Minorum poterunt ſe eximere à Chori ſervi-
tio, cum illo inconvenienti, & præjudicio divini cultus,
quod facil. concipi, quàm exprimi hìc poteſt, vel debet.

Quòd aſſiſtentia in Choro, eo tempore, quo Lectores ju-
103 bilati actualitèr non ſunt in ſtudiis occupati, non eſt ali-
quid incompatibile, cum compoſitione. Librorum, reſo-
lutionibus Caſuum conſcientiæ, ac ſimilibus theologicis
functionibus, eò quia in noſtra Religione ante annum 1675.
& in omnibus aliis Religionibus, tam Monachorum, quàm
Mendicantium, & Clericorum Regularium, adfuerunt
ſemper, & de præſenti reperiuntur æquè docti, ac pii Re-
ligioſi, qui unà cùm Chori ſervitio, perfecta conſonantia
univerunt, & uniunt ſcholaſticas functiones, ut notorium eſt.

Quòdque demum, ſi ultra multa privilegia, quibus po-
104 tiuntur in noſtra Religione Lectores jubilati, quæ certè
pauca non ſunt, ut vidimus ſupra *n.* 71. aliquod aliud pri-
vilegium eiſdem concedendum videatur, expediret potiùs
illos eximere ab omnibus omnino obligationibus noſtrarum
Conſtitutionum, illiſque omnia alia præmiorum genera con-
cedere, relinquendo in ſui perfecta obſervantia Chori ſer-
vitium, uti præcisè, & unicè directum ad Dei cultum, qui
nunquam minuendus eſt, juxta *Textum in cap Ex parte* 12.
*de Conſtit.* ibi: *Nolentes igitur Divini Numinis diminui cul-
tum, ſed potiùs augmentare, & in cap. Quia per ambitioſum
de Reſcript. in* 6 ibi: *Minuitur cultus divinus, quem deſidera-
105 mus augeri, Rot. in Rom Ornatus* 6. *Junii* 1708. §. *Verùm*;
*cor. Omanna*, ubi, quòd in dubio ſemper illa via tenenda eſt,
106 illeque modus amplectendus, qui tendit ad inducendum ma-
jorem cultum divinum.

Quæ omnia tranſeunt in evidentiam ex ſola lectura Bre-
vis Urb. VIII. impreſſi *à Novar. in Summ. Bull. comm n* 12.
107 in quo habetur, Clem. VIII. ſpecificè, & literaliter decla-
raſſæ, Clericos Regulares Minores ſub ejus Conſtitut. di-
recta Monachis, & Regulares, generaliter eſſe compre-
henſos, ibi: *Idem Clemens Prædeceſſor, qui excipiendo in eiſ-
dem Decretis, ut dilecti filii Præpoſitus generalis, & alii Su-
periores Clericorum Regularium Minorum nuncupatorum, &
illius Inſtituti Religioſi, tanquam non excepti, ſub decreto,
ſeu decretis hujuſmodi comprehenderentur.*

Ex cujus Pontificii oraculi lectura comprehenſio Cleri-
ricorum Regularium Minorum ſub Clementina Reforma- 108
tione remanet innegabilis, & conſequenter vanum eſt re-
currere, tam ad prætenſam contrariam obſervantiam, quàm
ad authoritatem Capituli generalis anni 1675. Quia in con-
flictu claræ Conſtitutionis Pontificiæ neque etiam allegari
merentur diſpoſitiones Capitulorum generalium, & in 109
nulla conſideratione habetur quæcumque obſervantia, ex
ſupra adductis *à n.* 37.

Die Jovis 23. Martii 1719. per Card. Corſinum propoſi- 110
tà Cauſa in C. E. & R. reſcriptum ſuit: *Nihil eſſe inno-
vandum.*

Obſervavimus ſupra *num.* 62. ex *Monacell. ibidem citato*,
quod C. C. in *Maceraten. Indulti* 8. *Martii* 1698. De- 111
negavit Jubilationem Canonico poſt 40. annos laudabi-
lis ſervitii ſuæ Eccleſiæ, eo quia bona gaudebat valetu-
dine, & nulla alia concurrebat cauſa commiſerationis,
vel pietatis, ad conceden. Jubilationem, circa quod concor-
dant Authores, ſequuti à *Pignatell. conſult.* 420. *n.* 19. *tom.* 4.
*Rom. impreſ. & ab eod. Monacell. tom.* 4. *fol.* 2. *n.* 13. ubi latè.

Cæterùm eadem *S. C. C. in Ripana Jubilationis* 29. *No-* 112
*vembris* 1710. in qua adducta fuit authoritas ejuſdem Docto-
ris, una cùm dicta reſolutione *Maceraten.* in Folio tunc di-
ſtributo, Jubilationem conceſſit Canonico, cujus reſpectu
nulla cauſa commiſerationis concurrebat, ſed concludenter
probatur laudabile ſervitium annorum 40. In caſuum contin-
gentia recognoſci poſſunt circumſtantiæ utriuſque reſolutio-
nis dictæ S. C. C. & attentè conſiderandæ.

Quia verò Jubilationis materia frequens eſt, operepretium 113
duxi hic adducere aliquas ex multis modernis reſolu-
tionibus, à C. C. diverſi temporibus captis, & præci-
puè.

*Dubia Jubilationum* 18. *Decembris* 1718. quando diſ- 114
putata fuerunt plura dubia, & per viam regulæ, & legis ge-
neralis reſoluta, nempe.

*I. An indulgenda ſit Jubilatio Canonicis, & Beneficiatis,* 115
*qui ſpatio* 40. *annorum Eccleſiis inſervierunt, licèt dicti tem-
poris ſpatio cum debitis licentiis, & indultis abſuerint ab Eccle-
ſiis, vel ex cauſa infirmitatis, vel ex cauſa ſtudiorum, vel pro
ſuæ Eccleſiæ ſervitio, vel pro ratione munerum, pro quibus
obtinuerunt Indulta abeſſendi pro diebus, & horis, vel In-
dulta ſimpliciter, & abſolutè abeſſendi ab Eccleſia, du-
rante officio illis commiſſo:* Quod fuit reſolutum cum reſcri-
pto: *Affirmativè quoad abſentes ex cauſa infirmitatis, cum de-
bitis licentiis, & Indultis, vel pro ſuæ Eccleſiæ ſervitio, vel
cum Indultis abeſſendi pro diebus, & horis: Negativè autem
quoad abſentes ex cauſa ſtudiorum, & quoad habentes Indulta
abeſſendi abſolutè durante officio.*

*II. An indulgenda ſit Jubilatio illis, qui inſervierunt ſpatio* 116
*annorum* 40. *ſed partim in una Eccleſia, partim in alia; aut
tanquàm Canonici in ambabus, aut tanquàm Beneficiati in
una, & Canonici in alia, nec non illis, qui in una, & eadem
Eccleſia per totum tempus inſervierunt, ſed partim tanquàm
Clerici Beneficiati, partim tanquam Beneficiati, & aliquando
partim tanquàm Beneficiati, partim tanquàm Canonici, vel
partim tanquàm Coadiutores, & partim tanquàm Principales
Titulares;* Quòd fuit reſolutum cum reſcripto: *Negativè
ad primam partem: Affirmativè ad ſecundam.*

*III. An indulgenda ſit Jubilatio illi, qui inſervierunt ſpa-* 117
*tio annorum* 40. *non obſtante parvo numero aliorum, qui rema-
nent addicti Eccleſiæ ſervitio, & quis ſit parvus numerus inſer-
vientium in caſu, & ad effectum, de quo agitur: Dabitur reſo-
lutio in caſibus particularibus.*

*IV. An, non obſtante Jubilationis Indulto, Jubilatus cogi* 118
*poſſit ad inſerviendum, ſi divinus cultus detrimentum patia-
tur; Affirmativè*

*V. An, non obſtante Jubilationis Indulto, Jubilatus tenea-* 119
*tur ad reſidendum, licèt non teneatur ad intereſſendum: Nega-
tivè, juxta decreta.*

Hujuſmodi autem decreta de facili erunt ſequentia *S.* 120
*Angeli in Vado* 15. *Aprilis* 1690. in qua reſolutum fuit;
*Canonico jubilato deberi diſtributiones, nec ad reſidentiam lo-
calem teneri*, de qua *in lib.* 40. *Decret. fol.* 256.

*Reatina Diſtributionum* 19. *Aprilis* 1692. 4 dubio: *An Ca-* 121
*nonico jubilato debeantur fallentiæ Canonicorum abſentium,
ſi Choro non interſit;* Reſponſum fuit: *Affirmativè, dum-
modò non obſtent Conſtitutiones particalares, & conſuetudo
Eccleſiæ, lib.* 42 *Decret. fol.* 241.

*Patavina Jubilationis* 9 *Junii* 1714. in qua dictum fuit, 122
*Deberi Canonico jubilato diſtributiones, & eum non eſſe obliga-
tum ad reſidendum li.* 64. *Decret. fol.* 217.

*Aqui-*

*Aquipendii Indulti* 1. *Aprilis* 1719. in qua 1. dubio . *An*
123 *Canonicus Seraphinus , vigore Indulti Jubilationis , ſi Choro*
*non interſit . participare debeat de punctaturis ſeu fallentiis , in*
*caſu &c.* Reſponſum fuit : *Affirmativè , & amplius .*
Dub. II. *An idem participare debeat de emolumentis adven-*
124 *titiis Anniverſariorum , & aſſociationum cadaverum , ſi fun-*
*ctionibus non interſit in caſu &c.* Reſponſum fuit ; *Affirma-*
*tivè ad primam partem , dummodò non obſtet voluntas Te-*
*ſtatoris , vel dantis ; Ad ſecundam partem negativè . .*
*Novarien. Jubilationis* 2. *Octobri:* 1677. *An duo Canoni-*
125 *ci jubilati Collegiatæ Eccleſiæ S. Gaudentii Civitatis Novariæ*
*frui debeant emolumentis Anniverſariorum , quæ fiunt intra*
*annum , licèt non aſſiſtant . Affirmativè .* Quæ reſolutio con-
126 firmata fuit die 28. Novembris 1681. cum verbis : *In deci-*
*ſis , quoad Anniverſaria fixa & in quibus non eſt cautum à*
*Teſtatoribus , ut Intereſſentes tantùm participare deberent lib.*
22. *Decr fol.* 44.
*Romana Diſtributionum* 5. *Martii* 1678. *& in Romana Jubi-*
227 *lationis* 24. *Martii* 1703. ad dubium *An Simeoni de Magani-*
*nis jubilato debeatur emolumentum Proceſſionum , etſi illis*
*non interfuerit ,* Reſponſum fuit : *Affirmativè , lib* 53. *Decr.*
*fol.* 81.
*Romana Jurium canonicalium* 5. *Maii* 1703. Dub. I. *An*
128 *Canonico Stradæ , cui . ex cauſa infirmitatis , fuit conceſſum*
*Indultum vacandi à Choro , aliiſquè Officiis divinis , illud e-*
*tiam ſuffragari valeat pro Laudemiis , Quindenniis , Capi-*
*tulis , Actibuſquè capitularibus , Anniverſariis , Feſtivitati-*
*bus , Proceſſionibus , ac pro quibuſvis functionibus in Eccleſia*
*peragendis , itaut lucrari debeat omnia emolumenta cujusvis*
*generis ; & ſpeciei , Communia nuncupata , ac etiam victualia ,*
*& candelas ;* Quod fuit reſolutum cum reſcripto : *Affirma-*
*tivè etiam quoad Laudemia , exceptis Anniverſariis , aliiſquè*
*Conventionibus non fixis , & in quibus diverſimodè fuerit à*
*Teſtatoribus diſpoſitum lib.* 53. *Decr. fol* 207.
Dubio II. *An eidem Canonico competat pro ſua rata parte*
129 *etiam jus accreſcendi earum Diſtributionum , & Communium ,*
*quæ ob abſentiam , vel vacationem Canonicorum intereſſentibus*
*accreſcunt , & à qua die ſupradicta omnia debeantur , in ca-*
*ſu , &c.*
*Affirmativè à die præſentationis Indulti :* Quæ reſolutio
130 confirmata fuit *die* 20. *Junii* 1705. cum reſcripto . *In deciſis ,*
*& ampliùs .*
Imò eadem die additum fuit aliud dubium ſequentis te-
131 noris ; *An Canonicus Strada lucrari valeat omnes Diſtributio-*
*nes , quæ ſimpliciter appellantur quotidianæ ;* Quod pariter
reſolutum fuit *Affirmativè lib.* 65. *Decr. fol.* 207.
132 *Aquipendii Jubilationis* 23. *Martii* 1697. in qua propoſita
fuerunt tria dubia , & reſoluta ut inf;
*An Canonicus jubilatus teneatur , vel per ſe , vel per alium*
133 *ad celebrationem Miſſæ Conventualis per turnum ;* Nega-
tivè .
II. *An itidem teneatur facere depoſitum tertiæ partis fru-*
134 *ctuum Præbendæ pro diſtributionibus quotidianis , prout fa-*
*ciunt cæteri alii Canonici :* Affirmativè .
*An poſſit ipſe participare de diſtributionibus , quas ponunt in*
135 *maſſa cæteri Canonici , tam quoties ipſe præſens eſt in Choro ,*
*quàm etiam quoties abfuerit , Affirmativè etiam quoad fallen-*
136 *tias , niſi obſtet Statutum , vel conſuetudo .*
*Bituntina Anniverſariorum* 1. *Julii* 1679. quando reſolu-
137 tum fuit . *Jubilatum non eſſe admittendum ad participan. de*
*emolumentis Anniverſariorum lib.* 30 *Decr fol.* 208.
*Romana Diſtributionum lib.* 30. *Decr fol.* 16. *& fol.* 36. *à ter-*
138 *go ,* quando fuit reſolutum : *Fallentias non deberi Canonico*
*jubilato , ſi Choro non interſit .*
*Maceraten. Jubilationis* 8. *Martii* 1698. quando fuit reſo-
139 lutum *Indultum Jubilationis non ſubſtineri , quando deficit*
*laudabile ſervitium Eccleſiæ per ſpatium annorum* 40.
*Bononien. Jubilationis* 16. *Junii* 1696. in qua dictum
140 fuit *Canonico jubilato deberi diſtributiones , non ſolùm reli-*
*ctas Eccleſiæ ante ſervitium quadragenarium , ſed etiam illas ,*
*quæ auctæ fuerint durante eodem ſervitio .* In cujus caſu age-
batur de diſtributionibus auctis anno 24. ſervitii : Quæ
reſolutio fuit confirmata die 28. Aprilis 1697. cum ad-
dito , ut ampliùs Cauſa non proponeretur ; De hac re-
ſolutione mentionem facit *Bertacchin Vot. deciſ.* 103. *per*
*tot.*
*Romana* 12. *Decembris* 1699. quando fuit reſolutum , *In-*
141 *dultum Jubilationis deberi Canonico , qui inſervivit per annos*
40. *Eccleſiæ , priùs utì Beneficiatus , & deinde utì Canonicus*
*lib.* 49. *Decr. fol.* 502 Quod non procederet in caſu , in quo
ſervitium fuiſſet priùs præſtitum in qualitate ſimplicis Cle-
rici , præcipuè ſi pro reliquo tempore neque etiam conſta-
ret de ſervitio laudabili præſtito ; Ut revocando Indultum 142
priùs conceſſum reſolvit *C. C. in Tranen. Jubilationis* 13.
*Januarii* 1703. *lib.* 53. *Decr. fol.* 12.
*Burgi S. Donnini Jubilationis* 29. *Aprilis* 1704. *lib* 54. *Decr.*
*fol.* 182. quando reſolutum fuit *Indultum Jubilationis ſuffra-*
*gari , non ſolùm pro diſtributionibus ordinariis , ſed etiam*
*extraordinariis :* Quæ debentur à die intimati Indulti . non
attenta lite , deſuper per Canonicos promota ; *Ibidem ad du-*
*bium ſecundum .*
Quando aliqua concurrit difficultas circa integrum lau- 143
dabile ſervitium , Eccleſiæ præſtitum per annos 40. vel
ob Indultum abeſſendi , vel ex cauſa infirmitatis ; vel ex
alio rationabili motivo , ſolet S. C. E. benignè concedere
Indultum abeſſendi ad tempus , ut practicavit *in Floren-*
*tina Jubilationis* 10. *Januarii* 1711 *lib.* 61. *Decr. fol.* 12. ubi
conceſſit facultatem abeſſendi à Choro per triennium , &
in *Nepeſina Jubilationis* 28. *Novembris d. anni* 1711. ubi In-
dulto vacandi ad triennium .
Abeſſendi Indultum multotiès prorogatum , tam ex cau-
ſu difficilis acceſſus ad reſidentiam , quàm actualis ſervitii , 144
præſtiti uni ex S. R. E. Cardinalibus in Urbe præſenti
canonizatum , & approbatum fuit à Sacr. Congr. Concil.
*in Avenionen. Indultorum* 9. *Februarii* 1715. cum addito ta- 145
men ut poſt ultimum terminum Indulti Canonicus omninò
redere deberet ad reſidentiam
*Servitium præſtitum à Canonico , uti Coadjutore connume-* 146
*ratur in annis quadraginta , ad effectum obtinendi Indultum*
*jubilationis S. C. C. in Brixien.* 27 *Martii* 1682. ubi de annis
duobus Coadjutoriæ ; *&* 11. *Februarii* 1696. ubi de annis
ſeptem , *& in Bergomen. Iubil.* 8. *Auguſti* 1687. ubi de annis
novem , *& in Novar.* 4. *Aug.* 1691. ubi de annis quinque.
*Segobien.* 15. *Decemb.* 1704. *&* 16. *Novembris , &* 20. *De-* 147
*cembris ,* 1704. C. C. noluit confirmare Statutum , in quo
petebatur reſtrictio temporis annorum 20. pro conſequen-
da Jubilatione, reſcribendo in 1. dubio; *Negativè quoad pri-*
*mam partem Statuti, in qua petitur reductio temporis ad* 30. *pro*
*conſequenda Iubilatione :* Prout etiam noluit confirmare i-
dem Statutum in alia parte , in qua Canonicis abſentibus
concedebatur tertia pars diſtributionum , reſcribendo , *Ne-*
*gativè pariter quoad tertiam partem , concernentem diſtribu-* 148
*tiones quotidianas lib.* 62. *Decr. fol.* 701. *& lib.* 64. *fol.* 612.
*&* 717. De quibus reſcriptis mentionem facit , *Monac.*
*in Formul. tom.* 2. *tit* 13. *form.* 2 *n.* 77. *fol.* 60. *& in Tom.*
4. *fol.* 2. *numer.* 13. ubi , quòd Indultum Jubilationis ori-
ginem habet à Collegio Levitarum Moſaicæ legis , in
quo Levitæ Servientes ab an. 25. uſque ad annum 50. tan- 149
quam emeriti non ampliùs inſerviebant , juxta verba
illa *Num.* 8. 24 *Hæc eſt lex Levitarum . A* 25. *annis , &*
*ſupra ingredientur , ut miniſtrent in Tabernaculo fœderis ,*
*cùmque* 50. *annum ætatis impleverint , ſervire ceſſabunt ,*
*eruntque Miniſtri Fratrum ſuorum in Tabernaculo fœderis ,*
*ut cuſtodiant , quæ ſibi fuerint commendata , opera autem*
*non facient*
Circa diſtributiones illas , quæ vocuntur *Accreſcentiæ ,*
de quibus ſupra *num* 129. aliam diſtinctionem facit *Pi-* 150
*gnatell. conſult.* 116. *tom.* 9. ut ſcilicet illas tunc lucretur
Beneficiatus , quando in Jubilationis Indulto dicitur , il-
lum perinde haberi , ac ſi Divinis Officiis intereſſet ; Se-
cus autem , ſi dicatur , ac ſi præſens eſſet , & in hunc
ſenſum ait loqui reſolutionem C. C. *in Viterbien.* 26. *Au-*
*guſti* 1628. *& in Romana* 3. *Maii* 1651. *in To.* autem 4. *con-*
*ſult.* 220. juxta Roman. impreſſionem latè pariter loqui-
tur de hujuſmodi materia , in qua meritò aſſerit , atten-
dendum eſſe tenorem Indulti , eo quia agitur de re , pen-
dente à voluntate Concedentis.

DISCE-

# DISCEPTATIO V.

## Mediolanen. Fundat. Conven.

*PRO*

PP. Carmelitis Excalceatis.

*CUM*

Collegiata S. Laur. Mediolani.

## ARGUMENTUM.

*Fundatio novi Conventus, quando denegari non poſſit in magnis Civitatibus, non attentis exceptionibus diſtantiæ à Conventibus Religioſorum, præjudicii, reſultantis Eccleſiis Parochialibus, diminutionis Concurſus, eleemoſynarum Miſſarum, & ſimilibus. Carmelitæ Diſcalceati ex Indulto Clem. IX. erigere poſſunt novos Conventus, nullo aliorum Religioſorum requiſito conſenſu; Ad quem effectum nullamm prætendere poſſunt Parochi compenſationem ex eo, quia coguntur proprii Parochiani diſcedere ab illis Domibus, quæ neceſſariæ ſunt pro novi Conventus fundatione.*

IN Civitate Mediolani PP.Carmelitæ Daſcalceati unicum
habent Conventum, pro Novitiatu deſtinatum, in quo
recipi non poſſunt omnes exteri Religioſi ejuſdem Pro-
vinciæ, minuſque valet ibidem retineri formale ſtudium;
Cupientes propterea novum Conventum fundare intus
eandem Civitatem, & præcisè propè Portam Ticinen-
1 ſem, in loco nuncupato *Viarena*, prævia emptione ſitus,
concordato pretio in lib. 23200. obtinuerunt primo loco
à S. C. R. C. Majeſt. opportunam permiſſionem, ſubin-
deque conſimilem licentiam expoſcentes à Senatu Medio-
lani, iſte, auditis priùs inferioribus Magiſtratibus, eo-
rumque Votis exquiſitis, ſuum paritèr conſenſum libenter
præſtitit.

Quamvis autem non fuiſſet neceſſarius conſenſus aliorum
Religioſorum ejuſdem Civitatis, ad formam Pontificio-
rum Indultorum Pauli V. & Clem. IX. die 6. *Octob.* 1668.
2 noſtræ Religionis conceſs. ibi: *De Apoſtolicæ poteſtatis ple-
nitudine ejuſdem Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum Supe-
rioribus, & Religioſis, ut ubique Locorum quilibet in diſtrictu
ſuo &c Domos, & Monaſteria juxta Concilii Tridentini decre-
ta, de ſola licentia Ordinariorum, nulla aliarum perſonarum
cujuſvis Ordinis, etiam Regularium, requiſito conſenſu, con-
dere, fundare, & erigere valeant, authoritate Apoſtolica licen-
tiam, & facultatem concedimus, non obſtantibus, &c.* de quo
latiùs infra *à n.* 28.

Ad omnem nihilominus abundantiorem cautelam, atque
ad removendum in hoc parte omnem ſcrupulum, procura-
3 tus, & reportatus fuit conſenſus omnium Religioſorum
ejuſdem Civitatis Mediolani, nempè PP. Jeſuitarum, PP.
S. Antonii, Clericorum Regularium, PP. Cappuccino-
rum, PP. Carmelitarum primi Inſtituti, Monachorum
S M. Paſſionis, Monach. S. Simpliciani, Monac. Cœleſti-
norum, Monac. S. Petri Ingeſſatæ, Monach. S. Ambroſii,
Monach. S. Victoris, Monach. S. Celſi, Monach. S. Da-
miani, PP. S. M Giardini, & S. Ambroſii ad Nemus, PP.
Auguſtinian. PP. Minimor. PP. S. M. Coronatæ, V. Hoſ-
pitii B. V. de Caſtello, PP. S. Jo. ad Concam, V. Collegii
S. M. Secretæ, PP. S. Franc. PP. Minor. Obſerv. S. Ange-
li, & Pacis, PP. S M. Gratiar. PP. Domenican. S. Euſtor-
gii, V. Collegii S. Petri in Monforte, PP. S. Dionyſii,
PP. S. M. Servor. & PP. Ord. S. Jo. Dei, quorum omnium
conſenſus exhibiti fuerunt in Sum.

Prout etiam ad removendam omnem umbram prætenſi
4 præjudicii, quod ex hujuſmodi nova fundatione oriri po-
tuiſſet eiſdem Conventibus antiquor. Religioſor. & præci-
puè Mendicantium, præviis, ſolitis, & neceſſariis licentiis,
alter noſter Conventus S. Caroli, jam fundatus in Civita-
te Mediolani, ſolemniter ſe obligavit aſſignare, & cedere
partem diſtrictus ejus quæſtuationis ejuſdem Civitatis favo-
re dicto Conventus erigendi pro quæſtuatione eleemo-
ſynarum, neceſſariarum pro congrua ſubſtentatione Re-
ligioſorum, qui in dicto novo Couventu morabun-
tur.

Cùmque pro complemento hujuſmodi novæ fundatio-
nis deficeret neceſſaria licentia Apoſtolicæ Sedis, hinc
pro parte eorundem Religioſorum SS. D. N. ſupplex por- 5
rectus fuit Libellus, huic S. C. de more remiſſus, emana-
toque ſolito reſcripto: *Archiep. pro Informat. & Voto*; Iſte,
demandata menſuratione ſitus Conventus, noviter erigen-
di, & reſpectivè diſtantiæ, tam ab Eccleſia Collegiata,
& Parochiali S. Laurentii, quàm à nonnullis aliis Monaſte-
riis Religioſor. & Monialium circumjacentium, ad quem 6
effectum de Patrium conſenſu fuerunt deputati duo Periti
Architecti, qui ambo fuerunt concordes circa quantitatem
ſitus, & diſtantiæ, ut ex eorum Relationibus, quæ exhibi-
tæ fuerunt, ſuam die 10. *Febr.* 1715. tranſmiſit primam In-
formationem, & aliam ultimo loco, nempè die 16. *Maii*
1716. per extenſum in Secretaria relictas.

Quia verò ad retardandam d. gratiæ conceſſionem, præ- 7
ter omnem expectationem, pro parte Collegiatæ S. Lau-
rentii PP. Dominic. S. Euſtorgii, Cappuccinorum, & Mo-
nialium *della Vetera*, & Victoriæ, pro impedienda nova
fundatione, porrecti fuerunt ſupplices Libelli, deputatus
fuit in Pon. Em. Corſinus, qui cùm in hodierna Congr. 8
dubium proponat: *An ſit locus fundationi novi Conventus
in caſu*, &c. illud videtur reſolvendum: *Affirmativè*.

Ex notis ſiquidem requiſitis, pro novorum Conventuum
fundatione, in Apoſtolicis Conſtitutionibus præſcriptis, de 9
quibus *Ventr. in Prax. part.* 1. §. 18 *de Nov. Monaſt. ædific.
§. unic. per tot* ibique *Carol. Ant de Luc. in addit. Torr. de
Pact. fut ſucceſſ. lib.* 4. *cap.* 1. *à n* 159. & *Anſald. in addit ad
dec.* 78. *n.* 89. nullum deficit in præſenti.

Et incipiendo à neceſſitate, hæc videtur innegabilis, eò
quia noſtri Religioſi unum dumtaxat habent Conventum
in magna Civitate Mediolani, illumquè præcisè deſtinatum
pro Novitiatu, ut inter Partes eſt in confeſſo, qui nullo 10
modo capax eſt recipiendi omnes exteros Religioſos, con-
tinuò ad eandem Mediolani magnam Civitatem, tanquam
Metropolim, ex tota vaſtiſſima Provincia Lombardiæ con-
fluentes, eſtque eodem tempore inſufficiens pro exercitiis
formalis ſtudii, apprimè utilis, & æqualiter neceſſarii;
Et conſequentèr neceſſitas fundationis noſtri novi Conven-
tus non poteſt eſſe magis urgens, magiſque fundata pro
recipiendis dictis exteris Religioſis, ibique inſtituendi for-
male ſtudium, qua neceſſitate attenta, denegari nunquam
ſolet ſimilis gratia fundationis novi Conventus, per ea, 11
quæ punctualitèr notant adducti *à Donat. Rer. regul. to.* 1. *par.*
2. *tit. de Monaſt. ædif. q.* 7. *per tot.*

Nec dicatur, quòd ad occurrendum eidem verè magnæ,
& æqualitèr urgenti neceſſitati, ampliari poſſit antiquus
Conventus, præexiſtens in eadem Civitate Mediolani, 12
vel novus ædificari extra illam, & præcisè in loco *Variſii*, di-
ſtante à prædicta Civitate Mediolani miliiariis 30. ut innuit
Archiepiſcopus in dd. Relat.

Diſtinguendo enim contrarium objectum in duas partes,
pro eo, quòd reſpicit ampliationem noſtri antiqui Conven-
tus, dicimus, illam eſſe ad praxim irreducibilem, & fie- 13
ri nullatenùs poſſe, attenta notoria anguſtia ejuſdem ſitus,
& aliis difficultatibus, & congruentiis, de quibus teſtis eſt
idem Archiepiſc. in ultima Relat. Ultra expreſſam pro-
hibitionem Conſtit. noſtræ Religionis fundandi novum Con-
ventum propè alium antiquiorem præexiſtentem.

Quo verò ad ampliationem Couventus Variſii, vel ad
fundationem alterius prope ipſum, dicimus, illum nulla-
tenùs tollere inconvenientia illa, & incommoda, à quibus
moventur noſtri Religioſi ad faciendam præſentem inſtan- 14
tiam, quia Religioſi, obligari accedendum ad Civitatem
Mediolani, ab eorum particularia negotia, cogerentur
permanere in diſtantia circitèr 30. mill. ab eodem Civita-
te; Ac inſuper pro eo, quod attinet ad Studium, ſicuti
omnes aliæ Religiones retinent eorum formalia Studia in-
tra ipſam Civit. Mediolani, ita idipſum permittendum
videtur noſtris Religioſis propter eorum continua exerci-
tia ſcholaſtica, quæ in Conventibus, poſitis in Locis an- 15
guſtis, non poſſunt cum æquali Religioſorum fructu, &
facilitate ad praxim reduci, propter quod in omnibus Re-
ligionibus introductum eſt, Studia generalia poſita eſſe, &
florere in magnis Civitatibus, non autem in parvis Op-
pidis.

Ex quibus corruit pariter alia reflexio, quòd ſi nova 16
fundatio fieret extra muros Civitatis, ceſſarent in parte
præjudicia, & conqueſtiones Contradictorum; Eo quia
eadem

eadem prætenſa præjudicia nullo modo ſubſiſtunt, nullique ſolido fundamento ſunt innixa, ut videbimus infra.

Concurrit ſecundo loco expreſſus conſenſus, ſeu veriùs enixa voluntas S. C. R. M. Prout etiam acclamatio, ſeù
17 conſenſus totius Populi, repreſentatus, tam ab inferioribus Magiſtratibus noſtræ Civitatis quàm à toto Senatu Mediolani; Quæ omnia ad effectum, de quo agimus, in magna conſideratione haberi ſolent, ex animadverſis per *Anſald. in addition ad dec. 78 n. 89. ibi: Conſenſus &c. Principis Civitatis, & Loci Habitantium.*

Nullatenùs relevante diſſenſu Canonicor. dict. Eccleſiæ Collegiatæ, & Parochialis S. Laurentii, intra cujus fines,
18 & Diſtrictum reperitur ſitus, emptus, & deſtinatus pro novo Conventu.

Non enim pro requiſito fundationis novi Conventus in Jure cautum reperitur, minuſque in Apoſtolicis Conſtitutionibus præſcribitur neceſſitas conſenſus Cleri ſæcularis,
19 ex adductis per *Paſſerin in cap unic. à n. 55. de Exceſſ. Prælat in 6. & Franc. var. reſol. cap. 27. n. 3.* ea ratione, quia hujuſmodi aſſerta præjudicia Cleri ſæcularis, vel non fuerunt habita in conſideratione à Summis Pontificibus ad noſtrum effectum, vel, uti incerta, & eventualia, apta non ſint impedire certam utilitatem, & innegabile augumentum divini cultus, reſultans ex novorum Conventuum ædificatione,
20 quam in noſtris terminis adduxit *Rot. dec. 745. n 3. par. 2. rec.* his verbis: *Minus obſtat, quòd, erecto iſto Collegio, Chriſtifideles poterunt in illius Eccleſia eligere ſepulturam, facere celebrare miſſas, & anniverſaria, quod redundat in præjudicium Eccleſiæ del Pilar, in qua prædicta hucuſquè facta fuerunt; Quia negatur hujuſmodi præjudicium, cùm ſimus in facultativis, ex quo quilibet poteſt ad libitum ubilibet pia Opera facere, & ſibi ſepulturam eligere &c. Et in omnem eventum tale præjudicium non eſſet conſiderabile ad effectum impediendi novi Collegii erectionem juxta doctrinam &c.* & concordant ad-
21 ducti per *Donat Rer. Regul. tom. 1. par. 2. tit. 1. de Monaſter. ædific. q. 28. n. 9 Pignatel. conſ. 177. num 53. tom. 1. & Rot. in Barchin. Fundat. Conv. cor. Card. Panzirol* quam refert, & ſequitur *Pignatell.* ubi ſupra ibi: *Nec timor, quòd in hac nova Eccleſia Fideles eligant ſepulturam, ac miſſas celebrari faciant, videtur conſiderabilis, cùm prædicta ſint facultativa, ut firmavit Rota &c. & cor. Seraph dec. 847. n. 3.* ibi: *Quartum*
22 *præjudicium ex eo deducitur, quòd diminuitur concurſus Populi, accedentis ad Cathedralem &c. Sed hoc non eſſe præjudicium conſiderabile cenſuerunt DD. cùm ex alia parte præponderet favor augumenti cultus divini &c.* cum aliis de quibus infra *à n.* 147.

Toto ſpiritu ſupplicantes hic obſervare, quòd in Apoſtolicis Conſtitutionibus, præſcribentibus requiſita fundatio-
23 nis novorum Conventuum, non conſiderantur hujuſmodi poſſibilia præjudicia, ſive eventualia, ſive certa reſpectu Eccleſiarum ſæcularium, ſed reſpectu Religionum Mendicantium dumtaxat, ut in terminis notat *Pignatel.* cumulans concordantes *in d. conſult. 177. n. 55. tom. 1.* his verbis: *Rationem hanc, ne ſcilicèt propter eleemoſynas, erogandas in*
24 *novam Eccleſiam, detrimentum alii patiantur, non conſiderari in Conſtitutionis Apoſtolicis, niſi reſpectu Mendicantium dumtaxat, & ſic ceſsat omninò reſpectu aliarum Eccleſiarum, præſertim ſæcularium, ut in terminis fuit dictum in dec. &c.*

Nec replicetur, quòd ſi ex præmiſſis audiendi non ſunt Can. d. Collegiatæ Eccleſiæ S. Laurentii, uti componentes Clerum ſæcularem, ſaltem audiendus erit illorum Præpoſitus, uti Parochus ejuſdem Eccleſiæ, ratione præjudcii, quod ejus Prochiæ inferri poteſt ex vicina fundatione no-
25 ſtri Conventus; Objecto enim punctaliter occurit *Paſqual. qu. mor. jurid. 251. per tot.* in qua omnes Apoſtolicas Conſtitutiones, quas in hac parte habemus, explicando, ſolidè probat (ſunt ejus præciſa verba *num. 2.*) *Porochos nec eſſe convocandos, nec audiendos, quando introducendi ſunt novi Religioſi in aliquo Loco.*

Non omittentes obſervare, quòd oppoſitiones ejuſdem Præpoſiti, tanquam Parochi dictæ Collegiatæ, in ſubſtantia unicè reſtringuntur ad aliquod merè burſale, æque tenue, ac eventuale præjudicium, quod non ſolet ad noſtrum effe-
26 ctum præ oculis haberi, ex allegatis ſupra *à num.* 19 Quibus addimus literalem *Text in cap. Nullus Laicus in fine de Jurepatr.* ibi. *Et ſi quis &c. avaritiæ cauſa conſentire noluerit, Romano Pontifici nuncietur, & quod offerendum eſt, tunc ejus licentia offeratur*, quem ad noſtrum effectum ſequitur *Pignatel. conſult. 179. n. 1. tom 1.*

In omnem verò caſum conſenſus iſte, quatenus requireretur, ſuppleri poſſet ab hac S. C. quando, ut in præſenti verificatur, ille irrationabiliter denegatur, & concurrunt omnia alia requiſita ſubſtantialia, quorum præcipuum, 27
eſt conſenſus, ſeu acclamatio Populi, ſupremique Magiſtratus, ipſum Populum repræſentantis, ex animadverſis per *Card. de Luc de Regul. diſc. 29. num. 14. Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. in Prax par. 1. annot. 18. §. unic. n. 5. verſ. Cæterum, Piton. diſc. Eccl. 36. n. 7. & Pignatel tom. 1. conſul. 179. n. 53.* cum aliis infra allegandis *n.* 150.

Abſque ulla prorſus difficultate in noſtra hypoteſi, dum habemus d. cubitale Pontificium Indultum Clem. IX concedentis noſtræ Religioni ampliſſimam facultatem ubi- 28
que Locorum fundandi novos Conventus cum ſola licentia Ordinarii: *Nullo aliarum perſonarum cujuſvis Ordinis, etiam Regularium, requiſito conſenſu*, juxta illius præciſa verba, quod punctuali exequtioni omni Jure demandandum eſt ex adductis per *Card. de Luc. de Benef diſc. 89. ſub n.* 29
*2. & firmatis per Rot. dec. 3. n. 6. cor. Anſald.*

In cujus literalis Conſtit. conflictu non credimus allegandam notam *Conſtit. 27. Urb. VIII.* derogatoriam ſimilium privilegiorum, quam per extenſum impreſſit *Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 1. de Monaſt ædific. q. 8. per tot.*

Quidquid enim ſit, an per talem generalem revocationem antiquorum privilegiorum, diverſis Religionibus, à multis Summis Pontificibus conceſſorum, revocatum dici poſſit 30
dictum ſpeciale privilegium, noſtræ Religioni conceſſum à Paulo V. inter *ejus Conſtit. in Bull. nov. tom. 3. la* 10. quæ ita ſummatur: *Quod Fratres Ord Carmelit. Diſcalceat. poſſint ubiq; de ſola licentia Ordinarii nova conſtruere Monaſteria*, & cui in dicta Urb. Conſtit. ſpecialiter, & expreſsè derogatum non fuit; Hoc unum eſt æquè indubitatum, ac innegabile, quòd in omnem caſum idem poſterius ſpeciale privilegium Clem. IX. omninò præferendum eſt antiquæ gene- 31
rali revocationi Urb. VIII. juxta regulam, quòd poſteriora derogant prioribus, de qua *Sylveir. opuſc. 2. de Declar. Card. num. 11. fol. 283. Pignatel. conſult. 107. num. 14 tom. 1* 32
*Rot. dec. 495. n. 1. cor. Eme r. jun & in Melevit Decret. 2. Martii 1707. §. fin cor. Anſald.* cum aliis allegatis *in Tom 1. par. 2. diſc. 18. n. 10. & diſc. 26. n. 57.*

Neque meretur attendi aſſertum præjudicium dictæ Parochialis, in eo conſiſtens, quod in ſitu novi Conventus extent Domus, inhabitata de præſenti à 70 perſonis, quatenus verò poſtea amplietur idem Conventus, juxta facultatem, ad eundem effectum obtentam, demoliri pariter de- 33
berent multæ aliæ domus, in quibus habitant 200. perſonæ, ut ait Archiepiſc. in ejus prima Relat. adeòquè diminuerentur decimæ, debitæ eidem Eccleſiæ Collegiatæ, & Parochiali, necnon illa haberet amplius non poſſet quartam funeralem, aliaque incerta emolumenta, in quibus prætenditur exadverſo, quòd pro majori parte conſiſtant reditus ejuſdem Collegiatæ.

Pro adæquata ſiquidem reſponſione adverſus hujuſmodi magnificatum præjudicium ſupplicamus obſervare, quòd noſtri Religioſi ſtrictè, & præciſè intendunt fundare Conventum ad terminos menſuratæ, præſente Jo: Bapt. Lecco Can. Collegiatæ factæ à dictis Architectis Carolo Jo: Baptiſta Formento, electo à Canonicis, & Jo: Baptiſta Quadrio, electo à Religioſis, quorum diſtinctæ, & exactiſſimæ 34
menſurationes fuerunt exhibitæ in Secretaria, Adeoquè ceſſat in radice prætextus decantati præjudicii, quia, juxta dictas menſurationes, non veniunt demoliendæ omnes illæ Domus, à quibus Canonici dicta incerta emolu- 35
menta percipere ſolent, ſed ſolùm aliquæ *in ſito ignobile, & abitate da miſerabili perſone, at te a pena con la fa iga a procacciarſi il vitto, e ſodisfare al deb ito della locazione, rieſcono più di aggravio, che di emolumen to al Parocho li loro funerali*, juxta præciſa verba Archiep. in ultima Relat.

Ultra quod idem aſſertum præjudicium remanet ſemper æquè incertum, ac tenue, & eventuale, quia cùm Parochus, nulli legali fundamento innixus, obligare poſſit Laicos, moram facientes in Civitatibus, ad habitandum omnes Do- 36
mos, ſitas in ejus Parochia, non poteſt ſolidè prætendere, minuſque allegare certitudinem præjudicii, ei reſultantis ex incorporatione domorum, neceſſaria pro fundatione novi Conventus, ut in terminis obſervat *Pignatel.* reſpondens ſimili objecto in *conſult 177. n. 53. tom. 1.* ibi: *Parochus* 37
*non habet Jus cogendi Laicos ad habitandum Domos, in ſua Parochia ſitas, atque adeò non poteſt allegare Jus quæſitum circa emolumenta inde evenientia, juxta Textum &c.* cum aliis infra allegandis *à n* 124.

Minùs refragatur diſſenſus aliquorum Regularium noſtræ Civitatis; Tùm quia ex dicto oraculo Pontificio, illorum conſenſus nullo modo requiritur; Igitur eorundem diſ- 38
ſenſus

ſenſus in nulla conſideratione habendus eſt. Tum etiam
quia iidem Regulares eorum conſenſus jam præſtiterunt;
Adeoque quod ſemel eis placuit, ampliùs diſplicere non de-
39 bet, juxta notoria Juris axiomata apud *Barboſ. axiom. 196. num. 16.*

Non attento, quòd iidem conſenſus præſtiti fuerint eo
tempore, quo noſtri Religioſi eorum Conventum intende-
bant erigere, non ubi de præſenti id facere procurant, ſed in
40 Parochia S. Viti; Cum enim dicti conſenſus fuerint præſtiti
ſimplicitèr pro fundatione noſtri novi Conv. intra Civitatem
Mediolani, ut remanet manifeſtum ex illorum ſola lectu-
ra, merè materialitèr ſe habet, quòd fundandus ſit in una,
vel altera parte Civitatis, ſeu Parochia; Eò quia illi Re-
gulares, qui erant magis proximi eidem novo Conventui,
ædificando in Parochia S. Viti, hodiè ſunt quidem remo-
41 tiores, ſed eidem novo Conventui ſunt proximiores alii
Regulares, qui tunc temporis erant remotiores, ſicque in
hac parte nulla ſubſtantialis adeſt hodiè differentia, ut con-
ſideranti patet.

Prout etiam non obſtat reflexio, quòd aliqui ex dictis
conſenſibus ſint conditionales, & ſignanter ille Cappuc-
cinorum, dummodo alii Regulares conſentiant; Et ali-
42 qui conſenſus contineant conditionem, dummodo ſerve-
tur debita diſtantia, necnon ceſſet præjudicium aliorum
Regularium.

Reſpectu enim dictæ conditionis, appoſitæ in conſenſu
Cappuccinorum, dicimus, illam fuiſſe purificatam, quia
43 alii Regulares conſenſerunt, Quo verò ad diſtantiam,
de qua ſermo eſt in aliquibus conſenſibus, ultra quod, ex-
44 cepto Conventu S. Euſtorgii, omnes alii Conventus lon-
ge diſtant, cathegoricè reſpondemus, quòd cùm verſemur
in magna Civitate, prætextus minoris diſtantiæ non atten-
ditur, ut obſervat *Card. de Luc. de Regul. diſc. 33. num. 4.*
Quod eſt adeò verùm, ut in ipſamet Civitate Mediolani
major pars Conventuum Regular. poſita non reperiatur in-
45 tra diſtantiam, in Apoſtolicis Conſtit. præſcriptam, imò ali-
qui ſunt ferè contigui, nempè Conventus S. Ambroſii Ci-
ſtercienſium, & Conventus S. Franciſci Conventualium;
Conventus S. Victoris Olivetanorum, & Conventus Cap-
puciñarum Portæ Vercellinæ; Conventus S. Alexandri Bar-
nabitarum, & Conventus S. Jo: in Conca, & Conventus
Carmelitarum Congr. Mantuanæ; Conventus S. Barnabæ
Barnabitarum, & Conventus Pacis Minorum Obſervan-
tium, & quamplures alii, qui brevitatis gratia ommittun-
tur.

Indeque in his terminis quotidiè videbimus, quòd juxta
laudabilem praxim hujus S. C. quando ſumus in terminis
46 fundationis Conventuum, & Monaſteriorum, erigendo-
rum in magnis Civitatibus, non ſolet procedi cum illo ri-
gore, qui meritò ſervatur in terminis fundationis, quæ fie-
ri prætendatur in parvis Civitatibus, ut in ſpecie loquendo
47 de Civitate Mediolani, obſervat *Card. de Luc. de Regul. d. diſc. 33. n. 4.* ubi, quòd ita pluries practicavit in ſimilibus
quæſtionibus, *præſertim* (ſunt ejus verba) *in duplici Medio-
lanen* ea ratione, quia in magnis Civitatibus ceſſant moti-
va illa, quibus innixæ ſunt Apoſt. Conſtit. circa rigorem
requiſitorum pro novorum Conventuum fundatione.

Quo demùm ad aſſertum præjudicium, iſtud nullatenùs
infertur, neque Conventui S. Euſtorgii, neque aliis Con-
ventibus; Tum quia in diſtrictu novæ fundationis adeſt nu
meroſus Populus, aſcendens ad animas 30. m. circitèr, teſte
48 Card. Archiepiſc. ibique adeſt ſolùm d. Conventus S. Euſtor-
gii, & Collegiata S. Laurentii, quando in aliis partibus
Civitatis, minùs numeroſis, extant plures Conventus, &
Eccleſiæ ut eſt notorium; Tùm quia noſter Conventus S.
Coroli, jam fundatus in Civitate Mediolani, ad tollendum
hujuſmodi prætextum ſolemnem emiſit obligationem aſſi-
gnandi, & cedendi pro quæſtuatione eleemoſynarum novi
49 Conventus, pro congrua ſubſtentatione Religioſorum, qui
in d. Conventu erigendo morabuntur, neceſſariorum, par-
tem ejus proprii diſtrictus, & quæſtuationis, quam habet in
d. Civitate; Et proindè ceſſat omnis prætextus d. præjudi-
cii, itaut in his circumſtantiis neque etiam citandi ſint alii
Regulares, dum habetur, ac ſi novus Conventus ejus
quæſtuationi favore eorundem renunciaſſet, quo caſu nul-
lum præjudicium conſiderari valet *Lezzan. in Summ. Verb.
Monaſteria n. 6. Peyer. in Form. lit. Z cap. 3. not ult fol. 726.
Donat. Rer. Regul. tom 1. part. 2. tr. 1 de Monaſt. ædific. qu.*
50 28. *per tot.* ubi *n. 6.* refert ita pluries deciſum ab hac S. C. &
ſignanter in *Neapolitana Fr Ord. B. M de Mercede Diſcalceat.
14. Junii 1625. & in Caſtren.* favore *Patr. Reformat. S. Bern.
5. Junii 1642.* & in *Cajetana* favore *Patr. Diſcalceat. S. Au-
guſtini 2. Oct. 1643. & in Neapolit.* favore *Patr. Eremit. S. Au-
guſt. anno 1646.*

Quæ omnia vera ſunt, nedum reſpectu fundationis Mo-
naſterior. Religionis non mendicantis, ſed etiamſi ſermo ſit
de Ordinibus mendicantibus, dummodo, ut in præſenti ve-
rificatur, eædem Religiones mendicantes capaces ſint in 51
communi annuorum reddituum, vel bonorum poſſeſſione,
ut omiſſis antiquioribus exemplis, qui de facili poſſent cu-
mulari, anno 1692. ad relat. Card. Petrucii die 4. Julii fa-
vore PP. Scholarum piarum reſoluit hæc Sacr. Congr. in
una *Derthonen.* teſte *Monacel. in Formular. tom. 1. tit. 6. form.
19. fol. 165 n. 28.* ibi: *Cæteri Regulares, qui poſſeſſione bono-
rum, & annuorum redditium capaces ſunt, quamvis Ord.
Mendicantium ſint, poſſunt ad novas fundationes admitti, re-* 52
*cepta eorundem obligatione non quæſtuandi, ut admiſit S. C.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt exagerata oppoſitio Monia-
lium Victoriæ, & Veterum, quòd ex fundatione novi Con-
ventus in controverſo ſitu haberetur proſpectus in earum
Monaſteriis; Manſiones enim noſtrorum Religioſorum non 53
debent habere feneſtras exteriores, reſpicientes prædicta Mo-
naſt. Monialium, ſed ſolùm interiores verſus Atrium novi
Conventus, ut fuit recognitum, & à communibus Archi-
tectis ſtabilitum in ſolemni deſcriptione; Et conſequenter
ceſſat pariter in hac parte d. præjudicium Monialium ex
nova fundatione noſtri Conventus, ut obſervat Eminentiſ-
ſimus Archiep. in 2. Relat. loquendo de utroque Monaſte-
rio ait: *Fattaſi poi la ſperienza dalle fineſtre della d. Caſa* 54
*nello ſtato preſente, non ſi è compreſo poterſi dare alcun proſ-
petto pregiudiziale.*

Nullam quoque meretur conſiderationem reflexio illa,
quòd in ſitu novæ fundationis extent duo privata Orato-
ria, ſeu Confraternitates, in quibus explicari ſolet Cathe- 55
chiſmus, aliaque pia opera exerceri: Ultra quod enim om-
nia iſta meliùs, longèque faciliùs peragi poſſent in nova
Eccleſia, ibidem ædificanda, ſub directione, & aſſiſtentia
noſtr. Religioſor. quoad ea, quæ concernunt ſpiritualia
exercitia, in dd. Oratoriis practicari ſolita; Semper ur-
get reſponſio illa, de qua in d. ult. Relat. Archiep. quod
ſine dicto ſitu, ubi exiſtunt dd. duo Oratoria pro novo Con-
ventu, *il ſito acquiſtato è baſtante per il loro diſegno; E che* 56
*ſe in avenire voleſſero attentare l'acquiſto di dd. due Oratorii;
come dalli Opponenti ſi teme, dovrebbe ſempre dipendere dall'
arbitrio dell' Ordinario, del Paroco, e dell' Operarii della Dot-
trina Criſtiana, come di coſa loro, la conceſſione.*

Demum nullius momenti eſt contrarius prætextus, quòd
Archiepiſc. ſuum non præſtet aſſenſum fundationi noſtri
Conventus; Id enim non regit in facto, eo quia ipſe ſub præ-
ſuppoſito, quòd ſubſiſterent oppoſitiones Contradictorum 57
dumtaxat in ejus prima Relat. innuit, quòd ſi ampliaretur
Conventus, exiſtens in Civitate, aut alter Variſii, vel ſi fun-
datio fieret extra muros ejuſdem Civitatis, ceſſarent in
parte aſſerta præjudicia, & conqueſtiones Contradicto-
rum; Cùmque ex hucuſque animadverſis remaneat mani-
feſtum, aſſerta præjudicia nullum habere fundamentum,
ceſſante contrario præſuppoſito, ſeu detecta erroneitate
fundamentorum, quibus eidem Archiep. ſuppoſitum fuit,
non poſſe deveniri ad fundationem Conventus, dicitur
ceſſare diſſenſus ejuſdem Archiepiſcopi, juxta regulam,
de qua generaliter *Rot. in dec. 274 n. 11. par. 17 rec.* & cum 58
qua in noſtris punctualibus terminis, proceſſit hæc S. C.
*in Mantuana 8. Auguſt. 1710. Ponente Card. Gozzadino*,
non habendo in aliqua conſideratione apertum diſſenſum
Epiſc. Mantuani, eo quia corruebat præſuppoſitum ſub quo
conſentire recuſabat fundationi novi Hoſpitii Reformator.
S. Franciſci, ut videre eſt in *Tom. 1. par. 2. diſc. 8 n. 8. & 9.*

Imò ex inſubſiſtentia d. contrarii ſuppoſiti, alia æque effi-
cax, ac ſtringens deſumitur reflexio pro conceſſione Gratiæ,
eo quia remanet manifeſtum, Oppoſitorum contradictiones
ortum habere à ſola æmulatione, in quibus terminis etiam in 59
dubio inclinare ſolet hæc S. C. pro novorum Conventuum
fundatione per ea, quæ in terminis notat *Pignat conſult. 179.
n. 4 tom 1.* ibi: *Diſſenſus aliorum Regularium non poteſt attri-
bui niſi æmulationi, & S C. providere omninò debet, & in du-
bio pro fundatione reſcribere, cùm ex ea notabile cultus Divini
augumentum reſultet, quod cæteris conſiderationibus præponde-
rare debet.*

Ex quibus, nedum ceſſant hodiè omnes contrarii prætex-
tus circa d. diſſenſum Archiepiſc. ſed conſtat ulteriùs de
ejuſdem poſitivo conſenſu; Imo de ejuſdem enixis preci- 60
bus, quibus terminat ejus 2. Relationem ibi: *E quanto a me
crederei, che ſanato con qualche oneſto compenſo il pregiudi-
zio, che ne riſultarebbe alla Collegiata di S. Lorenzo, nella
forma,*

*forma, che parerà più propria al ſuperiore intendimento dell' EE. VV. le querele dell'altri Regolari poco poteſſero oſtare all' intenzione dell'Oratori, il zelo, buon'eſempio de'quali potrebbe riuſcire di profitto ſpirituale alla parte più popolata, e meno colta di queſta Città.*

## In eadem Cauſa.

AFfirmativæ reſolutioni noſtri dubii, nullo modo obſtant exadverſo deducta; Concurrunt enim omnia requiſita
61 Apoſtolicarum Conſtitutionum, ex ſupra animadverſis, in quibus terminis non ſolet hæc Sacr. Congreg. ſimiles Gratias denegare, ex allegatis ſupra *num.*11. quibus addimus *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.*16. *à num.*1.

Non attenta oppoſitione Can. S. Laurentii; Procedendo ſiquidem in hac parte cum ultima Relat. Archiep. juxta notam regulam, quòd poſteriora ſemper præferenda ſunt, ex
62 allegatis ſupra *num.*32. ad tria capita reduci poſſunt omnia prætenſa præjudicia, ab eiſdem Can. exagerata; I. Nempè ad emolumenta Funerum, eo quia non ampliùs omnia fierent in eorum Eccleſia, ſed aliqua fieri poſſent in noſtra, in
63 qua de facili Parochiani ſepulturam eligerent; II. Ad eleemoſynas celebrationis Miſſarum, quæ hodiè ab eiſdem Parochianis, ut plurimus demandantur in dicta Collegiata Eccleſia, quævè in futurum poſſent injungi in noſtra; III. Demum ad diminutionem concurſus Populi ob vicinitatem noſtræ Eccleſiæ, ut videre eſt in dicta ultima Relation. Cùmque nullam ex iſtis reflexionibus ſubſiſtentiam habeat, merito contradictio ejuſdem Capituli attendenda non videtur.

Non obſtat prima reflexio, quia ex *Ordin. Conſtit. part.*1. *cap.*13. *num.*3. *fol.*67. noſtri Religioſi non poſſunt aſſociare
64 cadavera, ad eorum Eccleſias ſepelienda, juxta verba illa: *Ad mortuos autem ſepeliendos &c. Patres noſtri non exeant, niſi in Terris Infidelium, vel ubi hæreſes graſſantur*; Fortiùs quia etiam in illis caſibus, in quibus Religioſis non eſt prohibitum à propriis Conſt. aſſociare cadavera ad eorum Eccleſias, ut ad rem obſervat Archiepiſcop. in Civitate Mediolani,
65 quando cadavera ſepelliuntur in Eccleſiis Regularium, Parochi Collegiatarum *per la celebrazione dell' Eſſequie ritengono per ſe l'altra metà di Cera, con tutta la quantità, che ſerve per l'aſſociazione del cadavere, in cui per lo più conſiſte la maggior pompa, e ſpeſa funebre*; Et proinde, vel nullum, vel nimis tenue remanere videtur præjudicium hoc, plus juſto exadverſo exageratum, & uti tale nullatenus attenden-
66 dum eſt ad impediendum ſpirituale bonum, reſultans ex novi Conventus fundatione, per ea, quæ notant adducti ſupra *num.*19.

Minùs obſtat ſecunda reflexio circa eleemoſynas Miſſarum; Tum quia in hac etiam parte habemus Conſtitut.
67 clarè demandantes *par.*1. *cap.*3. *num.*10. quod à noſtris Religioſis non recipiantur, niſi eleemoſynæ pro illis Miſſis, quæ citò celebrari poſſint, quodque idem practicetur etiam in Miſſis perpetuis; Tum quia cum noſtri Religioſi non utantur opera Cappellanorum, ſeù Sacerdotum ſæcularium ad adimplenda Miſſarum onera, propriis Eccleſiis relicta, ut experientia notum eſt, & obſervat Archiepiſc. in 2. Relation. indè fit, quòd in omnem caſum reducitur ad paucas Miſſas propriorum Sacerdotum Regularium hujuſmodi prętenſum præjudicium, quod compenſatur ulteriùs reſpectu Canonicorum cum illis perpetuis oneribus, quæ relinqui
68 ſolent annexa ſimilibus legatis Miſſarum, ut notat Archiep. ubi proximè his verbis: *Detti Padri non ammettendo nelle loro Chieſe Cappellani ſecolari, non ricevono maggiori limoſine della quantità de'loro Sacerdoti, quali potendoſi accreſcere per laſcite pie, probabilmente reſtarà anche aggravata de' peſi perpetui, che ſogliono ingiungere li Benefattori*. Tum demum, quia fuit concludentiſſimè probatum, quòd major eſt numerus quotidianarum Miſſarum in d. Eccleſia Paro-
69 chiali, quam ſint Canonici, aliique Sacerdotes, illi inſerſervientes, dum *coſta da' Libri della Sagreſtia, qualmente ſi celebrano ogni giorno meſſe* 23. *nella Chieſa di d. Collegiata, cioè cinque da' Sacerdoti, che non ſono del gremio, nè del Capitolo, nè del Coro, ſichè al Capitulo non ſolo non mancano, ma ſopravanzano per obblighi di* 5. *meſſe giornali*.

Prout etiam nullius relevantiæ eſt tertia reflexio circa diminutionem concurſus Populi, ex illa innegabili facti circumſtantia, quod ſumus in parte Civitatis Mediolani *numeroſa di Populazione* (ſunt verba ejuſdem Card. Archiep.) *di*
70 *circa trenta mila perſone, abitanti nel Diſtretto di Porta Ticineſe, in cui non contandoviſi, oltre la ſudetta Collegiata, che due ſoli Conventi de' Regolari, poſti a' di lei Confini, non potrà, che riuſcire di gran profitto l'accreſcimento degli Operarj evangelici in una sì vaſta Vigna, che per eſſere la parte più popolata della Città, tuttavia è la meno proveduta di aſſiſtenza ſpirituale*; Quę circumſtantia nimis conſiderabilis eſt ad noſtrum effectum, eo quia innumeræ reperiuntur Civitates in Italia, in quibus numerus animarum non pervenit ad 30 mil. & tamen nume- 71 rus Conventuum, & Eccleſiarum, longè ſuperat illos, qui reperiuntur propè Portam Ticinenſem, ubi noſtri Religioſi fundare prætendunt eorum Conventum.

Quibus, ad totalem everſionem hujuſmodi plus juſto magnificatorum præjudiciorum, duas alias addimus æquè ſolidas, & claras reſponſiones. I. Quia domus illæ, quas noſtri Religioſi jam emerunt pro ibidem fundando eorum Conventu, nedum poſitæ ſunt in *ſito ignobile*, ut dicit Archiepiſc.
ſed ulteriùs *ſono abitate da miſerabili perſone, atte a pena con* 72 *la fatiga a procacciarſi il vitto, e ſodisfare al debito della locazione, riuſcendo più di aggravio, che di emolumento al Paroco li loro funerali*; II. Verò, quod in omnem caſum iſta prætenſa præjudicia ſunt incerta, eventualia, & merè poſſibilia, quia Parochiani liberam habent facultatem relinquendi Miſſas, & eligendi Sepulturam in Eccleſiis, ſibi benevisis, quibus attentis eadem incerta, & eventualia præju- 73 dicia in nulla habentur conſideratione ad impediendum majorem cultum divinum, & proximi innegabilem utilitatem, à novorum Conventuum fundatione reſultantem, juxta authoritates, allegatas ſupra *num.* 19. quibus addimus *deciſ.* 17 *per tot.* & ſignanter *num.* 13. *apud Antonel de Jur. Cleric.* ibi: *Ideoque cum præponderare debeat augumentum divini cultus,* 74 *& peculiaris ſalus animarum, ſimilia præjudicia, tanquam eventualia, in nihilo conſiderari debent*, cum aliis, de quibus infra *à num.* 127.

Imò reſpectu aſſerti præjudicii, innixi diminutioni emolumentorum funeris eadem *Rot in numer.* 8. *ejuſdem deciſ.* 17. *apud Antonell.* aliam adducit ſolidam reſponſionem, quæ omnem in hac parte difficultatem tollit, quia ſcilicet 75 Jus Parochiale nullatenus conſiſtit in privativa humatione omnium cadaverum, itaut Parochus circa Jus funerandi habeat fundatam intentionem pro excluſione omnium aliarum Eccleſiarum, ſed ſolùm reſpectu illorum Parochianorum, qui alibi non elegerunt ſepulturam, & in ſola exactione quartæ Funeralis, pro illis exequiis, quæ fiunt in Eccleſiis, diſtinctis à Parochiali; Et proindè ex hac etiam ſolida reflexione Sacræ Rotæ, quam punctualibus authoritatibus ibidem comprobat, excluſum remanet idem præjudicium ratione emolumentorum funeris, circa quæ Parochus nullum habet fundatum, & actuale Jus ex ſupra citatis.

Ejuſdem prorſus irrelevantiæ eſt oppoſitio PP Conv. San. Euſtorgii; Pro eo enim, quod attinet ad prætenſam diminutionem concurſus Populi, & eleemoſynarum Miſſarum, 76 ad hominem applicantur reſponſiones, ſupra adductæ reſpectu Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Laurentii; Quæ eo fortiùs militant in præſenti, ex quo feſtivitates Regularium diverſæ Religionis, fieri ſolent diverſis, & diſtinctis temporibus, ea ratione, quia illæ fieri ſolent occaſione ſolemnitatum Sanctorum propriæ Religionis, quæ proindè non ſunt impedimento ad invicem, neque Populi concurſum minuunt, ut experientia notum eſt.

Pro eo vero, quod reſpicit diſtantiam, exadverſo prætenſam in ſolis cannis 127. benè advertitur in ultima Relatione Eminentiſs. Archiep. menſurationem à dd. Religioſis factam 77 fuiſſe per aerem, quæ propriè convenit Avibus, non hominibus, non autem per terram, & per vias frequentatas, ut in his terminis, & ad noſtrum effectum faciendum eſſe monent communiter *Repetentes in leg.* 1. *ff. Si quis caution* ubi *Caſtr. n.*4. *& Jaſ. nu.*26. *Rovit. in Pragm.* 1. *de Salar. eoi. qui mittunt. pro ſervit. n.*7. *Antonel. de Loc. Leg lib* . . *cap.* 2. *nu.* 17. *& Card. de Luc. de Regul. diſc.*31. *nu.*8 cum concordanti- 78 bus, citatis in *Tom.*2. *par.*2. *diſcept.*13. *n.*170.

Et ulteriùs ſubjungimus, quod in magnis Civitatibus non proceditur reſpectu diſtantiæ, cum illo rigore, qui in aliis 79 parvis Oppidis, & inferioribus Locis meritò ſervatur, ut vidimus ſupra *à num.* 46.

Pro eo demum, quod attinet ad congruam manutentionem eorundem PP. Dominicanorum dicimus, illos non vivere ex quæſtuatione, ſed pluſquam neceſſarios habere fixos, certos, & annuales redditus, deſtinatos pro eorum abundanti 80 manutentione, ut in noſtra Civitate notum eſt, & clarè admiſit Archiepiſc. in ultima Relatione ibi: *Il ſud. Convento di S. Euſtorgio gode abbondanti rendite, pari alla Famiglia, e peſi, che ſoſtiene*; In quibus terminis non ſolent in magna

haberi in conſideratione oppoſitiones Religioſorum, qui divi-
tiis abundant, vel ex vera, & propria mendicatione non vi-
81 vunt, per ea, quæ advertunt adducti à *Card. de Luc. de Re-
gul. diſc.* 1. *num.* 68. ibi: *Percutit ſolùm Religiones, mendi-
cantes per veritatem, non autem per fictionem, ſeu privi-
legium.*
Neque ullam habet connexionem cum præſenti iſtantia
magnificentia, & amplitudo Eccleſiæ, & magnificentior
Conventus dictorum PP. S. Euſtorgii, quæ omnium oculis
82 expoſitæ ſunt in Civitate Mediolani, imò potiùs reflexio
ad hominem retorquetur; Quia hoc modo in conſpectu no-
ſtri futuri pauperis, & humilis Conventus, necnon in con-
flictu noſtræ parvæ Eccleſiæ, magis apparebit magnificen-
tia d. Conventus, magiſque emicabit magnitudo, & ſplen-
didior ornatus Eccleſiæ PP. Dominic. juxta vulgatum illud:
83 *Oppoſita, juxta ſe poſita, magis eluceſcunt*, de quo *Bald. in
leg.* 1. *C. Quando licet ab empt. diſced.* & *Barboſ. axiom.* 171.
*num.* 2. Eò quia juxta *noſtr. Conſtit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Ec-
cleſiæ noſtri Inſtituti in majoribus Conventibus non poſſunt
excedere latitudinem 40. palmorum, in minoribus verò
Conventibus non debent eſſe latiores 33. palmis, atque in
illis (ſunt verba Conſtit.) *non fiant teſtudines, vulgò* Cupu-
le, *ipſæque Cappellæ non conſtruantur nimiùm ſumptuoſæ,*
84 *nec auro, vel ſtucco eorum Eccleſia exornetur, nec ex marmo-
re, aut mixtis lapidibus parietes veſtiantur, ſed nitorem po-
tiùs, quàm ſuperfluam, & pretioſam pulchritudinem præ-
ſeferant.*
Poterat autem omitti reflexio, quòd noſtri Religioſi du-
pliciter ſibi præjudicaverint reſpectu PP. S. Euſtorgii. I. Pe-
85 tendo ab eis conſenſum, hoc modo eos agnoſcendo in legiti-
mos Oppoſitores; II. Verò acceptando eorum conſenſum
conditionatum illis verbis: *Dummodò debita ſervetur diſtan-
tia, nullum Conventui noſtro afferatur præjuditium, illæſa
remaneant Conventus noſtri privilegia, & ſerventur alia, de
Jure ſervanda*; Utraque enim animadverſio unica, & qui-
dem ſolida tollitur reſponſione, advertendo, ſimilem nu-
mero inſtantiam ad omnem abundantiorem cautelam, & ad
tollendum omnem ſcrupulum factam fuiſſe, non ſolùm di-
86 ctis PP. Dominic. ſed etiam omnibus Religioſorum Conven-
tibus, & Monaſteriis Mediolani; Idque ut diximus, & op-
portunè repetimus ad ſolam cautelam, & ad tollendam om-
nem difficultatem in hac parte, & proindè procurata ad unum
effectum, & ad cautelam, non debent in alium longè diver-
87 ſum effectum detorqueri, minuſque operanti præjudicare,
ex adductis per *Rot. dec.* 86. *num.* 24. *cor. Anſald.*
In omnem verò caſum, ſemper urget ſequens reflexio,
quòd illi particulares Religioſi, qui dictum conſenſum pro-
curarunt, illumque taliter conditionatum acceptarunt, non
potuerunt, neque poſſunt præjudicare noſtræ Religioni,
88 illiuſque privilegiis fundandi Conventus in illis Locis, in
quibus præciſa urget neceſſitas, & æqualis concurrit utilitas
pro tota Religione, abſque ullo conſenſu aliorum Religioſo-
rum, juxta communem Doctorum, & collegialium Tri-
bunalium opinionem, de qua *in Tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 10.
*num.* 12.
Cum quibus pro noſtris Religioſis proceſſit *C. C. in Lau-
den. Funer.* 2. *Maii* 1711. quando in præjudicium noſtri Con-
89 ventus Laudæ nullam omnino habere voluit, & meritò,
rationem multarum operationum particularium Religioſo-
rum, & Superioris d. Conventus, ut videre eſt *in Tom.* 1.
*par.* 2. *diſc.* 14. *per tot.* & ſignanter *à num* 22.
Quoad oppoſitiones duorum Monaſteriorum Monialium,
*della Vetera*, & Victoriæ nuncupatorum, ſatis dictum ſu-
pra *à num* 53. Illarumque gratuitarum oppoſitionum debili-
90 tatem ad hominem oſtendit Archiep. teſtis ocullatus, & ap-
primè informatus in d. ultima Relat. ubi ſolidè advertit,
quòd neque à proſpectu feneſtrarum, neque à vicinitate no-
ſtri Conventus aliquod, vel minimum præjudicium recipere
poſſunt eædem Moniales, nedum ſecundum præſentem ſta-
tum, & delineationem noſtri Conventus, ſed etiam ſecundum
quamcumque futuram fabricam, forſan faciendam, imò ne-
que etiam à poſſibili demolitione cujuſdam parvæ Turris,
91 quæ in Domibus pro Conventu deſtinatis reperitur, ibi;
*Tuttavia remanendo nelle Monache il dubio di qualche novi-
tà, che potrebbe darſi col tempo, o per la demolizione della
Torretta, o per l'elevazione della nuova fabrica, ſi ſono di-
chiarati li PP. che non apriranno feneſtre, che poſſano appor-
tare alcun proſpetto, e che reſterà ſempre all'Ordinario, &
alle Monache la raggione di impedirglielo*: Et proindè in hac
92 parte eædem Moniales verè trepidant timore, ubi nullus
de præſenti adeſt, neque de poſſibili dari poteſt in futurum
timor.

Neque majoris ſunt relevantiæ diſſenſus Cappuccinorum,
PP. S. Damiani, S. Antonii, & Minor Obſer. ex adverſo
magnificati ad faciendam impreſſionem, ſaltem Oppoſito- 93
rum numero, & multiplicitate, ubi oppoſitionum pondus
non ſubſiſtit, nec relevat.
Reſpectu enim Cappuccinorum adduximus, liberum, &
purum conſenſum totius Definitorii; Reſpectu PP. S. Da- 94
miani adduximus etiam eorum legitimum conſenſum; Re-
ſpectu PP. S. Antonii idem omninò liber conſenſus concur-
rit; Et demùm reſpectu PP. Minor. Obſer. doctum pariter
fuit de eorum libero, & puro conſenſu, & propterea, his
ſtantibus, neſcimus videre, ubinam fundetur prætenſio
contraria, quòd dicti Religioſi ſe opponant hodiernæ no-
ſtræ petitioni, ſeu inſtantiæ, quam rotundis literis admiſe- 95
runt, & quatenus in rei veritate comparerent, illorum op-
poſitio attendenda non eſſet, reſiſtente vulgata regula *Text.
in cap. Quod ſemel de Regul. Jur. in* 6. cum aliis apud *Surd. de-
ciſ.* 265. *num.* 25.
Præterea reſpectu omnium dictorum Conventuum mili-
tat alia reflexio, quod illorum Religioſi, uti exiſtentes ex-
tra ſpatium, à canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Con- 96
ſtitutionibus præſcriptum, nullum habent Jus ſe opponendi
fundationi novorum Conventuum, ut in terminis obſervant
*Paſſer. in cap. unic. num.* 50. *de Exceſſ. Prælat. Franc. var.
reſol. cap.* 27. *à num.* 24. *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 31. *à nu-
mer.* 13. *Fattinell. reſponſ.* 42. *num.* 4. & *Piton. diſcept. Eccleſ.*
36. *num.* 1. & firmavit *Rot. dec.* 229. *à nu.* 21. *par.* 8. *rec.* & re-
ſoluit *hæc S. C. in Vicen. Fund. Conv.* relata per *Piton. ubi ſup.*
Quæ omnia dicta ſint ad ſolius materiæ ornatum, & ad
oſtendendam inſubſiſtentiam omnium contrariarum critica-
tionum; Quia pro totali remotione objecti, fundati, vel
in diſſenſu, vel in qualificatione, & conditionalitate conſen- 97
ſuum aliquorum Religioſorum, quos ad meram cautelam
petierunt noſtri Religioſi, ſuperabundare videtur unica illa
reflexio, quòd ex rotundo Privilegio Apoſtolicæ Sedis,
obtento à Clement. IX. *Carmelitæ Diſcalceati fundare,
condere, & erigere valent eorum Conventus, nullo aliarum
perſonarum cujuſvis Ordinis, & Regularium requiſito con-
ſenſu.*
Quatenùs verò reſpectu eorundem Religioſorum repetan-
tur iidem pretextus præjudicii, vel reſpectu aliorum incul-
cetur defectus diſtantiæ inter dictos Conventus, & ſitum, 98
ubi fundari vult novus Conventus, applicantur eædem re-
ſponſiones, datæ ſupra adverſus ſimilem prætenſionem PP.
S. Euſtorgii, in ſpecie admiſſæ, & approbatæ ab Archiep.
in ejus ult Relat. *E quanto a me crederei &c. le querele degli al-
tri Regolari non poteſſero oſtare all'intenzione dell'Oratori,
il zelo, e buon eſſempio, de quali potrebbe riuſcire di profitto
ſpirituale alla parte più popolata, e meno colta di queſta Cit-
tà*: Cui omnis in hac parte adhibenda eſt fides, uti appri- 99
mè informato de ſtatu, & indigentiis ſuæ Civitatis, & Diœ-
ceſis ex animadverſis *ſupra diſcept.* 1. §. 12. *num.* 10. & *in Tom.*
1. *par.* 2. *diſcept.* 9. *num.* 7.
Imò *Card. de Luc. de Regul. diſc.* 97. *num.* 9. non minùs ſo-
lidè, quàm practicè in introductione Religioſorum exem- 100
plaris Inſtituti conſiderat etiam bonum ipſorum Regularium
antiquorum, ea ratione, (ſunt ejus verba) *quia introdu-
ctio aliorum Religioſorum, profitentium eandem rigoroſam ob-
ſervantiam Regulæ, præſtabit ſtimulum antiquis benè viven-
di, & exactè obſervandi Inſtitutum.*
Minùs exagerari meretur, quòd quocumque modo augea-
tur illorum numerus, vel in duas dividatur numeroſa Pro- 101
vincia Lombardiæ, poſſunt noſtri Religioſi, vel moram
facere in eorum antiquo Conventu, attenta illius magnitu-
dine, & capacitate ampliationis, vel in omnem caſum poſ-
ſunt alium fundare Conventum propè eundem antiquum, eo-
dem modo, quo in Civitate Januæ iidem Religioſi duos ha-
bent Conventus, inter ſe contiguos.
Separando enim objectum in duas partes, pro ea, quæ
reſpicit ampliationem antiqui Conventus, illum reddendo 102
capacem pro majori Religioſorum numero, ibique collo-
cando, tam Studium, quàm Novitiatum, dicimus, hoc
ad terminos exercitiorum noſtri Inſtituti, eſſe prorſus im-
practicabile, & uti tale expreſsè vetitum fuit *in noſtr. Conſt.
par.* 3. *cap.* 3. *de Convent. ubi Novitii ſunt educandi numer.* 2.
*fol.* 103. ibi: *Conventus Novitiorum &c. in eo, nec Præpoſi-
tus Congreg. neque Definitores generales, neque Procurator
Generalis habitabunt: Neque ſtudiorum actus exercebuntur;
Neque Hoſpites frequenter admittentur.*
Videtur autem penè impoſſibile frequenter non admittere
Hoſpites in antiquo Conventu Mediolani, attenta magni- 103
tudine Provinciæ Lombardiæ, ut patet conſideranti,
& eſt

& eſt vim inferre litteralibus Conſtit. noſtri Inſtituti, in for-
ma ſpecifica ab Urb. VIII. ann. 1631. approbatis, exercere
actus Studiorum In Conventibus, pro Novitiatu deſtinatis,
quod permiſſum nullatenus eſt, ex adductis in *Tom. 1. par. 1.*
104 *diſcept. 11. num. 33.* Attentis præcipue decreto irritanti, &
clauſula *Sublata*, in eadem Urb. Conſtit. ſeu approbatione
appoſitis, per ea, quæ notant adducti in *Tom. 1. par. 1. di-
ſcept. 14. num. 21.*

Poterant proindè omitti exempla aliarum Religionum, in
105 quibus tales Conſtitutiones, id prohibentes, non adſunt,
& in quibus forſan Novitii non inſtruuntur cum illo rigore,
qui meritò practicatur in noſtra Religione, cohærenter ad
dictas ejus *Conſtit. in par. 2. tit. 3. de Conventu, ubi Novitii
ſunt educandi per tot. fol. 102.*

106 Pro ſecunda verò parte objecti, quæ reſpicit unionem,
ſeu contiguitatem duorum Conventuum.

Dicimus primò, quòd illa contiguitas, quæ reperitur in-
107 ter Conventus Genuæ, poſitos in Civitate nova, ut ibi di-
citur, & in parte minus frequentata, & à paucis habitata,
non eſt practicabilis in Civitate Mediolani, quia ambo Con-
ventus habent in circuitu ſpatium duorum ferè milliariorum,
108 ut probatum fuit Summ. eſtque in Civitate Januæ notorium,
quod ſpatium intus Civitatem Mediolani non occupant,
neque decem alii Religioſorum Conventus, ut ibidem om-
nium oculis expoſitum eſt.

Dicimus ſecundò, quòd contiguitas dictorum Conven-
109 tuum verificatur reſpectu extremitatum prædiorum ruſtico-
rum utriuſque Conventus, non autem reſpectu communis
fabricæ, & habitationis Religioſorum; Quod neque etiam
practicari poteſt in Civitate Mediolani, quia ſitus, qui mo-
do ſuperficialiter conſideratus, & plus juſto magnificatus,
videtur magnus pro uno Conventu, in fractione panis,
ſeu in Architectorum menſuratione, & dilineatione, ex-
periretur incapax pro duobus in ſuo genere undique perfectis,
& completis Conventibus, cum ſuis Officinis, & aliis ne-
ceſſariis membris formalis Conventus: Multa enim, quæ
110 in abſtracto, & primo intuitu plauſibilia videntur, quando
deindè ad praxim reducuntur, longè minora apparent, &
executioni mandari non poſſunt, teſte experientia, & id
obſervante *Raynal. tom. 2. Obſerv. Crimin. ad cap. 16. ſup-
plement. 3. num. 2.* quem ſequutus fui in *Inſtitut. Crimin. lib 3.
tit. 7. num. 8.*

Eodem modo omitti poterat reflexio, quòd anno 1648.
111 ad inſtantiam noſtrorum, & aliorum Religioſorum Medio-
lani, expeditum fuerit Monitorium in Rota adverſus PP.
Reformatos S. Franciſci, ad effectum impediendi fundatio-
nem novi Conventus extra Portam Ticinenſem; Quidquid
enim ſit in facto de tali Monitorii expeditione, hoc unum
eſt certum, quòd cùm exadverſo non doceatur de proſequu-
tione litis in illius exequutionem, & multo minus de illius
terminatione, nullum omnino fundamentum fieri poteſt in
112 dicto Monitorio, quod juxta illius totam indolem, & no-
tiorem naturam reſolvitur in ſimplicem citationem, ex ani-
madverſis per *Mandoſ. de Monit quæſt. 17. num. 4 & Ridolph.
in Prax. par. 2. cap. 4. à num. 35.*

Ultra quòd in dicto caſu non concurrebant illæ eſſentiales
113 circumſtantiæ in facto, quæ concludenter probantur in præ-
ſenti, & ſignanter præciſa neceſſitas fundandi Conventum,
pro Novitiatu, diſtinctum ab alio pro Studiis, & ad reci-
piendos Religioſos, confluentes in magna Civitate Medio-
lani à vaſtiſſima Provincia Lonbardiæ, ex hucuſque ani-
madverſis.

Non valens deinde contrarius Defenſor criticare operatio-
114 nes, & pia exercitia noſtrorum Religioſorum, gratuitum fa-
cit tranſitum ad ſomniatas eorundem magnas divitias, aſſe-
rendo, ſeu potiùs divinando, quòd eorum quæſtuario lon-
gè differat ab aliis Religionibus, quia procurant pinguia pa-
trimonia, ampla ſuppellectilia, & ampliores perpetuos
proventus, ex qua pia meditatione deinde concludit; *Undè
cautiùs procedendum eſt cum PP. Diſcalceatis in conceſſione
fundationis novi Conventus, quàm cùm cæteris verè Mendi-*
115 *cantibus.* In hac autem parte, non ſolùm longè diverſimo-
dè diſcurrit de noſtra exemplari Religione, ac fecerint Sum-
mi Pontifices *Paul. V. in ejus Conſtit. 10. in Bull. nov. tom. 3.
& Clem. IX. in Indulto*, de quo ſup. *num. 28. eo*, quia dicti
Summi Pontifices aſſerunt, noſtros Religioſos; *Deo, &
Eccleſiæ Sanctæ ſuæ perfectum exhibere famulatum, non ſo-
lùm ipſi Deo per orationem, & contemplationem, ſedulò vacan-
tes, verùm etiam Animarum ſalutem exemplo, & doctrina ſol-
licitè procurantes*: Sed clarè oſtendit, ſe nullam habere no-
116 titiam illius rigoroſæ paupertatis, quam ex vi Conſtit. ſer-
vare tenentur, & de facto punctualiter obſervant, dum *in*
*Urſayæ Diſcept. Tom. III.*

*par. 2. cap. 1. num. 7.* expreſsè demandant, ut Fabricæ, tam
Conventuum, quam Eccleſiarum, paupertatem, & humi-
litatem præſeferant, illarum verò Cappellæ non exornen-
tur marmore, vel ſtucco, minuſque ex mixtis lapidibus ve-
ſtiantur parietes, ſed illæ potius nitorem, quam pretioſam
pulchritudinem præſeferant, quotidiè ad memoriam redu- 117
centes, & in praxi ſervantes id, quod ſolitus erat dicere de
ſe ipſo *D. Bernard.* relatus *in Inſtit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4.
num. 73.* nempè; *Paupertas mihi ſemper placuit, ſordes verò
nunquam.*

Exagerat pariter contrarius Defenſor, neſcio quod *docu-
mentum* (ſunt ejus verba) *ipſorum zelantiſs. Gener. Jo: So-* 118
*rek ſuper interpretatione Regulæ*. Quæ digreſſio æquè impro-
pria, ac inſubſiſtens, ex omni parte claudicat, quia idem
SoreK non fuit Generalis Diſcalceatorum, ſed Carmelita-
rum antiquæ Obſervantiæ anno 1460. & Conſtitutiones pro
eiſdem Religioſis antiquæ Obſervantiæ edidit anno 1466.
quo tempore, nedum noſtri Religioſi non erant in rerum na-
tura, ſed quod magis eſt, S. Thereſia Fundatrix noſtræ
Religionis, neque etiam lucem aſpexerat, uti nata anno 119
1515. & ſic annis 49. poſt dictas Conſtitutiones Soreſianas.
Idem propterea exageratum documentum habet illam con-
nexionem cum præſenti inſpectione, quam habet cupreſſus
cum naufragio, juxta phraſim *Horatii*, ſequuti à *Leone de
Præpar. Judic. par. 3. quæſt. 2. num 5.*

Cæterùm ad demonſtrandam inſubſiſtentiam omnium
contrariarum criticationum, ſat eſt ſola illa reflexio, quòd 120
Archiepiſcop. Mediolanen. coram quo eædem exceptiones,
millies repetitæ exadverſo fuerunt illas habuit pro irrele-
vantibus, concludendo ſuam 2. Relationem, ſequentibus
verbis, omni conſideratione dignis: *Quanto a me crederei,
che, ſanato con qualche oneſto compenſo il pregiudizio, che ne
riſultarebbere alla Collegiata di San Lorenzo &c. le querele
dell' altri Regolari poco poteſſero oſtare all' Oratori il zelo, e
buon eſſempio de quali potrebbe riuſcire di profitto ſpiritua-
le alla parte più popolata, e meno colta di queſta Città.*

Reſpectu verò ejuſdem honeſtæ compenſationis, unicè
innixæ aſſerto præjudicio, quod prætenditur reſultare eidem 121
Collegiatæ, vel ex deficientia Parochianorum in domibus,
à Religioſis emendis pro fundando Conventu; Vel in emo-
lumentis funerum, & eleemoſynis Miſſarum; Vel de-
mum in diminutione concurſus ad eandem Eccleſiam Col-
legiatam; Conſtanter repetimus, quòd tale præjudicium,
vel nullo modo in facto ſubſiſtit, vel in omnem caſum, ha-
bito reſpectu ad augumentum cultus divini ex novo pio
Opere reſultans, Eccleſia antiquo læto animo aliquod leve 122
præjudicium ſupportare poteſt, ut in ſpecie, eidem objecto
reſpondendo, obſervavit *Rota in Roman. Orator. 26. Junii
1696. §. In erectione cor. Card. Priol.* ibi: *In erectione verò
iſtarum Eccleſiarum pro juſta cauſa conſideratur favor pii Ope-* 123
*ris, & augumentum cultus divini, in quorum gratiam Ec-
cleſia antiqua poteſt ſupportare aliquod præjudicium.*

Non ſubſiſtit idem præjudicium reſpectu domorum, in-
corporandarum pro habitatione Religioſorum, ad inſtar
Prætatici, quòd prætenditur ab Hebræis, ſubintrantibus
in domos Chriſtianorum, juxta animadverſa apud *Pigna-
tell in fin. tom* 10. *à fol.* 353. Quia ultra animadverſa ſupra à
*num.* 36. talis prætenſio, utì prorſus irrelevans, & tanquam 124
inſigne gravamen religioſarum Familiarum, in ſpecie qua-
lificatur, & canonizzatur à Greg. IX. *in cap. Nimis prava
17. de Exceſs. Prælat.* ibi; *Ab eis etiam de Hortorum fructi-
bus decimas, necnon Habitaculis Fratrum (ſicut de Judæo-
rum domibus) contendunt redditus extorquere aſſerendo,
quod niſi Fratres morarentur ibidem, ab aliis Habitatoribus
proventus aliqui ſolverentur.*

Et in noſtris terminis, referendo ita deciſum à C. Viſitat.
Apoſt. contra Parochum S Angeli in Foro Piſcium, præten- 125
dentem aliquam honeſtam compenſationem à PP. S. M. in
Campitello, quando ibidem fundarunt eorum domum re-
gularem, ob præjudicia, quæ aſſerebat pati ſuam Eccle-
ſiam Parochialem, propter dimiſſionem illarum Perſona-
rum ſæcularium, quæ in antiquis domibus habitabant, ob- 126
ſervat *Card. de Luc. de Paroch. diſc. 29. per tot* & ſignanter
*in fin. num.* 10 ibi: *Accedente totius Catholici Orbis praxi,
& obſervantia, quòd ſcilicet nunquam auditum eſt, Religio-
ſos, ob novas conſtructiones, vel ampliationes ad hujuſmodi
compenſam, ſeu refectionem teneri.*

Minus ſubſiſtit idem præjudicium reſpectu emolumento-
rum funerum, & eleemoſynæ Miſarum; *Quia* (ſunt verba) 127
*Rot. in d. dec. Rom. Orat. 29 Junii* 1699. *§. Secunda: Cùm ex
indulgentia Summor. Pontificum relicta ſint arbitrio Fidelium,
& pendeant ab eorum libera voluntate, tanquam accidentalia*

*non connumerantur inter præjudicia Eccleſiæ Parochialis*, & concordant adducti *per Marnat. reſp.28. à num. 34. & Rot. deciſ.165. num.17. par.16. rec.* & ſupra *à num.20.*

Prout etiam ejuſdem prorſus inſubſiſtentiæ ad effectum
128 compenſationis, eſt aliud aſſertum præjudicium, reſultans ex diminutione concurſus ad Eccleſiam Parochialem Anniverſariorum, omniumque aliarum contrariarum reflexionum; Eidem enim aſſ. præjudicio individualiter reſpondet *Rot. in d. Rom. Orat.* ſequen. verbis: *Reliqua, quæ reſpiciunt decòrem Eccleſiæ Parochialis, frequentiam Populi, eleemoſynas, ac Anniverſariorum celebrationes, neque unquam retardare valuerunt erectionem novæ Eccleſiæ, ut toties judicatum reperitur, neque aliqua reparatione digna exiſtimata fuerunt, ſed optimè compenſata attento favore Cauſæ piæ.*

In conflictu autem hujuſmodi punctualis reſolutionis Sacr.
129 C. Viſit. Apoſt. relatæ *à Card. de Luc. ubi ſupra*, & punctualioris deciſ. S. Rotæ ad excludendam aſſ. compenſationem, exadverſo prætenſam, nulla prorſus ratio habenda eſt Authoritatum, exadverſo allegatarum; Quia nulla ex eis deſcendit ad noſtros terminos, compenſationis nimirum exadverſo prætenſæ: Et proindè eadem reſolutio S.C. & dec. Rotæ, utì nullum habentes Contradictorem, & in ſpecie deſcendentes ad præciſas circunſtantias noſtri caſus, ha-
130 bentur uti caſus legis, per ea quæ notant *Card. de Luc. de Uſur. diſc.22. num.2. & 3. & Rot. in Legionen. Parochialis 3. Julii 1706. § Admiſſa coram Kaunitz.*

Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contrariis Scripturis,
131 in quibus Oppoſitores inutiliter ſe diffundunt ad impugnandam ſpiritualem utilitatem, reſultantem Habitantibus prope illum Locum, ubi Religioſi petunt fundare eorum Conventum, multiplicando Presbyteros ſæculares, alioſque regulares Operarios, acſi noſtri Religioſi nullum omninò fructum in ſpiritualibus allaturi eſſent.

Pro cathegorica autem reſponſione ſat eſſe videtur ſola le-
132 ctura 2. Relation. Archiepiſcop. in qua pro veritate, & conſcientia requiſitus, aſſeruit ea, quæ regiſtravimus ſupra *num.70.*

In cujus claræ aſſertionis conflictu frigeſcunt contrariæ
133 exagerationes, ad excludendam dictam maximam utilitatem ſpiritualem ex nova fundatione noſtri Conventus, quia Epiſcopi, talia aſſerentes, omnem merentur fidem, ut in ſpecie loquendo de ſimilibus Relationibus, quas Epiſcopi ſacris Congr. transmittunt, notant adducti ſupra *diſcept.1. §. 11. num.3.*

Excluſo ex his præjudicio Eccleſiæ Collegiatæ, vel ſaltem concludenter demonſtrato, quòd illud etiamſi in aliquo verificaretur, non eſſet aptum impedire fundationem no-
134 ſtri Conventus; Multò minùs eadem fundatio impediri valet à diſſenſu aliquorum Regularium, exadverſo magnificato; Ultra quòd enim idem diſſenſus Regularium, uti inſubſiſtens, & nullius relevantiæ, recognitus fuit ab Archiepiſcopo, ut teſtatur in ejus 2. Relat. Strictè dicimus, quòd ex rotundo privilegio Pauli V. de quo in ejus *Conſt.10. in Bull.*
135 *nov. tom.3.* ſpecificè confirmato à Clem. IX de quo ſupra *num.2.* ille nullo modo requiritur.

Nec relevat reſponſio, quòd idem Indultum Clem. IX. attendendum non ſit, uti ſubreptitiè, & obreptitiè extor-
136 tum, eo quia in illius impetratione non fuit Summo Pontifici narratum, quòd in contrarium aderant *Conſtitut.60. Clem. VIII & alia Conſtit.27. Urb. VIII. in Bull. nov. tom.3. & 4.*

Reſponſio enim in promptu eſt, quòd d. Conſtit. Clem. VIII. per viam legis in certa diſtantia præſcribit conſenſum
137 Regularium antiquorum pro fundatione novorum Conventuum. Dicta verò Conſtit. 27. Urb. VIII. non eſt aliqua ſpecialis, & præciſa derogatio privilegii Pauli V. ſed eſt confirmatio dict. Conſtit. Clementinæ, per viam legis generalis demandando illud idem, quod in dict. Clementina Conſtit. continentur circa fundationem novorum Conventuum, prævia licentia Ordinarii, & præcedente conſenſu Religioſorum antiquorum in Loco, derogando generaliter omnibus, & ſingulis, in contrarium facientibus.

Hoc autem poſito, utì reſultante ex ſola lectura dd. Apoſtolicarum Conſtit. ultrò admittimus, quòd Indultum Pau-
138 li V. comprehendatur ſub dict. generali revocatione Urban. VIII. Sed exadverſo negari non poteſt, quòd alter ex Succeſſoribus Pontificibus illud confirmare potuerit, ut fecit Clem. IX. cui nullo modo ignotæ erant diſpoſitiones dd. generalium Conſtit. Clem. VIII. & Urban. pariter VIII. quia illæ, uti in Bullario exiſtentes, & generaliter, & per viam legis multa diſponentes circa novorum Conventuum erectiones, dicuntur notoriæ, quod ſufficit ad excludendum vitium ſubreptionis, & obreptionis, ex adductis *in dec.250. num.25. coram Cerr.* Et in præciſis terminis veriſimilis noti- 139
tiæ Papæ, reſultantis ex iis, quæ continentur in una ex Conſtit. anteceſſorum Pontificum, per viam legis emanatis, & in Bullario impreſſis, habemus punctualem *dec. Rot. cor. Emer. jun. la 1177. per tot.* & ſignanter *num.4.*

Famoſo verò motivo, ultimo loco non ſinè magna admiratione exagerato, & in eo conſiſtenti, quòd noſtri Religio- 140
ſi conſenſerint ſubjectioni Fori laicalis pro obtinenda fundatione noſtri Conventus, reſponderi congruè poteſt cum vulgato illo: *Parturient Montes*, quia non regit in facto, & non relevat in jure.

Non regit in facto, quia ex verbis conſenſus Magiſtratus, nil aliud infertur, quàm conditio ſolvendi onera, in- 141
fixa domibus, à Religioſis emendis, ac præſtandi fidejuſſionem apud Acta Magiſtratus redditum extraordinariorum de non declinando Forum ad effectum prædictum, Quæ non poſſunt verificari, niſi de oneribus fixis, perpetuis, & invariabilibus dictarum domorum, à Religioſis emandarum, quæ tranſeunt in perſonas exemptas, unà cum ipſis bonis, juxta celebr. *deciſ. Alben. Gabellæ, coram Merlin. la 902. à numer.55.* cum qua quotidiè procedit C. I. juxta caſus, relatos *à Ricc. in Synopſ. Verb. Onus numer.3. & 5.*

Minùs eadem conditio relevat in Jure: Aut enim verùm eſt id, quòd ſupponitur in dicto conſenſu, quod ſcilicèt id conſentaneum ſit praxi Civitatis Mediolani, juxta illa verba in contrariis Scripturis omiſſa, *ad effectum prædictum*, 142
*juxta praxim*, quæ, utì notoria in eadem Civitate, ſupponenda eſt etiam nota Superioribus Eccleſiaſticis; Et in hoc caſu, ſi eadem praxis toleratur cum omnibus aliis Religionibus, habentibus Conventus in Civitate Mediolani, ex eodem motivo toleranda pariter videtur cum Carmelitis Diſcalceatis.

Aut verò eadem praxis nova eſt, opponiturque Juris diſpoſitioni, & in his terminis conſenſus, cum dicta reprobata conditione præſtitus, remanet purus, & conditio vitia- 143
tur, juxta *Text in leg. Sejus, & Augerius ff. Ad leg. Falcid.* & animadverſa per *Campanil. in Diverſ. Jur. can. rubr. 18. cap.7. num.13. Sanch. ad Præcept. Decal. lib.7. cap.17. num.2. Card. de Luc. de Donat. diſc.25. num.9. & Rot. in Rom. Nominat. 13. Januar. 1698. § fin. cor Olm.* Et fuit noviſſimè admiſſum *à C. Conciſ. in Tullen. Erectionis Epiſcopatus* 144
*28. Martii 1719.* in qua, attento quòd adducti fuerunt conſenſus, cum conditionibus, Juri repugnantibus, reſcriptum fuit, ut procurarentur conſenſus liberi, ut videre eſt *ſupra 1. par. diſcept. ultim. in fine.*

Quoad alium conſenſum Archiepiſcopi, qui prætenditur datus cum conditione honeſtæ compenſationis, itaut, iſta deficiente, dicatur deficere idem conſenſus. Dicimus pariter, id non regere in facto, quia ipſe oſtendit quidem ejus 145
inclinationem favore ſui Clerici ſæcularis pro dicta honeſta compenſatione, ſed omnia remiſit EE. PP. arbitrio, ibi: *Nella forma, che parerà più propria al ſuperior' intendimento dell' EE. VV.* Ad excludendum verò omnem prætexum Oppoſitorum in hac parte, ſupra *numer.126.* ad hominem demonſtravimus, *nunquam auditum fuiſſe in Catholico Or-* 146
*be, Religioſos ob novas conſtructiones, vel ampliationes eorum Conventuum ad hujuſmodi compenſam, ſeu refectionem teneri.*

Ad facilitandam Gratiam, pro qua ſupplicamus, inter alias authoritates adductas ſupra *num 21.* citavimus *dec. Rot. in Rom. Orat. 26. Junii 1699. cor. Em. Priol.* in qua *§. In erectione* firmatur, in gratiam pii Operis, & divini Cultus, 147
reſultantis ex novorum Conventum, & Eccleſiarum fundatione, antiquas Eccleſias libenter ſupportare debere aliquod præjudicium.

Reſpondetur autem exadverſo, id non obſtare, quia idem Oratorium erectum fuit ex Indulto Urb. III. Qui cum obierit die 16. Octobr 1187. videtur inperceptibile, quomo- 148
modo id verificari poſſit, eo quia pauci effluxi ſunt anni ab ejuſdem Oratorii conſtructione.

Reſpondetur 2. conſenſum Parochi in dicto caſu fuiſſe irrationabilem, & proindè nil mirum, ſi Rota illum ſup- 149
plevit.

Sed Nos replicamus, quòd talis etiam naturæ, & qualitatis eſt diſſenſus noſtrorum Oppoſitorum, quia petunt compenſationem aliquam à Religioſis, quæ eis de Jure nullo modo debetur, quo caſu diſſenſus dicitur irrationabilis, & 150
tunc ſuppleri ſolet ab hac Sacr. C. teſtib. *Pignatell conſult. 157. numer.53. tom 1. juxt Rom.° impreſſ.* ubi refert verba

punct.

punct. deciſ. Rot. in Barchin. Fundat. Conv. 18. Maii 1657. cor. Panzirol. ſequutæ etiam in d. Rom. Orat. 13. Jan. 1698. §. Verùm in fine, cor. Em. Priol. & §. Reliqui verò, ibi: *Vel eo irrationabiliter denegato, ſuppleri poſſit, per Ordinarium, vel Sententiam Judicis*:

In qua parte ſupra *num.*26. adduximus verba Text. literalis *in can. Nullus in fine de Jurepatr.* quem ad noſtrum effe-
151 ctum præter *Pignatell.* ibidem citatum, ſequuntur *Barboſ. de Jur. Eccleſ. libr.2. cap.2. num.17. Amoſtaz. de Cauſ. piis par.2. lib.5. cap.2. num.38. & Card. de Luc. de Regul. diſc.29. verſ. Nec negata, & num.15.* ubi concluſionem ampliat,
152 quandò, ut in præſenti ad unguem verificatur, agitur de Religione, quæ non accedit ad funera, ea adducta ratione, quia in his terminis (ſunt ejus verba) *Sequitur, ut nullum, aut modicum, ac remotum præjudicium Parocho, aliiſque Clericis ſæcularibus ejus introductio cauſet. Iſtaque oppoſitio per Sacr. Congreg. negligi ſolet, quandò Populus concorditer id deſideret.*

Aſſeritur pariter, *dec. Rom. Orat. 26. Junii 1699.* contra
153 Nos retorqueri, eo quia diſtinguendo Jura Parochialia in duas ſpecies, nempè in illa, quæ primò, & privativè ſpectant ad Eccleſias Parochiales, ut ſunt Fons baptiſmalis, adminiſtratio Sacramentorum tempore Paſchali, tempore infirmitatis &c. & in alia, quæ ſecundariò, & cumulativè pertinent ad eaſdem Eccleſias Parochiales, ut ſunt eleemo-
154 ſynæ Miſſarum, celebratio Anniverſariorum, audire Sacrum, Sepulturam eligere, & ſimilia facere, aſſerit, emolumenta hujuſmodi ſecundæ ſpeciei, cùm pendeant à mera voluntate Fidelium, non connumerari inter præjudicia Eccleſiarum Parochialium: Secùs verò alia primæ ſpeciei, quæ proindè non poſſunt ſalvari à ſolo augumento, & favore Cultus divini, ſed ſolent à magnis Tribunalibus præ-
155 ſervari cum ſolita clauſula: *Sinè præjudicio Jurium Parochialium.*

Hoc autem admiſſo, uti reſultante ex ſola lectura d. Dec. palpatur manibus, illam retorqueri contra Oppoſitores, quia
156 Nos non prætendimus in minimo præjudicare Eccleſiæ Parochiali in concernentibus dictam primam, & principalem ſpeciem Jurium Parochialium, & ultrò admittimus, ut in Gratia fundationis noſtri Conventus addatur dicta clauſula: *Sinè præjudicio Jurium Parochialium.* Diximus verò, & concludenter probavimus in omnibus noſtris Scripturis, & modo addimus cum præciſis verbis dictæ punctualiſſimæ
157 Dec. §. *Secunda*, quòd illa *cùm ex indulgentia Summorum Pontificum relicta ſint arbitrio Fidelium, & pendeant ab eorum libera voluntate, tanquam accidentalia, non connumerantur inter præjudicia Eccleſiæ Parochialis.* Et propterea relinquitur manifeſtum, quòd pro iſtis Juribus, uti accidentalibus, & tanquam pendentibus à mera voluntate
158 Fidelium, non poteſt peti aliqua reſervatio, non poteſt prætendi aliqua fixa, & ſtabilis compenſatio, & nullo Jure poteſt retardari dict. pii Operis fundatio.

Conqueritur demum contrarius Defenſor ex eo, quod non videt aliquam juſtificationem, quòd noſtri Religioſi poſſi-
159 deant tot bona, cum quibus commodè manuteneri poſſint in Conventu, de quo agimus; Sed in hac parte laborat in æquivocis, quia Nos non inſiſtimus pro Gratia fundationis novi Conventus, cum dote, & poſſeſſione temporalium bonorum, ſufficientium pro congrua manutentione 12. Re-
160 ligioſorum, ſed ſupplicamus pro Gratia fundationis ad titulum paupertatis, eo prorſus modo, quo omnes noſtri Conven. fundati ſunt.

Die 21. Martii 1719. propoſita Cauſa in C. E. & R. per Card. Corſinum, & mediante particulari Memoriali ſupcante Collegiata pro ejuſd. Cauſæ dilatione, reſponſum fuit: *Dilata.*

# DISCEPTATIO VI.

## Ratisbonen. Parochialium.

*PRO*

Conſiſtorio Ratisbonæ.

*CUM*

Monachis Sancti Emerami.

## ARGUMENTUM.

*Vacante Eccleſia Parochiali per obitum Sacerdotis Sæcularis, quando de illa provideri poſſit Regularis, & an ſuſtineatur inſtitutio Sacerdotis Sæcularis facta ſine præſentatione Abbatis Regularis, Patroni dict. Eccleſiæ Parochialis.*

Etiamſi Conſiſtorium Epiſcopale Ratisbonenſis Eccleſiæ à diuturno, ultra biſcentum annorum tempore, ſeu ab immemorabili fuerit in pacifica quaſi poſſeſſione admittendi Presbyterum dumtaxat ſæcularem, quotieſcumque 1
vacans erat Parochialis Eccleſia Sancti Andreæ in ober, ideſt ſuperiori Lautterbach, ab anno ſcilicet 1510. ad annum 1571. à Bavariæ Ducibus, & ab anno 1576. ad annum 1700. ab Abbatibus Monaſter. Sancti Emerani, Ordin. Sancti Benedicti præſentatum.

Nihilominùs modernus Abbas, occaſione accepta nuperrimæ vacantiæ d. Parochialis, poſthabito Sacerdote ſæculari, tentavit præſentare unum ex ſui Ordinis Regularibus, 2
quo non admiſſo, porrexit huic Sac. Cong. ſupplicem Libellum, die 2. Martii 1706. Ordinario Loci, de more pro Informat. remiſſum, ibi: *Adjungimus his Literis preces Abb. Monaſterii ad S. Emeramum, quatenùs ſuper expoſitis S. C. C. diſtinctè informes. Ità exequeris, ſi quid aliud ad rem faciat,* 3
*exprimes, ad preces ipſas remittes.*

In cujus exequutione Adminiſtrator dicti Epiſcopatus, ab Apoſtolica Sede deputatus, nulli labori, nullique ſumptui pepercit ad eruendam veritatem; Invenit autem, duas 4
in Diœceſi Ratisbonenſi extitiſſe erectas Parochiales Eccleſias in Lautterbach, ſuis quoque titulis, & Locis peculiaribus diſtinctas, Unam ſcilicet Sancti Andreæ in ober, ſeu ſuperiori Lautterbach, Alteram verò Sancti Emera- 5
mi in nider, ideſt inferiori Lautterbach; Quas tamen ab anno 1670. Abbas Cœleſtinus ad majorem annuatim acquirendam penſionem proprio marte coaleſcere fecit in unicam Parochialem, ut conſtat ex Scripturis, in Secretaria exhibitis.

Hodie igitur ſtrictè quæritur, an ſuſtineatur dicta præſentatio Sacerdotis Regularis; Illaq; nullo modo ſuſtineri poteſt, dum ab immemorabili tempore concludenter in Sum- 6
mario docemus, ad illas ſemper fuiſſe præſentatos Presbyteros ſæculares, ut in terminis longè debilioribus præſentationis Sacerdotis ſæcularis per ſpatium 40. dumtaxat annorum, quod Eccleſiæ ſtatus immutetur, etiamſi antecedens ſtatus eſſet clarus, & indubitatus pro Regularitate,
adeſt *Tex. in cap. Cùm de beneſ. de Præbend. in 6.* ubi com- 7
muniter *Repetentes*, cum aliis apud *Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. gloſſ. 7. num.8. Card. de Luc. de Beneſ. diſc 53. numer. 2. & Rot. dec. 65. num.20 par. 11. rec.*

Non obſtat aſſerta unio anno 1679. à Cardin. Pileo confirmata, cujus vigore prætenditur conceſſa facultas præſentan-
di Regularem ad vacantem Parochialem ejuſdem Monaſterii 8
S. Emerami.

Eadem enim unio concludenter non probatur in facto,
& nullo modo, quatenus probaretur, relevaret in Jure, 9
quia non probatur effectuata, dum poſt ipſam apparent ſemper factæ præſentationes de Sacerdotibus ſæcularibus, & ſequens lapſus temporis inconcuſsè ſtat pro ſæcularibus Presbyteris præſentandis, quod ſolitum in hac materia to- 10
tum facit, juxta punctualem *deciſion. 1367. à numer. 2. coram Emerix. jun.*

Minùs obſtat, quod anno 1661. præſentatus fuerit P. Cœ-
leſtinus Schvvarzvvalders Ord. Sancti Benedicti, & admiſ- 11
ſus à Conſiſtorio Epiſcopali; Quia admiſſio legitur facta, non abſolutè, ut ſolet, ſed proviſionaliter, ibi: *Licentiam uſque ad revocationem noſtram ex officio impertimur.* Hujuſmodi

autem proviſionales admiſſiones nullum inferunt veritati præjudicium, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio, juxta præciſa verba *Rot. dec.*842. *num.*11. *cor. Dunoz. jun.*

Cæterùm omitti poterat *Pater Romanus*, tanquam repertus in quadam Deſcriptione, ſeu documento non pro-
12 bante, & verba illa *Quem ſecutus eſt Conventualis S. Emerami P. Romanus Pundorffer in Lautterbach mortuus, & ſepultus die 5. Julii* 1660. Indigitant potiùs mortem præ oculis habitam, quam præſentationem factam, aut admiſſam, imò proviſorio dumtaxat modo, ibi: *Iſti ambo Regulares*
13 *abſque admiſſionibus proviſorio modo in ſuperiori, & inferiori Lautterbach ſteterunt*, & conſequenter huic etiam proviſioni applicantur ea, quæ firmavit *Rot. deciſ.*842. *in fine cor. Dunoz. jun.* cum aliis, adductis *in tom.*1. *par.*2. *diſcept.*26. *num.*56.

14 Quibus duæ aliæ adduntur animadverſiones, ex quibus palpatur manibus inſubſiſtentia contrariæ prætenſionis.

Prima, quòd admittitur etiam exadverſo, Parochialem, de qua agimus, vacaſſe per obitum Sacerdotis ſæcula-
15 ris, juxta verba dubii, & propterea militat pro hac parte ultimus ſtatus, qui ſemper attenditur, ut in terminis advertunt *Corrad. in Prax. Diſpenſ. Apoſtol. lib.*6. *cap.*1. *numer.*34. ibi: *Et cùm in dubio ad hoc, ut beneficium dicatur ſæculare, vel regulare, attendatur ultimus ſtatus, an ſcilicèt vacaverit illud per obitum perſonæ Sæcularis, vel Regularis &c. Card. de Luc. de Benef. diſc.*63. *num.*11. ibi: *Nihilominùs difficultatem habebam ex dicto contrario ſtatu unius*
16 *ſæculi, & ultra, dum conſtabat à dicto anno* 1607. *d. Eccleſiam collatam eſſe in titulum Clerico ſæculari, atque talis erat etiam ultimus ſtatus, dum per Clerici pariter ſæcularis ita proviſi obitum vacatio contingerat &c. atque ultimus ſtatus in propopoſito ſatis attendendus eſt, & Rot. deciſ.*65. *num.*24. *par.*11. *rec.* ibi: *Maximè quia ſemper attenditur ultimus ſtatus, ut in terminis ad cognoſcendum, an beneficium ſit Sæculare, vel Regulare, tradunt &c.*

Et ex contraria Religione id ultrò admittit, & fatetur *P.*
17 *Murga de Benefic. quæſt.*2. *num.*8. ibi: *Dicuntur autem Regularia beneficia &c. Nam in beneficialibus ultimus rei ſtatus inſpicitur, & maximè conſideratur.*

Secunda verò, quod ex documentis authenticis, exhibi-
18 tis in Secretaria, aſſerta Unio nunquam ſuum ſortita fuit effectum, & conſequenter, uti prorſus ineffectuata, in nulla prorſus haberi debet conſideratione, ut in ſpecie advertunt adducti per *Rot. dec.*282. *num.*16. *cor. Celſ. & dec.*261. *num.*6. *cor. Ottob. & dec.*46. *num.*7. *cor. Anſald.*

Ex quibus remanet manifeſtum procurari exadverſo novi-
19 tates, quæ ſemper arcendæ ſunt, & quantùm fieri poteſt impediendæ, juxta aureum monitum *S. Jo: Chriſoſt.* de quo in *Tom.*1. *par.*1. *diſcept.*10. *num.*12. & 13. Præcipuè, quia eædem novitates vix compatibiles ſunt cum Monachorum
20 ſtatu, qui ſolitariè vivere debent, juxta propriam nominis Græcam ethymologiam, de qua *in can. Placuit* 16. *quæſt.*1. & advertunt *Magg. de Sacr. Cærem. diſquiſ.*16. *num.*5. ubi ex *Tertulliano* obſervat, Monachum dicere debere: *Ego non regno, ſeceſſi de Populo, imò unicum negotium mihi eſt, ſed nec aliud curo, quàm nè curem. & Macr in Hierolexicon verb.*
21 *Monachus*, ibi: *Quia ſicut piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine Monaſterio Monachus.*

Die 18. Maii 1708. propoſito ſequenti dubio in C. C. *An*
22 *præſentatio, facta à P. Abb. S. Emerami ad Parochialem Eccleſiam Lauterbach, vacantem per obitum qu. Jo: Ignatii Lickleder er, de P. Joachim Michlæi Regulari ſuſtineatur in caſu &c.* Reſponſum fuit *Negativè*.

Quia verò inſtitutio ejuſdem Sacerdotis ſæcularis facta
23 fuerat à Conſiſtorio Ratiſbonen. abſque præſentatione dict. Abbatis, ideo in Cong. habita die 11. Maii 1709. fuerunt propoſita alia duo dubia, & reſoluta, ut infra.

Dub. I. *An inſtitutio Sacerdotis ſæcularis facta à Conſiſtorio Ratiſbon. abſque præſentatione Abbatis Ven. Monaſt. S. Emerami, Patroni Eccleſiæ Parochialis in Lautterbach ſuſtineatur.* Negativè.

Dub. II. *An ſit locus proviſioni duorum Parochorum, tam*
24 *in Eccleſia S. Andreæ in ober Lautterbach, quàm in altera Eccleſia S. Emerami in nieder Lauterbach; Vel potiùs unius Parochi tantùm in utraque Eccleſia.* Affirmativè quoad primam partem. Negativè quoad ſecundam.

# DISCEPTATIO VII.

## Tridentina Irregularitatis.

PRO

Jo: Benedicto Dagano.

ARGUMENTUM.

*Occiddens aliquem ob ſui neceſſariam defenſionem, an fiat irregularis; Et quid dicendum, quando id ſequitur ſine moderamine tutelæ inculpatæ; Et an ſuper tali irregularitate diſpenſare poſſit Epiſcopus.*

JO: Benedictus Daganus ab Oppido Bagolini, Diœceſis Tridentinæ, huic S. C. humiliter expoſuit, 12. ab hinc annis aggreſſum fuiſſe per viam ab Antonio Coſio, Viro ſanguinario, rixoſo, & continuò arma geſtante; Atque 1
in talibus anguſtiis poſitum fuiſſe, ut pro neceſſaria tuitione propriæ vitæ coactus fuerit dictum Coſium Aggreſſorem occidere.

Quamvis autem ex hujuſmodi homicidio, ob neceſſariam propriæ vitæ defenſionem ſequuto, nullam incurrerit irre- 2
gularitatem, ſupplex petiit declarationem talis non incurſus in irregularitatem, vel ad omnem abundantiorem cautelam preces fudit pro Gratia diſpenſationis, ad hoc ut ſequendo divinam inſpirationem, ab ejus æquè docto, pio, atque experto Confeſſario approbatam, ad ſac. Ordines aſcendere valeret.

De more remiſſæ fuerunt ejus preces Epiſcopo Tridenti-
no, qui omnia prædicta approbando, reſpondit: *Pro rei* 3
*veritate, ex dignis Informationibus, Atteſtationibus, & Documentis, mihi exhibitis, novi, Jo: Benedictum Oratorem &c. coactum fuiſſe pro tuitione, & defenſione propriæ vitæ occidere Antonium Coſi, hominem rixoſum, & continuò arma geſtantem*; Circa quam veritatem concordant etiam Acta Curiæ ſæcularis, in Secretaria exhibita, ex quibus patet, eundem Oratorem, ex d. motivo homicidii, ad ſui neceſſa- 4
riam defenſionem commiſſi, nullam omninò moleſtiam ab eadem laicali Curia paſſum fuiſſe.

Hodie igitur nomine ejuſdem Oratoris humillimæ reiterantur preces pro d. declaratione, ipſum nullam incurriſſe
Irregularitatem, ob d. homicidium ad ſui neceſſariam defen- 5
ſionem commiſſum, juxta literalem *Text. in clem. Si furioſus de Homicid.* ibi: *Si furioſus, aut infans, aut dormiens, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc Irregularitatem*
*incurrit; Et idem de illo cenſemus, qui, mortem aliter vi-* 6
*tare non valens, ſuum occidit, vel mutilat Invaſorem*, cum concordan. ibidem cumulatis à *Barboſ num.*11. *& ſeq. & à Bellet. Diſquiſ. Cler. par.*1. *tit. de Diſcipl. Cler.* §.5. *à nu.*116. ubi *num.*117. *Quod ſi Clericus celebrans* (ſunt ejus verba) *invaditur, juſtè dimittit celebrationem, & ſi, ſe defendendo,* 7
*Aggreſſorem occidit, poteſt incontinenti redire ad Altare, & miſſam perficere*, latè *Panimoll. dec.*49. *num.*26. & *Pignatell. conſult.*20. *nu.*2. *& ſeq. & conſult.*80 *per tot. tom.*7. ubi refert, ita pluries fuiſſe reſolutum à S. C.

Ea ratione, quia cùm propriæ vitæ defenſio permiſſa ſit de Jure divino, naturæ, gentium, canonico, & civili, omni Jure licitum eſt, vim vi repellendo, Aggreſſorem occidere, & propriam vitam à periculo liberare, quam, ad præ- 8
ciſum effectum non incurſus in Irregularitatem, propter homicidium, ad ſui defenſionem commiſſum, adducunt citati *in Inſtit. Crimin. libr.*2. *tit.*5. *de Homicid. numer.*357. 9
*& ſeqq.*

In qua parte omni conſideratione dignæ videntur Oratores veneratio, & reverentia, omni Jure debitæ huic ſacroſancto Conſeſſui; Cùm enim Epiſcopus à ſeipſo poſſet talem 10
declarationem facere, juxta rotundum oraculum *S. C. E.* relatum à *Pignatell. conſult.*80. *num* 3. *tom.*7. ibi: *Eſſendoſi propoſto a queſti miei Illuſtr. Sig. il motivo del dubio, che ſate ſopra il particolare di N. N. doppo maturo diſcorſo, anno riſoluto, ſicome altre volte ſi è fatto in ſimil caſo, che ſe egli ucciſe l'Aggreſſore, non potendo evitare altrimenti la morte, non ſia incorſo in Irregolarità, e non abbia perciò biſogno di diſpenſa,* 11
*ſecondo li termini della Clementina &c. E così ancora quanto alla dichiarazione da farſi ſopra di ciò, che non ſia riſervata a queſta Santa Sede, ma poſſa farſi anche dall'Ordinario &c.* Ubi num.5. addit. *Utantur igitur Ordinarii hoc Jure ſuo, &*

*mihi*

*mihi gratias, ſi non referant, ſaltem agant, quòd ipſis id ex-
hibui, ad ſervan. ſuas, ſuorumque conſcientias.*

Etiamſi prætendi per meram hypotheſim poſſet, quòd
forſan ſervati ad unguem non fuerint termini inculpatæ tute-
12 læ; Quia, *quamvis ille, qui ſe defendendendo excedit mo-
deramen tutelæ inculpatæ, fiat irregularis, non tamen fit ta-
lis de Irregularitate, quæ eſt indiſpenſabilis, niſi à Papa,
ſed illa, quæ ab Epiſcopo diſpenſari poteſt*, ſunt verba *Gal-
lemar. ad Concil. ſeſſ. 24. cap. 7. de Reform. in Remiſſionibus
verſ. Vel vim vi repellendo fol.* 219. ubi alios citat concordan-
13 tes, cum quibus pertranſit *Monacell. in Formul. legal. tom. 4.
fol. 91. num. 24. & 25.* his verbis: *Si exceſſerit moderamen in-
culpatæ tutelæ &c. & ſic Aggreſſorem, vim vi repellendo, oc-
cideret, & fieret Irregularis, ab eodem Epiſcopo poteſt diſpen-
ſari*, & concordant adducti *à Barboſ. de Poteſt. Epiſc. par. 2.
alleg. 39. num. 54. & Paſſer. de Elect. cap. 27. num. 29.*

In exequutionem nihilominùs mandatorum hujus S. C.
14 Orator petiit, & obtinuit ab eodem Ordinario ſolam com-
probationem facti, concernentis duram neceſſitatem occi-
dendi ſuum Aggreſſorem, aſſerendo in ejus Relatione, id
eidem conſtitiſſe ex pluribus Documentis, Informationi-
bus, & Atteſtationibus, in ejus Curia exhibitis; Itaut nul-
la omninò ſuperſit difficultas circa hujuſmodi veritatem, ad
15 *Text. in can. Nobiliſſimus 97. diſt.* ibi: *Nos tamen ejus gra-
vitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoſcentes aſſertio-
nes*, & firmata *per Rot. dec. 401. num. 9. cor. Emer. jun. &
dec. 200. num 11. par. 18. rec. & in Rom. Hæredit. 1. Feb. 1715.
§. Hæc cor. Criſp.* & in terminis Epiſcopi, & Principis Con-
ſtantiæ *Rot. in Conſtantien. Canonicatus ſuper Remiſs. 1. Julii
1699. §. Etenim coram Pio*, ibi: *Ex atteſtatione Principis,
& Epiſcopi Conſtantien. cujus ſumma dignitas, ordinis ſan-
ctitate, à temporalis Juriſdictionis poteſtate præfulgens,
ejus teſtimonio integram fidem tribuit*; Concludendo ſuam
Relationem ſequentibus verbis: *Cenſeo, dignum eſſe Gra-
tia, in ejus precibus petita.*

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo in noſtro caſu
16 concurrunt omnes illæ circunſtantiæ, quas pro faciliori con-
ceſſione ſimilium diſpenſationum ſolet hæc S. C. præ oculis
habere, etiam in illis caſibus, in quibus ſermo eſt de homi-
cidio, non ad ſui neceſſariam defenſionem, ſed in rixa ſe-
quuto, de quibus *Fagn. in cap. Henricus num. 31. de Cler. pu-
gn. in duel.* ibi: *SS. remittit Supplicationes in S. C. C. quæ
præcipuè conſiderare ſolet, an homicidium fuerit commiſſum
per induſtriam, an occidens fuerit rixæ author, vel provoca-
tus, an tantùm temporis exceſſerit à die perpetrati homici-
dii, ut illius memoria ſit obliterata in Loco, an Orator eſſet
bonæ conditionis, & famæ, & an poſt delictum ſemper lau-
dabiliter vixerit*, & concordat *Corrad. in Prax. diſpenſ.
lib. 5. cap. 1. num. 4. & 5.* aliique relati *in Tom. 1. par. 2. diſcept.*
17 *5. per tot.* ubi ſermo eſt de Gratia, conceſſa Clerico primæ
tonſuræ, & in *Muſcana 12. Aprilis 1710. & in Tom. 2. par. 2.
diſcept. 22. per tot.* ubi agitur de ſimili homicidio, ad ſui de-
fenſionem patrato, deque Gratia, petita poſt 11. annos à
18 morte Aggreſſoris, quam hæc *S. C. die 11. Dec. 1694.* beni-
gnè conceſſit, ut videre eſt *ibid. num. 24.*

Quæ omnia ſuperlativè emicant in præſenti, ex eo quia
agitur de homicidio, commiſſo ab annis 12. citra, non per
19 induſtriam, ſed ad neceſſariam defenſionem propriæ vitæ,
& Orator ſunt verba Epiſcopi, *tam ante d. homicidium,
quàm poſt illud commiſſum, fuit ſemper Juvenis benè morige-
ratus, modeſtus, pius, nullamque dolendi contra ipſum cau-
ſam præbuerit.*

Ex quibus cum omni fundamento ſperat, & enixis preci-
20 bus ſupplicat Orator pro declaratione, nullam incurriſſe Ir-
regularitatem, ut practicavit hæc S. C. *in Aquilana 23. Fe-
bruar. 1715.* cum reſcripto: *Non indigere diſpenſatione*, ut
videre eſt in *Tom. 1. par. 2. cap. 6. num. 20.* Vel in omnem ca-
ſum preces reiterat pro Diſpenſatione ad ſimplicem caute-
lam.

Die 2. Aprilis 1719. propoſita inſtantia in S. C. C. reſcri-
21 ptum fuit: *Pro tranſmiſſione Documentorum, & Sententiæ;
Nècnon pro Informatione ſuper Idoneitate ad Sacerdotium.*

# DISCEPTATIO VIII.

## Aſculana.

*PRO*

Canonicis Cathedralis Aſculi.

*CUM*

Epiſcopo ejuſdem Civitatis.

## ARGUMENTUM.

*Vicarius generalis Epiſcopi, an poſſit eſſe Oriundus ex
Civitate, vel Diœceſi; Et quando ex gratia ſoleat C.
E. id permittere, vel tolerare.*

VAcante ultimo loco Eccleſia Aſculana per obitum Epi-
ſcop. Bonaventuræ, Succeſſor Epiſcopus loco imitan- 1
tandi veſtigia omnium Anteceſſorum in eodem Epiſcopatu,
qui à tempore immemorabili elegerunt in Vicarios perſonas
exteras, & nullatenus oriundas à Civitate, & Diœceſi,
neque affinitates, vel conſanguinitates habentes cum Civi-
bus, ut juſtificatum fuit in Summar. à 4. annis citra ſemper 2
uſus fuit, & de præſenti utitur opera unius ex Canonicis,
nedum oriundi ex d. Civitate, multoſque habentis in illa
Affines, & Conſanguineos, ſed ulterius habentis germa-
num fratrem, & alium Conſanguineum, addictos nobili
ſervitio ejuſdem Epiſcopi, ut eſt in eadem Civitate noto-
rium.

Credebant autem Canonici, eundem Epiſcopum id feciſ-
ſe pro aliquo brevi tempore, ad hoc, ut interim poſſet ido- 3
neam, expertamque perſonam invenire, ut in ſimilibus ca-
ſibus practicari ſolet, & aliqui ex Anteceſſoribus Epiſcopis
pro brevi tempore practicarunt, cohærenter ad ea, quæ
notat *Cardin. de Luc. in adnot. ad Concil. diſc. 4. num. 8.* ubi
id extendit ad ſpatium ſex menſium, & ex hoc motivo di-
ſtulerunt habere recurſum pro illius remotione; Verùm ob-
ſervantes hodiè, quòd currit quintus annus, quod d. Offi-
cium exercet, quòdque nulla adeſt ſpes deveniendi ad ta-
lem mutationem, ea forſan ratione, quòd idem Vicarius
generalis in nihilo gravat burſam Epiſcopi, quia gratis
ubique, nedum ipſe, ſed etiam dicti duo alii ejus Conſan- 4
guinei eidem Epiſcopo inſerviunt; Coacti tandem fuerunt
humilimum habere recurſum ad EE. PP. à quibus de more
remiſſis precibus ad eundem Epiſcop. pro Informatione, in
illa latiſſimè ſe diffundit circa motiva, & congruentias, ex
quibus credit, non teneri eundem Vicarium removere, vel
ſaltem poſſe illum retinere ex ſpeciali gratia hujus Sacr.
Congregat.

Cùmque eædem congruentiæ, & rationes in genere con-
ſideratæ, nullius ſint relevantiæ, & reſpectu noſtræ Diœ- 5
ceſis, atque in concreto noſtri caſus, ſint prorſus inaplica-
biles, cum omnis fundamento Canonici ſperant, illorum
preces exaudiendas eſſe.

Eſt enim in Jure indubitatum, quòd Cives in propriis Pa-
triis, & præcipuè circa juſtitiæ adminiſtrationem non, poſ-
ſunt eſſe Officiales, imò id in ſacrilegii genus eſſe, deter- 6
minat *Text. in leg. Ne quis Cod. de Crimin. Sacril.* ibi: *Ne
quis ſine ſacrilegii crimine deſiderandum intelligat gerendæ,
ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis Officium intra eam Provin-
ciam, in qua Provincialis, & Civis habetur*, & concordant
alii *Text. in leg. 3. Cod. de Diverſ. Offic. lib. 12. & leg. 3. ff. de
Offic. Aſſeſſor.* cum aliis, allegatis à *Menoch de Præſumpt.
libr. 5. præſumpt. 12. num. 8. Maſtril. de Magiſt. libr. 2. cap. 7.
num. 1. & 2.* teſtante de communi praxi Regionum Hiſpa-
niarum, & Galliarum, nec non de ſimili praxi totius Ita-
liæ; *Tholoſan. ſyntag. Jur. libr. 47. cap 19 num. 1. Segur. in 7
Director. Judic. part. 1. cap. 9. numer. 12. Pariſ. de Puteo
de Syndic. verbo Statutum numer. 4. & Thom. deciſ. 268.
num. 1.*

Ex quo communiter recepta eſt inter Doctores diſtinctio
illa, quod Officia, reſpicientia œconomicam Reipublicæ
adminiſtrationem, committi debeant Civibus, & Oriun- 8
dis; Ea verò, quæ concernunt juſtitiæ exercitium, com-
mittenda ſemper ſint Exteris, quam comprobavi in meis
*Inſtit. Crim. lib. 3. tit. 9. num 82.* & circa quam conc[illegible]
omnes illi Authores, quos referunt, & ſequuntur [illegible]

*de Regim. Regni Valent. cap.4 §.30. num.34. Caſtellin. in No-*
*tis ad Conſt. Æmil. part.4. obſerv.6. per tot. & Antonell. de*
*Loc. legal. lib.2. cap.1. quæſt.1. num.1.* ibi: *Ratio videtur eſſe,*
*ne quid ex gratia faciat, quia nemo Propheta acceptus eſt in*
*Patria ſua.*

Et in ſpecie deſcendendo ad Officium Vicarii generalis
Epiſcopi, quòd iſte non poſſit eſſe Civis, vel Oriundus,
& ſtatim removendus ſit, quatenus reperiatur deputatus in
9 Vicarium oriundus, vel Civis, latè probant *Card. de Luc.*
*in Adnot. ad Conc. diſc.4. num.8. & de Judic. diſ.3. num.9. Pi-*
*gnatell. conſ.162. per tot. tom.9. & Paſcuc. in Adnot. ad eund.*
*tom.2. verb. Vicarius fol.443. Cucc. Inſtit. Can. tit. de Vicar.*
*Epiſc. num 53. Foller. in Prax. Crim. Can. cap.1. par. 1 nu-*
*mer.117. Zerb. in Gemm. Epiſc. tit.4. de Vicarii qualit. par.1.*
*num.3. Pellegr. in Prax. Vicar. in Monit. gener. pro Epiſc.*
*cap.1. num 2. & Sbroz. de Offic. Vicar. lib.1. quæſt.34. num.1.*

In qua parte habemus nobile documentum veri exemplaris
Epiſcoporum S. Caroli Borromei, quem ejus Paſtoralis ſol-
10 licitudo reddit glorioſum, de quo ita ſcribi *Carol. à Baſilic. S.*
*Petri in ejus Vit. lib.7. cap.36. Hos verò, nempè Vicarium ge-*
*neralem, & duos alios, qui cùm ad Civilia, tùm ad Crimi-*
*nalia deputabantur, adhibere Exteros ſolebat, ne fortè ami-*
*citia, propinquitate, gratia, aut metu adducti, Jus aliquo*
*modo aliquando violarent, minuſque libere dicerent,* & con-
cordat *Homobon. de Bon. human. vit. ſtat. cap.7. verſic. Ubi*
*commodè, & Pellegrin. in Prax. Vicar. in Monit. gener. ad*
*Epiſc. par.1. cap.1. ſub num.2.*

Atque reſpondere ſolita eſt quotidiè hæc S. C. ut videre eſt
11 in reſolutionibus, quas referunt, & ſequuntur dicti Autho-
res, & ſignanter in *Oſtunen. 28 Junii 1587. & in Senogal-*
*lien. 1. Febr. 1593. & in Spoletan. 9. Maii ejuſd. anni 1593.*
*& in Senogallien. 10. Feb. 1598. & in Civit. Caſtelli 29. Maii*
*19. Junii, & 3. Julii 1601. & in Bononien. 1. Octobr. 1602.*
*in Nullius Altamuræ 1. Jan. 1603. & in Marſicana 23. Julii*
*ejuſdem anni 1603. & in Piſtorien. 28. Sept. 1625. & in Sutri-*
*na 16. Nov. & 7. Dec. 1640. & in Melphicten. 11. Auguſt. 1645.*
*& in Fundana 25. Maii 1646. & in Oppidi 24. Auguſti 1647.*
& aliis omiſſis, *in Monopolit. Vicariat. 21. Auguſti 1711.*
*Pon. Card. Grimaldo*, in cujus caſu, nedum exagerabantur
12 iliæmet qualitates, quæ aſſeruntur hodiè concurrere in mo-
derno Vicario, eo quia erat Archidiaconus, & prima Di-
gnitas Cathedralis, & in ultima vacatione Sedis Epiſcopalis
fuerat omnium Votis electus Vicarius capitularis, & circa
illius bonas qualitates adducebantur innumeræ Atteſtationes
omnium ferè Eccleſiaſticorum totius Diœceſis; Sed ulteriùs
exclamabant Defenſores Vicarii, quòd inſtantia promove-
13 batur à ſolis 4. Capitularibus, quòdque adverſus ipſius no-
tam integritatem allegata fuerant multa crimina, quæ in rei
veritate nullam habebant ſubſiſtentiam, itaut eſſet præju-
dicare bonæ famæ ejuſdem qualificatæ perſonæ aures præbe-
re inſtantiæ pro ejus remotione ab officio Vicarii, quod nimis
laudabiliter exercuerat, circa quod adducebatur nubes qua-
lificatorum Teſtium, & tamen, Partibus acerrimè infor-
mantibus, reſcriptum fuit: *Ad Mentem, & mens eſt, quod*
*Epiſcopus ſibi provideat de Vicario generali extero.*

Viva autem ratio hujus communiſſimæ opinionis, ab hac
S. C. ſemper amplexæ, aſſignantur à *Pignatell. d. conſ.162.*
*num.1. tom.9.* his verbis: *Ea quidem ratione hujuſmodi Vica-*
14 *rii conſtitui non poſſunt, & conſtituti removeri debent, nè for-*
*tè amicitia, propinquitate, gratia, & metu adducti, Jus*
*interdum aliquomodo violent, minuſque libere dicant,* & à
*Zerb. in Gem. Epiſc. tit. de Vicar. qualit. tit.4. quæſt.1. ſub*
*num.3.* ibi: *Ex quo propter conſanguinitatem, affinitatem,*
*aliaſque attinentias, de facili deviat à recto juſtitiæ tramite,*
*vel certè ſe poterit reddere Partibus ſuſpectum,* quæ ad lite-
ram adducitur etiam à *Nicol. in Floſcul. verb. Vicarius gene-*
*ralis numer. 36. & à Paſcucc. ad Pignatell. tom 2. verb. Vica-*
15 *rius fol.424. & à Pellegr. in Prax. Vicar. in Monit. gener. ad*
*Epiſc. par.1. cap.1. ſub num.2.*

Quæ omnia, nimis ſolidè in Jure fundata, & ab hac S.
C. ſemper admiſſa, abſque ulla difficultate procedunt in
16 concreto noſtri caſus, in quo non concurrunt, neque exad-
verſo probantur limitationes illæ, vel tenuitatis fructuum
Menſæ Epiſcopalis, vel intemperiei aeris illius Civitatis,
ubi moram facere debet Vicarius, vel magnæ difficultates
inveniendi perſonas, aptas ad hujuſmodi Officium Vicaria-
tus exercendum, à quibus moveri aliquando ſolet hæc Sacr.
Congreg. ad concedendam gratiam, ut Oriundi ad aliquod
17 breve tempus exercere poſſint dictum Officium, ut videre
eſt apud dictos *Pignatellium, Zerbium, Paſcuccium, Nico-*
*lium, & Pellegrinum in locis ſupra citatis.*

Omiſſa enim inſpectione circa aeris intemperiem, & dif-
ficultatem inveniendi perſonas, aptas ad dictum munus
exercendum in una ex principalioribus, & ſalubrioribus Ci-
vitatibus Provinciæ Marchiæ, in qua Epiſcopus facit etiam 18
figuram Principis, quæ neque etiam à remotiſſimis applican-
tur noſtræ Civitati, & Diœceſi; Loquendo de redditibus
Menſæ Epiſcopalis, notorium eſt in noſtra Civitate, in
qua adfuerunt multi Epiſpopi ex S.R.E. Cardinalibus, quòd
non verificatur dicta tenuitas redditnum, imò quòd illi ſint
multum pingues. Quæ veritas manibus palpatur ex addu- 19
ctis in Summario, ex quo conſtat Epiſcopum: *ritenere al*
*ſuo ſervizio, oltre alla Corte nobile di Coppiere, e Cavaleriz-*
*zo, il Segretario, Sotteſegretario, Cappellano, Maſtro di*
*Caſa, Camariere, quattro Staffieri, Cocchiere, Mozzo di*
*Stalla, Mulattiere, Cuoco, ſotto Cuoco, quattro Cavalli,*
*quattro Muli &c. alle ſpeſe, e pagamento de' quali eſſo Veſco-*
*vo ſoccombe con le pingui rendite di eſſo Veſcovato commoda-*
*mente.*

Imò concurrit in noſtro caſu potius ampliatio ejuſdem
communiter receptæ propoſitionis, quia ſcilicet, non ſolùm
agitur de Vicario oriundo, ſed ulterius Cive, & Canonico 20
noſtræ Cathedralis, ut illam ampliando notat *Nicol. in Floſc.*
*Verb. Vicarius num 30. verb. Poteſt autem*, ubi, quod ita re-
ſolvit *hæc S. C. in Tragur. 3. Sept. 1601. & in Meſſanen. 23.*
*Julii* 1603. nec non ita pariter reſolvit *in Mutinen. 4. Sept.*
*1612. & in Sutrina 18. Nov. 1640.*

Et hujus pariter ampliationis duplex, & utraque efficax
aſſignari ſolet ratio, quæ in non caſu præcisè verificatur; 21
Prima quia in controverſiis, quæ nimis frequentes eſſe ſolent
inter Epiſcopos, & Capitulum, quævè de facto hodiè ad-
ſunt inter Epiſcopum, & Canonicos, iſti remanent privati
Voto, ſeu conſilio unius ex Canonicis; Secunda verò, quia
idem Vicarius, uti addictus actuali ſervitio Epiſcopi, iſtius
partes viriliter defendere ſolet, omiſſa defenſione Jurium ſui
Capituli, quæ omnia, ex ſe ſatis nota, & æquè veriſimi-
lia, in noſtris terminis comprobavit experientia, eo quia di-
ctus Vicarius, nedum recuſavit adhærere inſtantiæ, ſeu de-
fenſioni litis, concernentis utile, & decoroſum Jus Capitu-
li in Terra Maltignani, ſibi ſubjecta; Sed in aliis controver- 22
ſiis, vertentibus cum Epiſcopo, tam circa innumera grava-
mina, mediantibus 77. novis decretis Canonicis illata in Vi-
ſitatione noſtræ Cathedralis, quæ à 4. annis incæpta fuit, &
adhuc terminata non eſt, quam circa dubia, pendentia in S.
R. C. Quam demum circa alias contingentias, de quibus in
Summario, acriter promovet partes Epiſcopi, & uti talis ne- 23
quit intereſſe Capitulo, quando ſermones in illo habentur
circa controverſias cùm eodem Epiſcopo, juxta proteſtatio-
nem, emiſſam à Canonicis cohærenter ad ea, quæ in Jure in
hac parte determinata ſunt, ex animadverſis per *Monacell. in*
*Form. tom.1. tit.2. form.4. num.26.* Itaut in hac parte rema- 24
neant nimis ſenſibilia, & æquè intolerabilia præjudicia illa,
quæ experitur noſtrum Capitulum ab uno ex ſuis Canonicis,
inſerviente Epiſcopo in munere Vic. gen. ut de ſe patet.

Neque minora ſunt præjudicia, quæ ex eodem fonte ex-
periuntur alii Cives, & Loca pia noſtræ Civitatis, in illa
notoria, & in Urbis etiam Tribunalibus ſatis nota, ſignan- 25
ter in *Aſculana Profeſſionis*, Pon. Card. Grimaldo, ab hac
S. C. ſæpius reſoluta, & tandem poſt 7. Cauſæ propoſitio-
nem terminata, ob renitentiam in exequendis Oraculis hu-
jus S. C. Nec non in alia *Aſculana* pro Convictricibus Infan-
tis Jeſu, de qua in *Tom.1. par.2. diſc.12. per tot.*

Ex quibus abſque ulla participatione Canonicorum, ut 26
conſtat ex illorum ſolemni declaratione, quæ data fuit in
Summario, mota fuit major pars noſtrorum Civium ad u-
niendas eorum preces pro dicta remotione; Quamvis autem
circa dictum recurſum non fuerint concordes omnes omnino
Cives noſtræ Civitatis ex illa reflexione, quàm his verbis
adducit *Rota in Senogall. Fundationis 16. Maii 1710. §. Exin-*
*dè cor. Molines: Subjectæ forent partialitatibus, & factio-*
*nibus, quæ in publicis Conſiliis, conſtitutis ex ingenti nume-*
*ro perſonarum, ut plurimum dominari ſolent,* & quæ de fa-
cto exadverſo fuerunt excitatæ, & promotæ cum omni com-
modo in dicto publico Conſilio, unito poſt longum tempus 27
à die habitæ notitiæ dicti recurſus; Nihilominus manibus
palpare faciunt, à majori parte noſtrum Civium non liben-
ter ſupportari grave onus adminiſtrationis Juſtitiæ per
unum ex eorum Concivibus, Quando in hac parte neceſſe
non eſt, de facto verificari dictam ægreferentiam, & actua-
lia præjudicia, ſed ſat eſt, illa eſſe dumtaxat veriſimilia,
ſeu poſſibilia, imò ſuperabundare ſolam illorum ſuſpicio-
nem, ut notant *Nicol. in Floſc. verb. Vicarius numer.36.*
Ibi: *Poteſt deviare à recto tramite Juſtitiæ, vel certè ſe red-* 28
*dere Partibus ſuſpectum, Pellegrin. in Prax. Vicar. in Monit.*

gener.

gener. ad Epiſc. par. 1. cap. 1. ſub n. 2. ibi: *Vel ſe reddat Partibus ſuſpectum*, *Zerb. in Gemm. Epiſc. tit. de Vicar. qualit. tit. qualit. tit. 7. qu. 1. ſub n. 3.* ibi: *Vel certè ſe poterit reddere Partibus ſuſpectum*, & *Pignatell. d. conſ. 162. ſub n. 4. tom. 9.* ibi: *Alioquin proſpici non poſſet Subditorum indemnitati*.

Non ſubſiſtit autem in facto, & non relevaret in Jure, quan-
29 do concludentiſſimè probaretur, aſſertio illa Epiſcopi. *Hò trovato, che così hanno praticato li Veſcovi miei Anteceſſori per la maggior parte*.

Non ſubſiſtit in facto, in quo ex adductis in Summario concludenter conſtat potiùs de oppoſito, ex Cathalogo omnium
30 Vicariorum ab anno 1574. uſq; ad præſens.

Minùs relevaret in Jure eadem obiectio, cui occurrit *Pignatell. d. conſ. 162. nu. 5. tom. 2.* his verbis: *Nec ſuffragatur*,
31 *quod Epiſcopi Prædeceſſores retinuerint Vicarios Diœceſanos, quia non eſt exemplis judicandum, præſertim quando non concurrit eadem ratio, ex quo in his concurrebat aliqua cauſa, ex ſuperiùs recenſitis, unde ex diverſis non fit illatio ex vulgò adductis*: Quæ ad literam tranſcripſit *Paſcucc. ad eund. Pignatell. tom. 2. fol. 423.* quam reſponſionem admiſit hæc *S. C. in d. Monopolitana 21. Aug. 1711.* de qua ſupra *num. 12.* in qua cum
32 ſolito Anteceſſorum Epiſcoporum, continuato à moderno Epiſcopo, retinendi Vicarium oriundum, concurrebat innegabilis paupertas Menſæ. quæ in noſtro caſu nullatenus verificatur.

Poſito ex his, quod idem Vicarius de Jure removendus ſit ab ejus Officio, non videtur id ei concedendum ex gratia,
33 pro qua enixè exorat idem Epiſcopus ibi: *Mandarei gl' Atteſtati del Clero ſecolare &c. e regolare ſopra l' univerſale ſodisfazzione del Vicario, ſe non ſtimaſſi più proprio di laſciarne prendere l' Informazione; Pongo per fine in conſiderazione all' EE. VV. le difficoltà, che averei di trovare un' altro Soggetto di tanti requiſiti, e di sì buone parti &c. ſi degnaranno diſpenſarmi la ſud. grazia, e non mi obligaranno à privarmi d'un Miniſtro di tanti buoni requiſiti, & amato generalmente*.

Hujuſmodi enim aſſertiones, quantò magis apparent enixæ, eò minus ſolent ab hac Sacr. Congreg. exaudiri, uti ni-
34 mis ſuſpectæ ex motivis, faciliùs ab EE. VV. conſiderandis, quàm hic exprimendis, & in effectu in dicta Cauſa *Monopolitana* qualitates Vicarii ab hac Sac. Cong. ab Officio remoti,
35 ab illius Defenſoribus, ſuperlativè exagerabantur ſequentibus verbis: *Agitur de removendo ab officio Viro doctiſſimo, & ſanctiſſimo*, atque in illorum Summario afferebantur enixæ ſupplicationes Epiſcopi cum omnibus Canonicis Cathedralis,
36 Collegiatarum, & aliarum Eccleſiarum Parochialium uſque ad num. 150. Oratorum, una cum novem Superioribus omnium Religioſorum, totidem Conventuum diverſarum Religionum, quæ in dicta Civitate, & Diæceſi reperiuntur, qui omnes multiplicatis interceſſionibus una voce exorabant pro dicta Gratia, & tamen hæc Sac. Cong. illis non attentis,
37 ac omnibus maturè penſatis, intrepidè reſpondit: *Ad Mentem, & mens eſt, quod Epiſcopus ſibi provideat de Vicario generali extero*.

Duo autem ſunt motiva, quibus innititur contraria prætenſio pro continuatione officii Vicariatus in perſona Civis
38 Aſculani, bonæ ſcilicet qualitates moderni Vicarii, & malus finis Canonicorum, cum gratuito ſuppoſito, quod præſens inſtantia promoveatur in odium Decretorum, ultimo loco factorum ab Epiſcopo; Neutrum verò ſubdſtit.

Non primum; Quidquid enim ſit de perſonalibus qualita-
39 tibus moderni Vicarii, deque relevantia probationum, ad illas probandas exadverſo adductarum, circa quas relinquimus locum veritati. Hoc unum eſt indubitatum, quod ad noſtrum effectum hæc Sacra Congregatio non ſolet tanta facilitate illas attendere, eo quia, illis non obſtantibus, Vicarii concives ſemper ſolent ſaltem eſſe ſuſpecti uni ex Partibus collitigantibus ob illorum Conſanguinitates, Affinitates, & alias Attinentias, Non adeſt autem majus infortu-
40 nium reſpectu Litigantium, quàm litigare coram ſuſpecto Judice, ut notant *Marant. de Ordin. judic. par. 3. 6. par. principal àrtic. 2. de Appellat. à num. 68. & Ridolph. in Prax. par. 1. cap. 7. à num. 121. & Anſald in Addit. ad dec. 71. ſub nu. 35.* ubi quod in noſtris terminis nedùm removendum eſt omne poſitivum malum, ſed etiam omnis remota ſuſpicio mali, & in præciſis terminis noſtri caſus obſervant *Nicolius*, *Pellegrinus*, *Zerba*, & *Pignatellus*, allegati ſupra à numer. 26 cum quibus proceſſit hæc Sac. Cong. *in d. Monopolitana* de qua *ſupra num. 12.*

Fortiùs, quia reſpectu adminiſtrationis juſtitiæ, circa quam reſtringimus noſtram civilem inſtantiam, qualitates
41 ejuſd. moderni Vicarii non videntur eſſe in illo eminenti gradu, in quo exagerantur exadverſo.

Habemus enim in facto, quod idem Vicarius relaxavit mandatum perſonale contra nobilem J. de L. ex cauſa dotis ad iſtantiam C. ejus Generi, quod ex diametro repugnat cla- 42
ræ diſpoſitioni multarum legum, quas refert, & ſequitur *Rot. dec. 985. num. 1. coram Emer. jun. & dec. 83. numer. 9. coram Benincaſ.* ea ratione, quia ad hunc effectum Socer habetur loco Patris.

Habemus pariter in facto, quod idem Vicarius adverſùs notoriam diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 3.* 43
nimis pronus eſt ad relaxationem Cenſurarum, quæ deindè à C. L. revocantur, ut fuit juſtificatum in Summario. Excommunicationis enim telum ſubſidiarium eſt, illoque uti non ſolent, neque debent eccleſiaſtici Miniſtri, niſi deſperato omni alio remedio, ut advertunt *Sayr. de Cenſur. lib. 1. cap. 1. num. 13. Card. de Luc. ad Concil. diſc. 43. num. 1. & Anſald. dec. 83. num 3.* & habemus in hac parte rotundum *Text. in can.* 44
*Non in perpetuum 24. quæſt. 3.* ibi: *Multi Sacerdotum culpam zelo Dei ſe perſequi profitentur, ſed dum indiſcretè hoc agitur, ſacrilegii facinus incurrunt, & dum præcipites quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multò magis in deterius cadunt*, ubi *Gloſſ. verb. Et dum præcipites*.

Habemus etiam, eſtque notorium in noſtra Civitate, quod idem Vicarius contra quendam filium familias nomine S. A. tranſmiſit Fiſcalem, & Cancellarium cum Satellitibus, 45
vulgò *Cavalcata*, obligando ad illius expenſas ejus miſerabilem Patrem, mediante executione, facta tam ſuper Vino, quàm contra Bovem, ſpectantem ad eundem Patrem, qui unicè vitam ſubſtentabat cum propria induſtria, & operibus dicti bovis; Idque contra omnia principia, quia Pater nunquam tenetur pro delictis filii ex utriuſque Juris diſpoſitione, ut videre eſt apud *Honded. conſ. 95. num. 28. & 33. lib. 1. Farinac. quæſt. 24. in princ. & Zaul. ad Stat. Fav. tom. 2. libr. 5.* 46
*rub. 21. num 5.* & ſimiles Cavalcatæ in Curiis Eccleſiaſticis non ſolent, neque debent practicari, præcipuè quando non ſumus in criminibus attrocibus, ut referendo tres punctuales reſolutiones hujus Sac. Coog. *in Brunduſina*, *in Sarzanen. & in Montis Alti*, improbantes ſimilem modum procedendi in 47
Curiis Eccleſiaſticis, obſervant *Maſſin. de Confiſcat. Bonor. quæſt. 2. num. 56. & Conciol. Reſolut. crimin. verſ. Epiſcopus reſolut. 3. num. 1.*

Habemus æqualem præcipitantiam, & majorem injuſtitiam in prolatione Sententiæ, condemnatoriæ in exilium à Civitate, & tota Diœceſi Aſculana, contra nobilem Virum L. de Hi. ſer. omnibus ſer. in Curia criminali A. C. ſolemni- 48
ter revocatæ, ut juſtificatur in Summario.

Habemus demum aliis omiſſis brevitatis gratia, quod adeò 49
moroſus eſt idem modernus Vicarius in juſtitię adminiſtratione, ut in ſequelam diſpoſitionis *Concil. Triden. ſeſſ. 24. de Reform. capit. 20.* ſæpè cogantur Subditi appellare à denegatione juſtitiæ, juxta ea, quæ notant *Marcheſan. de Commiſſ. part. 1. fol 263. à num. 129 & ſeqq. Bertacchin. vot. 125. per totum* ubi, quod debet eſſe elapſum biennium ad terminos Concilii, *Scacc. de Appellat. quæſt. 17. num. 46. & numer. 58. Cardin. de Luc. de Jur. diſc. 68. numer. 6. & in adnot. ad Concil diſc. 33. num. 20.*

Quæ omnia, præcipuè ſimul unita, ut in omni materia faciendum eſſe monent adducti *in deciſ. 373. numer. 2. coram Emerix. jun.* & ſub illa conſideratione, quod uti reſpicientia
proprium officium, graviora reputantur, ex adductis *à Conciol. Reſol. crim. verb. Delictum reſolut. 2. num. 2.* clarè oſten- 50
dunt, non eſſe adeò ſubſiſtentia ea, quæ exadverſo dicuntur circa qualitates, eminentem doctrinam, attentionem, & experientiam moderni Vicarii, ut locus eſſe poſſit ſaltem ex gratia contrariæ petitioni. Non enim ſolent cum tanto præ- 51
judicio Subditorum ſimiles Gratiæ concedi, ut, omiſſis generalibus, eandem numero Gratiam in longè minoribus circumſtantiis rotundè denegando, in ſpecie reſpondit, & practicavit hæc Sac. Congreg. *in d. Monopolitana*, de qua ſupra *num. 12.*

Nullam demum merentur animadveſionem affectatæ Atteſtationes perſonarum eccleſiaſticarum, datæ in Summ. Notum enim eſt EE. PP. & quotidiana experientia eſt manifeſtum, quanta facilitate Superiores eccleſiaſtici ſimiles fides obtinere poſſint à Subditis. Ex quo fi, quod in nulla haberi ſoleant conſideratione, ut punctualiſſimè practicavit hæc Sac. 52
Cong. in ſæpè citata *Monopolitana*.

Minuſque ſubſiſtit ſecundus contrarius prætextus aſſertæ vindictæ adverſus Decreta, ultimo loco facta ab Epiſcopo. Hujuſmodi enim piæ meditationes nullam habent facti aſſiſtentiam, nullaque legitur ſyllaba in contrario voluminoſo 53
Summario, talem prætextum, vel à remotiſſimis comprobans, & tamen ille, uti redolens delictum, eſſet concludenter

ter

ter exadverſo probandus, per *Tex. in cap. Dudum*, ubi communiter *Repetentes de Præſumpt.* cum aliis, citatis *in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 1. num. 29.*

Poterat omitti deſcriptio illa aſſertorum Vicariorum noſtræ Civitatis, incipien. à tribus Sæculis retrò, ſeu ab anno 1420. data in Summario, ad oſtendendum prætenſum ſolitum Epiſcoporum Aſculanorum, retinendi Cives pro Vica-
54 riis generalibus; Quidquid enim ſit in facto de ſubſiſtentia, & veritate dictæ deſcriptionis, extractæ ex Libris, ab Epiſcopo retentis ſub clave, quos proindè recognoſcere nullatenus potuimus; Strictè dicimus, quod hæc Sacra Congregatio tale ſolitum, utì merum abuſum, nunquam canonizare, minuſque approbare voluit, etiamſi eſſet immemorabile, ut notat *Pignatell. conſult. 162. num. 5. tom. 9.* & noviſſimè illud re-
55 probavit in *dict. Monopolitana*, in qua, ultra antiquiſſimum ſolitum, concurrebat ulteriùs magna paupertas Menſæ Epiſcopalis, quæ in noſtro caſu nullatenus verificatur; Itaut contraria prætenſio deſtituta ſit omni æquitatis motivo, à quo non quidem indefinitè, ut exadverſo prætenditur, ſed ad breve tempus ſolet concedi Gratia pauperibus Epiſcopis re-
56 tentionis Vicarii Civis, vel oriundi abſque ulla recognitione, vel honorario, ad ſublevandam nimirum paupertatem Menſæ Epiſcopalis, eò quia Epiſcopatus Aſculanus abundat redditibus, ut probatur in Summ.

Quibus jungitur particularis illa facti circumſtantia, omni conſideratione ad noſtrum effectum digna, quod ſcilicet Ca-
57 pitulum nedum privatur conſilio, & auxilio unius ex ſuis Concanonicis in controverſiis, ipſius intereſſe tangen. ſed quod magis eſt, circa illas opere, & ſermone Adverſarium, & Oppoſitorem experitur unum ex ejus gremio, ſtrenuè pugnantem adverſus ejus Confratres, & Concanonicos, quod præjudicium nullatenus compenſatur ex illa contraria reflexione, quod hoc modo inhabilitarentur omnes Canonici in futurum ad exercendum munus Vicarii. Hoc enim eſt æquè fundatum in Jure, & in praxi quotidiè ab hac Sacra Congregatione admiſſum, & propterea non benè exadverſo annumeretur pro præjudicio noſtri Capituli id, quod ſtatutum
58 eſt in Jure, & ab hac Sacra Congregatione paſſim admiſſum, & quotidiè canonizatum, ex allegatis ſupra *numer. 1.*

Die 24. Julii 1716. propoſita Cauſa in C. E. & R. per Car-
59 din. Tanaram reſcriptum fuit: *Ad Mentem*, quam credo fuiſſe pro continuatione in Officio Vicarii.

---

# DISCEPTATIO IX.

## Baren. prætenſi Matrimonii.

*PRO*

Leonarda Antonia.

*CUM*

Franciſco Olimpio.

ARGUMENTUM.

*Matrimonium quando dicatur nullum, ſi contrahatur cum ea, cujus Sororem Vir carnaliter cognovit, & ex quibus probata dicatur copula illicita ad effectum dirimendi matrimonium, ſervatis ſervandis contractum; Adducuntur multi caſus, in quibus Cauſæ matrimoniales deciſæ fuerunt à C. C. in prima inſtantia.*

Occaſione accepta à curatione brachii Leonardæ Antoniæ, & à familiaritate, orta ex longa cohabitatione, & mora in ipſius domo, tempore, quo ferè per triennium
1 medelas præſcripſit, & reſpectivè adhibuit cruri N. I. ejus Patris, Chirurgus Franciſcus, ſub matrimonii fide ejus pudicitiam expugnavit, floremque virginalem abſtulit.

Poſtmodum verò novis inhians voluptatibus cum Joanna ſorore patruele dictæ L. dubitanſque de obſtaculo, ob im-
2 pedimentum affinitatis in 2. gradu, nullis ſolemnitatibus præmiſſis, coram Parocho, & teſtibus, alio ſub colore vocatis, matrimonium per verba de præſenti cum eadem F. contrahere attentavit, quod ſtatim, ac ad aures L. deve-
3 nit, proprio honori, conſulendo, in Curia Archiepiſcopali Baren. dict. F. quærelavit de ſtupro, à fide matrimonii qualificato, inſtetitque provideri, nè prætenſum ratum matrimonium, ob dictum impedimentum affinitatis evidenter nullum, conſumaretur.

Injuncto proindè per eandem Curiam rigoroſo præcepto de non converſando inter aſſertos Conjuges, procedebantur in receptionem probationum hinc inde, quando ſupervenit reſ- 4
criptum hujus Sacræ Congregationis ſub die 7. Septembris 1697. injungens Ordinario Baren. ut in hac Cauſa procederet prout de jure; Terminato autem Proceſſu, loco illam de jure decidendi, Vicarius generalis ſub prætextu involucri probationum, hinc inde adductarum, & exemplaritatis articuli, ab illius deciſione ſe abſtinere voluit, illam ſupremo oraculo EE. PP. remittendo, unà cum ejus elaborata Informatione, in qua, tota facti ſerie diligenter enucleata, ſuum 5
Votum aperuit in fine ibi: *Impedimentum affinitatis obſtare*, ut ex dicta Relatione, originaliter in Secretaria exiſtente; Verùm nolens F. ſtare Summario probationum, eidem Relationi annexo, inſtetit pro tranſportatione integri Proceſſus, fuitque Voti compos factus, mediante ejuſdem Proceſſus authentica copia, expenſis utriuſque Partis procurata, 6
qua noviſſimè ad Urbem perventa, & in Secretaria pariter dimiſſa, diſputatur dubium, an ſuſtineatur matrimonium, vel potiùs obſtet impedimentum affinitatis, quod negativè quoad primam partem, affirmativè autem quoad ſecundam reſolvendum videtur.

Non enim in dubium revocari poteſt nullitas matrimonii, contracti inter affines in 2. gradu, tam ex diſpoſitione *Tex. in capit. Tuæ fraternitati de Eo, qui cog. conſang. uxor. ſuæ*, 7
quàm *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Refor. matr. cap. 4.* & ex allegatis per *Rot. deciſ. 8. num. 64. coram Arguel. & deciſ. 262. num. 2. coram Ottbob. & in Colonien. Nullitatis matrimonii 1. Julii 1693. §. 1. coram Molines, & 25. Junii 1694. coram Emerix. jun.* inter ſuas *la* 1194. *num. 1.* & reſolvit hæc Sacr. Congr in 8
*Cæſenaten. 18. Junii 1611. Lib. 11. Decretor. fol. 99.* Etiamſi agatur de affinitate, proveniente ex concubitu illicito, & fornicario, ex cumulatis per *Rot. deciſ. 37. numer. 6. part. 18. recent.*

Ad probandum verò dictum impedimentum ſupplicamus Nobis ignoſci, ſi nonnulla aliqua impudica cogimur contexere, quæ ad Cauſæ defenſionem ſunt neceſſaria, ſectantes in hac parte morem *Hoſtienſis*, qui de ſimilibus verba factu- 9
rus Lectori præcatus eſt, ut ſibi ignoſceret in *Summ. de Frig. & malef. §. Quæ impotentia num. 6.* Pro juſta enim Cauſarum notione oportet caſtiſſimas Judicum aures quandoque pejora audire, ut obſervat *Amen. in Prax. crim. fol. 423 numer. 38.* ubi, quod commune eſt hoc incommodum etiam Theologis, 10
& Moralibus, tractantibus de impedimentis matrimonii, & Conjugatorum peccatis, & *Zacch. quæſt. Medicoleg. tom. 1. lib. 7 tit. 1. qu. 8. n. 37. in fine fol. 498. Nullam eſſe in verbis indecentiam, aut ignominiam, quæ ad laudabilem finem, & propalandam rei veritatem proferuntur.*

Præmittimus autem neceſſarium non eſſe, ut in his caſibus demonſtretur copula, mediantibus probationibus directis, 11
quodque de illa deponant teſtes omni exceptione majores, quia agitur de re difficilis probationis, & in qua vocari non ſolent teſtes, ut dicit *Gloſſ. in cap. Literis Verb. Ut credebant de Præſumpt.* & advertit *Gonzal. in cap. Præterea n. 3. de Teſtib.* ubi refert illud *Martial. lib. 1. epigr. 35.*

*At Meretrix abigit teſtem, veloque, ſeraque.*
*Raraque ſi nemini fornice rima patet.*

Communiter proinde receptum eſt, illam nedum probari præſumptionibus, & conjecturis, ut generaliter obſervant 12
adducti per *Rot. deciſ. 515. num. 12. coram Cerr.* & ad noſtrum præciſum effectum probant *Farinac. de Delict. carn. quæſtion. 136. num. 2. Maſcard. de Probat. concl. 57. nu. 7. & 8. Panim. deciſ 93. adnot. 1. num. 15.* & pluries firmavit *Rota*, ut videre eſt *in deciſ. 262. per totum coram Otthobon. & in deciſ. 8. à numer. 30. coram Arguel. & in Colonien. Nullit Matrim. 1. Julii 1693. §. Ex quibus coram Molines, & dec. 1194. numer. 3.* 13
*coram Emer. jun.*

Sed etiam ex teſtibus, aliquas exceptiones patientibus, ut in individuo caſus noſtri advertunt *Ferrett. conſ. 389. num. 12.* 14
ubi benè diſtinguit, quod ad probandum impedimentum, clandeſtinum habens principium, ſufficiunt quicumque teſtes, ad probandam verò Conſanguinitatem, vel aliud publicum impedimentum, teſtes debent eſſe omni exceptione majores, *Gigas conſ. 29. numer. 20. Panimol. deciſ. 93. adnot. 1. num. 20. & Rot. dec. 515. num. 17. coram Cerr. & deciſ. 262. num. 10. cor. Otthob. & in d. Colonien. §. Parum cor. Molines, & num. 4. cor. Emer. jun.*

Quæ præſumptiones, & teſtium depoſitiones ad hunc ef-
fectum

15 ſectum conjungi debent, juxta vulgatum dicterium, *Singu-
la, quæ non proſunt, unita juvant*, de quo in terminis noſtri
caſus *Ferrett.conſ* 389. *num* 25. *Farinac. conſ. crim.* 38. *num.*
8. *lib.* 1. *Caball. reſol. crim. caſu* 200. *num.* 137. *Ciarlin. contr.*
174. *num.* 9. *Panimol. dec.* 93. *num.* 41. *& 42. & Rota dec.* 8 *num.*
57. *cor. Arguel. & dec.* 262. *num* 15. *cor. Ottob.* & generaliter *in
dec.* 515. *num.* 14. *cor. Cerr.*

Videamus modò, an in noſtro caſu tales præſumptiones,
& probationes concurrant, ut ex illis, præſertim inſimul
16 ponderatis, inferri poſſit copulæ probatio; Ex Summarii
autem lectura patet, non aliquas, & quidem vagas, & in-
certas concurrere præſumptiones, ſed tot, tantaſque, & ta-
lis naturæ, ut evidens ferè remaneat copulæ demonſtratio.

I. Enim loco ſe offert magna familiaritas F. cum L. prove-
17 veniens ex duplici curatione per ipſum, ut ſupra facta in ejus
domo, ibidem ferè per triennium cum omnimoda libertate
convivendo, converſando, & dormiendo. Ex qua familia-
ritate, & conſuetudine non leve copulæ argumentum ad no-
ſtrum præciſum effectum deſumpſit *Rot. in deciſ.* 87. *num.* 37.
*apud Zacch. quæſt. Medico leg. & in dict. Colonien. coram Moli-
nes* §. *Affinitas*, *& coram Emer. jun. deciſ.* 1194. *numer.* 2. Et
generaliter obſervant *Alex. conſ.* 150. *num.* 8. *lib.* 5. *Maſcard.
de Probat. conſ.* 112. *num* 26. ubi id probat exemplo filii Anti-
18 goni, & hanc familiaritatem vocat violentam præſumptio-
nem Juris, & *Zacch. qu. Medic. legal. libr.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 10.
*num.* 44. ubi refert, & ſequitur illud *Lucret lib.* 4. *in fin. Con-
ſuetudo concinnat amorem.*

II. Juventus utriuſque, carnalibus vicina lapſibus, juxta
19 dictum *D. Ambroſ. Lib. de Vid.* generaliter relatum à *Farinac.
de Delict. carn. quæſt.* 136. *num.* 10. *Bald. novel. de Dot. part.*
6. *privil.* 16. *num.* 5. ubi ad copulæ præſumptionem magnope-
rè ponderandam aſſerit juventutem *Maſcard. de Probat. con-
cluſ.* 61. *num.* 5. *& Amen. de Delict. & pœnit. tit.* 4. §. 1. *num.*
14. & ad noſtrum effectum à *Rot. in dict. dec.* 8. *num.* 5. *coram
Arguel.*

III. Immoderatus, & reciprocus amor, præcipuè poſt ſe-
cutam copulam, qui eò pervenerat, ut nedum, quando F.
20 moram faciebat in propria Patria, nempè in Civitate Bite-
cti, eadem L. anxia nimis ejuſdem reditus, ſæpiſſimè ſe
conferebat ab Ambulacrum, ex quo Bitectum conſpiciebatur
dicendo; *Bitetto mio quando vieni:* Quod ad rem obſervat
21 *Baſilic. deciſ. crim.* 7. *num.* 38. ubi ex *D. Auguſt. cap.* 28. *de Ci-
vit. Dei*, obſervat, animum ferri ab amore, quocumque fer-
tur, & ut corpus pondere; Verùm etiam, ut eadem L. ſæ-
pè ægrotans, à ſola F. præſentia levamen experiebatur, ut,
22 phiſicam hujus paſſionis adducens rationem, obſervat *Zacc.
quæſt. Medic. leg. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 46. *& ſeqq.* Imò
aliquando furens, & obſtrepens, ac ſi à malignis eſſet obſeſ-
ſa Spiritibus, tunc ſolùm quieſcebat, quando F. comparebat,
abſq; aliis exorciſmis ad priſtinam redeundo animi tranquilli-
tatem, quod ad rem notat *Baſilic. dec. crim* 7. *num.* 30. ubi re-
fert illud *Virgilii*.

*Uritur infelix Dido, totaque vagatur.*

*Urbe furens*. Reciprocum ſiquidem, & immoderatum
amorem, unitum cum familiaritate, & longa converſatio-
ne, pro maximo copulæ adminiculo agnoſcunt *Felin. in cap.*
23 *Præterea num.* 3. *de Teſtibus Panimol. dec.* 93. *annot.* 1. *num.*
16. *& 26. & Rot. dec.* 95. *num.* 6. *part.* 2. *diverſ. & in Senogal-
lien. Legator.* 13. *Junii* 1697. §. *Quinimò coram Molines*, ubi,
quod immoderatus amor omne fas, & nefas miſcuit: Circa
quod habemus exemplum *Appi Claudii*, relatum *in leg.* 2. *Ver-*
24 *ſic. Initium ff. de Orig. jur.* quod refert, & ſequitur *Nevizz.
in Sylva nupt. libr.* 1. *folio* 71. *numer.* 109 ubi etiam advertit
phyloſophicum eſſe, non muliebre, vehementem amorem
intra debitos limites coercere, & ad noſtrum individualem
effectum *Rot. deciſion.* 97. *numer.* 5. apud *Zacc. quæſtion. me-
dicoleg.*

IV. Magna zelotipia, qua cuſtodiebatur L à F. & ex qua
25 ſæpè ſæpiùs movebatur ad illam injuriis, & non rarò verberi-
bus afficiendam, quàm zelotipiam ad noſtrum effectum conſi-
derant *Scalon. de Teſtam. lib.* 3. *cap. ult. ſect.* 2. *num.* 30. ubi re-
fert illud *Res eſt ſolliciti plena timoris amor*, *Panimol. dec* 93.
*adnot.* 1. *n.* 16. *& Rot. in d. Senogal. Legat.* 13. *Junii* 1697. *à* §.
*Sed etiam coram Molines.*

V. Actus, tactuſque inhoneſti, ſeu veriùs impudici, &
26 ſcandaloſi per F. reiteratis vicibus cum L. exerciti in ſecretio-
ribus, etiam generationi dicatis, partibus, villicationes,
purgatio capitis, diſcriminatio capillorum, pedes ſupra pe-
des poſitio, & ſimiles, de quibus in Summ. & de quorum re-
levantia, & efficacia ad probandam copulam benè *Farinac.
de Delict. Carn. quæſt.* 136. *à numer.* 143. *Maſcard. de Probat.
concl.* 452. *num.* 15. ubi de ſola manus inectione in collo Mu-
lieris *Sanchez. de Matrim. lib* 5. *diſput.* 12. *num.* 43. *Panimol.
dec.* 93. *annot.* 1. *à num.* 17. *& Rot. dec.* 1226. *nu.* 2 *Emer. jun.* 27
*& in Monaſterien. Matrim.* 5. *Decemb.* 1696. §. *Congreſſum co-
ram Card. Capr.*

VI. Tactus mammillarum, de quo deponant multi teſtes,
& quem copulam probare habemus *Text. in capit.* 1. ubi *Gloſſ.* 28
*verbo Luſerit. Quibus mod. feud. amittatur*, ibi: *Puta fortè
manus ad pectus ejus ponendo*, quam ſequuntur *Bald. in cap.
Tuæ de Procurat. Ferret. conſ.* 389. *num.* 8. *Maſcar. de Probat.
concl.* 59. *n.* 15. ubi, quod axioma hoc: *Tactus mammillarum
copulam probat*, omnes recentiores Scribentes ſequuntur, *&* 29
*concl.* 64. *numer.* 1. *& 5. & Amen. de Delict. & pœnis tit.* 4. §.
4. *num.* 8.

VII. Permanentia F. cum L. remotis arbitris in Cubiculo 30
per congruum tempus, de qua deponunt plures teſtes, quam
generaliter expendunt *Gloſſ. in can. Si quis acceperit* 33. *q.* 1.
referendo illud *Ovidii*.

*A' Juvene, & cupido credatur reddita Virgo.*

*& Maſcar. de Probat. concl.* 312. *num.* 20 & ad noſtrum præci-
ſum, & individualem effectuum *Rot. dec.* 8. *nu.* 50. *cor. Arguel.*
ubi refert illud *Virgilii*.

*Speluncam Dido Dux, & Trojanus eandem.*

*Deveniunt*. Advertendo, quod cum Poeta vellet Di- 31
donis, & Æneæ congreſſum ſignificare, nihil aliud dixit,
quàm ſolos ſe in ſpeluncam recepiſſe, *& in Senogal. Legat.* 13.
*Junii* 1697. *Quinimò cor. Molines*, ubi refert illud *Ovidii lib.*
2. *Faſtor. Quid non amor improbus audet?*

VIII. Decubitus in eodem lecto, ut deponunt Teſtes de
viſu in Summ. Quam circumſtantiam expendunt *Alex. conſ.* 32
37. *nu.* 7. *lib.* 7. ubi, quod valet hæc conſequentia; *Talis fuit
in lecto cum Muliere, ergo eam cognovit*, *Maſcard. de Probat.
concl.* 312. *n.* 1. *& 2. Zacch. qu. med. leg. lib.* 5. *tit.* 1. *qu.* 3. *nu.* 14.
ubi, quod hæc non conjectura, neque præſumptio, ſed ple-
na probatio dici poteſt, *Panimoll. dec.* 93. *adnot.* 1. *n.* 31. ubi,
quod licèt hæc probatio non concludat perneceſſe, eſt tamen 33
ſufficiens, tam ad effectum dirimendi matrimonium, quàm
ad pœnam, *Ciarlin. contr.* 174. *nu.* 13. & pluries firmavit *Rot.*
ut generaliter videre eſt *in dec.* 163. *num.* 17. *part.* 9. *recent. &
in Monaſterien. Matrim.* 27. *Junii* 696. §. *Ex teſtibus coram
Cardin. Caprar.* & ad noſtrum effectum in citata *Colonien. Ma-
trim.* §. *Copula coram Molines*, *& dec.* 1194. *numer.* 2. *coram
Emer. jun.*

IX. Clandeſtinus, & circumſpectus exitus F. de menſe Ju-
lii 1695. è Cubiculo, ubi reperta fuit L. *Arroſſita, con la teſta* 34
*ſcilifciata, e con li labri zucati, e talmente vergognoſa, che
non mi guardava in faccia, che ſtava tutto faccia avvampata,
& arroſſita, con tutti li Capelli del capo ſciliſciati, e guaſtati,
e tutta sbigottita, per lo che ſuppoſi, che già era ſucceſſo il fat-
to*, quæ omnia, omiſſis generalibus, de quibus *Baſilic. dec.
crim.* 15. *num.* 38. *& Rot. in Monaſter. Matr.* 27. *Junii* 1696. §.
*Ex teſtibus cor. Cardin. Caprar.* in noſtris terminis magnifecit
*Rot. dec.* 8. *num.* 50 *cor. Arguel.* ubi ad rem refert illud *Comici
Quid tunc fatue?* Cum concordantibus, citatis *in Inſtit. crim.
lib.* 3. *tit.* 5. *à num.* 36. *uſque ad num.* 48. *& Rot. dec.* 1194 *nu.*
2. *cor. Emer. jun.*

X. Depoſitio nimium qualificati, & in ſua Dominicana 35
Religione graduati Religioſi P. ad quem fuit habitus recur-
ſus, ad hoc, ut referendo ſactum Archipresbytero impediret
contractum matrimonii cam Sorore Patrueli L. quam conſul-
tationem qualificati Religioſi ad noſtrum præciſum effectum
conſideravit *Rot. dec.* 8. *num.* 54 *cor. Arguel.*

XI. Publica vox, & fama inter omnes de Terra Medunei 36
exorta, nedum de ſcandaloſa converſatione, & immodeſtis
actibus F. cum L. ſed de effectiva copula, de quibus uno ore
deponunt omnes noſtri teſtes, & quam generaliter ponderant
*Menoch. conſ.* 31. *num* 24. *Ferrett. conſ.* 389. *num.* 16. *Ciarlin.
contr.* 174. *num.* 17. *Panimol. dec* 93. *num.* 38. *& Rot. in Bar-
chinonen. Divortii* 14. *Aprilis* 1679. § *Accedit.*, *&* § *His om-
nibus cor. Vicecom* Et in individuo caſus noſtri *in d. Colonien.
cor. Molines*, *& Emer. jun.*

XII. Tandem (ad evitandam prolixitatem aliis omiſſis)
Conſtitutum, ſeu jurata, & veriſimilis depoſitio L. facta co-
ram Vicario generali Baren. in qua tota facti ſeries ad minu- 37
tias uſque dilucidè enarratur, cum ſpecificatione omnium cir-
cumſtantiarum ſequuti ſtupri de menſibus Julii, & Auguſti
1695. quod Conſtitutum, à ſupradict. præſumptionibus, &
conjecturis adminiculatum, perfectam ſecutæ copulæ proba-
tionem facere, advertunt *Rub. Alexand. inter conſ. Matr. di-
verſ. conſ.* 37. *num.* 12. *Panimol. dec.* 93. *numer.* 18. illam con- 38
gruam adducens rationem, quia in caſibus delictorum, quæ
nedum occultè, ſed occultiſſimè committi ſolent, Socii, &
participes ad illa probanda, admittuntur *Baſilic. dec. crimin.*

15.

15. *num.* 38. & pluriès firmavit *Rot.* ut videre eſt *in deciſ.* 520.
*num.* 2. *coram Emer. jun.* & 163. *n* 6. *p.* 9. & *dec.* 305. *n.* 9. *par.*
13. & *dec.* 621. *numer.* 12. *part.* 18. & *in Bononien. Nullitatis*
*Matrim.* 15. *Junii* 1678. §. *Et licet coram Card. Vicecom* & *in*
*Avenionen. Dotat.* 9. *Junii* 1684. §. *Nec aliter coram Alberg.* &
*in Novarien. Sponſ.* 1. *Julii* 1693. §. *Et omnia coram Muto,* &
*in Monaſterien. Matrim.* 27. *Junii* 1697. §. *Juſtificata cor. Cardin. Caprar.*

Præcipuè ſi jungatur cum duabus facti animadverſionibus;
39 Prima ſcilicet cum Atteſtatione duarum Obſtetricum, de
mandato Curiæ recognoſcentium L. de Menſe Febr. 1699. &
uniformiter aſſerentium illius virginitatem amiſſam fuiſſe ex
copula, à ſex, vel ſeptem circiter menſibus præcedenter,
quod tempus probè coincidit cum menſibus Julii, & Augu-
ſti 1695. de quibus L in Conſtituto depoſuit. Hanc autem
Obſtetricum recognitionem, & atteſtationem probare deflo-
rationem, obſervant adducti per *Rot. dec.* 320. *num.* 4. *coram*
*Dunoz. jun.* & *in Viterbien. Matrimon.* 19. *Jan.* 1629. §. *Nam*
*proventum cor. Pirovano,* & *in Romana Diſſolut. Matr.* 25. *Ju-*
*nii* 1685. §. *Tertio loco cor. Paulut.* Secunda verò animadverſio
40 eſt jurata Atteſtatio quam plurium omni fide dignarum per-
ſonarum circa bonos mores, & honeſtatem L. quæ non ex aliis
actibus de ſe loqui occaſionem dabat, quàm ex familiaritate,
& converſatione cum F.

Cui Atteſtationi non opponitur eadem familiaritas, & ſub-
41 ſecutum ſtuprum: Omiſſa enim opinione *Gloſſ. in cap. Vidua*
*verb. Quæ multorum diſtinct.* 34. requirentis admiſſionem
23000. hominum, ad hoc ut mulier publicè inhoneſta dici
poſſit; Reſpondemus, quod mulier faciens copiam ſui uni
Amaſio, & præcipuè ſub futuri matrimonii fide nulllatenus
inhoneſta appellari poteſt, ex adductis per *Pignatell. conſ.* 28
*num.* 19. & 20. *tom.* 9. & *Raynald. tom.* 3. *ad cap.* 28. *ſuppl.* 2 *per*
*tot.* ubi, quod anno 1692. pro veritate conſultus ita reſpondit,
42 & ſuam Sententiam egregiè authoritatibus, & rationibus
comprobat.

Minuſque debilitatur vis ejuſdem Conſtituti ex negativa
43 ſtupri facta à L. coram Archipresbytero Medunei: Adver
tendo illud negaſſe ad evitandam propriam, & familiæ infa-
miam, honoriſque jacturam, eo tempore, quo magnum ſi-
lentium verificabatur de illo, Orta verò deinde, atque per
Vicos, & Plateas divulgata fama ejuſdem ſtupri, ingenuè
veritatem in Judicio faſſa fuit, ut has, & alias adducendo
hujus negativæ rationes, & congruentias, ſe declaravit in
Summ. Supplicantes præcipuè obſervare, ad illam ex minis,
& ſuaſionibus Matris inductam fuiſſe ſub ſpe conſequendæ
44 diſpenſationis per Sacram Pœnitentiariam, ab Archipresby-
tero Medunei ſecretò obtinendæ pro contrahendo matrimo-
nio cum ejus Sorore Patruele, in quibus circumſtantiis om-
nis fides adhibenda eſt poſteriori huic Atteſtationi judiciali,
& ſimplici declarationi, ut generaliter probant *Felin in cap.*
*Cum in tua num.* 7. *de Teſtibus Facch. controv Jur libr.* 9. *cap.*
85. *Farinac. de Teſtibus quæſt.* 66. *num.* 193. & *Rot. in dec.* 179
*à num.* 7. *coram Peutinger* & in noſtris terminis *Ferret. conſ.*
389. *num.* 4.

Et ex hac conſideratione corruit etiam exagerata tacitur-
45 nitas, tam L. quàm M. ejus Matris quando ad earum noti-
tiam devenit tractatus matrimonii cum Io. Reſpectu ſiquidem
matris non probatur exadverſo ſcientia copulæ, habitæ à F.
cum filia tempore ejuſdem tractatus, ſicque nullum in eadem
taciturnitate fieri poteſt fundamentum, ex animadverſis per
46 *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *diſp.* 16. *numer.* 7. Et reſpectu utriuſ-
que recurrit eadem reſponſio, quod tunc temporis non erat
divulgatum ſtuprum cum L. quodque omnia dirigebantur
ad illud occultandum, & permittendum dictum matri-
monium cum Pontificia diſpenſatione, ſecretò pariter ob-
tinenda.

Quibus non credimus obiiciendum, quod alios quoque ha-
47 bebat L. Amaſios, de quibus deponunt teſtes, & quorum
reſpectu verificabatur F. zelotipia, ſuper ponderata: Iſti ſi-
quidem, ſi tranſitum per vias propè Domum L. excipiamus,
nullam habebant converſationem, nullam familiaritatem,
commercium nullum cum eadem, & cum effectu, nemo ex
contrariis teſtibus, alioquin magnoperè affectatis, auſus eſt,
vel minimum verbum aſſerere, nedum de actibus minus ho-
neſtis aliorum Amaſiorum, ſed nec etiam de ſuſpicione ali-
qua, quantumvis leviſſima. An autem in concurſu horum
48 Amaſiorum, copula ſecuta potiùs dici debeat cum F. cujus
reſpectu, nedum familiaritas, domeſtica converſatio, im-
pudici, & ſcandaloſi actus, tactuſque, permanentia ſolius
cum ſola in eodem Cubiculo, imò etiam in eodem lecto, &
ex eo clandeſtinus, & furtivus diſceſſus, remanente L. tali
rubore diffuſa, ut nec etiam auderet oculos in facie mulierum
amicarum elevare, non credimus opus eſſe ulteriùs immora-
ri, & applicantur ea, quæ ſcripſimus *in Inſtit. crim. lib.* 3. *tit.*
58. *à num.* 36. *uſque ad* 48.

Non credimus pariter criticanda dicta, & multò minus 49
acriter inſiſtendum in exceptionibus circa perſonas noſtro-
rum teſtium, ut enim ſupra præmiſimus, & non inutiliter
repetimus, ex difficultate probandi id, ad quod omnia adhi-
beri ſolent media ſecretiora, & neque ex natura actus, ne-
que ex circumſtantiis loci, & temporis, adhiberi ſolent teſtes
communiter receptum eſt, nedum Teſtium dicta benigna in-
terpretatione, ad concordiam eſſe reducenda, juxta *Text. in*
*cap. Cum tu de Teſtibus* & firmatis per *Rot. deciſ.* 334. *num* 18
& *deciſ.* 384. *num.* 20. *coram Priol.* & *in Bononien. Nullitat.*
*Matrim.* 15. *Junii* 1676. §. *Nec contrarietatem coram Vicecom.*
Sed etiam admitti teſtes, quorum dicta in aliis Judiciis non re- 50
cipiuntur, ipſaſquemet publicas, & famoſas meretrices, ut
generaliter obſervant *Caſtr. conſil.* 348. *numer.* 3. *lib.* 1. *Burſat.*
*conſ* 218. *num.* 7. *Bellet. Diſquiſ. Cler. par.* 1. *de Favor. Cleric.*
*real.* §. 4. *num.* 95. & *Rot. deciſ.* 813. *à num.* 9. *part.* 18. *rec.* & *in*
*Barchinonen. Divortii cor. Emer. jun la* 119. *num* 2. *confirma-*
*ta, die* 9. *Dec.* 1682. §. *Aliquæ cor. Guazzardo,* & in noſtris ter-
minis *in dec.* 8. *à num.* 32. *cor. Arguel.* & *in d. dec.* 1194. *num.* 3.
*cor. Emer. jun.*

Demum non ſubſiſtunt ea, quæ dicuntur de impoſſibilita-
te copulæ de menſe Julii, ſeu tempore meſſis anni 1695. quo 51
ſe ægrotaſſe ſupponit F. per ea, quæ notant *Abb. in capit. Te-*
*nor num.* 3. *de Sent.* & *re judic.* & *Rot. dec.* 38. *n.* 16. *apud Zacc.*
*quæſt. Medico legal.* Teſtes enim exadverſo inducti, nullate-
nus coarctant continuam permanentiam F. in Civitate Bite-
cti, itaut ab illa nullo modo, & tempore diſceſſerit, ſeu diſ-
cedere potuerit, quin ipſi ſciviſſent, & eum vidiſſent, qua- 52
liter deponere deberent, aliàs nihil probant *Bald. in Rubr. Cod.*
*de Bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. num.* 7. *Alex. conſ.* 108. *n.* 9. *lib.*
2 & *Rot. dec.* 44. *num.* 6. *cor. Celſ.* & *dec.* 425. *in fin. cor. Priol.* &
*dec.* 127. *nu.* 27. *part.* 18. *rec.* Imò ipſemet Medicus, deponens
de cura F. ob infirmitatem, paſſam de menſe Julii 1695. inge-
nuè aſſerit, primos terminos febris per tres dies continuos ac- 53
cidiſſe Medunei, Patriæ L. à qua deinde in propriam ſe rece-
pit Patriam: Igitur ante hos terminos febris, & forſan, nec
etiam incongruè poſt primum ex illis; nulla remanet repu-
gnantia, quod copula ſequi non potuerit, juxta *Gloſſ. in leg.*
*Gallus verb. Decem menſibus, ff. de Liber.* & *poſthum.* & ani-
madverſa per *Zacch. qu. Medico legal. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 4. *per*
*totam* ubi latè probat, quod non omnes morbi, nec toto tem-
pore, quo durant copulam, & generationem impediunt; 54
Quodque diverſitas temporis non noceat, quando non diver-
ſificat effectum, de quo eſt quæſtio, & *Ferrett. conſ.* 389.
*num.* 4. loquens in individuo noſtri caſus: Addita conſidera-
tione parvæ diſtantiæ trium dumtaxat milliariorum inter Bi-
tectum, & Meduneum, nullatenus enim inveriſimile eſt;
quod, eodem die poſſit quis adeſſe in duobus Locis adeò exi- 55
gua diſtantia ſeparatis, præ oculis ſignanter habendo F. zelo-
tipiam, immoderatum amorem, & alia ſup. ponderata, ut
patet conſideranti.

Ejuſdemque levitatis eſt alia conſideratio anguſtiæ domus 56
L. & aſſertæ continuatæ permanentiæ cum ipſa, vel Matris,
vel unius, aut alterius ex ejus Sororibus; Omnes enim teſtes
concordant in eo, quod eadem Domus in tribus ſit diviſa
Membris, terreno videlicet, medio, & ſuperiori, atque in
medio adeſſe tres diſtinctas manſiones; Attenta proinde ma-
xima familiaritate F. continua permanentia in eodem domo,
commerciò ferè per triennium, & reciproca corriſpondentia,
de quibus ſupra, nullam involuit repugnantiam aſſertio, ut
ingenioſus amor aliquas temporis, & loci invenerit circum-
ſtantias, aptas ad implementum communis voti: Ultra,
quod hujuſmodi præſumptiones conquaſſantur à facto ipſo,
& rei veritate, dum habemus teſtes, deponentes in eadem 57
exagerata anguſta domo inveniſſe F. ſolitariè decumbentem
cum L. per ea, quæ obſervant *Gail. practic. obſer. libr.* 2. *cap.*
144. *numer.* 6. & firmavit *Rot. coram Priol deciſ.* 112. *num.* 3. 58
*Rom Pecun ſeu Locor. Mont.* 11. *Aprilis* 1698. §. *Idem coram*
*dell' Olmo.*

## In eadem Cauſa.

NOn ſubſiſtit in Facto, quod præſens Lis ortum habue-
rit, fomentumq; recipit à V. S. Magnatis auxilio fre- 59
to: Id enim neque per ſomnium legitur in contrario Summ.
ad id comprobandum citato: Minuſque verum eſt, quod
Curia laicalis in probatione ſtupri proceſſerit abſque aliqua
Partis operatione: Ex depoſitionibus ſiquidem teſtium, in

Pro-

Proceſſu exiſtentibus, & ſignanter V. L. M. conſtat, ad rei-
teratas inſtantias Fratrum L. ad illam deveniſſe: Ex quo
etiam apparet, Archipresbyterum C. M. eſſe L. ſuſpectiſſi-
mum; *Come Protettore di detto F.* Proindeque nullam me-
60 rentur animadverſionem exadverſo exagerata, & innixa ſo-
li Fidei ejuſdem Archipresbyteri, per ea, quæ advertunt
*Farinacc. de Teſtibus quæſt. 53. num. 11. Rocc. diſput. Jur. cap.
35. num. 40. & Rot. dec. 151. num. 12. coram Bich. & dec. 73. nu.
17. coram Zarat.*

Quod ad diſſolvendum matrimonium ex impedimento af-
finitatis ſat ſit, copulam, mediantibus conjecturis, & ex
61 teſtibus, etiam aliquas exceptiones patientibus, probare,
vix poteſt ampliùs in dubium revocari poſt plura judicata
magnorum Tribunalium, de quibus ſupra *num.* 12. Docto-
res autem, qui in contrarium adducti fuerunt, loquuntur
in terminis impedimenti, provenientis ex copula licita, vel
ex conſanguinitate, quod ultrò admittimus, probandum eſ-
ſe per teſtes omni exceptione majores: Rationem diſparita-
ritatis aſſignat *Ferret. conſ* 389. *num.* 12. & 24. (loquens in
62 individuo caſus noſtri, pro diſſolutione ſcilicet alterius ma-
trimonii, ob præcedentem copulam fornicariam cum So-
rore Conjugis) quia ea, quæ habent principium clandeſti-
num difficillimæ ſunt probationis, non ſic autem ea, quæ
publicè, & palam fieri ſolent, & teſtatur, hanc eſſe com-
munem Doctorum opinionem, à qua in judicando non eſt
recedendum.

Non negamus, conjecturas ad probandam copula debere
eſſe urgentes, & actibus venereis proxima, ſed præſuppoſi-
63 tis familiaritate, converſatione, & reciproco amore F. & L.
vix urgentiores, & proximiores dari poterunt tactui mam-
millarum, & aliarum partium generationi dicatarum, con-
64 dormitioni in eodem lecto, & clandeſtino, atque furtivo
egreſſui F. è cubiculo, ubi reperta fuit L. *tutta arroſſita, con
la teſta ſcliſciata, e con li labri zucati, e talmente vergogno-
ſa, che non guardava in faccia*, ſeu: *Con tutta la faccia av-
vampata; & arroſſita, con tutti li capelli del capo ſciliſciati,
65 e guaſti, e tutta sbigottita*: ut ultra adductos ſupra *num.* 34.
obſervat *Ferrett.* pro veritate reſpondens *in conſ.* 389. *nu.* 11.
ibi: *Ambo ſoli fuerunt inventi, & viſi Cameram ingredi, &
de illa poſt certum tempus egredi unus poſt alterum, & ipſa D.
Catherina cam rubore faciei, & crine ſoluto, ſeu ſcapigliata,
& travagliata, quæ quidem ſigna; & ſtatus ipſius Dominæ
arguunt copulam præſumptam à Jure, & hæc probatio præ-
ſumptæ copulæ ſufficit, & Maſcard. de Probat. concluſ.* 452.
*num.* 18. ibi: *Nec illa probatio copulæ carnalis eſt in poſtremis
habenda, etenim illam probari ex eo quidam voluerunt, quod
Vir, & Mulier ambo ſoli fuerunt inventi, & viſi Cubiculum
ingredi, & ex eo poſt certum tempus egredi unus poſt alterum,
& ipſa Mulier conſpecta fuit cum rubore faciei, & crine ſoluto,
ac tota horrida, incompta, inornata, & inculta. Amen. de De-
lict. & Pœn. tit. 4. §. 4. nu.* 7. ibi: *Præſumptio Copulæ oritur ſi
poſtquam Vir, & Mulier Cubiculum ingredi viſi ſunt, Mulier
66 poſtea egredi viſa fuerit crinibus incompoſitis, veſte corrugata,
ac facie ultra ſuum conſuetum rubicunda, quod de fœmina Con-
ſulari è Triclinio Viri in Cubiculum adducta, & rurſus redu-
cta in convivium, rubentibus auriculis, incomptiore capillo
tanquam ab Octaviano Auguſto adulterata, ſcribit Svetonius in
ejus Vita; Hypolit. Rimin. conſ. 274 num. 48. & ſeq. Farinac.
quæſt. 136. num. 169. & Bict. quæſt. 120. num.* 12. cum aliis, de
quibus in *Inſtit. crim. lib. 3. titul. 5. à num.* 36. Et conſiderando
67 decubitum in eodem lecto, advertit egregiè *de Roſa in Prax.
Crim. par. 2. cap.* 4. ibi: *Si Vir, & Mulier condormiunt in lecto,
non eſt præſumendum, ut Pſalmos legant, vel ſacra colloquia
tractent, ſed quod perficiant id, quod locus, & occaſio præbent,
68 & ego dico quod anteà concupiverant, & Baſil. dec. crimin. 22.
num.* 19. ubi ex *Div. Cypriano* obſervat, ipſam conjacentiam
duorum, multum criminis confiteri; Et præ oculis habendo
mammillarum tactum, benè *Roder. de Caſtr. de Natur. Mu-
lier. lib. 1. capit. 5 de Mamm. cic med.* ubi phyſicam hujus præ-
ſumptionis ponderat congruentiam.

Abſque eo, quod aliqui ex iſtis actibus referri poſſint cura-
tioni brachii L. in quo ſenſu exadverſo vocantur indifferen-
69 tes: Vix enim perceptibile videtur, ut aliquid commune
habeat cum eadem curatione brachii manuum replicata inje-
ctio in ſacculum, villicationes, pedum ſupra pedes poſitio,
mammillarum, & aliarum inhoneſtarum partium tactus, &
ſimiles; Prout etiam cum difficultate perſuaderi poterit,
quod actus indifferentes reputari debeant condormitio Chi-
rurghi cum muliere, cujus curationi operam dedit, rubor,
70 tremor, & pallor ejuſdem mulieris, quando imperfecta va-
letudine, poſt ſolitariam moram cum eodem, in circumſtan-
tiis ſupra expreſſis, obviam habet mulieres amicas: Sed quod
magis eſt teſtes formiter examinati clarè deponunt, ad hos
actus F. deveniſſe: *dopo finita di medicarla*; Atque data ope- 71
ra ejeciſſe à Cubiculo mulieres, ad hoc, ut ſolus remaneret
cum L. remotis arbitris, ut id cum lacrymis ei contigiſſe refert
teſtis in Summ. Proindeque ex ſeipſis ruunt ea omnia, quæ in
hac parte exadverſo inculcantur de indifferentia horum laſci-
vorum, ac ſcandaloſorum actuum.

Quoad teſtes diximus, & conſtanter repetimus, quod 72
cum agatur de probanda re, quæ occultiſſimè committi ſolet,
quævè, neque ex natura actus, neque ex circumſtantiis lo-
ci, & temporis admittit concurſum aliarum perſonarum, il-
li, etiamſi aliquas patiantur exceptiones, imò etiam ipſæ-
met publicæ meretrices, admittuntur ad copulam concluden-
ter probandam, ex adductis ſup. *n.* 14. & *n.* 38.

Cœterùm non poſſumus meliùs exceptiones noſtris teſtibus
impictas, frivolas demonſtrare, quàm ex ipſiſmet contrariis 73
teſtibus, qui cum fuerint exadverſo inducti plenam contra F.
faciunt probationem, ex adductis per *Rot. deciſ.* 214. *num.* 18.
*cor. Bich. & in Romana Communantiar. & Fontanil. 3. Martii
1698. §. Retento coram Card. Priol.* Etiamſi iſte teſtis eſſet uni-
cus, *Rot. dec. 208. num. 12. par. 17. rec. & in Maſſalubren. Obe-
dientiæ 27. Junii 1698. §. Et teſtis cor. eod.*

Gratis ſiquidem invehitur contra honeſtatem G. P & C.
C. dum de prima dicit M. A. E. *Io la tengo per perſona oneſta,* 74
*ne hò inteſo dirne male di tal perſona, e sò, che hà due figli,
ma non sò ſe abbia avuto marito, ò nò.* M. S. ibi: *La tengo
in buoniſſima ſtima, perche frequenta la Chieſa, e li Sacramen-
ti &c. e conforme la tengo io, così mi penſo, che la tenghino gli
altri.* L. F. ibi: *Io la tengo per buona femina queſta G. P. per-
che la vedo confeſſare, e communicare allo ſpeſſo*; Circa quæ
in omnibus concordant in eorum Atteſtationibus Prior, &
quamplures alii Religioſi Conven. S. Petri Martyr. Medunei; 75
Imò addit L. A. F *Queſta Femina è una Santarella, perche
ſempre frequenta le Chieſe, & i Sacramenti.* De ſecunda ve-
rò, nempè de C. ait I. dello I. *Appreſſo di me ſtà in buoniſſimo
concetto, ne sò, ſe ſia ſtata carcerata, o inquiſita per adulterio.* 76
M. S. *La ſtimo Femina buona, ne hò inteſo ſcandalo di queſta
Donna.* L. A F. *Conoſco C. C. e la ſtimo buona Femina, e mai
hò viſto, che foſſe ſtata carcerata per mancamento d'onore, fat-
to al marito.*

Ultra quod mirum certè videtur, quod exadverſo inſiſta-
tur in affectatis depoſitionibus aliquorum teſtium, deponen- 77
tium de malis moribus earundem mulierum, dum ob dictas
falſas depoſitiones fuerunt omnes carcerati, & à laicali Cu-
ria condignè puniti, ut videre eſt ex eorum depoſitionibus,
& unus pariter ex eis, nempè V. T. ulteriùs tanquam Latro
proceſſatus, & carceratus meritò fuit, ut ipſemet id inge-
nuè aſſeruit.

Ex his igitur falſitatibus, & delictis dignentur EE. PP. 78
ponderare, an congruenter in Urbe extollantur eorum depo-
ſitiones, & an fidem in hoc celſiſſimo Tribunali mereantur:
Falſus ſiquidem teſtis in uno, falſus cenſetur in omnibus, &
nullam meretur fidem, juxta animadverſa in *Inſtit. crim. lib.
2. tit 6 num.* 23. Atque criminaliter proceſſati vocem ad feren- 79
dum teſtimonium funeſtam vocat *Tex in can. Conſtituimus 3.
quæſt 5.* quem ſequitur *Rot. in Avenionen. Succeſſionis 5. Junii
1676. § Minus cor. Bourlem.*

Pari inſubſiſtentia de temerario judicio notatur B. S. quæ
conſcia reciproci amoris F. cum L. & probè ſciens familiares,
& confidentiales actus utriuſque, ſequutæ deflorationis ſi- 80
gnum deſumpſit ex rubore faciei, ſoluto crine, incompto,
& inornato capite, atque ex labiorum rubore, dum hujuſ-
modi circumſtantias pro univoca ſequti ſtupri præſumptiva
probatione, agnoſcunt *Ferrettus, & Maſcardus in loc. ſupra-
cit.* Si autem tali, tantaque intrepiditate in his circumſtan-
tiis temerarii judicii nota attribuitur teſti, adeò veriſimiliter, 81
& in jure fundata præſumenti, vix dari poterit in moralibus
judicium, cui talis qualitas attribui non poſſit.

Gratias agimus Scribentibus exadverſo, Nobis probanti-
bus in eorum Summ. quæ indicavimus ſupra *nu.* 46. ibi: *Quan-
do ſi fece il matrimonio non ſi ſentiva neſſun male con detta L.* 82
*A.* Atque cohærenter ad Summarium poterant omitti in con-
traria Scriptura quamplures paragraphi circa conſenſum, &
operam, præſtitam à matre L. pro matrimonio contrahendo
cum Sorore Patrueli L. Si enim tunc temporis *non ſi ſentiva
neſſun male con detta L. A.* nullum fieri poteſt fundamentum 83
in eiſdem operationibus, & conſenſu, ex allegatis ſupra *nu-
mer.* 45.

Exageratur in Notis contrarii Summarii inveriſimilitudo,
quod A. B. per foramen, in pariete diviſorio exiſtens, vide-
re potuerit F. *appoggiato col gomito ſopra il letto, che toccava* 84
*la ſpalla di detta L. A e l' altra mano detto F. la teneva fra le
len-*

*lenzuole, che mi pareva, che toccaſſe le carni di detta L e di*
*queſto modo l' hò viſto due, o tre volte*; Et tamen ſi conſidere-
tur quod dictum foramen erat adeo amplum, & ſpatioſum,
ut, nedum oculos, ſed manum, & brachium admitteret,
ut dicunt Hy. M. ibi: *Detto pertuſo era tanto largo, che vi*
*poteva capire una mano*; Et D.P. *vi è un pertuſo quanto ci*
*cape un braccio*, nedum ceſſat quælibet inveriſimilitudo, ſed
85 nimis clarè patet, commodè videre potuiſſe etiam, quod
tunc temporis erant ſoli F. & L. quodque in eodem cubiculo
non aderant mater, neque ſorores, aliis domeſticis rebus in-
tenti, ut de teſtibus deponentibus aliquid vidiſſe per ſimpli-
86 cem rimulam, decupulo minorem eodem foramine, obſer-
vant *Gratian. diſcept.* 849. *num.* 21. *& Panimol. deciſ.* 19. *ad-*
*not.* 2. *num* 31.

Secundùm Dialecticæ regulas non opponuntur inter ſe,
Atteſtationem feciſſe pro hac parte, *e non mi ricordo di aver*
*fatta altra Fede*, ut dicit V. in ſuo formali examine, & pa-
tet conſideranti; Sunt autem contradictoriè oppoſita directè,
87 & abſolutè id negare, imò cum admiratione, ob ſignum
crucis additum Atteſtationibus à Fautoribus F. abſque eo,
quod id ſciverint teſtes, juxta præciſa illorum verba, infe-
riùs referenda *numer.* 2. *& ſeqq.* Aliæ autem minutiſſimæ di-
verſitates in accidentalibus non præjudicant fidei noſtrorum
teſtium, ut in puncto obſervat *Ferret. conſ.* 389. *num.* 25. *poſt*
*med. & num.* 27.

Et generaliter, quod teſtium dicta non ſunt cavillanda,
88 ſed quantum fieri poteſt ſubſtinenda, & conciliand, etiam
per ſuppletivam, & interpretativam objectæ contrarietatis
conciliationem per hæc verba obſervat *Rot. deciſ.* 745. *num.*
7. *&* 8. *par.* 18. *rec.* & concordant adducti in *dec.* 923. *num.* 8.
*&* 9. *cor. Buratt. & dec.* 384. *numer.* 19 *cor. Priol. & cor. Beninc.*
*dec.* 288 *num.* 11. *& dec.* 53. *num.* 15. *par.* 13. *rec.* ubi ampliatur
concluſio, ut eo magis procedat, concurrente multiplicita-
89 te, & rigore Interrogatoriorum, juxta præciſos terminos
noſtri caſus, ibi: *Et eo magis hiſce teſtibus fides videbatur ha-*
*benda in propoſita facti ſerie, ob exactiſſimam diligentiam in*
*recognitione adhibitam, tam in rigore Interrogatoriorum &c. &*
*dec.* 69. *num.* 34. *par.* 18. *rec.* ubi, quod maximè locum habet
90 hæc concluſio, quando teſtes circa ſubſtantiam concordant,
juxta noſtri caſus terminos, & priùs *in deciſ.* 226 *num.* 13. *&*
14. *par.* 17. ibi: *Dicta namque teſtium cavillanda non ſunt, ſed*
*ad concordiam reducenda &c. etiam per ſuppletionem &c. ſu-*
*mendo omnem poſſibilem diligentem interpretationem, ut à*
*contrarietate vindicentur.*

Receptumque pariter eſt inter eoſdem Doctores, quod
contrarietas circa accidentalia fidem teſtium nullatenus mi-
91 nuat, ex quo ſatis eſt, illos in ſubſtantia negotii concordare,
ut de prima concluſione videre eſt apud citatos *cor. Pamphil.*
*dec.* 496. *num.* 7. *& coram Emer. jun. dec* 264 *num.* 11. *& deciſ.*
280. *num.* 6. *& dec.* 635. *num.* 10. *& dec.* 1061. *num.* 4. Et de ſe-
cunda apud eandem *Rot. dec.* 932. *nu.* 8. *cor. Burat. & dec.* 284.
*num.* 20. *cor. Priol. & dec.* 126. *n* 18. *& dec.* 347. *n.* 39. *par.* 9. *rec.*
*& dec* 438. *num* 7. *& dec.* 499 *num.* 3 *& dec.* 212. *num.* 13. *part.*
18. *& dec* 126. *num.* 19. *& dec.* 341. *num* 21. *par.* 19. Non enim
92 ad hoc, ut teſtes probent requiritur quod in omnibus prorſùs
concordent, ſed ſufficit, quod uniformiter deponant circa
negotium principale, ſunt verba *Rot. dec.* 20 *nu* 3. *cor. Emer.*
*jun.* & concordant adducti in *dec.* 53. *n.* 13. *par.* 13. *rec.* Atque
nihil intereſt, an in cortice verborum concordant, dummo-
do in ſubſtantia non diſcrepent, ut ad rem ait eadem *Rot. dec.*
347. *num.* 21. *par.* 19. *rec.* Imò quod in terminis etiam modicæ
93 diſcrepantiæ in ipſomet facto, & negotio principali, illa non
noceat, nec fidem teſtibus minuat, egregiè, per hæc verba
probat *Rocc. ſelect. Interp. ca.* 40. *num.* 19. ubi innumeros alle-
gat, & ſequitur concordantes, quibus addo *Rot. deciſ.* 1369.
*num.* 3. *cor. Coccin.*

Quorum omnium bonam aſſignat rationem *Emer. jun. dec.*
456. *num.* 7. his verbis: *Vix poſſunt reperiri teſtes tam inte-*
*gri, contra quos non inveniat apparentem exceptionem Liti-*
94 *gantium ſubtilitas*, in quibus terminis ſimiles non ſubſtantia-
les exceptiones, & contradictiones parviſaciendas eſſe, ea
ratione, quia experientia notum eſt, illas non procedere à
teſtium informatione, ſed ab Interpretum cavillationibus,
ſtatuit *Innoc XII. in ejus Conſtit.* 64. *in princ.* his verbis: *Cum*
*experientia docuerit, quod in examinandis formiter teſtibus,*
95 *ob nimium frequentes Interpretum cavillationes circa modum*
*interrogandi, variæ teſtium circumventiones, & contrarieta-*
*tes oriuntur, in grave damnum Collitigantium, ipſiuſq; veri-*
*tatis, & juſtitiæ, itaut litium expenſæ ob id notabiliter au-*
*geantur, ac examina, & judicia valdè protrahantur.*

Cæterùm, per modum ſimplicis diſcurſus, & falſæ hy-
potheſis adhuc dicimus, quod admiſſo, ſed nunquam conceſ-
ſo, quod in noſtris terminis aliqualis remaneret in merè ac-
cidentalibus diſcrepantia, hæc nunquam apta eſſet tollere 96
vel diminuere fidem teſti in rebus, ſubſtantiam negotii concer-
nentibus, circa quam nulla omnino in noſtris terminis nota-
ri poteſt contrarietas, ex ſolidè animadverſis *in Romana Fi-*
*liationis* 8. *Aprilis* 1707. §. *Non obſtante coram Omanna*, ibi:
*Minuſque urgentibus aliquibus contradictionibus, in eorum de-*
*poſitione notatis*; *Namque illæ, ſi quæ adſunt, verſantur in* 97
*accidentalibus, ideoque teſtium fidem non minuunt, cum de*
*cætero in ſubſtantialia ſint concordes, & in Melevitana De-*
*prædationis quoad Demetrium* 8. *Maii* 1711. §. *Quò verò coram*
*Molines*, ibi: *Satis eſt, quod teſtes concludant ſubſtantiam de-*
*prædationis &c. quin attendi mereantur ſupradictæ, aliæque*
*conſimiles contrarietates, teſtibus objectæ, non percutientes*
*ſubſtantialia, ſed accidentalia.*

Imò, juxta nobilem animadverſionem verè aurei Eccleſiæ
Doctoris *S. Jo: Chriſoſt. in Matth. homil.* 1. *poſt princ. lit. G fol.* 98
*mihi* 24. juxta Venetam impreſſionem anni 1584. hæc ipſa
contradictio in accidentalibus grande abſq; dubio eſſet docu-
mentum veritatis, ibi: *Hoc ipſum maximum eſt teſtimonium*
*veritatis*; *Si enim ex toto, & in omnibus conſonarent, & cum*
*nimia diligentia, atque cura &c. ad ſingula æqualiter verba*
*convenirent, nemo inimicus credidiſſet unquam, ſed eos com-*
*muni ad decipiendum conſilio congregatos, quaſi ex humana*
*conſpiratione &c. Non enim ſimplicitatis fuiſſe tam ſollicitam*
*conſonantiam judicarent; Nunc verò quæ videtur ex rebus exi-*
*guis differentia, ab omni illos ſuſpicione defendit, & ſatis cla-*
*rè Scribentium exiſtimationem tuetur &c.*

Et concordat *Theologorum Princeps D. Thom.* 2. 2. *quæſt.*
70. *art.* 2. *ad* 2. ibi: *Diſcordia teſtimonii in aliquibus circum-* 99
*ſtantiis, non pertinentibus ad ſubſtantiam facti &c. non præ-*
*judicat teſtimonio, quia homines non conſueverunt circa talia*
*multùm ſollicitari, unde facilè à memoria elabuntur*; *Quin-*
*mo aliqua diſcordia in talibus facit teſtimonium credibilius &c.*
*quia ſi in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderен-*
*tur ex condicto eundem ſermonem proferre.*

Ad hanc autem concluſionem ulteriùs comprobandam
conſultò alias omitto authoritates: *Si enim* (ſunt verba *Rot.* 100
*in Mindonien.* 1. *Martii* 1706. §. *Eoque fortiùs coram Anſal-*
*do*) *credulitatem, & venerationem præſtaremus Bartolo, vel*
*Baldo, Hoſtienſi, aut Panormitano &c* quare non eſt circum-
ſpectanda veneranda authoritas duorum Eccleſiæ Doctorum
*quando ſecundum noſtram imbecillitatem* (ut proſequitur ubi
ſupra eadem *Sac. Rota*) *habemus quotidiè affirmantem, quod*
*authoritati magni Doctoris ſtandum ſit in quacunque materia,*
*ſuapte natura diſputabili, & ambigua*, teſte *Jaſon in leg. pe-*
*nult. numer.* 21. *Codic. de Pact &c* cum aliis plena manu ibi-
dem cumulatis.

Indeque uno ore aſſerunt Doctores, quod teſtes, loquen-
tes per eadem numero verba, & deponentes per eundem præ- 101
meditatum ſermonem, nullo modo probant, nec aliquam
mereantur fidem, juxta rotundum *Text. in l.* 3. §. *Ideoque ff.*
*de Teſtibus* ibi: *Utrum unum, eundemque meditatum ſermo-*
*nem attulerint*, ubi communiter *Repetentes, Dec conſ.* 327.
*num.* 7. *& conſ.* 448. *num.* 24. *Cravet. conſ* 78. *in fin. Gratian.*
*diſcept.* 461. *num.* 20. ibi: *Accedat quod omnes teſtes, adducti*
*ad probandam læſionem, deponunt per eundem præmeditatum*
*ſermonem, quo caſu redduntur ſuſpecti, nec fidem faciunt, Rot.*
*deciſion.* 720. *numer.* 2 *part.* 1. *diverſ.* ibi: *Dicta iſtorum te-*
*ſtium DD. non placebant, quia omnes loquuntur per eundem* 102
*præmeditatum ſermonem, quo caſu redduntur valdè ſuſpecti,*
*& deciſion.* 395. *numer.* 18. *part.* 17. *recent.* ibi: *Et quoad di-*
*cta, ſunt etiam ſuſpecti &c. cum deponant per eadem præme-*
*ditata verba.*

Probavimus etiam Nos *num.* 11. nedum honeſtas mulieres,
ſed meretrices ipſas portas claudere, & ſecreta loca perqui- 103
rere ad explendos libidinoſos actus. Cæterum non ſunt im-
poſſibiles, nec rariſſimæ limitationes hujus regulæ, ſivè ex
amoris obcæcatione, ſive ex aliis conſiderationibus, quas
nec tempus, nec Tribunalis majeſtas patitur hic explicare.
Et quod magis eſt, nulla hujus circumſtantiæ habita fuit ra-
tio à *Ferrett. in ſæpiùs citato punctual. conſ.* 389 Licet enim
ibidem teſtes non coarctarent negativam clauſuræ Januæ, 104
ſed aſſerent: *Io non sò, ſe foſſe aperta, o ſerrata*, ut in *nu.*
25. Adhuc idem Author, conſiderando complexum omnium
circumſtantiarum, nullam habuit de dicta non clauſura Ja-
nuæ conſiderationem; Præcipuè quando nemo reperitur in
domo plurimis manſionibus, atque cubiculis diſtincta, &
ad quam opus eſt plures gradus aſcendere, & tranſire per pri-
mum Appartamentum, ut verificabatur in noſtro caſu, ad
quod ſupplicamus benignè reflectere; In tantum enim con- 105
trarii teſtes aſſerunt, & in rei veritate inveriſimilitudinem

redo·

redolet, quod ſequatur copula Januis apertis, in quantùm
ſupponunt, in ead. domo adeſſe alios, vel poſſe de facili in-
gredi, cujus oppoſitum de noſtra domo probavimus in Sum-
mario, & patet etiam ex contrario Summ.

Magnam redolent ſimplicitatem ea, quæ de actuum irrei-
terabilitate exadverſo dicuntur circa copulam, ſi conſideren-
106 tur in abſtracto, & majorem admirationem, ſi de non reite-
ratione præ oculis habeantur in concreto noſtri caſus, dum
ex teſtium depoſitionibus, & conjecturarum complexu pa-
tet, pluſquam verum eſſe id, quod informatiſſimus teſtis di-
cit ibi: *E' ſtato più di cento volte*; Cui non contradicit Con-
107 ſtitutum L. aſſerentis, ſemel defloratam fuiſſe F. ibi, *ſolo una
volta, che mi deflorò, e fu nel meſe, che ſi ſcogna*; Quia defloratio-
nem ſemel tantùm patitur Virgo, & proinde aſſertio, quod
ſemel fuerit deflorata nullatenus opponitur reiterationi forni-
cationum; Ultra quod non abſque probabilitate poſſumus
108 aſſerere, faſſam fuiſſe actum deflorationis dumtaxat, ob ve-
recundiam Puellis adeò propriam, imò neceſſariam, ut me-
ritò extollatur *Cydippa apud Ariſtenæum*, quæ legens pomo
inſcripta ſequentia verba, *per Dianam Acontio nubam*, ſer-
monem verecundata projecit, dimidiamque reliquit vocem
109 ultimam, in qua nuptiarum mentio habebatur, quas etiam,
aliis loquentibus erubeſcunt honeſtæ Virgines, ut obſervant
*Lat. Cypr. de Jure connub. lib. 1. cap. 3. §. 2.* cum aliis citatis ſu-
pra *par. 1. diſcept. 1. §. 3. num. 5.*

Pro reſponſione ad affectatam, impropriamq; depoſitionem
G. M. aſſerentis, L. velle cogere F. ad contrahendum ſecum
110 matrimonium, *per capriccio*, ſuperabundat animadverſio,
quod eſt unica in hoc ſomnio, ſicque applicatur regula, *di-
ctum unius dictum nullius*, de qua *Rot. cor. Priol. dec. 115. nu.*
29. Sed quod magis eſt, cum in Proceſſu fateatur, ſe in 2. gra-
du, & ſic arcta conſanguinitate junctam cum F. nulla ei præ-
ſtanda eſt fides, ex adductis per *Rocc. ſelect. interp. cap. 24. n.*
111 *21. & cap. 174. num. 18. & Rot. dec. 177. nu. 7. par. 14. & in Ro-
mana Aſſociationis 13. Jan. 1698. la 24. n. 9. cor. Anſald.* ibi:
*Patiebatur in perſona exceptionem conſanguinitatis cum Julio
ac propterea nequibat admitti ad ullum conſtituendum gradum
probationis, ut paſſim habetur.*

Quæ omnia comprobantur ulteriùs ex Voto Vicarii gene-
112 ralis Baren. quod magni faciendum videtur, nedum quia eſt
verſatiſſimus in loco commiſſi ſtupri, & omnem habet neceſ-
ſariam cognitionem teſtium, hinc inde examinatorum; Ve-
rùm etiam quia, ut liquet ex Proceſſus revolutione coram
ipſo Cauſa ferè per quinquennium agitata fuit, Defenſores
113 utriuſque Partis ad eorum libitum, & quoties voluerunt, in
voce audiendo, eorumque replicatas Scripturas, & Reſpon-
ſiones attentè conſiderando, aſſumpto in Conſiliarium vici-
niori Epiſcopo Melphicten. Statuta canonica nullatenus igno-
rante, qualem requirunt Judicem Cauſarum matrimonia-
lium *Camerar. in conſ. matrimon.* impreſſo poſt illa *Zabarell.
in princip. & Vega in Summ. cap. 25. de Matr. caſu* 182.

Agnoſcitur tandem exadversò, quod ex depoſitionibus no-
ſtrorum teſtium concludenter probetur eadem copula, &
114 proinde omnis adhibetur conatus ad debilitandam eorundem
fidem, nec etiam parcendo exiſtimationi, & famæ integri
Regni, nobilis, pii, & religioſi (quale agnovit, & cano-
nizavit *Rota*, præcisè reſpondendo huic prætextui in *dec. 277
115 num. 4 par. 3. rec.*) cum ſuppoſito, quod in illo facilis ſit te-
ſtium ſubornatio ex *Grammat. vot. 14.* relato à *Spad. conſ. 172
num. 5.*

Verùm antem confutationem hujus prætextus licitum no-
bis ſit petere ab exadverſo Scribente (in una ex Provinciis
116 ejuſdem Regni nato, atque educato, licet ſub alieno, &
mihi ſemper, & ubique venerando nomine) cujus ſint Na-
tionis teſtes contrarii? Si enim etiam ipſi Neapolitani ſunt,
eadem reſponſio aperrimè eorum depoſitioni congrueret: Ip-
ſis ſiquidem adaptari non poſſet reſponſio illa, qua *D. Baſilius*
clauſit ora illorum Sophiſtarum, qui dixerunt, Davidem
pariter mentitum fuiſſe cum dixit. *Omnis homo mendax in
117 Pſalm.* 115. 2. Eo quia pariter ipſe erat homo; Advertendo
loquutum fuiſſe in mentis exceſſu, ſicque ut homo quidem,
ſed Spiritu divino affatus, non autem humano affectu, quod
obſervat pariter in eodem loco *Card. Bellarm. folio mihi* 865.
Quod enim contrarii teſtes ex humanis, mundaniſque reſpe-
ctibus ad deponendum moti fuerint, nulla habita conſidera-
tione cœleſtium, quinque conſiderationes intra evidentiæ fi-
nes ponunt. I. Quod unus ex eis, nempè S. V. ingenuè faſ-
ſus fuit: *Succedono alla giornata queſte coſe, che uno dice la
118 bugia per far piacere all'Amico*; Quando è contra ad ſimilem
interrogationem horruerunt, ſteteruntque comæ omnium
noſtrorum teſtium, ut ex Proceſſus revolutione manifeſtum
eſt. II. Quod non erubuit I. P. ſtrenas, magnaſque recogni-
tiones promittere ad ſubornandos teſtes, ad quod probandum
adducimus ipſamet verba alterius teſtis contrarii ibi: *Oltre di
pagarmi la mia giornata, detto G. A.* (iſte eſt frater F.) *la d.* 119
*G. mi voleva dare un buono beveraggio*; Ex qua ſubornatione
unius teſtis, illa præſumitur quoad omnes, ex allegatis à
*Rot. dec. 514. num. 11. par. 18. rec.* cum concordantibus, cita-
tis *in Inſt. Crim. lib. 4. tit. 2. n. 96.* quibus addo *Rot. in Capuana
Juriſpatr. 10. Junii 1709. Fortiùs coram Aldovrand.* III. Quod
ferè omnes contrarii teſtes inducti malis artibus fuerunt ad
ſubſcribendas Atteſtationes, & depoſitiones faciendas, abſq;
eo quod ſcirent quid in illis contineretur, ita M. A. E. ibi:
*Queſta è la Fede, che fecero in quel tempo, e me la leggerono,
però io non volevo acconſentire à fare detto ſegno di Croce, poi-
che non ſapevo niente di quello ſi conteneva de cauſa ſcientia in
detta Fede* M. S. *Io feci detto ſegno di Croce, ma non sò, ſe
quella Croce è Fede, o nò, ne manco ſaccio, che coſa vi era ſcrit-
to in quella carta.* L. F. ibi: *Io non ſapevo niente di quello,
che ſi era ſcritto.* L A F. *Mi fecero fare una Croce ſopra una
carta ſcritta, ſenza ſapere che coſa era.* Et deinde cum ei fuiſ-
ſent oſtenſæ duæ Atteſtat. cum duobus ſignis Crucis, aſſeve-
ranter negavit unam ex eis exclamando: *Io uno ſegno di Cro-* 120
*ce hò fatto, e non altro, e queſta è la verità.* IV. Quod iidem
teſtes fuerunt tanquam falſi carceribus mancipati, ut ipſimet
aſſeruerunt, eorumque depoſitiones retractarunt, quod mul-
tum detrahere omnium fidei benè obſervant Authores, ſupra
adducti *num. 78.* & meliùs *Rot. dec. 514. num. 11. par. 18. rec.* 121
Quidquid aſſerat *Barboſ. Vot. dec. 16. à num. 81.* V. Demum,
quod aliqui ex eis fuerunt etiam proceſſati utì inſignes Latro-
nes, ut de ſe ipſo teſtimonium omni exceptione majus fert V.
T. egregiè *Rot. in cit. Avenienen. Succeſſionis 5. Junii 1676. §.
Minus cor. Bourlem.*

Prætextum demum facilis ſubornationis Teſtium in Regno
Neapolitano non poſſumus meliùs refellere, quàm median-
tibus præciſis verbis verè magni Tribunalis *Sac. Rot. coram* 122
*Arguell. dec. 38. num. 27 & ſeq.* ibi: *Denique minus placuit re-
plicatio, quod in Regno Neapolitano ſit valdè facilis iſta teſtium
ſubornatio; ut dicebant Informantes ex Gramat. voto 14 inci-
pien. in Cauſa Regii Fiſci num. 11. & 12. quam amplectitur Ro-
ta in Roman. Illegit. 16. Maii 1607. cor. Pœnia &c. Quia Rota
meliùs, & veriùs informata, ab hac ſiniſtra opinione poſtmo-* 123
*dum receſſit pluriès, & dictum Grammatici ſæpiùs reprobavit;
Et in Neapolitana Separationis Thori 7. Novembris 1622.
quæ eſt dec. 656. num. 1. coram Burat. in Neapolitana Compu-
torum 14. Maii 1610. cor. Sacrato &c. ubi reſpondet Voto Gram-
matici, & deciſioni Pœniæ; Et quoad Grammaticum ſubdit,
quod non creditur Doctori, atteſtanti de aliqua conſuetudine &c.
& multò minùs atteſtanti de prava, & damnabili &c. & inve-
hit contra Grammaticum, quod neque ipſe meretur fidem, quia
nempè tanquam Neapolitanus ſuſpicatur eſſe ſubornatus ad id
ſcribendum, ſi vera eſſet illa conſuetudo ſubornandi in Regno
Neapolis, adeò pio, religioſo, & nobili, & num. 5. concludit
quod in illa deciſione Pœniæ ex Proceſſu criminali, & aliis cir-
cumſtantiis conſtabat magnus timor ſubornationis, ſed quod
Votum Grammatici fuit potiùs per jocum allegatum, quàm per
Rotam approbatum, & in Hieracen. Juriſpatronatus 5. Junii
1617. coram Veroſpio &c. & in Neapolitana Pecuniaria 3. Julii
1645. coram Roxas*: Quæ omnia ſæpiùs amplexa fuit eadem 124
*Rot.* ut videre eſt *in dec. 277. num. 4. part. 3.* ubi, quod *Gram-
maticus* proprio ſe ligone percutit, quia ſi adeſſet illa prava
conſuetudo in Regno Neapolitano, neque ipſimet *Gramma-
tico*, tanquam Viro Neapolitano, eſſet credendum, arguen-
do à conſuetis in Regione, *& dec. 517. num. 5. par. 4. recent.* 125
ubi, quod *Grammaticus* fuit ſæpiùs in hoc Voto reprobatus,
& *Pignatell. conſ. 43. num. 69. tom. 9.*

Die 9. Aprilis 1701. propoſita Cauſa in C. C. ſub dubio -
*An Matrimonium ſuſtineatur; Vel potiùs, an obſtet impedimen-* 126
*tum affin. in 2. gradu*; Reſponſum fuit; *Non conſtare de im-
pedimento affin.*

Circa diſcuſſionem hujus Cauſæ in prima inſtantia coram
C. C. ortum fuit dubium ex eo, quod præjudicium infe-
rebatur Ordin. Licet enim, quando iſti, ob arduitatem Cau- 127
ſæ, vel articulorum inſpectiones, nolunt in his Cauſis pro-
prium ferre judicium, juxta circumſtantias præſentis caſus,
& alterius, de quo in *Tom. 1. par. 2. diſcep. 4. num* 16. ſoleat
Signatura illas committere Sacræ Rotæ, ut teſtatur *in Caje-
tana Matrimonii 28. Junii 1683. in princ. coram Cardin. Mat-
thæjo* ibi: *Et renuante Ordinario Cajetæ decidere controver-
ſiam propter arduitatem articuli, Cauſa per Signaturam Juſti-
tiæ mihi commiſſa fuit*; Adhuc ex particularibus facti cir-
cumſtantiis ſolet aliquando Auditor Sanctiſſimi, etiam in
prima inſtantia illas committere decidendas C. Concilii, jux-

ta ſequentia moderna exempla, relictis antiquioribus, de qui-
bus ſup. *par. 1. diſc. 19. à n. 169. uſque ad n. 242.*
*Romana Matrimonii* inter Franciſcum Senſinium, & Eleo-
noram Cimarram reſoluta die 27. *Julii* 1697. quamvis coram
128 Vicario cœptus fuiſſet Proceſſus, ac diù Cauſa diſceptata
*lib. 47. dec. fol.* 183.
*Romana Matrimonii* inter Lauram Orphinam, & Bernar-
129 dinum de Rubeis remiſſa ad C. C. ex decreto Auditoris San-
ctiſſimi ad inſtantiam Mulieris, & deciſa 16. Septemb. 1702
Marito non contradicente *lib. 52. Decr. fol.* 485.
*Parmenſis Alimentorum* inter Marchioniſſam Octaviam
130 de Rubeis, & Marchionem Paulum de Rubeis; In qua cum
Mulier divertiſſet à Viro, idem inſtantiam promovit in Con-
gregatione Concilii pro reſtitutione Uxoris; Verùm ſub die
12. Februarii 1707. reſcriptum fuit; *Ad Judices ſuos:* Eni-
xiùs tamen inſiſtente eodem Viro, ut Cauſa in prima inſtan-
tia cognoſceretur in Sacra Congregatione die 9. Aprilis 1708.
reſcriptum prodiit: *Prævio receſſu à Deciſis, Partes Jura
propria deducant in Sacr. Cong.* enixè contradicente Muliere,
fuitque deciſa die 17. *Novemb. ejuſdem anni* 1708. *lib.* 58. *De-
cret. fol.* 393.
*Romana Matrimonii* inter Carolum Antonium Sanctarel-
131 lum, & Cajetanam Moſchinam, definita *die* 17. *Novemb.*
1708. *lib. 58. Decret. fol.* 395.
*Lunen. Sarzanen. Matrimonii* inter Co: Angelum Belmeſ-
132 ſerium, & Barbaram Zambeccariam. In qua, inſtante eo-
dem Comite in Tribunali Sancti Officii pro comprobatione
ſtatus liberi, & reportato reſcripto, *Utatur Jure ſuo coram
ſuis Judicibus*, introducta fuit in prima inſtantia in S. Con-
gregatione & ab ea definita *die* 17. *Novembris* 1708. *libr.* 58.
*Decr. fol.* 397.
*Vintimilien. Sponſalium* ſub motivo, quod Vicarius gene-
133 ralis ſtuderet protrahere Cauſæ expeditionem ad inſtantiam
Antonii Levame, Auditor Sanctiſſimi Cauſam avocavit à
Curia Epiſcopali, remiſitque ad Congregationem Conc. Et
licèt Epiſcopus aſſereret, Cauſæ dilationem provenire ex
culpa dicti Antonii, & inſtaret Partes remitti ad dictam Cu-
riam, utì Judicem primæ inſtantiæ, tamen eadem Cauſa
definita fuit in eadem Sacra Congregatione *die* 1 *Junii* 1706.
*lib.* 59. *Decr. fol.* 290.
*Romana Matrimonii* Catharina Cerrone Monitorium obti-
134 nuit ab A. C. ſuper nullitate Matrimonii, contracti cum Bar-
tholomæo Caſiſſi, quo inſtante fuit à Santiſſimo avocata
Cauſa, & remiſſa ad S. C. C. *die* 2. *Auguſti* 1712. *lib.* 62. *Dec.
fol.* 304.
*Neapolitana Matrimonii* inter Margharitam de Januario,
135 filiam Principis S. Martini, & Franciſcum Urſinum, ob
gravitatem Cauſæ, & ſcandalorum periculum remiſſa ad C.
C. & ab ea deciſa *die* 15. *Novemb.* 1710. Archiepiſcopo non
contradicente *lib.* 60. *Decr. fol.* 305.
*Balneoregien. Matrimonii* inter Jo: Caporaſſiam, & Urſu-
136 lam, deciſa *die* 14. *Jan.* 1711. *lib.* 61. *Dec fol.* 17.
*Taurinen. Matrimonii* inter Carolottam Provanam, &
137 Equitem Ferrarium, in prima inſtantia deciſa in Cong. Con-
cil. *die* 17. *Junii* 1711. annuente Archiepiſcopo *lib.* 61. *Decr.
fol.* 202.
*Gravinen. Matrimonii* inter Leonardum Palmam, &
138 Dominicam Mendam, deciſa *die* 20. *Februarii* 1712. *lib.* 62.
*Decr. fol.* 89.
*Romana Matrimonii* inter Mariam Dollam, & Felicem
139 Paveſium, in qua licèt Proceſſus iniri cæpiſſet in Curia Car-
din. Vicarii, nihilominus, ut maturiùs procederetur, præ-
via avocatione, remiſſa fuit ad Congregat. Concil. & deciſa
6. *Auguſti* 1712.
*Piſana Sponſalium* inter Comitiſſam Mariam Magdalenam
140 Ceuli, & Equitem Joannem Franciſcum Ginnum; ad in-
ſtantiam Mulieris, Viro diſſentiente, deciſa 18. *Nov.* 1713.
*extra Folium lib* 63. *Decr. fol.* 297
*Bituntina Sponſalium* inter Adrianum de Fuſco, & Fran-
141 ciſcam Brencolam, deciſa die 28. *Aprilis* 1714. *lib.* 64. *Decr.
fol.* 105.
*Senogallien. Sponſalium* inter Marchionem Ludovicum de
142 Baveriis, & Barbaram de Benedictis; Incæpta fuerat Cau-
ſa in Curia Epiſcopali, & quia agebatur inter nobiles Fami-
lias, ne ſcandala orirentur, remiſſa fuit ad Congregationem
Conc à qua fuit deciſa *die* 12. *Maii* 1714. *libr.* 64. *Decretor.
fol.* 185.
*Neapolitana Matrimonii* inter nobilem Franciſcum de Ro-
143 bertis, & Luciam Cappiellam deciſa 17. *Novemb.* 1714. *lib.*
64. *Decr. fol.* 307.
*Amerina Matrim.* inter Thomam Trentam, & Angelicam
144 Traſæam, deciſa die 16. *Sept.* 1714. *lib.* 64. *Decr. fol.* 491.
*Roſſanen. ſeu Biſinianen. Matrimonii* inter Franciſcum Ci-
minum, & Victoriam Spataram, quæ poſt duos dies à con- 145
tracto Matrimonio deceſſit, deciſa die 24. *Auguſt. libr.* 65.
*Dec. fol.* 207.
*Hydruntina, ſeu Lycien. Matrimonii* inter Jacobum An- 146
tonium Celium, & Angelam Friſaram, deciſa *die* 14. *Mar-
tii* 1716. *lib.* 66. *Decr. fol.* 103.
*Salernitana Sponſalium* inter Mariam Martinez, & Ale- 147
xium Giannetaſium, deciſa 28. *Martii* 1716. *libr.* 66. *Decret.
fol.* 101.
*Bononien. Sponſalium* inter Marchioniſſam Eliſabettam de
Bentivolis, & Marchionem Aloyſium de Albergatis, deci- 148
ſa 3. *Julii* 1716. *lib.* 66. *Decr. fol.* 205.
*Cæſenaten. Matrimonii* inter Carolum de Receputis, &
Nicolam de Campagnolis, deciſa 3. *Octob.* 1716. *lib.* 66. *Decr.* 149
*fol.* 401.
*Venuſina Matrimon.* inter Georgium Giuram, & Claram
Muſacchiam, deciſa *eiſd. die, & anno; ubi proximè.* 150
*Caſertana Matrimonii* inter Conſtantiam Farinam, & Jo-
ſephum Jaquintum, deciſa *die* 27. *Febr.* 1717. *libr.* 67. *Decr.* 151
*fol.* 71.
*Vintimilien. Sponſalium* inter Mariam Jo: Fornari, &
Bartholomæum Alavennam, deciſa *die* 11. *Septembris* 1717. 152
*& 11. Decembris dicti annni libr.* 67. *Decretor. folio* 305. *&
fol.* 397.
*Januen. Matrimonii* inter Annam Mariam Pallavicinam,
& Joannem Jacobum Imperialem, nobiles Januenſes, in qua 153
Auditor Sanctiſſimi die 10. Martii 1717. Cauſam remiſerat
ad Curiam Archiepiſcopalem, & deindè die 14. Aprilis ejuſ-
dem anni, reſcripſerat: *Et tunc Illuſtriſſimus Dominus remi-
ſit inſtantiam ad Congregationem omnium RR. PP. Signaturæ
Gratiæ, & mandavit proponi infra menſem, aliàs illo elapſo
ſtetit in decretis*, Propoſita enim in dicta Congregatione Si-
gnat. Gratiæ de menſe Jun. 1717. & repropoſita de menſe Au-
guſti ejuſdem anni, reſponſum fuit pro Cauſæ cognitione, &
diſcuſſione in Cong. Conc. Muliere, & Archiepiſcopo diſ-
ſentientibus.
*Biſuntina Matrimonii* inter Thereſiam Urbano, & Janua-
rium Vitum Franciſcum, deciſa 15. & 29. *Jan. & 2. Julii* 154
1718. *lib.* 68. *Decr. fol.* 14.
*Aquinaten. nullitat. Matrimonii* inter Vincentium Rul-
lanum, & Appolloniam, deciſa 12. *Februar.* 1718. *libr.* 68. 155
*Decr. fol.* 103.
*Abulen. Matrimonii* inter Alphonſum Gonzalez, & Joſe-
phum Sanchez, deciſa 9. *Aprilis* 1718. *libr.* 68. *Decretorum* 156
*fol.* 103.
*Piſtorien. Matrimonii* inter Vitum Romigiallum, & Ma-
riam Donatam, deciſa 22. *Aprilis* 1719. *lib.* 19. *Decretor.
folio* . . .
Verum tamen eſt, quod ex particularibus facti circumſtan-
tiis ipſamet Congreg. Concil. ſolet Cauſas ad ſuos Judices re- 158
mittere, non obſtante declaratione, quod ad ipſam pertineat
illius cognitio, neque attenta remiſſione ad eandem Congr.
Concil. ut practicavit *in Januen. Matrimonii* 14. *Novembris*
1697. juxta reſolutiones, à me relatas in *Tom.* 1. *part.* 1. *diſ-
cept.* 12. *numer.* 55. *Verſ.* Die 14. Et in *Dubii, Penſionum, &
Congruæ* 10. *Novembris* 1696. in qua, non attenta ſpeciali
remiſſione Auditoris SS. ad eandem C. C. ob exemplaritatem 159
articuli, ut dicitur *in Folio* ibi: *Cùmque æquum viſum fuerit
Sanctitati ſuę ſuper articulo plurimum gravi, & exemplari con-
ſilium hujus S. C. exquirere &c.* adhuc reſcripſit: *Omnia ad Ju-
dices ſuos*, ut videre eſt *in Lib.* 46. *fol.* 389. *Et in Neapolitana
Simoniæ* 13. *Auguſti* 1718. in qua reſcripſit: *Dilata, & ad Men-* 160
*tem*, quæ fuit, ut Secretarius *alloqueretur cum Auditore* San-
ctiſſimi *ad effectum videndi, ex quo motivo præſens Cauſa vi-
deri debeat in S. C. lib.* 68. *Decr. fol.* 200.

# DISCEPTATIO X.

## Salisburgen. Clauſuræ.

PRO

Patribus Reformatis Auſtriæ.

CUM

Conſiſtorio Salisburgenſi.

### ARGUMENTUM.

*Superiores Monaſteriorum Monialium , terminata electione Abbatiſſæ, an poſſint ingredi Clauſuram , ad publicandam electionem, confirmandam Abbatiſsam , eique tradendam poſseſſionem , mediante Clavium , & Sigilli conſignatione .*

ABimmemorabili tempore in electione Abbatiſſæ Monaſteriorum Monialium S. Claræ Civitatis Græcii ,
1 & Judenburgi, Salisburgen Diœceſis, quæ quolibet triennio fieri ſolet, Provincialis Reform. S. Franc. Provinciæ Auſtriæ, tamquam Superior, ſecum aſſiſtentibus Commiſſario Salisburgenſi, & duobus Religioſis ſui Ord. extra Clauſuram, ac cratibus obſeratis, nempè in Sede confeſſionali, Vota ſingularum Monialium recipere ſolitus eſt ; Electione autem peracta , immediatè cum duobus Sociis *Clauſuram, & Refectorium ingredi ſolet , ibique canonicè electam Abbatiſſam promulgat, & confirmat , tradendo eidem Abbatiſſæ Regulam, Claves , & Sigillum Conventus cum ſpirituali admonitione , ſeu exhortatione .*

Verùm quia Conſiſtorium Eccleſiaſticum Archiepiſcopa-
2 tus, Salisburgenſis prætendere cœpit, quòd ad præmiſſa facienda Provincialis ingredi non poſſit Clauſuram Monaſteriorum prædictorum poſt electionem Abbatiſſę,recurſum habuit ad hanc Sac. Congreg. mediante ſupplici Libello , quæ poſt requiſitum à Procur. generali Votum , mandavit Cauſam poni in Folio , & hodiè quæritur, an idem ſolitum ſervan. ſit.

Videtur autem reſpond. affirmativè , eo quia , à tempore immemorabili ita ſemper practicatum fuit, neque aliter practicari poterat, attenta anguſtia Laminarum ferrearum , munitarum etiam telis ceratis , & habendo præ oculis magnum Monialium numerum ut dicitur in documento, in Secretaria exhibito, ibi: *Cùm in Provincia noſtra Auſtriaca ab immemorabili tempore fieri debeat exhortatio, Clavium, Sigilli , & Regulæ traditio, quæ apud Crates , ſeu Fene-*
3 *ſtrellas , Laminis ferreis , & telis ceratis munitas ſicut propter majorem Sororum numerum , & arctitudinem Cameræ exerceri nequeunt* , ac proindè verificatur moralis neceſſitas ingrediendi controverſam Clauſuram , qua ſtante , hujuſmodi ingreſſus Superiori eſt omninò permiſſus ex Conſtit. 28. Greg. XIII. & notant communitèr Theologi , ſignantèr *Laym. tom.2. lib.4.tract.5.cap.12.n.2 verſic. Epiſcopus*, ibi : *Epiſcopus , vel Ordinis Prælatus , qui licentiam ingrediendi*
4 *aliis dare poteſt , eadem quoque facultate ipſemet uti ob cauſam juſtam non prohibetur* ; *Azor.Inſtit mor.to.1.lib.13.c.8.q.9. Mirand.de Monialib.qu.2.art.4.concl.1.& 2.*ubi, quòd ſufficit quædam neceſſitas moralis , & rationalis , quos ſequuntur *Sanctor.Conſtit.Ordin.c.1.ſtat 7.fol.603. Barboſ ad Concil ſeſs. 25.de Regul.cap.7.n.15.Rodriq quæſt Regular.tom.1.q.46. art. 5.*ubi , quòd Superiores, cauſa rationabili concurrente, Clauſuram Monialium ingredi poſſunt , cum aliis , citatis *in To 2.par.1.diſcept.27.n.5 & ſeqq.* Cum quibus proceſſit C. E. & R. *in Colonien.27.Aug.1717.Pon.Card. Grimaldo*, ut videre eſt ibidem *num.* 74.

Et in terminis confirmationis Abbatiſſæ obſervat *Clamas*
5 *in Method.Curat.In append.quarund extravag. editar. poſt Concil Trident.§.7. de Ingreſs. Superior. verſic. Poſſunt* , ibi : *Poſſunt & ſupradicti intrare Monaſteria Sanctimonialium , tùm ad monendum Electrices , tùm ad dirigendas eas in timore Domini , & verſ. Cùm enim*, ubi , quòd poſt electionem ſunt ibi quædam , quæ requirunt neceſſariò ingreſſum Prælati , ſive Præſidentis .

Non relevante diſpoſitione *Conc. Tdid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 7.*

Quia Concilium ibi loquitur de actu electionis , demandat enim , ut is, qui præeſt electioni , Clauſtra Monaſte-
rii non ingrediatur , ſed antè Cancellorum feneſtrellam 6
Vota ſingularum audiat , vel accipiat, & hoc ad unguem ſervatur in electione noſtræ Abbatiſſæ , ut conſtat ex d. publico documento, ibi : *P. Provincialis Provinciæ Auſtriacæ &c. ab immemorabilibus annis ſemper extra clauſuram , obſeratis cratibus in Domo Confeſſionali Vota ſuſceperit* ; In præſenti autem non eſt ſermo de ipſo actu electionis , ſed de confirmatione Electæ per traditionem Clavium , Regulæ, & Sigilli, de qua , ſicuti de exhortatione, & publicatione, Concilium nullatenùs loquitur ; Sed relinquit ſub
diſpoſitione Juris communis ea , quæ concernunt hujuſmo- 7
di confirmationem , & exhortationem Eligentium , ſecundum quod ingreſſus permiſſus eſt ob neceſſitatem moralem , in præſenti concurrentem , ex adductis ſupra *num.* 4.

Quin refragetur replicatio , quòd confirmatio , & exhortatio, de quibus agitur , tanquàm complexiva actus electionis , comprehendantur in d. diſpoſitione Conciliari .

Ultrà quòd enim electio , & confirmatio ſunt actus inter ſe diverſi , & diſtincti, ut experientia notum eſt , & obſervant *Oldr. conſ. 146. Azor. tom. 1. lib. 13 cap 10. quæſt. 3.* ubi , quòd de confirmatione Abbatiſſæ nihil eſt conſtitutum;
Adhuc reſpondetur , quòd hujuſmodi diſpoſitio eſt pænalis , 8
adeoque odioſa , ac proindè trahi non debet ultra verborum literalem ſenſum ad *Text. in cap. Odia de Regul. jur. in 6. & leg. Cùm quidam 19.* ibiquè *Gloſs. verb. Adjuvandas ff de Liber. & Poſthum. Rot. dec 864. num.7. coram Coccin. & in rec. dec.61. num.9 par. 5* & conſequenter extendi non valet ad confirmationem, & exhortationem, de quibus non loquitur .

Præſertim quia in utroque actu militat diverſa ratio ; Poſſunt etenim Vota commodè accipi per Feneſtrellam à Monialibus , ad illam accedentibus , una poſt aliam , non ſic
autem traditio Clavium , Sigilli , & Regulæ , necnon ex 9
hortatio, quæ practicatur in Confirmatione , attenta anguſtia Laminarum ferrearum , munitarum telis ceratis , ac magno numero Monialium , quibus fit eadem publica exhortatio , hoc enim caſu verificatur moralis neceſſitas ingrediendi , ut notant Authores ſupra allegati .

Quæ omnia tranſeunt ſine ullo ſcrupulo , dum in noſtro caſu concurrit conſuetudo immemorabilis ingrediendi Clau-
ſuram Monaſterii , de quo agitur ad confirmandam Neo 10
electam per traditionem Clavium , ac peragendam exhortationem, probatam ex documentis exhibitis in Secretaria , ibi : *In confirmatione Abbatiſſæ canonicè electæ in noſtra Reformata Provincia Auſtriæ , ſicuti in aliis hæreditariis Regnis , Auguſtiſſimo Cæſari ſubjectis , ab immemorabili tempore eſt conſuetudo , ut prævia à Superiori Regulari facta exhortatione , ritè electa Abbatiſſa in Refectorio ſororibus collectim congregatis publicetur , ac per traditionem Clavium , Sigilli , & Regulæ inſtituatur , & confirmetur* , cujus vigore allegari poteſt Apoſtolicum Privilegium , & omnibus alius melior titulus de mundo , ut probavimus *in Tom. 1. par 1. diſcept. 12. à num* 3.

Nec dicatur , quòd huic conſuetudini renunciatum fuerit
à Religioſis Reformatis S Franc. ex quo ultimo loco admiſſi 11
fuerunt ſub illa expreſſa lege , ut Concilii Tridentini diſpoſitio in electionibus ſervaretur .

Concilium enim loquitur de mero , & ſimplici actu electio-
nis , relinquendo ſub Juris communis diſpoſitione ea , quæ 12
concernunt confirmationem Electæ , exhortationem Eligentium , Sigilli , & Regulæ , & Clavium traditionem ; De Jure autem , quando concurrit juſta cauſa , talis ingreſſus permiſſus eſt ex ſup. adductis .

Eòque magis , ex quo conſuetudo , quæ militat in noſtris terminis non eſt ſimplex , & ordinaria , ſed immemorabilis,
quæ ſub nulla comprehenditur renunciatione , niſi ſit expreſ- 13
ſa , ex adductis per *Cancer. var. reſol par. 3. c. 4 n. 20. Rot. dec. 864. n 4 cor. Coccin. & apud Card. de Albit. de Inconſt. in Judic. dec 46. n. 25* ibi : *Renunciatio verò conſuetudini , & præſcriptioni , etiam longiſſimi temporis , non comprehendit immemorabilem , quæ eſt ſpeciali mentione digna .*

Pro quorum faciliori admiſſione , urget animadverſio , quòd Clauſuræ rigor unicè collimat ad cuſtodiendum theſau-
rum virginitatis , & honeſtatis in Monialibus , nullum 14
autem adeſt nequè remotiſſimum periculum in noſtro caſu in ingreſſu Clauſuræ tempore confirmationis electionis , ex quo illa fit cum omni publicitate , in præſentia diſcretorum Virorum , omniumque Monialium , & proin-

dè, ceſſante in noſtra hypotheſi fine legis, ceſſat ejus obligatio, ex adductis per *Dian.tom.6.tract. 1. de Legib. reſol. 70. & 71.*

Fortiùs, quia neque etiam exadverſò allegatur aliquod, vel remotiſſimum inconveniens in ultimo, vel in aliis omnibus antecedentibus ingreſſibus, ſequutis in Monaſterio, de
15 quo diſputamus, vel occaſione publicationis electionis, vel ad peragendam exhortationem Monialibus poſt electionem Abbatiſſæ; Itaut nil urgens, nihilque ſtringens exadverſo afferatur, quod impellat in noſtro caſu ſapientiſſimos Judicantes ad oppoſitum determinan. Et quatenus in facto hujuſmodi immemorabilis conſuetudo controvertatur, parati ſumus illam mediantibus concludentibus probationibus ulterius demonſtrare.

Obſervando præcipuè, quòd non ſumus in terminis im-
16 memorabilis conſuetudinis, vigentis in uno, vel altero Monialium Monaſterio, ſed in omnibus illis, quę reperiuntur in vaſto, amploque hęreditario dominio S. C. & C. M.

Si enim in omnibus Regionibus indiſtinctè magnifaciendum eſt antiquiſſimum ſolitum, & immemorabilis conſue-
17 tudo, ex ſupra animadverſis, multò magis id faciendum eſt in Germania, ut concluſionem ampliando notat *Cardin. Pallav. in Hiſtor. Conc. Trid. lib. 22. cap. 6. num. 11.* his verbis: *Da un riſpetto aſſai viſtoſo, e di gran forza in queſte materie, ſpecialmente appreſſo gli Alemani, di non alterare il conſueto, il quale ſolo è quello, che non hà biſogno di apologia in ſua difeſa.*

Nec dicatur, quòd talis conſuetudo in noſtris terminis ne-
18 dum ſit improbabilis, ſed dato, quòd probaretur, attendenda nullatenùs eſſet, uti directè contraria diſpoſitis in S. Conc. Trid.

Incipiendo enim ab illius prætenſa improbabilitate, dicimus, quòd in tantum in promptu non habemus alias conclu-
19 dentes probationes ejuſdem immemorabilis conſuetudinis, quia de Partibus nullatenùs fuerunt tranſmiſſæ, cum ſuppoſito, quòd illa ultrò admiſſa fuiſſet, tanquàm notoria in omnibus Monaſteriis, ſitis in hæreditariis Regni, & Civitatibus, S. C. & C. Majeſtatis ſubjectis, juxta Atteſtationes, in Secretaria exhibitas.

Non attenta replicatione, quòd eiſdem teſtibus credendum non ſit, ex quo figuram faciant Collitigantium; Cùm
20 enim ſermo ſit de probatione actus, nullatenùs tangentis dictos Religioſos in particulari, ſed totam Provinciam in communi, non poſſunt ex dicto prætextu repelli à teſtificando, ut diſtinguendo caſum, in quo teſtes de Univerſitate deponant de re, concernente illorum favorem, uti ſingulorum, ab alio, in quo favor reſpiciat Univerſitatem in communi, advertunt *Add. ad Pamph. dec. 595. num. 5. Conciol. alleg. 53. num. 44. Card. de Luc. de Jurep. diſc. 58. nu. 7. & Rot. dec. 320. num. 13. & 15. & dec. 419. num. 3. & 4. par. 9 rec. & cor. Bich. dec. 566. num. 9. & 10.*

Fortiùs quia agitur de actu, ab ipſiſmet geſto, quo caſu il-
21 lorum fides potiùs augetur, quàm minuatnr ex dicta circumſtantia, ut notant *Card. de Luc. ad Concil. diſc. 11. n. 13. & Rot. dec. 444. n. 10 par. 14 & dec. 352. n. 4. cor. Benincaſ.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ, ad ſuaden. improbabilitatem ejuſ-
22 dem conſuetudinis, eſt alia reflexio, quòd cùm conſtet de principio ſuperioritatis noſtrorum Religioſorum Provinciæ Auſtrię, ſequutę circa annum 1688. non poſſit illorum favore allegari, & multo minùs probari immemorabilis conſuetudo.

Reſponſio ſiquidem in promptu eſt, quòd Provincia Auſtriæ erat priùs PP. Obſervantium, idque à duobus ſæculis,
23 & ultrà, juxta Chronicas Noſtri Ordinis, ab anno nimirum 1451. & longè priùs; Ex hoc autem, quòd anno 1632. tranſitum fecerit in Reformatam, cum ſpeciali approbatione Sanctæ Sedis mediante Breve Urb. VIII. nullo modo talis tranſitus præjudicavit prærogativis, ſibi competentibus in ſtatu Obſervantiæ, minuſquè dici poſſunt de medio ſublatæ conſuetudines, quæ à PP. Obſervantibus fuerant intro-
24 ductæ, ut articulo maturè diſcuſſo, firmavit *Rot. in Hiſpalen. Præcedentiæ coram Emer. jun. & Card. Caprara, & Manuel.* impreſſis apud *Monacel. in Formul. tom 2. dec. 16. & 4. ſeq.* Cum quibus ultimo loco proceſſit *C. E. & R. Pon. Card. Gabriel. in Modruſien. ſeu Polen. Præced. 5. Dec.* 1710. aſſignando PP. Refor. Modruſien. locum illum, quem obtinebant Obſervantes, antequam Provincia Carniolæ tranſive-
25 rat in Reformatam; Et prædictorum omnium viva ratio illa eſt, quòd Reformati, & Obſervantes unam conſtituunt Religionem, ſub eodem Capite, ſeu Generali, ad differentiam Conventualium, & Cappuccinorum, proprios habentes Generales, ut in terminis notat *Ventrig. in Prax. par. 1. adnot. 50. n. 13. & Card. de Luc. de Regul. diſc. 6. n. 1.*

Tranſeundo modo ad efficaciam ejuſdem immemorabilis conſuetudinis, repetimus, quòd illius vigore allegari valet
Papale Privilegium, ut dicit *Rota*, loquens de probatione 26
immemorabilis, vigentis in aliquibus Hiſpaniarum Regnis, *cor. Celſ. dec. 32. num. 5.* ibi: *Includit Privilegium Papale*; Imò quilibet melior titulus de mundo ſub illa continetur ex ſup. adductis.

Et in terminis immemorabilis conſuetudinis, ut Moniales publicè aſſiſtant in earum Eccleſia Miſſæ cantatæ in funere alterius Monialis, quod illa ſervanda ſit, advertit *Vener.*
*in Exam. Epiſc. lib. 9. cap. 22. de Clauſ. Monial. num. 4.* ibi: *Si in* 27
*aliquo Monaſterio ſit conſuetudo, ut in die obitus alicujus Monialis ad eam ſepelliendam celebretur Miſſa cantata in Clauſtro Choro, vel in aliqua Cappella dd. Monialium, præſentibus Monialibus, quid eſt agendum? Si hoc privilegium competat alicui Monaſterio, vel per conſuetudinem immemorabilem &c. tunc talis conſuetudo eſt ſervanda, taliſque &c.* Quem caſum
per eadem ferè verba, tacito nomine dicti Auctoris, ponit 28
etiam, & affirmativè reſpondet *Novar. in Sum. Bullar. tom. 4. de Clauſ. num. 3.*

Supplicantes hìc duo obſervare; Primum, quod talis conſuetudo longè exorbitantior eſt noſtra, quia ſimilis caſus obitus alicujus Monialis poteſt frequentèr, & pluriès in anno
evenire, non ſic autem caſus, de quo diſputamus, quòd 29
nonniſi ſemel in quolibet triennio, & aliquando ſemèl paritèr in ſexennio dari poteſt.

Secundum verò, quòd iidem Authores ſcripſerunt longè
poſt Concilium Tridentinum, de cujus diſpoſitione fuerunt 30
expreſſè loquuti, & præ oculis etiam habuerunt Conſtitut. S. Pii V. exadverſò allegatam, quæ unacum diſpoſitione *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 5. & 7.* nullatenùs tangunt
terminos noſtræ controverſiæ, dum loquuntur, de aboli- 31
tione illius immemorabilis conſuetudinis, cujus prætextu Moniales recuſabant generalitèr ſervare Clauſuræ leges, ut literalitèr legitur in citatis locis Conc. Trid. *& in §. 2. ejuſd. Conſtit.* ibi: *Quòd ſi aliquæ Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine, etiam immemorabili, aut Inſtituto, vel fundatione Regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic Clauſuræ reſiſtant &c.* & reſultat ex toto illius contextu; Qui non ſunt termini noſtræ controverſiæ, dùm Moniales noſtri Monaſterii religioſiſſimè ſervant eaſdem Clauſuræ leges, ut notorium eſt, neque exadverſo prætenditur oppoſitum.

Quòd autem, nec Concilium Tridentinum, nec dicta Bulla Piana, omnem omninò tollant facultatem ingredien-
di particularibus perſonis Monaſteria Monialium, recogno- 32
ſci poteſt ex Authoribus, agentibus de Clauſura, multos adducentibus caſus, in quibus, ſivè ex neceſſitate officii, ſive ex privilegio, talis ingreſſus permittitur, quos caſus diligentèr inter alios collegit *Tiers* in libello, Gallico Idiomate in hac materia compoſito, & alios etiam tangunt *Tambur. de Jur. Abbatiſs. diſp. 18. quæſt. 5. à num. 4. & Ventrigl. in Praxi tit. de Clauſ. Monial. adnot. 5. § 1. n. 14.* & Nos indicavimus *in Tom. 2 par. 1. diſcept. 27. à num. 5.*

Et quòd magis eſt, poſt Concilium, & poſt Bullam Pianam, abſquè ullo expreſſo Privilegio, quotidiè tolerari
videmus ingreſſum omnium Mulierum in illis Monaſte-
riis, in quibus permittitur ingreſſus illuſtribus, & ſpeciali 33
nota dignis Mulieribus; Idque nedùm pro tempore, quo eædem illuſtres Mulieres moram faciunt in Monaſteriis, ſed etiam poſt illarum exitum, & uſque ad finem diei; Signum pluſquàm evidens, quòd materia non eſt talis naturæ, ut neque etiam à conſuetudine immemorabili permitti, ſeu tolerari valet, dùm permittitur, & toleratur ex longè debiliori motivo, & ſolito minùs antiquo, etiam in ipſamet Urbe, quæ in his materiis omnium aliarum Magiſtra, & norma eſt, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. diſcept. 23. num. 39.*

Perſtringendo igitur omnia motiva, videtur toleranda noſtra conſuetudo, vel ſaltem permittendæ illius probationes,
quia illa, uti immemorabilis, æquipollet Papali Privile- 34
gio, & quia non eſt ſermo de conſuetudine generali in omnibus caſibus, & pro longo tempore, ſed pro breviſſimo tempore, & in ſolo caſu exhortationis Monialium poſt electionem, qui evenit ſemèl in triennio, vel in ſexennio; Idque aſquè ullo, vel remotiſſimo honeſtatis periculo; Itaut mutatio talis conſuetudinis ſua novitate multa Regna perturba-
ret, quod nec etiam permittendum videtur, accedente uti- 35
litate, juxta celebre monitum *S. Auguſt. epiſt. 128. cap. 5.* ibi: *Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate, novitate pertubat.*

Die 10 Jan. 1711. propoſito dubio in C. C. *An Superior regu-*

*regularis Monaſterii Monialium S. Claræ Civitatis Grecii in-*
36 *gredi poſſit Clauſuram d. Monaſterii poſt electionem Abbatiſſæ*
*ad peragendam exortationem, & publicandam d. Abbatiſſæ*
*electionem Monialibus in caſu &c.* Reſponſum fuit: *Negati-*
*vè, & ampliùs Cauſa non proponatur*: Cum denegatione
Remiſſorialium ad probandam formitèr immemorabi-
lem.

---

## DISCEPTATIO XI.

### Romana.

PRO

Capitulo Liberianæ Baſilicæ.

CUM

Principe Burgheſio.

### ARGUMENTUM.

*Cappella Burgheſia, poſita in Baſilica Liberiana, in quibus caſibus, & functionibus exempta ſit à Iuriſdictione Archipresbyteri, & Canonicorum ejuſdem Baſilicæ, & an poſſit dici* Nullius, *cum vera, & propria Territorii ſeparatione.*

DE menſe Maji 1717. poſt æquè longam ac inſenſam in-
firmitatem, ex hac vita piè diſceſſit D. Jo: Baptiſta
Burgheſius Sulmonæ Princeps, illiuſquè cadaver, juxta
1 Atteſtationem Thomæ Blanchini, Sacriſtæ Liberianæ Ba-
ſilicæ, quam Sanctiſſima Deipara ſibi Cælitus delegit, &
nivis ambitu inter æſtivos ardores miraculosè delineavit, ut
dicit *Rota deciſ. 685. num. 34. coram Merlin.* delatum fuit ad
eandem Baſilicam, ſeu ad ſumptuoſiſſimam Cappellam
Domus Burgheſiæ, in illa exiſtentem, non vocato eodem
Sacriſta, minuſquè invitato aliquo ex Miniſtris ejuſdem
Baſilicæ, ad quam introductum fuit, non per unam ex
ejus ſolitis publicis Portis, ſed *da una Porticella, per cui ſi*
*entra nelle Stanze della Cappella &c. detta Paolina, & in*
*detta Cappella la mattina ſeguente del Lunedì ſi vidde eſpo-*
*ſto il Cadavere, e farvi il funerale;* Abſque pariter in-
terventu Miniſtrorum, vel Cleri ejuſdem Baſilicæ, &
abſque eo, quòd, juxta antiquiſſimum ſolitum, reliquæ ſa-
cræ funebres functiones peractæ fuerint à perſonis de gremio
ejuſdem Capituli, ſed omnia aſſeruntur peracta à Priore, &
Cappellanis ejuſdem Cappellæ, ut legitur in eadem Sacriſtę
Atteſtatione.
Ab hac inſigni novitate excitati Canonici ejuſdem Baſili-
2 cæ, die 13. d. menſis Maii 1717. in ſolito loco capitulariter
congregati, ad occurrendum ſucceſſivis, perpetuiſquè ſimi-
libus præjudiciis ejuſdem Baſilicæ, unanimitèr reſolverunt
pro eorum inſtructione in ſenſu veritatis exquirere reſolutio-
nem trium ſequentium dubiorum.
*I. An potuerit aſportari cadaver d. D. Jo. Baptiſtæ Bur-*
*gheſii, & alia ejuſdem Familiæ, veniente caſu obitus, ad ean-*
3 *dem Cappellam S. Baſilicæ, abſque intereſſentia Miniſtri ejuſ-*
*dem Eccleſiæ tumulantis, ideque cadaver ingredi per januam,*
*ſeu, ut dicitur porticellam Manſionum Cappellæ, deſtinatam*
*potiùs, & principaliter pro acceſſu Cappellanorum ad eaſdem*
*manſiones.*
*II. An munia funeralia expleri poſſint intra Cappellam, vel*
4 *potiùs fieri debeant in Eccleſia, in loco aſſignando per Capitu-*
*lum, & benè viſo Patrono, ad formam Bullæ erectionis dictę*
*Cappellæ.*
*III. An omnes funebres functiones fieri debeant per Mini-*
5 *ſtrum Capituli, vel potiùs expleri poſſint per dictos Cappel-*
*lanos.*
6 Circa quæ, de meo ſenſu pro veritate requiſitus, ante il-
lorum diſcuſſionem,
Præmitto, eadem quæſita nullam omninò dubietatem in-
7 volvere, jure communi attento; quia ad illius terminos ea,
quæ in dd. dubiis continentur, evidens eſt, quod nullo co-
lore prætendi poſſunt à Miniſtris, ſeu Rectoribus particu-
larium Cappellarum, exiſtentium in Eccleſiis. Cùm
enim Cappella ſit pars Eccleſiæ, Jus Rectoris ejuſdem



Eccleſiæ extenditur etiam ad Cappellas, in illa exiſtentes,
ut ferè per hæc verba, ſequendo *Rot. in Tarraconen. Cappellę* 8
*13. Febr. 1637. coram Pirovan.* quæ uſque adhuc non reperi-
tur impreſſa, obſervat *Paſqualig. de Sacrif. nov. leg. quæſt.*
*998. num.* 4.
Videndum propterea remanet, an prætendi poſſint in no-
ſtris terminis ex ampliſſimis privilegiis, in fundatione, & 9
erectione conceſſis eidem Cappellæ Paulinæ, de quibus *in*
*Conſtitut. 26. inter alias ſa. me. Pauli V. in Bullar. nov. tom. 3.*
Non enim implicat, quòd Summus Pontifex talem, imò
longè majorem exemptionem ſimilibus Cappellis concedere 10
poſſit, ut in ſpecie idem Summus Pontifex Paulus V. de fa-
cto conceſſit Cappellæ SS. Virginis Lauretanæ, medianre alia
ejus Conſtitutione, relata *à Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 32.*
*in princip. & per tot. & diſc. 35. num. 3. Verſic. Negabamus*, ubi,
quòd mediante dicta ampliſſima Conſtitutione, ad ſedandas 11
continuas lites, & diſcordias inter Card. Protectorem Cap-
pellæ Lauretanæ, & Epiſcopos Lauretanos, *declaratum*
*fuit* (ſunt ejus verba) *Sanctam Cappellam, quantùm impor-*
*tat ambitus intra columnas, non obſtante, quod eſſet in medio*
*Eccleſiæ Cathedralis, cenſendam eſſe, nedum exemptam, ſed*
*Nullius, & tanquam in Territorio ſeparato, ſub omnimoda* 12
*Juriſdictione, tam ordinaria, quàm delegata Cardinalis*
*Protectoris, qui privativè ad Epiſcopum in omnibus cenſen-*
*dus eſſet loci Ordinarius, & in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 24.*
*num. 9.*
Et generaliter, quòd poſſit Papa unire diſiuncta, & uni-
ta ſeparare, ad noſtrum præciſum effectum punctualiter ob-
ſervat *Rot. in Militen. Juriſd. 27. Januar. 1716. §. Et tametſi* 13
*cor. Falconerio;* Et concordant adducti *in dec. 335. num. 17.*
*par. 13. & dec. 21. num. 11. par. 14. dec. & in Conſtantien. Præce-*
*dentiæ ſuper bono Jure 27. Jan. 17. 3. § Præciſivè cor. Anſ.* ubi,
quòd Sedes Apoſtolica ejuſq; Supremi Principes omnimodam
habent, poteſtatem, & juriſdictionem abſolutam ſupra om-
nes ritus, & ſupra omnes Eccleſiaſticas functiones, cum aliis,
de quibus ſup; *diſcept. 35. à n. 80.*
Percurrendo proindè *eandem Conſtit. Pauli V.* obſervo,
quòd ex lectura primi §. ejuſdem Conſtit. habemus, ſacra- 14
tiſſimam illam Imaginem Beatiſs. Virginis, quæ hodiè in prę-
dicta Cappella Paulina maxima devotione veneratur, & co-
litur, pleno dominio ſpectaſſe, & pertinuiſſe ad præfatam
Baſilicam, illaquè longè ante conſtructionem dictæ Cappel-
læ Paulinæ *exiſtebat, & colebatur* (ſunt verba dictæ Conſti- 15
tutionis) *in media dictæ Baſilicæ navi, prope dextrum cornu*
*Altaris majoris in ligno ciborio, marmoreis columnis elato*, de
cujus laudibus hæc leguntur *apud Ciaccon. in Vita S. Gregor.* 16
*primi*, tranſcripta *à Cherubin. in Not. ad dictam Conſtitut.*
*86. Pauli V. Schol. 2. Hęc ex Lucę Evangeliſtæ manu ad vivum*
*expreſſa, jam tum in Æde B. Virginis ad Præſepe in Exqui-*
*liis ſita, eximia Populi Relig. conſervatur.*
Ex quibus infero, quòd longè major eſt pars illa, quam
pro complemento ejuſdem Cappellæ Paulinæ contribuit Ca-
pitulum Liberianæ Baſilicæ, ac ſit illa, quæ ſpectat ad hæ- 17
redes ſ. m. Pauli V. Fundatoris, & Erectoris dictæ Cappel-
læ, eò quia pretioſi illi lapides, inſignes Statuæ, aliaquè
verè regia, & ſplendida ornamenta, illiuſquè ſingularis or-
natus, latè deſcriptus *in dicta Conſtit. 86. à §. 1. uſque ad § 9.* 18
& latiùs exornatus *à Carthag. Homil. lib. 15. homil 23.* ſequuto
*à Cherubin. in Schol. ad dictam Conſtit. 86 Pauli V. ſchol. 1.*
*per tot.* prætio æſtimabilia ſunt; poſſuntq; æqualia, imò ma-
jora ab hominum induſtria procuratis, noſtris præcipuè tem- 19
poribus, in quibus ferè uſque ad miraculum artis opera per-
fectiſſima cernimus. Non ſic autem reſpectu ejuſdem ſacra-
tiſſimæ Imaginis, quæ unica in toto Orbe eſt, à qua catho-
lica Eccleſia Paſchalem illam cognoſcit Antiphonam: *Re-*
*gina Cæli lætare*, teſtibus *Ciaccon. in Vita S. Gregorii I. &*
*Cherub. in Schol. ad d. Conſtit. 86. Pauli V. ſchol. 2.* ubi, quòd an-
no 592. quando ingens peſtilentia Orbem terræ afflixit, divi-
na clementia factum eſt, *ut Imaginem ipſam quocumque fer-* 20
*retur, tetra peſtilentia, Cæli gravitate cedente, optata ſa-*
*lubritas ſequeretur, qua de re gratulantibus omnibus, ecce*
*Angelus, Sanctam Virginem his vocibus de Cœlo alloquens,*
*eſt auditus: Regina Cæli lætare, alleluja Quia quem meruiſti*
*portare, alleluja, Reſurrexit ſicut dixit, alleluja. Quam*
*ubi Gregorius auribus orationum excepit, ſtatim Divino in-*
*ſtructus Spiritu, in hunc modum explevit, Ora pro nobis*
*Deum, alleluja, Exindè Antiphona ſolemnis Eccleſiæ Paſ-*
*chalis argumento lætitiæ manſit.*
Obſervo 2. quòd, cohærentèr ad d. antiquum dominium,
cuſtodia ejuſdem Sacratiſſimæ Imaginis B. Virginis, non 21
Priori Cappellæ, ſeparato, vel unito cum ſuis Cappellanis,
ſed, privativè quoad omnes alios, unicè ſpectat, & pertinet

P 2 ad

ad Canonicos, & Capitulum, ex clara diſpoſitione Bullæ Paulinæ §. 36. ibi: *Perpetuis futuris temporibus prædictæ Imaginis cuſtodia Capitulo, & Canonicis prædictæ Baſilicæ &c. ſpectet, & ſpectare debeat, quorum cura, & ſollecitudo*
22 *erit deputare locum, & ſingulares Canonicos, ubi, & apud quos claves Loci, ſeu Tabernaculi, in quo primo dicta Imago repoſita eſt, aſſervari, & Canonicos, qui primodictam Imaginem aperire, & claudere debeant*: Quod punctualiter obſervatur, nedum pro illis diebus, in quibus ſolitum eſt aperiri eandem Imaginem, ſed etiam in aliis extraordinariis
23 contingentiis, & particularibus neceſſitatibus, ut ſignanter practicatum fuit tribus continuis diebus menſis Januarii 1709. & de menſe Septembris 1715. occaſione Miſſæ, ſolemniter cantatæ in eadem Cappella ad implorandam ceſſationem flagelli mortis animalium Bovinorum: Ultra alias,
24 nimis notas extraordinarias contingentias, vel occaſione Jubilæi, vel extraordinariarum Indulgentiarum, vel demum ultima Dominica menſis Maii, occaſione Communionis generalis, quæ fit in eadem Baſilica à Patribus Societatis Jeſu; Idquè in exequutionem diſpoſitorum in dicta Bulla erectionis, in cujus §. 32. literaliter conceditur
25 Canonicis illimitata facultas, & totale arbitrium aperiendi d. Sacram Imaginem ex parte, reſpiciente Sacroſanctam Baſilicam ſequentibus verbis: *Volentes, oſtium prædictum de die ab illius parte anteriori verſus Baſilicam, ſemper poſſe à Canonicis deputatis aperiri*.

Obſervo 3. quòd idem Summus Pontifex Sepulchrum
26 pro ſuis Conſanguineis, aliiſque de ejus parentela non conſtruxit intus dict: Cappellam, ſed in illius Veſtibulo, hoc eſt in parte Eccleſiæ, quæ nullo modo conjuncta eſt, ſed omninò ſeparata, & penitùs diſtincta à d. Cappellæ ambitu, ut legitur in §. 6. omniumque oculis expoſitum eſt in d. Baſilica.

Obſervo 4. cum *Cardinal de Luc. de Juriſd. diſc. 19. num.* 3. quòd in terminis prætenſionis Territorii ſeparati, cum ve-
27 ra qualitate Nullius, quidquid antiquis temporibus diſputaverint Canoniſtæ, hodiè uno ore aſſerunt Doctores, & concordant etiam magna, & collegialia Tribunalia, quòd ſeparatum Territorium (ſunt verba *Rotæ in Mileten Juriſdi-*
28 *ctionis 27. Januarii 1716. §. Et quamvis, ſeu 16. coram Falconerio*) *non probatur per inductiones, & æquivoca argumenta, ſed requiritur privilegium Apoſtolicum, in quo expreſſè fiat ſeparatio Territorii*, latè *Fagnan.* referens ita pluriès deciſum *à C. C. in cap. Grave num. 0. de Offic. Jud. Ordin. & in cap. Nullus num. 20. de Paroch. & Rota in dec. 50. num. 1. apud Tambur. de Jure Abb. & dec 16. num. 1. apud*
29 *Proſper. de Territ. ſeparat. & dec. 395. num. 12. & dec. 411. num. 5. coram Emer. jun.* ibi: *Pro conſtitutione Territorii ſeparati requiruntur verba conceſſionis clara, & individualitèr eximentia Territorium à Diœceſi Epiſcopi, & dec. 840. num. 5 coram eodem Emer. jun & dec. 304. num. 8. par. 11. rec.* ubi, quòd in his terminis non attenditur quodcumque privi-
30 legium, ſed illud debet eſſe clarum, & expreſſum, *& dec. 70. num. 29. & 30. par. 13. rec.* ubi, quòd verba privilegii debent eſſe clara, & indubitata, *& dec. 340. num. 16. & 17. par 15. rec.* ubi, quòd eadem verba debent eſſe clara, & in-
31 dividualia, *& dec. 511. num. 4. par. 19.* ibi: *Pro conceſſione Territorii ſeparati requiruntur verba conceſſionis clarè, & individualitèr eximentia Territorium, & in dicta Mileten. Juriſdictionis 1. Aprilis 1715. § Sola enim coram Illuſtriſſimo Urbis Gubernatore* ibi: *Ad inducendam Territorii ſeparationem, & conſtituendum Locum exemptum, & in ſtatu Nullius, requiritur privilegium Apoſtolicum, in quo expreſſis verbis fiat ſeparatio Territorii*.

Cum quibus, utraque Parte acerrimè informante, proceſſit Congr. particularis Cardin. Acciajoli, Panciatici &
32 S. Clementis *in Cluſi 6. Julii 1704.* confirmata deindè *à Congreg. Concilii 28. Martii 1705.* ut referendo eandem reſolutionem obſervavi *in Tom. 2. par 1. diſc. 5. à num. 210. uſque ad finem*, & noviſſimè, ità conſtantèr, reſolvit eadem *C. C. in Anglonen. Juriſdictionis 17. Novembris 1714.* ut videre eſt *in Tom. 1. par. 1. diſc. 9 per tot. & tom. 2. par. 1. diſc. 5. pariter per totam*, in cujus terminis, ultra antiquiſſimam poſſeſſionem Abbatis Commendatarii, circa exercitium Juriſdictionis in Terra Carbonis, tot, & talia concurrebant indicia,
33 argumenta, & præſumptiones, demonſtrantes Territorii ſeparationem, ut vix dari poſſit alius caſus, in quo ſimilia, vel de facto concurrant, vel de mero poſſibili concurrere valeant, ut videre eſt *in dd. Diſceptat.* in quibus ſigillatim eiſ-
34 dem reſpondetur; Et tamen, quia non oſtendebatur ex parte ejuſdem Abbatis Commendatarii privilegium, omninò clarum, & literale, individualitèr determinans, dictam Terram Carbonis conſtituere ſeparatum Territorium, minuſquè cum notis requiſitis concludenter probabatur immemorabilis conſuetudo, eadem Cong. conſtantiſſimè in eo fuit 35
ſenſu à principio, & ſemper in eo permanſit uſque ad finalem exitum Cauſæ, quòd nullo modo conſtaret dict ſeparat. Territ.

Attentiſſimè autem ſemel, iterum, & tertiò perlecta eadem Paulina Conſtitutione, nullum omnino verbum in illa legitur, quòd dictam ſeparationem Territorii clarè, & in- 36
dividualitèr, ac indubitatè importet, & proindè videtur nimis fundata intentio Capituli Liberianæ Baſilicæ pro excluſione Territorii ſeparati reſpectu dictæ Cappellę Paulinę, *ex authoritatibus ſupra citatis*.

Nec dicatur, quòd tot, & talia legantur privilegia, immunitates, & exemptiones ejuſdem Cappellæ, illiuſque 37
Miniſtrorum in præfata Conſtitutione Paulina, ut forſan majora non verificentur reſpectu alterius Loci, vel Cappellæ in toto catholico Orbe, quæ tanquam neceſſarium antecedens ſupponant, & important dictam ſeparationem Territorii.

Redit enim ſemper eadem ſolida reſponſio, dd. claſſicis Authoribus, & placitis ſupremorum, & maximorum Tribunalium innixa, quòd Territorium ſeparatum nunquam 38
dicitur probatum à ſimilibus privilegiis, quantumcunque amplis, amplioribus, & ampliſſimis, niſi iſta præſeferant individualem, claram, & indubitatam expreſſionem Territorii ſeparati, quæ expreſſio, & Conſtitutio Territorii ſeparati in dicta Paulina Conſtitutione, nullo modo legitur, & propterea in noſtris terminis de illa nullatenus conſtat.

Imò tantùm abeſt, quòd eadem privilegia, & exemptiones, quæ in rei veritate ampliſſima ſunt, dictam Territorii ſeparationem probent, quin potiùs illam ad hominem ex- 39
cludant, ea viva ratione, quam ſequentibus verbis, cumulatis concordantibus, adducit *Rot. in Mileten. Juriſd. 1. Aprilis 1715. §. Et ratio coram Falconerio. Quia ſi Abbas habuiſſet Territorium ſeparatum, nec exemptionem paſſivam, nec aliis, ut ſupra indiguiſſet &c Ipſaque met conceſſio particularium prærogativarum, indigitat, reliquas non conceſſas fuiſſe reſervatas, & ut priùs relictas ſub Juriſdictione Epiſcopi* 40
*& penitus excludere Territorii ſeparationem, & 27 Jan. 1716. § Univerſo coram eodem*, ubi, quòd partialis conceſſio prærogativarum, & exemptionum *nullo modo compatitur cum Territorii ſeparatione*: Circa quam communiter receptam concluſionem concordant etiam alii, quos referunt, & ſequuntur *Franch in cap. Poſtulaſti n. 10. verſ Quando Prælatus de Foro compet Lotter. de Re benefic. lib. 1. qu. 24. nu 96. & ſeq. & Rota dec. 411 à n. 1. & per tot. & dec. 840 n. 4. & 5. cor. Emer. jun. & dec. 70. n. 42. & ſeq. par. 13. rec.*

Omnia hæc in ſe clara, clariora redduntur ex ſubſequuta obſervantia, quæ in qualib. re eſt optima interpres, & ſi- 41
gnantèr in Apoſtolicis Conſtitutionibus principem obtinet locum, juxta firmata *per Rotam in Bononien. Sportularum 22. Junii 1693. § Quæ clariora coram Molines, & in Romana Clericatus Beneficiatis S. Petri 3. Decembris 1696. §. Quòd talis cor. Eminentiſſimo Priolo*, & in noſtris terminis ſimilis exemptionis Cappellæ Lauretanæ *in dec. 455. num. 1. par. 4. rec.* cum aliis concordantibus, citatis *in tom. 1. par. 1. diſc. 5.* 42
*num. 41 & par. 2. diſc. 16 num. 101.* ubi relatis aliis concordantibus, fruſtra hic tranſcribendis, obſervo, id verum eſſe, etiamſi contrarius intellectus de Jure verior eſſet, magiſque accommodatus verborum ſenſui, ea ratione, quia talis dicitur ſenſus in verbis Apoſtolicorum privilegiorum, qualem 43
demonſtravit ſubſequuta obſervantia, quibus addo *Rotam*, in ſpecie loquentem de interpretatione privilegiorum Apoſtolicorum circa Territorium ſeparatum, *in deciſ. 12. num 23. Verſ. Poſita autem obſervantia apud Proſper. de Territ ſeparat.*

Ultra enim individualem caſum R. P. D. Burgheſii, noſtra ætate immatura morte defuncti, cujus cadaver aſſociatum 44
fuit à Miniſtris Baſilicę, à quibus etiam peractę fuerunt omnes funebres functiones, fuit mihi exhibitus Cathalogus omnium ſacrarum functionum, quæ à Capitulo, & Canonicis per totum anni curſum quolibet menſe peraguntur in eadem Cappella, quę excedunt numerum quinquagenarium, & quę tali evidentia excludere videntur qualitatem *Nullius*, & 45
Territorii ſeparati reſpectu ejuſdem Cappellę, ut nil clarius, nihilque evidentius de mero poſſibili ad dictum effectum adduci poſſit, eò quia eędem ſacrę functiones in dicta Cappella 46
Paulina, nedum fiunt præſentibus, & non reclamantibus Priore, & Cappellanis, ſed multoriès iidemmet ſumma pace inſerviunt, & aſſiſtunt eiſd. fac functionibus.

Quia

Quia verò æquè longum, ac inutile eſſet ſpecialitèr conſi-
47 derare omnes dd ſacras functiones, quæ regiſtrantur in par-
ticulari Folio, congruum nihilominus exiſtimavi aliquas ex
eiſdem percurrere.

I. Eſt illa, quæ expletur in ultima Dominica menſis Ja-
48 nuarii in feſtivitate Tranſlationis Sacratiſſimæ Imaginis B.
Mariæ Virginis, cujus claves retinentur à Miniſtro, de-
putato à Capitulo. Dicta enim die, non ſolùm in eadem
Cappella Canonici Miſſam celebrant, & Veſperas ſolemni-
tèr canunt, ſed ad d. effectum accedunt ad eandem Cappel-
49 lam proceſſionalitèr, & cum propria Cruce, quòd ſæpe
etiam in aliis ſimilibus functionibus intra annum indiſtinctè
practicatur. Hujuſmodi autem Crucis delatio intus d. Cap-
pellam ſeparationem Territorii prorſus excludit, juxta tra-
dita per *Abb. in cap. 1. num. 7. ibiquè But. num 6 Ut lite pend.
Ventrig. de Juriſd. Archiep. cap. 17. num. 8. & cap. 18. num.
6. & Pignatell. conſ. 63. num. 20. tom. 8. & Rota in Caſſanen.
Jurium Parochialium, ſeu Præeminentiarum 7. Junii 1707.
Quo verò Verſic. Maximè cor. b m. Caffarello*, ubi refert, &
ſequitur reſolutionem *Sac. Concil. in Romana Funer. 19. Ja-
nuarii 1682. ad 3. dubium*.

II. Eſt illa, quæ fit die 28. Jan. occaſione Anniverſar. ſ.
50 m. Pauli V. quod reiteratur die 28. Julii, una cum alio, quod
fit die 2. Octobris pro Card. Scipione Burgheſio; Hujuſm.
enim tria Anniverſaria non peraguntur à Priore, & Cap-
pellanis Cappellæ Paulinæ, ſed ab ipſiſmet Canonicis, &
toto Clero d. Baſilicæ, cujus Sacriſtiæ relinquuntur duæ ex
tribus partibus Intorſtitiorum, quæ apponuntur propè tu-
51 mulum, reliqua tertia parte relicta Sacriſtiæ ejuſdem Cap-
pellæ, ut ſemper in præteritum practicatum fuit, & de
præſenti inconcuſſè practicatur, cohærentèr ad diſpoſita in
Bulla erectionis §. 43. *in fine*.

Videtur proindè nimis exorbitans prætenſio, ut ab iiſdem
52 Canonicis, aliiſque de Clero Baſilicæ expleri non poſſint in
in eadem illæ funebres functiones pro Conſanguineis, &
Affinibus præfati Pauli V. quæ in illa fiunt pro Fundatore,
53 & d. D. Cardinali Scipione primo Patrono, ſpecialiſſimè
contemplato in Bulla erectionis. Si enim illa dici aliquo co-
lore poſſet Territorium ſeparatum, cum vera qualitate
*Nullius*, nihil magis proprium, nihilque congruentiùs,
quàm quòd eadem ſolemnia Anniverſaria celebrari deberent
à Priore cum ſuis Cappellanis; Ad excludendum præcipuè
54 inconveniens illud, ut in una, eademque Eccleſia aliquæ
funebres functiones fiant à Clero Baſilicæ, aliæ verò ab eo-
dem Clero in illa expleri nequeant.

III. Eſt illa, quæ fit in die Purificationis Beatæ Mariæ
55 Virginis, in qua, nedum Miſſa ſolenniter cantatur in præ-
fata Cappella ab uno ex Canonicis, cum aſſiſtentia, &
præſentia Prioris, & omnium Cappellanorum, ſed quod
magis eſt, ab eodem Celebrante ante Miſſam, ut mos eſt,
publicè benedicuntur omnes candelæ, diſtribuendę toti Cle-
ro dictæ Baſilicæ, comprehenſis etiam Cappellanis utriuſ-
què Cappellæ, Sixtinæ nimirum, & Paulinæ, cujus Prior,
56 & Cappellanis poſt ultimos Cappellanos Baſilicæ, qui ab
eorum Inſtitutore denominantur *Fonſecchi*, accedunt ad Al-
tare ad accipiendas candelas è manibus Celebrantis, & poſt
ipſos accedunt pariter Muſici ejuſdem Cappellæ Paulinæ;
Quæ omnia notoria ſunt in eadem Baſilica, & prorſus
57 incompatibilia cum propria denominatione *Nullius*, &
cum qualitate Territorii verè ſeparati, quia in illis termi-
nis, in quibus hæc verificantur, omnia iſta peragun-
tur ab inferioribus Prælatis, ſeu à Capite Eccleſiæ *Nullius*,
non autem à non habentibus in illis Juriſdictionem, ex latè
deductis per *Ciarlin. contr. for. 67 per tot tom. 1.* cum con-
cordantibus, citatis à *de Proſper. de Territor. ſeparato qu.
5. num. 50. & 51.*

IV. Eſt illa Expoſitionis Venerabilis, quæ per tres con-
58 tinuos dies quolibet anno fit in Baſilica in Dominica Quin-
quageſimo cùm duabus ſequentibus Feriis 2. & 3. Non ſo-
lùm enim eædem ſolemnes functiones explentur à Cano-
nicis, una cum toto Clero dictæ Baſilicæ, ſed cupientibus
59 Priore, & Cappellanis tempore hujuſmodi Expoſitionis,
ut à Muſicis cantentur aliquæ ſacræ Antiphonæ, vel ut
eodem tempore d. Expoſitionis fiant Simphoniæ, ad d. ef-
fectum mihi in facto ſupponitur, quòd licentiam, & per-
miſſionem petant à Canonicis, quòd ex diametro pugnare
60 videtur cum verò Territorio ſeparato, quia in domo pro-
pria, & à nemine alio dependente, quilibet facere poteſt
quidquid vult, ad *Text. in leg. In re mandata Cod. Mandat.*
cum concordantibus apud *Barboſ. axiom. 199. num. 1.* Li-
centia autem ſupponit ſubjectionem, & dependentiam, ex
adductis *in dec. 922. num. 3. coram Dunoz. jun. & dec. 723. n.*
*6. coram Cer. & in Derthuſen. Juriſd. 26. Aprilis 1694. §. Et
his accedit, cor. Card. Caprura*, cum aliis, citatis *in Tom. 1.
par. 1. diſcept. 6. n. 103.*

V. Eſt illa, quæ fit occaſione Dedicationis noſtræ Ec-
cleſiæ die 5. Auguſti, quæ ex ſe ſola, etiam ſeparatim conſi- 61
derata, potens eſt ad excludendam omnem omninò præ-
tenſionem ſeparationis Territorii, cum qualitate *Nullius*:
Cùm enim eadem die Cardinalis Archipresbyter ſoleat in-
tervenire ſacræ functioni, una cum aliis Cardinalibus, vel
ab ipſo invitatis, vel ex propria devotione ad Baſilicam ac-
cedentibus, idem Cardinalis Archipresbyter, nedum ul- 62
timum occupat locum inter alios Cardinales, promotione,
vel gradu poſteriores, ſed ipſe ſolus utitur veſte rubea, cum
Genuflexorio parato ante ſe, quæ ſunt duo ſpecifica, &
clara ſigna, prorſus excludentia qualitatem Territorii ſe-
parati, cum denominatione *Nullius* in illo Loco, ubi pe- 63
raguntur, eò quia notum eſt, quod practicantur à Cardina-
libus in Eccleſiis, quarum ſunt Titulares, & in quibus ju-
riſdict. habent, non autem in illis, in quibus ſolam Cardi- 64
nalitiam figuram gerunt, qua attenta, utuntur Cappa ſi-
milis coloris cum aliis DD. Cardinalibus, occupant locum
eorum promotionis, & nullum ante ſe diſtinctum Genufle-
xorium retinent, prout hæc omnia notoria ſunt in Urbe
ipſiſmet Scopatoribus & Campanaribus Eccleſiarum.

VI. Eſt illa, quæ peragitur die 15. Auguſti occaſione So-
lemnitatis Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, quæ eò 65
majorem meretur animadverſionem, quò ortum habet ex
facto Papæ, ſeu Sacriſtæ Cappellæ Pontificiæ; Eſt enim
æquè laudabilæ, ac antiquiſſimum ſolitum, quòd in illis 66
Cappellis Papalibus, quæ fiunt extrà Cappellam Pontifi-
ciam, Sacriſta ejuſdem Cappellæ Pontificiæ mittit Miſſale
ad Cardinalem Titularem ejuſdem Eccleſiæ, in ſignum
celebrationis Miſſæ ſolemnis pro ea die, qua Summus Pon-
tifex accedet ad d. Eccleſiam, ut quolibet anno practica-
tur cum Cardinali Titulari Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Popu-
lo, occaſione Cappellæ Papalis, quæ in ea habetur die 8. 67
Septembris, feſto Nativitati Beatæ Mariæ Virginis ſacro.
Cùm igitur hoc idem ad unguem practicetur quolibet anno
in dict. die Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis cum Archi-
presbytero Baſilicæ, qui, quando in Sacerdotali ordine
conſtitutus non eſt, vel quando in tali ordine eſt, reperitur
legitimè impeditus, eundem Miſſalem ad dict. effectum 68
tranſmittit alteri D. Cardinali, ſibi benè viſo; Videtur ex
hoc innegabile facto, quolibet anno repetito, clarè demon-
ſtratum, quòd Cappella Paulina à Summo Pontifice nullo
modo habeatur pro taliter diſtincta, taliterquè ſeparata à
corpore noſtræ Baſilicæ, ut gerat figuram Territorii ſepa- 69
rati, cum qualitate *Nullius*, utquè in illa Archipresby-
ter nullam omninò Juriſdictionem habeat; Sed potiù
præter illos caſus exemptionis, & independentiæ, qui li-
teraliter expreſſi ſunt in Bulla erectionis, idem Summus
Pontifex habet eandem Cappellam pro una ex partibus Baſi-
licæ, cum illa ſubordinatione ad illius Caput, ſeu Card. Ar-
chipresbyterum, & ad Canonicos, illius principaliora mem-
bra, quam habent aliæ Cappellę, exiſtentes in eadem Baſi-
lica.

VII. Eſt illa, quæ omnium oculis publicè expoſita eſt in
die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum,
quando unus ex Canonicis paratus, aſſociatuſque à Diaco-
no, & Subdiacono, aliiſque de Clero Baſilicæ, aſpergen- 70
do luſtrali aqua omnia Sepulcra, in eadem Baſilica exiſten-
tia, & ingrediendo utramque Cappellam Sixtinam, & Pau-
linam, eodem modo aſpergit Sepulchra Summorum Pontifi-
cum, in illis exiſtentia, qui actus non ſolùm ex diametro re- 71
pugnat prætenſæ ſeparationi Territorii, ſed potiùs digito
oſtendit dependentiam, & annexionem dd. Cappellarum in
illis rebus, & functionibus, quæ in earum fundatione non
fuerunt reſervatæ illarum Priori, & Cappellanis. 72

VIII. Eſt illa ſolemnis functio, quæ non à Canonicis,
& toto Clero Baſilicæ, ſed à ſolis Cappellanis, Toletanis
nuncupatis, quolibet die Sabathi peragitur in dict. Cap-
pella Paulina, mediante recitatione Litaniarum, quę priùs
recitabantur poſt Veſperas ante Altare antiquum Beatę Ma-
riæ Virginis, & vigore dict. Bullæ erectionis §. 27 hodiè re- 73
citantur de manè, quando nulla petita licentia, ſeu per-
miſſione à Priore, vel ab alio Miniſtro dictæ Cappellæ, col
legialiter accedunt præfati Cappellani Toletani ad dict. ſa-
cram functionem; Qui actus clarè videtur excludere quali-
tatem denominationis *Nullius*, & exiſtentiam Territorii
ſeparati. Eò quia ſimiles ſacræ functiones expleri nequeunt
in aliena Diœceſi, & diverſo, ſeparatoque Territorio,
ſine permiſſione Prelati inferioris, ſeu eius, qui figuram gerit

Capitis Eccleſiæ, vel Cappellæ, quæ prætenditur conſtituere Territorium ſeparatum, cum vera denominatione *Nullius*, ut practicari quotidiè ſolet in Cappella SS. Virginis Lauretanæ, in qua, attenta illius vera qualitate *Nullius*,
74 cum proprio Territorio ſeparato, nedum ſimiles collegiales, & publicæ ſacræ, & devotæ functiones, ſed neque etiam privatæ, & particulares functiones fiunt, niſi ex ſpeiali permiſſione, & præcisa licentia Miniſtrorum d. Cappellæ, ut eſt notorium.

Imo ex hoc innegabili facto Cappellæ B. Virginis Lauretanæ aliud deſumitur ſolidum argumentum, excluſivum
75 qualitatis *Nullius*, ſeu Territorii ſeparati reſpectu noſtræ Cappellæ, eò quia, ex animadverſis per *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 33. num. 1. & diſc. 35. num. 9. verſ. Et quamvis*, eadem Cappella Lauretana non ab alio Pontifice, ſed à Paulo V. Fundatore noſtræ Cappellæ, recognovit dictum ſeparatum Territorium, & innegabilem denominationem *Nullius*, ex illa forſan congruentia, quam adducit *Rot. in deciſ. 106. in princ. par. 10. rec.* ut ſcilicet tali honorificentia decoraretur Domus illa, in qua Unigenitus Dei Filius carnem
76 aſſumere dignatus fuit, & concordat *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 30. in princ. & de Præeminent. diſc. 16. num. 6.* Sicuti igitur, quando idem Summus Pontifex concedere voluit Territorium ſeparatum, & qualitatem *Nullius* tribuere dictæ Cappellæ Lauretanæ, id ſcivit facere, & claris verbis expreſſit reſpectu ejuſdem Cappellæ Lauretanæ, ita
77 etiam expreſſiſſet in noſtro caſu in ordine ad ſuam Cappellam, ſi id voluiſſet; Quod cùm non fecerit, ſed contentus fuerit magnas dumtaxat, nimiſque raras prærogativas, & determinatas exemptiones, necnon generalia privilegia concedere Priori, & Cappellanis præfatæ ſuæ Cappellæ, dicendum eſt, noluiſſe concedere d. qualitatem *Nullius* cum Territorio ſeparato, ad *Tex. in leg. unica §. Sin autem ad deficientis C. de Cad. tollen.* cum aliis apud *Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num. 43. & ſeq. & Rot. dec. 145. num. 26. & 27. cor Cerro.*

Magnificanda pariter ad noſtrum effectum 8. loco videtur Sententia, lata à Coccino Rotæ Auditore, qua median-
78 te definitum fuit (ſunt ejus verba) *Dicimus, pronunciamus &c. lucra, obventiones, & emolumenta funeralia quæcumquè, hactenus proventa, & in futurum provenienda ex delationibus Cadaverum utriuſquè ſexus Familiæ Perettæ, & aliorum quorumcumquè, in dicta Eccleſia, ſeu Cappella tranſportatorum, & tranſportardorum in futurum, & ex quibuſcumquè Exequiis, & Anniverſariis, hactenus celebratis, &
79 in poſterum celebrandis, pro defunctis, & ſepulturis, tam intra d. Cappellam, quàm extra, in Sepultura eiuſdem Familiæ in Veſtibulo, ſeu in limine, & propè gradus eiuſdem Cappellæ exiſten &c. pertinuiſſe, & ſpectaſſe, & pertinere, ac ſpectare ad dd. Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, & ſuper illis nullum jus, nullamquè actionem Præpoſito, & Cappellanis d. Cappellæ SS. Præſepe competiiſſe, nequè competere &c.* Eò quia agitur de Sepulturis, poſitis in
80 eiſdem prorſus locis, reſpectu utriuſque navis Baſilicæ, dum utraquè extructa fuit in veſtibulo utriuſquè Cappellæ, propterea diſpoſitum in una, dicitur pariter diſpoſitum de alia, concurrente eadem individuali natura, & ſitu utriuſquè ſepulturæ, ex traditis per *Alex. conſ. 73 n. 3. & 4. lib. 5. Fulgoſ. conſ. 15. n. 2. & Rot. dec. 384. n. 13 par. 17. rec.*

IX. Eſt illa, quæ quolibet Sabbato practicatur in Litaniis
81 B. M. Virginis, quæ in eadem Cappella Paulina cantantur, quando Canonici præcedunt omnibus Prælatis, etiam in Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali dignitate conſtitutis, & ſine Cappis eiſdem Litaniis aſſiſtentibus, nedum præſentibus Cappellanis, ſed exiſtentibus in longè inferiori loco, ut experientia notum eſt, & notat *Card. de Luc. de Præeminent. diſc. 9. in fine, & in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 38 num 18.* Si enim eadem Cappella reſpectu Baſilicæ dici poſſet Territorium ſeparatum, monſtruoſum, eſſet quòd
82 in illa Canonici præcedere poſſent Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, eò quia in Loco tertio, & in illis functionibus, in quibus non aſſiſtunt collegialiter, omni Jure Canonici Baſilicarum Urbis præcedentiam dare tenentur, & de facto ſemper illam dare ſolent dictis Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, ex adductis ab *Altovito apud Rembold. vot. 8. n. 6. & ſeqq.*

X. Demum (aliis gratia brevitatis omiſſis, de quibus in
83 d. Folio ad partes) non eſt fundatus diſcurſus, nequè veriſimilis conjectura, ſed probatio, ad hominem oſtendens, Cappellam de qua eſt quæſtio, nullo modo nulloquè colore dici poſſe Territorium ſeparatum, cum vera, & propria denominatione *Nullius*, eò quia claves ſacratiſſimæ Imaginis, non à Priore, minuſquè ab alio Miniſtro ejuſdem Cappellæ, ſed à ſolis Canonicis Baſilicæ retinentur,
itaut à parte nobiliori reſpiciente eandem Baſilicam non 84
poſſit aperiri Tabernaculum, ubi illa repoſita eſt, minuſquè Populo adoranda exponi, niſi ab aliis Canonicis, qui ad dictum effectum à Capitulo deputati ſunt, ut experientia notum eſt, clarè diſponitur *in Bulla erectionis §. 37. & 38.*

Ex hoc enim innegabili facto duo inferuntur. I. Quod re-
tentio Clavium penès Canonicos importat prærogativam, 85
ex diametro oppoſitam prætenſioni Territorii ſeparati, & independentiæ totalis, itaut applicari poſſint termini denominationis *Nullius*, *ad Text. in l. Clavibus ff. de Contract. empt.* & ex animadverſis per *Card. de Luc. de Emption. diſc. 10. ſub num. 6.* & firmatis per *Rot. dec. 859. num. 6. & deciſ. 1311. num. 5. coram Emer. jun. & in Auguſtana Juriſp. ſuper*
*negotio principali 31. Januarii 1695. §. Hiſquè corroborativè*, 86
*& ſuper reintegratione 10. Junii ejuſdem anni §. A' reintegratione cor. Urſino*, cum aliis concordantibus, de quibus *in Tom. 1. par. 2. diſcept. 12. n. 37.*

Et in præciſis terminis noſtræ Baſilicæ, loquendo de clavi-
bus, quas Capitulum retinet alterius Cappellæ Sixtinæ, in 87
ſpecie advertit *Card. de Luc. de Juriſd. diſc. 351. num. 11. in fine*, ibi: *Unde propterea ipſius Baſilicæ Capitulum retinet d. Cappellæ claves pro Sacramentis miniſtran. &c. & conſequenter impoſſibile eſt dare hujuſmodi omnimodam ſeparationem.*

II. Verò, quòd videtur nimis monſtruoſum, habetquè
ſpeciem veri paradoxi prætenſio, quòd Cappella aliqua 88
dicatur, & ſit verum Territorium ſeparatum, cum propria denominatione *Nullius*, & tamen illius Caput, ſeu Rector, vel Patronus, non ſolùm non ſit Dominus illius principalis Imaginis, ſed neque etiam habeat illius ſimplicem cuſtodiam; Imo neque ſemel ſaltem poſſit illam aliis
devotionis cauſa oſtendere, vel Chriſtifidelibus adoran- 89
dam exponere, ſed ad hunc effectum opus habeat recurrere ad alium, apud quem permanent prædictæ Imaginis claves, qui vè è converſo ſemper poteſt eandem Sacram Ima-
ginem Populo oſtendere, illiuſque Tabernaculum aperire, 90
juxta præciſa verba Bullæ erectionis, de quibus *in §. 37. in fine, & §. 38 in princip.* Et in noſtris terminis benè diſcurrit *Rot. in Burgen. Juriſd. ſuper Commiſſione curæ 26. Junii 1715. §. Verùm ab hoc, coram Criſpo*, ubi, quòd non dicitur liberè, & omnimodè poſſe diſponere illum, qui alterius authoritatem exquirere remanet adſtrictus.

Ex quibus nulla videtur ſupereſſe neceſſitas particulari-
ter, & in ſpecie reſpondendi verè magnis, exemptionibus, 91
& multis verè ſingularibus privilegiis, dictæ Cappellæ, ejuſquè Miniſtris in Bulla erectionis gratioſiſſimè conceſſis: Illa enim omnia ſuum operantur effectum in circumſtantiis, & terminis, in quibus conceſſa apparent, juxta eorum obvium, & literalem ſenſum; Nullo autem modo importare valent Territorii ſeparationem, & denominationem
qualitatis *Nullius*, ad quem effectum, ut ſupra obſervavi- 92
mus, & opportunè repetimus, non ſufficiunt verba generalia, quantumvis ampla, & ampliſſima, ſed omninò, & præciſè requiruntur verba clarè, & literaliter, atque individualiter eximentia Territorium à Diæceſi Epiſcopi ex allegatis ſupra: Quibus addo alios, citatos *à Bertacchin.*
*Vot. dec. 141 num. 12. & ſeq.* ubi, quòd hodiè ad probandum 93
Territorium ſeparatum, unum de duobus neceſſariò probandum eſt, vel ſcilicet privilegium clarum, literale, & indubitatum, vel conſuetudo immemorabilis, concludenter
probata, cum ſuis notis requiſitis, quod probat etiam *de* 94
*Proſper. de Territ. ſeparat. q. 29. n. 21.*

Et tamen ad omnem abundantiorem cautelam, percurren-
do aliqua, à quibus colorari poteſt prætenſio Territorii ſe- 95
parati.

Non obſtat primò, quòd Cappella Paulina videatur peni-
tùs diſtincta à Baſilica, eò quia habeat particularem Por- 96
tam, per quam ad illam habetur ingreſſus, abſquè neceſſitate ingrediendi per unam ex Januis ejuſdem Baſilicæ.

Objectum enim non regit in facto, & non relevaret in 97
Jure.

Non regit in facto idem objectum, quia parva illa Porta,
de qua loquitur objectum, non correſpondet immediatè ad 98
Cappellam, ſed ad manſiones propè Sacriſtiam, quæ ædificatæ fuerunt pro majori commodo Miniſtrorum Cappellæ, non autem pro habendo ingreſſu ad eandem Cappellam, ut expreſſè legitur in Bulla erectionis §. 7 ibi: *Sacriſtiam quoque, eidem Cappellæ novæ annexam, ad illius uſum, necnon plures Manſiones, ad majorem commoditatem*

*adjun-*

*adjunximus*: Et proindè eadem parva Porta, verè, & pro-
priè deſtinata ad majorem commoditatem dd. manſionum,
99 annexarum Sacriſtiæ, non poteſt ad longè diverſum effectum
ſeparationis Territorii detorqueri, *ad Text. in leg. Papinia-
nus ff. de Minorib.* cum concordantibus *apud Anſald. dec. 29.
num. 11.*
Minùs idem objectum relevaret in Jure, quando etiam
100 adverſus rei evidentiam, ſupponeremus, parvam portam
correſpondere immediatè ipſimet Cappellæ, ea ratione, quia
in iſtis terminis, quos per modum falſę hypotheſis hìc conſi-
deramus, ad omne pejus eſſemus in concurſu duarum Por-
tarum ejuſdem Cappellæ, hoc eſt, illius parvæ Portæ,
quàm hìc gratis ſupponimus correſpondere immediatè ipſi-
met Cappellæ, quævè ſemper clauſa eſt, & alterius ma-
gnæ, ac ſpatioſę, quæ omnibus patet, omniumque oculis
expoſita eſt ex parte Eccleſiæ. In his autem terminis omnes
101 Doctores concordant, quòd ad oſtendendam ſubjectionem
Domus, ſeu Cappellæ, duas habentis portas, attenditur il-
la, quæ eſt nobilior, magiſquè frequentata, ut, antiquio-
ribus omiſſis, videre eſt apud *Amat. dec. 133. per tot. poſt il-
las Caroc. Boſs. de Matrim. cap. 4. num. 7. de Juſtis de Diſpen-
102 ſat. matr. lib. 2. cap. 19. num 64. & 95. Barboſ. de Poteſtate Epiſ-
copi alleg. 39. n. 71 Panimoll. dec. 5 adnot. 1. n. 57. & dec. 120 nu-
30. Oliv. de For. Eccleſ. p. 3. q. 19 à num. 1. & de Proſper. de Ter-
ritor. ſeparat q 9. n. 24.*
nis eidem Eccleſiæ imponi ſervitus, qualis eſt obligatio quo-
tidiè alta voce canendi prædictum Officium, cum quotidia-
no ſaltem poſſibili impedimento, & perturbatione aliarum
Eccleſiaſticarum functionum, quæ in d Eccleſia Parochia-
li eodem tempore fieri poſſunt, ut de ſe patet. Præcipuè
conſiderando qualitatem Parochialitatis, in eadem Eccleſia
exiſtentem, necnon obſervando quotidianum, nimiſque fre-
quentem Chriſtifidelium concurſum ad dictam Eccleſiam,
13 circa quem integrum compoſuit librum *del Diece* Epiſcopus
Bruguatenſis ſub titulo: *Il Concorſo quotidiano della Ma-
donna delle Vigne di Genova*, cum aliis, latè expenſis in
*Tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 7. *num.* 34. 120 *&* 125.

Eò autem magis applicari videtur eadem punctualis reſo-
lutio Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ in d. Cauſa *Ro-
14 mana*, quo in illa ſex concurrebant circumſtantiæ talis natu-
ræ, ut à fortiori militent in præſenti caſu.

I Enim loco agebatur in illa de ſolis 39 Anniverſariis,
ſeu Miſſis cantatis in toto anno, & conſequenter de ſervitu-
15 te ferè per 12. partem totius anni. In noſtro autem ſermo eſt
de onere quotidiano, neque etiam exceptuatis feſtivitatibus
Natalis, Paſchatis, & ſimilibus primæ claſſis ſolemnitati-
bus. Idque adverſus notas Rubricas.

II. In dicto caſu non revocabatur in dubium ampliſſimum
Juſpatronatus, à duobus, & ultra Sæculis acquiſitum ab
Archiconfraternitate, cum effrænatis clauſulis faciendi in
ſitu controverſo quidquid ipſis Confratribus beneviſum fuiſ-
16 ſet, & placuiſſet, *irrequiſitis Canonicis, & Capitulo præ-
fatis*, juxta præciſa verba Inſtrumenti, quòd per extenſum
exhibitum fuit in d. Congreg. Viſit. Apoſtol. In noſtro, juxta
contrariam prætenſionem, agitur de prætenſo Jurepatrona-
tu, quod aſſeritur quidem exadversò hoſterna die acquiſi-
tum fuiſſe à Monialibus Sancti Pauli Genuæ, ſed prorsùs
ignorantur qualitates, & conditiones talis acquiſitionis,
quæ cùm facta ſit de recenti, atque exadversò nullatenùs af-
feratur Inſtrumentum acquiſitionis, non ſine fundamento
dubitari poteſt, quòd præjudicialis ſit Jacobo, illud non ex-
hibenti, juxta firmata per *Rot. deciſ.* 294. *num.* 21. *coram Prio-
lo, & deciſ.* 644. *num* 9. *coram Cerr.*

III. In dicto caſu Cappella patronata Archiconfraterni-
tatis conſtituta reperitur in angulo Eccleſiæ, longequè po- 17
ſita ab Altare majori, & Choro Canonicorum; Noſtra
autem Cappella poſita eſt à cornu Evangelii Altaris majoris,
& ſic propè ipſum, juxta Architectorum Relationem.

IV. In dicto caſu petebat Archiconfraternitas pia onera
adimpleri facere à ſuis Cappellanis, qui excedunt nume-
rum 25. qualibet die Miſſas celebrantibus in d. Cappella,
habente annexam propriam, & magnificam Sacriſtiam, 18
prorsùs ſeparatam, & diſtinctam à Sacriſtia Canonicorum.
In noſtro Cappella Jacobi nullam ex his prærogativis ha-
bet, ſed in omnibus, & per omnia quoad Miſſas, quæ in
illas celebrantur, dependentiam habet à Sacriſtia Eccleſiæ
Canonicorum.

V. In dicto caſu inſiſtebatur pro dicta facultate *pro eo tem-
pore* (ſunt verba dubii) *quo non perturbantur functiones Ca-* 19
*pitulares*; In noſtro autem hujuſmodi præjudicium, & per-
turbatio functionum de facili verificari poteſt, eò quia agi-
tur de Eccleſia Parochiali, in qua juxta caſus contingentias
poſſunt fieri functiones in illis horis, & eo tempore, quo ca-
nitur d. Officium.

VI. Demùm, in dicto caſu inſtantia promovebatur ex
mera neceſſitate, atque ad ſublevandam eandem Archicon-
fraternitatem à Summis anguſtiis, quibus præmebatur, & 20
ad illam liberandam à mole multorum debitorum, quibus
ſuffocabatur; In noſtro autem illa promovetur ex mera vo-
luntate Jacobi, qui ad inſtar herinacii, cùm à tribus an-
nis ex gratia pedes poſuerit in noſtra Eccleſia, ſive in una
ex illius Cappellis, ſub titulo, ſeu prætextu Juriſpatrona-
tus, vellet hodiè conculcare Dominos, & Rectores ejuſ-
dem Eccleſiæ, eoſdemque obligare ad recipiendas illas ſer-
vitutes, quæ idem inſigni Collegiatæ Eccleſiæ nullo modo
conveniunt.

Et ex his remanet prorſus inapplicabilis authoritas *Card.
de Luc de Legat. diſc.* 5. & reſolutio Sac. Congreg. de Pro- 21
paganda Fide, ibidem citata, & exadversò magnificata;
Eò quia in illis ſermo eſt de celebratione Miſſarum lectarum,
à Card. Cornelio relictarum in Eccleſia Sanctæ Mariæ de
Victoria Patrum Carmelitarum Excalceatorum, & ſic de
functionibus privatis, & ſine ſtrepitu, ſeu cantu practican-
dis in Cappellis patronatis, à quibus non poteſt aliquid in-
ferri ad noſtrum caſum, in quo agitur de functione publica,
& ſtrepitoſa cum cantu, importante ſervitutem in tota Ec-
cleſia pro eo tempore, quo prætenditur adimpleri, ut de
ſe patet.

Toto ſpiritu ſupplicantes hic, cohærenter ad ea, quæ ab
Eminentiſs PP. Congreg Viſit. Apoſtol. ſolidè conſiderata fue- 22
runt in d. *Romana anni* 1712. obſervare palpabilem illam dif-
ferentiam, quæ intercedit inter celebrationem unius, vel
plurium Miſſarum lectarum in Cappella patronata, quæ
functio nullam involuit Eccleſiæ ſervitutem, nullumque im-
portat impedimentum aliarum functionum in tota Eccle-
ſia, & inter functionem ſolemnem, cum cantu, totam Ec-
cleſiam occupante, & repelente, atque pro eo tempore, quo
ad praxim reducitur, impediente omnem aliam functionem
in eadem Eccleſia; cum qua ſolida diſtinctione proceſſum
fuit in d. *Romana*, & re maturè perpenſa firmatum fuit, pri-
mam functionem fieri poſſe in Cappella patronata ex ſola vo- 23
luntate Patroni, ſecùs verò ſecundam, quæ invito Recto-
re, ſeu Adminiſtratore Eccleſiæ nullo modo ad praxim re-
ducibilis ſit.

Nec dicatur, quòd hujuſmodi verè pium Opus, uti ten-
dens ad majorem divinum cultum, & uti habens annexam
congruam diſtributionem, habito reſpectu ad illos qui per
turnum debent illud adimplere, omni Jure acceptandum 24
ſit, atque omnibus viis procurandum, ut ad praxim re-
ducatur, juxta animadverſa in *Tom.* 1 *part.* 2. *diſcept.*
28. *num.* 4.

Strictè enim reſpondendo dicimus, quòd hujuſmodi pium
Opus tria includit, onus nimirùm, ſeù ſervitutem Eccle-
ſiæ, emolumentum illorum, qui illud debent adimplere, 25
& honorem, ſeu divinum cultum, qui reſultat ex recitatio-
ne dicti Officii SS. Crucis.

Si conſideretur primum, hoc eſt onus, ſeu ſervitus Ec-
cleſiæ, repugnat omnibus principiis, quòd quis invitus coga- 26
tur humeros ſupponere oneri, vel ſervituti, quam ferre, vel
non

non poteſt, vel non vult *leg. unic. Cod Ut nemo invitus*, cum aliis apud *Barboſ. axiom* 10. *num.* 4.

Si conſideretur emolumentum, reſponſio in promptu eſt,
27 quòd beneficium non confertur in invitum ad *Text. in leg. finali Cod. Unde legitim. & in leg Invitus §. Quod cuique ff de Regul. Jur* Cùmque Canonici poſtponant dictum emolumentum libertati eorum inſignis Eccleſiæ, non videntur obligandi ad acceptandum dictum onus cum emolumento, cujuſcumque ſit qualitatis, vel quantitatis.

Si demum conſideretur divinus cultus, hujus reſpectu habemus rotunda illa verba conventionis, ſolemniter initæ in-
28 ter Canonicos, & Presbyteros de Maſſa noſtræ Eccleſiæ, datæ in Summario, *Gubernium d. Eccleſiæ, & directio functionum ratione Cultus divini &c. abſolutè ſpectat ad Præpoſitum, Canonicos, & Capitulum d. Eccleſiæ.* Igitur Jacobus non debet in hac parte reſpectu divini Cultus in noſtra Eccleſia manus apponere, ſed contentus eſſe debet invigilare adimplemento illorum onerum in ſua Cappella, quæ non important Eccleſiæ ſervitutem, ſub ſpecioſo titulo majori cultus divini, exemplo illius, quod in puncto noſtri caſus practicarunt Canonici Sacroſanctæ Vaticanæ Baſili-
29 cæ. A facto enim, & operationibus Patriarcalium Eccleſiarum Urbis bonum deſumitur argumentum illarum functionum, quæ fieri ſolent in aliis Eccleſiis Orbis, ut obſervavi *Rot in Caſſan. Jur. Paroch.* 6. *Junii* 1707. *§. Signanter coram Caffarello.*

Ultra quòd numquam poteſt conſiderari favor augumenti divini cultus in illa functione, quæ importat Eccleſiæ ſer-
30 vitutem, & impedimentum aliarum Eccleſiaſticarum functionum in tota Eccleſia, juxta firmata per *Rot. deciſ.* 2026. *num* 2. *coram Coccin.* ubi ex hoc motivo mandavit Rota, deſiſtendum eſſe à ſonitu tubarum, non attentis exclamationibus illorum, qui in dicta lite ſuccubuerunt, aſſerentium *illum reſpicere* (ſunt verba dictæ dec) *augumentum, & decorem divini Cultus ex eo quod introducitur ad effectum, ut majori hilaritate, ac lætitia ſolemnizetur divini Regis triumphus.*

Et tamen ad hoc, ut Eminentiſs. Patres manibus palpent
31 cum longè majori zelo procurari à Canonicis ſolidius augumentum divini Cultus in noſtra inſigni Eccleſia, dignentur obſervare, quòd ad inſtar eorum, quæ non ſine Bonorum laude, & approbatione practicari videmus in Urbe qualibet die Veneris in Eccleſia PP. Societatis Jeſu, in illa Soc. Agonizantium, in illa S Franciſci ad Pontem Sixtum, in illa S Franc. ad Ripas. in illa S. Nicolai in Campo Martio, & in alia S. Luciæ Confalonis *noſtri Canonici propriis expenſis pro ſingulis ſextis Feriis inſtituerunt Expoſitionem SS.*
32 *Sacramenti in Capella S. Jacobi in qua recitatis orationibus propriis ad honorem ſacroſ. Paſſionis, magnus Populi numerus qui ferventer intervenit benedictionem accepit*, juxta præciſa verba Eminentiſſimi Archiepiſcopi in Relatione, data in Summario.

Ex quibus ex una parte remanet manifeſtum, quòd iidem Canonici non defecerunt, neque deficiunt in hac parte ad-
33 implere ea, quæ ipſis in ſpecie reſervata fuerunt circa curam, ac directionem eorum, quæ concernunt augumentum cultus divini in noſtra inſigni Collegiata, & Parochiali Eccleſia, ex alia verò, utinam præſens inſtantia, cum tali, tantoque calore ex adverſo promota, non participaret de qualitate illarum litium, de quibus mentio habetur in *Inſtit. crim. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 6.

Non refragatur demum reflexio, quòd vigore dictæ conventionis, datæ in Summario poſſint Presbyteri de Maſ-
34 ſa noſtræ Eccleſiæ acceptare pia Relicta, illaque à ſe ipſis adimplere; Recurrit enim eadem ſolida reflexio, quòd omnia hæc, & quæcumque alia militantia, ſive reſpectu dictorum Presbyterorum de Maſſa, ſive reſpectu Patronorum alicujus Cappellæ, vera ſunt circa illa onera, & pia Relicta, quæ non important Eccleſiæ ſervitutem, ſecus verò
35 reſpectu illarum Eccleſiaſticarum functionum, & piorum operum, quæ dictam ſervitutem important, & annexam habent, quia iſtorum reſpectu videtur repugnare omnibus principiis, quòd invitis Rectoribus, vel Adminiſtratoribus Eccleſiæ æqualiter liberæ, & inſignis, poſſit huic Eccleſiæ imponi onus etiamſi illud reſpiciat illius majorem decorem, & ornatum, ut in terminis hæredis, volentis augere pium Legatum, à Teſtatore relictum pro majori ornamento Altaris Eccleſiæ, cum hoc, quòd in illo apponerentur illius inſignia, reſpondit hæc Sacra Congregatio in *Rom* 4. *Septembris* 1700. quæ eſt *in Lib.* 50. *Decret. fol.* 681. quam ſequutus fuit *in Inſtitut. crimin. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 40. & 41.

Die 16 Novembris 1715. propoſito in C. C. dubio, regiſtrato ſupra *num.* 1. reſponſum fuit: *Negativè, dummodo recitatio fiat poſt expleta Divina in Choro Eccleſiæ.* 37

Cui reſolutioni factio em aperuit viam impropria concordatio dicti dubii, quia Presbyteri de Maſſa non ſunt Sacer- 38
dotes extranei in dicta Eccleſia, & proinde non ſine exorbitantia præ eoſum fuit impedire eiſdem recitationem dicti Officii in propria Eccleſia, poſt expleta in Choro divina Officia; Debebat enim concipi, & concordari dubium circa poteſtatem Patroni Cappellæ, à cujus facultate nullatenus pendet imponere ſervitutem illi Eccleſiæ, in qua unicam habet Cappellam, juxta verba argumenti præſentis Diſceptationis; Malum autem in hac parte oritur ex eo, quòd in concordatione dubiorum non petitur conſilium Advocatorum qui proinde coguntur aliquando ſcribere ſuper dubiis, concordatis à Cauſæ Patronis, non ſine Clientum præjudicio, ut probat *Dom. Piton in Parerg. ad ſuas Diſcept. Eccleſ. fol.* 7. *num.* 29. & obſervavi in *Tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 18. *num.* 95. & 96. & *Tom* 2. *part.* 1. *diſcept.* 4. *à num.* 44.

---

## DISCEPTATIO XIV.

### Pennen.. Juriſdictionis.

PRO

Magno Priore Capuæ R. Hierſol.

CUM

Curia Epiſcopali Pennen.

### ARGUMENTI.

*Loco ſubnectuntur ſequentia Dubia.*

I. *An Epiſcopo Pennen tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato quoad Vicarium ſeu Conſervatorem Monaſterii S. Joan. à Sac. Relig Hieroſol. ſive ejus Magno Priore deputatum ſpectet Licentiæ conceſſio volentibus ad Crates alloqui Moniales*: Affirmativè quoad 1. partem in caſu, de quo agitur

II. *An etiam volentibus celebrare in Eccleſia Monaſterii*: affirmativè.

III. *An ita quoque privativè ob ingreſſum in clauſuram Medicorum, aliorumque Inſervientium*: Affirmativè

IV. *An & quomodò Epiſcopus, ut ſupra, Delegatus, valeat ſe ingerere circa ingreſſum Puellarum Educandarum, & profiteri volentium*: Affirmativè

V *An privativè ad ipſum Epiſcopum, ut ſupra Delegatum pertineat exploratio voluntatis circa profeſſionem*: Affirmativè

VI *An Confeſſarius ordinarius, & Concionator debeant priùs ab eodem Epiſcopo approbari*: Affirmativè quoad Confeſſarium, & teneri Concionatorem petere benedictionem ab Epiſcopo.

VII. *An etiam alii Inſervientes*: Negativè.

VIII. *An Electio Confeſſarii extraordinarii competat Vicario, an potiùs Epiſcopo, ſivè ſola approbatio*: Electionem ſpectare ad Vicarium, & ſolam approbationem ad Epiſcopum.

IX *An intervenire valeat electioni Prioriſſæ, & quatenus affirmativè, quomodò debeat intervenire, & an ſubſtituere poſſit proprium Vicarium*: Affirmativè ad formam Bullæ Gregor XV.

X *An eidem Epiſcopo notificari debeat præventivè tempus electionis*: Affirmativè

XI *An, & quomodò poſſit ſe ingerere circa redditionem rationis Prioriſſæ*: Affirmativè ad formam ejuſdem Bullæ.

XII. *An præfatus Vicarius, ſeu Conſervator, & alii Miniſtri, inſervientes eidem Monaſterio, ſubſint Juriſdictioni Epiſcopi tanquàm ut ſupra, Delegati in concernentibus Clauſuram*: Affirmativè.

IN Congreg. habita die 4. Februarii 1707. propoſita fuerunt in hac Cauſa prædicta 12. Dubia, ut ſupra, reſoluta; Repropoſita deindè fuerunt in Congreg diei 4 Aprilis ejuſdem anni 1707. & quoad 1. 2. & 3. dictum fuit: *Præviò receſ- 13
ſu à deciſis, ſubſcribi debere conjunctim ab Epiſcopo & Vicario Magni Prioratus, quatenùs Vicarius reſideat.* Quoad 14

45.6.7.& 8. perſtitum fuit *in deciſis*; Quoad 9.& 10. fuit reſcriptum: *Ad formam Bullæ*: Demùm quoad 11.& 12. perſtitum pariter fuit, *In deciſis*.

Adverſus quas reſolutione die 13 Maii ejuſdem anni 1707.
15 conceſſa fuit nova Audientia, cujus vigore reproponitur hodiè. Speramus autem quoad tria priora dubia, necnon quoad 9.& 10. perſiſtendum eſſe in deciſis in reliquis verò à deciſis eſſe recedendum.

Ad quem effectum præmittimus, quòd Monialium Mona-
16 ſteria ad effectum, de quo diſputamus, conſiderari poſſunt in triplici differentia: Vel enim Moniales in omnibus, & per omnia ſubjectæ ſunt Locorum Ordinariis; Vel ab eorum ordinaria poteſtate, & juriſdictione exemptæ ſunt, immediatamque ſubjectionem habent Apoſtolicæ Sedi, & in utroque caſu, longè à noſtro diverſo, Ordinarii circa eaſdem Moniales omnem exercere poſſunt juriſdictionem: In primo quidem vigore eorum nativæ, & ordinariæ poteſtatis, in ſecundo verò, utì Apoſtolicæ Sedis Delegati: Vel
17 demum Moniales ſubjectæ ſunt Regularium gubernio, & directioni, & eſt ſubdiſtinguendum, nam, aut talis ſubjectio, & directio Regularium reſtricta, & limitata eſt ab Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Sac. Concil. Trident. ad certos caſus, & contingentias, & in iſto pariter caſu, qui non eſt noſter, in dictis Monaſteriis, atque in caſibus, non contentis in exemptionibus, poſſunt Epiſcopi, uti S. Sedis Delegati, propriam exercere juriſdictionem; Aut demum eadem
18 Monaſteria Monialium ſubjecta ſunt Regularibus per modum totalis, & abſolutæ ſubjectionis, hoc eſt tanquàm veris, & propriis Ordinariis, & in iſtis terminis non poſſunt Epiſcopi privativè ſe ingerere in iis, quæ, ſive ex Juris communis diſpoſitione, ſive ex Concil. Trident. decretis, Locorum Ordinariis competunt; Ea ratione, quia tam ſacri Canones, quàm decreta Sac. Concil. Trident. necnon Apoſtolicæ Conſtit. intelligi, & interpretari debent de illis Superioribus Regularibus, quibus Ordinariorum Jura competunt, juxta
19 generalitèr animadverſa per *Archidiac. in cap. Licèt canon. 6. verb. Ordinarius de Elect. in 6. Fagnan. in cap. Cùm Olim. num. 8.& 9. de Præſcript. Card. de Luc. de Juriſd. diſc.* 103. *num.* 4. &
20 *in adnot. ad Concil. diſc.* 5. *num.* 21. & in noſtris terminis *Pignatel conſult.* 30. *num.* 1. & 2. *tom.* 10.

Quòd autem talis procul omni dubio ſit juriſdictio Sac. Relig. Hieroſol, ejuſque Priorum erga Perſonas, ſibi ſubjectas, quòdque potiantur Juriſdictione quaſi Epiſcopali, iidemque Priores habeantur tanquàm veri Ordinarii, probamus authoritate Doctorum, ſolemni Atteſtatione unius ex
21 primis Magnis Prioribus noſtræ Religionis, & ex punctuali reſolutione S. C. C. utraque Parte informante, emanata, atque Epiſcopo ſua Jura acriter deducente.

Quoad Doctorum authoritates, magna facilitate poſſemus in hac parte longum retexere eorundem Cathalogum,
22 ſed gratia brevitatis indicamus ſolùm aliquos ex modernioribus, qui antiquiores citant, & ſequuntur, nempè *Pignatell. conſult.* 220 *à num.* 1. *tom.* 10 *Eſcanno in Propugn. Relig. Hieroſolym diſcept.* 14 *cap.* 1. *à num.* 10. *P. Mend de Ord. milit. diſquiſ.* 14 *part.* 15 *ſub num.* 60. *Card. de Luc. in Miſcel Eccleſ. diſc.* 1. *ſub num* 78. & *diſc.* 13. *ſub num* 9. *Rot. deciſ.* 390. *à num.* 7. & *deciſ.* 391 *à num.* 1 *part.* 13. *recent* & *in Toletana* impreſſa ad ornatum *Card. de Luca de Juriſd. deciſ.* 14 & 15.

Obſervantes ſolùm cum dictis Authoribus, hujuſmodi verè ſingularia privilegia, à diverſis Summis Pontificibus
23 Sac. Relig. Hieroſol. conceſſa, nedum punctualiter eſſe ſervanda, ſed ulteriùs amplianda, & fovenda, ea ratione, quia cum omni ſermonis proprietate appellari poſſunt pretium ſanguinis, quale appellantur honoraria Curialium in Urbe *à Card. de Luca*, ſequuto *in Inſtitut. crimin. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 105.

Quoad dictam Atteſtationem, illa eſt Card. Medicei, unà cum alia Equitis del Bene; In illis enim cubitalibus li-
24 teris habetur, quòd ea omnia, quæ prætendit Epiſcopus Pennenſis in hac Cauſa, in duobus Prioratibus noſtræ Religionis, poſſeſſis à d. Card. Mediceo, nulla enus practicantur, vel prætenduntur ab Archiepiſcopo Florentino, & Piſano. Cùmque id ſequatur, non ex particulari privilegio eorundem Prioratuum, ſed vigore generalium Privilegiorum, noſtræ Religioni conceſſorum, eadem ratione, & vigore eorundem Privilegiorum idem practicandum eſt in noſtra Ci-
25 vitate, ne eadem clara lex, & rotunda diſpoſitio Privilegiorum, ex ſola diverſa materiali ſituatione Monaſteriorum diverſimodè ad praxim reducatur, contra diſpoſitionem: *Text. in leg. Jam hoc jure ff. de Vulgar. & pupillar.* cum concordantibus apud *Rotam deciſ.* 328 *num.* 9 *part.* 12. *recent.* & *coram Priol eiſdem deciſ. & num.*

Ultra quòd ſolitum unius Loci optimè deſervire poteſt pro interpretatione, & declaratione eorum, quæ in aliis Locis obſervari debent, concurrendibus iiſdem qualitatibus, & 26
circumſtantiis, ut generaliter notat *Rot. in Leodien. Reparat. Campanil.* 25. *Junii* 1688. §. *Accedit coram Card. Caccia* & *in Mindonien.* 1. *Mart.* 1706. §. *Quarto cor. Anſald.* Et in terminis ſoliti, vigentis in aliis Prioratibus noſtræ Religionis, eadem 27
*Rot. in Tolet. Jur.* 10. *Decemb.* 1688. §. *Nec meretur coram Molin.*

Quò demùm ad reſolutionem S.C.C. hæc eſt in una *Melevitana*, in qua obtinui declarationem nullitatis profeſſionis 28
Hieronymæ Falſonæ poſt annos 33. ab illius emiſſione in Monaſterio Sanctæ Urſulæ Melitæ, & de qua mentionem feci in *Inſtitut. Crimin. lib.* 1. *tit* 10. §. 4. *à num.* 169. & *in Tom.* 2. *part.* 2. *diſcept.* 21. Se opponente enim Epiſcopo Melevitano executioni Sententiæ Magni Magiſtri, latæ vigore reſcripti d. C. C. in quo eidem Magno Magiſtro demandabatur 29
reſtitutio in integrum ejuſdem Monialis, necnon recuſante exequi Breve SS. D. N. directum paritèr d. Magno Magiſtro, coacta fuit eadem Monialis novum habere recurſum ad eandem C. quæ die 8. Auguſti 1705. reſcripſit. Exequendam eſſe Sententiam Magni Magiſtri, prolatam abſque ulla participatione Epiſcopi, effectu punctualiter ſubſequuto.

Non fuerunt autem in aliqua conſideratione habita ea, quæ mediantibus Epiſtola, & proteſtatione, necnon cum 30
replicatis Scripturis deducta fuerunt ex parte Epiſcopi Melevitani; Quia generales regulæ, ab ipſo adductæ, quævè hodiè exagerantur, non procedunt, quando, ut in præſenti verificatur, adſunt clara, & rotunda privilegia in contrarium.

Imò in dicta *Melevitana* juſtificatum etiam fuit ex parte Religionis, quòd non ab Epiſcopo, ſed à Magno Magi- 31
ſtro approbatæ fuerant Conſtitutiones dicti Monaſterii; Quòd Moniales viſitatæ ſemper fuerunt à Magno Magiſtro, atque ab ejus Deputatis, nunquàm autem ab Epiſcopo; Quòd volentes Moniales ejuſdem Monaſterii tranſire ad aliud, neceſſaria facultas data fuit Magno Magiſtro, non autem Epiſcopo. Quòdque demum in caſu alterius nullitatis Profeſſionis ſororis Thereſiæ Xaræ, Sententia pariter 32
lata fuit à Magno Magiſtro, non autem ab Epiſcopo, in qua Sententia nimia conſideratione digna ſunt verba illa: *In vim noſtræ juriſdictionis ordinariæ, ac Privilegiorum, à Sede Apoſtolica Nobis, & Ordini noſtro conceſſorum*, quæ digito oſtendunt, illa vigere debere, & exequi in omni alio Monaſterio, eidem Ordini ſubjecto, quale eſt noſtrum; Non attento, quòd agatur de Monialibus, quia iſtæ omnibus Indultis, & privilegiis noſtro Ordini conceſſis, com- 33
patibilibus tamen cum illorum profeſſione, & ſexu, frui, & gaudere debent, juxta animadverſa per *Tamburin. de Jure Abbatiſſ. diſp.* 4. *quæſt.* 4 *num* 14 & *diſp.* 21. *quæſt.* 1. *num.* 7. *Pellizzar. in Manual. Regul tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *num.* 72. *Fragoſ. de Regim. Reipub. Chriſt. part.* 2. *lib.* 11. *diſp.* 24. §. 6. *num.* 25. *Eſcan. in Propugnac. Relig. Hieroſolim diſcept.* 14. *cap* 3. *num.* 19 cum aliis, citatis *in Tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 8. *num* 11.

Cùmquè in eadem Cauſa *Melevitana* gratìs exclamaſſent Defenſores Epiſcopi, quòd Deputati à Magno Magiſtro in receptione probationum non proceſſerant cum illo rigore, 34
qui practicari in iſtis circumſtantiis meritò ſolet, dignata fuit eadem C. C. injungere quidem eidem Epiſcopo, ut iterum ſervatis ſervandis examinaret eoſdem teſtes, ſed nomine ejuſdem S. Cong. non autem vigore juriſdictionis, quam in eodem Monaſterio non habet, ut fuit juſtificatum in Summario.

Hoc præmiſſo, accedendo ad tria priora dubia, de quibus ſupra *num.* 1. 2. & 3. perſiſtentia in deciſis à fortiori comprobari videtur ex hucuſque animadverſis; Si enim Prioribus noſtræ Religionis conceditur, quòd majus eſt, nempe Conſtitutiones facere, & approbare pro Monaſteriis, eiſdem ſubjectis, eadem Monaſteria viſitare, Moniales de 35
uno ad aliud Monaſterium transferre, Sententiaſque proferre circa nullitatem Profeſſionum earundem Monialium; Multò magis denegari eis non debet id, quod eſt minùs, hoc eſt conjunctum cum Epiſcopo ſubſcribere Licentias alloquendi Moniales, celebrandi in earum Eccleſia, necnon pro ingreſſu in clauſuram Medicorum, aliorumque inſer- 36
vientium, juxta regulam *Text. in leg. Non debet ff. de Regul. Jur* & *in Auth. Multò magis Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & animadverſa per *Menoch. conſ.* 302 *num.* 41. & *Thom. de Thomaſett in Florib. leg. regul.* 89.

Fortiùs quia privativa facultas, quam reſpectu horum 3. dubiorum prætendit Epiſcopus, nulli innititur legali funda- 37
mento, vel prudentiali motivo.

Non

Non legali fundamento; Quia communiter obſervant in
hac parte Theologi, & Canoniſtæ, quòd, quidquid dicen-
38 dum eſſet, attento Jure antiquo hodiè licentia alloquendi
Moniales in Monaſteriis, ſubjectis Regularibus, ſubſcribi
conjunctim debet ab Ordinario, & Superiore Regulari, ut
videre eſt apud *Paſſer in cap. Periculoſo num 168. & ſeq. de Stat.
Regul. in 6. Ricciard. in Lycæo Eccleſ. tom. 1. cap. 7. §. 2. num. 4.
Mend. de Ordin. Militar. diſquiſit. 14. part. 7. num. 68. Eſcan. in
Propugnac. Relig. Hieroſol. diſcept. 14. cap. 3. num. 29. Panimol.
deciſ. 84 annot. 3. num. 50. & 90. Card. de Luc. in adnot. ad Con-
cil. diſc. 36. num 6. circa finem*, *Pignatel. conſult. 168. à num. 2.
tom. 1. & conſult. 85. num 22. & 23. tom. 6. & conſult 41. à num. 1.
tom. 10. Nicol in Floſc verb. Clauſura ſub n. 12. & verb Monia-
lis n 29. & var. lucubr. Jur. lib. 1. tit. 3. de Vit & honeſt at Cleric.
n. 4. Matthæuc. in Official. Cur. Eccleſ. cap. 3 n. 5. & cap 11. n. 1.*
39 ubi, quòd ita reſolvit hæc Sac. Congreg *in Vicentina 13. Febr.
1627. & Monacel. in Formul. tom. 1. tit. 1. formul. 3. num 3. &
tit. 11. formul. 19. num. 7. & tom. 2. tit. 15. formul. 15. num. 3.*
Idemque obſervant, tam reſpectu Sacerdotum, celebrare
volentium in Eccleſiis Monialium, ſubjectarum Regulari-
40 bus, quàm reſpectu Medicorum, aliorumque Inſervientium
eiſdem Monialibus, ut circa primum videre eſt apud addu-
ctos à *Gavant. in Manual. verb. Monial. Cura ſpirit. num. 32. Ce-
ſped. de Exemp dub. 34. ſub num 1. Capon. diſcept. 184. num. 22.
Pellizzar. in Manual. Regul tom. 2. tract. 10. de Monial. cap. 7.
num. 7 Mend de Ordin. milit. diſquiſ. 14. quæſt. 4. ſub num 18.* Et
41 patet ex Decretis generalibus hujus S. C. relatis à *Pignatell.
conſult. 85. num. 107. tom. 6.* Et de ſecundis videre eſt apud
*Azor. Inſtit moral. par. lib. 13. cap. 8 quæſt. 7. in fin Campanil.
in Diverſ. Jur. Canon rubr. 12. cap. 16. n 31. Pirhing in Jus Ca-
non. lib. 3. tit 35. n. 43. Tambur. de Jur. Abbatiſs diſp. 23. quæſt.
1. à num. 3. Sanch in Præcept. Decal. lib. 6 cap. 16. num. 13. Mi-
rand in Manual. Prælat. tract. de Sacr. Monial. quæſt. 2 art. 2.
concl. 1. Caſtrop. Oper moral. tom. tract. 16. diſp. 4 punct. 10.
§. 2. num. 1. Pellizz. in Manual. tract. 10. cap. 5. ſect. 1. num. 146.
Ceſped. de Exempt. dub. 336. num. 3. Victorel. de Origin & clauſ.
Sanct. fol. 30. §. Nomine Superioris, & §. Redeo Lezzan in ſum.
verb. Clauſur. n. 24. Donat. Rer. regul. tom. 4 tract. 5. quæſt. 19. &
quæſt. 17. n 2. & 9. Ventrgl. in Prax. tom. 1. annot. 6. §. 2. num 17.
Bonagrat. in ſum. quæſt. reg. verb. Clauſur. in add. verſ. Dicitur 5.*
Minus eadem prætenſa privativa facultas innititur alicui
42 motivo prudentiali, plus juſto in contrarium exagerato, at-
que in eo poſito, quòd Vicarii Magni Prioris nullam ha-
beant neceſſariam notitiam qualitatum Sacerdotum, cele-
brare volentium in Eccleſia noſtri Monaſterii, illique Inſer-
vientium, quæque in gradu ſuperlativo ſupponitur in Epi-
ſcopo; Quia, quando omnia hæc à parte rei ſubſiſterent,
circa quod ſuum locum veritati relinquimus, ſemper verum
eſſet, quòd cùm idem Epiſcopus debeat primus ſubſcribere
43 dictas licentias, quatenùs cognoſcat, non expedire illas
concedere, poteſt abſtinere ab illarum ſubſcriptione, &
res erit expedita, atque facilitate maxima inconvenienti-
bus omnibus, exadverſò exageratis, ſatis, ſuperque con-
ſultum erit.
Quibus non adverſatur prætenſa conſuetudo in contra-
44 rium: Proceditur enim exadverſò cum æquivoco, quando
prætenditur, ut conſuetudo, introducta in uno caſu, poſſit
ſuffragari reſpectu alterius diverſiſſimi caſus: Eſt enim no-
tiſſimum principium, conſuetudinem tantum habere de po-
tentia, quantum habuit de actu, nulliuſque virtutis, & ef-
ficaciæ remanere extra ſphæram illius præciſi caſus, in cujus
terminis introducta, & ſervata fuit, ut uno ore advertunt
45 DD. adducti per *Altogr. conſ. 61. num. 12. lib. 2. Thomat. deciſ.
331. num. 38. & deciſ. 339 num. 4. Palm. Nepot. allegat. 287. num.
25. & alleg. 289 n. 4. & Rot deciſ 50 num. 38 & deciſ. 78 num. 40.
coram Anſald & in par. 19. recent. deciſ. 504. n. 6. & deciſ 520. n.
7. & poſt Conſtant. ad Stat Urb. deciſ 124. à num. 37. & in Gien-
nen Juris votandi 27 Jan 1704. §. Quæ adeò cor Card. Scot.*
Diverſitas autem caſuum, non ſine myſterio exadverſò
46 involutorum ad confundendam materiam, palpatur mani-
bus. Quia de præſenti reperitur in noſtra Civitate Vicarius,
ſpecialiter à magno Priore deputatus. In præteritum verò
nullus unquam Vicarius in eadem Civitate degit, vel mo-
ram fecit, juxta authenticas Atteſtationes, exhibitas in
Summario, & ſignanter id patet ex Atteſtat. Magiſtratus
noſtræ Civitatis, ibi; *Nel qual Monaſtero mai la Religione vi
ha deſtinato Soggetto che vi ſoi reſtaſſe con titolo di Vica
rio generale, o di Conſervatore;* Ex Atteſtatione Patrum Or-
dinis Prædicat. ibi: *E per quanto Noi abbiamo inteſo da perſo-
47 ne vecchie di queſta pred. tta Città, ſappiamo, che mai vi ſia ſta-
to ſimile Conſervatore, o Vicario:* Et ex Atteſtatione omnium
Dignitatum, & Canonicorum noſtræ Cathedralis: ibi: *Si*

*teſtifica in parola di verità, come non ſi è mai per l'addietro
coſtumato, ne pratticato dalla Religione di Malta di elegere, e
deputare Coonſervatore, o Vicario per le Monache del Ven. Mo-
naſtero di S. Giovanni Geroſolimitano*, Idemque narravit Epi-
ſcopus anno 1669. S. C. C. occaſione illius reſolutionis, quam 48
ſub dicto præſuppoſito clam, & ſubreptitiè expiſcavit, juxta
verba reſtringenda infra.
Si igitur admittitur exadverſò, & concludenter juſtifica-
tum fuit in dicto Summario, quòd in præteritum nullus un- 49
quam adfuit Vicarius magni Prioris in noſtra Civitate, ni-
mis improprium eſt hodiè prætendere, ut id, quòd practi-
catum fuit in dicto diverſo caſu non exiſtentiæ Vicarii, ex-
tendatur ad præſentem, in quo dictus Vicarius adeſt, con-
tra communem Doctorum opinionem, nullam admitten-
tium extenſionem in his circumſtantiis, ex ſupra allegatis,
& addimus *Card. de Albic. in Addit. ad Pamphil. deciſ. 88. num* 50
*7. Rot. coram Dunoz. ſen deciſ. 74. num 2. & in part. 12. recent.
deciſ. 278. num. 8 & in part. 14 deciſ. 355. num 6. & in part. 17.
deciſ. 96 n. 22. & in par. 19. dec. 449 num. 2. & deciſ 484 num. 11.*
Abſque ulla difficultate, ex quo negari non poteſt, quòd
talis prætenſa conſuetudo, uti contraria Juris communis di- 51
ſpoſitioni, ſit odioſa, itaut omnis poſſibilis capienda ſit in-
terpretatio pro illius excluſione, & reſtrictione, juxta ea,
quæ generaliter obſervat *Rot. cor. Dunoz jun deciſ 616. num 4.
& coram Emer. jun. deciſ. 879. num. 6.* Et favore noſtræ Relig.
Hieroſol. *Rota in Toletana 17. Junii 1698 §. Quo verò & 16.
Junii 1690. §. Quatenùs coram Molines.*
Quæ omnia admiſſa, & canonizata fuerunt ab hoc ſacro-
ſancto Conſeſſu die 4. Aprilis 1707. quando, prævio receſſu 52
à deciſis 4 Februarii ejuſdem anni cenſuit, Licentias, de qui-
bus diſputamus, conjunctim debere ſubſcribi ab Epiſcopo,
& Vicario magni Prioris, quatenus iſte reſideat, in caſu ve-
rò abſentiæ, à ſolo Epiſcopo, pro cujus reſcripti confirma-
tione ſupplicamus.
IV. Dubium de quo ſupra *num.* 5. duas habet partes. Cir-
ca primam, reſpicientem ingreſſum Puellarum, planum 53
videtur, Epiſcopum nullo modo poſſe in hac parte ſe inge-
rere. Quia hoc reſpicit obſervantiam eorum, quæ præſcri-
buntur in Regulis, & Conſtitut. noſtri Monaſterii, quarum
Conſtit. exequutio incumbit magno Priori, ſeu ejus Vicario,
non autem Epiſcopo. Imò in terminis aliarum Monialium,
longè minorem ſubjectionem habentium erga Regulares Su-
periores, licentia pro recipiendis Educandis petenda eſt à
dictis Superioribus Regularibus, non autem ab Epiſcopis, 54
juxta oraculum C. C. apud *Quarant. in Summ. Bullar. verb.
Monaſt. Monial. num 1. Pellizzar. de Monial. cap. 5. ſect. 4. num.
178. Nicol. in Floſc verb. Educandæ num. 8. & Monacel. in For-
mular. tom. 1. tit. 11. formul. 11 num. 16.*
Quo verò ad 2. concernentem profeſſionem Puellarum,
Epiſcopus, neque etiam uti Delegatus poteſt in illa ſe inge- 55
rere, ſed privativè ſpectat ad Magnum Priorem, ea ratio-
ne, quia, Epiſcopi in Monaſterii exemptis nullam habent
facultatem incorporandi, aut aggregandi ad Religionem,
quæ facultas unicè competit Superioribus Regularibus, la-
tè *Rodriq. quæſt. Regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 11. Azor. Inſtitut.
moral part. 1 lib 12. cap. 5. quæſt. 4. Bonac. de Clauſur quæſt. 2.
punct 10. §. 6. diffic. 2. num. 4. Bordon de Profeſſ. cap. 17 per tot.
& præſertim num 64 Tambur. de Jure Abbatiſſ. diſp. 6 quæſt.
5. num 5. Cappon. diſcept 184 num. 12 Pellizzar. in Manual.
tom. 2. tract 10. cap 3 ſect 1. num 4. Lezzan Oper. moral. tom
4 concl. 4. num. 53. Rot. deciſ. 566. num. 6. part. 5. recent.*
Utraque verò pars hujus 4. dubii mirabiliter comprobatur
ex ſupra animadverſis à *num* 28. reſpectu Monaſterii S. Ur-
ſulæ Melitæ; Si enim in Monaſteriis, noſtro Ordini ſubje- 56
ctis, Epiſcopi non poſſunt ſe ingerere in iis, quæ reſpiciunt
validitatem, vel invaliditatem Profeſſionum, eadem ratio-
ne non poterunt manus apponere in incorporandis, vel ag-
gregandis Monialibus eidem Religioni, per ea, quæ obſer-
vant *Alexand. conſ. 75. num. 3. & 4 lib. 5. Fulgoſ. conſ 15. num.
2 Rot. in Rom. ſeu Alban Vineæ 23. Martii 1699 §. finali coram
Olmo*; Et in effectu ita practicatur, nedum in d. Monaſterio 57
Melitæ, ſed etiam in aliis Monaſteriis, exiſtentibus in Ci-
vitatibus Florentina, & Piſarum, ut juſtificatum fuit in
Summario, & innuimus ſupra *num.* 24.
Prævio receſſu à deciſis reſpectu 5. dubii, reſcriben. vide-
tur explorat. voluntatis circa eandem Profeſſionem, facien- 58
dam eſſe conjunctim ab Epiſcopo, & Vicario: Non enim
implicat, quòd una, eademque Perſona, diverſis reſpecti-
bus, à pluribus Superioribus explorari poſſit, ab Epiſcopo
videlicet Jure delegato, à Superiori verò Regulari jure or-
dinario, ut obſervat *Rot in Tolet. Juriſdict. 10. Jan. 1698.
§. Nec implicat coram Molines*: Quod ſuadet etiam ſtrin-

geos illa animadverſio, quòd talis exploratio voluntatis in
Monaſteriis exemptis cùm competat Epiſcopis Jure delega-
to, tali modo ad praxim reducenda eſt, ut non perturbet
Privilegia Exemptorum, nec impediat, quin alter Supe-
59 rior Juriſdictione ordinaria, ſibi de Jure competente, paci-
ficè fruatur *Felin. in cap. Cæterùm num. 4. de Judic. Fagnan. in
cap. Cùm dilectus num. 43. de Relig. Domib.* Et in terminis Pri-
vilegiorum noſtræ Hieroſolymitanæ Religionis, *Rot. in di-
cta Toletana § Quibus.*

Idque ex alia parte ſuadere ad hominem videtur alia refle-
60 xio. Quia, an Puella apta ſit, & diſpoſita ad obſervantiam
Inſtitutorum, quæ à S. Relig. Hieroſol. præſcribuntur multò
meliùs dignoſcere poteſt, & Novitiam inſtructam reddere
ex propria experientia magnus Prior, ſeu ejus Vicarius,
quàm Epiſcopus, ab eadem Religione prorſus extraneus.

Concordamus reſpectu 6. dubii reſoluti cum reſcripto, de
61 quo ſupra *num. 6.* Non ſic autem circa deputationem Confeſ-
ſarii, & Concionatoris, quia extra omnem controverſiam
eſt, quod iſti deputandi ſunt à Superioribus Regularibus in
Monaſteriis, ſibi ſubjectis, abſque eo, quòd Epiſcopi in eo-
62 rundem electione, & deputatione ullo modo valeant ſe inge-
rere, ut, cumulatis antiquioribus, notant *Ventrigl in Prax
tom 1. annot. 48. § unic. num 94. Antonel. de Regim Eccleſ. lib.
7. cap. 12. num. 10. & 11. Lantuſc in Theatr. Regul. verb. Con-
feſſarius num. 13. Barboſ. in Summ. Apoſtol. dec. collect. 213.
num. 16. & Matthæucc in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 13. num. 2.*

Prout etiam parùm immorandum videtur circa 7. dubium
63 & meritò, quia de Inſervientibus nulla legitur facta men-
tio in Bulla Gregoriana, quæ eſt unica regula commenſu-
randi Juriſdictionem Epiſcoporum circa Monaſteria exem-
pta, in quibus iidem Epiſcopi nullam aliam poteſtatem ſibi
poſſunt arrogare, niſi eis detur per ſpecialem Apoſtolicam
deputationem, ut obſervat *Giballin de Clauſur. diſquiſit. 1.
cap. 8. § 83 num. 6.*

Dubium 8 deciſum fuit favore noſtræ Religionis, *Electio-
64 nem* nimirum *ſpectare ad Vicarium, ſolamque approbatio-
nem ad Epiſcopum;* Idque ſumma ratione, quia indubita-
tum eſt apud omnes *Canoniſtas*, tam ex lege Concil. Tri-
dent. *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 10.* quàm ex diſpoſitione Conſtit.
Gregor. extraordinarios Confeſſarios in Monaſteriis exem-
tis deputandos eſſe à Superiorioribus Regularibus, reſerva-
ta ſolum eorumdem approbatione Locorum Ordinariis, ut
65 videre eſt apud adductos à *Zypeo de Jur nov. Pontif. lib. 3.
cap. 3. Ceſped de Exempt. dub. 345 à num. 2. Lezzan. Oper.
moral. tom. 4. conſut. 4. num. 63. & Pellizzar. tom. 2. tract. 10.
ſect. 3 num 165. & num. 257.* Unicum excipientes caſum,
quando Superiores Regulares in hac parte eſſent negligen-
tes, in quo admittunt, quòd ſupplere tunc poſſunt Epiſco-
pi partes eorundem Superiorum Regularium, negligen-
66 tium, adimplere proprium munus, ut notant citati: *Au-
thores*, & præter illos *Barboſ. in Summ. Apoſtol. dec. col-
lect. 506. num. 32. Bellett. diſquiſit. Cleric. part. 2. § 5. de Pœ-
nis Cleric. num. 9. & Manacell. in Formul. tom. 1 tit. 9 formul.
4. num. 2.*

Omniumque prædictorum illa aſſignatur congrua ratio,
quòd per Bullam Gregor. nonniſi ſola, & mera approbatio
Confeſſariorum, tam ordinariorum, quàm extraordinario-
rum Epiſcopis demandatur, quæ prorsùs diſtincta, & ſepa-
rata eſt ab illorum deputatione.

Ad 9. dubium reſponſum fuit: *Affirmativè ad formam Bul-
67 læ Gregor. XV.* quod reſcriptum nullatenùs impugnamus.

Nè autem illius prætextu Epiſcopus majorem in hac parte
ſibi aſſumat authoritatem, & juriſdictionem, quàm ſit il-
la, quæ per Apoſtolicam delegationem ipſi fuit conceſſa,
ſupplices declarari petimus, competere ſolùm Epiſcopo me-
68 ram, nudamque aſſiſtentiam, abſque eo, quòd exindè ma-
gno Priori, illiuſque Vicario præjudicium aliquod inferatur
circa confirmationem Prioriſſæ, quæ privativè ſpectat ad
Superiores Regulares, ut notant *Tambur. de Jur. Abbatiſ.
diſp. 29. quæſt. 1 n. 1. Lavor. variar. lucubr tit. 4. cap. 24. num. 43.
Novar in Summ. Bullar. part. 1. comm. 1 num. 0. Gavant in
69 Manual. verb. Monialium Officiales num. 14.* & reſolvit hæc
S. C. pro declaratione dictæ Bullæ Gregorianæ, apud *Panimol.
deciſ. 84. annot. 4. num. 81.*

Prout etiam privativè ad eoſdem Epiſcopos, ad Superio-
res Regulares pertinet diem electioni præfigere, ante ipſum
actum electionis, Moniales audire in materia, concernen-
70 te eandem electionem, illarumque ſuffragia recipere, & ad-
notare, ut advertunt *Paſſer de Elect. cap. 40. num 20. Lantuſc.
in Theatr Regul. verb. Abbatiſſa n. 3. Pignatel conſ 120. à num.
1 tom. 8 Juſtin. in Addit. ad Novar. in Sum. Bullar tom. 1 in fine
Verſ. Non poteſt, & Matthæuc in Official. Cur Eccl. cap. 1. n. 8.*

Non impugnamus affirmativam reſolutionem 10. dubii
quòd Epiſcopo notificari debeat præventivè tempus electio- 71
nis, cum duplici tamen conditione.

I. Quòd ipſe anteà expreſsè declaret animum ſuum velle
uti facultate, ſibi in hac parte attributa, atque electioni in-
tereſſe, & præſidere, ut declaravit S.C.C. cum ſubſecuta ap-
probatione Urbani VIII. impreſſa poſt d. Conſtit. 18. Gregor.
XV. ibi: *S. C. C. T. I. reſpondit: Regulares ex eadem Conſtit.* 72
*ita demum teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſ-
ſæ, eumque uſque ad præfinitum tempus expectare, ſi antea
ipſe expreſsè declaraverit, ſe uti velle facultate ſibi in parte
attributa, Abbatiſſarumquè electionibus per ſe, vel per alium
intereſſe, ac præſidere.*

II. Verò, ut idem Epiſcopus expectari debeat uſque ad
tempus notificatum, poſt quod, ſi non compareat, neque 73
ipſe, neque illius Vicarius, legitimè deveniri poſſit ad ele-
ctionem Prioriſſæ, cum ſolo interventu Superioris Regula-
ris, ut faciendum eſſe in his terminis notant *Antonel. de
Regim. Eccleſ. lib. 7. cap. 4. num. 1. & 2. Ventrigl. in Prax.
tom. 1. annot. 48. § unic. num. 97. Pignatell. conſult. 120. ſub
num 4. tom. 8. & Matthæucc. in Officiali Cur. Regular. cap. 1.
num. 8.*

Dubium 11. reſolutum fuit: *Affirmativè ad formam Bullæ
Gregorianæ*, quæ in § 5. ita diſponit: *Sed & adminiſtrantes
Bona, ad eadem Monaſteria Sanctimonialium, ut præfer-* 74
*tur etiam Regularibus ſubjectarum, pertinentia, ſive Regula-
res extiterint, ſive Sæculares quomodolibet exempti, Epiſco-
po Loci adhibitis, etiam Superioribus Regularibus ſingulis
annis rationes adminiſtrationis, gratis tamen exigendas red-
dere teneatur, ad idque juris remediis cogi, & compelli que-
ant: Liceatque Epiſcopo ex rationabili cauſa Superiores Re-
gulares admonere, ut ejuſmodi Confeſſores, atque admini-
ſtratores amoveant, iiſque Superioribus id facere detrectanti-
bus, aut negligentibus, habeat Epiſcopus facultatem prædi-
ctos Confeſſores, & Adminiſtratores amovendi, quotiès, &
quando opus eſſe judicaverit.*

Ex quibus verbis apertè dignoſcitur, Bullam loqui de ra-
tione, reddenda Epiſcopo unitim cum Superiori Regulari, 75
non ab Adminiſtratoribus intus Monaſterium exiſtentibus,
ſed extra illud moram facientibus.

Quod manibus palpatur ex ſola lectura ejuſdem Bullæ, in
qua talis injungitur obligatio Aminiſtratoribus illis, qui poſ- 76
ſunt amoveri ad libitum deputantium, & hæc eſt illa facul-
tas, quæ negligentibus id facere Superioribus Regularibus
datur Epiſcopis, amovendi ſcilicet quotiès, & quando opus
fuerit, tales Adminiſtratores.

Hoc autem impracticabile eſt reſpectu Abbatiſſarum, ſeu
Prioriſſarum, quæ non tranſacto, ſeu non completo triennio, 77
nullatenùs amoveri poſſunt ad arbitrium Superiorum, ſeu
Regularium, ſive Locorum Ordinariorum, juxta Conſtit.
80. Gregor. XIII. de qua *Nicol. in Floſc. verb. Abbatiſſa num.
9. & Card. de Luc. de Jurepatron. diſc. 73. ſub num 14. &
in adnotat ad Concil. diſc. 37. num. 19.* & in *Tom. 1. part. 2.
diſcept. 19.*

In hujus veritatis comprobationem poſſumus adducere
Apoſtolicum privilegium, omnemque alium meliorem,
magiſque proficuum titulum, dum non à 100. tantùm an-
nis, qui ad noſtrum effectum ſuperabundarent, ex genera-
liter adductis per *Rot. in Rom Augmenti Dotis, & Legat.
4 Martii 1695. per tot. coram Eminentiſs. Priolo*, & in no- 78
ſtris terminis *coram Bich. deciſ. 459. num. 19. & ſeqq.* Sed à
500. annis, & ultra, imò à Fundatione noſtri Monaſterii
uſque ad hodiè, talis rationis redditio, ſeu exactio nun-
quam ab Epiſcopis, ſed ſemper à Magnis Prioribus facta
fuit, ut probatur in Summario, cujus longiſſimi lapſus tem- 79
poris vigore, nedum allegare poſſumus quemcumque me-
liorem titulum de Mundo, ut ſupra diximus: Sed ex tali
negativa magna oritur præſumptio, quòd hoc jus Epiſco-
po nullatenus competat, per ea, quæ firmavit *Rota coram
Seraphin. deciſ. 1025. num. 20. verſ Et mirum, in Marſicen.
ſeu Nullius Juriſdict. 7. Junii 1700 § Iſtaquè coram Muto,
& in Nullius, ſeu Fulden. Juriſdict. 28. ejuſdem menſis, &
anni § Hoc autem coram Eminentiſs. de la Tremoille.*

Non enim præſumi poteſt, quòd tot vigilantiſſimi Epiſco-
pi Pennenſes adeò negligentes in hac parte fuerint, propriæ- 80
que obligationis obliti, ut nullo unquam tempore talem red-
ditionem rationis voluerint exigere, adverſus præſumptio-
nem illam ſtrenuæ defenſionis eorumdem jurium, de qua,
poſt antiquiores, quos refert, & ſequitur, *Rot poſt Antonel.* 81
*de Jurib Cler. deciſ. 84. num. 9 & in Tolet Juriſdict ſuper Per-
tinent Eccleſ 6. Junii 1689. § Tum demum cor. Molines. & 2. Ju-
nii 1690. § Tantò magis cor. eod & in Nullius ſeu Senogalien.*

Bono-

*Bonorum ſuper manut.* 13. *Junii* 1695. §. *Nec hujuſmodi*, *& in eadem ſuper bono jure* 13. *Maii* 1698. §. *In caſu præſenti cor. Muto*, *& in Legionen. Parochialis* 11. *Jan.* §. *Iſteque cor. Kaunitz*.

Nec in contrarium allegari meretur reſolutio S. C. C. quæ
82 die 23. Februarii 1669. ad inſtantiam tunc temporis Epiſcopi Pennenſis reſcripſit, Adminiſtratores noſtri Monaſterii poſſe compelli ab eodem Epiſcop. ad rationes ipſi reddendas.

Tum quia eadem reſolutio intelligi debet ad terminos Conſtit. Gregor. pro cujus executione emanavit, & cum qua eadem Sac. Congreg. ſe conformare voluiſſe dicendum eſt, ju-
83 xta animadverſa per *Cad. de Albic. apud Card. de Luc. de Juriſdict. diſcept.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 1. *& Rot. deciſ.* 157. *num.* 6. *coram Coccin.*

Tùm quia *narravit Epiſcopus eidem S.C. quòd in ea Civitate reperitur Monaſterium Monialium S Joan. Hieroſol. quæ emittunt Profeſſionem in manibus Abbatiſſæ*, *prætendunt omnimodam exemptionem à Juriſdictione Ordinarii*, *& nullum ha-*
84 *bent in Civitate*, *nec in Provincia Superiorem*, *ab ipſa Religione deputatum*, juxta præciſa verba Folii, tunc diſtriburi: Et propterea hodiè nullum fieri poteſt fundamentum in eadem reſolutione, dum reperitur in noſtra Civitate Superior,
85 ſeu Vicarius, legitimè deputatus, per ea, quæ notant *Card. de Luc. in adnot. ad Concil. diſc.* 1. *num.* 11. *& diſc.* 10. *num.* 3. *&* 5. *& Pignatel. conſult.* 25. *in fine tom.* 2.

Abſque ulla difficultate, ex quo eadem reſolutio innititur ulteriùs alteri falſo ſuppoſito, quòd ſcilicet non ſolum in noſtra Civitate, ſed nec etiam in Provincia Magni Prio-
86 ratus Capuæ, quæ componitur ex medietate Regni Neapolis, non adeſſet Superior, à noſtra Religione deputatus; Quod adeò inſubſiſtens eſt, ut nec etiam reſponſionem mereatur, juxta nobilem animadverſionem *Divi Athanaſii*, relati à *P. Sebaſtian. à S Paulo in Append ad motiv. Jur.* §. 11. *num.* 86 *in fine*, ibi: *Nimis falſa non ſunt refellenda*, *ne habita fuiſſe credibilia videantur*. In Provincia enim noſtri magni Prioratus, vel ipſemet magnus Prior, vel ſaltem ejus Locumtenens reſidere ſemper conſuevit; Corruente pro-
87 indè d. ſuppoſito, corruere perneceſſe dicendum eſt, eamdem reſolutionem, tali ſuppoſito innixam, per ea, quæ generaliter firmavit *Rota in Fanen. Juriſd.* 21. *Jan.* 1704. §. *Nec relevat*, *&* 16. *Junii ejuſdem anni* §. *Nullius coram Card. Scotto*, & in terminis alterius reſolutionis ejuſdem S. C. C. *Rot. deciſ.* 102. *num.* 15. *part.* 19. *recent.*

In omnem verò caſum ſemper verum eſſet, quod cùm ea-
88 dem reſolutio nunquàm fuerit effectum ſortita, dum etiam poſt eandem, nullatenus reclamantibus Epiſcopis, in adminiſtratione Bonorum noſtri Monaſterii, atque in redditione rationis Prioriſſæ, ſemper privativè manus appoſuerunt magnus Prior, illiuſque Deputatus ſublata penitùs remanſit quælibet efficacia ejuſdem decreti poſt annos quadraginta ab illius editione, ad quem effectum ſufficeret contraria obſervantia per ſolos decem annos, etiamſi illa eſſet præter Jus, *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 30. *num.* 16. *&* 17. *& diſc.* 32. *num.* 8. *Lavor. lucub. tit.* 2. *cap.* 17. *num.* 4. *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 60. *Rot. in Florent. Quartæ Funer.* 1. *Dec.* 1704 §. *Secundò coram Molines* cum aliis citatis *in Tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 26. *num...*

Remanet dub. 12. quod *affirmativè* fuit reſolutum: Verùm
89 ne ſub illius generalitate, prætextu Clauſuræ, tam Vicarius, quàm alii Miniſtri magni Prioris ad arbitrium, & placitum Miniſtrorum Curiæ Epiſcopalis Pennenſis indebitis vexentur gravaminibus, neve magis afficiantur præjudiciis non de facili reparabilibus in gradu recurſus, humillimas in hac parte effundimus preces, ut, prævio receſſu à deciſis, dignentur reſcribere, ut exprimantur caſus particulares; Ita enim quotidiè ſolent ſuprema omnia Tribunalia, omneſquæ Sacræ Congregationes reſcribere, ut omiſſis generalibus, quæ de facili cumulari poſſent, in terminis ſimilis prætenſionis Archiepiſcopi Pragenſis cum Miniſtris magni Prioris noſtræ Religionis, utraque Parte accerrimè
90 informante, reſpondit C.C *in Pragen. Juriſdictionis* 14. *Januarii* 1708. quando ad 9. dubio: *An Archiepiſcopus prædictos Presbyteros, exercentes Curam Animarum in caſu non paritionis, ejus præceptis*, *poſſit plectere pœna revocationis licentiæ exercendi Curam Animarum*: reſpondit: *Recurrant in caſibus particularibus*.

Ratio autem ſpecificationis hujuſmodi caſuum, & recurſus
91 in particularibus contingentiis, videtur evidens, quia dantur multi caſus, in quibus Vicarius, ſeu Superior Monialium illas alloqui poteſt, & in Monaſterium ingredi, abſque licentia Epiſcoporum, ex illis legitimis cauſis, quas, explicando Conſtit. Gregor. adducunt, & exornant *Paſſer. in cap. Periculoſo num.* 167. *de Stat. Regul. in* 6. *Novar. conſ.* 9. *de Stat. Monachor. Azzor. Inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſt.* 9. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 5. *num.* 77. *Mirand. in Manual. Prælat. tit. de Mon. quæſt.* 2. *art.* 14. *Virctoel. de Clauſur. Monial fol.* 32. *Sanchez ad Præcep. Decal. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 25. *Prax. Jord. variar. lucub. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 50. *Lantuſ. in Theat. Regular. verb. Alloquutio*, *Nicol. in Floſc. verb. Monaſterium num.* 15. *Capon. diſc.* 184. *num.* 19. *& diſc.* 261. *num.* 78. & referendo reſolutionem hujus Sac. Congreg. in *Mediolanen. Pignatel. conſ.* 85. *num.* 166. *tom.* 6.

Poſſunt ulteriùs Famuli, aliique Inſervientes Monaſteriis Moniales, alloqui, & Clauſuram, etiam tempore Adven- 92
tus, & Quadrageſimæ ingredi ex juſta, & neceſſaria cauſa, abſque licentia Ordinariorum, ut obſervant *Pelliazar. in Manual. Regul. tom.* 2. *tract.* 10. *de Monial. cap.* 5. *ſect.* 3 *num.* 131. *& Pignatell. conſ.* 8. *num.* 90 *tom.* 6.

Si igitur tam Superiores, quàm Inſervientes in iſtis, & aliis caſibus, ex cauſis neceſſariis, abſque Epiſcoporum li- 93
centia poſſunt Moniales alloqui, & Monaſteria ingredi, planum videtur, quòd non poſſit in abſtracto noſtrum dubium reſolvi, & ſine declaratione illorum particularium caſuum, in quibus Epiſcopi procedere poſſunt contra Miniſtros magni Prioris.

Quibus non adverſatur reſolutio S. C. C. impreſſa poſt d. Conſtit. 18 Gregor. XV. quæ dub. 13. *An eadem Conſtitutio*, 94
*qua parte ſupponit Epiſcopi Juriſdictioni Regulares delinquentes circa perſonas degentes intra ſæpta Monaſteriorum Regularium*, *aut circa Clauſuram*, *Bonorum adminiſtrationem eorundem Monaſteriorum*, *habeat locum in omnibus delictis*, *an verò in notoriis ſolùm*, *& cum ſcandalo Populi*: Reſpondit: *Conſtitutionem habere locum in omnibus delictis*, *non autem in notoriis tantùm*, *& cum Populi ſcandalo*.

Et quia eadem Conſtit. loquitur de Regularibus, delinquentibus quoad Clauſuram, non verò de Superioribus, vel 95
aliis, deputatis ad neceſſaria ſervitia Monialium; Cùmque ſit pœnalis intelligenda utique eſt ad literam, & prout verba ſonant, ſecluſa omni ampliatione, & extenſione, juxta animadverſa per *Honded. conſ.* 95. *num* 98. *lib.* 1. *Farinac. in Fragm. part.* 2. *lit. E à num.* 115. *Tiraquel. de Retract. in Præfat. num.* 62. *&* 63. *Seſſ. doc. Arag.* 18. *num.* 102. *& Rot coram Priol. deciſ.* 83. *num.* 38.

Et quia verba ejuſdem reſolutionis concernunt actiones illas, & operationes Regularium exemptorum, quæ ſunt de- 96
licta, & propterea non poteſt habere locum in illis caſibus, in quibus Superiores, vel Inſervientes nullum committunt delictum, vel alloquendo Moniales, vel ingrediendo Monaſteria ex cauſa neceſſaria ex animadverſis ſupra *num.* 91. Eſſet enim inconveniens verè intolerabile, quòd Miniſtri magnorum Piorum noſtræ Religionis in una Provincia, ſeu Catholica Civitate proceſſarentur à Locorum Ordinariis quia alloquuntur Moniales, ſive ratione eorum Officii, ſive ex alia legitima cauſa, ac ſi talis collocutio involveret delictum; In alia verò ab ipſiſmet Epiſcopis, nedum permittatur eiſdem, Moniales ſibi ſubjectas alloqui, ſed ulteriùs neque etiam os aperiant, quando poſitivas leges condunt, ne abſque eorum licentia cum eiſdem Monialibus alloqua-
tur quiſquam, incluſis propriis Conſanguineis, ut juſtifica- 97
tum fuit in Summario ibi: *Volendo in conformità delle Conſtitutioni Pontificie*, *che non ſi ammetta chi ſi ſia nel Parlatorio*, *a parlare con neſſuna*, *ſenza la noſtra licenza ſecondo la forma antica*, *che ſi vede ſtampata*, *e con tutte le condizioni*, *in eſſa inſerte*, *ancorche ſiano Parenti*, *conoſcenti*, *e Religioſi*.

Creſceretque in immenſum idem abſurdum, obſervando,
quòd prædicta non practicarentur diverſimodè vigore diver- 98
ſorum Privilegiorum, quæ magis ampla ſint in una, quàm in alia Provincia, ſeu Prioratu, ſed pro executione eorundem Privilegiorum, quo nihil abſurdius, nilve irrationabilius.

Die Ven 17. Aprilis 1711. propoſita Cauſa in C.E. & R. à
Card. Sperellio, circa tria prima dubia fuit reſcriptum: *Præ-* 99
*vio receſſu à deciſis*, *Licentiam ſubſcribi debere conjunctim ab Epiſcopo*, *& Vicario Religionis*, *quatenus iſte reſideat in Loco*; *In reliquis in deciſis*.

Verùm non acquieſcente Epiſcopo, petiit novam audien-
tiam adv. reſolutionem dd. primorum dubiorum, pro cujus 100
denegatione dicebam.

Ad differentiam omnium aliorum Tribunalium Urbis, quando Cauſæ à Sac. Congreg. deciſæ ſunt poſt 2. reſolutionem, ſeu confirmationem primi reſcripti, nunquam indulgeri ſolet nova Audientia, niſi aliquod nimis relevans, de novo repertum, majorem mereatur diſcuſſionem, ut Eminentiſſ. PP. totique Curiæ notum eſt: Hoc tamen laudabili

bili ſolito non attento, prætenditur exadverſo nova Audientia adverſus duas conformes reſolutiones hujus S. C. reſpectu trium noſtrorum dubiorum, ex eiſdem prorsùs motivis, quæ in præteritum adducta, & exagerata fuerunt, & proindè videtur hodiè reſcribendum, ut Promotor Fiſcalis tandem aliquando acquieſcat.

Unicum fundamentum pro illa obtinenda repoſitum eſt in
102 eo, quia ultima reſolutio capta fuerit in contumaciam, & hoc ſibi debet imputare d. Promotor Fiſcalis, qui diu expectatus, continuiſque intimationibus laceſſitus, informare renuit; Necnon in prætenſa conſuetudine, quæ nullam meretur animadverſionem; Non enim impugnatur totalis ſubjectio Monaſterii, de quo diſputamus magno Priori Capuæ, hoc autem attento, uno ore obſervant Doctores, licentias alloquendi Moniales ſubſcribendas eſſe unitim ab Ordinario Loci, & à Superiore Regulari, prout etiam ab
103 eiſdem copulativè ſubſcribendas eſſe Licentias, tam Sacerdotibus, volentibus celebrare Miſſam in Eccleſiis earundem Monialium, Regularibus ſubjectarum, quàm Medicis, aliiſque Inſervientibus, in caſibus, à jure permiſſis, ut reſpectu primæ concluſionis notant *Pignatel conſ.163. num.2. tom.1.& conſ.84. num.22. tom 6 Nicol in Floſc. verb. Clauſura ſub num.12. & verb. Moniales num.29. Panimol. deciſ.84 annot. 3 num.50. & 90. Card de Luc. ad Conc. diſc.36. num.6.* & relatis innumeris reſolutionibus Sac. Congreg. *Matthæucc. in Official. Cur. Eccleſ. cap.3. à num.1.& Monacell. in Formul. tom.1. tit.1. formul.3. num.3.& tit.11. formul.19. num.7. & tom.2. tit. 15. formul.15. num 3.* Et reſpectu ſecundæ *Gavant. in Manual. verb. Monialium Cura Spiritualis num. 32. Pellizzar. in Manual. Regular. tom.2. tract.10 de Monialib. cap.7. ſub num.7. Ceſped. de Exempt dub.34. ſub num.1. & Capon. diſc.184. num. 22.* Et reſpectu tertiæ *Lezzan. in Sum. verb Clauſura num 24. Donat. Rer. Regul. tom.5. tract.5. quæſt.16 num.1. & quæſt.17. num.2. & 9. Tamb. de Jur. Abbatiſſ. diſp.23. quæſt.1. num.3. & ſeqq. & Ventrigl in Prax. part 1. annot.5. §.2. num.17.*

Et viva ratio hujus concluſionis ea eſt, quòd hoc mo-
104 do reſpectu Clauſuræ omnis adhibetur cautela, dum ex una parte in dictis Licentiis præcedere priùs debet ſubſcriptio Ordinarii, ex alia verò ſubſequi alia Superioris Regularis: Itaut quando ambo concordant in ſubſcriptione Licentiæ, hæc conceſſa dicitur cum tali, tantaque maturitate, ut omnis ceſſet ſuſpicio facilitatis ingreſſus, qui longè difficiliùs locum habet quando à duorum quàm, quando ab unius tantùm voluntate dependet, ut ex ſe notum eſt.

Aliàs ex contraria prætenſione magnum ſequeretur incon-
105 veniens, & intolerabile abſurdum, quia ſcilicet Superior Regularis, cui ſubjectæ ſunt Moniales, quæve ab illius directione pendere debent, penitùs ignoraret perſonas illas, quæ in Monaſterium ingrediuntur, & cum illis tractare debent, præcipuè reſpectu ſpiritualium, ut ſunt Cappellani, & Confeſſarius.

Neque relevat reſponſio, quòd dicta communiter rece-
106 pta concluſio limitetur in caſu contrariæ conſuetudinis, cum ſuppoſito, quòd illa in noſtris terminis verificetur.

Objectum enim non ſubſiſtit in Facto, & non relevat in Jure.

Non ſubſiſtit in Facto, quia circa dictam aſſertam con-
107 ſuetudinem non niſi ſimplices, & affectatæ Fides exadverſo exhibentur, quæ ex vulgatis nullam merentur fidem: Præcipuè quia extortæ fuerunt pendente lite à Subditis Epiſcopi, quòd eorum fidem ſummoperè minuit, ut reſpectu primæ concluſionis videre eſt apud *Rot. deciſ.134. num.4. coram Pamphil. & deciſ.146. num.18. part 9. & deciſ.273. num. 6. part.19 recent.* Et reſpectu ſecundæ apud *Afflict. deciſ.304. num.8. Farinac. de Teſtam quæſt.55. à num.203. & Rot coram Mart Andr. deciſ.45. num 7.*

Minùs eadem reſponſio relevat in Jure.

Quia non eſt ſermo de prætenſa conſuetudine, quando in
108 Civitate Pennæ aderat Vicarius magni Prioris, dum iſte nunquàm in præteritum in illa deputatus fuit, vel moram fecit, ut probavimus ſupra *à num.46.& num.84.* ubi regiſtravimus præciſa verba Epiſcopi in Relatione ad C.C. quæ ſunt *in lib.33. Decret fol.89.*

Et proindè applicatur notiſſimum Juris axioma, noto-
109 riumque principium, quòd cùm conſuetudo tantum habeat de potentia, quantum habuit de actu, nullius prorsùs efficaciæ, nulliuſque virtutis remanet extra præciſos, & individuales illos terminos, in quibus ſervata fuit, ut notant *Altogr. conſ.62. num.12. lib 2. Thom. deciſ.331. num.37 & deciſ. 240. num 4. & Palm Nepot allegat.287. num.25.* & firmavit *Rot. deciſ.50. num.38. & deciſ.78 num.45. coram Anſald. & in part.19. recent deciſ.505. num.6. & deciſ.520. num 7. & in Gienen Jur. voc and.27. Jan.1704. §. Quæ adeò coram Card. Scotto:* Minuſque extendi valet de loco ad locum, de caſu ad ca- 110
ſum, vel de perſona ad perſonam, attenditurque in ſolo præciſo, & individuali caſu, in quo practicata fuit, ut videre eſt apud adductos *à Card. de Albic. in Addit. ad Pamphil. deciſ 88. num.7. Rot. deciſ.74. num.2. coram Dunoz. ſen.& deciſ. 278. num.8 part.12 & deciſ.355. num.6. part.14. & deciſ.484. num.11 part.19. recent.* & loquendo favore noſtræ Religionis eadem *Rot. in Tolet Juriſd. 17. Junii 1689. §. Quo verò, & 16 Junii 1690. §. Quatenùs coram Molines.*

Non relevat in Jure, eadem reſponſio, quatenùs adver-
ſùs rei evidentiam dicta prætenſa conſuetudo concludentiſſi- 111
mè probaretur in præciſiſſimis terminis noſtri caſus, ea ratione, quia privilegia noſtræ Religionis, quorum vigore Monaſterium, de quo diſputamus, ſubjectum eſt magno Priori Capuæ, munita ſunt clauſula *Sublata, & Decreto irritanti*, in quibus circumſtantiis adversùs dicta privilegia inallegabilis eſt quælibet obſervantia in contrarium, benè *Co-* 112
*bell. ad Bullar bon. Reg. cap.28. num.72.* & meliùs *Rota deciſ. 1279. num.18. coram Emer. jun.* ubi, quòd Decretum irritans tollit, quamcumque conſuetudinem, & obſervantiam antecedentem, impeditque ne poſſit alia inchoari in futurum cum aliis, citatis *in Tom.1. part.2. diſc.14. num.21. & 27.*

Et articulo ad Partes diſcuſſo, reſpondit C. C *in Lauden.
2. Maii 1711. ad 2. dub.* ut videre eſt *in Tom.1. part.2. diſc.14.* 113
*per totam.* Et in terminis Privilegiorum noſtræ Religionis, quòd adversùs illa nulla attendatur conſuetudo, nullaque obſervantia allegabilis ſit, eo quia continent clauſulam *Sublata*, & Decretum irritans, benè *Pignatel. conſ.30 per tot.* & ſign. *num.12. tom.10.*

Quòd procedit, etiamſi agatur de conſuetudine, & obſer-
vantia, introducta ab ignorantibus Privilegia, & clauſulas 114
in illis contentas, ut notabiliter ampliat *Gonz. ad Regul.8. Cancel gloſſ.67. num.18.* ibi: *Ligat etiam dictum Decretum, quando eſt impoſitum à Papa, non ſolùm ſcientes, ſed etiam ignorantes, quamvis non eſſent addita illa verba, ſcienter, vel ignoranter*, & concordant *Mar. Anton. variar. reſol. lib.1. reſol.98. in fine, & Rot. deciſ.1810. num.6. coram Coccin. & deciſ.249. num.1. coram Priol. & in part.1. div. deciſ 578. num.3.*

Retorquetur autem potiùs, quàm obſtet reflexio, quòd
ſumus in terminis Conſuetudinis, Juris communis diſpoſi- 115
tioni conformis, ac proindè omnis capienda ſit interpretatio pro illa extendenda, ut fiat reditus ad idem Jus commune; Quia de Jure Licentiæ alloquendi Moniales in Monaſteriis, habentibus proprium, & particularem Superiorem Regularem, non ab Epiſcopo privativè, ſed ab eodem cumulativè cum eodem Superiori Regulari ſubſcribendæ ſunt, ut probavimus ſupra *num.38.& 103.*

Et propterea remanet clarum, quòd ſumus in circumſtantiis conſuetudinis, exorbitantis à diſpoſitione Juris com-
munis, in quibus terminis omnis poſſibilis capienda eſt in- 116
terpretatio pro illius excluſione, & reſtrictione, juxta ea, quæ generaliter firmat *Rot. deciſ.616 num.4 coram Dunoz. jun. & deciſ.879. num.6. coram Emer. jun.* & favore noſtræ Religionis, *in Tolet. Juriſdict. 17. Junii 1689. §. Quo verò coram Molines.*

Neque minorem involvit exhorbitantiam alia prætenſio,
velle Epiſcopum procedere contra Vicarium magni Prioris, 117
loquentem cum Monialibus, cæteroſque Miniſtros, quibus pro unica tantùm vice prætenditur id eſſe permiſſum; Si enim idem Vicarius, uti Superior earundem Monialium, poteſt aliis dare Licentiam cum illis alloquendi, ex ſupra allegatis, multò magis ipſe cum eiſdem Monialibus loqui poterit, imò debebit, ex quo agitur de Monaſterio, quod eidem Magno Priori Capuæ *ſpetta reggerlo, governarlo, e conſervarlo nella buona cuſtodia*, ut exadverſo admittitur,
& probavimus ſupra *num.16.* Non enim ad praxim reduci po- 118
teſt directio, gubernatio, & conſervatio Monaſterii in bona cuſtodia, abſque eo quòd Superior alloquatur cum illis, quas regere, gubernare, & conſervare debet, ut de ſe notum eſt, & reſolvit hæc S. C. 27. Septemb 1641. *apud Lantunſ in Theatr. Regul. verb. Alloquutio num.7. & Matthæucc. in Official Cur. Eccleſ. cap.3. num 13. & 14.*

Unde in his circumſtantiis nulla dari debet, aut poteſt re- 119
gula, dum facultas alloquendi competit Vicario Jure ſuo, & ex proprio Officio, ac totiès, quotiès neceſſitas poſtulare videtur; Id quod reſpectivè militat circa alios Miniſtros, & Officiales, addictos ſervitio Monaſterii, qui, ut experientia edocet, in omnibus ferè Monaſteriis totius Urbis, & Orbis alloquuntur cum iiſdem, juxta rerum, & caſuum contingentias; Et propt. in hac parte nulla dari poteſt limitatio, nec Jus aliquod ſibi arrogare poteſt Epiſcopus ſupra perſonam

ſonam Vicarii, omninò immunis, ac exempti ab ejus po-
teſtate; Et utique curabit ipſe prudenter, accuratèque ſe
regulare intra cancellos ſuæ facultatis.

Nullam autem habent à parte rei ſubſiſtentiam exage-
rationes ille quòd Vicarius noſtri Monaſterii exceſſerit fi-
nes moderatæ colloquutionis, cum inſubſiſtenti ſuppoſito,
quòd *ſi tratteneva quaſi continuamente a parlare con le Mo-*
120 *nache*, *anche ſino ad un' ora di notte*, ut gratìs ubique aſſe-
ritur; Sunt enim hæc adeò inſubſiſtentia, atque à verita-
te aliena, ut nec ſyllaba legatur in contrario Summario
ad colorandum dictum exceſſum, qui, utì ſapiens deli-
ctum, concludentiſſimè probandus eſſet, in dubio ſemper
121 pro illius excluſione inclinandum ex notoriis principiis,
de quibus *in Inſtit. Crim. lib. 1. tit. 1. n.* 34.

Omnem verò excedit exorbitantiam prætenſio circa in-
veſtimentum Dotium, quod Epiſcopus ad ſui libitum face-
122 re prætendit reſpectu noſtri Monaſterii. Ea enim, quæ in
hac parte illius favore afferri poſſunt, procedunt reſpe-
ctu Monaſteriorum, eiſdem Epiſcopis ſubjectorum, in
quibus cùm ipſis demandata ſit cura regendi, & guber-
nandi eadem Monaſteria, nedum quoad Clauſuram, &
ſpiritualia, ſed etiam quoad temporalia, & concernentia ip-
ſius adminiſtrationem, nil mirum, ſi poteſt, imò debet in-
123 vigilare circa dictarum Dotium inveſtimentum; Noſtrum
autem Monaſterium non Epiſcopo, ſed magno Priori Ca-
puæ per modum totalis, & abſolutæ ſubjectionis in omni-
bus, & per omnia ſubeſt; umbraque illa juriſdictionis,
quam in illo poteſt exercere Epiſcopus, non eſt ordinaria,
ſed delegata, & reſtricta ad ſolam Clauſuram, ex addu-
ctis per *Nicol. in Floſc. verb. Clauſura num.* 12. & propterea
extendi nullatenùs valet ad ea, quæ cum dicta Clauſura nul-
lam habent connexionem.

Et in rei veritate, nec unicus adducitur miſerabilis actus,
in qua anteceſſores Epiſcopi unquam manus appoſuerint
124 circa Dotium inveſtimentum in noſtro Monaſterio: Un-
dè debet Epiſcopus, novitatibus relictis, per illam viam
incedere, per quam ejus Anteceſſores ambularunt: No-
vitates enim ſemper odioſæ, ſemperque pernicioſæ exi-
ſtunt, nihilque magis animum perturbat, quàm innovare,
125 ut obſervavimus *in Tom. 1. part. 1. diſcept. 10. numer.* 12.
*&* 23.

Ex quibus contraria prætenſio videtur deſtituta omni le-
gali fundamento pro obtinenda nova Audientia reſpectu
126 trium priorum dubiorum, preſertim poſtquàm fuerunt ad
Partes in forma authentica transmiſsa Decreta, & reſcri-
pta hujus S. C. In quibus circumſtantiis ex laudabili praxi
ejuſdem S. C. ratione rei ampliùs non integræ, non ſolent
reſolutiones in dubium revocari, ex quo Cauſa habetur
pro terminata.

Abſque ulla prorsùs difficultate, attento quòd eadem De-
creta expedita fuerunt poſt renunciationem, exadversò
127 factam ulteriori diſputationi dictorum trium priorum du-
biorum, injungendo Cauſæ Patrono *di non farci altro*, ut
dicitur in contrariis Scripturis, idque non ſemel aſſeren-
do, neque oſcitanter, ſed ſæpiſſimè; Et propterea nimis
improprium videtur poſt tales apertas declarationes, iterùm
hodiè vexare hanc Partem, terminata Cauſa, nedùm me-
diantibus replicatis oraculis hujus S. C. ſed etiam ex pro-
pria commiſſione Epiſcopi data Defenſori Cauſæ *di non
farci altro*.

Cæterùm quatenùs Eminentiſſimis PP. ex illorum ſum-
ma benignitate placeat talem novam Audientiam conce-
128 dere Epiſcopo reſpectu dd. trium dubiorum, hæc videtur
etiam Nobis concedenda reſpectu dub. 5. 9. 10. 11. & 12. tum
ad hoc, ut Cauſa nova diſcuſſione in omnibus ſubiiciatur, &
ſeriò reflecti poſſit quidquid pro illorum declaratione fuit
quoque in præteritum petitum, tum ne ad imparia judice-
129 mur adversùs diſpoſitionem *Text. in l. Non debet, ff. de Re-
gul. Jur.* cum aliis apud *Rot. dec.* 2 *num.* 11. *p.* 19. *rec. & dec.*
24. *n.* 5. *apud de Proſper. de Terr. ſepar.*

Die 8. Aprilis 1712. in C. E. & R. propoſita inſtantia Epi-
ſcopi per Card. Sperellum, reſcriptum fuit: *Nihil de nova
Audientia.*

# DISCEPTATIO XV.

## Hydruntina Alternativæ.

*PRO*

PP. Reformatis Hydruntinis.

*CUM*

PP. Reformatis Barenſibus.

## ARGUMENTUM.

*Altenativa, an ſit ſervanda inter Provincias Hydrunti-
nam, & Barenſem, & an illæ dividendæ ſint in duas
partes, vel in tres Diſtrictus.*

APprobata à Clem. VII. *in conſtit.* 35. *in Bullar. nov.*
*tom.* 1. ſtrictiori Obſervantia PP. M. S. Franciſci Re- 1
format. eadem Reformatio primas fixit radices, primoſ-
que extendit ramos ad Provinciam Hydruntinam, ubi
vigore *Conſtit.* 55. *§.* 7. *Gregorii XIII. in Bullar. nov. tom.*
2. demandantis PP. M. de Obſervantia aſſignationem, ſeu
ceſſionem Conventuum PP. Reformatis, memorati PP. de
Obſervantia Provinciæ Hydruntinæ circa annum 1589.
aſſignarunt PP. Ludovico Galatino, Paulo à Soliano, Pe-
tro à Cupertino, & Hieronymo à Bitecto, Fundatoribus
noſtræ Reform. tres Conventus, primum in Civitate Brun-
duſii, 2. in Terra Salicis, in eadem Diœceſi Brunduſina,
& 3. in Terra Cupertini in Diœceſi Neritonenſi, omnes in
Provincia Hydruntina, Succeſſivè autem circa annum
1591. antedicti PP. Obſervantes aſſignarunt dd. Patribus
Reformatis 4. Conventum in Civitate Lycienſi, quintum
in Terra Francavillæ, & 6. in Terra Caſalis novi, ambos 2
Uritanæ Diæceſis, 7. in Terra Martinæ, Tarentinæ Diœce-
ſis, 8. in Terra S. Petri Galatinæ, Diœceſis Hydruntinæ,
9. in Civitate Gallipolis, 10. verò Conventus fundatus exti-
tit ab ipſimet PP. Reformatis in Terra Præſitii, Diœceſis
Ugentinæ; Omnes autem prædicti Conventus, exiſtunt in
Provincia Hydruntina, ſuntque primi Conventus, qui
fundati fuerunt in Provincia S. Nicolai, antiquitùs unam
conſtituentes Cuſtodiam.

Temporis autem decurſu prædicti PP. Reformati rece-
perunt, & reſpectivè fundarunt in ſupradicta Provincia S.
Nicolai alios 10. Conventus, & unum Hoſpitium; Primum
nempè in Civitate Tarentina, 2. in Civitate Oſtuni, 3. in 3
Civitate Neritonis, 4. in Civitate Caſtellanetæ, 5. in Ter-
ra Soleti, Diœceſis Hydruntinæ, 6. in Civitate Materæ,
7. in Terra Lequilis, Diœceſis Lycienſis, 8. in Terra Me-
ſapiæ, Diœceſis Brunduſinæ, 9. in Terra Minervini, 10. in
Terra Octaviani, Diœceſis Neritonis, & Hoſpitium in Ter-
ra S. Georgii, Diœceſis Tarentinæ.

In Prædictis 20. Conventibus, exiſtentibus in dicta Pro-
vincia Hydruntina, ſecundùm Oraculum Innoc XI. præ-
ſcribentis in ſingulis Conventibus certum Religioſorum nu- 4
merum, commorari debent Religioſi, 423. & in Hoſpi-
tio permanent 10. Religioſi, adeoq; in totum Religioſi 433.
In his autem Conventibus ſemper floruerunt Religioſi mo-
rum ſanctitate inſignes, & doctrina illuſtres, ut videre eſt in
Catalogo, qui datus fuit ad partes.

Prout etiam in Terra Barenſi fuerunt recepti 4. Conven-
tus, & alii 5. fundati à dd. PP. Reform. Hydruntinis, in
parte ſcilicet contermina, ſeu confinante cum Hydrunti-
na, quorum 1. ex receptis fuit in Terra Caſſani, 2. in Civi- 5
tate Gravinæ, 3. in Terra Turis, 4. in Terra Valenzani,
5. in Civitate Barii, 6. in Civitate Bitecti, 7. in Terra Joviæ,
8. in Civitate Altamuræ, & 9. in Terra S. Eraſmi, in quibus
ſecundùm d. numerum, determinatum ab Innoc. XI. perma- 6
nere dumtaxat debent Religioſi 146.

Prædictæ autem duæ Provinciæ Hydruntina, & Barenſis,
licèt materialitèr diſtinctæ, conſtituunt tamen unicam for-
malem Provinciam PP. Reform. nuncupatam S. Nicolai, ob
peculiarem devotionem Principis Tarenti, Fundatoris 7
Conventus in d. Terra S. Petri Galatinæ Provinciæ, & Diœ-
ceſis Hydruntinæ, quæ Provincia S Nicolai permanſit in
ſtatu Cuſtodiæ uſque ad annum 1639. quo Urb. VIII. Cu-
ſtodias PP. Reform. quæ habebant ſaltem 12. Conventus,
in Pro-

in Provincias erexit, ut ex Brevi, regiſtrato in *Regula S. Franciſ. Prov. Refor. Ciſm. fol. 13.*

A fundatione præfatæ Provinciæ S. Nicolai Officialium electiones activè, & paſſivè ſemper peractæ fuerunt juxta
8 ſacrorum Canonum, Apoſtolicarumque Conſtitutionum diſpoſitionem, necnon ad terminos Statutorum Ordinis, demandantium, eligi in Officiales Religioſos magis dignos, & Religionis bono regimini, ac adminiſtrationi magis proficuos, nulla habita ratione Patriæ, vel Nationis: Nihilominus P. Honuphrius à Canneto Nationis Barenſis anno 1688. Provincialis in noſtra Provincia, præmeditans ſtabilire Alternativam inter PP. Hydruntinos, & Barenſes in electionibus paſſivis Definitorii, aliorumque Officia-
9 lium, in congregatione habita eodem anno 1688. ſuper electionibus Guardianorum, ex 29. Guardianis elegit 28. cum ſuo Voto deciſivo (quod fuit, & eſt inauditum in Religione) Iidemque Guardiani taliter electi in futuro Capitulo Provinciali debebant eſſe Vocales, ad effectum ſtabiliendi exoptatam Alternativam.

Prævidentes proindè PP. Hydruntini imminens præjudicium, ab hujuſmodi Alternativa ortum habens, ſolemnem emiſerunt proteſtationem, quam tranſmiſerunt tunc
10 temporis P. Procuratori gener. Reformat. Verùm illa nullatenus exhibita, tranſmiſſus fuit in Viſitatorem Provincialem P. Jo: ab Aquila, cui ſubindè ampla conceſſa fuit facultas celebrandi Capitulum provinciale: Quapropter, coadunato dicto Capitulo die 6. Aprilis 1690. ſub erroneis præſuppoſitis, & inſubſiſtentibus aſſertionibus, quòd ei tranſmiſſum fuerat à P. Carolo Franc. Vareſio, tunc temporis totius Ciſmontanæ Familiæ C. G. decretum Alternativæ, concluſæ, ut ibi dicitur, cum Voto Emin. Protectoris, in
11 quo præcipiebat illius acceptationem ſub rigoroſiſſimis pœnis, contra Inobedientes, & Rebelles à Legibus taxatis, ibi: *Certiores redditi Em. Protector & Rev. P. C. G. præfati, eidem Commiſſario Viſitatori decreto tranſmiſſo. ut videre eſt in calce: Nos Fr. Carolo Franc. de Vareſio &c. & ſub fine, omnes adamuſſim obſervent: Cum Voto Em. D. N. Protectoris ipſemet P. C. G &c. Alternativam tranſmiſſit omni juſtitiæ conſonam. præcipiendo in virtute S. Obedientiæ, & ſub pœnis, contra Inobedientes, & Rebelles à Legibus taxatis.*

Dictum verò decretum, ut ſupra tranſmiſſum, ab eodem tunc temporis C. G. continebat.

I. Quòd: *In quibuſlibet Comitiis provincialibus, ſeu provincialibus Congreſſibus, Pars Lycienſis (ideſt Hydruntina)
12 habeat in Definitorio tres ſatisfactiones, & etiam tres Pars alia Barenſis, tali ordine, ut Pars Lycienſis, tanquàm copioſior Fratribus, & conventibus, ſucceſſivè per duas vices habeat Provincialatus Officium, cum adſcriptione duorum Nationalium Patrum in Definitorio, adeoquè in ſingulos novennos annos Pars Barenſis habeat ſemel Provincialem, cum duobus Definitoribus, & alio ſexennio Cuſtodes cum Definitoribus binis in unoquoque triennio, ſic Lycienſes per conſequens habeant reliqua in Definitorio Officia.*

II. Quòd PP. Barenſes haberent 12. Guardianias proprias, quandò non habebant niſi 9 Conventus, & duas alias in
13 Conventibus Hydruntinæ Provinciæ, ibi: *Diſponere etiam volumus Guardianatus pro ejuſdem Provinciæ communi pace, & ſine offenſione Juſtitiæ diſtributivæ* (Notetur quæſò phraſis hæc, emiſſa in eo actu, in quo illa inſigniter lædebatur) *ita quòd PP. Barenſes 11. habeant Guardianias; Nè autem ſumma inæqualitas videatur in electionibus futurorum Capitulorum, volumus, duas alias Guardianias addi Parti Barenſium, ita quod duo alii Guardiani eligantur à Barenſibus ad ipſorum ſatisfactionem, ſed eligendi ſint Natione Lycienſes, uſquedum Conventus, ab ipſius recipiendi, ad æqualem numerum pervenerint Conventuum Lycienſium.*

III. Abſquè ulla legitima cauſa, mediante eodem decreto, diſmembrantur à Provincia Hydruntina duæ Civitates, nempè Caſtellaneta. & Matera, ibi: *Partem Baren-
14 ſem 12. Guardianiis confectam preſcribimus geographicè, & ſecundum naturam per diviſionem* vulgò la Gravina di Caſtellaneta, *excluſivè uſque ad Præſitium.*

IV. Demum aſſignantur 12. Novitii, 8 ſcilicet Clerici, & 4. Laici Parti Barenſi, & reliqui 18. aſſignantur Parti Hydruntinæ ibi: *Præcipimus, ut de receptis, & approbatis
15 intra numerum ſolitum à S. C. concedi pro quilibet anno 12. Juvenes, 8. Clerici, 4. Laici de melioribus reſpectivè pro Parte Barenſi recipiantur ad Habitum, & Profeſſionem, reliqui verò pro complemento numeri præfixi à S. C. ex alia Parte, tanquàm numeroſiori veſtiantur.*

Et ſucceſſivè cum hujuſmodi erroneis præſuppoſitis extorſerunt à dicto Eminent. Protectore, & C. G. dictæ Alternativæ confirmationem, necnon obtinuerunt ab Innoc. XII. ſolitum Breve confirmatorium nomine P. Provincialis 16
Nationis Hydruntinæ, ipſo nedum inſcio, ſed expreſſè recuſante acceptare d. decretum Alternativæ, quod Breve non ſine myſterio publicatum fuit poſt duos annos, nàm fuit expeditum 17. Maii 1692. & publicatum die 23. Febr. 1694. & ſic poſt expletum Officium d. Provincialis inauditis anguſtiis cogendo PP. Hydruntinos ad illius acceptationem, mediantibus metu, minis, coactionibus, & graviſſimis pœnis, comminatis contra Reluctantes, latè comprobatis in Summario.

Verùm agnoſcendo PP. Barenſes injuſtitiam prænarratæ Alternativæ, recurſum habuerunt ad hanc S.C. mediante ſupplici Libello ſubſcripto à 63. PP. ejuſdem Nationis 17
Barenſis & tranſmiſſo P. Proc. generali, ut obtineret ab hac S. C. moderationem Alternativæ, & in tres diſtrictus Provinciam diſtribueret pro bono pacis, & juſtitiæ; Idquè adeò exoptarunt prædicti Patres Barenſes, ut in Capitulo, celebrato de menſe Febr. 1711. fuerit concorditer reſolutum (5. dumtaxat contradicentibus) ut ſupplices porrigerentur preces huic S.C. pro dicta trina diſtributione Diſtrictuum, undè exhibita d. Supplicatione, reſcriptum fuit: *V. C. G. pro informatione, & Voto:* Superventis autem quatuor ex illis 18
Religioſis, nempè duobus Barenſibus, altero ex Religioſis aggregatis, & altero ex Hydruntinis, factoque Compromiſſo in perſonis 4. Religioſorum, emanavit Laudum, non minùs præjudiciale, quàm dicta Alternativa: Quo circa adverſus hujuſmodi gravamina habitus fuit recurſus ad hanc S. C. per Patres Hydruntinos, verſaque vice PP. Barenſes, eorum malum jus agnoſcendo, quòdque dictum decretum tueri non valebant, recurſum pariter habuerunt 19
ad hanc S. C. petendo infirmationem prædicti Laudi, & reſpectivè diviſionem ejuſdem Provinciæ S. Nicolai in duas partes, Hydruntinam ſcilicet, & Barenſem: Cùmque ſub die 12. Martii 1711. reſcriptum fuerit, *P. G. pro Informatione, & Voto*, hinc, illo exhibito in Secret. contingit in 20
præſenti diſputari tria dub.

I. *An ſit ſervanda Alternativa, ſeu Concordia, facta in* 21
*Provincia S. Nicolai de anno 1690. ſeu potiùs ſit exequendum Laudum.* Pro negativa reſolutione primæ partis hujus dubii urgere videtur Juris communis diſpoſitio, qua attenta, hujuſmodi Turnus, ſeu Alternativa prohibita eſt, utì ex diametro oppoſita naturæ electionis, quæ debet eſſe libera, cùm apud Deum non detur acceptio Perſonarum, & ne aliàs contingat, ut Electores, neglectis perſonis dignis, quas agnoſcant Religionis bono regimini, ac adminiſtrationi magis proficuas, cogantur eligere minus dignos ex ſolo motivo nationalitatis, *Text. eſt literalis in can. Abbatem in Monaſterio 18. qu. 2. & in cap. Cùm dilectus 8. de Conſuet.* ubi communiter *Repetentes*, & ſignanter *Butr. in 1. lect. n. 7. & in 2. lect. n. 39. & 43. Zabarel. n 9. qu. 1. Gloſ. in* 22
*can. 2. ubi Archid. & Turrecrem numer. 1. diſtinct. 66. Peyrin. Oper. Regul. par. 2. in addit. ad Conſtit. Clem. VIII. cap. 5. n. 31. & Rot. dec. 75. num. 4. par. 1. rec.* ibi; *Eo enim ipſo, quòd Conſtitutio arctat Cong. in alternato triennio ad eligendum in Abbatem generalem unum Monachum profeſſum Monaſterii Vallis oleti, ei aufert jus, quod ſibi de Jure communi competit, ut electio Generalis activa, & paſſiva liberè ſpectet ad totam Cong. & Paſſerin. de Elect. cap. 2. nu. 64.* ubi, quòd expedit, omnes abolere Alternativas, etiamſi illæ, ſer. omnibus de ju- 23
re ſer ſtabilitæ ſint, ea ratione, quam experientia veram comprobat, quia præſtant beneficium temporale, & præparant damnum perpetuum, atque irreparabile, ibi: *Quantùm verò ad alternativas &c. experientia demonſtravit, quod juvant ad conciliandam pacem pro brevi tempore, & præſtant beneficium temporale, ſed ſecum ferunt damnum irreparabile, ac perpetuum, ut ſæpiſſimè minus idonei cum indicibili damno Religioſorum præſint, ideò omnes Alternativas tollere optimum eſſet.*

Quo etiam ſtatutum eſt in *Conſtit. Apoſt.* ſignanter *Clem.* 24
*VIII. la 35. Greg. XIII. la 55. & Clem. VIII. la 145.* & in Statutis, ſeu Regulis noſtræ Religionis, quæ in ſubjecta materia ſunt omninò attendendæ, cùm certum ſit indiſtinctè in omnibus Ordinibus Regularibus, quòd electiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria Inſtituta, & Ordinationes, ut patet ex *Clem. Exivi de Paradiſo de Verb. ſignific.* ex decreto *Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 7. & ex Clem. VIII. Conſt. 60. §. 23.* qua confirmantur decreta ſuper Reformatione Regularium, tradunt poſt alios *Barboſ. Vot. dec. 106. n. 9. li. 3 Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 3. de Tempor. elect. qu. 1. num. 8.* Et propterea id multò magis dicendum erit de noſtra Reformatione, cujus Statuta, & Ordi- 25
natio-

nationes ſemper fuerunt habitæ in ſumma veneratione ,
ac punctuali exequutioni ſemper fuerunt demandatæ.

Quibus adſtipulatur notorium Breve Clem. X. expedi-
26 tum die 14. Novemb. 1675. diſponens , quòd in provincia
Romana, nullo habito ad Nationes, aut Definitorii æqua-
litatem reſpectu, ſed indifferenter ad Officia ii eligantur ,
qui meritis, & idoneitate præſtantiores, ac Religioni utilio-
res eſſe judicati fuerint ibi : *In eadem Provincia nomen , ſeu
vocabulum Fratrum nativorum , & non nativorum omninò a-
boleri , & perpetuò abolitum remanere præcipimus , & manda-
mus : Porrò in Capitulis , & Congr. d. Provinciæ , electio-
nes , tam Miniſtri Provincialis , quam Cuſtodis , Definitorum ,
& Guardianorum omninò fiant ad præſcriptum Apoſtolicarum
Conſtitut. & Statutorum Ordinis , & Reformationis hujuſmo-
di , itaut nullo pariter habito ad Nationes , aut ad Definitorii
æqualitatem reſpectu , ſed indifferenter ad hujuſmodi Officia ii
eligantur , qui meritis , & idoneitate præſtantiores , ac Religioni
utiliores eſſe judicati fuerint.*

Non attento decreto Alternativæ, tranſmiſſio à d. P. C.
27 G. & in d. provinciali Capitulo acceptato ; Illud enim utì
evidenter nullum, & palpabiliter injuſtum in nulla haberi
debet conſideratione.

Nullitas autem ex duplici capite promanat : I. Quia in
28 d. Capitulo, in quo ſtabilienda erat Alternativa , non fue-
runt vocati, neque intervenerunt duo Patres Exprovincia-
les, qui omninò vocari, & intervenire debebant, dum age-
batur de re graviſſima, tangente totam Provinciam, illam-
què nimis ſenſibiliter gravante, juxta diſpoſita *in Conſtit.
Gener. Ord.* & in illis *PP. Reform. cap. 8. n. 42. & ſeq.* Præſer-
tim quia ad idem Capitulum fuerunt vocati , & interväne-
runt Religioſi longè inferioris ordinis , nempè Patres Le-
ctores Sacræ Teologiæ. Quapropter à fortiori vocandi erant
dd. qualificati PP. Exprovinciales. Quo ſtante, acceptatio
dicti decreti Alternativæ inſanabilis nullitatis vitio laborat
29 juxta animadverſa per *Canoniſt. in cap. Quod ſicut de Elect.*
cum aliis apud *Capon. diſcept. 27. n. 13. & 14. Anſald. in ad-
dit. ad dec. 86. n. 54. & Rot. in Leodien. Abbatiſſat. 7. Feb. 1684.
§. Fundamentum coram Card. Matthæjo.*

II. Et fortiùs, quia P. Commiſſarius non habebat faculta-
30 tem ſtabiliendi aſs. Alternativam , Juri communi , & Con-
ſtit. Ordin. adverſantem , ex adductis per *Caſtellin de Elect.
cap. unico nu. 36. Donat. Rer. Regul. par 3. tract. 1. q. 10. n. 2 &
Rot. dec. 65. n. 4. par. 1. rec.* Generales enim Ordinum ſunt
Conſtitutionum Exequutores, non autem deſtructores ex
add. *in Tom. 2. p. 2. diſc. 23. n. 14.* Quod abſque ulla difficul-
tate procedit in noſtris terminis, attento Brevi Urb. VIII.
rotundis literis diſponente , quòd Statuta Reformationum :
*Nec à Capitulo , nec à Miniſtro Generali poſſint alterari , ſeu
immutari , ſed eorum moderatio fieri debeat in Capitulo , vel
Cong. Generali*; Et propterea niſi velit in Urbe in controver-
ſiam deduci Summi Pontificis authoritas , caſus iſte , utì lite-
31 raliter deciſus à dicto Urb VIII. remanet omni diſputatio-
ne indignus , & applicatur regula *Text. in l. Ille aut ille ff. de
Legat* 3. ut in terminis alterius Brevis Inn. X. advertit *Card
de Luc. de Paroch. diſc. 21. ſub n. 3 verſ. Contrarium.*

Cæterùm , quatenus per malam hypoteſim , & inſubſi-
32 ſtens ſuppoſitum d. P. C. G. hujuſmodi facultatem habuiſſet,
adhuc conſtans in facto eſt , quòd ille numquam tranſmiſit
aſſ. decretum Alternativæ ; ut ipſemet commendabili in-
genuitate fatetur, palamquè hodiè facit , firmiter aſſeren-
do , ipſum numquam feciſſe hujuſmodi Decretum . Quan-
tùm autem deferendum ſit prædicto qualificato Patri, tunc
temporis G. C. totius Ciſmontanæ familiæ , & hodiè V.
C. G. Reformatæ, qui ob Officium hujuſmodi de eo tempo-
re laudabiliter geſtum, & ob ejus morum integritatem , &
doctrinæ excellentiam , & in ſupremis totius Ordinis ,
33 aliiſque inſignibus muniis obeundis , primum occupat lo-
cum in noſtra Reformatione , ſapientiſſimo EE. PP. judi-
cio relinquimos judicandum.

Ut autem Em. PP. manibus palpent inſubſiſtentiam , ſeu
34 veriùs patentem falſitatem dicti decreti Alternativæ , per
d. P. Viſitatorem, publicati, ibi : *Certiores redditi Em Pro-
tector & Rev. P. C. G. præfati , eidem Commiſſario Viſita-
tori Decreto tranſmiſſo* humillimè ſupplicamus reflectere
ad notabilia illa verba , immediatè ſequentia , ibi ; *Ut vide-
re eſt in calce* . Et tamen in calce d. Decretum Alternativæ
nullatenus reperitur inſertum , ut ictu oculi reſultat ex O-
riginali , quod datum fuit in manibus Ponentis ; Signum
evidentiſſimum , quòd d Decretum nunquam extitit in re-
rum natura , ſed eſt prorſus ideale , & confictum , merum-
què figmentum, ad ſolum finem extorquendi Alternati-
vam , Hydruntinis præjudicialiſſimam , ad tradita per
*Rot. dec. 816. num. 9. par. 18. rec* Et proinde in nulla haberi
debet conſideratione ; ex adductis per *Alex. conſ 9. ſub n.* 35
*12. lib. 5. Dec conſ. 63. n 6. & Rot. dec. 439. n. 1. & 3. cor. Lu-
dov & dec. 368. n. 8. cor. Celſ.*

Creſcit in immenſum demonſtratio falſitatis d. Decreti , 36
dum diligentiſſimè perquiſitis Regeſtis Archivii Aracœli-
tani , conſtat numquam fuiſſe tranſmiſſum d. Viſitatori ,
ut teſtatur Archiviſta in Summ. Cui teſtanti de re , ad
proprium Officium ſpectante , omnis adhibenda eſt fides ,
ex adductis per *Anſald. in addit. ad dec 86. n* 104. & per
*Rot dec. 376. num. 5. & 11. cor. Dunoz. jun. & dec. 98. n. 26.
par. 19. rec.*

Tranſitque in evidentiam prædicta falſitas ex altera re- 37
levantiſſima facti circumſtantia , deprompta ex eodem De-
creto Alternativæ, ubi aſſeritur à P. Viſitatore , quod P.
C. G. ei tranſmiſit Alternativam, ibi : *Cum Voto Em. D.
N. Protectoris :* Et tamen eſt innegabiliter falſum , quòd
Protector unquam fuerit in Voto pro alternativa , ſed ſo-
lummodò mandavit eidem Viſitatori , ut exquireret , &
diſcuteret modum , quo pacificè , & ſecundum juſtitiam
diſtributivam poſſent fieri electiones , ut aſſeruit idem Pro-
tector in Libello, porrecto huic S. C. die 27. Junii 1690. 38
ibi ; *Mandavi Commiſſario Viſitatori ut in pleno Capitulo pro-
vinciali exquireret , & diſcuteret modum , quo pacificè , &
ſecundum juſtitiam diſtributivam , poſſent fieri electiones .* Sa-
nè iſtud Votum , ſeu mandatum toto Cœlo diſtat à præce-
pto ſtabiliendæ Alternativæ, quinimò ei è diametro oppo-
nitur , attentis illis verbis , *ſecundùm juſtitiam diſtributivam* ,
quæ non fuit ſervata in Decreto Alternativæ , benè verò
ſumma injuſtitia , atq; monſtruoſa inæqualitas, ut mox de-
monſtrabitur.

Ultra quòd maximam præſefert inveriſimilitudinem , 39
quòd P. Commiſſarius inferior procedere debuiſſet cum Vo-
to Protectoris ; innegabiliter Superioris, hoc enim eſt inau-
ditum , & contra omnes Juris, & praxis regulas, ſecun-
dum quas Superiores nunquam dare ſolent Votum conſul-
tivum Inferioribus, experientia teſte , & id obſervantibus
*Coccin. annotation. 185. Card. de Luc. de Judic. diſc 4. ſub
numer. 11. & Anſald. in addition. ad deciſ. 28. numer.
5. & 6.*

Inſuper d. Decretum Alternativæ eſt in omnibus ſuis par- 40
tibus manifeſtiſſimè injuſtum, & PP. Hydruntinis præjudi-
cialiſſimum.

Evidens injuſtitia reſultat primò ex eo , quòd vigore d. 41
Decreti ex ſex Officialibus, conſtituentibus Definitorium ,
tres, debent eſſe Partis Barenſis, & alii tres Partis Hy-
druntinæ, ibi , *Pars Lyciens habeat in Definitorio tres Satis-
factiones , & etiam tres Pars alia Barenſis , tali ordine , ut
Pars Lycienſis , tanquam copioſior Fratribus , & Conventibus ,
ſucceſſivè per duas vices habeat Provincialatus Officium &c.
cum adſcriptione duorum Nationalium PP. in Definitorio , adeò-
què in ſingulos novennos annos Pars Barenſis habeat ſemel
Provincialem cum duobus Definitoribus , & alio ſexennio Cu-
ſtodes cum Definitoribus binis in unoquoque triennio . ſic Ly-
cienſes per conſequens habeant reliqua in Definitorio Officia .*
Quando Pars Barenſis habebat dumtaxat 9. Conventus, &
ſolùm Religioſos 146. Verſaq; vice Pars Hydruntina habet
Conventus 20. & unum Hoſpitium 10 Religioſorum , & 42
Religioſos 433. Et per conſequens ex ſex Officialibus Defi-
nitorii ſaltem 4. deberent eſſe Partis Hydruntinæ , ſecun-
dum juſtitiæ diſtributivæ leges, expreſsè volitæ per Em.
Protectorem , ut conſideranti remanet manifeſtum.

Neque ſubſiſtit prætenſio, quòd Conventus Materæ, & 43
Caſtellanetæ ſint Provinciæ Barenſis. Contrarium enim eſt
innegabilitèr verum in facto : Nam Matera, & Caſtellane-
ta exiſtunt intra Provinciam Hydruntinam , ut teſtantur
omnes Hiſtorici , ex profeſſo tractantes de Regno Neapo-
litano , & ſignanter *Io: Ant. Summont. in Deſcr. Provinciar.
Regni* , ubi loquendo de Provincia Hydruntina , inquit.
*Tiene queſta Provincia 14. Città , delle quali Otranto , Brindi-
ſi , Taranto , e Matera ſono Arciveſcovati* ; Supplicando re-
flectere , quòd Caſtellaneta poſita eſt inter Tarentum , &
Materam , ut liquet ex Carta Geographica , oculis EE. PP. 44
ſubiicienda , & ex alia impreſſa à *Gerardo Mercatore in At-
lante tom. 2. lit. EEE.* & ex Geographis advertunt *Baudran.
in Lexic Geograph. to. 1. fol. 517.* ubi ait : *Matera urbs Apu-
liæ &c. nunc urbs Epiſcopalis Regni Neapolitani in Hydrun-
tina Provincia &c. Caſtellaneta olim Caſtania , urbs Regni
Neapolitani Epiſcopatus ſub Archiepiſcopo Tarentino , cum ti-
tulo Principatus ad Flavium Flavum in Provincia Hydrunti-
na* , & concordat *Ughel. in Italia ſac tom 7 fol. 11.* ib ; *Ma-
teræ Apuliæ Peuceſtiæ magna Civitas 40 m... taribus ab A.he-*

rettina

*rontina diſsita, in ſinu Tarentino, quæ Regio nunc Hydruntina nuncupat* & *tom. 9. fol.* 203. ibi *Caſtellanetam Baſilicatæ ulterioris Hydruntinam Provinciam ocant*; *Henric. Bacc. Ale-*
45 *man. in Libro, cui titulus, il Regno di Napoli diviſo in* 12. *Provincie, nella Provincia di Terra Otranto, fol.* 136. ibi; *Vi ſono* 14. *Città, delle quali Otranto, &c. E Matera ſono Arciveſcovati: I Veſcovati ſono Aleſſano, Caſtellaneta, &c. Pandolph. in Hiſtor. Reg. Neap. in Catalogo Civitatum, & Terrarum Provinciæ Hydruntinæ.*

Prædictis autem Hiſtoricis, utpotè ex profeſſo tractanti-
46 bus de Regno Neapolitano, omninò deferendum venit, juxta authoritates allegatas ſup. *diſcept.* 1. *§.* 4. *n.* 2. & *in Inſtit. crim. lib.* 4. *tit.* 8. *nu.* 117. Et loquendo in ſpecie de *Baudrand. Rot. dec.* 295. *n.* 8. *cor. Emer. jun* & *in Terracinen. Cathedralitatis* 23. *Junii* 1702. *§.* 7. *cor. Molin.*

Et exabundanti habemus ulteriùs Atteſtationem PP. Cap-
47 puccinorum, nec non Secretarii Regii noſtræ Provinciæ, in Summ. exhibitam, uno ore aſſerentium, prædictas Civitates Materæ, & Caſtellanetæ exiſtere in Provincia Hy-
48 druntina; Quod etiam mirificè comprobat deſcriptio Conventuum, eorumque ſituum, de ordine Miniſtri Generalis facta à P. Honuphrio Capurtio Nationis, Baren. anno 1647. adeoque tempore non ſuſpecto; Nec non Relatio, ſeu Votum P. Proc. generalis, & ictu oculi liquet ex Cartis geographicis *Petrini*, *Matthæi*, *Creuter*, *Gerardi Mercatoris*, aliorumque claſſicorum Geographorum, quæ proba-
49 tio omnem ſuperat probationem, diciturque evidens, ex animadverſis per *Bertaz. conſ. civil.* 1. *num.* 57. & 90. & *conſ.* 41. *num.* 120. & *Poſth. de Manut. obſerv.* 101. *numer.* 14. & 15.

Verùm omnem in hac parte tollit amaritudinem ſeria,
50 & rotunda confeſſio ipſorummet Barenſium in ſupplici Libello, porrecto huic S. C. in quo faſſi fuerunt habere 9. dumtaxat Conventus, & pro iſtorum 9. Conventuum quiete velle diviſionem Provinciæ Barenſis ab Hydruntina, ibi: *Per la quiete di* 9. *Conventi Bareſi*; Hujuſmodi enim confeſ-
51 ſione nulla dari poteſt melior probatio *cap. Per tuas de Probat.* cum notoriis apud *Emer. jun. dec.* 1214. *n.* 1.

Secundò major injuſtitia emicat in eo, quòd in d. Decreto Alternativæ aſſignantur 12. Guardianiæ PP. Barenſib. (&
52 quod eſt notandum) eis aſſignantur ulteriùs duæ aliæ Guardianiæ ex parte Hydruntinorum, hoc eſt, quòd duo alii Guardiani in Conventibus Hydruntinis eligantur à Barenſibus ad ipſorum ſatisfactionem, ibi. *Diſponere etiam volumus Guardianatus pro ejuſdem Provinciæ communi pace, & ſine offenſione juſtitiæ diſtributivæ, ita quòd PP. Barenſes* 12. *habeant Guardianias*; *Ne autem ſumma inæqualitas videatur in electionibus futurorum Capitulorum, volumus, duas alias Guardianias addi Parti Barenſium, ita quod duo alii Guardia-*
53 *ni eligantur à Barenſibus ad ipſorum ſatisfactionem, ſed eligendi ſint natione Lycienſes*; Præſuppoſito enim, quòd Barenſes habeant ſolùm 9. Conventus, ut ſupra probavimus; Quomodò nedum dici, ſed excogitari poteſt, quòd eiſdem fuerint aſſignatæ 12. Guardianiæ *ſine offenſione juſtitiæ diſtributivæ?* Iſta enim tunc dici poſſet ſervata, quando 9. dumtaxat Guardianiæ fuiſſent aſſignatæ; Traſcenditque omnes injuſtitiæ limites, & exorbitantiæ terminos illa reflexio, quòd Barenſes debent eligere Guardianos in Conventibus Hydruntinis ad eorum ſatisfactionem, quod procuratum fuit ad ſolum
54 finem eligendi Guardianos, eis adhærentes, Hydruntiniſque infenſos, quod eſt præjudicialiſſimum PP. Provincialibus, & conſequenter omni jure de medio tollendum videtur, ad præcludendum viam ſcandalis, factionibus, & diviſionib. inter Religioſos ejuſd. Provinciæ, per ea, quæ notant *Surd. dec.* 286. *n.* 2. *Bonden colluct leg.* 41. *n.* 123. & *Rot. dec.* 1289. *n.* 11. *cor. Emer jun.*

Tertiò eſt quoque injuſta diviſio Territorii, in vim d. De-
55 creti Alternativæ facta, dum aufertur Hydruntinis territorium Caſtellanetæ, & Materæ, ibi: *Partem Barenſem* 12. *Guardianiis confectam præſcribimus geographicè, & ſecundùm naturam per diviſionem, vulgò* la Gravina di Caſtellaneta, *& Provinciam Lycienſem à Caſtellaneta excluſivè uſque ad Præſitium*; Etenim cùm ex ſuperiùs probatis Conventus
56 Caſtellanetæ, & Materæ ſint intrà Provinciam Hydruntinam, hujuſmodi confuſio, ſeu uſurpatio Territoriorum nimis præjudicialis eſt Hydruntinis.

Quartò demùm intolerabilis injuſtitia, & manifeſtum præjudicium Hydruntinorum deſumitur ex eo, quòd in d. Decreto Alternativæ præcipitur, ex 30. Novitiis, qui conceduntur ab hac S. Congr. quolibet anno 12. de melio-
57 ribus veſtiri debere in Provincia Barenſi, & reliquis 18. in noſtra Provincia Hydruntina, ibi: *Præcipimus, ut de receptis, & approbatis intra numerum ſolitum à S. Congr. concedi pro quolibet anno* 12. *Juvenes*, 8. *Clerici*, 4. *Laici de melioribus reſpectivè pro parte Barenſi recipiantur ad Habitum, & Profeſſionem*; *Reliqui vero pro complemento numeri, præfixi à S. Congr. ex alia parte, tanquam numeroſiori, veſtiantur.*

Cùm enim Conventus Barenſium ſint ſolummodo 9. & una cum aliis duobus Conventibus Hydruntinis, eis in dicta Alternativa per ſummam injuſtitiam aggregati, ſint 11. 58
ad ſummum eis concedendi erant 11. Novitii, & viceverſa PP. Hydruntinis poſſeſſoribus 18. Conventuum cùm magno Hoſpitio, concedendi erant 19. Novitii, ut calculanti notum eſt; Attento præcipuè, quòd duo ſolùm Conventus Lycii, & Taranti Hydruntinæ Provinciæ ſecundùm numerum, determinatum ab Innoc. XI. habent Religioſos 86. Adeoque pluſquam ſex ex Conventibus Barenſium nempè Joviæ, S. Eraſmi, Caſſani, Valenſani, Turi, & Bitecti, in 59
quibus ſecundum d. numerum commorari debent ſolùm Religioſi 84. Quo circa eo magis augeri debebat numerus Novitiorum noſtræ Provinciæ Hydruntinæ; non autem minui, cum illius notabili præjudicio, atquè inſigni læſione juſtitiæ diſtributivæ.

Probatio igitur ex prædictis, quòd Alternativa ſit inſabiliter nulla, & evidenter injuſta, fruſtra ad illam ſubſtinendam recurrit. ad fulcimentum confirmationis P. C. G. & 60
Card. Cybo Protectoris; Hujuſmodi ſiquidem confirmationes remanent aereæ ex defectu ſubjecti, cui inhærent, & tanquàm fundatæ in actu nullo, & inſubſiſtenti, ipſo actu corruente, dictæ confirmationes ſubſiſtere non poſſunt, ut 61
notat *Bertand. conſ.* 181. *n.* 2. *lib.* 1. & firmavit *Rota dec.* 239. *n.* 24. & *dec.* 274. *n.* 11. *par.* 17. *rec.*

Nullatenùs ſuffragante Breve Innoc. XII. confirmatorio 62
controverſæ Alternativæ; Quia illud eſt ſubreptitium, & in conſequens executionem non meretur, *Innoc. in cap. ultim Ut lit. peden.* cum vulgatis apud *Rot cor. Cavaler. dec.* 92. 63
*n.* 2. & *coram Cerr. dec.* 165. *ſub n.* 1.

Subreptio autem patens eſt, Quia ſi Barenſes expoſuiſſent Pontifici, quòd Patres Hydruntini reluctabant, dictamque Alternativam acceptare firmiter renuebant; Expo- 64
ſuiſſent etiam, quòd dict. Decretum Alternativæ erat falſum & malis artibus repræſentatum; Et demùm, quòd Card. Protector nunquàm præceperat Alternativam, ſed ſolùm, quòd exquireretur, & diſcuteretur modus, quo pacificè, ſecundùm juſtitiæ diſtributivæ regulas, poſſent fieri electiones Indubitanter Gratiam confirmationis non fuiſſent aſſequuti, vel ſaltem difficiliùs, quod ſufficit, ut Gratia dicatur ſubreptitia ex animadverſis per *Soccin. conſ.* 260. *num.* 2. *Corn.* 65
*conſ.* 245. *n.* 6. *lib.* 1. *Cravet. conſ.* 296. *col.* 1. & uno ore concludunt omnes *Canoniſtæ in cap. Super literis*, & præ cæteris *Felin. n.* 18. & *Dec. nu.* 4. *de Reſcript. Roſ. de Execut. Liter. Apoſt. par* 1. *cap.* 5. *n.* 45. & *ſeq. Adden. ad Pamphil dec.* 883. *n.* 8. *Anſald. dec.* 66. *n.* 15. *Rot. ad ornat. Card. de Luc. lib.* 12. *dec.* 8. *n.* 8 & *dec.* 10. *n.* 24. & *in rec. dec.* 204. *num.* 10. *par.* 5. & *dec.* 239. *n.* 25. *par* 17. ubi, quòd in omnibus Gratiis ſubintelligitur conditio, ſi preces veritati nitantur, cum aliis, citatis in *Tom.* 1. *par.* 2. *diſcept* 16. *n.* 26.

Creſcitque reflexio obſervando, quòd idem Breve fuit à PP. Barenſibus doloſè extortum ſub nomine P. Provincialis 66
S. Nicolai, quando ipſe nunquàm ſomniavit illud petere, quinimò ſemper recuſavit controverſam Alternativam acceptare; Adeòut Barenſes, ad d. Brevis publicationem devenerint poſt biennium circiter, non ſine myſterio expectando, quòd d. Provincialis ſuum expleret Officium, optimè conſcii, quòd ſe oppoſuiſſet inſimul cùm PP. Hydruntinis; Quo circa, nè proprius dolus impetrantibus opituletur, Breve nullatenus eſt attendendum, nullamq; meretur executionem, ex congeſtis per *Rot. cor Priol. dec.* 34. *n.* 42. & *in part.* 18. *rec. dec.* 372. *n* 17.

Quæ omnia eo faciliùs admittenda videntur in noſtro caſu; Quia cùm Papa devenerit ad hujuſmodi Confirmatio- 67
nem cum eo præſuppoſito, quòd d. Decretum Alternativæ eſſet validum, juſtum, & ab habente legitimam facultatem emanatum, dum poſt inſertionem illius tenoris devenit ad confirmationem, mediante illa dict. *Ideò*, ut videre eſt in ipſo Brevi, quæ dictio uti fraternizans cum clauſula *Attentis*, importante conditionem, ex notatis per *Bart. in leg.* 1. *n.* 34. & *in l. Teſtatore* 118. *n.* 1. *ff. de Condit.* & *demonſtr. Rot. dec.* 474. *n.* 8. *par.* 5. *rec.* & *dec.* 331. *num.* 16. *par.* 9. & *cor. Peuting. dec.* 22. *num.* 3. facit Gratiam confirmationis conditionalem; Quo circa, deficiente verificatione hu- 68
juſmodi conditionis, deficit, & ipſa Gratia, ad tradita per *Rot. dec.* 811. *n* 11. *cor. Dunozet. jun.* & *cor. Bich. dec.* 255 *n.* 2. & *co-*

*2. & coram Celſ. dec. 66. num. 7. & coram Cerr. dec.* 370. *num. 6. & 7.*

Non ommittendo, quòd cùm PP. Hydruntini reperiren-
tur in quaſi poſſeſſione electionis paſſivæ à die fundationis
69 noſtræ Provinciæ uſq; ad diem Alternativæ, non præſumi-
tur Papam juribus eorundem Hydruntinorum præjudicare
voluiſſe; imò è contrà Summi Pontifices ſemper proteſtan-
tur in 18. *Reg. Canc.* de non tollendo jus, alteri quæſitum,
ut notant *Gab. conſ.* 197. *n.* 5. *& per tot. Card. de Luc. de Regal.
diſc.* 24. *n.* 20. *de Benef. diſc.* 52. *n.* 16. & firmavit *Rot. in Rom.
Canon.* 23. *Aprilis* 1708. *§. Addito cor. Anſald.*

Quin relevet, quòd PP. Hydruntini Alternativam ac-
ceptaverint; Quandoquidem id evenit ob gravem metum,
eis incuſſum, mediante dicto fictitio, & ideali Decreto C.
70 G. præcipientis acceptationem Alternativæ, *In virtutes S.
Obedientiæ, & ſub pœnis, contra Inobedientes, & Rebelles
à legibus taxatis*; Superadditis poſtmodum aliis graviſſimis
pœnis, uſque ad deportationem ad Inſulam Corſicæ; Qua-
propter ſtante hujuſmodi gravi metu, coactione, & pœna-
rum comminationibus, acceptatio in nulla eſt habenda con-
71 ſideratione, ex indubitata Juris regula, quod metus, & coa-
ctio conſenſum tollunt ab actu, illumq; reddunt ipſo Jure
nullum, ut millies reſpondit *Rot.* & ſignanter *cor. Peuting.
dec.* 82. *n.* 5.

Et in terminis noſtri caſus, acceptationis nimirum ſimilis
actus, factæ vigore alterius præcepti V. C. G. Montis Buſi,
72 à Cipitulo Provinciali Taurini noſtræ Reformationis, ta-
lem acceptationem reprobando, omniaque illius vigore ſe-
quuta, nulla, & irrita declarando, Partibus accerrimè in-
formantibus, reſpondit *Cong Part. in Taurinen.* 8. *Octob.* 1708.
de qua *in Tom.* 1. *par.* 1. *diſcep.* 17. & quæ utì individualiter
prædictum caſum tangens pro lege habenda eſt, ex adductis
73 in *Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 240.

Eoque magis creſcebat metus, & timor pœnarum commi-
natarum, ex quo antecedenter ad hujuſmodi incuſſionem
metus, & comminationem pœnarum, Cuſtos, & duo De-
74 finitores Hydruntini more belli, abſque proceſſu, ſenten-
tia, & delicto, inaudita exorbitantia, deportati fuerunt
unus in Provincia Baſilicatæ, alter in Inſula Siciliæ, & ter-
tius in Provincia S. Bernardini Aquilæ.

Et ex his minùs fieri valet fundamentum in prætenſa con-
traria obſervantia; Quia ad hoc, ut eadem obſervantia;
75 uni tollat, & alteri tribuat, adverſus Juris diſpoſitio-
nem, Conſtitutiones Apóſtolicas, & Ordinis Statuta, de-
bet eſſe legitimè præſcripta, hoc eſt ſaltem quadragenaria,
*Butr. in cap. Cùm dilectus n.* 18. *de Conſuet. Rot. cor. Emer.
jun. dec.* 1204. *n.* 21. *& adornat. Card. de Luc. in Mantiſſ lib.*
13. *dec.* 66. *n.* 13. Tùm etiam quia aſs. obſervantia eſt erro-
nea, & deſumpta ex actibus, nulla falſa, & injuſta cauſa ge-
ſtis, adeòque in illa non poſſunt figi pedes, ut reſpondit ead.
*Rot. ad ornat. Card. de Luca lib.* 11. *dec.* 29. *n.* 14. Tum de-
mum, quia cùm ex ſuperiùs deductis evidenter conſtet de
76 nullitate, & injuſtitia tituli, nempè d. Decreti Alternativæ,
obſervantia nullatenus venit attendenda, *Caſtr. conſ.* 81. *nu.*
6. *lib.* 2. *Cravet. conſ* 174. *n.* 44. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 887.
*num.* 27.

Ex quibus promanat etiam negativa reſolutio 2. partis di-
cti dub. nempè non eſſe exequendum Laudum: Licèt enim
PP. Hydruntini non impugnet facultates PP. Compromiſ-
ſariorum, quia verè illas habebant ab utraq; Parte, & quam-
77 vis idem Laudum aliqualiter moderetur evidentem injuſti-
tiam dict. Decreti Alternativæ, quatenus ſcilicet reſtituit
duas Guardianias eidem PP. Hydruntinis, nihilominus cum
demandet, d. Alternativam eſſe obſervandam in electioni-
bus Miniſtrorum Provincialium, Cuſtodum, Definitora-
tuum, nec non PP. Barenſes debere eligere 11. Guardianos
Nationales, in iſta inquam parte manifeſtam redolet inju-
ſtitiam, ex ſuperiùs probatis adverſus decretum Alterna-
tivæ.

Deveniendo modò ad 2. dub. *An dicta Provincia ſit reali-
ter dividenda duas partes*, pro negativa reſolutione militat
78 præfatum literale Breve Urb. VIII. ſecundum quod, ut de
novo erigi poſſit Provincia, requiruntur ſaltem 12. Con-
ventus, ibi: *Hujuſmodi cuſtodias, quæ* 12. *ſaltem Conven-
tus habent, in Provincias Fratrum Reform. Ordinis hujuſmodi
erigimus*: Idemque diſpoſitum fuit in Capit. Generali, cele-
brato Victoriæ die 29. Maii 1694. *tit. Pro utraque Familia
fol.* 34. *nu.* 59. ibi: *Quandoquidem ex nova Provinciarum ere-
ctione, præcipuè ex motivo diviſionis alterius Provinciæ pro-
veniente, non pauca Ordo experiatur incommoda, decernitur,
ut, præter obſervantiam omnium aliarum conditionum, ad no-
vam alicujus Provinciæ erectionem, & in Statu Provinciæ con-
ſervationem, Sanctione Apoſtolica, vel Religionis requiſitarum,
Provincia quæ de novo erigi prætendatur, habeat ad minus* 20.
*Conventus*; Quocirca cùm in Provincia Barenſi reperiantur
ſolùm 9. Conventus, in neceſſariam ſequitur conſequen- 79
tiam, Provinciam S. Nicolai non eſſe realiter dividen-
dam in duas partes, nempè in Provinciam Hydruntinam,
& Barenſem.

Quibus additur reclamatio plurimorum Religioſorum
Provinciæ Barenſis, morum integritate conſpicuorum, & 80
doctrina inſignium, qui validè ſe opponunt prætenſæ di-
viſioni, illamque totis viribus impugnant efficaciſſimis ra-
tionibus, per eos adductis in eorum ſolemnibus proteſtatio-
nibus, datis in Summario; Necnon plures Fratres ejuſdem
Nationis Barenſis ſeſe opponunt prætenſæ diviſioni, ex quo
damnificarentur in ſuffragiis ſpiritualibus, dum amitterent
ſuffragia Patrum Nationis Hydruntinæ; Haberentque ſo-
lùm Votum in Capitulo, ſeu Congr. illius Provinciæ, in
qua ſitus eſt Conventus, cujus ſunt filii, ut ſequendo reſ... 81
hujus *S. Cong.* 12. *Aug.* 1633. notat *Nicol. in Floſcul. verb.
Provincia n.* 1. Eaſdemque proteſtationes, & conſimiles re-
clamationes fecerunt non pauci Religioſi Provinciæ Hy-
druntinæ, ſe expreſsè proteſtando, quòd in caſu diviſio-
nis Provinciæ nolunt eſſe de parte Barenſium; Hujuſmo-
di autem reclamationes, & proteſtationes in ſubjecta mate- 82
ria valdè ſunt attendendæ, cum nunquàm deveniatur ad
Provinciarum diviſionem, etiam cæteris requiſitis concur-
rentibus, niſi inſuper interveniat conſenſus omnium Re-
ligioſorum, cum de omnium agatur præjudicio, ad regulam
*Text. in l. Quod omnes de Reg. jur. in* 6.

Fortiùs quia in præſenti nulla concurrit præciſa neceſſi- 83
tas deveniendi ad talem materialem Provinciæ diviſionem,
nullaque ex adverſo affertur probatio talis præciſæ neceſſi-
tatis.

Quibus accedit Votum P. Procur. Gen. ab hac S. Cong.
pro veritate requiſiti, in quo ſolidiſſimis rationibus proba...,
prætenſam diviſionem redundare in maximum Religionis 84
præjudicium; Hujuſmodi autem Votis, & Relationibus
valdè deferendum eſt, ex iis, quæ in ſimilibus terminis
notant *Fagnan. in cap. Egò N. à num.* 1. *de Jurejur. Ber-
tacchin. vot deciſ.* 100. *numer.* 16. & *Rot. deciſ.* 685. *num.
9. coram Cerr.*

Non attentis decantatis litigiis, diſſentionibus, & æ-
mulationibus inter Religioſos Hydruntinos, & Barenſes: 85
Illæ enim non probantur in facto, ex quo potiùs oppoſitum
reſultet ex perquiſitione Regiſtrorum hujus S. Congr. &
ſi aliqua extitit controverſia, ortum habuit occaſione dictæ
Congr. anni 1688. in qua, inaudito exemplo, omnes PP.
Guard. electi fuerunt cum Voto deciſivo P. Provincialis Ba-
renſis.

Eædemque diſſentiones, & lites unicum habuerunt prin-
cipium ex operationibus Barenſium, quod ictu oculi re-
ſultat ex ſola, & ſimplici facti ſerie, quæ talis eſt: Cele- 86
brato anno 1677. Capitulo Provinciali, quia pro parte Re-
ligioſorum noſtræ Provinciæ habitus fuerat recurſus ad Su-
periores Ordinis pro dicti Capituli annullatione, ad id re-
cognoſcendum fuit tranſmiſſus P. Archangelus à Lucera,
qui poſthabita omni alia recognitione nullitatis d. Capi-
tuli, totis viribus adhærendo Parti Barenſi, nil aliud fecit,
quàm formare Proceſſus contra PP. Hydruntinos, & ſi- 87
gnanter adverſus P. Ludovicum à Caſalenovo, P. Cherubi-
num à Francavilla Definitores, & P. Theodorum à Caſſa-
no, quod ferre non valens tunc temporis P. Provincialis,
in cujus præjudicium prædicta tendebant recurſum habuit
ad hanc S. C. quæ die 16. Sep. 1678. reſcripſit: *Em. Columna
videat, & referat.*

Propoſita ſubindè fuit Cauſa in Congr. habita die 9. Dec.
1678 emanavitque reſcriptum: *Revocetur Viſitator, & ſcri- 88
batur Provinciali, ut ſuam ordinariam Juriſdictionem exer-
ceat in Provincia*: Cùmque P. Viſitator parere renueret, die
27. Jan. 1679. fuit denuò reſcriptum: *Provincialis reaſſumat
regimen ſuæ Provinciæ, & inhibeat Viſitatori ſub pœna nulli-
tatis actorum, privationis vocis activæ, & paſſivæ, & aliis
arbitrio S. C. ne ampliùs ſe ingerat in Viſitatione, & de inhibi-
tione certioret*; Verùm quia non obſtan. tot decretis, adhuc
prædictus Viſitator ſe ingerebat in formatione Proceſſuum,
verſaque vice duo PP. Definitores, qui ſe ad Urbem con- 89
tulerant, ad effectum aſſiſtendi Cauſæ, vertenti ſuper præ-
tenſa nullitate prænarrati Capituli, fuerant miſſi ad Ca-
ſtrum Morlupi, hæc Sac. C. die 2 Martii d. anni 1679. de-
crevit: *Provinciali reſtituatur regimen ſuæ Provinciæ, revo-
centur ad Urbem PP. Definitores ejuſdem Provinciæ, Viſita- 90
tor exhibeat omnia Acta ſuæ Viſitationis*, & die 14. Aprilis
1679.

1679. emanavit quarta reſol. *Cogatur Commiſſarius con-*
91 *ſignare Proceſſus, aliaque Acta, & referantur in Congr.* Die
autem 5. Maii ejuſdem anni declaratum fuit: *Capitulum,*
92 *Electiones, & Acta in d. Capitulo ſecuta, fuiſſe valida, &*
93 *Oppoſitoribus imponendum perpetuum ſilentium*, & eadem
die fuit pariter reſolutum: *Non conſtare de delictis, & ideò*
*abſolvendos P. Ludovicum à Caſalnovo, & Theodorum à Caſ-*
94 *ſano*, & demum die 13. ejuſd. menſis Maii 1679. *P. Cherubi-*
*num à Francavilla pro cauſis, in Proceſſibus deductis, non eſ-*
95 *ſe moleſtandum*.
Eandem inſubſiſtentiam habet exagerata deſtructio Pro-
96 vinciæ Barenſis, ex quo pro illa non veſtiantur Novitii.
Quia PP. Barenſes excedunt numerum, præſcriptum ab Inn.
XI. adeout attento hujuſmodi exceſſivo numero, neceſſa-
rium fuerit ſtatuere, quòd impoſterum recipiatur ſolùm
medietas Novitiorum in locum Religioſorum decedentium;
Ex. gr. decedentibus decem Religioſis, quinque dumtaxat
Novitii recipiantur, ut ex decreto Definitorii cum præ-
ſidentia P. Viſitatoris, confirmato à P. V. C. G. Id autem
97 de directo opponitur aſſer. deſtructioni Barenſium, ultra
quod conſtans in facto eſt, quòd nullus eſt aſſignabilis caſus,
in quo facta ſit receptio Novitiorum, abſque eo quòd non
fuerint inſimul cum Hydruntinis etiam recepti Juvenes
Barenſes.
Ejuſdem levitatis eſt aliud objectum, emendicatum ex
eo, quòd attenta vaſtitate Provinciæ milliariorum 500.
98 non poteſt bis in anno viſitari: Supplicamus enim cavere à
manifeſto Partis æquivoco, non ſine myſterio confunden-
tis diſtantiam materialem utriuſque Provinciæ cum diſtan-
tia Conventuum, qui debent viſitari, nam prædicta diſtan-
tia milliariorum 500. forſan verificabitur in tota circumfe-
rentia utriuſque Provinciæ, non autem inter remotiores
Conventus Barenſes, & Hydruntinos inter ſe, quales ſunt
Conventus Barii, & Conventus Præſitii, dum aliqui Con-
99 ventus diſtant inter ſe 1. alii 5. 8. 10. 16. 18. & 24. ad ſum-
mum miliaribus, & remotiores Conventus Barii, & Præſi-
tii diſtant inter ſe ſolùm 100. milliabus circiter, ut conſtat
ex Carta geographica, & deſcriptione Conventuum, cum
ſingulis eorum diſtantiis, data in Summario.
Quocirca, attenta hujuſmodi breviſſima diſtantia, locus
eſſe non poteſt diviſioni Provinciæ; Conſiderando præci-
100 puè duas facti circumſtantias, quarum prima deſumitur ex
eo, quod licèt Conventus Martinæ, & Turri diſtent in-
ter ſe 24. milliaribus, attamen in primis 8. milliaribus ex-
tat dictum Hoſpitium nuncupatum *Alberobello*, & ſubſe-
quentibus 8. milliaribus reperitur Conventus PP. Obſervan-
tium, quamvis iſtud iter non ſit ſimpliciter neceſsarium pro
Viſitatione peragenda, poſſitque expleri transeundo per
aliam breviorem viam, Conventuſque viciniores.
Secunda, ponens falcem ad radices, ex eo reſultat, quòd
Provincia S. Nicolai eſt undique plana, montibus, & flumi-
101 nibus carens, & ſumma facilitate viſitari poteſt, ad differen-
tiam aliarum Provinciarum Romanæ, Bononien. Venetæ,
Januen. Pedemontanæ, omniumque ferè aliarum Provin-
ciarum noſtræ Reformationis, in quibus altiſſimi extant
Montes, & Conventus viciniores diſtant inter ſe 30. 40.
& ultra milliaribus, ut Provincia Pedemontana, cujus
milliaria longè excedere milliaria Romana, juſtificatum
fuit in Summario; Et tamen iidem Religioſi numquàm
conqueſti fuerunt, nec diviſionem Provinciarum expoſtu-
102 larunt; Prout etiam per ſpatium 100. & ultra annorum,
quibus Conventus exiſtunt in noſtra Provincia S. Nicolai,
Patres Barenſes anteceſſores nunquam reclamarunt, ſed
ſequuta ſemper fuit Viſitatio Provinciæ, & quidem ſum-
ma facilitate, quod comprobat etiam factum moderni P.
Provincialis, qui in præſenti anno ſui Provincialatus, bis
noſtram Provinciam pedeſter viſitavit.
Neque deſunt exempla hujus S. Congr. quæ pluries reje-
103 cit petitam diviſionem Provinciarum valdè in longitudine,
& latitudine excedentium Provinciam, de qua agitur, & ſi-
gnanter in caſu PP. Diſcalceatorum S. Auguſtini, quorum
Provincia comprehendit ferè totum Regnum Neapolita-
num, dum habet Conventus in Civitate Cajetanæ, Nea-
lis, Aletii, Barii, & extenditur etiam ad Calabriam Ul-
tra in Monte Leone, quod eſt notiſſimum, & tamen hæc
104 S. C. rejecit inſtantiam Religioſorum illius Provinciæ, ſub
eo ſolido motivo, quòd hujuſmodi diviſiones, & innova-
tiones ſunt regulariter præjudicialiſſimæ Religionibus,
cum quo principio proceſſit in *Baſilien.* de qua in *Tom. 1. par.*
*2. diſc. 1.*
Tertium demum dub. *An noſtra Provincia ſit diſtribuenda*
105 *in tres Diſtrictus*, ſupplicamus reſolvi affirmativè: Quamvis
enim Jure communi inſpecto, hujuſmodi diviſiones Diſtri-
ctuum non de facili admittantur, eaſque pluriès hæc S. C.
rejecerit, ut ex decretis, relatis per *Lantuſc. in Theatr. Re-*
*gul. verb. Electio n. 10. in fine*, ſitque etiam præjudicialis PP. 106
Hydruntinis, dum Diſtrictus Lycienſis habet Religioſos 211.
Tarentinus Religioſos 209. Barenſis verò ſolum 164. nihilo-
minus, quia, tam ſanior pars Barenſium illam expoſtula-
vit, & etiam in præcedenti Capitulo omnes Patres Voca- 107
les Lycienſes, unà cum Patribus Vocalibus Barenſibus hu-
juſmodi trinam diſtributionem expoſtularunt, propterea pro
bono pacis Hydruntini non ſe opponunt hujuſmodi diſtribu-
tioni Provinciæ in tres Diſtrictus.
Die 29. Aprilis 1712. propoſitis in C. E. & R. tribus ſe-
quen. dub. à Card. S. Clementis fuerunt reſoluta, ut in- 108
fra.
Dub. I. *An ſit ſervanda Alternativa, ſeu Concordia, fa-*
*cta in Provincia S. Nicolai de anno 1690. ſeu potiùs ſit exe-* 109
*quendum Laudum in caſu &c.*
Dub. II. *An dicta Provincia ſit realiter dividenda in duas*
*partes, & quatenus negativè.*
Dub. III. *An ſit diſtribuenda in tres Diſtrictus in caſu,*
*&c.*
*Ad primum Affirmativè quoad primam partem, Negativè*
*quoad ſecundam, & ampliùs.*
*In reliquis proviſum in primo.* 110
Pro hujus materiæ complemento nota hìc, quòd ubi Al-
ternativa ſer. ſer. ſtabilita eſt, illa omninò ſervari debet, & 111
aliàs electio ſequuta nulla eſt, ex adductis per *Paſſer. de E-*
*lect. cap. 2. num. 6 & Caſtellin eodem tract. c. 11. n. 31.* Quod
limitatur in caſu, quo non adeſſent Religioſi capaces, quia
tunc magis obligat lex divina prohibens eligere indignum,
quàm lex humana, reſtringens electionem ad certum ge- 112
nus perſonarum, ut vidimus in 1. *part. diſceptat. 13. nu-*
*mer.* 13.
An autem poſſit demandari in Capitulis generalibus, re-
ſpondeo cum diſtinctione, aut conſentiunt Partes, haben- 113
tes Jus, & Intereſſe in electionibus, & tunc id fieri poteſt,
ea ratione, quia eædem Partes poſſunt proprio Juri renun-
ciare, aut verò Partes non ſunt concordes, & tunc illa de-
mandari non poteſt à Capitulis generalibus, ita *Paſſer. de E-*
*lect. cap. 2. num 61.*

---

# DISCEPTATIO XVI.

## Forolivien. Abbatiæ.

*PRO*

Can. Regularibus SS. Salvatoris.

*CUM*

Com. S. Arcangeli.

### ARGUMENTUM.

*Abbatiæ Congr. Canonicorum Regularium S. Salvatoris, quando ex neceſſitate conferri debeant per Nationes, ſeu Oriundis ex aliqua parte, comprehenſa ſub Natione, & an ſervanda ſit Concordia, ad d. effectum ſtabilita à Superioribus generaralibus ſine conſenſu Nationalium.*

Uſque de anno 1477. Antonius Latioſus nobilis Foroli-
vienſis, Vaticanæ Baſilicæ Canonicus, & R. C. A.
Clericus reſignavit in manibus Sixti IV. ſimplex Benefi- 1
cium, nuncupatum Prioratus Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ,
poſitæ in Terra S. Archangeli, Ariminenſis Diœceſis, ſup-
plices eodem tempore porrigendo preces eidem Sum. Ponti-
fici, ut illud unire dignaretur Congr. Canon. Regul. S. Sal-
vatoris, effectu ſubſecuto, ut ex Literis Apoſtolicis d. Unio-
nis, datis in Summ.
In ſequenti immediato Capitulo generali ejuſdem Congr.
coadunato anno 1479 in Monaſterio S. Michaelis de Can-
diana; Diœceſis Patavinæ, omnes Capitulares, in eodem 2
legitimè congregati, tam attenta diſtantia ejuſdem Prio-
ratus à Civitate Ariminenſi, quàm ad exequendam piam
volun-

voluntatem, & enixum deſiderium d. Benefactoris Foroli-
vienſis, aliiſque de cauſis, latiùs expreſſis in publico In-
ſtrumento, dato in Summario, ſolemniter decreverunt: *Quòd Monaſt. prælibatum S. Jo: Baptiſtæ Ariminenſis Diœceſis ſit ſpiritualiter, & temporaliter perpetuis temporibus ſub cura, & regimine Prioris, & Canonic. Monaſt. S. M. de Gratiis in Teritorio Forolivienſi &c. & omnes fructus, redditus, &
3 proventus ſint pro uſu Canonicorum, commorantium in d. Monaſt. S. M. de Gratiis &c.* Cum hoc tamen, quòd iidem Canonici, in eodem Monaſterio commorantes, tenerentur ſolvere omnes expenſas, tam factas, quàm in futurum faciendas, & ſignanter in expeditione Bullarum, in ſolutione annuæ Penſionis, quam ſibi reſervaverat dictus Latioſus, in ſolutione Annatæ, & quaſcunque alias expenſas, quomodocumque, & qualitercumque occurſas, & occurrendas; Prout extra controverſiam eſt, quòd omnia hæc ſemper pun-
4 ctualiter adimpleta fuerunt per Abbatem, & Canonicos d. Monaſt. S. M. Gratiarum, à quibus etiam hodiè ſolvitur quindennium R. C. omniaque alia ſupportantur onera, quomodocumque infixa bonis ejuſd. Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ.

Quia verò ſub inſubſiſtenti prætextu, quòd quædam bona ejuſdem Eccleſiæ eſſent de Menſa Abbatiali Patriarchatus Antiochiæ, Laurentius tunc temporis Patriarcha Antio-
5 chenus, illa incorporaverat ſuæ Menſæ, Abbas, & alii Religioſi noſtri Monaſterii recurſum habuerunt ad Innoc. VIII. qui die 23. Nov. 1584. prævia aſſertione, quòd ex legitimis teſtimoniis ſibi conſtiterat, id non eſſe verum, ſed eadem bona legitimè ſpectare, & pertinere ad idem Monaſterium, ſpecialitèr, & expreſsè commiſit Gubernato-
6 ri Civitatis Cæſenæ, ut eiſdem Abbati, & Canonicis reſtituere faceret eadem Bona, una cum omnibus aliis Juribus, & pertinentiis illorum, necnon cum fructibus, per eundem Patriarcham Antiochenum tempore detentionis perceptis, quod fuit punctualitèr executioni demandatum per eundem Gubernatorem Cæſenæ, ut juſtificatum fuit in Summ.

Itaut pro ejuſdem unionis ſubſiſtentia, & firmitate, nedum urgeat dicta ſpecialis Gratia ejuſdem Sixti IV. ſed ulteriùs concurrat dictum Breve Innoc. VIII. & demùm militet pluſquàm duplicata centenaria, cujus vigore, ultrà
7 dictos duos titulos Apoſtolicarum Gratiarum, allegare poſſumus quemcumq; meliorem titulum de Mundo, juxta animadverſa *in Tom. 1. part. 1. diſceptat. 10 numer. 3.*

Poſt decurſum annorum circitèr 60. quibus d. Eccleſia, utì ſimplex Membrum, ſeu Grangia, unita permanſerat noſtro Monaſterio S. M. Gratiarum Superiores noſtræ Con-
8 gr. in qua tunc temporis non aderant ſufficientes tituli Abbatum, quibus denominantur Generales, Procuratores generales, Viſitatores, & alii qualificati Religioſi, congruum exiſtimarunt extollere ad titulum Abbatiæ eandem Eccleſiam, ſeu Prioratum S. Jo: Baptiſtæ, eodem modo, quo idem non ſemel practicatum aliàs fuerat in noſtra Congr. in qua ſimiles tituli Abbatum illarum Eccleſiarum, quæ unitæ ſunt aliis Monaſteriis, deſerviunt ad ſimplicem denominationem, & ad ſolam honorificentiam, dum hujuſmodi Abbates titulares nullam habent Juriſdictionem,
9 nec onus reſidendi, nec adminiſtrationem bonorum dd. Eccleſiarum. Prout, omiſſis quamplurimis aliis caſibus, in noſtra Cong. notoriis, conſtans in facto eſt, quòd nullus Abbas titularis Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ in eadem unquam reſederit, vel Juriſdictionem aliquam exercuerit, quòdque in eadem nunquàm adfuerunt Religioſi de Familia, utì diſtincti à Religioſis ſeu Familia Monaſterii S. M. Gratiarum de Fornò, cujus Abbas ſemper retinuit in eodem unum Religioſum Sacerdotem ſub titulo Præſidentis, ſeu Superintendentis regimini curæ animarum, & alterum pro adminiſtratione bonorum, & aliorum redditum temporalium, nec non unum Converſum, tam pro ſervitio eorundem Religioſorum, quàm pro ſuperintendentia circa
10 ea, quæ concernebant rem agrariam, & ruralem: Iidemque Religioſi, nedùm in omnibus, & per omnia ſemper ſubjecti fuerunt Abbati S. M. de Fornò, ſed ulteriùs quolibet anno eidem exactiſſimum ſemper reddiderunt computum omnium redditunm ejuſdem Eccleſiæ.

In hoc ſtatu continuavit gubernatio, & adminiſtratio ejuſdem Eccleſiæ, uſquequò ſupervenerunt Summorum Pontificum Conſtitutiones, de quibus *Fagnan in cap Re-*
11 *latum n. 65. Ne Cler. vel Monach. & Nicol in Floſcul. Verb. Conventus nu.* 18. prohibentes moram paucorum Religioſorum in Grangiis, poſt quod tempus Abbas S. Mariæ de Fornò loco duorum Sacerdotum Religioſorum noſtræ Congreg. unicum ibidem retinuit Sacerdotem ſæcularem pro cura animarum, & unicum Converſum noſtræ Congreg. pro adminiſtratione rerum temporalium.

Titulus ejuſdem novæ Abbatiæ, ob negligentiam Religioſorum noſtræ Nationis, per aliquod tempus collatus fuit ad arbitrium Congr. Religioſis diverſarum Nationum, uſquequo vacavit per mortem P. Piſcitelli Florentini, quo 12
tempore, reclamante noſtra Natione Forolivienſi, ſuaque Jura nervosè deducente; quæ componitur ex illis Religioſis, qui habitum ſuſcipiunt in Monaſterio S. M. Gratiarum de Fornò, ſive illi ſint verè Forolivienſes, ſive Brictinorenſes, ſive ex Meldula, ſive ex Terra S. Archangeli, 13
ſive demum ex quibuſcunque aliis Regionibus, ut juſtificatum fuit in Summario, collatus fuit uni ex noſtræ Nationis Alumno, nempè P. Auguſtino Forolivienſi, ut in confeſſo eſt inter Partes.

Verùm ſtabilito hoc modo Jure noſtræ Nationis, ad excluſionem aliarum Nationum, orta fuit nova contentio inter ipſoſmet Religioſos noſtræ Nationis, dum cæpit præ- 14
tendere Communitas Terræ S. Archangeli, privativè quoad omnes alios, componentes noſtram Nationem, Abbatiam, de qua agitur, ſpectare ad Oriundos ex dicta Terra vigore Bullæ, ſeu Brevis Pauli V. 12. Maii 1607. Delata proindè Controverſia ad hanc Sacram Congreg. in eaque propoſita Cauſa die 5. Julii 1658. reſcriptum fuit: *Bene proviſum*. Obtentaque nova Audientia, & iterùm repropoſita Cauſa die 15. Novembr. ejuſdem anni 1658. nedùm *per- 15
ſtitum fuit in deciſis*, ſed ulteriùs additum, quòd Oppoſitores ampliùs non audirentur, ut liquet ex Regeſtis hujus Sacr. Congr. & ſolita, vereque commendabili ingenuitate, refert etiam *Card. de Luca*, ſcribens in dicta Cauſa pro Oriundis Terræ S. Archangeli, & in illa ſuccumbens, *in diſc. 36. de Preæmin. à numer.* 8. ibi: *Superiores, &c. 16
dict. Abbatiam contulerunt Religioſo dicti Monaſterii S. M. Gratiarum neglectis duobus Religioſis Monaſterii S. Anchangeli, qui recurrentes ad S. C. rejecti fuerunt.*

Cùm verò per obitum, noviſſimè ſecutum P. Auguſtini Forolivienſis, Alumni Monaſt. S. M. Gratiarum, ultimi Abbbatis Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, antiquam excitaverit 17
prætenſionem Communitas S. Archangeli, quòd illa conferenda ſit uni ex duobus Religioſis, qui hodiè exiſtunt è d. Terra S. Archangeli, vigore cujuſdam aſſertæ Concordiæ, datæ in Summario; Quæ cùm nullam habeat ſubſiſtentiam, 18
utì facta, non accedente conſenſu illorum Religioſorum, de quorum Juribus, & Intereſſe agebatur, ſperamus reſponderi, illam non eſſe exequendam.

Ad quem effectum ſupplicamus præ oculis habere duas facti circumſtantias, ex quibus intra evidentiæ fines poni 19
videtur bonum Jus noſtri Monaſterii.

I. Quòd Oriundi ex Terra S. Anchangeli non conſtituunt in noſtra Congr. Nationem particularem, & diſtinctam à Forolivienſibus, & aliis Religioſis, ſuſcipientibus habitum in Monaſterio S. M. Gratiarum, ſed unicum cum illis faciunt Corpus, ſeu Nationem, ut juſtificamus in Summa- 20
rio ex Atteſtatione Abbatis generalis, omniumque aliorum Abbatum, componentium noſtrum Capitulum, anno 1664. ad rem ſubjungentes: *Che però in vacanza delle Dignità, tutti i predetti, come coſtituenti un' unica Patria, Nazione, e Capitolo indifferentemente concorrono, ſenza eccezzione veruna alle Prelature di S. M. di Fornò, al qual Monaſtero è unita quella Chieſa di S. Gio: Battiſta Grangia fuori di Sant' Arcangelo*. Idque clarè admittit *Card. de Luc. d. diſc. 36. n. 9. de Juriſdict.* aſſerens, ſub hoc fundamento proceſſiſſe hanc Sac. Congr. anno 1658. reiiciendo inſtantias Oppoſitorum.

II. Quòd Abbatia S. Jo: Baptiſtæ non eſt Monaſterium aliquod independens à noſtro Monaſterio S. M. de Fornò; 21
ſed illius Membrum, & Grangia, de illarum Grangiarum ſpecie, de quibus diſcurrit *Fagn. in cap. Authoritate de Cenſib ſeu in Diſceptat. de Grangiis num. 2. verſic. Aliæ verò*. Idque vigore d. Unionis, factæ à Sixto IV. recognitæ, & canonizatæ ab Inn. VIII. & pacificè obſervatæ per ſpatium 230. annorum; Et quod magis eſt, innumeræ hodiè emicant concludentes probationes hujus veritatis ex innegabili facto ſolutionis quindennii, quod facit idem Monaſterio S M. de Fornò pro bonis ejuſdem Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ: Ex ſi- 22
mili ſolutione, quam facit Procuræ generali, tam pro ſe ipſo, quàm pro d. Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, tanquam ejus Membro, ſeu Grangia: Ex eo, quòd illa non viſitatur à PP. Viſitatoribus, ut practicatur cum aliis Monaſteriis independentibus, ſed in viſitatione Monaſterii S. M. Gratiarum de Fornò exigitur, & redditur ratio eodem tempo-

tempore Eccleſiæ Sancti Joannis Baptiſtæ, uti de illius pertinentiis, & tanquam ejus Membro, ſeu Grangia.

Ex quibus prorſus inapplicabilis redditur diſpoſitio Motus proprii Pauli V. determinantis, Abbatias in noſtra Con-
23 greg. conferendas eſſe Nationalibus; Loquitur enim, & intelligi debet de illis Civitatibus, & Terris, quæ conſtituunt diſtinctam, & ſeparatam Nationem, ex. gr. pro Venetis, Ferrarienſibus &c. non autem poteſt habere locum reſpectu Monaſterii, dependentis, & uniti alteri Monaſterio, ea ratione, quia hoc caſu Monaſterium unitum dicitur Mem-
24 brum, ſeu Grangia illius Monaſterii, cui fuit facta unio, juxta animadverſa per *Fagn.* ubi ſupra *n.* 21. Aliàs enim, ſi illud intelligeretur pro unaquaque Civitate, ſeu Terra cujuslibet Nationis, itaut in Abbatiis præferendus eſſet ſemper ille, qui eſt ex eadem Terra, ſeu Civitate, ubi ſita eſt Abbatia, multiplicarentur Nationes de Nationibus cum duplici inconvenienti; I. Quòd oriundi ex dictis Civitatibus, ſeu Terris dicerentur Abbates nati, non autem electi, contra omnia principia, & contra naturam electionis de qua *Paſſerin. de Elect. cap.* 1. *quæſt.* 2. *à n.* 1. II. Quòd
25 illi Religioſi, qui nati ſunt in Locis, ubi adſunt Monaſteria principalia, non poſſent eſſe Abbates illarum Grangiarum, ſeu Monaſteriorum, ab illis dependentium, & cum illis unitorum, ad quæ abſurda evitanda omnis capienda eſt interpretatio, ex adductis per *Surd. dec.* 276. *n.* 2. *Bon-*
26 *den. collect. leg.* 41. *n.* 123. *& Rot. dec.* 1178. *n.* 11. *& dec.* 1289. *eodem n. cor. Emer. jun.*

Creſcitque exorbitantia, ex quo in Religioſis Communitatibus ad noſtrum effectum materialitèr ſe habet vera, & propria qualitas nativitatis in una, vel alia Civitate, ad
27 hoc ut quis dicatur comprehenſus ſub una, vel alia Natione, ſed ſolùm præ oculis habetur Monaſterium illud, in quo quis ad Religionem naſcitur, & uti illius filius, ad habitum recipitur; Sicque videmus, quòd ſola admiſſio, ſeu receptio ad habitum, non autem vera nativitas, faciat Nationalem, ut experientia manifeſtum eſt in omnibus Religionibus, & notat *Fontan. ad Conſtit. Ord. Præd. tit. de Affiliat. num.* 2.

Quod eſt adeò verum, ut poſtquam quis receptus fuit ad habitum, uti filius unius Monaſterii, adhuc poteſt effici Alumnus alterius Monaſterii, ſeu Nationis, præcedentibus illis tribus requiſitis, de quibus *Fontan* ubi ſupra *n.* 3. *&* 4. *& in Inſtit. Crim. lib.* 4. *tit.* 7. *à n.* 93. Quò caſu talitèr affiliatus, nedùm poteſt concurrere cùm veris Nationalibus, ſed quatenùs majores habeat prærogativas, eiſdem præferen-
28 dus eſſet, ut in noſtris terminis reſpondit, & practicavit S. C. *in Eugub. Abbatiæ* 29. *Martii*; *&* 27. *Aprilis* 1703. *Pon. Card. Tanara*, in qua P. Pagninus Lucenſis obtinuit prælationem ad Abbatiam Eugubinam in concurſu 13. aliorum digniſſimorum Religioſorum nationalium, ſub eo motivo, quòd per aggregationem ad dictam Nationem Eugubinam fuerat effectus capax obtinendi in illa Prælaturas.

Eò igitur ipſo, quòd Oriundis ex Terra S. Archangeli, uti contentis ſub noſtra Natione non denegatur concurſus
29 ad omnes Abbatias, vacantes in eadem Natione, ſicuti non habent ipſi, de quo conqueri poſſint, ita inſiſtere nullatenus deberent in aſſerta privativa circa Abbatiam controverſam; Imitando in hac parte, ſequendoque exempla, omnibus notoria in noſtra Congreg. in qua Abbatia S. Ruffini, quæ antiquitùs erat Monaſterium Cluniacenſium: Abbatia Provolii, quæ præteritis temporibus ſpectabat ad PP. Benedictinos; Necnon Abbatia Patavina, poſtquàm fuerunt unitæ aliis Monaſteriis, prima nempè Monaſte-
30 rio S. Sebaſtiani Mantuæ, ſecunda Monaſterio S. Evangeliſtæ Brixiæ, & tertia Monaſterio Venetiarum, nunquàm audita fuit ſimilis prætenſio, vel quòd Religioſi dictorum Monaſteriorum unitorum, & dependentium, facerent diſtinctam Nationem, vel quòd eis competeret privativa ad excluſionem Religioſorum illorum Monaſteriorum, quibus fuerunt unita: Et meritò, quia aliàs contra omnia Jura Mundi, omnemque congruentiam, & ratio-
31 nem, longè melioris eſſent conditionis Religioſi Grangiarum, quàm Monaſteriorum principalium, ex quo illi concurrere poſſent, & obtinere omnes Prælaturas, & Abbatias totius Nationis; Iſti verò eſſent incapaces obtinendi Dignitates in Grangiis, quo nihil abſurdius, nilvè irrationabilius.

Ex quo innegabili facto, & ſolito noſtræ Congreg. comprobatur ulteriùs dicta intelligentia, ſeu verus ſenſus d. Bre-
32 vis Pauli V. Illud enim non emanavit pro una, vel alia Abbatia, ſed generalitèr pro omnibus Abbatiis, & Monaſte-
riis noſtræ Congr. & proindè non poteſt pro Abbatia contro- 33
verſa interpretari diverſimodè ab eo, quod interpretatum fuit, & pacificè obſervatum pro dictis Abbatiis unitis in noſtra Cong. ne una, eademque determinatio, plura reſpiciens determinabilia, iſta diverſimodè determinet, contra *Text. in leg. Jam hoc jure ff. de Vulg. & pupillar.* cum aliis apud *Rot. dec.* 1063. *n.* 4. *cor. Pæn & dec.* 413. *n.* 6. *cor. Priol.*

Præ oculis ſignanter habendo eandem obſervantiam ſub illa conſideratione, quòd nedum dicitur cujuſcunque di- 34
ſpoſitionis Regina, ſed Apoſtolicarum Conſtitutionum fida interpres, etiamſi contrarius intellectus de jure verior eſſet, magiſque accomodatus verborum ſenſui, ex adductis *in Tom.* 1 *p.* 2. *diſc.* 16. *n.* 101.

Nec credimus, eſſe exadverſo inſiſtendum in authoritate *Card. de Luc. de Præem diſc.* 36 *à n.* 8. ſcribentis ad Oppoſi- 35
torum inſtantiam, & conantis probare privativam ad illorum favorem; Supplicamus enim obſervare, quòd ratiocinia ab eodem coram hac S. C. deducta, funditùſque in illa conſiderata, inventa fuerunt minus habentia, & uti talia, rejecta, ut ipſemet ingenuè fatetur *in d. diſc.* 36. *n.* 8. *in fine.* 36
Et propterea pro congrua reſponſione applicari videtur propoſitio illa ab eodem *Card de Luc.* admiſſa in *diſc.* 16. *n.* 15. *de Succeſſ.* quòd quando allegantur authoritates Scribentium ad cauſæ opportunitatem, oportet videre deciſiones, & ſecundum Judicum placita, non autem Conſulentium ſcripta, judicare, de qua *in Inſt. crim. lib.* 3. *tit.* 10. *n.* 37. Et pro reſponſione ad eundem Cardinalem de Luca advertunt 37
*Zaul. ad Stat. Faven. to.* 2. *fol.* 175. *n.* 37. *&* 38. *& Rot. dec.* 49. *n.* 9. *apud Card. de Albic. de Inconſt in Judic.*

Et optima quidem ratione, quam adducit ipſemet *Card. de Luc. in diſc.* 92. *n.* 24. *de Fid.* quòd ſcilicèt, ſi eadem ratiocinia non fuerunt exiſtimata efficacia, ipſomet Authore vivente, & oretenus dante calorem, multò minùs talia eſ- 38
ſe debent ex eo accidenti, quòd fuerunt impreſſa, & faciunt etiam firmata per *Rot. deciſ.* 24. *numer.* 13. *coram Anſald.*

Agnoſcitur exadverſo efficacia præmiſſorum, & proindè acriter inſiſtitur in dicta prætenſa Concordia: Quæ tamen, uti innixa diſpoſitioni legali, & Brevi Pauli V. ju- 39
xta illa verba ſupplicis Libelli huic S. C. exhibiti, ibi: *Non tanto in vigore della diſpoſizione legale, quanto della Bolla, e Breve di Paolo V ſa m. ſotto li* 12. *Maggio* 1607. Oſtenſo, quòd 40
iſta non applicentur, etiam ipſam Concordiam corruere neceſſe eſt, juxta animadverſa *in Tom.* 1. *par.* 1. *diſc.* 12. *n.* 69.

Et nihilominùs ſimplex illius lectura manibus palpare facit illius inſubſiſtentiam.

Supponitur ſiquidem concluſa à P. Generali Lancia die 5. Maii 1667. *Vice, & nomine Patrum Nationalium Forolivienſium, pro quibus de rato in forma promiſit, &c. quòdque illi præ-* 41
*ſens Inſtrumentum & omnia in hoc contenta quæcunque, infra duos menſes cum dimidio, ab hodiè proximos &c. ratificabunt, Inſtrumentumque publicum ratificationis hujuſmodi, cum inſertione etiam totius tenoris præſentis Inſtrumenti contractus in Actis meis &c. infra d. tempus dare, & exhibere, ita quod &c. aliàs &c.*

Cùmque talis ratificatio, ſeu conſenſus Patrum Nationalium Forolivienſium nunquàm fuerit procuratus, neque 42
obtentus, perindè habetur, ac ſi eadem Concordia ſtipulata non fuiſſet, & quidem attenta præciſa lege, ſibi præſcripta, & expreſſa voluntate P. Generalis ſtipulantis, ex concordantibus, cumulatis per *Maſtril. dec.* 150. *à n.* 15. *Anſald. de Commerc. & Mercat. diſc.* 63. *n.* 16. loquentem in ſpecie de reſolutione alterius Concordiæ, ob ratificationem non ſecutam intra terminum deſignatum *& Rot. dec.* 316. *ante n.* 1. *verſ. Nam cum Virgilius p.* 17. *rec.* 43

Neque inſiſtatur in conſenſu Capituli generalis, & Convent. de facili exadverſo allegan. 44

Quia à P. Generali, ſtipulante Concordiam, non fuit præſervatus Conſenſus Capituli generalis, & conventualis, ſed Patrum Nationalium Forolivienſium; Et propterea eo 45
ipſo, quòd hæc expreſſa conditio, & poſitiva lex, quam ſibi præſcripſit P. Generalis, ſtipulans Concordiam, non oſtenditur adimpleta, deficere dicitur ipſius conſenſus, & ſic anima Concordiæ, quæ proindè habetur pro non facta *Rot. cor. Priol. dec* 176. *n.* 2. & alibi paſſim.

Advertentes hìc, quòd agitur de facto P. Abbatis generalis, qui, uti noſtræ Cong. Caput, probè ſciebat, & perfectè 46
callebat differentiam, quæ adeſt inter conſenſum Capituli generalis, vel conventualis, & inter conſenſum Patrum unius Nationis, juxta animadverſa per *Car. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 7. *n.* 16. *Add. ad Burat. dec.* 635. *n.* 11. *in fine,*

*fine*, & *Rot. dec.* 125. *num.* 8. & 9. *coram Otthob.* & *dec.* 97. *n.* 3. *coram Emer. jun.* Undè reſervando conſenſum, & ratificationem Patrum Nationalium Forolivienſium, illius verba
47 ſumenda ſunt in vero, & proprio ſignificato, & nullatenus detorqueri poſſunt, & impropriari ad conſenſum diverſorum Religioſorum, ut patet ad ſenſum:

Voluntas hæc Patris Generalis comprobatur ulterius ex circumſtantia temporis duorum menſium cum dimidio,
48 præſcriptorum pro obtinendo conſenſu noſtrorum Nationalium. Dicti ſiquidem duo menſes cum dimidio alterius pro obtinendo conſenſu Capituli generalis, erant prorſus inſufficientes, pro illo verò Capituli conventualis undique ſuperflui, quia ad dictum effectum pauci ſuperabundabant dies, ut patet conſideranti. E' converſo autem dictum tempus nimis congruum erat pro habendo conſenſu omnium noſtrorum Nationalium, qui tunc temporis erant circiter 20. collocati quidem in diverſis Monaſteriis noſtræ Nationis, ſed in tali diſtantia, quod in dicto tempore commodiſſimè omnium conſenſus haberi poterat, quatenus conſentire voluiſſent.

Meritò autem ab eodem Pat. Generali reſervatus non fuit
49 conſenſus Capituli generalis, vel conventualis, ſed Patr. Nationalium Forolivienſium; Quia non agebatur de temporali præjudicio Congregat. generalis, vel ſolius Conventus, ſed de irreparabili, perpetuoque præjudicio omnium Nationalium, quibus attentis, tam de jure, quam ex praxi noſtræ Cong. in his caſibus non ſolet, neque debet exequiri conſenſus Capituli generalis, vel conventualis, ſed ipſorummet Nationalium.

De jure, quia illorum conſenſus in his caſibus requi-
50 ritur, de quorum præjudicio agitur, ut, generalibus omiſſis, in noſtris terminis notat *Fontan. ad Conſtitut. Ordin. Prædicat. titul. de Affiliat. numer.* 2. & *ſequentibus*, & obſervavimus *in Tom.* 2. *part.* 2. *diſc.* 16. & videbimus *in fine præſentis Diſceptationis*.

Attenta verò praxi noſtræ Congregationis in qua adſunt
51 quidem innumera exempla Nationalitatis, procuratæ noſtris Religioſis, ſed ſemper cum conſenſu Nationalium, nunquam verò cum illo Capituli, vel generalis, vel conventualis. Ita enim P. Abbas Calixtus à Monte Georgio, quando annumerari voluit inter Romanos, non exquiſivit, neque obtinuit conſenſum Capituli generalis, vel conventualis, ſed Nationalium Romanorum. Ita etiam anno 1679. in affiliatione noſtræ Nationi P. Conſtantini Guidi à Montichiano, non fuit exquiſitus conſenſus alicujus Capituli, ſed dumtaxat Nationalium Forolivienſium. Ita demum, aliis exemplis omiſſis gratia brevitatis, anno 1698. practicatum fuit cum P. Ferdin. Ferrario, allecto ad Nationem Eugubinam, prævio conſenſu illorum Religioſorum Nationalium, non autem Capituli generalis, vel conventualis.

Intrinſeco, & eſſentialiſſimo huic defectui voluntatis Pa-
52 tris Generalis, ſtipulantis Concordias, de qua agitur, qui ſolus ſuperabundaret ad victoriam, jungitur alter defectus ipſius poteſtatis: Hæc enim nullatenus ſe extendit ad inferendum irreparabile, perpetuumque præjudicium uni integræ Nationi, à noſtris Conſtitutionibus jus habenti eligendi ad Abbatias, unitas Monaſteriis principalibus unum ex dignioribus Religioſis totius Nationis, non autem neceſſariò illam conferendi Religioſo, ſive digno, ſive minus digno, nato in Loco, ubi ſita eſt Abbatia unita, ſive Grangia: Ge-
53 nerales etenim Religioſarum Communitatum non dicuntur, neque ſunt Authores, & deſtructores, ſed cuſtodes, & executores Conſtitutionum Ordinum, & Regularum, ex adductis *in Tom.* 2. *par.* 2. *diſc.* 23. *num.* 13. & 14. Et in terminis longè fortioribus recuſationis legati, facti à P. Gen. quod illa non præjudicet Conventui, cui dictum Legatum factum fuit, reſolvit C. C. *in Cremonen.* 29 *Novembris* 1704. *lib.* 54. *Decr. fol.* 301.

Neque aliquod, vel minimum, pondus additum fuit eid. Concordiæ ab approbatione hujus Sacræ Congreg. Præmiſſo
54 ſiquidem indubitato principio, quod reſolutiones Sac. Cong. tacita veritate extortæ, non præjudicant, atque in nulla habentur conſideratione, ex adductis *in Inſtit. crim. lib.* 1. *titul.* 10. §. 4. *num.* 151. quibus addo *Bertacch. Vot. dec.* 113. *n.* 3. & *Rot. dec.* 855. *n.* 15. *cor. Dunoz. jun.* loquente de reſolutione C. R. approbata ab Urb. VIII. Illa tot abundat defectibus obre-
55 ptionis, & ſubreptionis, ut ſi in Scholis, cauſa exempli, aſſignanda eſſet gratia aliqua ſubreptitia, & obreptitia, congruè aſſignari poſſet illa, de qua agimus.

I. Siquidem loco aſſeritur exadverſo in ſupplici Libello,
56 huic S. C. exhibito pro extorquenda dicta approbatione, quod anno 1667. in illa adhuc Lis pendebat indeciſa, ibi: *Vertendo tuttavia in queſta S. C. la Lite &c. e dopo avere le Parti dedotto più volte hinc indè le pretenſioni, e ragioni all' EE. VV. ſtando la Cauſa indeciſa, ſono adeſſo concordati &c.* Quando ex hac parte concludentiſſimè docemus de illius ſolemni terminatione uſque ab anno 1658. mediante reſcripto: *Benè proviſum*, poſtea confirmato cum addito, & *Oppoſitores amplius non audiantur*: Quæ formula reſcribendi, ut ipſiſmet Tyronibus notiſſimum eſt, finalem, & finaliſſimam impor- 57
tat Cauſæ reſolutionem, & terminationem, adeout abſque ſpeciali impetratione novæ Audientiæ de illa amplius agi nequeat.

II. Proſequitur in eodem Libello inſtantia aſſertæ Concordiæ, ac ſi preces porrigerentur à Nationalibus Forolivienſibus. Et tamen hoc eſt ſolemne æquivocum, nullam in facto ſubſiſtentiam, dum nunquam exadverſo doceri pote- 58
rit, quod Nationales Forolivienſes, vel dictas preces porrexerint, vel minimam de illis habuerint notitiam, ut uno ore exclamant omnes illi, qui adhuc in humanis ſunt, & ſignanter apertiſſimè ſe declarat P. Abbas Caſtellinus: Si enim talis inſtantia ignota fuit eidem qualificatiſſimo Religioſo, 59
qui non ſine laude majora exercuit munera noſtræ Congreg. Procuratoris nimirum generalis, & Abbatis generalis, cum majori veriſimilitudine dicendum eſt, propalatam non fuiſſe aliis Connationalibus, longè minorem figuram in noſtra Congreg. facientibus.

III. Supponitur emanata approbatio hujus Sacræ Congregationis die 3. Martii 1667. in eaque habetur ſpecialis mentio 60
Concordiæ, ac ſi illa eſſet jam concluſa, & terminata, ibi: *Conſiderata præfata Concordia*: Quando ex authentico documento ejuſdem apparet, ſtipulatam fuiſſe die 23 ejuſdem menſis, & ſic 20. diebus poſtea; Quod certè, nedum fidem eidem aſſertioni totaliter detrahit, ſed admirationem cauſat, obſervando, quod in Urbe, & coram adeo excelſo Tribunali legantur expoſita ſimilia, veritati ex diametro contraria, ut in ſimili notat *Raynald. Obſerv. Crim. cap.* 18. *nu.* 130. & firmavit *Rot. in Lunen. Sarzan Reddit. rat.* 14. *April.* 1698. 61
§. *Ratio*, & 28. *Nov. ejuſd. anni* §. *Talis cor. Card. Priol.* ubi, quod impoſſibile eſt ſcribere ea, quæ nondum facta ſunt, ac ſi facta eſſent, abſque magna ſuſpicionis, & illegialitatis nota. Imò in his caſibus applicari videntur ea, quæ tradit *Rota Avenionen. in dec.* 35 *n.* 1. & *ſeq.* ubi refert, & ſequitur illud 62
*Virgilii*: *Crimine ab uno Diſce omnes* cum aliis, citatis *in Inſtit. crim. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 23.

IV. Prætenditur eadem aſſerta Concordia approbata à Capitulo generali die 5. Maii 1667. quod pariter non cohæret 63
cum Conſtitut. noſtræ Congregat. juxta quas Capitulum generale ſemper celebratur Dominica 3 poſt Paſcha, quæ eodem anno 1667. fuit dies 1. Maii, quo die, & ad ſummum duobus, vel tribus ſequent. expediuntur omnia cum ſolito interventu Capitularium, ut eſt in noſtra Congr. notorium; Et propterea prorſus inveriſimile videtur, quod illud eodem anno duraverit uſque ad diem Jovis, quæ fuit 5. ejuſdem menſis Maii, quo prætenditur aprobata: Conciliando proinde omnia, dicendum eſt, illam fuiſſe diſcuſſam in ſolo Definitorio, in quo non interveniunt omnes Capitulares, ſed novem dumtaxat Abbates, illud componentes, inter quos dict. anno 1667. nemo aderat ex Forolivienſibus.

V. Aſſeritur confirmata à Cardin. Ulderico Carpineo 26. Auguſti 1676. & ſic poſt decennium à die, quo prætenditur 64
concluſa, & ab hac S. C. commiſſa illius confirmatio eidem Card. Carpineo, qui temporis conſiderabilis lapſus illius illegalitatem pluſquam tacitè oſtendit, juxta *Text. in leg. Si quis forte ff. de Pœn.* ibi: *Nec enim debebat tam magnam rem tandiù reticere*, quem ſequuntur *Cravet conſ.* 26. *n.* 6. *Menoch. de Præſump lib.* 1. *præſumpt.* 91. *n.* 8. *Farinac. de Falſitat. q.* 153. *n.* 182. *Rot. cor. Royas dec.* 474. *n* 4. & *cor. Emer. jun. dec.* 633. *à n* 7. & *in par.* 18. *rec. dec.* 148. *num.* 14.

VI. Demùm videtur obſervatione digniſſimum, quod 65
dicta die 26. Auguſti, quo prætenditur confirmata à dicto Cardinal. Ulderico Carpineo ab ejus Ædibus, vacabat Apoſtolica Sedes per obitum Clementis X. & EE. PP. de more recluſi erant in Conclavi, in quo non ſolent ſimiles materiæ, nullam urgentem habentes annexam neceſſitatem, tractari, juxta *Text. in capit. Ubi periculum* §. *Iidem quoque de Elect. in* 6. & animadverſa per *Fagnan.* pro veritate conſultum Conclavis *Urb. VIII in cap. Cum olim à num* 63 *de Majorit. & obed.* ubi *nu.* 80. obſervat, quod ſicuti quicum- 66
que aditus, ſeu acceſſus ad Cardinales, vel Scripturæ tranſmiſſio, prohibita eſt, ita non licet illis Secretarios, vel Miniſtros audire, vel Scripturas recipere, nec alia tractare, aut expedire negotia particularia Cong. quæ ad Papæ electionem non pertinent.

Quæ omnia dignentur EE. PP. ſub oculis habere unitim
67 ſumpta, ut in his terminis faciendum eſſe monent *Gabr. de Probat. concluſ. 1. num. 1. & ſeqq Rot. deciſ. 30. num. 31. cor. Bich. & dec. 250. num. 9. coram Emer. jun.* Et ſub illa conſideratione, quod ex hac parte non adducuntur ad odioſum, & criminalem effectum puniendi Authores dictarum inſubſiſtentium aſſertionum, ſed civiliter, & ac tollendam fidem eid. aſſertæ Concordiæ necnon ad oſtendendum, quod illa pro-
68 curata non fuit cum illis ingenuitate, & candore, qui in his materiis, undique emicare debent, ſive attendatur profeſſio Religioſa illarum perſonarum, que magna pars fuerunt præfatæ Concordiæ; Sive excelſa qualitas hujus ſacroſancti Conſeſſus, cujus authoritate roborata prætenditur: Quo caſu ad tollendam fidem ſimilibus Scripturis, & actibus, duæ
69 ſolùm ſufficiunt, & admittuntur præſumptiones, & conjecturæ, ut notant *Zilet. conſ 428. num 1. Nicol. in Floſcul. verb. Falſum num. 10. & 11. & Rot. cot. Ubag. dec. 1. nu. 23.* Ea ratione, quia ad dictum effectum non conſideratur concurſus illius fraudis, quæ dicitur conſilii, ſuper qua non inſiſtimus, ſed alterius, quæ appellatur fraus præjudicii, ſeu re ipſa, quæ in noſtro caſu innegabilis eſt, juxta diſtinctionem duplicis
70 fraudis, de qua in noſtris terminis *Card. de Luc. de Præemin. diſc. 13. num. 30.* & generaliter b. m. *Severolus apud Conſtant. ad Statut. Urbis tom. 1. fol. 597. num. 94. & in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 2. num. 8.*

Quod ſi admitteretur contraria prætenſio, Oriundi ex Ter-
71 ra Sancti Archangeli dicerentur ſpecialiſſimè privilegiati, taliter ut nulli alteri Nationi prærogativa ſimilis in noſtra Congregatione competeret, & hoc modo aperiretur via aliis Monaſteriis unitis, & dependentibus eandem excitandi prætenſionem, involvendique magnis litibus noſtram Cogregationem quod nullatenus videtur permittendum, juxta monitum
72 *D. Jo: Chriſoſt epiſt. 1. ad Corinth. homil. 7.* cum aliis citatis in *Tom. 2. par. 1. diſcept. 17. num. 109.* Sed reſcribendum, Oppoſitoribus nullam competere privativam, ut in terminis reſ-
73 pondit hæc S. C. *in Eugub. 29. Martii, & 27. Aprilis 1703.* ad relat. Card. Tanaræ cum reſcripto; *Non competere Patre*
74 *Globbio privativam, ſed poſſe concurrere cum aliis, habentibus tamen requiſita.*

## In eadem Cauſa.

NUllum exadverſo exhibetur documentum, quod Ec-
75 cleſia Sancti Jo: Baptiſtæ, de qua agitur, ſemper collata fuerit in titulum Canonicis, oriundis ex Terra San. Archangeli, ut gratis ubique ſupponitur. Imò nec exhiberi poteſt, quia in facto id non ſubſiſtit, ex quo immediatè ante ultimum Abbatem Auguſtinum Forolivienſem, illam poſſedit Pater Piſcitellus Florentinus, nec non alii Abbates, nullatenus oriundi à dicta Terra Sancti Archangeli, ut eſt in noſtra Congregatione notorium. Necnon innegabile pariter eſt, quod eadem Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ nihil aliud ſit, quàm
76 Membrum, ſeu Grangia noſtri Monaſt. S. M Gratiarum, ex ſupra animadverſis.

Prout etiam remanet concludentiſſimè probatum, quod
77 Oriundi ex Terra S. Archangeli non conſtituunt particularem, & diſtinctam Nationem in noſtra Congregatione, ſed una cum li *Forliveſi, Bertinoreſi, e Circonvicini, formano un' unico Corpo, e coſtituiſcono un' unica Nazionalità, Patria, e Capitolo*: Quod nedum admittit *Cardin. de Luc.* ſcribens pro Oppoſitoribus in *diſc. 36. num 9. de Præem.* ſed ulterius addit ex dicta unione, ſeu unicitate Corporis, motam fuiſſe hanc Sacram Congreg. anno 1658. ad reiiciendam illammet numero inſtantiam pro privativa, quæ promovetur hodiè, ibi:
78 *Ideoque mihi, ſcribenti pro dictis Recurrentibus, reflectendo ad veritatem, faciebat ſolùm difficultatem conſideratio, quod ſtante d. promiſcua adminiſtratione, aliiſque actibus, ex quibus ad dictam ſubjectivam unionem inferebatur, iſta eſſet potius quædam unio ſociativa, per quàm concorditer, communicatis invicem Juribus, ac bonis, Religioſi unius eſſent partici-*
79 *pes Prælaturæ, ac adminiſtrationis alterius, quod æqualiter ad commodum reſpectivè ſe habet, atque ex hoc fundamento credo, quod prodierit reſolutio S. C.* Et in fine ejuſd. diſcurſus ibi: *Sed difficultas erat in d. unione, ut ſupra*

In vacationibus igitur Dignitatum in ead. Natione Foroli-
80 vienſi, Oriundis ex Terra S. Archangeli, tam attenta Juris communis diſpoſitione, quàm Breve Pauli V. necnon ad tenorem noſtrarum Conſtit. nullo competit, nec unquam competere poteſt privativa, ſed ſolum concurrere poſſunt cum aliis Religioſis capacibus ejuſdem Nationis, ut in caſu omninò ſimili, articulo formiter diſcuſſo, & Partibus acerrimè informantibus, reſpondit hæc Sac. Congr. in *Eugubina*, de qua ſupra *num. 74.*

Ad declinandam vim harum ſolidarum animadverſionum, recurritur exadverſo ad præſidium d. Concordiæ, pro cujus 81
executione procurata fuit ſubſcriptio dubii, & cum ſuppoſito, quod concurrant præexiſtentia litis, bona fides, & remiſſio alicujus Juris hinc inde exagerantur regulæ, & receptæ propoſitiones, quod omnia Jura clament, omnes Doctores conveniant, & omnis æquitas expoſcat, ut illa religioſiſſimè ſervetur, & cuſtodiatur.

Verùm tale ſuppoſitum nullam habet in facto ſubſiſtentiam, & verificatur ex diametro oppoſitum, dum facta fuit, 82
nulla præexiſtente lite, abſque bona fide, & ſine remiſſione alicujus Juris ex parte Opponentium, & propterea ſi ex deficientia unius dumtaxat ex hujuſmodi requiſitis illa non eſſet exequenda, ex adductis per *Roland. à Valle conſ. 28. à num. 3. lib. 4. Gail. pract. obſer. lib. 2 obſer. 70. n. 11. Urceol de Tranſact. qu. 2. à num. 20. Card. de Luc. de Alienat. diſc. 50. nu. 3. & Rot.* 83
*dec. 121. num. 15. coram Duran.* Quanto magis dum deficiunt omnia.

Deficit primum præexiſtentiæ litis, quia illa fuerat ſolemniter terminata per duplex conforme reſcriptum hujus S. 84
C. primum diei 5. Julii 1658. *Benè proviſum*, Secundum verò diei 15. Nov. ejuſdem anni. *In deciſis, & Oppoſitores amplius non audiantur*, ut in debilioribus terminis, quod lis dicatur terminata, quodque articulus reputari non poſſit dubius ad ſuſtinendam tranſactionem, quando ille deciſus fuit per *Rotam* obſervat *Bertacchin. vot. dec. 106. nu. 5.* ſequendo punctualem *deciſ. in Rom. ſeu Firm. Succeſſ. 16 Jan. 1696. §. Ita pariter cor. Card. Priolo.*

Imò à dd. uniformibus reſcriptis hujus S. C. nedum excluſa dicebatur quælibet litis pendentia, omneq; Jus Opponentium, 85
ſed favore Forolivienſium quodammodo conſtituta dicebatur res Judicata, inducens notorium, quadrans rotunda, faciens de albo nigrum, deque non ente ens, atque falſum immutando in verum, juxta notam indolem, & efficaciam rei judicatæ de qua *Barboſ. axiom. 200. num. 2. & 3. & Anſald. de Commerc. & Merc. diſc. 36. num. 33.*

Et in terminis, quod hujuſmodi requiſitam litis pendentis dicatur deficere in eo caſu, in quo deciſio ejuſdem certa ſit, 86
juxta terminos noſtri caſus, notat *Cravet. conſ 152. num. 16.* & firmavit *Rot. deciſ. 164. numer. 13. coram Cerr.* ubi, quod tranſactio in his circumſtantiis inita, dicitur continere turpitudinem.

Ea verò, quæ exadverſo dicuntur de reviſione ejuſdem litis de mandato Alexand. VII. deque facto, meliùs dilucidato 87
ob quæ hæc Sacr. Congreg. ſteterit anceps pro confirmatione primi reſcripti, ſunt ſimplicia verba, nullum habentia fundamentum, vel probationem in contrario Summario, & quod magis eſt, non cohærent cum iis, quæ leguntur apud *Card. de Luc. diſc. 36. de Præemin.* ſcribentem pro Oppoſitoribus, eundemque diſcurſum imprimentem anno 1669. & ſic poſt undecim annos à dictis reſolutionibus, nullam, vel mi- 88
nimam, in illo, neque in illius adnotatione facientem mentionem de nova Audientia, deque hujuſmodi pulchris diſcurſibus, ſed ſolidè, & ſeriò aſſerens, quod Oppoſitores non amplius reclamarunt, ibi: *Qui recurrentes ad Sac. Congreg. rejecti fuerunt.*

Non benè autem ad probandam hanc litis pendentiam recurritur exadversò ad Memoriale, coram hac S. C. exibitum 89
ibi: *Stando la Cauſa indeciſa, ſono adeſſo concordati*; Quia Memoriale hoc porrectum non fuit à PP. Nationalibus Forolivienſibus, qui nullam unquam habuerunt notitiam, nec dicti Memorialis, nec aſſertæ Concordiæ, eorum nomine, liberalitate maxima, & ſpontaneitate inſigni, à P. Generali concluſæ, ſed porrectum fuit ab ipſiſmet Oppoſitoribus, ſicque in illius aſſertionibus nullum fieri poteſt fundamentum ad 90
eorum favorem, juxta notoria principia.

Sed quando per inſubſiſtentem hypoteſim exiſtentia litis probaretur exadverſò à feriis, & replicatis enunciativis utri- 91
uſque Partis, adhuc iſtæ in nulla habendæ eſſent conſideratione, ex notorio principio, quod ad ſuſtinendam tranſactionem, litis pendentia nunquam probatur ex Partium aſſertionibus, juxta *Text. in l. Cum hi §. Si cum lis ff de Tranſact.* quem in noſtris terminis ſequuntur, & exornant *Pariſ. conſ 12. num. 3. lib. 2. Mantic. de Tacit. lib. 26. tit. 2. n. 13. Surd. dec. 186. n. 10. & 11. Urceol. de Tranſact. qu. 2. nu. 43. & 70. & Rot. cor. Merlin. dec. 490. n. 4. & 5.*

Fortius quia iiſdem verbis, ſeu gratuitis aſſertionibus, opponimus innegabilia facta, nempè replicatas reſolutiones, 92
& reſcripta hujus Sac. Cong. ex quibus palpatur manibus falſitas illorum verborum contrarii Memorialis; *Stando la Cau-*

*ſa*

*ſa indeciſa pendente*, ibi: *Indeciſa pendente*, & ibi: *Adhuc indeciſa pendente*.

Supplicantes hic obſervare, aliud eſſe, quod Cauſa ali-
93 qua pendeat indeciſa, ſeu quod nulla capta fuerit unquam reſolutio, aliud verò, totoque Cœlo diverſum, quod adversùs deciſiones, & reſolutiones, in illa captas, conceſſa fuerit nova Audientia: Quia in hoc ſecundo caſu ad ſummum dici poteſt, quod adhuc non ſit terminata, non autem, quod deciſa non fuerit, ut ex ſola terminorum conſideratione manifeſtum eſt.

Deficit etiam 2. requiſitum bonæ fidei, nedùm ex adductis
94 ſupra *num.* 56. ſed ulteriùs ex enormiſſima læſione, de qua infra, per ea, quæ in ſpecie firmavit *Rot. deciſ.* 121. *nu.* 26. *coram Duran*.

Nec talis prætenſa bona fides colorari poteſt ab incerto litis
95 eventu. Quia in noſtro caſu eventus iſte litis nullatenùs verificabatur, dum illa, nedum erat terminata per duplex reſcripta hujus Sacræ Congregat. ſed, quod magis eſt, impoſitum fuerat Oppoſitoribus perpetuum ſilentium cum illis verbis. *Et amplius non audiantur*.

Minuſque colorari poteſt ab alio prætextu articuli, non
96 modicè involuti, ut exadversò aſſeritur, *An Nationales Foroliovienſes dici poſſent Nationales Loci S. Archangeli, attenta unione Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ Monaſt. S. M. Gratiarum de Fornò*. Quia articulus in hac Sac. Cong. diſputatus, non fuit iſte, exadversò hodiè gratis figuratus, ſed alter; *An Religioſis, oriundis ex Terra S. Archangeli, competeret privativa in conſecutione tituli Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, ad excluſionem Religioſorum Monaſterii Fornovii*, qui articulus non aliam
97 diſputationem admittebat, neque hodiè admittit, minuſque ſub alia conſideratione involutus dici poteſt, quàm ſub illa, de qua conqueritur *Surd. deciſ.* 172. *in fine*, quod ſcilicet ex Facultatis legalis infortunio nihil in Jure noſtro tam pacificum eſt, quod aliquo velamine offuſcari non poſſit, quem,
98 Me citato, *In Inſtitut. crimin. lib.* 3. *titul.* 5. *numer.* 185. ſequitur *Rota in Firmana Fideic.* 4. *Maii* 1705. §. *Verùm coram Anſald*.

Abſque eo, quod relevet prætenſio, unionem ejuſdem Ec-
99 cleſiæ Sanct. Jo: Baptiſtæ attendendam non eſſe, utì factam abſque beneplacito Apoſtolicæ Sedis. Cum enim agatur de unione, effectum ſortita, & pacificè obſervata per lapſum pluſquam 200. annorum, hujus duplicatæ centenariæ vigore, nedùm allegare poſſumus ampliſſimum Apoſtolicum beneplacitum, ſed quemcumque meliorem titulum de Mundo, in terminis *Rota*, cumulans concordantes, *in deciſion.* 494. *à numer.* 4. *par.* 19 *recentior.* ibi: *Cùm notum ſit, habentem centenariam pro ſe, unà cum obſervantia, quæ hìc non deficit, poſſe allegare, quod intervenerit Beneplacitum Apoſtolicum, & omnis titulus melior de Mundo, & quidquid neceſſarium eſt ad validitatem actus controverſi, & etiam privilegium, juſtè conceſſum, ut in ſimilibus materiis præjudicialibus Eccleſiis, & Eccleſiaſticis &c. etiamſi actui Jus reſiſteret*.

Ultra quod eadem unio recognita, & approbata fuit ab In-
100 nocen. VIII. ibi: *Quapropter de hoc legitimis teſtimoniis informati, volumus &c.* Necnon ab hac S. C. dict. anno 1658. acriter ſe opponentibus Oriundis ex Terra S. Archangeli, eo-
101 rum prætenſionem fulcientibus cum Scripturis primi nominis Advocatorum, ut videre eſt ex *d. diſc.* 36. *num.* 9. & *n.* 12. *in fin. Card. de Luc. de Præem.* ubi ingenuè fatetur, quod reflectendo ad veritatem, ſibi difficultatem faciebat contra ſuos Clientes dicta unio ſubjectiva Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ noſtro Monaſterio S. M. de Fornovio.

Deficit demum tertium requiſitum promiſcuæ remiſſionis
102 alicujus Juris, ſine qua quælibet ſolemniſſima tranſactio ipſo jure nulla eſt, juxta *Text. in leg. Tranſactio* 36. *Cod. de Tranſaction.* ibi: *Tranſactio, nullo dato, vel retento, ſeu promiſſo, minimè procedit*, & firmatis per *Rot. deciſ.* 88. *numer.* 5. & *deciſ.* 187. *numer.* 7. *coram Royas*, & *dec.* 1028. *num.* 7. *cor. Emer. jun.*

Eſt autem curioſa illa Juris remiſſio, quæ exageratur, exad-
103 versò in condonatione expenſarum, factarum in lite coram hac S. C. agitata, dum in illa Creditores expenſarum, quatenus iſtæ deberentur, non fuiſſent Oriundi ex Terra S. Archangeli ſuccumbentes, ſed PP. Nationales Forolivienſes victores, ut conſideranti patet. Dixi *quatenus illæ deberentur*, quia notorium eſt, expenſas nunquam taxari, neque refici in Cauſis, agitatis, & terminatis in S C.

Non minus curioſa eſt alia remiſſio, in eo, exadversò poſita, quod; *Communitas S. Archangeli approbaverit electio-*
104 *nem Pat. Auguſtini de Forolivio in Abbatem S. Jo: Baptiſtæ*; Quia electio ejuſdem Pat. de Auguſtinis non fuit approbata à Communitate S. Archangeli, ſed ab hac S. C. eid. ulterius imponente perpetuum ſilentium circa ſuas impugnationes, in ead. acriter promotas.

Prout etiam ejuſdem farinæ eſt tertia remiſſio, ſeu gratia 105
illa, facta P. de Auguſtinis *permittendo ad illius vitam continuationem fruitionis dict. tituli Abbatialis*: Huic enim piæ meditationi applicatur lepida illa animadverſio *Cardin. de Luc. in Relat. Roman. Cur. for. diſcurſ.* 46. *num.* 62. quod ſcilicet talis generoſitas fraternizzet cum conceſſione Solis de Menſe Auguſti, dum Pat. de Auguſtinis continuare debebat in fruitione ſui tituli Abbatialis vigore conceſſionis, ſibi à ſuis Superioribus legitimè factæ, & ab hac Sacra Con- 106
gregatione canonizatæ, non autem ex gratia Oriundorum à Terra S. Archangeli, qui nullum reliquerunt lapidem involutum ad impediendam eidem Religioſo fruitionem ſui tituli Abbatialis.

Videant igitur Eminentiſſimi Patres quàm futiles, quamve inanes ſint prætextus ille remiſſionis alicujus juris, exa- 107
gerati ex parte Oppoſitorum ad ſubſtinendam dictam leoninam Concordiam.

E converſo autem dignentur obſervare, quare, & quodnam jus prætendatur exadversò ſublatum fuiſſe Nationi Fo- 108
rolivienſi per d. leoninam Concordiam, ſeu Tranſactionem, qualis dicitur illa, in qua unus ex Tranſigentibus nihil, vel parum obtinet, juxta animadverſa per *Urceol. de Tranſ. qu.* 100 *n.* 10. *Card. de Luc. de Alienat. diſc.* 50. *num.* 6. & *Rot. cor. Cerr. dec.* 164. *num.* 11.

Prætenditur enim deſtructa unio illa Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, per duo, & ultra ſæcula pacificè obſervata, & innixa 109
duabus Pontificiis gratiis, ſeu conceſſionibus. Et quod magis eſt, ab hac Sac. C. acriter informantibus Oppoſitoribus, canonizata, atque ab illorum Advocato admiſſa *in d. diſc.* 36. *num.* 9. & 12. *in fine de Præemin.* Itaut dd. Oppoſitores, mediante d. aſſerta Concordia, in ſimplici, ut ita dicam; velitatione cum uno Religioſo, clam obtinuiſſent id, quod in aperta pugna bis renovata cum integra Natione, accerſi- 110
tis primi nominis Defenſoribus, ab hac Sac. C. obtinere non valuerunt dicto anno 1658.

Prætenditur 2. in æternum excluſa integra Natio Foroli- 111
vienſis, & omnes qualificati Religioſi Monaſterii Sanct. Mariæ Gratiarum à conſecutione Abbatiæ, de qua agitur, cum illo verè maximo inconvenienti, quod Religioſi Grangiæ, ſeu Monaſterii uniti, & dependentis, ſint capaces Dignitatum Monaſterii principalis, cui fuit facta unio: Religioſi verò ejuſdem Monaſterii principalis ſint incapaces obtinendi Dignitates in Grangiis, & Monaſteriis unitis, ſeu dependentibus, quo nihil abſurdius, nilve irrationabilius, etiam ad ſenſum *Cardin. de Luc.* Scribentis pro Oriundis in Terra S. Archangel.

Prætenditur 3. efformata particularis Natio, conſtituta ab uno, vel altero Religioſo d. Terræ S. Archangeli, diſtincta 112
à Corpore totius Nationis Forolivienſis, contra ſolitum noſtræ Congreg. de quo in Summario adductum fuit in teſtem, omni exceptione majorem, integrum Capitulum generale, celebratum anno 1664.

Prætenditur 4. revocata res judicata, ſeu duplex ſolemne Reſcriptum hujus S. C ſolidè fundatum im Juris principiis, 113
& noſtris Conſtit. abſque ullo prorſus novo motivo, vel apparenti ratione, quæ adducta non fuerit, maturè examinata, acriter diſcuſſa, & inſubſiſtens reperta ab hac Sac. Cong. d. anno 1658.

Prætenditur demum cum intolerabili exceſſu, & pluſquam enormiſſima læſione compenſata vitalitia fruitio unius Ab- 114
batis cum jure poſſidendi Abbatia per omnia Sæcula Sæculorum: Si autem communiter Doctores, & S. Rota, utì læſivas, & nullius efficaciæ agnoſcunt, & reputant Concordias illas, in quibus verificatur exceſſus in dubii juris compenſatione, ut videre eſt apud adductos à *Ciarlin. controv.* 219. *num.* 110. *libr.* 2. *Urceol. de Tranſact. quæſt.* 43. *numer.* 7. & *Rot. in Imolen. ſeu Bononien. Bon.* 18. *Martii* 1697. §. *Quemadmodum*, & *per totum* & 28 *Aprilis* 1698. *in fin. coram Olmo*, & *in Rom. ſeu Firmana Succeſſ.* 10. *Jun* 1697. §. *Quo circa coram Card. Priol.* ibi: *Unde etiam ſi articulus Juris contineret aliquam dubietatem, adhuc tamen læſio ſemper* 115
*eſſet enormiſſima, quia id, quod remittitur, commenſurari debet cum dubio litis eventu*, & *in Roman Tranſactionis* 3. *Julii* 1704. §. *Nilominus*, & *ſeq.* & *in Rom. Domus* 10. *Junii* 1707. §. *Læſio verò cor. Card. Scotto*.

Quid dicendum in noſtro caſu, in quo nulla adeſt proportio inter vitalitium jus, continuatum ab eo, qui in illius legitima poſſeſſione reperiebatur, & inter jus perpe- 116
tuum, acquiſitum ab illo Collitigante, qui nedum in li-

te ſuccubuerat, ſed ei impoſitum fuerat perpetuum ſilentium,
ut conſideranti patet. In iſtis autem terminis ſimiles tranſa-
ctiones, abſque ulla neceſſitate reſciſſionis, perindè haben-
tur, ac ſi factæ non fuiſſent, juxta *Text. in leg. Cum actus ff.*
117 *de Dol malo*, & egregiè diſtinguendo obſervat *Rot. deciſ.* 650.
*num. 5. par. 19. rec. & dec. 67. num. 12. cor. Anſald. & in eadem
Cauſa in Rom. ſeu Firmana Suc. 28. Februar. 1695. §. Nec ob-
ſtat cor. Molin.*

Obſervantes ulteriùs, quod ad terminos d. enormiſſimæ
118 læſionis, nec etiam terminare debebat cum vita P. de Augu-
ſtinis jus Nationis Forolivienſis ad dict. Abbatiam, ſed per
quamcumque aliam vacationem, ibi: *Quodque per ſui mor-
tem, vel per quamcumque aliam d. Abbatiæ vacationem;* Ita-
ut ſi poſt paucos dies P. de Auguſtinis proviſus fuiſſet de alia
Abbatia, vel alio modo, quàm per ipſius mortem vacaſſet,
ſtatim tranſiiſſet in dominium Oppoſitorum abſque ulla ſpe
unquam redeundi ad Nationem Forolivienſem, in qua per
119 duo, & ultra Sæcula permanſerat, poſtquam ſcilicet noſtræ
Congreg. à Forolivienſi Benefactore renunciata fuerat, quan-
do adhuc Abbatiali qualitate non pollebat.

Ex combinatione harum exorbitantiarum facilè aſſequi-
mur, quare aſſerta Concordia exhibita non fuit coram hac
120 Sac. Congreg. antequam extorqueretur illius approbatio, dum
iſta obtenta fuit die 2. Martii 1667. cum ſuppoſito, quod eſ-
ſet jam concluſa, quando apparet ſtipulata die 23. ejuſdem
menſis. Quare per decennium procraſtinata fuit illius confir-
matio à Card. Ulderico Carpineo, nempè uſque ad diem 26.
Auguſti 1676. ſub: *Datum Romæ ex Ædibus noſtris*, quando
121 tunc temporis idem Cardinalis non in ſuis Ædibus, ſed in
Conclavi morabatur, in quo ſimiles materiæ tractari non ſo-
lent, & multò minus expediri ex Ædibus Cardinalium, ut
Eminentiſſimis PP. probè notum eſt.

Omnia hæc manibus palpare faciunt inſubſiſtentiam aſſer-
122 tæ Concordiæ, & nihilominus addimus aliam reflexionem,
quæ ex ſe ſola ſufficiens eſt ad impediendam illius executio-
nem, quia ſcilicet ſtipulata fuit à Patre Generali; *Vice, &
nomine PP. Nationalium Forolivienſium, pro quibus de rato
123 in forma promiſit &c. quodque illi præſens Inſtrumentum, ac
omnia in hoc contenta quæcunque infra duos menſes cum dimi-
dio, ab hodiè proximos, ratificabunt*, dum nec infra dictum
tempus duorum menſium cum dimidio, nec poſtea adduci-
tur ratificatio eorundem PP. Nationalium Forolivienſium,
ſine qua illa perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet, ex add.
ſupr. *num.* 42.

Reſpondetur exadverſo, Concordiam ſtipulatam fuiſſe à
124 P. Generali nomine totius Cong. & utì illius Capite; Sed reſ-
ponſio non ſubſiſtit in facto, nec relevat in Jure.

Non ſubſiſtit in facto, in quo habemus, quod P. Genera-
125 lis devenit ad aſſertam Concordiam vice, & nomine, necnon
utì Procurator PP. Nationalium Forolivienſium, pro quibus
promiſit de rato; Iſte autem contrahendi modus apertè ex-
cludit nomen totius Congregationis, & qualitatem illius Ca-
pitis, ut in terminis actus, geſti à Procuratore Generali
Ciſtercienſium, firmavit *Rot. deciſion. 62. numer. 1. part. 13.
recentior.*

Nec relevat in Jure, quia Generales Religionum non ha-
126 bent facultatem præjudicandi juribus particularis Nationis,
vel Monaſterii, ut probavimus ſupra *num* 53. & addimus
punctualem *deciſ. Rotæ in Bononien. Dotis 21. Januar.* 1706.
*§. Minus coram Anſald.* ubi, quod Procuratores generales Re-
ligionum, abſque ſpeciali mandato Conventus, ſeu Mona-
ſterii non poſſunt nomine ejuſdem Conventus, ſeu Monaſte-
rii comparere, & punctualiorem reſolut. C. C. in *Cremonen.
29 Novembris* 1704. *Lib. 54. Decretor. folio* 63. in qua ſimi-
lis renunciatio facta per quatuor Generales totidem Religio-
num in nulla habita fuit conſideratione, ſed reſcriptum:
*Præfigatur gradatim novus terminus duorum menſium Procu-
127 ratoribus generalibus, & Superioribus Monaſteriorum ad de-
clarandum capitulariter, & in forma valida, an velint, nec
ne acceptare legatum ad formam teſtamenti.* Et in eodem ſen-
ſu fuit Cong. Rever Fabr. in eadem Cauſa die 5. Junii 1706.
admittendo ad Compoſitionem hæredes cum Reſcripto:
*Conſtito de validis, & legitimis repudiationibus quatuor Re-
ligionum.*

Reſpondetur 2. Concordiam ratificatam fuiſſe à Capitulo
128 generali; Sed ſolidè replicamus, quod P. Generalis in illius
ſtipulatione non promiſit ratificationem Capituli generalis,
ſed PP. Nationalium Forolivienſium, quorum vice, & no-
mine illam ſtipulatus fuit. Igitur negligendo hanc ſecundam,
& procurando primam, Oppoſitores abundarunt in ſuper-
fluis, & defecerunt in neceſſariis, hoc eſt defecerunt in illa
129 ratificatione, quam P. Generalis ſpecificè, & expreſsè pro-
miſit: Abundarunt verò, obtinendo illam, quæ nec attenta
Juris communis diſpoſitione, nec ſolito noſtræ Congr. in his
terminis ſuffragatur, ex adductis ſup. à *n.* 49.

Abſque eo, quod relevet aſſerere, in d. Capitulo generali
adfuiſſe etiam conſenſum Nationalium Forolivienſium, dum
in illo intervenerunt tres Patres ejuſdem Nationis; Quia iſti
intervenerunt quidem in eodem Capitulo, ſed nimis veriſi-
militer dicendum eſt, fuiſſe ex numero illorum ſeptem, qui 130
dederunt fabas nigras, ut legitur in contrario Summaro; Itaut
potiùs verificetur illorum diſſenſus, & oppoſitio, quàm con-
ſenſus, & ratificatio.

Reſpondetur 3. Concordiam ratificatam fuiſſe à Canonicis 131
noſtri Monaſt. S Mar. Gratiarum de Forno, prætendendo,
quod illa æquivaleat ratificationi PP. Nationalium Foroli-
vienſium.

Verùm talis ratificatio poni debet ad partes. Tum quia
legitur facta die 27. Junii 1668. & ſic poſt annum à lapſu duo- 132
rum menſium cum dimidio ab illius concluſione, quos ſibi
præfixerat Pat. Generalis, ſtipulans utì Procurator PP. Na-
tionalium Forolivienſium, & expreſsè promittens intra di-
ctum tempus illam exhibere, & producere in actis Florelli,
tunc temporis Not. Card. Vicarii; Et conſequenter perindè
habetur, ac ſi nunquam facta fuiſſet, ut in præciſis terminis
reſolutionis alterius Concordiæ, ob ratificationem tempore 133
præſcripto non obtentam, obſervant adducti per *Anſald. de
Commerc. & Mercatur diſc. 63. numer.* 16. & generaliter *Rot.
dec. 811. num. 8. coram Cerr. & dec. 246. num. 4. coram Dunoz.
jun. & dec. 316. num. 1. par. 17. rec. & coram Pampb. dec. 685
num.* 5. ibique *Adden. à numer.* 10. inter alias convincentes ra-
tiones hujus concluſionis, adducit illam, quod actus, rati-
ficationem expoſcens, dicitur conditionalis; Iſta autem, ſi
non purificetur conditio in tempore præſcripto, ſtatim reſol- 134
vitur, & in *Ariminen. Bonorum 31. Januarii* 1680. *§. Etenim
coram Urſin.*

Quibus non contradicit *ead. Rot. in deciſ. 377. numer. 3. cor.
Dunoz. jun.* Quia in caſu d. dec. verificabatur renunciatio ex- 135
ceptioni, ob non adimplementum ratificationis in tempore
convento, quæ renunciatio in noſtro caſu, nec concurrit,
nec poterat concurrere, dum dicta aſſerta Concordia Natio-
nalibus Forolivienſibus, à quibus ratificari debebat, nun-
quam propalata fuit; Sine ſcientia autem, & quidem vera,
& certa, nedum actus ratificandi, ſed omnium nullitatum,
& defectuum ejuſdem actus, impoſſibile eſt, quod ille ratifi- 136
catus dici poſſit, juxta *Tex in l. Mater ff. de Inofficioſ. teſtam.*
quem ſequuntur *Surd. conſ. 49. à num. 32. Gratian. diſcept. 162
num. 3. Rot. cor. Bich. dec. 452. num 25. & cor. Priol deciſ. 411.
num. 17. & in par. 11. rec. dec. 98. à num* 6. Tum etiam quia fa-
cta non fuit à PP. Nationalibus Forolivienſibus, quorum no-
mine illa fuit promiſſa à Pat. Generali ſtipulante, ut illorum 137
Procuratore, ſed à PP. de Familia in Monaſterio S. M. Gra-
tiarum, eo tempore, quo ex 20. Nationalibus Forolivienſi-
bus duo ſolùm in illo reperiebantur. Supplicantes in hac par-
te cum advertentia legere contrarium Summarium circa ver-
ba illa, *da Forlì tutti Sacerdoti*, obſervando, quod deeſt
virgula inter ly *da Forlì*, & inter ly *tutti Sacerdoti*, itaut
ſenſus eorundem ſit, quod omnes Religioſi uſque tunc nomi- 138
nati, eſſent Sacerdotes, non autem quod omnes eſſent de Fo-
rolivio.

Non negamus, quod in electionibus, aliiſque tractatibus,
concernentibus negotia alicujus particularis Monaſterii, vo-
cem habeant omnes Canonici, & Clerici, expreſsè profeſſi, 139
qui in illo reperiuntur de Familia, ſive ſint Nationales, ſive
non, quod ſolùm determinant *noſtræ Conſt. in c* 29. §. 5. Sed ex
hoc nullatenus infertur, quod pro validitate illius actus, pro
quo expreſsè reſervatus fuit conſenſus, & promiſſa ratifica-
tio PP. Nationalium alicujus Nationis, iſte conſenſus, &
ratificatio ſuppleri poſſint à Religioſis unius tantùm Mona- 140
ſterii ejuſdem Nationis, in quo nullatenus de familia repe-
riantur illi, quorum ratificatio promiſſa fuit, ut egregiè ob-
ſervat *Rot. dec. 424. num 9. cor. Pamphil.* Aſſignans *n.* 10. con-
vincentem illam rationem hujus concluſionis, quod aliàs actus
diceretur ratificatus ab illis, qui ipſum directè facere non po-
terant, contra omnia principia.

Die Vener. 26. Auguſti 1707. propoſita Cauſa in C. E &
R. per Card. Colloredum, fuit reſcriptum: *Concordiam non* 141
*eſſe exequendam, & videatur de ſubſiſtentia tituli Abbatialis;
Circa ſubſtitutionem verò novi Abbatis nihil innovetur, incon-
ſulta S. C.*

In

## In eadem Cauſa.

Reſoluto hoc reſcripto mediante d. dubio circa inexequibilitatem d. leoninae Concordiae, opus deinde fuit diſ-
142 putare duo alia ſequentia dubia.

I. *An conſtet de ſubſiſtentia tituli Abbatialis? Et quatenùs*
143 *affirmativè.*

*An in electione Abbatum S. Jo: Baptiſtae ſint praeferendi*
144 *Nationales S. Archangeli in caſu &c.*

Primum autem videtur *Affirmativè* reſolvendum, ſecundum verò *Negativè*.

Reaſſumendo enim materiam à ſuis principiis, habemus, quod Sixtus IV. in ejus Brevi uſque de anno 1477. Eccleſiam San. Jo: Baptiſtae in Territorio Sanct. Arcangeli cum
145 ejus bonis, & pertinentiis Congreg. Salvatoris conceſſit, & univit, quam vocat ſub nomine, & titulo Prioratus; Cujus Eccleſiam idem Summus Pontifex in eodem Brevi dicit concedere, & unire dictae Congreg. ad talem Prioratum tenendum, regendum, & gubernandum, juxta ritus, mores, & conſuetudinem ejuſdem Congregationis Conſuetudo
146 autem, mos, & ritus dictae Congreg. eſt, ut Eccleſia, ſeu Loca, ipſi unita retineant, conſervent titulos, ac nomina, quibus ante unionem nuncupabantur, indeque factum eſt, ut hujus Congregationis Superiores, & ſi omnes pari honore, ac poteſtate gauderent, quidam tamen Abbates, alii Priores, nonnulli verò Praepoſiti vocarentur; juxta qualitatem nominis, vel tituli, qua decorabatur Eccleſia, cui praeficiebantur, hujuſmodi diverſitas nominis perduravit uſque ad
147 annum 1635. quo ſub Urbano VIII. ex decreto C. R. die 15. Dec. conceſſum eſt, ut omnes praefati Superiores Abbates vocarentur.

Quod autem titulus Prioratus Eccleſiae Sancti Jo: Baptiſtę,
148 de quo quaeritur, perduraverit poſt unionem, eoque decoratus fuerit aliquis ex Canonicis Sanctae Mariae Fornoviii Nationis noſtrae, nulla currit haeſitatio. Cum enim Innocentio VIII. ad ſupplicationem Prioris, & Conventus Monaſter. S. M. Fornovii ſpeciali ſuo Brevi ſub die 23. Novemb 1484. juſſerit omnimodam reſtitutionem praedictae Eccleſiae, quam cum omnibus ejus bonis occupaverat Laurentius Patriarcha Antiochenus, ac ſi ad ſuam Patriarchalem Menſam pertineret, pro executione hujus Brevis apud Gubernatorem Romandiolae, Commiſſarium in hac parte Apoſtolicum, comparuit Fr. Arſenius de Alemania Ordinis Can. Regul. S. Au-
149 guſtini, & Congr. S. Salvatoris, Prior Eccleſiae S. Jo: Baptiſtae de Vicariatu S. Archangeli, Canonica nuncupat. ut fuit juſtificatum in Sum.

Ex hujuſmodi igitur facto patet expreſsè, titulum Prioratus, quem ex Bulla Sixti IV. praefatae Eccleſiae annexum vi-
150 dimus, perduraſſe etiam poſtquam eadem Congregat noſtrę unita eſt, ac propterea non eſſe noviter, vel ex arbitrio introductum, cum 223. ab hinc retrò annis laudatus Fr. Arſenius Can. noſter Regularis eodem titulo Prioris vocaretur, & gauderet.

Et ad plenius demonſtrandam dependentiam ejuſd. Eccleſiae S. Jo: Baptiſtae à Monaſterio S. M. Gratiarum Fornovii,
151 animadvertere ſupplicamus, quod in relato caſu occupationis per Patriarcham Antiochenum, nullatenus Prior S. Jo: Baptiſtae, ſed Prior, & Conventus Sanctae Mariae Gratiarum recurſum habuit ad Pontificem, eique ſupplicavit pro reſtitutione, quam obtinuit, teſtimoniis, & documentis probando, eandem Eccleſiam cum ſuis pertinentiis ad ſe ſpectare. Prior autem S. Jo: Baptiſtae, dum apud Commiſſarium Apoſtolicum comparuit, & inſtetit pro executione praeſatę reſtitutionis, nihil omninò egit proprio nomine, ſed, ut ibi dicitur, *nominibus quibus ſupra*, ideſt Prioris, & Conventus Monaſterii Sanctae Mariae Gratiarum, veluti Procurator, non Principalis.

Ulterius obſervari etiam meretur, quod in hujuſmodi facto
152 Prior Sanctae Marię Gratiarum nominatur cum ſuo Conventu, & Monaſterio, alter verò ſimpliciter, & nudè enunciatur Prior S. Jo: Baptiſtae, ad indicandum, quod is tantùm titulum, & nomen obtinebat, non verò adminiſtrationem, & juriſdictionem, juxta modum, quo uſque in praeſens in noſtra, aliiſque Congreg. Regularibus perdurat conſuetudo, ut adſint quidam Abbates titulares, de quibus *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 3 quaeſt. num 1.* ibi: *At ii denique ſunt Abbates ſolo titulo, qui Regulares ſub ſe Subditos non habent, vel quia fortaſſis Monachi locum relinquerunt; Vel quia Monaſterium eſt aliò translatum; Vel alicui ſaeculari Clericum commendatum, & hi titulares Abbates vocantur, ac pontificalibus Inſigniis utuntur, geſtant etiam Inſignia Praelatorum, ſicuti Abbates haben. ſub ſe Regulares ſubditos, habent etiam ſuffragia, & liberam vocem in Capitulis.* Ex his ergò, quae habet peritiſ-
ſimus rerum Regularium Scriptor, manifeſtè conſtat, nul- 153
lum eſſe inconveniens, imo communi omnium penè Congregationum praxi, uſuque firmari, quoſdam reperiri Abbates ſine reſidentia, ſine adminiſtratione, ſine Subditis, veros tamen Abbates, licet ſolius nominis, & tituli, juxta ea, quae de Epiſcopis titularibus adnotavimus *in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 1. num. 39.*

Et apud noſtram Congr. omiſſis juſtis rationibus aliarum 154
Congregationum, fuit immemorabiliter practicata conſuetudo inſtituendi Abbates titulares, quia cum ex Abbatibus eligantur Generalis, & Viſitatores, quibus vigore *Conſtit. c. 55 §. 20.* ut expeditiores, & promptiores ſint ad ſua munia exequenda, interdicitur omne aliud Officium, neceſſe omnino eſt, ut adſint alii, qui eorundem loco ſubrogari, ac deſtinari poſſint ad gubernium, ſeu regimen Monaſteriorum, ad quod exequen. in noſtra Cong. conſervantur tituli Abbatiales nonnullorum Locorum, etiam non habentium adminiſtrationem, vel juriſdictionem, ac aliquibus Nationibus nume-
roſioribus, quarum Monaſteria majora ſuſtinent onera pro 155
Cong. donati, & adſcripti ſunt tituli, licet nullo loco affixi, ut ſi quando aliquis ex eiſdem Nationibus eligatur in Abbatem generalem, Priorem generalem, Viſitatorem &c. praeſto ſit alter Nationalis, cui committatur regimen illius Monaſterii, idque à Majoribus expertum eſt ratione, & experientia comprobatum, quod nempè ſtudioſius, ac utilius Monaſteria per Nationales gubernari valeant, quàm per Exteros, & hoc validiùs armatum reperitur per Paulum V. in ſuo Brevi die 12. Maii 1607. pro diſtributione Praelaturarum; In eodem enim praecipit, quod quilibet Praelatus vacet ſaltem
per triennium à gubernio ejuſdem Monaſterii, quo caſu ju- 156
bet aſſumendum, & ſubſtituendum alterum Nationalem, itaut alternatim gubernet, cujus ſubſtitutio, ſeu alternativa nullatenus exequi poſſet, ſi in qualibet Natione unus tantùm eſſet Abbas Nationalis.

Hiſce additur, quod in noſtra Congregatione pluſquam in
aliis ſimiles tituli ſunt neceſſarii; Nam ad alliciendos Reli- 157
gioſos ad aſſumenda officia alioquin laborioſa Lecturae, Praefecturae Novitiatus, Curae animarum, Oeconomatus, aliaque conſimilia, nullum aliud praeter hos titulos habent; Nam ſi reſtringantur tituli Abbatiales, quod nempè unus tantummodò adſit pro qualibet Natione, & Monaſterio, ſi talis unicus titulus fuerit à Religioſo Nationali vegetae aetatis occupatus, prout perſaepè contingit, quis erit, qui fretus merito velit aſſumere dicta onera ſpe deſtitut. ſe ad majora promovendi?

Et hac ratione Summi Pontifices titulos conſimiles auxe-
runt, ſeu reſervarunt, prout Innoc. X. in Bulla ſuppreſſio- 158
nis Monaſteriorum reſervavit titulos annexos Monaſteriis, jam ſuppreſſis, qui adhuc durant, Alexandro VII. ſupprimendo Canonicam Centi, facta unione illius Eccleſiae, & bonorum Monaſterio Ferrariae, reſervavit titulum, ut in ejus Bulla ſub die 7. Febr. 1663. idemque Pontifex auxit titulum Abbatiae Eccleſiae S. Ruffini Eccleſiae unitae Monaſterio S. Sebaſtiani Mantuae, & Innoc. XII. adiunxit titulum Abbatiae Eccleſię S. M. in Vado, quantumvis eſſet Monaſterium jam ſuppreſſum ac pariter Summus Pontifex Clemens XI. oc-
caſione ſuppreſſionis duarum Abbatiarum in Hetruria, alte- 159
ra S. Jacobi ſuper Arnum, alia verò Sanct. Andreae in Marſciano aliis Regularibus conceſſarum, quibus gaudebat iſta Congr. in ejus Bulla die 29 Sept. 1703. reſervavit titulos Abbatiales, & demum anno 1706. die 18. Martii fuerunt eidem Summo Pontifici humiles porrectae preces, quatenus dignaretur erigere in titulum Abbatialem Eccleſiam S. Bernardi in Valle, Dioeceſis Piſanae, unitam Canonicae S. Auguſtini Ni-
coſiae, quamvis d. Eccleſia nunquam fuerit Monaſterium, Re- 160
miſſoque ſupplici Libello huic S. C. *Petita facultas tunc futuro Capitulo generali benignè impartita fuit.*

Si igitur Summi Pontifices munificentiſſimè tot titulos Ab-
batiales elargiti ſunt, vel reſervando, vel potiùs augendo ad 161
favorem noſtrae Congregat. ſolùm ex rationibus, deſuper expreſſis, qua ergo ratione erit haeſitandum de titulo annexo Eccleſiae S. Jo: Baptiſtae, olim Monaſterio? quo ab immemorabili ſupra 200. & ultra annos gaviſum fuit noſtrum Monaſterium S. M. Gratiarum Fornovii ex primariis iſtius Cong. quo quatenus non gauderet, omnis juſtitia, & ratio exigeret ut erigeretur.

Sed haec ex abundanti dicta ſint, nam pro convincen-
da ſubſiſtentia tituli Abbatialis, de quo agitur, ſatis eſt do- 162
cere de immemorabili illius obſervantia; Ultra quod enim ſupe-

ſuperiùs de illo docuimus ex Bulla Innocentii VIII. ſupra
200. annos, præciſiùs, & validiùs docuimus ex Actis Co-
mitiorum generalium ſupra 100. annos habitorum in Mona-
ſterio Sancti Salvatoris Bononiæ, quibus clarè patet, iiſdem
ſemper interfuiſſe Abbatem Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, ut vi-
dere eſt ex Partitis Capitulorum generalium, fideliter extra-
ctis, & in Summario exhibitis, quod facit ceſſare omnem
dubietatem, & vigore d. centenariæ, præſeferentis tempus
immemorabile, quilibet titulus melior de Mundo allegari va-
let exadductis ſupra.

Firmata igitur omni jure ſubſiſtentia tituli Abbatialis Ec-
cleſiæ S. Jo: Baptiſtæ tranſitum facimus ad 2. dub: ſupplican-
tes obſervare, quod hujus favore militat res judicata, ſeu du-
163 plex uniformis reſolutio hujus Sac. Congreg. ſub diebus 5. Ju-
lii, & 15. Nevembr. 1658. cum impoſitione perpetui ſilentii
Oppoſitoribus, ad quorum inſtantiam nihil hodiè novi addu-
citur, quod in dictis duabus Cauſæ propoſitionibus latiſſimè
exageratum non fuerit, mediante opera primi nominis Ad-
vocatorum, ut videre eſt apud *Card. de Luc. de Præem. diſc.
36. à num.* 8. ubi ſolita ingenuitate reflectendo ad veritatem,
164 contra Oppoſitores pro quibus ſcribebat, difficultatem ei fa-
cere aſſeruit unionem dict. Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, factam
noſtro Monaſt. quodq; ex hoc motivo prodierunt dictæ reſolu-
tiones hujus S. C. denegantes prælationem Oriundis in Ter-
ra S. Archangeli.

Motivum autem non potuit eſſe validius, neque magis
ſubſiſtens, quia revera eadem Eccleſia Sancti Jo: Baptiſtæ
165 in noſtra Congregatione ſemper conſiderata fuit, & habita
non pro Monaſter. independenti, & de per ſe, ſed utì Gran-
gia, ſeu Membrum noſtri Monaſt. Sanctæ Mariæ Gratiarum
de Fornovio.

Ad quod probandum non inſiſtimus præſumptionibus, &
conjecturis, ſed adducimus citatam literalem Bullam Six-
166 ti IV. qua mediante idem Summus Pontifex eandem Ec-
cleſiam perpetuò univit, & incorporavit noſtræ Congrega-
tioni. Nec non publicum, & ſolemne Inſtrumentum unio-
nis, factæ noſtro Monaſterio uſque ab anno 1479. in quo ve-
167 ritas hæc intra evidentiæ fines conſtituitur à ſequen. verbis,
omni contraria gloſſa, & quacumque etiam ſubtili detorſio-
ne incapacibus: *Ut ſit ſpiritualiter, & temporaliter perpetuis
temporibus ſub cura, & regimine Prioris, & Canonicorum
Monaſt. Sanctæ Mariæ de Gratiis in Territorio Forolivienſi, &
omnes fructus, redditus, & proventus ſint pro uſu Canonico-
rum, commorantium, & qui pro tempore commorabuntur in d.
Monaſt. S. M. de Gratiis cum bonore, & onere omnium expen-
ſarum, tam factarum, quàm faciendarum, & hoc, tam in Bul-
lis, Annata, & annua Penſione exſolvenda, ut ſupra, quàm
in quibuſcumque aliis quomodocumque, & qualitercumque ex-
penſis, occurſis, & occurſuris*; Quæ omnia ſemper à Cano-
nicis noſtri Monaſter. Fornoviii adimpleta punctualiter fue-
168 runt, & de præſenti adimplentur, mediante ſolutione Quin-
denniorum, omniaque alia ſupportantur onera, quomodo-
cumque infixa bonis ejuſdem Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, quod
extra omnem controverſiam eſt.

Fortiùs, quia ead. Unio facta non fuit clandeſtinè, & pri-
169 vata authoritate, ſed in Comitiis generalibus noſtræ Congr.
habitis in Monaſt. S. Michaelis de Candiana d. ann. 1479. ce-
lebratiſque, ut dicitur in publico Inſtrumento, dato in Sum-
mario, *more ſolito, cum omnibus ſolemnitatibus opportunis,
& neceſſariis*, & cum illa circumſtantia, quæ ſolet eſſe ni-
mium rara in Capitulis generalibus, quod *Patres omnes, in
illis intereſſentes, taliter fuerunt concordes, ut ad illam deve-
nerint, nemine diſcrepante.*

Quibus additur pacifica, & nunquam interrupta obſervan-
170 tia 200. & ultra annorum, qui longiſſimus temporis lapſus,
nedum inducit præſumptionem illius validitatis, & juſtifica-
tionis, exadductis per *Bertacchin. Vot. deciſ.* 153. *num.* 1. &
*Rot. coram Seraphin. dec* 1459. *num* 1. & *coram Burat. deciſ.*
743. *num.* 6. & *coram Celſo dec.* 70. *n.* 3. ſed ulteriùs facit præ-
171 ſumere quemcumque meliorem titulum, juxta animadverſa
ſupra.

Supplicantes obſervantiam hanc præ oculis habere ſub con-
172 ſideratione, quod illa dicitur cujuſcumq; diſpoſitionibus re-
gina, & fida interpres etiamſi contrarius intellectus de jure
verior eſſet, magiſq; accomodatus verborum ſenſui, ex cu-
mulatis ſup. *in tom.* 1. *par.* 2. *diſc.* 16. *num* 101.

Reſpondetur exadverſo, eand. unionem eſſe nullam, uti
173 non munitam Apoſtolico Beneplacito, & ex eo, quia non
verificantur cauſæ, propter quas facta fuit.

Verùm circa Apoſtolicum Beneplacitum ſupplicamus ob-
ſervare, illud nullatenus fuiſſe neceſſariam, ex quo Six-
tus IV. in Bulla Unionis dictæ Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ,
factæ noſtræ Congregationis non præſcripſit, neque deman-
davit, quod eadem Eccleſia, reſignata in ejus manibus per 174
Antonium Latioſum, erigeretur actualiter in Monaſterium;
Signum evidens, quod reliquit arbitrio ejuſdem noſtræ Con-
gregationis prout meliùs, & utilius ei videretur, providen-
di pro majori incremento ſalutis animarum, ac fructu bono-
rum temporalium: Neque eadem Eccleſia retineri cum ſuis 175
bonis poterat à noſtra Congregatione ſed perneceſſe unienda
erat alicui viciniori Monaſterio, ut ſolita maturitate factum
fuit in dicto Capitulo generali, pro exequenda pia voluntate
dicti Latioſi, Benefactoris Forolivienſis, qui illam intuitu
erga Patriam, & pia devotione erga miraculoſiſſimam Ima-
ginem Beatæ Mariæ Virg. noſtri Monaſterii in manibus Pa-
pæ reſignavit, ut uniretur Monaſterio ſuæ Nationis, quod
proximius erat, & commodius omnibus aliis Monaſteriis,
quæ longè diſtant à præfata Eccleſia, ut inter Partes non con-
trovertitur.

Certiùs, quia quando idem Sixtus IV. univit eandem Ec-
cleſiam noſtræ Congregationi, illa erat Prioratus habitu, non
autem actu, & proinde demandavit, ut teneretur, & guber- 176
naretur juxta ejus ritus, & conſuetudines, nullo ſuperaddi-
to verbo, concernente, vel importante mutationem ejus pri-
mævi ſtatus, juxta verba Bullæ Unionis, ibi: *Ut per eos,
juxta eorum ritus, & conſuetudines tenendus, & gubernan-* 177
*dus foret*, & ibi: *Proviſo, quod Prioratus hujuſmodi debitis
propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ſpiri-
tualibus in eo, ſi qua illi immineat, nullatenus negligatur, ſed
illius congruè ſupportentur onera conſueta*: Ex quibus patet,
noluiſſe d. Eccleſiam erigere in actuale Monaſterium, ſed gu-
bernari modo, & forma, quibus ante reſignationem guber-
nabatur à Latioſo.

Comprobantur hæc ex aliis Bullis diverſarum Unionum,
factarum per eundem Sixt. IV. de aliis Eccleſiis noſtræ Con- 178
greg. quæ expreſsè voluit, & demandavit erigi in Monaſter.
diſcretivè de iſti loquendo, ut videre eſt in Bulla Unionis Ec-
cleſiæ S. Agatæ Urbini anno 1481. ibi: *Monaſterium S. Aga-
thæ in Monaſterium d. Congreg. erigere, & illius Congr. Mo-
naſterium fore de cætero decernere, & eidem Congreg. per eos,
juxtà ejuſdem Congr. ritus, mores, ac laudabilia Inſtituta te-* 179
*nendum*; Et in alia ſimilis Unionis Eccleſiæ S. Paterniani
de Fano, facta anno 1482. ibi: *Si Monaſterium prædict. im-
poſterum regatur per dilectos filios Priorem, & Canonicos S. Sal-
vatoris &c. juxta eorum ritus, mores, & regularia Inſtituta &c.
illudque cum omnibus Juribus, ac pertinentiis ſuis Cong. præ-* 180
*fatæ per eos, juxta eorum ritus, mores, & laudabilia Inſtitu-
ta d. Ordinis per Priorem temporalem de cætero perpetuis tem-
poribus gubernandum &c.* Quæ Bullæ gr. ex. ex demonſtrativè
exhibentur, & complures aliæ ſimilis tenoris de facili poſſent
adduci.

Cœterùm, admiſſo adhùc, ſed nunquam conceſſo, quod
in Unione, de qua agimus, requireretur Apoſtolicum Bene-
placitum, ex dicta ferè triplicata centenaria, cum ſub-
ſequuta pacifica obſervantia, non unum, ſed mille Apoſto-
lica Beneplacita, & quemcumquem alium meliorem, ma- 181
giſq; utilem titulum de Mundo allegare poſſumus, & conſtan-
ter aſſerere, omnia legitimè facta fuiſſe, & ſufficienter juſti-
ficata eſſe, juxta innumeras authoritates, quas referunt, &
ſequuntur *Gratian diſcept.* 867. *n.* 50. & *diſcept.* 893. *num.* 17.
*Gonzal. ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ* 12. *in princ.* & *n* 76 & *Rot. de-
ciſ* 803. *n.* 15. *cor. Emer. jun.* & *dec* 268. *n.* 18. *par.* 12. & *deciſ.*
155. *n* 8. & 9. *par.* 16. & *dec.* 46. *n.* 8 *par.* 17. & *dec.* 493 *num.* 3.
& 4. *par* 19. *rec* ibi: *Cum notum ſit, habentem centenariam pro* 182
*ſe, unacum obſervantia &c. poſſe allegare, quod intervenerit
Beneplacitum Apoſtolicum, & omnis titulus melior de mundo,
& quidquid neceſſarium eſt ad validitatem actus controverſi*: &
*dec.* 533. *n.* 17. *eadem par.* 19. *rec.* ibi: *Sine dubio ex triplicata
centenaria reſultat facultas allegandi quemcumque titulum me-
liorem de mundo, ac Beneplacitum Apoſtolicum, dum illud
paſſim admittitur, etiam in materiis præjudicialibus Eccleſiis,
& Eccleſiaſticis ex ſolo lapſu centum annorum cum obſervantia*,
& *dec.* 574. *n.* 11. *ead. part.* 19. *rec.* ibi: *Cum habens ſolam cente-
nariam poſſit allegare Beneplacitum Apoſtolicum, & omnes ti-* 183
*tulos meliores de Mundo, & quidquid neceſſarium eſt validitati
actus*: & alibi quotidiè, cum ſit propoſitio adeò certa, ut non
ſine difficultate inveniri poſſit Doctor aliquis, illam impu-
gnans, & è converſo ad illius comprobationem de facili poſ-
ſent componi Volumina.

Neque fundamentum aliquod fieri poteſt *in Deciſ.* impreſ-
ſa apud *Balducc. ad Ram. deciſ.* 103. *numer.* 22. *tom.* 4. Ex ſola 184
enim lectura ejuſdem dec. necnon ex ejus confirmatoria, ſub
titulo *Bononien. Juriſp. de Ghiſleriis* 22. *Aprilis* 1695. §. *Aut
verò cor. Pio*, remanet pluſquam manifeſtum, quod in tan-
tùm

tum Rota noluit in dicto caſu attendere titulum præſumptum, reſultantem ex lapſu longiſſimi temporis, quia non controvertebatur ſola extrinſeca ſolemnitas Apoſtolici
185 Beneplaciti, ſed negabatur etiam ſubſtantialis, & poſitivus titulus, eo quia incontinenti conſtabat de inſubſiſtentia tituli veri, qui ſemper in præteritum fuerat allegatus à Succumbentibus, ut ſignanter videre eſt in *dict. deciſion. confirmat.* ibi: *Certiùs, quando nullum adeſſe poſſe titulum, liquidò conſtat, & Pars, recurrens ad titulum præſumptum, uſa ſemper fuit in aliis caſibus titulo vero*; Idque generale eſt in qualibet materia, ea fundamentali ratione, quia præſumptio
186 ſemper cedere debet veritati, quodque fictio nunquam locum habet, quando de veritate conſtat, juxta notoria principia, de quibus, omiſſis generalibus, in noſtris terminis *Cardin. de Luc. de Alienat. diſc 2. num. 9.*

Nos autem ſumus in terminis, toto Cœlo diverſis, quia ad probandam Unionem Eccleſiæ Sanct Jo: Baptiſtæ, factam noſtræ Congregat. adducimus literalem Bullam Sixti
187 IV. Ad probandam verò eandem Unionem, factam noſtro Monaſterio, adducimus ſolemnem Actum Capituli generalis anni 1479. Et quia exadverſo prætenditur, deficere non verum, & realem titulum Unionis, qui ultrò admittitur, ſed ſolam extrinſecam ſolemnitatem Apoſtolici Beneplaciti; Reſpondemus, illud nullatenus fuiſſe neceſſarium, & in omnem caſum ex curſu adeò longi temporis, cum pacifica obſervantia, omni Jure præſumendum eſſe, ut diſtin-
188 guendo unum caſum ab alio, advertit *Cardinal. de Luc. de Alienat. diſcurſ. 2. à numer. 8.* ubi ad rem conſiderat, quod aliàs eſſet totum Mundum involuere, libituſque implicare, ſi ex integro juſtificanda eſſent ea, quæ per centenarii temporis decurſum obſervata fuerunt: Nimis ſolidè *num.* 10. obſervans, quod tantæ potentiæ ad noſtrum effectum ſit ſola centenaria obſervantia, quod licet, attento jure communi,
189 præſumptio validitatis actus, reſultans ex obſervantia 30. annorum, ceſſet, ubi ex lectura actus de negativa adhibitæ ſolemnitatis conſtet, adhuc tamen centenarium tempus ſufficit ad illam probandam, & præſumendam, etiam in illis caſibus, in quibus ex lectura actus conſtat de negativa adhi-
190 bitæ ſolemnitatis, & concordant *Covar. pract. quæſt. cap. 21 ſub numer. 7. verſ. Quod ſi, Rocc. ſelect. diſput. Jur. capit. 59. num. 14. & Rot. dec. 613. n. 3. cor. Caval.*

Tantùm verò abeſt, quod in noſtro caſu liquidò conſtet de poſſibili deficientia Apoſtolici Beneplaciti, quin potiùs ad
191 omnem abundantiorem cautelam, in continenti doceamus de illius actuali exiſtentia, & quidem per illud probationis genus, qua major ſub Sole excogitari nequit per authoritatem nempè Summi Pontificis, quam meritò maximam, & neceſſariam appellat *Cardin. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 89. ſub num. 2.*

Habemus enim in facto, quod, occupatis aliquibus bo-
192 nis dictæ Eccleſiæ Sanct. Jo: Baptiſtæ per Laurentium, Patriarcham Antiochenum, ſub inſubſiſtenti ſuppoſito, quod eſſent de ipſius Menſa Patriarchali, facta fuit inſtantia Innocentio VIII. pro illorum reſtitutione, non à Priore, ejuſdem Eccleſiæ Sanct. Jo: Baptiſtæ, ſed à Superiore noſtri Monaſterii Sanctæ Mariæ Gratiarum, rotundis literis aſſerendo, eadem bona ad dictum Monaſterium legitimè ſpectare, & pertinere; Idem verò Summus Pontifex, aſſerens, de eadem pertinentia bonorum ad noſtrum Mona-
193 ſterium legitimis teſtimoniis eſſe informatum, demandavit illorum reſtitutionem, pro cujus executione deputavit Jo: Baptiſtam Roſam, Epiſcopum Fulginatenſem, & Apoſtolicum Commiſſarium in Romandiola, effectu punctualiter ſubſequuto.

Dum igitur, teſte dicto Summo Pontifice eadem Bona ad noſtrum Monaſterium anno 1484. legitimè ſpectabant, unum de duobus perneceſsè dicendum eſt, vel ſcilicet, quod
194 nullum fuit neceſſarium Apoſtolicum Beneplacitum in Unione, quinque annis antea ei facta per Capitulum generale; Vel quod illud jam præceſſerat, fueratque legitimè obtentum; Aliàs enim nullatenus dici poterat, quod bona Eccleſiæ Sanct. Jo: Baptiſtæ legitimè ad noſtrum Monaſterium ſpectabant, quodque Summus Pontifex legitimis teſtimoniis de dicta pertinentia bonorum informatus erat, juxta animadverſa per *Gloſſ. in cap. Conſanguinei verb. Legitimè de Sentent. & re judic. & Grat. de Diction. dict.* 115. ibi: *Di-*
195 *ctio legitimè ſignificat idem, quod omni modo juridico, & Rot. coram Seraphin. deciſ. 290. num. 2.* ibi: *Dictio legitimè importat. juris ordinem*, de quibus *in Inſtit. crimin. libr. 4. titul. 2. num. 7. & 8.*

Eſt autem fundata in voluntario æquivoco exageratio illa, quod executio ejuſdem Brevis procurata non fuit à Superiore noſtri Monaſterii, ad cujus favorem fuit expeditum, ſed à P. Arſenio Priore dict. Eccleſiæ Sanct. Jo: Bapti- 196
ſtæ: Quia idem Prior Arſenius non fecit talem inſtantiam proprio, & particulari nomine, ſeu uti Priore dictæ Eccleſiæ Sanct. Jo: Baptiſtæ, ſed nomine Prioris noſtri Monaſter. juxta illa clara verba, in quinque lineis bis repetita, *Fr. Anſenius Prior anted. & nominibus, quibus ſupra &c.* & ibi: *Sibi Fr. Arſenio dictis nominibus reſtitui; & effectualiter conſignari, juxta tenorem, & continentiam dicti Bre-* 197
*vis, & Apoſtolicæ Commiſſionis &c.* Tenor autem, & continentia dicti Brevis, & Apoſtolicæ Commiſſionis, ita cantant *Fecerunt nobis ſupplicari dilecti filii Prior, & Conventus Monaſt. S. M. de Gratiis de Fornovio:* Non adeſt autem in jure propoſitio magis certa, magiſque communiter recepta, quàm actum tribuendum eſſe mandanti, & ei, cujus nomine geſtus fuit, non autem exequenti, illumq; facienti alterius
nomine, *cap. Aliquibus de Reſcript. in 6. Cravet. conſ. 122. ſub* 198
*num. 3. Surd. dec. 292. num. 9. Rot. dec. 720 nu 17. cor. Merlin. & dec. 44. num. 5. cor. Priol.*

Subſiſtentia ulteriùs, & validitas ejuſdem Unionis, Partibus acriter informantibus, ab hac Sacra Congregatione
canonizata fuit anno 1658. quando, recurrentibus Oppoſito- 199
ribus ad hanc Sacr. Congregationem adverſus proviſionem, ſer. ſer. captam à noſtro Capitulo generali, adjudicante Abbatiam S. Jo: Baptiſtæ uni ex Nationalibus Foroliviensibus, rejecta privativa, petita per Oriundos in Terra S. Arcangeli, qui acriter inſiſtebant pro prælatione, ad terminos Brevis Pauli V. die 5. Julii ejuſdem anni 1658. reſcriptum fuit: *Benè proviſum*, & reſolutio confirmata die 15. Novem. ejuſ-
dem anni, cum addito, quod *Oppoſitores ampliùs non audi-* 200
*rentur*: Quod reſcriptum *Card. de Luca* ſcribenti pro Oppoſitoribus in *diſc. 36. de Præem.* nullatenus viſum fuit exorbitans, ſed fundatum in d. Unione, de qua diſputamus, ut videre eſt ibidem ſub *n.* 9.

Ex quibus abundè etiam ſatisfactum remanet verificationi cauſarum, quæ expreſsæ fuerunt in dicta Unione; Quia ex
eadem longiſſima obſervantia duorum Sæculorum, & ultra, 201
omnia ſuperlativè verificata præſumuntur, ut, aliis adductis, in terminis ſolius obſervantiæ annorum 100. notant *Bertacchin. Vot. deciſ. 153. num. 2. Cardin. de Luc. de Alienat. diſcurſ. 24. num. 4. & Rot. coram Emer. jun. dec. 803. num. 15.* Et in terminis obſervantiæ annorum 30. *Rot. deciſ.* 101. *num.*
*3. coram Mantic. & deciſ. 119. num. 4. coram Mill. & dec. 94. nu.* 202
*10. part. 7. rec.*

Quæ dicta ſint ex abundanti, quia non opus habemus recurrere ad talem præſumptionem; Attentè ſiquidem ponderando eaſd. cauſas, in noſtræ Unionis Inſtrumento narratas, & expreſſas, ibi: *Et cum ita ſit, quod præfatum Monaſt. ſit*
*multùm diſtans à Civitate Arimini, & ob hoc parum, ſeu nul-* 203
*lum fructum animarum exinde Ven. PP. Congr. conſequi ſperent*, & ibi: *Ut in eo cultus divinus, bonaque temporalia eidem Monaſterio ſpectantia, & pertinentia ne pereant*: Omnia ad unguem deſuper narrata vera fuerunt, & adhuc in præſenti verificantur.

Et quod attinet ad diſtantiam Civitatis Arimini à d. Eccle-
ſia S. Jo: Baptiſtæ, illa fatetur etiam ab Oppoſitoribus, ad- 204
mittentibus, quod 7. lapide ab ead. Civitate diſtet: Quamvis autem longiori itinere diſtet à noſtro Monaſterio S. M. Gratiarum, ſupplicamus hìc advertere, quod cum Sixtus IV. univerit d. Eccleſiam noſtræ Congr. modo, & forma, quibus regebatur per Latioſum, ut ſcilicet eſſet Monaſterium habitu, non autem actu, d. Unio non alteri, quàm noſtro Monaſt. fieri poterat, uti proximiori omnibus aliis reſpectu d. Eccleſiæ, & propterea diſtantia prædicta narrata fuit reſpectivè ad
Civitatem Brictinorii Diœceſanam, per tria ſolùm milliaria 205
diſtantem à noſtro Monaſterio idque pro commodiori acceſſu Religioſorum, oriundorum in Civitatibus Forolivii, & Brictinorii, in Oppido S. Arcangeli, & aliis viciniorıbus componentibus Nationem Forolivienſem.

Quo verò ad majorem divinum cultum, necnon utiliorem œconomiam bonorum temporalium, nullum dubium
eſt, quin omnia fuerint adamuſſim verificata, ex ſuperiùs 206
animadverſis; Iterùm, ſed nunquam ſatis repetentes, quod Sixtus IV. non univit Eccleſiam Sancti Jo: Baptiſtæ noſtræ Congregationis cum eo, ut erigeretur in Monaſterium actu, ſed illam relinquendo in ſuo ſtatu, ſolùmque demandando (ſunt ejus præciſa verba) *proviſo, quod Prioratus hujuſmodi debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ſpiritualibus in eo, ſi qua illi immi-*
*neat, nullatenus negligatur, ſed illius congruè ſupportentur* 207
*onera conſueta.*

Admiſſo igitur, quod Eccleſia ſæpè dicta S. Jo: Bapti-

ſtæ unita non fuerit noſtræ Congregationi ad effectum illam erigendi in Monaſterium, certum eſt, quod ut cultus divinus in illa augeretur, utque animarum fructus accreſceret, non poterat noſtra Congregatio illam congruentiùs unire,
208 niſi viciniori Monaſterio Sanctæ Mariæ Gratiarum de Fornovio; Cumque illa tempore Latioſi regeretur per unicum Sacerdotem ſæcularem, poſt eandem Unionem gubernata fuit per duos Sacerdotes Regulares, quorum alter titulo Præſidentis animarum curæ incumbebat, alter vero ſuperintedebat adminiſtrationi bonorum temporalium, uterque pro alterius utriuſque ſubſidio, in adminiſtrandis tum intra, tum extra Eccleſiam Sacramentis, cum aliis duobus Laicis pro dictorum Religioſorum ſervitio, & rei ruralis ſu-
209 perintendentia. Idque cum majori Eccleſiæ cultu, animarumque fructu, necnon cum utiliori bonorum temporalium adminiſtratione; Quam veritatem expreſsè etiam admiſit contrarius Defenſor ſequentibus verbis: *In eodem Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ actu commorati ſunt Religioſi Canonici ejuſd. Congregat. S. Salvatoris, qui ſemper adminiſtrarunt curam animarum, Prioratui hujuſmodi annexam, cum maximo fructu animarum, ac ſpirituali ſubſidio Incolarum.*

Quamvis autem de præſenti iidem Religioſi non am-
210 pliùs moram faciant in eadem Eccleſia, id nullatenus provenit ex culpa Abbatis Fornovii, ſed ex reſiſtentia Apoſtol. Conſtitut. prohibentium habitationem paucorum Regularium in Grangiis, juxta animadverſa per *Fagnan. in Diſceptat. de Grang. à numer.* 28. impreſſa poſt *cap. Authoritate de Cenſibus* & propterea coactus fuit Abbas no-
211 ſtri Monaſterii loco dictorum duorum Sacerdotum Regularium ibidem retinere unum Sacerdotem ſæcularem pro animarum cura, eodem prorſus modo, quo practicabatur ante Unionem tempore Latioſi, necnon alium Religioſum laicum pro adminiſtratione bonorum temporalium.

Nimis autem impropriè, & cum manifeſto errore ſupponitur exadverſo, quod revocatio dictorum Religioſorum ab Eccleſia Sancti Jo: Baptiſtæ procurata fuerit à Forolivienſibus, dando cauſam ſuppreſſioni Monaſterii occaſione
212 Bullæ Innocen. X. ſuppreſſionis parvorum Conventuum, impreſſæ à *Fagnan.* ubi ſupra, *& in tom. 5. Bullar. novi la* 50. Id enim convincitur ad hominem prorſus inſubſiſtens ex originalibus Epiſtolarum Sacræ Congregationis ſuper ſtatu Regularium directis P. tunc Procuratori generali noſtræ Congregationis in quibus ſpecificantur omnia Monaſteria ſuppreſſa noſtræ Congregation. ibi: *Sono rimaſte ſoppreſſe, ed eſtinte le Canoniche infraſcritte, cioè Urbino, Cagli, Gubbio, S. Ambroſio, Cento, Cortona, Modena, Mirandola, Foliano, e Padova S. Daniele*: Abſque eo quod in illis legatur Monaſterio Sancti Jo: Baptiſtæ in Territorio Sancti Arcangeli, ea
213 ratione quia eodem tempore non erat, nec poſtea fuit unquam Monaſterium independens, ſed ſolùm Membrum, & ſimplex Grangia noſtri Monaſterii. Unde ſi Regulares ante prohibitiones Apoſtolicas ibidem commorabantur, non dicebantur componere Monaſterium ſeparatum, & independens à noſtro Monaſterio, ſed erant de illius Familia, & ſub gubernio Abbatis noſtri Monaſterii cui dicta Eccleſia unita erat, eidemque Abbati rationem de omnibus reddebant, ut conſtat ex Viſitationibus ejuſdem, exhibitis in Summario.

In quorum claſſicorum documentorum conflictu poni poteſt ad partes contraria Atteſtatio Epiſcopi Arimini, eò magis, quia monito eodem Epiſcopo de inſubſiſtentia ejus pri-
214 mæ Atteſtationis jam exhibitæ, ex diametro veritati contrariæ, novam Atteſtationem ad opportunitatem tranſmiſit, in qua teſtatur, ex Monaſteriis ſuppreſſis in ejus Diœceſi vigore *Conſtitut.* 50. Innocent X. non adfuiſſe Monaſter. Sanct. Jo: Baptiſtæ, & in prohibitione facta permanentiæ paucorum Religioſorum in Grangiis fuerunt revocati Religioſi, permanentes in Domo Eccleſiæ Sanct Jo: Baptiſtæ, Grangiæ Monaſterii Fornovii; Ex dict. igitur Atteſtatione correctoria primæ Oppoſitores remanent omninò convicti, & quod Eccleſia Sanct. Jo: Baptiſtæ non fuerit Monaſter. eò minùs ſuppreſſum opera Forolivienſium in vim dictæ Bullæ Innocentii X. & quod ſit Grangia Monaſter. Fornovii, ideo-
215 que duo Canonici, ibi permanentes de Familia ejuſd. Monaſter. alter pro cura animarum, alter pro ſuperintendentia bonorum, fuerunt revocati vigore alterius proviſionis captæ, & prohibitivæ paucorum Regularium in Grangiis, prout eſt Eccleſia præd S Jo: Bapt.

Idque comprobatur ulteriùs ex eo, quod ſi eadem Eccleſia Sanct. Jo: Baptiſtæ fuiſſet comprehenſa in ſuppreſſione
216 parvorum Monaſteriorum vigore *dict. Conſtit.* 50. non eſſet ampliùs ſub cura, & regimine noſtræ Congr. prout ſub illa non exiſtunt ampliùs dicta alia Monaſteria, illius vigore ſuppreſſa, ſupra indicata *num.* 212.

Vindicata ex his à contrariis objectis noſtra Unione, ex ſe ipſis corruunt ea omnia, quæ dicuntur adverſus pertinentiam vacantis Abbatiæ S. Jo: Baptiſtæ noſtro Monaſterio 217
Fornovii, cui unita reperitur, & cujus Membrum, & Grangia eſt, ex quo omni Jure ſequitur, illius proviſionem competere Alumnis noſtræ Nationis, compoſitæ ex Oriundis Forolivii, Brictinorii, & Locorum finitimorum, comprehenſis etiam illis Sanct. Arcangeli, qui rarò unitatem excedunt, & proindè impoſſibile eſt, quod ſeparatam, & diſtinctam Nationem componere poſſint, ſed ſemper comprehenſi fuerunt ſub Natione Forolivienſi, prout medio juramento depoſuit plenum Definitorium noſtræ Congregat. non autem 218
ſolus Pat. Generalis Lancius, ut malè exadverſo ſupponitur, & pejus gratis ubique appellatur partialis noſtræ Nationis Forolivienſis.

Neque exorbitat à Jure ſimilis multiplicatio titulorum Abbatialium, ad inſtar eorum, quæ habemus de Epiſcopis titularibus, de quibus integrum edidit Tractatum *Ricciull. var. lucubr. libr. 2. per totum* Quod enim paſſim dentur in omnibus 219
Monaſticis Familiis, obſervat peritiſſimus Monachorum Inſtitutorum Scriptor, *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 3. quæſt. 1. n. 1.* cujus verba regiſtravimus ſupra *n.* 152.

Minuſque ſingulare eſt in noſtra Congregatio. quod Monaſterium Fornovii gaudeat duobus titulis Abbatialibus, altero 220
nimirum proprio cum Juriſdictione, altero verò ſine illa, habito reſpectu ad dict. Eccleſiam Sancti Jo: Baptiſtæ, quæ dicitur Membrum, ſeu Grangia noſtri Monaſt. Omnia enim alia Monaſteria noſtræ Congregat. quibus unitæ fuerunt ſimiles Eccleſiæ, quæ olim ſpectabant ad Regulares, ultra proprium titulum Abbatialem, retinent etiam titulum, inhærentem dictis Eccleſiis unitis, prout ſunt Monaſt. Sanct. Salvatoris Bononiæ, quod gaudet etiam titulo Abbatiali Eccleſiæ S. Mariæ de Rheno, Monaſt. S. Jo: Evangeliſtæ de Bri- 221
xia, quod gaudet titulo S. Jo: Baptiſtæ de Provalio, & Monaſter. S. Secundi Eugubii, quod gaudet titulo S. Ambroſii, & ſic de aliis, & latè *Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. diſput. 3. quæſt. 1. numer. 1. & ſeqq.* Non alia ratione, niſi quia eædem Eccleſiæ ſpiritualiter, & temporaliter eiſd. Monaſter. unitæ ſunt, quod de Eccleſia S Jo: Batiſtæ reſpectu noſtri Monaſt. innegabile eſt, juxta illa literalia verba noſtræ Unionis, opportunè hìc repetenda: *Spiritualiter, & temporaliter perpe-* 222
*tuis temporibus ſub cura, & regimine Prioris, & Canonic. S. Mariæ de Gratiis in Territ. Forolivii*; Jura autem, & leges, quæ dant normam cæteris Monaſt. noſtræ Congr. habere pariter debent locum ad favorem noſtri Monaſt. ne una, eademque determinatio plura reſpiciens determinabilia, iſta diverſimodè determinet, contra *Tex. in l. Jam hoc Jure ff. de Vulg.* 223
*& pupill.* cum aliis apud *Rot. dec.* 413. *num.* 6. *cor. Priol. & deciſ.* 662. *num* 8. *cor. Emer. jun.*

Quo verò ad diſcurſum, qui fit exadverſo circa Abbates noſtræ Congregationis quidquid ſit de illorum numero, quoad reliqua dicimus, quod præſcindendo etiam ab illis ſex, 224
occupantibus primaria Munia, nempè Viſitatorum, Procuratoris generalis, & Abbatis generalis, qui licet tempore illorum Officiorum regimen non habeant, adhuc dicuntur Abbates, non ex eo, quod ſint Nationales, ſed ex Apoſtolicis Conſtitutionibus gaudentes perpetuitate tituli Abbatialis, fundata in illo axiomate: *Semel Abbas ſemper Abbas.* Adhuc ultra dictos ſex, non habentes regimen, complures alii reperiuntur in noſtra Congregatione qui uti Abbates interveniunt in Comitiis generalibus, & tamen non 225
habent Juriſdictionem, neque Subditos, vocanturque Abbates titulares, & Oppoſitoribus, alioquin eruditione refertis, deberet innoteſcere id, quod omnes Laici noſtræ Congregat. callent, ſuntque gr. ex. Abbas Sanctæ Mariæ de Rheno, S. Angeli extra Urbem Lucæ, S. Ambroſii Eugubii &c. ejuſdemque naturæ eſt Abbas S Jo: Baptiſtæ in Territorio S. Arcangeli, unitæ noſtræ Monaſt. Fornovii, cujus ut ſæpè diximus, & nunquam ſatis repetimus, eſt Membrum, & Grangia.

Abſque eo, quod obſtet, prædictam Eccleſiam Sanct Jo: Baptiſtæ habere proprium materiale Monaſterium. Iſtud
enim neque congrua habitatio dici poteſt pro Canonicis, in 226
competenti numero ibidem moram facere volentibus, neque ſufficientes habet redditus pro eorundem alimentis, & manutentione, dum iidem redditus vix aſcendunt ad annua ſcut. 910. circiter, comprehenſis magnificatis annuis regaliis, & Canonibus, ut concludenter juſtificatur in Summario; Bona autem, reſervata in Inſtrumen. Aſſi-

ctus,

ctus, non ſunt determinata ad commodum Monaſt. Fornovii, ſed deſtinata pro Congrua Sacerdotis ſæcularis, habentis curam animarum.

Verùmm tamen eſt, quòd iidem redditus ad d. ſummam redacti fuerunt induſtria, & bona œconomia Superiorem
227 noſtri Monaſterii, dum tempore reſignationis præfatæ Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, necnon Unionis reſpectivè, non excedebant valorem florenorum 180. ut legitur in Bulla Sixti IV. qui juxta Taxas Joannis XXII. correſpondebat valori tunc expreſſo, & certa demonſtratio hujus veritatis habetur à ſolutione Quindenniorum in ſcutis auri 91. correſpondentibus valori dictorum florenorum 180. ut calculanti remanet manifeſtum.

Non negamus autem, quòd noſtrum Monaſt. Fornovii longè majores habeat redditus, qui ulteriùs accreverint per
228 Unionem bonorum d. Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ; Sed ſupplicamus obſervare, quòd ante Unionem idem Monaſt. minora portabat incommoda, & onera ferebat, quia adhùc non conſideratis iis, quæ comitata fuerunt ipſam Unionem, nempe annua ſolutione conſiderabilis penſionis, donec vixit Latioſus, expeditione Bullarum in ſumma nimis conſiderabili, ac quindenniorum nunquam interrupta ſolutione; Alia longè majora eidem Monaſt. ex poſt affixa fuerunt onera
229 per erectionem Studii, & Præfecturam Novitiatus, quæ ex antiquis ejus redditibus ferre non poterat, neque poſſet hodiè, abſque augumento, & Unione bonorum Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ.

At nimis inſubſiſtenter dicitur exadverſo, quòd Monaſt.
230 Fornovii non ſolùm non auxerit redditus ejuſdem Eccleſiæ ſibi unitæ, ſed potiùs eos diminuerit per prætenſas alienationes, exhibitas in Summario.

Illæ enim, ſigillatim conſideratæ, in nulla prorſus conſideratione ad noſtrum effectum habendæ ſunt, dum venditio
231 nonnullorum Stabilium, procurata, & effectuata anno 1660. pro ſumma ſcut. 1205. 10. facta fuit *per rinveſtire colà in tante Vigne, come più commode*, ut dicitur in Summario, ſubſecuto effectu, prævio Apoſtolico Beneplacito, & approbata utilitate ab Epiſcopo Brictinorien. cui fuit commiſſa cagnitio; Bona enim vendita conſiſtebant in quadam Domo ad uſum Fœnilis, cum aliis undecim petiolis Terræ, prorſus ſeparatis, ac poſitis in diverſis Territoris; Bona
232 verò empta cum eorundem pretio ſunt Vinea, cum Terris arativis, Domo, & Palumbario, unitis in uno, eodemque Loco, & Territorio poſitis, atque valoris æſtimatio facta fuit à publicis Peritis, & judicata longè major utilitas noſtri Monaſt.

Alia autem venditio, ſeu affrancatio facta fuit eodem anno 1660. pro valore ſcut. 683. 67. in vim Bullæ 122. *Alex. VII. in Bull. nov. tom.6.* occaſione impoſitionis ſcut. 300. mil.
233 ſolvendorum ab 11. Congreg. in cujus Bulla à Summo Pontifice data fuit facultas Superioribus localibus, vendendi, & alienandi bona pro illa quota, quæ à ſingulis ſolvenda erat, & noſtrum Monaſter Fornovii taxatum fuit in dict. ſcut. 683. 67. pro quibus præciſè factæ fuerunt venditiones, & affrancationes, quæ exagerantur exadverſo, & regiſtratæ fuerunt in d. Summario; Gratis verò dicitur, quòd
234 eadem Bona eſſent dotalia Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ; Veritas enim eſt, quòd noſtrum Monaſt. Fornovii taxatum etiam fuit habito reſpectu ad bona illa, quæ Jure uſque tunc poſſidebat, & meritò hodiè poſſidet vigore dictæ Unionis Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ.

Arborum verò magnificata venditio, ſeu inciſio, & extirpatio, nullam habet facti aſſiſtentiam, poteratque con-
235 gruentiùs omitti, exemplo religioſiſſimæ modeſtiæ noſtrorum Religioſorum erga Oppoſitores, præcipuè quia continet ea, quæ nihil contribuere poſſunt ad Cauſæ deciſionem, ſeu merita, quæque ad nihil aliud inſerviunt, quàm ad vexandos cineres anteceſſorum Abbatum noſtri Monaſterii, qui, utì prædefuncti, non patiuntur ſæculi judicium.

Inſubſiſtentia autem illius Atteſtationis, quæ exhibita fuit in Summario non ſolùm reſultat ex eo, quòd idem A. N. qui illam fecit, nimis infenſus eſt noſtris Abbatibus, ra-
236 tionibus, de quibus infra, ſed palpatur manibus ex eo, quia deponit, quòd ſpatio annorum 8. circiter in bonis Monaſter. reciſæ fuerint 100. quercus, arboreſque frugiferæ eo tempore, quo bona ejuſdem erant ſub affictu, nec poterat fieri adeò ſolemnis innovatio, ſeu arborum inciſio in Conducto-
237 rum præjudicium, qui in Summ. in veritatis obſequium medio juramento teſtantur, d. tempore octo annorum, quo eadem bona ipſi locata erant, non fuiſſe inciſas arbores fructiferas cum damno bonorum, illorumque præjudicio.

Undè patet, quòd d. A. N. ductus fuit ad faciendam dict. affectatam Atteſtationem contra Abbates noſtri Monaſter. propter dejectionem, & exauthorationem à ſervitiis ejuſdem 238
Monaſter. quam meritò paſſus fuit, ob dilapidationem illius bonorum, nec non doloſam inciſionem, & culpabilem eradicationem arborum frugiferarum, pro quibus condemnatus fuit ad refectionem damnorum, ut juſtificatum fuit in Summario. Ex quo motivo nullam meretur fidem, etiamſi deponeret formaliter, & cum interrogatoriis hujus Partis, *Farinac. de Teſtib. quæſt.13. num.11. Tondut. quæſt. benef.* 239
*part.1. cap.19. num.4. Rot. cor. Priol. deciſ.151. num.12. & dec.207. nu.14. par.17. rec.* Multò igitur magis, dum adducitur illius ſimplex, & extrajudicialis Fides, pendente hac lite, extorta, quæ nullam meretur fidem ex vulgatis.

Ultrò autem admittimus, inciſas fuiſſe aliquas arbores, ſed id factum fuit ex regula bonæ culturæ, quæ ſæpè cogit 240
ad aliquas arbores incidendas, ſive pro aliorum meliori augumento, ſive quia antiquæ ſiccantur, & perneceſſe in eorum locum ſubrogari debent aliæ, quod præciſè practicatum fuit in bonis noſtri Monaſter. ut juſtificamus ex partitis Librorum introituum, datis in Summario.

Tranſeunt deindè contrarii Scribentes ad novam prætenſionem, inſiſtentes in eo, quòd in omnem caſum Eccleſia 241
S. Jo: Baptiſtæ erigenda ſit hodiè in Monaſterium, cum ſuis Canonicis, repetendo, quòd idem fuerit ſuppreſſum vigore dictæ *Conſtit.* 50. Innoc. X. opera, & ſtudio Nationalium Monaſterii Fornovii, quòdque per talem novam erectionem augeretur in illo divinus cultus, ac totius Populi ſpirituale ſubſidium incrementum acciperet.

Verùm pro eo, quòd attinet ad ſuppreſſionem, iterùm dicimus, quod Monaſter. S. Jo: Baptiſtæ nullatenùs ſup- 242
preſſum fuit vigore dictæ Bullæ, ſed longè antea, hoc eſt per Unionem anno 1479. noſtro Monaſter. legitimè factam, quòdque Latioſus in Pontificatu Sixti IV. illud poſſidebat uti Prioratum habitu, non autem actu, ut admittunt etiam exadverſo Scribentes, & nos latè obſervavimus ſupra.

Quod verò pertinet ad novam erectionem, dicimus, quòd ſi d. Monaſt. non fuiſſet ſuppreſſum tempore Sixti IV. ſuppreſſum utique remanſiſſet vigore d. Bullæ Innoc. X. non 143
ſolum ob deficientem numerum Religioſorum, qui in ipſo manuteneri nullatenùs poterant, nec poſſunt, ſed etiam attento, quòd dict. Eccleſia ſita eſt in loco nimis infelici ob aeris inclementiam, per ſeptem milliaria diſtante à Civitate Arimini, & per tres ab Oppido S. Archangeli, non ſimile illi Loco, denominato *S. Arcangelo*, quod ſitum reperitur ad Oſtia Fluvi Duinæ in Moſcovia, quodque *Baudrant in Lexicon Geographic.* vocat Portum, & Emporium 244
percelebre, ſed in miſerabili Villa, compoſita ex 49. domibus, cujus Habitantes vix excedunt numerum 200. animarum, ut juſtificatum fuit in Summario. In loco, in quo de facili Vulpes parvulæ demoliuntur Vineas, & in quo vites, ut plurimum degenerant in lambruſcas, cujus Populus nullum patitur detrimentum à Religioſorum abſentia, cùm 245
ſuperlativè gubernetur per Parochum Secularem, dum notorium eſt in Urbe, quòd multæ Parochiæ, excedentes numerum 2000. animarum, ab unico Parocho perfectè reguntur, & gubernantur: Advertendo ulteriùs, quòd dict. Villa poſita eſt in medio trium aliarum Parochiarum, vix diſtantium per medietatem unius milliarii.

Et propterea ſi fieret talis nova erectio, diſmembrando ex Monaſter. Fornovii Eccleſiam S. Jo: Baptiſtæ, idem celeberrimum Monaſter. magnificentiſſimè deſcriptum in Atlanti Geographicon in deſcriptione Romandiolæ *lit. MM.* propè Civitatem Forolivii, non ampliùs diceretur ex inſignioribus noſtræ Cong. in quo adeſt Sedes Nationis, compoſitæ ex pluribus vicinis Locis, & Oppidis, & à quo læ- 246
piſſimè prodierunt, & moram faciunt Religioſi doctrina, & pietate inſignes, & ubi ſuperlativè viget diſciplina, & obſervantia Regularis, necnon floret ſtudium, tam Philoſophiæ, quam Theologiæ, cum Præfectura Novitiatus, ibique etiam magna devotione colitur miracoloſiſſima Imago B. Virginis, Protectricis Populorum finitimorum, qui dietim ibidem concurrunt ad implorandum divinum auxilium in eorum particularibus, & communibus indigentiis: Fierentque proindè duo Monaſteriola, & in utroque Regularis diſciplina decreſceret.

Obſervando ulterius, quòd non agitur de augendis redditibus ejuſdem verè inſignis Monaſter. ſed de illis reſecandis, 247
& ad nihilum redigendis, poſtquam in illius pacifica poſſeſſione reperitur ab annis 230. ſicque applicatur celebre dictum, laudatum ab *Innocen. III in cap. Quemadmodum de Jurejuran.*

*Jurejuran. quod turpiùs ejicitur*, *quàm non admittur hoſpes*, de quo in noſtris terminis *Card. de Luc. de Præem. diſc.*38. *ſub num.*12. ibi: *Ac etiam quia Judex facere debet actum poſitivum formalis retractationis*, *ex qua reſultat injuria poſitiva*, *& decus*, *ideòque magis circumſpectè procedendum eſt ob axioma*, *quod turpiùs ejicitur &c.* & generaliter *in Tom.*1. *part.*2. *diſcept.*23. *num.*53. *&* 62.

Nec currit argumentum, quòd deſumitur ab Eccleſia S.
248 Agnetis extra Muros Urbis, in qua ultimo loco obligati fuerunt ad reſidendum Canonici Regulares, & dum hæc imprimuntur in diſtinctam Parochiam erecta eſt, eique ſubſunt animæ num.753. ut colligitur ex *Notitiis anni* 1719. non ſine Curioſorum ſatisfactione impreſſis à *Jo: Franc. Cracas fol.*43. Quæ ratio non militat in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, cum Parochia nimis anguſta, reſtrictaque ad 49. domos, & ad animas 236. in loco rurali, diſtante à Civitatibus,
249 & à Superioribus, poſitaque in ſitu, ubi tres aliæ ſunt Parochiæ.

Hiſce conſtabilitis, remanent modò diluenda ea, quæ exagerantur exadverſo ad fulciendam prætenſionem, ut
250 Oppoſitor declaretur Abbas natus Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ, pro qua non ſemel allegatur Motus proprius Pauli V. ſed extra caſum noſtrum, quia ille loquitur de Oriundis in illis Locis, & Civitatibus, quæ conſtituunt Nationem diſtinctam, & ſeparatam, ex. gr. Pro Venetis, Ferrarienſibus &c. Non autem poteſt habere locum reſpectu illarum Terrarum, in quibus adſunt Eccleſiæ, quæ ſunt Grangiæ, &
251 Membra dependentia, & unita aliis Monaſter. ea ratione, quia in iſtis terminis Monaſterium unitum dicitur Grangia, & Membrum illius Monaſt. cui facta fuit unio, ut obſervavimus ſupra.

Supponitur 2. quòd Abbas titularis Eccleſiæ S. Jo: Bapti-
252 ſtæ habuerit gubernium, & juriſdictionem Monaſt. Fornovii, ex quo prætenditur inferri qualitas Monaſt. independentis, quæ per unionem ſuppreſſa non fuerit. Reſpondemus autem, quòd difficile erit oſtendere, Abbatem titularem S. Archangeli juriſdictionem aliquam exercuiſſe in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, unico excepto caſu, in quo eadem perſona fuerit etiam Abbas Monaſter. Fornovii, cui competit gubernium, & juriſdictio in d. Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, non uti Abbati S. Archangeli, ſed tanquam Abbati nationali Forolivienſi. Eatenùs verò plures Abbates permittuntur in eadem Natione, ne idem Abbas perpetuetur in eo-
253 dem Monaſterio adverſus diſpoſitionem Bullarum Apoſtolicarum, dict. Motus proprii Pauli V. necnon noſtræ Congr. Conſtit. Eademque praxis indiſtinctè ſervatur in omnibus Monaſter. illarum Nationum, quæ gaudent pluribus titulis Abbatialibus, quamplures habentes titulares Abbates.

Aſſeritur 3. deſcriptam fuiſſe Familiam in noſtris genera-
254 libus Comitiis, etiam pro Monaſt. S. Jo: Baptiſtæ, exindè inferendo, fuiſſe conſideratum uti Monaſterium, non ſolùm habitu, ſed etiam actu: Sed reſponſio in promptu eſt, quòd ſcilicet quamvis ex conſuetudine noſtræ Cong. talis practicata fuerit deſcriptio; Veritas tamen eſt, quòd eadem Familia nunquam in illo reſedit, nec hodiè reſidet, quinimò ex Actis dictorum Comitiorum generalium, per extenſum à nobis fideliter extractis, atque exhibitis in Summarium ad oculum patet, quòd Familiæ illæ, quæ deſcribuntur pro Locis, in quibus non reſident, qualificantur dictione illa malignantis naturæ: *Non reſidet*, ad differentiam aliarum, quæ reſident, prout in ſpecie practicatum
255 fuit cum Eccleſia, ſeu Grangia S. Jo: Baptiſtæ. Et quod magis eſt, Religioſi deſcripti de Familia in Grangiis, reperiuntur eodem tempore reſidere in aliis Locis. Quòdque talis ſit ſtylus Grangiæ S. Archangeli, & aliarum Eccleſia-
256 rum, quæ ſunt Membra aliorum Monaſteriorum, quibus ſunt unita, & in Comitiis generalibus deſcribuntur quidem pro Familia, ſed quæ non reſidet, concludenter juſtificatum fuit in Summario.

Exageratur 4. & quidem plus juſto, aliquando, vel per
257 abuſum, vel per nimiam, minuſque debitam permiſſionem, deputatos fuiſſe ſocios Abbatibus titularibus, accedentibus ad Comitia generalia: Verùm id correctum fuit in Capitulo generali anni 1643. quando demandatum fuit, quòd in futurum nullatenùs eligeretur Socius in illis Monaſter. in quibus non degunt ſaltem ſex Canonici Sacerdotes, quod pariter juſtificatum fuit in Summ.

Magnificatur 5. facultas per Gregor. XIII. conceſſa P.
258 Procuratori generali noſtræ Cong. imponendi cenſum in ſumma ſcut. 1000. pro ſolvendo debito Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ cum Communitate S. Archangeli, injuncta obligatione Priori ejuſdem Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ deponendi ſcut.100. quolibet anno pro illius extinctione: Sed argumentum hoc congruentiùs poterat omitti, quia effectivè, & realiter idem cenſus impoſitus fuit nomine noſtri Monaſter. de Fornovio, à quo paulò poſt alius creatus fuit cenſus pro extinctione primi: Cum illo addito, quòd idem Monaſter. ſemper ſolvit fructus eorundem cenſuum: Nihil propterea refert, quòd onus deponendi injunctum fuerit Priori S. Jo: Baptiſtæ, quia cùm debitum, ſeu onus eſſet ejuſdem Eccleſiæ ratione bonorum, quæ poſſidet in Territorio S. Archangeli, congruè proindè poſitum fuit nomen Prioris S. Jo: Baptiſtæ, ſed in ſubſtantia Prior S. Jo: Baptiſtæ idem erat, & 259
eſt, ac Monaſt. Fornovii, quod ratione unionis cum omni fundamento repræſentat plures perſonas, ut practicari videmus in eodem Rege, habente plura Regna, juxta celebrem obſervationem *Bart. in leg.*3. *ff. de Offic. Præſid.* loquentis de Rege Angliæ, qui cùm ſit etiam Dux Vaſconiæ, in hoc Ducatu reputatur uti Dux, non tanquam Rex, *& Bart.* ſequitur *Card. de Luca de Præem. diſc.*29. *numer.*10. & latè 260
*Mieres ad Conſtit. Cathalon. collat.*2. *cap.*37. *fol.*39. *& Rota deciſ.*7. *num.*4. *&* 5. *cor. Celſ.* & de Carolo V. pro eo tempore, quo erat etiam Hiſpaniarum Rex, nimis notum eſt, quòd in materiis concernentibus Imperium denominabatur 261
Carolus V. in aliis verò concernentibus Regna Hiſpaniarum appellabatur Carolus Primus.

Regiſtratur 6. loco in Summar. laicale Statutum Loci S. Archangeli, in quo hæc leguntur: *Teneantur etiam*, *&* 262
*debeant ſingulæ Fraternitates*, *ſeu Scholæ d. Terræ &c. Debeant inſuper omnes Clerici*, *Fratres S. Franciſci*, *& S. Jo: Baptiſtæ de Canonica*, *& omnes alii Monachi*, *& Eremitæ*, *ſeu Clerici*, *habitantes in dicta Terra*, *& ejus Diſtrictus*, *ac etiam omnes Rectores Eccleſiarum Parochialium &c. accedere ad d. Feſtum &c. ac etiam ordinamus*, *quòd ab hora reſpertina Vigiliæ diei præcedentis Feſtum Corporis Chriſti*, *& per* 263
*totam diem Feſtivitatis ejuſdem conquieſcant Homines*, *& ceſſent ab eorum operibus*, *& negociationibus temporalibus*, *& aliis artibus*, *& quòd ſit tempus prædictum totaliter feriatum.* Quæ verba potiùs cenſuram, quam legalem merentur reſponſionem, uti ex diametro oppoſita communi Doctorum catholicorum ſenſui, & literali *Conſtit.*53. Innoc. X. & *Conſtit.*31. Innoc. XII. Non mirum autem, quod in dict. contrario Summ. non ſpecificetur tempus, quo compoſitum 264
fuit idem exorbitans Statutum, quia ex illo apparuiſſet, conditum fuiſſe eo tempore, quo in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ aderant de Familia Religioſi, nempè longè ante Unionem, de qua agimus, & antequam illud commendatum fuiſſe Antonio Latioſo.

Repetitur 7. Breve Innoc. VIII. Sed iſtud mirabiliter retorquetur ex ſupra animadverſis, ex quibus remanet mani- 265
feſta dependentia, & ſubordinatio Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ à Monaſt. Fornovii, cujus Prior ſupplicavit, & obtinuit reſtitutionem bonorum, per Patriarcham Antiochenum occupatorum, Prior autem S. Jo: Baptiſtæ non proprio, & particulari nomine, ſed uti Procurator noſtri Monaſterii comparuit in Judicio pro executione dicti Brevis, ut obſervavimus ſupra.

Inſiſtitur 8. in prætenſa Natione Terræ S. Archangeli, Sed illa nullum habet fundamentum in facto, & eſt prorſus 266
irrelevans in Jure. Nullum habet fundamentum in facto, in quo docemus de oppoſito ex teſtimonio, majori omni ex- 267
ceptione, totius nempè Definitorii noſtræ Congreg. ibi: *Noi Abbati infraſcritti*, *al preſente congregati &c. facciamo fede con giuramento*, *come tutti quelli di S. Arcangelo*, *Bertinoro*, *ed altri circunvicini Luoghi*, *i quali aſſumono l'Abito de' Canonici Regolari della noſtra Cong. ſi veſtono per il Monaſtero di Fornò*, *e ſi aggregano al medemo*: *Onde li Forliveſi*, *S. Arcangeleſi*, *Bertinoreſi*, *e Circonvicini formano un Corpo*, *una ſola Nazione*, *Patria*, *e Capitolo*.

Imò ex dicta Unione, ſeu unicitate Nationis, mota fuit hæc Sacr. Congregat. ad rejiciendos Oriundos in Terra S. Archangeli, inſiſtentes pro privativa, teſte eorum Advo- 268
cato, qui tunc temporis erat *Cardin. de Luc. de Præemin. diſcurſ.* 36. *numer.* 9. juxta verba, regiſtrata ſupra *numer.* 78.

Eſt etiam prorſus irrelevans in Jure, quia admiſſa contraria prætenſione, Oriundi ex Terra S. Archangeli dicerentur ſpecialiſſimè privilegiati, taliter, ut nulli alteri Na- 269
tioni prærogativa ſimilis in noſtra Congr competeret, quia ſcilicet ipſi concurrere poſſent, & obtinere Prælaturas, & Abbatias in omnibus Monaſter. noſtræ Nationis, neque etiam excluſa illa S. Mariæ Gratiarum de Fornovio; E contra verò omnes alii Nationales eſſent incapaces obtinendi Dignita-

Dignitates in d. Grangia S Jo: Baptiſtæ, quo nil abſurdius,
nilve irrationabilius.

Neque adverſus hujuſmodi authenticum, & ſolemne te-
270 ſtimonium noſtri Definitorii attendi merentur duæ reſpon-
ſiones, exadverſo inculcatæ, I. Quòd in illius conflictu
præferenda ſit confeſſio noſtrorum Nationalium, quæ legi-
tur in Concordia, in qua admiſſum fuit, Nationalibus S.
Arcangeli competere Jus ad controverſam Abbatiam vigore
Brevis Pauli V. II. Verò, quia nullatenus implicet, dari
diverſas Nationes, nedum in vicinis Oppidis, & finitimis
Civitatibus, ſed in una eademque Civitate, id exemplifi-
cando in Urbe inter Tranſtyberinos, & Montanenſes:
Neutra enim apta eſt vim tollere eidem authentico, & ſo-
lemni teſtimonio noſtri Definitorii.

Non prima, quia proceditur exadverſo cum ſuppoſito,
prorſus inſubſiſtenti, quando aſſeritur, eandem Concor-
271 diam ſtipulatam fuiſſe à PP. Nationis Forolivienſis, quibus
propterea nocere debeant aſſertiones, in ea contentæ, quia
illa, ipſis omnibus inſciis, penitùſque ignaris ſtipulata fuit
à P. Generali: *Vice, & nomine PP. Nationalium Foroli-
vienſium, pro quibus de rato in forma promiſit, quodque illi
præſens Inſtrumentum, & omnia in hoc contenta quæcumque,
infra duos menſes cum dimidio, ab hodiè proximos &c. rati-
ficabunt &c.* juxta ejus præciſa verba; Quæ ratificatio, nec
272 infra d tempus duorum menſium cum dimidio, nec unquam
poſtea procurata fuit, & propterea nullum fieri poteſt in illa
fundamentum, ex adductis per *Anſald. de Commerc. & Mer-
cat. diſc.63. num.16.* & firmatis per *Rot. deciſ.316. numer.1.
part.17. recent.* Abſque ulla difficultate hodiè poſtquam hæc
Sacr. Congreg. reſcripſit: *Concordiam non eſſe exequendam*,
de quo ſupra *num.* 41. Eſt enim mera vanitas, peſſimique Ju-
ris ſignum reſiſtere in illo actu, quem hæc Sac. Congr. habuit
pro inſubſiſtenti, quemve de medio prorſus ſuſtulit, mediante
dicto reſcripto, ex animadverſis *in To.1. par.1. diſc.2. nu.138.*

Minùs relevat 2. reſponſio; Quidquid enim gratia ſolius
273 eruditionis dici poſſit circa explicationem verborum *Patriæ*;
vel *Nationis*, contentorum in Brevi Pauli V. vel ſequendo
*Virgilium egloga* 1. ibi: *Nos Patriam fugimus: Vel Plinium
lib.12. cap.25.* ibi: *Erudita illa Græcorum Natio: vel Cice-
ron.2. de Orat.* ibi: *Inanes, & barbaræ Nationes:* Vel ſimi-
les eruditas interpretationes, quæ videri poſſunt apud erudi-
tiſſimum *Alcial. in leg.2. num.25. de Verbor. ſignificat.* Vel de-
mùm corruptum loquendi uſum in una, vel altera Civitate,
à fece Plebis practicatum; Hoc unum certum, indubita-
tumque eſt, quòd pro interpretatione Brevis Pauli V. atten-
di debet communis loquendi uſus, necnon praxis noſtræ
Congr. quod probamus authoritate Advocati Oppoſitorum,
nempè *Card. de Luc. de Præem. diſc.36. num.12. in princip.
& in fin.* ibi: *Eſt benè verum, quòd hoc nomen latiùs patere
poteſt, ac etiam Provinciam denotare, quare ad deſumen. &c.
attendenda eſt ſubjecta materia, ſeu communis uſus loquendi;
274 Ideòque attento uſu hujus Congr. &c.* Ad probandum verò
uſum, & praxim noſtræ Cong. non poſſumus congruentius
teſtimonium adducere, quàm juratam Atteſtationem to-
tius noſtri Definitorii, compoſiti ex Capite noſtræ Congr.
& decem aliis gravioribus Patribus, quorum nomina reco-
275 gnoſci poſſunt in Summ. Atque Oppoſitoribus, contrarium
prætendentibus, aperta fronte cum verbis illis *Lactant. de
falſ. Relig. lib.1. cap.2.* dicimus: *Quibus igitur credemus, ſi
fidem laudantibus non habemus? Qui nos mentiri putat, pro-
ferat alios, quibus credemus?*

Allegantur 9. duo reſcripta hujus Sacr. Congregat. unum
diei 20. Marti 1664. ibi: *Dilata, & ſcribatur ſtrictè, an Re-
ligioſi S. Arcangeli, & Forolivienſes conſtituant unam Pa-
triam, & Nationem:* Aliud verò 4. Aprilis ejuſdem anni,
276 ibi: *Canonici Regolari di S. Salvatore della Terra di S. Arcan-
gelo; Nihil innovetur, prout petitur:* Sed abſque indicatio-
ne Folii, neque regiſtrato tenore contrarii Memorialis, ad
hoc ut poſſet recognoſci inſtantia, & quod magis eſt, ſine
ſolita legalitate, & ſubſcriptione Secretarii, ita ut proindè
nulla de eis habenda ſit ratio, ex adductis *in Inſtit. Crimin.
lib.1. tit.10. §.4. à num 152.* Præcipuè ad tollendam vim re-
277 plicatis reſolutionibus hujus Sacr. Congreg. reique judicatæ,
reſultanti ex dictis uniformibus Reſcriptis, atque inducen-
tibus notorium, & facientibus de albo nigrum, juxta ani-
madverſa per *Rot. in Nullius Prov. Hiſpalen. 12. Dec. 1707.
§. Idemque cor. Aldrovand.*

Fortiùs, quia à dictis diebus 20. Martii, & 4. Aprilis
278 1664. & ſic per ſpatium annorum 44. nullum hodiè affer-
tur documentum, nullaque juſtificatio, quòd aliquid
aliud exadverſo probatum fuerit, vel executum, ad
terminos eorundem prætenſorum Reſcriptorum.

X. Demùm parum intereſt, quòd aliquando Abbatialis
titulus S Jo: Baptiſtæ collatus fuerit extraneis, non autem
ſemper noſtri Nationalibus, prout ante P. Auguſtinum, 279
decretumque, factum à noſtro Capitulo generali, & ab hac
Sacr. Congregat. confirmatum, illum retinuit P. Piſcitellus
Florentinus: Dignentur enim EE. PP. percurrere authenti-
ca Acta diverſorum Capitulorum generalium noſtræ Cong.
fideliter exhibita in Summ. & manibus palpabunt, quòd
ſemper noſtri Nationales reclamarunt; E contra verò nun-
quam audita fuit in præteritum ſimilis prætenſio Oriundo- 280
rum in Terra S. Arcangeli, imò nullus ex iiſdem Oriundis
fuit unquam Abbas, nec dictæ Eccleſiæ S. Jo: Baptiſtæ nec
alterius Monaſterii noſtræ Congr. Hodiè verò P. M. unicus
Oriundus S. Arcangeli, neglecto honore, quo gaudet Na-
tionalitatis Monaſter. S. Mariæ Gratiarum de Fornovio,
prætendit non concurrere cum ſuis Connationalibus ad ele-
ctionem vacantis Abbatiæ, quæ fieri debet de uno inter plu- 281
res, ut reprobando ſimilem privativæ prætenſionem, reſol-
vit hæc Sac. Congregat. *in Eugubina*, de qua ſupra *num* 74.
Supplicantes idem reſcribere in preſenti, & reducentes ad
memoriam Oppoſitoris celebre monitum *Thomæ à Kempis*
noſtri Ord. Canonici *de Imit. Chriſti lib.1. cap.17. num.3.* 282
ibi: *Ad ſervien. veniſti, non ad regen.*

Omnia hæc præ oculis habere ſupplicamus ſub illa conſi-
deratione, quòd adverſus rem judicatam vigore duplicis re-
ſcripti hujus Sacr Congregat. adducuntur hodiè illa eadem
numero inſubſiſtentia motiva, ſubtilia ratiocinia, quæ ab
hac Sacr. Congregat. d. anno 1658. non ſemel, ſed bis ſolita 283
attentione ponderata, inventa fuerunt minùs habentia ad
impediendam confirmationem Decreti, ſeu proviſionis,
captæ à Capitulo generali pro excluſione privativæ, exad-
verſo prætenſæ; Unde applicantur ea, quæ ſolidè diſtin-
guendo, in his circumſtantiis, advertit *Cardin. de Luca de
Judic. diſcurſ.38. ſub num.19.* his verbis: *Propterea quando
nihil deducatur de novo, atque conſtet, quòd ea, ex quibus
injuſtitia deſumitur, fuerint jam deducta, & diſcuſſa, quam-
vis talia eſſent, ut Cauſam ita dubiam reddant, quòd fortè,
ſi res eſſent integra, probabiliùs pro iſta potiùs, quàm pro al-
tera Parte judicandum eſſet, non tamen id ſufficiens reputari
debet &c. Siquidem in hoc propriè conſiſtit effectus, ſeu opera-
tio trium conformium, quòd ob unionem tot judiciorum in
idem, ita in caſu ambiguo quædam ſtatuatur veritas:* Quòd
ſuo laudabili more expreſsè exageravit, & repetiit in *Con-
flictu leg. & rat. obſerv.288. per tot.* & ſignanter in fine, ibi: 284
*Iſte namque rei judicatæ, vel trium conformium effectus eſt,
ut quòd erat dubium, & incertum, pro ingeniorum varietate
uni, vel alteri eventui ſubjectum, ita certum, ac firmum effi-
ciatur, atque ſtatum firmet.*

Obſervando, quòd in noſtris terminis, nedum concurrit
res judicata, reſultans à duplici uniformi Reſcripto hujus 285
Sacr Congreg. anni 1658. cum addito, ut Oppoſitores am-
pliùs non audirentur.

Sed ulterius accedunt: judicium totius Definitorii noſtræ
Cong. anni 1064. aſſerentis, Oriundos in Terra S. Arcan- 286
geli non conſtituere Nationem diſtinctam, & independentem
in noſtra Cong. ſed contineri ſub illa Monaſt. S. Mariæ Gra-
tiarum de Fornovio.

Reſolutio anno 1657. uniſormiter, concorditerque capta
à Superioribus noſtræ Cong. determinantibus Abbatiam S. 287
Jo: Baptiſtæ competere uni ex Nationalibus ejuſdem Mo-
naſt. non autem privativè ſpectare ad Oriundos S. Arcange-
li, referente *Card. de Luc. de Præen. diſc.36. num.8.*

Oraculum Innoc. VIII. anno 1484. canonizantis legiti-
mam poſſeſſionem bonorum omnium dictæ Eccleſiæ S. Jo: 288
Baptiſtæ favore noſtri Monaſterii, ſub illa aſſertiva, quod
ex legitimis teſtimoniis id ei conſtitit.

Solemnis actus Unionis, factæ ab omnibus Patribus,
componentibus Comitia generalia anni 1479. coadunata 289
more ſolito cum omnibus ſolemnitatibus neceſſariis, & op-
portunis, & quidem inſolita voluntatum uniformitate, &
Concordia, nemineque diſcrepante; Vim enim facere vi-
detur cuicumque intellectui conſideratio illa, quòd ſine le-
gitima cauſa, & non concurrentibus neceſſariis ſolemnita-
tibus, adeo qualificati Religioſi diſparis conditionis, gra-
dus, & Nationalitatis, unanimiter, concorditerque con-
ſpirare gratìs voluerint in deſtructionem d. Monaſter. S Jo:
Baptiſtæ, & Oriundorum S Arcangeli, applicando omnes
illius redditus illi Conventui, cujus non erant filii, nec
Alumni, & in quo moram facere nullo eorum vitæ tempo 290
re debebant, ut conſiderando diverſitatem, & multiplici-
tatem perſonarum, convenientium in aliqua determinatio-
ne, & facto notant adducti ſupra *diſcept.1. §.4. numer.4.*

Et in

Et in terminis actus nullatenus utilis illis, à quibus geſtus
fuit, *ibid. num.*5.

Et demum concurrit in noſtro caſu uniformis, & pacifica
291 obſervantia Unionis per annos 230. ſub regimine omnium
illorum Abbatum generalium noſtræ Cong. qui hoc tempore
illam feliciter, & ſanctiſſimè gubernarunt; Itaut præten-
dere, ut illa hodiè retractetur, gratis exclamando, ut fit
ex adverſo, aſſerendoque, Unionem fuiſſe turpem, & ma-
nifeſtam uſurpationem redditutum ejuſdem Eccleſiæ, eſſet
Mundum revolvere, liteſque ſolemniter terminatas, ad vi-
292 tam revocare inter Religioſas illas Familias, quæ quotidiè
ad Deum preces fundunt, ne litium flammæ relinquantur,
utque illarum vincula diſſolvantur, ut ad rem notat *Urceol.
de Transact. præfat. num* 22. & in debilioribus terminis ſim-
plicis centenariæ ſolidè obſervat *Card. de Luc. de Alien. diſc.*
2. *à num.*5. ubi *num.*9. adducit illam vivam rationem, *quòd
cùm per centenarii temporis decurſum, Hominum memoria
perierit, ac etiam ut plurimum, perire ſoleant Scripturæ,
& quatenus extent, ignotæ ſint, cùm nemo adſit, qui eas
indicare valeat, hinc proindè eſſet revolvere totum Mundum,*
293 *ſi dominia per Sæculum, & ultra confirmata, ex integro ju-
ſtificanda eſſent.*

Die Veneris 18. April. 1708. propoſita Cauſa per Cardin.
294 Colloredum ad 1. dub. *An conſtet de ſubſiſtentia tituli Abbatia-
lis*, reſponſum fuit *Affimativè*.

Ad 2. verò, *An in electione Abbatis S. Jo: Baptiſtæ ſint*
295 *præferendi Oriundi S. Arcangeli*, reſponſum fuit *Nega-
tivè.*

PRo completa notitia Affiliationis, de qua ſupra *num.*27.
nota hìc, quòd C. E. & R. ad validitatem Affiliatio-
296 num per viam legis *die* 26. *Nov.* 1706. demandavit, ut in-
fra. *In Cauſa Provinciæ Lombardiæ pro Dominicanis: Fi-
liationes, & Transfiliationes reſpectu utriuſque Conventus à
quo, & ad quem, faciendas eſſe in Capitulis Conventuali-
bus per ſecreta ſuffragia, cum interventu duarum ex tribus
partibus omnium Filiorum, computatis, tam præſentibus,
quàm abſentibus; Abſentes verò, quatenus numerus præſen-*
297 *tium non aſcendat ad duas integras partes reſpectu omnium,
eſſe omnino expectandos uſque ad complementum dictarum
duarum Partium ex tribus, ſub pœna nullitatis quarumcum-
que affiliationum, & transfiliationum hujuſmodi*: Pro cu-
jus reſcripti exequutione reſpondit *die* 13. *Martii* 17 o. pro
298 eiiſdem Dominicanis, ibi: *Dominicani di Lombardia:
Transfiliationem non ſuſtineri, & procedendum eſſe ad no-
vam propoſitionem Fr. Campolini, ſervata forma poſtremi
decreti gen.*

Quamvis autem juxta Affiliationis naturam concurrere
299 ſemper debeat conſenſus Conventus à quo, & ad quem,
juxta ea, quæ obſervavi *in Inſtit. crim. lib.*4. *tit.*7. *à num*93.
Adhuc ex particularibus facti circumſtantiis eadem C. E. &
R. Pon. Card. Fabrono *in una Neapolitana* 20. *Jan.* 1719.
favore Baccalaurei Anſelmi Viani Conventualis reſpondit
pro Gratia affiliationis cum derogatione conſenſus Religio-
300 ſorum Conventus à quo, & ad quem, ut patet ex decreto
ſequentis tenoris.

,, Sacr. Congreg. &c attentis Relationibus P. Vicarii ge-
301 ,, neralis, & P. Proc. generalis Ordinis, ac itidem attentis
,, ſpecialibus circumſtantiis, & rationibus, benignè remi-
,, ſit arbitrio ejuſdem Vicarii generalis, ut Oratorem affiliet
,, in præfato Conventu, non obſtante defectu conſenſuum
,, Conventus à quo & ad quem, ita tamen, ut jura quæſi-
,, ta primo dicto Conventui integra, & illibata remaneant,
,, Non obſtante &c. Romæ 20. Januarii 1719.

,, Attenta facultate nobis conceſſa aggregamus in filium
302 ,, Conventus noſtri S. Antonii extra Portam Medinam
,, Neapolis P. Baccalaureum Anſelmum Viani Sacerdo-
,, tem, non obſtante defectu conſenſuum amborum Con-
,, ventuum, à quo ſcilicet, & ad quem, remanente tamen
,, integro, ac illibato jure acquiſito omnium Bonorum Con-
,, ventui à quo, juxta decretum ejuſdem Sacr. Congr. Non
,, obſtantibus &c. Fr. Joſeph. Baldrati Vicarius generalis.
,, Non acquieſcentibus autem Oppoſitoribus, repropoſita
303 Cauſa die 12. Maii 1719 reſcriptum fuit: *Pro omnimoda
exequutione Decreti Vicarii generalis Ordinis, & ampliùs
Cauſa non proponatur.*

Idemque practicatum pariter fuit à d. C. E & R. anno 1687
304 in *una Florentina* ad inſtantiam Conventus S. Crucis Flo-
rentiæ, quæ reſolutio in publica forma adducta fuit in *dicta
Neapolitana.*

Diligenter nota hìc, quòd ſim les reſolutiones Sacrarum
305 Congregationum, ex particularibus facti circumſtantiis in
uno, vel altero caſu editæ, non ſunt generaliter ſervandæ,
nec faciunt ſtatum pro omnibus aliis caſibus, in quibus eæ-
dem circumſtantiæ non concurrant, ut diſtinguendo obſer-
vat *Rot. in Hiſpalen. Juris Vot.* 4. *Februarii* 1697. §. *Diſtin-
guentes cor. Card. Caprara*, ibi: *Declaratio ipſa S. C. facit
legem generalem ubique ſervandam, niſi ſuper ſpecialitate* 306
*alicujus caſus fuerit conſulta*, quam ſequutus fui *in Inſtit.
Crim. lib.*1. *tit.*10. §. 4. *num.*149.

---

# DISCEPTATIO XVII.

## Majoricen. Juris eligendi.

*PRO*

Conventu Carmelit. Majoricæ.

*CUM*

Definitorio Cathaloniæ.

## ARGUMENTUM.

*In Religione Carmelitarum Prior in quibus Conventibus
eligi debeat à Conventualibus, vel à P. Generali,
ſeu à Definitorio Provinciæ.*

COnventus Ordinis Carmelit. Majoricenſis ab ejus fun- 1
datione ſemper religioſiſſimè ſibi conſervavit jus eli-
gendi Priorem, cæteroſque inferiores Officiales per pro-
prios Gremiales, Provinciale tamen Definitorim Catha-
loniæ tentavit anno 1672. ab eodem Conventu illud evelle-
re, ſibique arrribuere. Quapropter eodem anno 1672. re
delata ad P. Matthæum Orlandum, tunc temporis Genera-
lem, iſte, attentiſſimè omnibus examinatis, inter octo de-
creta, noſtrum Conventum concernentia, quoad præſen-
tem inſpectionem, in 4. ita mandavit. *Voluit Priorem*, 2
*alioſque Officiales eligi debere ab ejuſdem Gremialibus, &
Provincialem Cathaloniæ teneri electiones, Canonicè factas,
confirmare*: Ex quo factum eſt, ut Conventus ſuam anti-
quiſſimam poſſeſſionem pacificè continuaverit, ut juſtifica-
tum fuit in Sum.

Cùmque in Capitulo generali, in Urbe celebrato anno
1680. per viam legis generalis ſtatutum fuiſſet, electiones 3
Priorum impoſterum fieri debere à Definitoriis Provincia-
libus, inde memoratum Definitorium Cathaloniæ præten-
dere cœpit, Decretum P. Generalis Orlandi remanſiſſe
ſublatum, quapropter, prævio fundato Voto Card. de Al-
teriis, tunc Ordinis Protectoris, Cauſa in hac Sacr. Con-
greg. ſedulò, ac maturè examinata, & diſcuſſa, ad relat.
Cardin. de Cavaleriis *diebus* 2. *Aprilis*, & 14. *Maii* 1688.
emanavit reſcriptum pro confirmatione ejuſdem Voti, in
quo idem Jus favore Gremialium præſervatur, ſequentibus
verbis; *Quibus perpenſis meo videri poſſent confirmari om-
nia iſta Decreta, ob rationes, in illis expreſſas, & ſignanter
ob magnam diſtantiam Conventus Majoricenſis à reliquis
Conventibus Provinciæ, & difficilem acceſſum ad illum.*

Acquievit Denifitorium huic ſolidæ reſolutioni, pro cu-
jus obſervantia ad omnem majorem cautelam A. C. præce- 4
dente Monitorio ſervatis ſervandis legitimè exequuto, Sen-
tentiam protulit, talique modo, dum omnia ſopita cre-
debantur, ex abrupto, & inauditis Gremialibus, immi-
nente tempore electionis, faciendæ de menſe Aprilis 1705.
inſurrexit P. M. V. tunc temporis Prior, & cum aſſiſtentia
Judicis, & Perſonarum ſæcularium, notificavit quodam
Decretum hujus Sacr. Congr. emanatum *die* 9. *Maii* 1704. &
ſic fere per annum in ſæculo retentum, & Deus ſcit, qui-
bus artibus extortum, in quo demandabatur; *Electionem
Prioris, aliorumque Officialium faciendam eſſe à Definitorio
Provinciali, non autem à Gremialibus, quibuſcumque non
obſtantibus*; Adverſus quam novitatem eodem contextu 5
reclamarunt quamplures inſignes Religioſi, provocantes ad
hanc Sacr. Congregat. ad hoc, ut manifeſtarentur (ſunt
eorum præciſa verba) *fraudes, & doli, uſi in hac materia,
& à Novatoribus, opponentibus contra Conventum, ejuſque
quietem perturbantibus.*

Repropoſita verò Cauſa per Cardin. Rubinum, placuit
die 5. Febr. 1706. perſiſtere *in deciſis*, & facile fuit Defini-
torio, nedum vincere, ſed etiam triumphare, & cuncta
obtinere,

6 obtinere, quia habebat propitios, & admodum propenſos tunc temporis generales Superiores, qui nedùm acriter tuebantur partes ejuſdem Definitorii, ſed omnibus modis inſiſtebant favore P. V. noſtri Conventus eo tempore actualis Prioris, poſtmodùm immediatè reelecti, & ſubinde in Officio Prioratus iterùm confirmati, quo, adverſus Ord. Con-
7 ſtit. atque poſtpoſito æquè laudabili, ac immemorabili ſolito noſtræ Religionis, gaviſus fuit continuato ſpatio novem annorum.

Ab hoc tempore citra opus fuit magnum ſervare ſilen-
8 tium, tum ob deficientiam mediorum, præſertim hiſce calamitoſis temporibus, ſine quibus lites proſequi non poſſunt, experientia teſte, & id obſervante *Rot. deciſ.325. num.11. part.15. & deciſ.527. num.2. part.18. & deciſ.479. numer.17. part.19. rec.* Tùm, & eò magis ob reverentiam erga prædictos anteceſſores generales Superiores, palam patrocinantes eundem P. V. Definitoriumque Provinciale Cathaloniæ; Ceſſantibus autem modo dictis motivis, ſperamus à deciſis receſſum, quia aſſiſtunt huic Parti Jus Commune, Regulæ Ordinis, à S. Sede ſpecialiter confirmatæ, immemora-
9 bilis conſuetudo, in noſtro Conventu vigens, Religionis Conſtitutiones, in diverſis Capitulis editæ, & demum efficaciſſima ratio.

Quoad Jus commune, hoc attento, electio Superioris
10 cujuſque Conventus, ad ejus Gremiales ſpectat, juxta *Text. in cap.1. de Elect. & cap. Cùm dilectus*, ubi communiter *Repetentes de Conſuetud.* cum aliis, adductis per *Sigiſ. à Bonon. de Election. par.1. cap.1. dub.7. num.2. & par.3. cap.4. dub.114 num.4. Paſſerin. eod. tract. cap.37. num.1. Rot. cor. Veral. dec.296. num.2. par.1. & cor. Coccin. deciſ.296. num.5. & in par.1. rec. deciſ.65. num.9.*

Quoad Regulas Ordinis, à S. Sede pluries confirmatas,
11 hæ ita diſponun: *Statuimus, ut unum ex vobis Priorem habeatis, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris, & ſanioris partis ad hoc Officium eligatur:* impreſſas *poſt Conſtit. Canalis fol.209. num.1.*

Quoad immemorabilem Conſuetudinem, hæc conclu-
12 denter probata fuit cor. hac Sacr. Congregat. anno 1688. occaſione confirmationis Decretorum P. Generalis Orlandi, teſte Card. de Alteriis in dicto Voto, compoſito, ut ibidicitur, poſtquam Procuratores utriuſque Partis cor. E. S. eorum jura ſcripto mandaverant, ibi: *Pro parte Conventus Majoricenſis expoſitum fuit, quod ſemper ab erectione iſtius Conventus, hoc eſt à 300. & ampliùs annis, Priores illius fuerint electi à Fratribus uſque ad annum 1671. in quo, inſtante Provinciali, & Definitoribus P. Orlandus &c.* Hujus enim triplicatæ centenariæ vigore, immemorabiliſque conſuetudinis præſidio, quilibet melior titulus de Mundo alle-
13 gari poteſt, juxta magiſtralem *deciſ. in Romana Augum. Dotis, & Legat. 4. Martii 1695. per tot. cor. Card. Priol.* ſicque poſſumus allegare individuale privilegium Summi Pontificis, nobis tale jus ſpecificè confirmantis, & quemcumque alium meliorem titulum, contrariarum prætenſionum deſtructivum, ex adductis in *Tom.1. part.1. diſcept.10. num.3.*

Quoad Conſtit. Religionis, primo loco habemus Decre-
14 tum, à Capitulo generali conditum anno 1554. ſeq. tenoris; *Priores, qui ſolent eligi à Capitulo conventuali, non eligantur in Capitulo provinciali: Imò Conventus gaudeant ſua libertate religioſa: Cæteri verò Priores, quos non conſueverunt Conventus eligere, ordinentur, & inſtituantur à Capitulo provinciali.*

Secundò loco habemus Conſtit. Capituli generalis anni
15 1586. ſub Generali Caffardo, in quibus *part 5. cap.19. numer.1.* diſponitur: *Ut in Conventibus, in quibus eſt vetuſta, & laudabilis conſuetudo, quòd Priores ab eorum Gremialibus eligantur, non alius inſtituatur Prior, ſed illum, quem ipſi Gremiales elegerint, Provinciales, & Definitores habeant confirmare.*

Tertiò loco adſunt Conſtit. Capituli generalis Cremonen-
16 ſis anno 1593. ſub P. Generali Chizola, peculiariter pro Hiſpaniarum Provinciis editæ, in quibus ita determinatur: *In Conventibus majoribus octo Fratrum, locum, & vocem habentium, numerum excedentibus, fiat electio à Fratribus Conventus &c. & aliter electio ſit penitùs nulla, & caſſata*, de quibus *Lezzan. in Mar. Mag. Carmelitar. §.17. num.236. fol.22.*

Quartò demùm loco idem determinant Conſtit. Genera-
17 lis Canalis *par.4. cap.19. §.1.* quæ ab anno 1625. uſque in præſens in toto Ordine vigent, per hæc verba: *Volumus, quòd Præſidens cum aliis Definitorii Patribus, plenam, & omnimodam habeat authoritatem, & poteſtatem abſolvendi, & inſtituendi omnes Priores locales, & cæteros Officiales, exceptis etiam primariis illis Conventibus, qui, ut ſtatutum eſt in par 2. cap.2. num.4. poſſint ſibi eligere Priorem, nam electum ab illis, aliquo non obſtante legitimo impedimento, tenetur Definitorium confirmare.*

Quò verò ad efficaciſſimam rationem, ſpecialiter militantem pro noſtri Conventus facultate, & libertate ſibi eli- 18
gendi Priorem, hæc in eo conſiſtit, quòd cùm ad tenorem Sacr. Canonum, & præcipuè *Concil. Trident. ſeſſ.24. de Reform. cap.1.* quælibet electio ſemper fieri debet de dignioribus, excluſis etiam in illorum concurſu dignis, juxta *propoſit.47. ab Innoc. XI.* damnatam *die 2. Martii 1679.*

Hoc impracticabile prorſus erit in noſtro Conventu, ſi electio fieri deberet à Definitorio Cathaloniæ; Ut enim pro 19
veritate requiſitus huic Sacr. Congregat. retulit Card. de Alteriis anno 1688. *Perſonæ, componentes Definitorium, nullam, vel exiguam habere poſſunt notitiam Alumnorum iſtius Conventus, & aptitudinis, ac idoneitatis illorum pro Officiis Prioratus, Subprioratus, Sacriſtæ, Prioris, & Clavariorum, quia cùm Conventus ſitus ſit in Inſula, à Barchinonenſi Conventu, qui eſt caput Provinciæ. 300. milliaribus diſſita, ad quem vix ullus Fratrum Provinciæ, præter Provincialem, accedit, & id valde raro propter maris periculum, & expenſas.*

Cujus veritatis hodiè irrefragabile adducimus teſtimonium, fundatum in ſeria confeſſione Oppoſitorum, facta 20
in Capitulo provinciali anni 1704. ibi: *Ob intercapedinem maris à Majorica ad Cathaloniam, ut proborum electio à Definitorio fiat Provinciæ, ſtatuitur, quòd Vicarius provincialis præfati Conventus, inſtante Capitulo per Literas vocatorias, præſtito juramento de ſecreto, & fidelitate ſervandis, teneatur inquirere diviſim ab octo primis Vocibus ejuſdem Conventus, quoſnam in conſcientia judicet in Priorem, & Subpriorem digniores, quam inquiſitionem apertam, ſigilloque Conventus munitam A. R. Definitorio exponet, idemque fiet in caſu mortis, vel privationis ejuſdem Prioris, non obſtante præmemorato decreto S. Cong. de eligendis omnibus Officialibus à Definitorio Provinciali.*

Agnoſcunt igitur Oppoſitores, quòd notitia qualitatum Officialium, eligendorum pro noſtro Conventu, non ab 21
ipſis, ſed à noſtris Gremialibus perquirenda eſt; Negari autem non poterit, quòd talis notitia meliùs ab omnibus ejuſdem Vocalibus, quàm à determinato numero manifeſtari poſſit. Veritas enim magis perfectè inſpicitur per plures oculos, & meliùs indagatur à multis, quàm à paucis, ut ad rem notat *Jov. de Solemnit. in Contract. Minor. gloſs.8. §.12. à num.66.*

Ubi notanda verba illa, *Non obſtante præmemorato decreto S. C.* quæ ſimpliciter indicamus, ad hoc, ut Eminentiſſi- 22
mi PP. obſervent quouſque pervenerit Oppoſitorum prætenſio, nedùm de facto non obſervando, ſed rotundis verbis literaliter derogando Decretis hujus S. C. arrogando ſibi in hac parte Pontificiam authoritatem.

Videamus modò quid adverſus hæc ſolida fundamenta in 23
contrariis Scripturis dicatur.

Ad Jus commune duæ datæ fuerunt reſponſiones. I. Quod illi præferri debeant Ordinis Conſtit. à Summis Pontificibus
approbatæ. II. Verò, quòd in illius concurſu attendenda 24
potiùs ſit conſuetudo.

Hujuſmodi autem reſponſiones retorquentur ad hominem,
quia, ut vidimus ſupra, tam Ord. Conſtit. quàm conſuetu- 25
do aſſiſtunt huic Parti; Cum illo addito, quòd Nos non adducimus ſimplicem, & ordinariam conſuetudinem, ſed pluſquam triplicem centenariam, comprobatam, ultra alia documenta, de quibus in Voto Card. de Alteriis, ex inconcuſſa ſerie Priorum noſtri Conventus, & concludentiſſimè comprobandam cum omnibus rigoroſis requiſitis celebris *Gloſſæ in cap.1. Verb. Memoria de Præſcript. in 6.* quatenùs
exadverſo ulteriores deſiderentur in hac parte probationes; 26
Imò parati ſumus hanc veritatem omni alio meliori modo evidentiſſimè demonſtrare.

Ad Regulam noſtri Ordinis dictum fuit, illam eſſe intelligendam de Priori generali, non autem de locali, ex au- 27
thoritate *Lezzan. in conſ.13. dub.8.*

Quidquid autem dixerit idem Author loco citato, morem gerendo electioni, cui opitulabatur, ad effectum eam ſal- 28
vandi ab oppoſita nullitate. Ipſe tamen *in ſuo Mar. Mag. Carmelit.* (in quo uti ſcribens pro veritate, atque ex profeſſo elucidans ea, quæ in Conſtitutionibus præſcripta ſunt pro noſtræ Religionis regimine, præferendus eſt ſcriptis ad Cauſæ opportunitatem, & favore ſuæ Provinciæ, cujus ipſe erat filius in d. *dub.8.* ex adductis *per Card. de Luc. de Fidek. diſc.145.*

*diſc.*145. *num.*5.) ita explicat, & intelligit prædictam Re-
gulam, ut præſcribat modum eligendi Priores Conventuum,
uti videre eſt *in dicto Mar. Mag. Carmelit. cap* 1. *à num.*43. *ad*
46. ubi *num.*45. exponendo verbum illud *Unum*, ait. *Hìc*
*etiam nota, hoc verbo denotari in uno Monaſterio, ſeu Con-*
*ventu non poſſe eſſe, niſi unum Prælatum* Rurſus ſub *num.*46.
exponendo verba illa: *Qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel*
*majoris, & ſanioris partis ad hoc officium eligatur*, advertit,
quòd his verbis traditur forma, ſervanda in electione Prio-
ris, quæ concordat cum diſpoſitione *cap. Quia propter de*
*Elect.* unde concludit; *Ideò in electione Priorum noſtræ Reli-*
29 *gionis, & aliorum Prælatorum ipſius, obſervari debet forma*
*præſcripta &c.* Et ampliativè procedendo ſubdit, eandem
diſpoſitionem maximè ſervandam fore in electione Priorum
generalium, & provincialium ibi; *Procedit in electionibus*
*Priorum generalium, & provincialium &c.* parificando ſic
electiones tùm Priorum particularium, tùm generalis, &
30 provincialium, itaut omnium electio quoad formam, &
modum eligendi cadat ſub diſpoſitione Regulæ, nempè quòd
fieri debeat *ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris, & ſa-*
*nioris partis.*

Declarat tamen, quòd reſpectu Priorum localium dicta
diſpoſitio Regulæ ſervanda eſt, quando inſtitutio Prioris fit
per electionem in quolibet Conventu, quia talis inſtitutio
Priorum pro Conventibus, juxta conſuetudinem Religio-
nis, & ad formam poſteriorum Conſtitutionum, fieri po-
teſt, etiam ſine præſcripta electione vel immediatè à Gene-
rali, vel à Definitorio Provinciarum, ibi: *Dixi, quando*
31 *eorum inſtitutio fit per electionem, quia juxta Ord. Conſtit. &*
*inveteratam ipſius conſuetudinem, Priorum inſtitutio ſæpiùs*
*poteſt fieri ſine electione, ſaltem à Conventibus facta, non*
*obſtante hoc capite Regulæ &c.*

Recenſet ex poſt caſus omnes, in quibus proviſio Priorum
poteſt fieri ſine electione, & ſub *num.*47. excitando obje-
ctum, quo pacto fieri poſſit talis proviſio Priorum ſine ele-
32 ctione Gremialium, cum talis proviſio ſine electione ſit con-
tra diſpoſitionem prædictæ Regulæ, ad illud evadendum
duplicem dat reſponſionem, quarum una eſt, quod Regula
ſit intelligenda de Priore generali tantùm; Videns autem,
quòd reſponſio hæc minùs legitima erat, ideò ſubdit, quòd
à Regula in parte receſſum eſt ex conſuetudine, & ex aliis
poſterioribus Conſtit. à S. Sede approbatis, ibi: *Si autem*
*quæras, quo pacto fieri poteſt, ut conſtitutio Priorum conven-*
*tualium fiat aliter, quàm per electionem Conventuum, ſive à*
*Generali, ſive à Definitorio Capituli provincialis, cùm hoc*
*ſit contra Regulam noſtram in hoc capite &c. Reſpondeo, quòd*
*attinet ad Regulam facile dici poteſt, non eſſe contra illam,*
*ſed eam loqui ſolùm de electione Prioris generalis &c. Sed dato*
*etiam, quod Regula loqueretur de electione cujuſcumque Prio-*
*ris, etiam localis, cùm tamen conſuetudine ſatis etiam ratio-*
*nabili cauſa Conſtitutionibus, etiam à Sede Apoſtolica appro-*
*batis &c. illis ſtandum eſt &c.*

Non negat igitur abſolutè *Lezzana*, quòd Regula non
33 loquatur de electionibus, in qualibet Conventu peragendis,
ſed pro ſalvando receſſu à Regula adducit conſuetudinem,
& Conſtitutiones, rationabili de cauſa latas, & conſequen-
ter firmum remanet, etiam in ſenſu *Lezzanæ*, quòd Regu-
la ſervanda ſit in quolibet Conventu, ubi electio Prioris pe-
ragenda veniat ad formam Regulæ, & ubi non ſtet in con-
trarium conſuetudo, vel Conſtitutio rationabiliter vulgata.

Comprobatur hujuſmodi *Lezzanæ* interpretatio ex con-
textu ejuſdem Regulæ, in qua *cap.*6. dicitur *Cellula Prioris*
*ſit juxta introitum Loci, ut venientibus ad eundem Locum*
34 *primus occurrat, & de arbitrio, & diſpoſitione ipſius poſtmo-*
*dum, quæ agenda ſunt, cuncta procedant.* Ex his enim pa-
tet, Regulam loqui de illo Priore, de quo antea dixerat
*eligatur &c.* cui aſſignat Cellulam pro convenientia Con-
ventus, eique tribuit ejuſdem Conventus diſpoſitionem,
dum omnia hæc locali Priori conveniunt, ex quo ad eum
Conventus adminiſtratio ſpectat, & ipſe juxta introitum
Loci habitare debet.

Et indè eſt, quòd ipſæmet Conſtitutiones Sorethanæ,
35 quæ in noſtra Religione vetuſtiores ſunt, cum eodem the-
mate procedunt, partim ſe conformando conſuetudini,
partìm Regulæ: Confirmant conſuetudinem, quando diſ-
ponunt: *Quod Provincialis cum Definitoribus liberè poſſit*
*abſolvere Priores locales, cæteroſque Officiales, quorum in-*
*ſtitutio ex conſuetudine, aut aliàs ad provinciale ſpectat Ca-*
*pitulum:* Se uniformant autem Regulæ in eo, quòd volunt,
quòd in illis Conventibus, ubi fit electio, *procedatur in ele-*
*ctione Prioris localis ſic, quòd Præſidens Capitulo conven-*
*tuali, coaſſiſtentibus in eis duobus ex Senioribus Conventus,*
*aut, ſi Conventus ſit parvus, coaſſiſtente ſibi Seniore, Vo-*
*ces Eligentium ſcribat, & pronunciet, & qui plures Voces*
*habuerit, quàm omnes conjuncti, ſit Prior*, Quod eſt idem,
ac ſit id quod in Regula dicitur: *Unum ex vobis habeatis Prio-*
*rem, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris, & ſa-*
*nioris partis ad hoc officium eligatur &c.*

Ponderandumque ulteriùs venit, quòd ſi alitèr diceretur,
tur, Conſtitutiones præfatæ, reſervantes Definitoriis Pro- 36
vinciarum abſoluta inſtitutionem omnium Priorum, vel
ſuperfluæ redderentur in eo, quòd diſponunt circa modum
eligendi Priores locales, vel præſtarent inevitabilem con-
tradictionem, qualis eſſet ſupponere, quòd abſoluta inſti-
tutio ſingulorum Priorum pertineat Definitorio, & quod in
Conventibus fieri debeat per Gremiales. Ceſſat autem,
tam ſuperfluitas, quàm contrarietas, ſumptis Conſtitutio-
nibus in dicto eorum vero, & proprio ſenſu, quòd ſcilicet à
Definitorio fiat inſtitutio Priorum, ubi talis adeſt conſuetu-
do, in aliis verò, ubi non adeſt talis conſuetudo, Prioris
electio fiat ad formam Regulæ, quæ interpretatio ſemper
ſumenda eſt, ut pro excluſione ſuperfluitatis notant *Roland.*
*conſ.*62. *num.*30. *lib.*1. *Menoch. conſ* 81. *num.*32. *& Rot. deciſ.*
357. *num.*1. *par.*2. *& dec.*273. *num* 12. *par.*15. *rec.* Et ad ex-
cludendam contradictionem advertunt *Soccin. conſ.*159. *nu-*
*mer.*9. *lib.*2. *Farinac. quæſt.*95. *num.*7. *Surd. dec.*279 *num.*3.
*& Rot in Rom Fideic. de Alber.* 10. *Martii* 1698. §. *Nil rele-*
*vante cor. Lancet.*

Quæ omnia in evidentiam tranſeunt, attenta conſuetu-
dine, ſeu obſervantia noſtri Conventus, ſibi eligendi Prio- 37
res ab illius erectione uſque ad annum 1672. abſque ulla con-
tradictione, ſeu minima oppoſitione Definitorii; Obſer-
vantia enim eſt optima cujuſcumque diſpoſitionis interpres:
Etiamſi contrarius intellectus de jure verior eſſet, magiſque 38
accomodatus verborum ſenſui, ea ratione, quia talis dici-
tur ſenſus in verbis, qualem demonſtravit ſubſequuta obſer-
vantia, ex adductis in *Tom.*1. *part.*2. *diſc* 16. *numer.*101. 39
quibus addo *Rot. deciſ.*12. *num.*24. *apud Proſper. de Terri-*
*tor. ſepar.*

Neque dici poteſt revocatum Decretum P. Chizzolæ, fa-
ctum in Capitulo gen. anni 1593. ex altero, biennio poſt
edito, dùm non erat in ejus poteſtate illud revocare, ſignan- 40
ter quia non erat conforme diſpoſitioni Juris communis, &
Regulæ, ipſiuſque Conſtitutionibus, ac conſuetudini im-
memorabili: Animadverſo etiam, quòd facultates, eidem
conceſſæ à S. Sede, erant modificatæ à clauſula: *Dummodò*
*S. Concil. Trident. & Sacris Canon. ipſiuſque Ordinis Inſtitu-*
*tis ſint conformes*; Rurſus d. Decretum altero laborat defe-
ctu publicationis omnino requiſitæ, cùm lex non publicata
non obliget *Gonz. in cap.*2. *nu.*10. *de Conſt. Theſaur. dec.*249.
*num.*6. *&* 7. *Novar. in Sum. Bullar. par.*1. *comm.*97. *à num.*7. 41
*Lezzan. in Summ. quæſt. Regul. cap.* 8. *num.* 27. Attenta
maximè contraria obſervantia, ſive non uſu dicti decreti,
itaut per talem non uſum idem decretum antiquatum dica-
tur, & nullatenus obligatorium, *Navar. de Conſtit. conſ.*1.
*num.*23. *&* 24. *Tondut. quæſt. Benefic. quæſt.*3. *cap* 125. *à nu-*
*mer.*15. *& ſeq. Card. de Luc de Paroch. diſc.*24. *&* 25. utrobi-
que *num.*5. Et in terminis privilegii, quòd per non uſum
amittatur probavimus *in Tom.*1. *par.*1. *diſc.*11. *num.*39.

Ad Conſtitutiones demum P. Canalis anni 1625. duæ da-
tæ fuerunt reſponſiones: I. Quòd illæ approbatæ nullatenus 42
fuerunt in Capitulo generali anni 1625. II. Verò, quòd in
omnem caſum aptæ nullatenus ſint ad infringendas Conſtit.
Sorethanas, Apoſtolica authoritate confirmatas.

Neutra tamen ſubſiſtit: Non prima: Pro demonſtranda
enim illius inſubſiſtentia ſat eſt illarum titulum hìc regiſtra- 43
re, qui talis eſt: *Conſtit Fratr. Ord B. Dei Genit. Virg. Mar.*
*de Monte Carmelo, recognitæ, & correctæ Decreto Capituli*
*generalis, Romæ celebrati anni Jubilæi* 1625. quod Decre-
tum refertur in fine earum Conſtit. fol.204. his verbis: *Ex-*
*pliciunt Conſtit. judicio Reverend. Magiſt. Gregorii Canalis,*
*necnon RR. PP. ex Decreto Capituli generalis, Romæ cele-*
*brati anno* 1625. *in die Pentecoſtes recognitæ, approbatæ,*
*& publicatæ.*

Eademque claritate inapplicabilis remanet ſecunda; Quia
Conſtitutiones Sorethanæ, ex infra latiùs animadverten- 44
dis, non diſponunt, generaliter, & in omni caſu, electio-
nem Prioris ſpectare ad Definitorum, ſed cum præſuppo-
ſito præexiſtentis conſuetudinis, quæ, nedum non verifica-
tur in noſtris terminis, ſed potiùs demonſtramus oppoſitum.

Non attenta replicatione, quòd talis conſuetudo reſpiciat
dumtaxat abſolutionem Priorum, non autem eorundem 45
inſtitutionem: Si enim Priores non ſunt ab Officiis abſolu-
ti, alii inſtitui nullatenus poſſunt: Et proindè abſolutio
neceſſa-

neceſſariò inſtitutionem præſupponit, & cum illa correſpectivitatem habet, nam verba dictarum Conſtitutionum Sorethanarum, *quorum inſtitutio ex conſuetudine* &c. neceſſariò comprehendunt, tam abſolutionem antiquorum Priorum, quam inſtitutionem novorum.

Et ex his nullius prorſus remanet efficaciæ animadverſio,
46 quòd Decretum Generalis Orlandi oppoſitum ſit ſæpè citatis Conſtit. Generalis Soreth, conditis anno 1466. promulgatiſque authoritate Clemen. VII. à P. Generali Audet anno 1524. in Capitulo generali Venetiis celebrato, ut aſſerit *Lezzan. conſ. 13. dub. 8. num. 55. & dub. 8. num 69.* inferendo, quòd Gremialibus noſtri Conventus Majoricenſis prodeſſe nequeant Conſtit. Generalium Caſſardi, & Chizzolæ, ſeu Capituli generalis Cremonenſis, & Generalis Canalis, minùſque dictum Decretum Generalis Orlandi, quamvis à Sacr. Congregat. ut ſupra obſervavimus, confirmatum, eo quia in authoritate Caſſardi, Chizzolæ, Canalis, & Orlandi reſpectivè non fuerit prædictas abrogare Conſt. à Summis Pontificibus Clem. VII. & VIII. approbatas, ut notat *Lezzan. dict. dub. 8. num. 70. & 76.* nuperrima verò confirmatio noſtri Decreti Generalis Orlandi emanaſſe ſupponitur, re non benè digeſta, nec ſatis ejus demonſtrata nullitate.

Adverſus ſiquidem talem diſcurſum ſatis eſſet allegare prædictum fundatiſſimum Votum Card. de Alteriis, noſtri
47 Ordin. Protectoris, cujus lectura convincit, quòd confirmatio decreti Generalis Orlandi non emanavit anno 1688. re indigeſta, & minùs appoſitè dilucidata, ut gratìs exadverſo aſſeritur, ſed cum acerrima Partium contradictione funditùs enucleata itaut de ea benè verificari poſſit, quòd tunc agnita, & comprobata veritas noſtri Juris eligendi eò magis redoleverit, quò magis contentione fuit conterata: Veritas enim, aromatum more, eò magis redolet, quò magis conteritur, ut inquiunt *Caſtr. conſ. 13. in princip. volum. 1. Riminald. conſ. 655. num. 108. & conſ. 657. num. 1. vo-*
48 *lum. 6. & Card. de Luc. de Feud. diſc. 133. num. 1. & de Regal. diſc. 147. num. 2.* cum aliis, citatis *in Tom. 2. part. 1. diſcept. 7. num. 180.*

Et profectò, ſi exadverſo laudatæ Conſtit. Soreth, & Audet id præſcribunt, ut inſtitutio Priorum Localium fiat
49 per Definitorium cujuslibet Provinciæ in illis Conventibus, in quibus talis viget conſuetudo, ut Prior, & Officiales non eligantur à Gremialibus, ſed à Definitorio Provinciæ inſtituantur, ibi: *Volumus, quòd Provinciales cum Definitoribus liberè poſſint abſolvere Priores locales, & cœteros Officiales, quorum inſtitutio ex conſuetudine, aut aliàs ad provinciale ſpectat Capitulum &c. Lezzan dict. dub. 8. num. 69.* Totum præſuppoſitum harum Conſtitutionum ſiſtit in *conſuetudine*, quæ probanda foret à Definitorio, ſiquidem Conſti-
50 tutio non abſolutè diſponit, quòd in omnibus Conventibus inſtitutio Priorum, & Officialium fiat à Definitorio cujuslibet Provinciæ, ſed ſolùm, quòd Definitorium, Priores, & Officiales inſtituat in illis Conventibus, *in quibus inſtitutio ex conſuetudine, aut aliàs ad provinciale ſpectat Capitulum*, & conſequenter in hac parte, relativa ad conſuedinem, Conſtitutio ſe habet præſuppoſitive. Præſupponitur enim, quòd in aliquibus Conventibus, vel in aliqua Provincia adſit talis conſuetudo, ut Prior, & Officiales inſtituantur à Definitorio, quando autem Conſtitutio aliqua præſuppoſitivè ſe habet, ex ea duplex oritur effectus, quorum alter eſt, quòd circa præſuppoſitum nihil præcisè dicatur diſpoſitum
51 *leg. Ex facto ff. de Hæred. Inſtit. Alex. conſ. 17. num 8. lib. 2. & conſ. 126. num. 5. lib. 4. Manſ. conſ. 299. num. 28. Palm. allegat. 103. num. 23. Card. de Luc. de Regal. diſc. 55. num 7. & Rot. deciſ. 281. numer 20. part. 14.* Alter, quòd præſuppoſiti præciſa verificatio requiratur, juxta *Text. in cap. Si Papa de Privileg. in 6.* ibi: *Si Papa in aliquo Privilegio, vel Scriptura non facta principaliter ſuper donatione, vel Sententia excommunicationis, ſeu etiam libertatis, aliquam Eccleſiam ad Jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere, vel ſimi-*
52 *lia verba narret, non propterea illius Eccleſiæ exemptio eſt probata, niſi de libertate aliter doceatur:* ubi communiter *Repetentes*, & ſignanter *Gemin. & Barboſ. uterque num. 1.* & tradit *Rot. deciſ 55. num. 4. part. 1. rec.* ibi: *Dum factum ſupponunt, nullam inducunt diſpoſitionem, & deciſ. 281. numer. 20. part. 14.*

Propterea eædem Conſtitutiones Sorethanæ, ſeu Audet, ceſſante conſuetudine, tradunt modum faciendi electionem
53 Priorum per Gremiales; Sicque procedunt cum diſtinctione caſus à caſu: Etſi juxta ſenſum Partis contrariam intelligentiam paterentur eædem Conſtitutiones antiquiſſimæ, in comperto eſt, quòd ſuperfluæ fuiſſent Conſtitutiones Generalis Caſſardi, modificatio Capituli Cremonenſis, Decretum P. Chizzolæ, Conſtit. P. Canalis, & Decretum Capituli generalis anni 1680. ut ſenſui patet, ex quibus datur profectò intelligi in illis Conventibus, præcipuè majoribus, in quibus non fuit introducta conſuetudo, ſemper viguiſſe libertatem eligendi Priorem. Et propterea remanet manifeſ- 54
ſtum, à principio noſtræ Religionis, & ad terminos illius Regulæ, etiam poſt Sorethanas Conſtitutiones, libertatem hanc ſemper viguiſſe pro illis omnibus Conventibus, in quibus contraria non erat introducta conſuetudo.

Secundum motivum contrariæ reſolutionis in eo reſidet, quòd major, & ſanior pars Gremialium noſtri Conventus 55
inſteterit pro translatione juris eligendi noſtrum Priorem in Definitorium Provinciæ Cathaloniæ; Illud autem nullatenus ſubſiſtit in facto, dum ex 26. Religioſis, ad id comprobandum adductis, duo non erant filii noſtri Conventus, nempè P. Haraſque, filius Provinciæ Aragoniæ, & P. Joannes Cyprianus, filius Provinciæ Cathaloniæ: Duo alii, nempè P. Cyrillus Ferrer, & P. Thomas Catani erant in Conventu Barchinonenſi cum voce, & loco, ſicque illam habere non poterant in duplici Conventu, P. Albertus Ciſiè in tali reperiebatur peſſimo ſalutis ſtatu, ut poſt paucos dies, ex hac vita migraverit, proindéque potiùs dicendum eſt, cogitaſſe de futura fœlicitate, quàm ſe voluiſſe implicare ſtrepitoſis Religioſorum contentionibus: Sex alii, nempè 56
Fr. Michael Plaes, Joannes Mas, Elias Rigo, Albertus Pons, Angelus Alcover, & Albertus Anſelm, uti nondum in Sacris conſtituti, nullam habebant vocem: Ex reliquis 15. major pars non capitulariter, ſed ſigillatim requiſiti fuerunt ad ſe ſubſcribendum, ſive blandis, ſive minacibus verbis à P. Priore V. poſtquam aſſecuratus fuerat ab Urbe de confirmatione, ſeu reelectione ſui ipſius in Priorem ad aliud triennium, prout demonſtravit eventus, & quidem contra apertas, tam antiquas, quàm modernas Ordinis Conſtitutiones, de quibus dubitari non ſinunt authentica documenta, data in Summario.

Quibus additur, quòd in omnem caſum, ad hoc ut conſenſus eorundem legitimus diceretur, præſtari debebat more ſolito, capitulariter congregatis omnibus Vocalibus no- 57
ſtri Conventus; Quia non agitur de aliquo temporali præjudicio Religioſorum, ſua jura renunciantium, ſed de perpetuo, maximoque præjudicio Conventus, deque renunciatione juris, eidem competentis, tam attento jure communi, quàm Regula Religionis, Ordiniſque Conſtitutionibus, de quibus ſupra.

Tertium denique motivum, penitus à verò alienum eſt, mendicatumque dici poteſt ad ſolum finem per indirectum 58
obtinendi id, quòd directè conſequi non poteſt Definitorium; Electio quippè noſtri Conventus nullum malum, nullumque ſcandalum, rixas, ſeu contentiones hucuſque peperit, quòd comprobamus ab Atteſtationibus Capituli, Magiſtratus, ſeu Juratorum, quatuor Parochorum, necnon Superiorum omnium aliarum Religionum, inibi exiſtentium, de quibus in Summario. Sive enim attendatur diverſa qualitas eorum, ſive remotio cujuſcumque commodi, ex dictis Atteſtationibus eis reſultantis, ſemper dicendum eſt, nullatenus conſpiraſſe in Definitorii præjudicium, ut 59
conſiderando multiplicitatem, & qualitatem diverſarum perſonarum, convenientium in aliquo facto, notant adducti ſupra *diſc. 1. §. 4. num. 4.* Et in terminis actus, nullatenus utilis illis, qui Atteſtationem fecerunt notant adducti, *ubi* 60
*proximè num. 5.*

Inconvenientia autem, exadverſo exagerata, non derivarunt ab electione conventualis Prioris, ſed à partialitate Viſitatorum, per Provinciales Cathaloniæ tranſmiſſorum, qui cùm eſſent ſuſpecti Priori, & Communitati noſtri Conventus, legitimè, & ſervatis ſervandis recuſati fuerunt, quia verò, non obſtante tali legitima recuſatione, nulliter, & injuſtè ad excommunicationis Sententiam devenire vo- 61
luerunt, ideò habito recurſu ad tunc temporis P. Gen. Villalobos, iſte circumſcripſit omnia geſta à dictis Viſitatoribus, revocavitque dictæ excommunicationis Sententiam, ut apparet ex Libris noſtri Conventus, cum Literis compulſorialibus omnia hæc concludentiſſimè comprobando, quate- 62
nus difficultas in hoc puncto reſtringatur.

Neque magna fides præſtanda videtur contrariæ Atteſtationi Proregis Civitatis Majoricen. dum expiſcata fuit ſub Fide cujuſdam Miniſtri nimis partialis, & benè affecti P. V. ut in eadem Civitate pluſquam notorium eſt.

Quinimò omnium inconvenientium unica cauſa fuit, & eſt idem P. V. ſummoperè cupiens regere, & gubernare in officio Prioratus, prout eventus demonſtravit, dum illum 63
exercuit ſpatio ferè 9. annorum contra diſpoſitionem antiqua-

rum,

rum, & modernarum Conſtitutionum Religionis, in evidens præjudicium ipſius Conventus, & diſciplinæ Regularis, prout omnia hæc clarè reſultant ex ſola lectura, & re-
64 cognitione Librorum noſtri Conventus in Summario.

Ex quibus omnibus, vel videtur à deciſis recedendum, vel ſaltem videtur benignè concedendum, ut noſter Conventus, qui eſt de majoribus, & inſignioribus Religionis,
65 exemptus remaneat à poteſtate Definitorii, & Capituli provincialis Cathaloniæ, & immediate ſubjiciatur Juriſdictioni, & poteſtati P. Generalis, à quo fiat electio Prioris, cœterorumque dicti Conventus Officialium, quemadmodum ſunt plures Conventus noſtræ Religionis, & præcisè numerantur Conventus Tranſpontinæ, & alter SS. Silveſtri, & Martini ad Montes in Urbe, Conventus major Pariſienſis, Conventus alter major Neapolitanus, Drapanenſis, & S. Nicolai in Sicilia, & Conventus Præneſtinus, & ita etiam humillimè exoptant Vocales noſtri Conventus in actu, relato, & ſubſcripto à vigintiquinque ex eis, dato in Summario, & obtinere ſperant alterum ex prædictis, maximè quia
66 reſpectu receſſus à deciſis habemus ſimilem Conſuetudinem noſtrorum Conventuum Venetiarum, Veronenſis, Tornacenſis, & Provinciæ S. Alberti in Sicilia, in quibus electio Prioris, aliorumque Officialium fit à Vocalibus, prout diſponunt Jus commune, Regula, Decreta Capituli generalis, & Conſtitutiones Ordinis.

Ex notis Mundi accidentibus circa Majoricæ Inſulam,
67 recedente ab Urbe illo Religioſo, qui Cauſæ proprii Conventus aſſiſtebat, incertum eſt quid exindè ſequutum fuerit.

# DISCEPTATIO XVIII.

## Bononien. Legati Miſſarum.

PRO

Alex. de Dulphis.

ET

Vitale de Bobus.

### ARGUMENTUM.

*Legatum magnæ quantitatis Miſſarum, unica vice celebrandarum, an poſſit converti in erectionem Cappellaniæ, cum onere perpetuarum Miſſarum pro Anima pii Teſtatoris.*

1 IN Teſtamento, condito die 1. Aug. 1696. cum quo deceſſit Julius Pariſinus, præſupponens ſuam hæreditatem intricatam, & involutam, ob redditionem rationis, faciendam adminiſtratoribus Proventuum, & redditum Capituli Metropolitanæ Eccleſiæ Bononien. atque ideò incertus, & dubius de quantitate, & valore dictæ ſuæ hæreditatis, diverſis ordinatis Legatis Miſſarum, unica vice, *& al più preſto ſi potrà* adimplendis, ac relicto annuo perpetuo Legato lib. 40. ſolvendarum Præpoſito, & Conſortialibus S. Petri ejuſdem Eccleſiæ Metropolitanæ, ad effectum celebrandi duo Anniverſaria cum miſſa cantata, & Nocturno
2 Mortuorum, ac tres miſſas ad Altare SS. Crucifixi, in ſuffragium ejus animæ, reliquit quoquè hæredi Cæſaris Franciſci Antonii Belviſi lib. 700. Bononien. quatenus tamen ab effectibus ſuæ hæreditatis hæc ſumma redigi, & compleri potuiſſet, & deindè ſub eadem incertitudine, & ignorantia quantitatis ſuæ hæreditatis, exiſtimans ex ea, aut nihil, aut minutiſſimas reliquias forſan ſupereſſe poſſe, poſt adim-
3 plementum Legatorum, in dictis reliquiis præſuppoſitis, hæredes fiduciarios inſtituit Alex. de Dulphis, & Vitalem de Bobus, Canonicos d. Eccleſiæ Metropolitanæ: *Con obligo, che ſopravanzando effetti, beni, e denari, di diſtribuire il tutto nella celebrazione di tante meſſe, in ſuffragio dell' anima mia.*

Adimpletis per dictos hæredes fiduciarios Legatis, ſolutis debitis, ac ſolidatis computis adminiſtrationis cum Capitulo Metropolitano, compertum fuit, non reliquias hæredita-
4 tis, prout Teſtator ſuppoſuerat, ſed quinque ex ſex partibus dictæ ſuæ hæreditatis ſupereſſe aſcenden. ad ſcut. 3200. mon. ut ex Informatione, & Voto Archiepiſcopi. Ideoque præfati hæredes fiduciarii recognoſcentes, ſuppoſitum Teſtatoris, in quo diſpoſitio diſtribuendi reliquatum in celebratione miſſarum fundata fuerat, penitùs corruere, ſupplicarunt huic S. C. ut concedere dignaretur facultatem erigendi in d.
Eccleſia Metropolitana Bononien. duas Cappellanias ma- 5
nuales, cum onere celebrandi miſſam quotidianam in perpetuum pro anima ipſius Teſtatoris, exiſtimantes hoc modo abſque neceſſitate ullius commutationis pinguiùs adimpleri voluntatem defuncti.

Licèt enim *Leo de Offic. Cappellan. quæſt. 5. ſect. 1. num. 7.* nemine allegato, *& Paſqualig. de Sacrific. nov. leg. qu. 1008.*
ſolius *Leonis* opinioni adhærens, putaverint, quòd ubi Te- 6
ſtator mandat, aliquam ſummam, inſpecta illius qualitate, conſiderabilem, impendi in celebrationem miſſarum pro
ejus anima, tunc ſumma hujuſmodi ſit eroganda in celebra- 7
tionem intrantis quantitatis miſſarum pro unica vice, non autem inveſtienda, ad effectum quotannis celebrandi numerum miſſarum, correſpondentem annuo redditui dicti inveſtimenti.

Contrarium tamen, quòd imò dicta pecunia ſit inveſtienda ad dictum effectum, communiori calculo probant Doctores, ut in terminis pecuniæ, relictæ pro celebrandis miſſis
obſervant *Bonacin. Oper. moral. tom. 2. tit. de Contract. diſp. 3.* 8
*quæſt. 17. punct. 7. num. 6. verſic. Ex quo ſequitur, Genuen. in Prax. Cur. Archiep. Neapolis cap. 72. num. 17. & in Practicab. Eccleſ. quæſt. 400. Tambur. in Opuſc. de Sacrific. Miſſ. lib. 3. cap. 1. §. 6. num. 3. Garz. in Summ. tract. 3. difficult. 2. dub. 2. numer. 4. Trullenc. ſuper Præcept. decal. tom. 2. libr. 7. cap. 18. dub. 11. num 9. paulo poſt med. verſ. Ex quo ſequitur Lar. de Anniv. lib. 1. cap. 3. à num. 9. Ventrigl. in Prax. for. Eccleſ. par. 2. tit. de Legat. piis annot. 28. §. 1. num. 45. Amoſtaz. de Cauſ. piis tom. 1. lib. 2. cap 9. num. 11. cap. 10. num. 10.* ubi reprobat *Paſqualig.* & latius *Marant. contr. tom. 1. reſponſ. 29.*
*per tot.* ubi *ſub num. 9.* advertit, quòd legatum pecuniæ, qua- 9
tenùs reſpicit miſſas celebrandas dicitur legatum generis, ſub ſe comprehendens, tam miſſas perpetuas, quàm unica vice celebrandas, & *ſub num. 22. verſ. Nec refert*, reſpondet uni-
co objecto, quòd in hac parte fieri poteſt, quòd quanto citiùs 10
miſſæ celebrentur, eò major ſit utilitas animæ Teſtatoris.

Et in proximis terminis, quòd notabilis pecuniæ ſumma,
legata pro alimentis pauperum, non ſit unica vice inter eos 11
diſtribuenda, ſed inveſtienda pro illis perpetuò alendis ex fructibus inveſtimenti, egregiè docet *Paul. de Caſtr. in leg. Divi Severus 88. num. 2. ff. Ad leg. Falcid.* ibi: *Ex ſecundo dicto nota, ſi teſtator leget magnam quantitatem pro alimentis pauperum, Executor, vel Epiſcopus non debet pecuniam diſtribuire inter pauperes, ſed ponere ad licitum quæſtum, & de quæſtu alere pauperes, & hoc eſt utilius, cùm duret perpetuò,* ubi pariter *Jo: de Imol. num. 2. in fin. Alex. num. 6. Vericell. quæſt. moral. & legal. tract. 1. quæſt. 18. num. 3.*

Hæc autem communior ſententia ſine ulla difficultate pro-
cedit, quando agitur de valdè notabili ſumma, puta aureo- 12
rum mille, ut à *Paſqualig.* in hac parte non obſervatus, notat *de Leon.* contrariæ opinionis anteſignanus *de Offic. Cappell. d. qu. 5. ſect. 1. num. 15.* Vel quando adſunt conjecturæ, ſuadentes talem fuiſſe teſtatoris voluntatem, ut præter *Leon.* ubi ſupra, fatetur ipſe *Paſqualig. d. quæſt. 1008. num. 8.*

In noſtro autem caſu, nedum agitur de notabili ſumma
ſcut. 3200. ſed ulteriùs multæ concurrunt conjecturæ, ſa- 13
pienter ponderatæ in Relatione Archiepiſc. in Secretaria exiſtente.

Quibus accedunt aliæ tres valdè conſiderabiles.

I. Nempè, quia Teſtator in ipſo teſtamenti exordio, &
antequam ad peculiaria legata celebrationis miſſarum, de 14
quibus infra, & alia in teſtamento contenta procederet, generaliter ſic diſpoſuit: *In ſuffragio dell' Anima mia ordino, che ſeguita la mia morte ſiino celebrate meſſe da morto nella maggior quantità ſi poſſa.* Cùm enim dubitari non poſſit, quòd in hac parte intellexerit de miſſis manualibus, unica vice celebrandis, fruſtratoria fuiſſet diſpoſitio in fine appoſita circa
reſiduum hæreditatis, quatenùs intelligendum eſſet iſtud 15
quoque erogandum eſſe in celebrationem ſimilium miſſarum, cùm antecedens generalis locutio: *Nella maggior quantità ſi poſſa*, ſatis, ſuperque comprehendere potuiſſet miſſas, ex reſiduo celebrandas.

II. Quia mandavit pro ſuffragio animæ ſuæ celebrari plu-
res miſſas manuales unica vice, & primò in ſumma libr. mil- 16
le infra tempus ab Executoribus præſcribendum, *quibus implementi ſollicitudinem commendavit*; Item in Eccleſia Metropolitana miſſas pro intranti quantitate libr. 400.
*quamcitiùs fieri poſſit*. Item miſſas centum ad Altare 17
Sanctorum trium Regum in dicta Eccleſia Metropolitana;

Ex

Ex hac enim peculiari diſpoſitione miſſarum manualitèr, &
18 ſtatim ſequuto ejus obitu celebrandarum, urgens oritur
præſumptio, quòd Teſtator voluerit cœteras miſſas ex hæ-
reditatis reſiduo annuatim, & in perpetuum celebrari, ut
19 in puncto obſervat *Mar. contr. to. 1. d. c. 29. n. 28. verſ. Non
itaque*.

III. Quia pius Teſtator ſperans, ejus animam, Deo miſe-
rante, & ex opere operato, citò liberandam eſſe à pœnis
Purgatorii, dictas miſſas manuales celebrari mandavit, ſed
tamen verens, culpis ſuis ita exigentibus, poſſe in Purga-
20 torio diù permanere, ſublevamen quæſivit à perpetuita-
te miſſarum, ordinando ad hunc effectum duo Anniver-
ſaria, quæ fieri juſſit in perpetuum pro eleemoſyna libr.
40. ſtatim ac ſecuta fuiſſet mors Mariæ Cellæ, ejus famu-
læ, & d quantitatis Legatariæ; Unde præſumendum eſt,
quòd eandem perpetuitatem deſideraverit etiam in miſſis, ex
hæreditatis reſiduo celebrandis.

Itaut ex his ceſſet etiam quæſtio ſuperiùs examinata,
21 quæ ſolùm fit inter Doctores in caſu legati certæ quantita-
tis pro celebrandis miſſis, ut apud eos recognoſci poteſt, non
autem incertæ, ut in præſenti verificatur.

Verùm, his attentis, reportata duplici reſolutione ne-
gativa, diebus 7. Decembris 1697. & 9. Auguſt. 1698.
& injuncta omnium bonorum venditione, in hujuſmodi re-
ſolutionum obſequium procurarunt dicti Hæredes fiduciarii
vendere omnia bona hæreditaria, conſiſten. pro rata libr.
12100. in ſtabilibus, & cenſibus, Necnon convenerunt
22 præfatos Conſortiales ad recipiendas lib. mille capitalis,
ad effectum inveſtiendi, vel cenſum ſimilis ſummæ, ut ex
fructibus in perpetuum adimplere deberent prænarratum
onus celebrandi dicta duo Anniverſaria cum miſſa ſole-
mni, & Nocturno Mortuorum, ac tres miſſas ad Altare
SS. Crucifixi; At, nedùm Legatarii prædicti acceptare re-
cuſarunt hujuſmodi capitale, & cenſum; Verùm etiam adeò
acritèr ſe oppoſuerunt, ut reportaverint Judicatum, eos
non teneri recipere dictas lib. mille oblatas, neque cenſum
23 ad effectum prædictum, niſi facta obligatione per eoſdem
Hæredes fiduciarios manutenendi præfatam annuam ſum-
mam libr. 40. ut ſupra legatam perpetuis futuris tempo-
ribus retrahendam, vel ex inveſtimento, vel ex capitale
dicti cenſus, aliàs prædictos Conſortiales Judex abſolvit,
& liberavit. Inhærendo in hac parte idem Judex commu-
ni Doctorum opinioni, juxta quam obſervant, quòd etiàm-
ſi Legatarii velint in his circumſtantiis liberare hæredes,
24 & bona Teſtatoris ab hujuſmodi Inveſtimento, & cau-
tione, in præjudicium ejuſdem Teſtatoris, & Suffragio-
rum, ab eo relictorum, nullatenùs id facere poſſint,
ut videre eſt apud *Pignatell. conſultat. 110. per totum
tom. 9.*

Cùmque nullum invenerint emptorem, qui juſtum,
vel æquum valorem obtulerit, ità quod major omnium
Oblator, pro dictis bonis, ut ſupra æſtimati lib. 12100.
excedere noluerit pretium lib. 7000. ſub eo non contem-
25 ptibili fundamento, quòd cùm venditio ſit integræ hære-
ditatis abſque ulla obligatione evictionis, nec relevatione
venditoris in caſum moleſtiarum, emptor ſuo riſico, &
periculo evictionis emere dicatur, &, ut Bononiæ dicitur,
*à fuoco, e fiamma*. Obtenta ex benignitate hujus S. C. no-
va Audientia, cogimur denuò ſupplicare pro licentia, &
facultate erigend dictas duas Cappellanias manuales ex
fructibus dictorum bonorum, & attenta impoſſibilitate
26 adimplendi ſupradictum Legatum perpetuum duorum
Anniverſariorum, cum aliis oneribus, injunctis præno-
minatis Conſortialibus, necnon alienationis bonorum, niſi
cum jactura ferè medietatis illorum veri valoris, ſperamus
fieri voti compotes.

Etenim ex facto, concludentèr juſtificato, nedùm adim-
plementum præfati oneris perpetui celebrandi dicta duo
Anniverſaria inadimpletum remanebit, ob deficientiam obli-
27 gationis evictionis bonorum, pro annuo aſſignamento
prædicti oneris traden. Verùm etiam eſt impoſſibilis diſtri-
butio valoris hæreditatis in celebratione miſſarum, unica
vice explenda, niſi cum jactura ferè medietatis ejuſdem
hæreditatis; Undè data hac morali impoſſibilitate adim-
28 plendi unicà vice diſtributionem, etiamſi eſſet præciſa,
& indubitata voluntas Teſtatoris, adhuc commutari de-
beret in aliud opus pium, præſertim magis utile, ut ob-
ſervant *Genuen. Practic. Eccl. cap. 213. n. 5. in fin. Capon. di-
ſcept. 102. n. 19. & Barb. de Pot. Epiſc. alleg 83. n. 3.* & firma-
vit *Rot. dec. 58. n. 1. cor. Ubag. & dec. 744. eod. n. par. 18. & dec.
267. n 5. par. 19. rec.*
29 Nec dicatur, impoſſibile dici non poſse adimplementum

dictæ diſtributionis ex eo, quia bona alienari valent, licèt cum
d. maxima jactura; Quia ad hunc effectum non exigitur
impoſſibilitas phyſica ſed ſufficit impoſſibilitas legalis, ſeu
moralis, qualis eſt illa, quæ reſultat ex notabili incommo-
do, *leg. Nepos Proculo ff. de Verb. ſignif. Menoch. de Arbitr. caſ.
237. n. 24. & Rot dec. 58. n. 3. cor. Ubag.* ubi, quòd in his ter-
minis ſufficit illa moralis impoſſibilitas, quæ habet ſpe-
ciem probabilis difficultatis, & *dec. 267. nu. 5 par. 19. rec.*
Illaque reſultare dicitur ex notabili damno, & jactura, 30
ex animadverſis per *Altograd. conſ. 5. numer. 21. & 29.
libr 1.*

Impoſſibilitas namque alia eſt de facto, & alia de Ju-
re, ut obſervat *Rot. cor. Coccin. dec. 2222 num. 38.* & ad no-
ſtrum effectum æquiparantur, ut, aliis cumulatis, probat 31
*Fagn. in cap Nos quidem n. 56. de Teſtam.* Et propterea, licèt
adimplementum voluntatis Defuncti non ſit impoſſibile de
facto, eſt nihilominus impoſſibile de Jure; De Jure enim
reprobata eſt venditio bonorum valoris librarum 12100. pro
ſolis lib. 7000. ob læſionem enormem, ultra 3. partem, qui-
nimo etiam ultra 6. quando agitur de venditione judiciali,
*Noguerol. alleg. 18. num. 61. Amat. reſol. 78. n. 21. tom. 1. Car- 32
leval. de Judic. lib. 1. tit. 3. diſput. 24. n. 17. tom. 2. & Rot. cor.
Bich. dec. 609. n. 5.* Igitur dum bona, de quibus agitur, aliena-
ri non poſsunt, niſi judicialiter, prævia ſcilicet ſubhaſtatio-
ne, & affixione Edictorum, ex quo Executores Teſtamen-
tarii vendere nequeunt bona ſtabilia, niſi per viam ſubhaſta-
tionis, ut obſervant *Poſt. de Subhaſt inſpect. 3. n. 12. & per* 33
*tot. Mangil. eod. Tract. quæſt. 27. n. 2.* Abſque ulla difficultate
d. alienatio videtur de Jure prohibita, & impoſſibilis, ob
evidentem læſionem, nedùm in 6. parte, ſufficiente pro
nullitate talis alienationis, ex ſup. deductis, verùm etiam
in 3. imò etiam, & ferè in beſſe; In qua alienatione adeò
læſiva, nullus Judex interponere valet ſuum Decretum, ſi-
nè quo fieri nunquam poterit, cùm ſit neceſſarium in ſimi- 34
libus alienationibus, faciendis per Exequutores Teſtamenta-
rios, ex ſupra animadverſis.

Si igitur, ob dictam jacturam, neceſsariò ſubeundam in
venditione Bonorum hæreditariorum, abſque ulla obliga-
tione, & ſecuritate evictionis, redditur de Jure Impoſſi-
bile adimplementum diſtributionis pretii unica vice, vo- 35
luntas Teſtatoris commutanda eſſet, etiamſi eſſet certa,
& evidens, ex ſupra citatis, & animadverſa per *Bart. in
leg. Legatum Civitati n. 2. ff. de Uſufruct. & Fagn. in c 17. Ex
parte n. 27 de Conſtit & in cap. Nos quidem n. 14. & 15 de
Teſtam.* Quantò magis attento, quòd illa eſt penitus incerti-
ta, & dubia circa exiſtentiam, vel non exiſtentiam in facto 36
conſiderabilis quantitatis bonorum, quo caſu non dicitur
vera commutatio, ſed potiùs declaratio, ſeu ſuppletio, ju-
xta veriſimilem Diſponentis voluntatem, ut benè obſervat
*Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 87. n. 5.*

Hujuſmodi verò dubietas, & incertitudo clarè demon-
ſtratur, advertendo, quòd noſter Teſtator ad eandem diſ-
poſitionem devenit cum ſuppoſito, quòd de ejus hæredi-
tate, ſolutis Legatis, & Debitis, nonniſi reliquiæ ſupereſ- 37
ſe poſſent, quinimò fuit etiam dubius de reliquiis, ibi: *Che
ſopravanzando effetti*, & clariùs apparet iſta dubietas ex Le-
gato lib. 700. facto hæredi Cæſaris Franc. Ant. Balviſi, ibi:
*Lire 700. mentre dall' effetti del mio ſtato ſi poteſſe ricavare
il compimento*, & clarior incertitudo, & dubietas Teſta-
toris de viribus ſuæ hæreditatis dari non poteſt, dùm lega-
vit d. ſummam ſub conditione, quatenus ſcilicet comple-
ri potuiſset ex ſtatu ſuæ hæreditatis; Ad differentiam ſiqui-
dem aliorum hominum, qui nimium propriis ſubſtantiis 38
confidentes, majora ordinare ſolent Legata quàm vires
eorum hæreditatum patiantur, ex adductis *in dec. 66 n. 24.
cor. Anſald.* dubitavit noſter Teſtator de inſufficientia à ſuo-
rum bonorum in iſto Legato, & non in aliis, quia poſt
omnia alia ſolvendum erat, attento, quòd omnia alia Le- 39
gata erant pia, quæ regulariter priùs adimpleri debent,
quàm profana ex adductis *in dec 66. n. 27. & 28. cor Anſald.*
& propterea ſciens prudens Teſtator, hoc eſſe explendum
ultimo loco, meritò dubitavit de inſufficientia virium ſuæ
hæreditatis.

Unde demonſtrata ad oculum dubietate virium ſuæ hæ-
reditatis in hoc Legato, eo quia erat ultimo loco ſatisfacien- 40
dum, quantò clarior videtur dubietas in diſtributione reli-
quatus, demandata poſt complementum, quòd noſter Te-
ſtator cogitavit, aut nihil, aut parum ſupereſse poſſe in
ſua hæreditate, ſatisfactis Legatis, & ſolutis Debitis;
Cùmque ſub iſta credulitate, & ſuppoſito diſpoſue-
rit de iſto parvo reliquatu, demandando diſtributionem
illius unica vice in celebratione Miſsarum, corruente,
& ceſsante

& ceſſante hoc ſuppoſito, corruit, & ceſſat diſpoſitio,
fundata in d. ſuppoſito, ex adductis *in Tom. 1. par. 1. diſc.
12. n. 69.* Atque celebratio Miſſarum, à Teſtatore volita,
regulanda eſt ad arbitrium boni Viri, vel ſaltem ceſſante di-
cto ſuppoſito, remanet dubium, quid Teſtator voluerit,
an ſcilicèt diſtributionem unica vice, vel perpetuam cele-
brationem ex redditibus; Et quandò voluntas Teſtatoris vi-
detur dubia, faciendum eſt id, quòd veriſimilius creditur,
Teſtatorem reſpondiſſe, ſi fuiſſet interrogatus, ad *Text. li-*
41 *terales in leg. Quoniam 4. Cod. de Natural. liber. & in leg. Cùm
ſervus ff. de Cond. & demonſt.* quos ad præciſum effectum com-
mutationis incertæ, & dubiæ Teſtatoris voluntatis, ſe-
quuntur *Cæphal. conſ. 701. n. 2. Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 4. c.
4. n. 51. Rodriq. in Summ. tom. 1. cap. 9. n. 8. in fine, & Card.*
42 *de Luc. de Teſt. diſc. 83. n. 4. & Rot. dec. 171. n. 14. cor. Duran.
& dec. 34. n. 5. & per tot.* apud *Card. de Albic. de Inconſt. in Ju-
dic. & in Romana, ſeu Januen. Legati 1. Julii 1697. §. Quoniam
& §. Conſequens cor. Card. de la Tremoill.*
Si enim Teſtator fuiſſet conſcius, quòd in ſua hæredi-
tate, ſolutis Legatis, remanebant ſcut. 3200. utique re-
ſpondiſſet ſe velle, quòd converterentur in annuos reddi-
43 tus, ex quibus in perpetuum celebrarentur Miſſæ; Tum quia
hoc cedebat in majorem utilitatem Teſtatoris, cùm Miſſæ,
ex redditibus celebrandæ in perpetuum, aſcendant ad quan-
titatem 732. annuarum, itaut in ſolo ſpatio 4. annorum cum
aliquibus menſibus, habito reſpectu ad perpetuitatem, iſtæ
Miſſæ annuales æquarent quantitatem celebrandam unica
vice, præſertim quatenùs venditio bonorum perficeretur
adeò vili pretio, quo caſu ſpatio ſolius biennii æquaretur
44 eadem quantitas Miſſarum, unica vice celebrandarum;
Tùm etiam, quia plus valent ſuffragia continuata quoad
meritum Inſtituentis, quoad majorem Dei Gloriam, quæ
indè inſurgit, & quoad meritum, & commodum multitu-
dinis, Miſſis intervenientis, ut in terminis egregiè obſervat
*Marant. to. 1. reſp. 29. n. 26. & 27.*
Regulando igitur voluntatem noſtri Teſtatoris, dubii, &
ignorantis vires ſui Patrimonii, juxta conſuetudinem, &
majorem utilitatem, & prudentiorem diſpoſitionem, at-
45 tenta perpetuitate ſuffragiorum, necnon etiam majori cul-
tu divino, majorique decore illius Metropolitanæ Ec-
cleſiæ, quam dilexiſſe Teſtatorem, conſtat ex Legato, ei-
dem relicto, cum omni fundamento ſperamus, reſponderi
pro erectione dd. duarum Cappellaniarum; Eòque faciliùs
propter impoſſibilitatem explendi præfatum onus perpe-
tuum duorum Anniverſariorum, propter moralem, & le-
galem impoſſibilitatem celebrationis Miſſarum unica vice,
ex cauſa læſivæ alienationis totius hæreditatis.
Quibus adverſatur reſol. hujus S. C. in *Januen. ſeu Savonen.*
46 *Erect. Cappellaniar. 19. Aug. 1702.* quando dubio: *An ſit lo-
cus petitæ commutationi, & reſpectivè erectioni Cappellania-
rum*, fuit reſponſum: *Negativè, & ſervetur mens Teſtatoris.*
In illius enim terminis concurrebat præciſa voluntas d. Te-
ſtatoris: *Diſarne celebrare Meſſe 50. il giorno, o più, ſe ſarà
poſſibile, cum deſignatione Eccleſiarum, & Altarium, in qui-
bus dictæ Miſſæ 50 dietim celebrari deberent*, ut legitur in Fo-
lio, tunc diſtributo, & conſtat ex Teſtamento, in Secre-
taria exiſtente. In noſtro autem caſu talis enixa Teſtato-
ris voluntas nullatenus concurrit, ſed potiùs maxima du-
bietas, & incertitudo, an aliquid ſupereſſet erogandum in
Miſſarum celebratione, ex hucuſque animadverſis; Nul-
lumque adeſt verbum, indicans voluntatem Teſtatoris,
47 hujuſmodi Miſſas celebrandas eſſe cum omni poſſibili cele-
ritate, quod, quando voluit in aliis Legatis Miſſarum cla-
rè, expreſſit, ut obſervavimus in principio, ex quo diſcreti-
vo loquendi modo urgens ad noſtrum effectum deſumitur
voluntatis diverſæ indicium, ut in individuo probat *Ma-*
48 *rant. contr. 29. n. 28. verſ. Non itaque tom. 1.* Receptum verò
eſt inter Doctores, quod hujus S. C. reſolutiones attenden-
dæ ſunt in illis dumtaxat terminis, in quibus concurrunt
ipſæmet circumſtantiæ, quæ cauſam præbuerunt reſolutio-
nibus, ut, illas explicando, obſervant *Hurtad. tract. var.*
49 *part. 1. cap. 7. tract. 3. reſolut. 45. num. 335. Moroll. tom. 2. di-
ſput. 4. dub. 12. num. 174. Caram in Theol. fundam. 70. n. 3711.
verſ. Hinc patet, de Juſt. de Diſpenſ. matr. lib. 1. cap. 4. n. 357.
Card. de Luc. ad Conc. diſc. 1. n. 11. & diſc. 26. n. 13. & Rot.
in Carpentoraten. Paroch. de Mazan. 13. Feb. 1699. §. Appli-
cando cor. Anſald. la 72. nu. 6.* cum aliis citatis in *Inſtit. crim.
lib. 1. tit. 10. § 4. n. 150.*
Die 7. Dec. 1697. propoſita Cauſa in C. C. ſub dubio:
50 *An petitæ commutationi ſit annuendum, & quomodo.* Reſpon-
ſum fuit: *Negativè.* Repropoſita verò die 9. Auguſti 1698.
ſub dubio: *An ſit ſtandum, vel receden. à deciſis.* Dictum fuit:
*In deciſis, & ſcribatur Em. Archiepiſcopo ad mentem, & mens
eſt, quod mandet quàm citiſſimè celebrari miſſas, de quibus agi-
tur*; Demum repropoſita die 9. Septembris 1702. ſub dubio: 51
*An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis dictis diebus 7. Dec.
1697. & 9. Auguſti 1698.* Reſcriptum fuit: *In deciſis, & Cau-* 52
*ſa ampliùs non proponatur.*
In horum reſcriptorum corroborationem vide *Corrad.
reſp. Caſ. Conſc. q. 189. verſ. Et quoniam, & de Angel. de Reg.
Teſtat. volunt. n. 159.* ubi dant bonum conſilium Teſtatori-
bus, ut ſcilicet pro celeriori earum Animarum ſuffragio po- 53
tiùs relinquant Legata multarum Miſſarum, celebranda-
rum in una die, vel hebdomada, quàm plures in perpe-
tuum.

---

# DISCEPTATIO XIX.

## Beneventana Sponſalium.

*PRO*

Anello Cæſario.

*CUM*

Aloyſia Palma.

### ARGUMENTUM.

*Ex quibus actibus, & operationibus dicatur conſtare de Spon-
ſalibus, & quibus concurrentibus cogi quis poſſit ad il-
lorum implementum. Congreg. Concilii Cauſas, in qui-
bus requiritur tela judicialis, ſolet remittere ad ſuos
Judices.*

Sub fundamento cujuſdam Libelli porrecti Vicario Be- 1
neventano uſque à die 21. Auguſti 1692. per Honu-
phrium de Palma, prætendentem ab Anello Cæſareo fuiſ-
ſe contracta Sponſalia per verba de futuro cum Aloyſia
ejus filia, examinati fuerunt pro expoſitorum comproba-
tione à dict. Vicario nonnulli teſtes, & exiſtimans idem
forſan ex illius inſtantiam juſtificatam, non dubitavit quo-
que ſub die 23. d. menſis pro captura dicti Anelli diligen-
tias committere, illaque ſequuta, fuit ſucceſſivè volu-
minoſus Proceſſus conſtructus, & poſt conteſtationem,
factam Carcerato, qui ſemper in omnibus negativus fuit,
completis etiam defenſionibus pro ejus parte confectis,
tandem ſub die 8. Junii 1693. fuit per d. Vicarium pronun- 2
ciatum, Sponſalia ſubſtineri, & ad illa dictum Anellum
eſſe priùs monendum, & poſtea cogendum, ſed non
exactiſſima coactione; Cujus Sententiæ d. Anello monito die
15. Junii, & ob prætenſam obſtinationem à Vicario ſup- 3
poſitam, redacto eodem in arctiori loco pro coactione ad
dictum matrimonium, ſub tuta etiam cuſtodia, denique
die 17. Auguſti d. anni 1693 fuit decretum, eſſe dimitten-
dum à Carceribus ratione Sponſalium, firmis tamen illis
permanentibus.
Die verò 1. Auguſti anni 1698. d. Anellus preces porre-
xit pro Licentia contrahendi matrimonium cum alia Mu- 4
liere; Sed quia d. Vicarius, ſtantibus dictis Sponſalibus, de-
claravit non eſſe audiendum, nec eſſe locum petitis, coa-
ctus fuit habere recurſum ad hanc S. C. & ab ea, expe-
ditis ſolitis Literis pro tranſmiſſione Proceſſus, illoque
pervento, ſupplicamus pro reſcripto Sponſalia non ſubſti-
neri, tam ex eo, quòd verba, quæ prætenduntur prolata
in actu illorum non ſunt apta conſtituere Sponſaliorum con- 5
tractum, quàm ex defectu probationum.
Etenim quoad 1. caput, non eſt dubitandum, ſi conſi-
deretur depoſitio Clerici Nicolai Ruſſo, totum factum 6
dd. Sponſalium enarrantis, nam cùm aſſerat, ea fuiſſe
contracta per illa verba: *Queſta è la fede, che Io ti dò di
non laſciarti mai, e ti baciò la mano; E la detta Figliola ſog-
giunſe, Io ancor ti dò la fede, che più preſto voglio morire,
che laſciarti, e li baciò la mano*, non poteſt dici, ex illis Spon-
ſalia remanſiſſe concluſa. Nedum quia, tanquàm prolata
inter amoroſa colloquia, ſunt apta ſolùm oſtendere aliquod
ſignum amoris. Sed etiam, quia dicta verba poſſunt ha- 7
bere plura ſignificata, nempè: *Non ti laſciarò mai, ti a-
marò ſempre*, & ſimilia, ſolita ab Amantibus proferri pro
expreſſio-

expreſſione eorum amoris in Amaſias, ut communis expe-
8 rientia docet, quæ tamen non ſunt talis naturæ, ut inducant obligationem aliquam pro Sponſalibus.

Ultra quòd ad contrahenda Sponſalia non ſufficiunt quævis verba, ſed requiruntur talia, quæ hìc, & nunc ſufficienter internum conſenſum exprimant, ex adductis à *Pe-*
9 *rez. de Matrim. diſp. 4. ſect. 1 n. 2.* dùm verba dubia, ut ſunt ſuperiùs relata, in hoc caſu nil concludunt, *Perez* ubi proximè, ea ratione, quia quando promiſſio externa eſt dubia, promittens remanet in poſſeſſione ſuæ libertatis, pro qua ſemper eſt ſtandum, *Perez cit. diſput. 4. ſect. 1. n. 5. & Boſſ. de Matrim. contract. cap. 3. n. 224.* Cùm obligatio non oria-
10 tur, niſi ex verbis maturè, conſultò, ac ſeriò prolatis, non autem jocosè, aut per adulationem, vel per extrinſecam demonſtrationem (ut continuò accidit inter Amantes) ex animadverſis per *Rub. in adnot ad dec. 2. n. 109. par. 3. rec.* cum aliis apud *Panim. dec. 23. n. 7. & 8.*

Non adverſantibus aliis verbis, ab eodem teſte antecedenter relatis in ejus examine nempè: *Io pretendo di voler*
11 *quella Figliola per Spoſa*, & inferiùs, *che Io ti voglio dar la fede di volerti per Moglie*; Quia ex illis non inducuntur Sponſalia, dùm non ſignificant promiſſionem, ſed propoſitum promiſſionis *Panim. dec. 23. n. 5. & 6.* cum aliis citatis *in Tom. 1. par. 2. diſc. 31. §. 2. n. 20.*

Si verò ponderamus 2. Conſtitutum ſuper defectum proba-
12 tionum, pariter ſumus in claris, nam admiſſo, quòd ad probanda Sponſalia requiruntur ſaltèm duo teſtes idonei, ea convincenti ratione, quia cum agatur de ſtatu hominis, ejuſq; reductione de libertate in ſervitutem conjugalem, & in ma-
13 trimoniale vinculum, neceſſe eſt, ut plenè, & concluden tèr probentur, juxta *Text. in cap. 1. & ibi Gloſs de Cland. deſponſat. & Gloſſ. notabilem in cap. Muliere verb. Abſolutio in fine de Jurejuran. Mona d. conſ. 30. n. 1. Dec. conſ. 133. num. 2. Sanch. de Matr. lib. 1. diſp. 36. n. 13. Panimoll. dec. 23. n. 3. & Rot. dec. 207. n. 1. p. 1. & dec. 471. n. 1. & ſeq. par. 2. & dec. 242. n. 3. par. 14. & dec. 267. n. 1. par. 18. rec. & cor. Celſ. dec. 374. n. 1.* Certum eſt, quòd in noſtra hypotheſi deficit talis probatio, à Doctoribus requiſita, imò tantum abeſt, illam re-
14 ſultare ex Proceſſu, quin potiùs apertè colligitur, unà cum defectu probationis, omnes teſtes eſſe falſos, dum ſunt diſcordes, tàm circa tempus, quàm circa locum, & ſubſtantiam, adeout non poſſit non daterminari, prætenſa Sponſalia eſſe tantùm ſuppoſita, & exadverſo inventa pro coactione Anelli ad matrimonium, qui eſt unus ex ditioribus Beneventanis, ut in noſtra Civitate notorium eſt.

Deveniendo proinde ad teſtium examen, habemus, quòd Cler. Nicolaus Ruſſo ætatis annorum 21. qui eſt primus in ordine, deponit, ſe die ultima Julii anni 1692. voca-
15 tum ab Anello, acceſſiſſe ad domum Alyſiæ prætenſæ Sponſæ, & ex illa poſt contracta ſponſalia in ejus præſentia, per verba ſuperiùs expreſſa, ambos ſeſe contuliſſe ad domum Antonii Centrellæ, cognominati *Garofano*, ibique, repertis dictis Antonio, Fabio Feſta, & Bartholomæo Bertuccio, dictum Anellum non ſolùm in præſentia prædictorum faſſum fuiſſe, ſe fidem dediſse dictæ Aloyſiæ, eam
16 in Uxorem deducendi, ſed etiam iterùm eiſdem Fabio, & Antonio verbum dediſse pro dictis Sponſalibus.

Imò, quòd pro illorum perfectione acceſſito eodemmet tempore pro parte dictorum Antonii, & Fabii Honuphrio,
17 Patre d. Aloyſiæ cum illo etiam conventum fuiſse pro dote in ſumma duc. 500. conditione tamen appoſita denuò verbum dandi ad effectum prædictum ſerò ejuſdem diei Patritio Viro Dominico Savariano.

Poſtea pro majori prædictorum corroboratione d. teſtis ſubjungit, quòd his perractis denuò, unà cum dicto Anello, acceſſit ad domum Aloyſiæ, quòdque ibi, fide reno-
18 vata per Anellum, etiam cum interventu oſculorum, idem non dubitaverit, deindè datam fidem enarrare præfatis Antonio Garophano; Fabio Feſtæ, ac Bartholomæo Bertuccio, concludendo, omnia præmiſſa ſub præfata die ultima Julii peracta fuiſſe, ut fusè ex ejus depoſitione, data in Sum.

E contra verò examinati iidem Bartholomæus Bertuccius Antonius Centrella, & Fabius Feſta, dati in conteſtes à
19 dicto Ruſſo, non ſolùm diſcordant ab illius examine, ſed etiam inter ſe ſunt contrarii, adeout loco probandi Sponſalia, illa deſtruant, & confuſionem inducant, itaut ſemper clariùs cognoſcatur, verè dicta Sponſalia contracta non fuiſſe.

Idem enim Bertuccius in ejus examine, aſſerit tantùm occaſione, quòd ipſe in principio menſis Auguſti reperieba-
20 tur in domo Antonii Garophani, unà cum præfatis Nicolao Ruſſo, & Fabio Feſta, vidit ad illum accedere Honuphrium de Palma, unà cum Anello, & quòd in diſcurſu in- 21
ter ipſos audivit introductum fuiſſe tractatum ſuper dote, poſtea concluſum in ſumma duc. 500. *Cum conditione tamen ſerò ejuſdem diei ſeſe conferendi ad domum d. Dominici Savoriani, ac Vincentii Albini pro verbo, dando circa dicta Sponſalia,* 22
*ac confectione Capitulorum.*

Et ſic diſcordat à 1. teſte in omnibus, quia nil deponit circa confeſſiones extrajudiciales quoad Sponſalia contracta, imò illas excludit, dùm aſſerit, verbum pro eis dandum fore ſero d. diei, & quòd magis eſt, 1. teſtis dat Sponſalia concluſa de menſe Julii, hìc tractatum tantùm inducit de men- 23
ſe Auguſti; Ille aſſerit in receſſu à domo Aloyſiæ prætenſæ Sponſæ, unà cum Anello acceſſiſſe ad domum Antonii Garophani, ibique cum Fabio Feſta, ac d. teſte reperto vocatum fuiſſe Honuphrium ad effectum matrimonium concludendi, & hic è contra teſtatur, & ipſum, & alios teſtes jam omnes adeſſe in domo Garophani, & ad illum poſtea perveniſſe inſimul Honuphrium Patrem prætenſæ Sponſæ, ac Anellum aſs. Sponſum, ultra alia, quæ ex confrontatio- 24
ne eorum examinum, datorum in Summ. facillimè colligi poſſunt.

Antonius Centrella, *detto Garofano* 3 teſtis etiam ipſe diſſentit à primis duobus ſupra relatis, nam nil, nec cir- 25
ca tempus, nec circa primam confeſſionem extrajudicialem deponit, & licèt uniatur cum Ruſſo 1. teſte circa vocationem Honuphrii, factam ad ejus domum pro concordatione dotis, diſcordat tamen cum Bartholomæo 2. teſte, qui aſſerit, Honuphrium non vocatum, ſed accidentaliter cum Anello ad illam acceſſiſſe. Imò cùm nil dicat circa con- 26
ditionem, appoſitam in tractatu dotis eundi ſerò ejuſdem diei ad domum Savoriani, ad effectum dandi verbum pro Sponſalibus, ſed addat ab Anello poſt conventam dotem petita cum Ruſſo habitatione Aloyſiæ, ab illa, eundem poſtea receſſiſſe, capite abluto, non poteſt obnubilari ejus fal- 27
ſitas, dùm nec Ruſſus, qui ſupponitur Anelli ſocius, nec alii teſtes hanc qualitatem ablutionis capitis exprimunt.

Cæterùm Fabius Feſta 4. teſtis, receptus die 24. Nov. ad evidentiam, tam ſui ipſius, quàm aliorum ſupradicto- 28
rum trium teſtium falſitatem oſtendit, dùm diverſimodè factum totaliter recenſet.

Aſſerit enim, quòd dum aderat circa finem menſis Junii in Domo Antonii Centrellæ, unà cum *ipſo Centrella, Ruſſo* 29
*& Bertuccio*, fuit ab Anello, qui ibidem acceſſit, rogatus, ut ejus officium interponeret cum Honuphrio Palma pro conſequenda in Uxorem Aloyſia ejus filia, & quòd ad illius preces non ſolùm ejus operam ſpopondit, ſed etiam, quòd die ſeq. habito cum Honuphrio hac de cauſa colloquio, illum ad dictum matrimonium diſpoſuit, & ſic di- 30
ſcrepat cum omnibus aliis teſtibus, tam circa tempus, dum hìc dicit, fuiſse in menſe Junii, & alii in menſibus Julii, & Auguſti reſpectivè, quàm circa reliqua, dum alii teſtes, ut patet ex eorum examinibus, nec per ſomnium depoſuerunt ea, quæ d. teſtis aſſeruit.

In proſequutione verò examinis teſtatur, paucos poſt 31
dies vocatum ab Antonio Fumo acceſſiſſe ad ejus Domum, ibique repertis dictis Fumo, Anello, ac Honuphrio Palma, tractaſse dictum matrimonium, ſed abſque ulla concluſione. Verùm poſt duos, vel tres dies ad novas preces Anelli illud concluſiſse cum Honuphrio in Domo Antonii Centrellæ, præſentibus eodem Antonio, Bertuccio, & Ruſso.

Quinimò poſt illius concluſionem, dictos Anellum, & Ruſso diſceſſiſse, & in reditu ad horam ſequuto ad Domum Centrellæ, eundem Anellum omnibus dixiſſe, ſe ad habi- 32
tationem Aloyſiæ fuiſse; & illi plura oſcula dediſse.

Demùm ſubjungit, quòd die ſeq. dictam concluſionem, 33
audito à Ruſso, Antoniam Sororem Anelli ante domum Aloyſiæ armis munitam, injuriis illam afficere, ipſe ad evitanda mala, non ſolùm curavit eam removere à dicto loco, ſed etiam quòd poſtea obtento ingreſsu in domum Aloyſiæ, ut reperivit in ea Anellum, habentem caput ablutum, ita etiam ab illa eundem Anellum poſt nonnulla oſcula in Amaſiam extraxit, ac ad domum Garophani duxit, in qua ſupponit recenſiſse quidquid inter ipſum, & dictam Amaſiam erat ſequutum.

In qua parte opponitur omnibus aliis teſtibus, nedum quia circa præmiſſa, nec Ruſso, nec alii teſtes per umbram verbum faciunt, licèt in conteſtes vocati, ut ex eo- 34
rum depoſitionibus clarè patet, ſed etiam quia ex ejus examine habentur concluſa Sponſalia poſt varios tractatus circa

finem menſis Junii, vel rigoroſè computatis diebus ab eo
recenſitis in ejus depoſitione, in principio menſis Julii,
quando Ruſſo in uno ſolo die dat illa concluſa, & quod ma-
gis eſt in ultima die Julii.

Et ultimo loco addendo d. teſtis ab Anello ſibi fuiſſe di-
35 ctum in princ. menſis Auguſti nolle amplius contrahere
dicta Sponſalia, deſtruit Atteſtationem Bertucci 2. teſtis,
qui admittit illa concluſa in princ. menſi Auguſti.

Et ideò quantò magis depoſitiones dictorum 4. teſtium
36 perpenduntur, eò clariùs etiam falſæ, & contrariæ in omni-
bus reperiuntur maximè quia d. Antonius Fumo, datus in
conteſtem à Feſta, circa tractatum matrimonii, non tamen
concluſi, ſe in ejus examine uniformat quoad tempus
cum eodem Feſta, at ſucceſſivè opponitur omnibus
aliis, adeòut non poteſt concludi, cui ex ipſis ſit cre-
dendum.

Verùm quia Honuphrius Pater Aloyſiæ prætenſæ Spon-
37 ſæ agnovit ex depoſitionibus dd. Teſtium ejus inten-
tum non probatum, alios induxit die 25. Auguſti ſed
etiam iſti, de novo examinati, loco juſtificandi præ-
tenſa Sponſalia, illa omninò deſtruunt, dum factum di-
verſimodè deponunt, tam quoad tempus, tam quoad lo-
cum, & modum.

Etenim Angela Bonapanis, quæ inhabitabat in manſio-
38 ne terrena, ſita ſubtus domum Honuphrii, ac Jacoba Ge-
remetta, Camilla Ambroſii, & Julius Mazzonus, Vicini
ejuſdem Honuphrii, deponunt, Anellum ingreſſum habuiſ-
ſe prima vice in manſionem terrenam die Mercurii versùs
finem menſis Julii, quæ de anno 1692. cadebat ſub die 31.
ibique mediante foramine, confecto in Solario, ac uſu
Tabulæ, & Scamni in ea ſuper impoſiti pro faciliori a-
ſcenſu ex eodem foramine alloquutum fuiſſe Aloyſiam,
39 ſed ex eo, quòd tempore colloquii ſupervenit Antonia, ſo-
ror Anelli, coactum fuiſſe Fabium Feſtam pro ſcandalis evi-
tandis illam removere, & deinde curare, ut etiam Anellus
ex dicta manſione exiret; Subjungendo deindè in eorum exa-
minibus eundem Anellum de menſe Auguſti ſubſequentis
unà cum Ruſſo ad dictam manſionem terrenam rediiſſe,
40 & utendo commoditate dd. Tabulæ, & Scamni, etiam
cum majori dilatatione foraminis longum colloquium ha-
buiſſe cum Aloyſia, & concludendo ex confeſſione ex-
trajudiciali Anelli ex dicto foramine Sponſalia fuiſſe con-
cluſa.

Ex quibus remanet manifeſtum, in his affectatis aſſer-
41 tionibus apertè contradicere depoſitionibus aliorum teſtium,
tum quia d. Ruſſo, qui cum Anello adfuit in manſione
terrena Bonapanis, nil circa hoc deponit, ſed è conver-
ſo benè dat Sponſalia concluſa in domo Aloyſiæ; Tum
quia falſum detegit examen Fabii Feſtæ, aſſerentis repe-
riiſſe Anellum in domo Aloyſiæ capite abluto tempore,
quoad illam acceſſit Antonia ſoror Anelli, quando dicti
42 teſtes aſſerunt, poſt remotionem Antoniæ ſororis, à Fabio
Feſta fuiſſe repertum Anellum in domo Bonapanis, & caput
non eadem die, ſed poſt medietatem menſis Auguſti fuiſſe
ab Aloyſia eidem Anello madefactum, & circa quod concor-
dat etiam Lucia Baldaſſaria.

Et inſuper obſervandum, quòd dicti teſtes ſunt etiam in-
43 ter ſe diſcordes, dum Jacaba Geremetta aſſerit, Sponſa-
lia ſequuta fuiſſe, non occaſione colloquii ex foramine, ſed
diebus ſequentibus Aug. & præcisè tempore ablutionis ca-
pitis, quam admittit fuiſſe ſequutam poſt plures dies à dictis
colloquiis.

Sed non habent hìc finem eædem contradictiones, & fal-
ſitates, nam ad illas augendas accedit etiam depoſitio Ro-
ſæ Condò Bizzochæ, aſſerentis ex foramine, ſup. nomina-
to, Sponſalia fuiſſe ſequuta ipſa præſente die 1. Auguſti
44 etiam per immiſſionem anuli in digito, quando ab omni-
bus aliis Teſtibus nunquam fuit facta mentio anuli, nec
unquam prætenſum fuit dicta Sponſalia ſequuta fuiſſe die
1. Auguſti, Imò addidit Aloyſiam nonnullis diebus poſt
1. Auguſti madefaciſſe caput Anello, & ab hoc illam fuiſ-
ſe carnaliter cognitam, & eodemet tempore falſum oſten-
dit dictum Fabium Feſtam, deponentem de capitis ablutio-
45 ne menſe Junii, ac etiam ſe ipſam falſam oſtendit, dum
in toto proceſſu, nec ab Aloyſia, nec à Patre, ne-
que à Teſtibus fuit unquam prætenſum patratum fuiſſe
ſtuprum.

Nec videtur negligenda, ad idem comprobandum, de-
46 poſitio Caroli Trecarlini, dum deponendo, ab Anello
fuiſſe requiſitum de menſe Junii in Domo Garophani pro
ejus interpoſitione cum Honuphrio Palma ad concluden-
dum matrimonium, videtur etiam iſtum in hoc falſum con-
ſtruere, dum alii teſtes, nempè Garophanus, Bertuccius,
Feſta, & Ruſſo, quos ſupponit præſentes, illum excludunt
ex ſupra animadverſis.

Tandem examinata à Fiſco Aloyſia prætenſa Sponſa die
16. Maii anni 1693. & ſic poſt decem menſes carceratio- 47
nis Anelli, quamvis eo tempore eſſet adoleſcens annorum
18. iſta etiam falſitates teſtium patefacit, & ad exuberan-
tiam oſtendit, Sponſalia nunquam fuiſſe contracta, ſed
tantummodò exadverſo ſuppoſita; ſi rectè ejus depoſitio
ponderetur.

I. Enim ex illa reſultat, quòd Anellus in diebus, ſuc-
ceſſivis feſtivitati S. Honuphrii, quæ celebratur die 13. Junii, 48
requirere fecerit eandem Aloyſiam pro ejus Sponſa pluri-
bus vicibus ab Angela Bonapane, Julio Mazzone, & Li-
via Baldaſſarii, ſed prorſus inſubſiſtentèr, dum iſti o-
mnes examinati, licèt factum recenſeant, tamen nec ver-
bum in hac parte faciunt cohærens cum dicto ejuſdem
Aloyſiæ.

II. Habetur, quòd ultra nonnulla munuſcula florum in
uno ex dictis diebus, idem Anellus Aloyſiæ donaverit a- 49
mentum ſericum, vulgo *Cappio di fettuccia*; Sed cum ma-
gna diſcrepantia ab examine Roſæ Condò Bizzochæ, quæ
aſſerit d. amentum ſericum fuiſse donatum in actu Sponſa-
lium, & immiſſionis anuli.

III. Eruitur, quòd eodem die, quo fuit tractatum ejus ma-
trimonium ab Antonio Fumo, quamvis abſque concluſio- 50
ne fuerit monita per duas vices à Ruſso ex manſione ter-
rena Bonapanis, mediante foramine, quod aſserit jam
adfuiſse in Solario, Anellum omnimodè velle ipſam in Uxo-
rem, & hanc voluntatem ſequenti die eundem Anellum ipſi
Aloyſiæ declaraſse in manſione Bonapanis, ad quam acceſ-
ſerat cum dicto Ruſso.

Quantùm verò depoſitio dictæ Aloyſiæ poſſit in hac par-
te attendi, ſufficit obſervare, præfatum Ruſso in ejus At- 51
teſtatione non deponere, ſe acceſſiſse ad manſionem ter-
renam Bonapanis, ſed admiſit, Sponſalia una tantùm die
fuiſse concluſa in domo ejuſdem Aloyſiæ, imò cùm dicta
Aloyſia aſserat, dictum foramen in Solare abfuiſse, non
aliter confectum occaſione prætenſi colloquii, habiti ex il- 52
lo cum Anello, ut alii teſtes deponunt, ſemper magis ſe fal-
ſam oſtendit juxta animadverſa per *Cyriac. contr. 17. n. 8. Ver-
migl. conſ. 30. n. 16. Pollice de Præbem. Reg. Aud. tit. 7. c. 3. n.
10. & 11. tom. 1.*

IV. Depromitur, paucos poſt dies, & præcisè circa fi- 53
nem menſis Junii denuò d. Anellum Ruſso ingreſsum fuiſse
manſionem terrenam Bonapanis, & poſt varia amoroſa
colloquia eundem Anellum ei anullum aureum donaſse;
Et die ſeq. in dicta manſione ex præfato foramine fidem
ad invicem dediſse contrahendi matrimonium, etiam oſcu-
lis intercedentibus, aſserendo quoque tempore dictæ fi-
dei ſe ſolam in dicto loco adeſse; Verùm cum magna con- 54
trarietate, dum diſcrepat à depoſitione Roſæ Condò, at-
teſtantis, immiſſionem anuli ſequutam fuiſse tempore
Sponſalium ex dicto foramine contractorum, & non aliter
ſimpliciter donatum inter amoroſa colloquia, ut aſserit
dict. Aloyſia, & quod magis eſt Aloyſia conſtanter fate-
tur, fuiſse concluſa Sponſalia ex dicto foramine de men-
ſe Junii, tempore quo erat ſola in domo in præſentia ta-
men Ruſſi ſocii Anelli; Et è contra d. Roſa aſserit, illa 55
fuiſse concluſa de menſe Auguſti in ejus præſentia, tan-
quam ſocia Aloyſiæ, ad hominem excludendo præſentiam
Ruſso.

V. Denique reſultat tempore Emporii, quod in Civita-
te Beneventana celebratur in feſtivitate S. Bartolomei de
menſe Auguſti, ipſam Aloyſiam in propria domo, matre 56
abſente, caput d. Anello, ad hunc effectum ibi ingreſso,
madefeciſse, & hac occaſione eidem anulum donatum re-
ſtituiſse, & verè hoc depoſuit, ut ejus falſitas innegabilis
redderetur, tum quia diſsentit à depoſitione Fabii Feſtæ,
qui vult, ablutionem capitis ſequutam fuiſse de menſe Ju-
nii, Tum etiam quia eo tempore Anellus erat in Carceri-
bus, in quibus permanſit uſque ad diem 23. Auguſti: Et
proindè erat impoſſibile, quòd præfato tempore d. Aloy- 57
ſia illi in ejus domo caput abluere potuiſset, quam impro-
prietatem ad comprobandam falſitatem conſiderant *Pa-
cion. de Prob. lib. 1. c. 40. n. 10. Calder. dec. crim. Cathol. 8. n.
5. & Fermoſ. in cap. Quoniam contra 11. tit. de Probat. numer.
10. & 11.*

Coadiuvat ulteriùs noſtrum aſsumptum circa inſubſiſten- 58
tiam Sponſalium negligentia Vicar. Benevent. nam licèt
plures teſtes aſserant in Solario manſionis terrenæ Angelæ
Bonapanis fuiſse confectum foramen, non videtur ta-
men

men in hac parte verificata eorum depoſitio, ut erant ejus
partes ad excludendam falſitatem, præcipuè quia agebatur
59 de facto permanente; ut eſt fractura, quæ omnium oculis
ſubjacet *Clar.* *§. fin. qu.4. verſ. Quando verò. Scacc. de Judic.*
*lib.1. cap.71. num.2.*

Ex quibus teſtium contradictio remanet innegabilis, tam
60 circa locum, quàm circa tempus, & modum contrahendi
prætenſa Sponſalia, & proinde ex eorum depoſitionibus,
nullus probationis gradus inducitur *Farinac. de Teſt. qu.*
*65. num.3. & ſeq. Vermigl. conſ.131. num.8. & 12. Conciol. reſ.*
*crim.16. verb. Falſum num.1. & 2. Calder. dec. crim. Cathal.*
*3. num.32. Majoran. Oproprax. crim. lib.2. cap.6. num.73. fol.*
*182. Foler. in verb. Item quod commiſit falſitatem num.37.* ubi
*de Angel. num.25. Cabal. reſol. crim.293. num. 8.9. & ſeq. &*
*14.* Maximè quia ſumus in terminis ſingularitatis obſtativæ,
dum omnes intendunt deponere de uno individuo, ſive de
61 unico tantùm actu non reiteraro, ut hanc circumſtantiam
ponderando advertunt *Pollic. de Præbem. Reg. Audient. tit.*
*7. cap.3. num.19. fol.175. tom.1. Boſ. tit. de Falſ. n.23. Prat.*
*diſcept. for. tom.3. cap.46 num.15. Cruſ. de Indit. par.1. cap.*
*71 num.4. à Pont. conſ.96. num.1. tom.2. Farinac. qu.64 num.*
*5.46. & ſeq.* ubi, quòd in hoc caſu dicitur contrarietas in ſub-
ſtantialibus, ob diſcordantiam in eis de loco, & tempore,
62 ut in teſtibus Suſannæ, *Guazzin. Defenſ.19. cap 2. nu.9. Cal-*
*der. dec. crim. Cathal.8. num.35. Majoran Oproprax. crim.*
*lib.2. cap.9. numer.85. Vermigl. conſ.382. numer.20. Leo dec.*
*Valent.205. numer.54. lib.2. & Car. de Offic. S. Inqu. par.3.*
*tit.6. §.7. num.46.*

Abſque eo quòd poſſit prætendi, actum Sponſalium cum
63 dicta Aloyſia fuiſse reiteratum, quia cùm habeatur ex de-
poſitione ejuſdem Aloyſiæ, unica tantùm vice, & unico
actu fuiſſe Sponſalia contracta, & deinde ampliùs non rei-
terata, clara eſt contrarietas, ex qua hoc caſu infertur, te-
ſtes nil omnino probare *Farinac. qu.64. num.87. verſ. fin. Pe-*
*tra de Fideic. quæſt.12. num 587 & ſeq.* Neque poſse ad con-
cordiam reduci, *Farinac. de Teſt. qu.65. num.93.* ob contra-
64 rietatem etiam dd. teſtium depoſitioni ipſius Aloyſiæ, Sed
pro falſis eſse habendos, juxta tradita per *Farinac. d. qu.65.*
*num.104.* Ad noſtrum enim effectum ſufficit, ut teſtis dica-
tur contrarius, & ne poſſit concordari, quòd unus deponat
aliquid factum in domo, & alius in Porticu domus, *Farin.*
*qu.65. num.248.249. & 250.* quæ concluſio mirificè adaptatur
noſtro caſui, dum omnes teſtes ſunt diſcordes, non ſolum
inter ſe, ſed etiam cum dicta Aloyſia, tam de loco, quam
65 de tempore, abſque modo illos ad concordiam reducendi,
quia, ut diximus, agitur de unico actu *Farinac. quæſt. 65.*
*num.39.* & ſic ob eorum diſcordantiam, & repugnantiam
non ſolum nil penitus probant *Farinac. quæſt.64. num.72. &*
*77.* ſed potiùs habentur pro falſis *Aretin conſ.71 col. penult.*
*Siman de Hæret. tit.64. num.62. & Petr. de Fideic. quæſt.12.*
*numer. 817.*

Et in omnem caſum ſi dicti teſtes vellent excuſari à falſi-
tate, mediante concordia; non tamen ex eorum examini-
66 bus poſset erui ulla probatio contra Anellum, dum ob eo-
rum confuſionem in examinibus nemini illorum credi poteſt
*Conciol. Reſol. crim. verb. Falſum reſol.10. per tot. Boſ. in tit.*
*de Tort. Teſt. numer.14. & in titul. de Oppoſit. contra Teſtes*
*numer.16.*

Eoque fortiùs depoſitiones dictorum teſtium ſunt repellen-
67 dæ, quia, ultra dictas ſubſtantiales contrarietates, ex eo-
rum dictis depromptas, concurrunt etiam exceptiones per-
ſonales, dum in proceſsu defenſivo pro parte Anelli conſtru-
cto probatur L. B. C. A. & Ja. G. eſse meretrices & mulieres
68 malæ vitæ, & ſicuti infames à teſtificando repelli *Farinac.*
*qu.56. num.358. & 359. Nicolin. in Prax. num.291. Majoran.*
*Oproprax. crim. cap.6. numer.59 fol.174. Pollic. de Præbem.*
*tit 7. cap.2. nu.63. tom.1.* I. M. continuò ebrium, ac etiam fu-
rem. N. R. & A C. A. F. & B. B. pro pluribus furtis inquiſi
tos, imò dictum R. pro furto etiam ad Triremes tranſmiſ-
69 ſum, ut ex Sententia in authentica formam, relicta in Se-
cretaria, & proinde nullum fundamentum in eorum dictis,
& depoſitionibus fieri poſse, ex adductis per *Farinac. qu. 56.*
*n.26. & ſeq. Pollic. de Præbem. tit.7. cap.2. n.68. & Majoran.*
*Oproprax. crim. cap 6. n.73. fol.178.*

Sicuti, & R. C. B non ſolum quia ſufficit ad ejus repro-
70 bationem conſiderare, eſse filiam L. B. mulieris malæ famæ,
& habuiſse Patrem pro publico fure reputatum, juxta tra-
dita per *Cruſ de Indiciis delict. par.1. cap.26. num. 1. & ſeq.*
quàm quia reſultat, ipſam quoque eſse malæ famæ, imò ob
71 falſitatem ſuæ depoſitionis deinde non potuiſse invenire
Confeſsorem, qui ipſam abſolveret, ut ex publica voce, &
fama deponunt teſtes in Proceſsu.

Et tamen etiamſi dicti teſtes tot exceptionibus non eſsent
ſubjecti, non tamen eſsent integræ fidei, ob aliàs exceptio- 72
nes probatæ, & innegabilis amicitiæ, & familiaritatis, quas
habent cum Honuphrio Patre Aloyſiæ Trecarlini, Fumus,
Feſta, Bertuccius, Ruſso, & Mazzone.

Unde cùm in noſtro caſu contra dictos teſtes concurrant
exceptiones, tam reſpectu eorum dictorum, quàm perſonarum,
non poteſt ulla fides eidem dari, ex adductis per *Conciol al-* 73
*leg.1. nu 24. Farinac. de Teſt qu.57 n.46. qu.6. qu.62. num.80.*
*& Andreol. controv.172. num.9.* Etiam ſi eſsemus in caſu dif-
ficilis probationis, ex cumulatis per *Honded. conſ.93. num.50.* 74
*tom.2. Andreol. cit. loc Gratian. dec. March.240. numer.13. &*
*Farinac. cit. qu.62. num.80.*

Magis inſuper, magiſque oſtenditur inſubſiſtentia dicto-
rum Sponſalium ex depoſitionibus teſtium, in defenſivo exa-
minatorum pro Anello, uno ore cum repetito juramento 75
aſserentium, dicta Sponſalia nunquam fuiſse contracta, qui-
bus, utì pro Reo deponentibus, magis creditur, ex addu-
ctis per *Farin. conſ.232. num.38. lib.2. Vermigl. conſ 25. num.* 76
*14. & conſ.131. num.13 & Concil. alleg.88. num.55.* Nam ſi
dicta Sponſalia fuiſsent publica, ut exadverſo prætenditur,
utique etiam alii de illis notitiam habuiſsent, ut notant *Fa-*
*rin. qu.47. num.170. Surd. conſ.151. numer.79. lib.2. & Conciol.*
*alleg. forenſ.83. num.36.*

Quibus omnibus accedit etiam inveriſimilitudo, deprom-
pta ab examine Aloyſiæ, nam ut iſta aſserit poſt contracta
Sponſalia anulum aureum Anello reſtituit, itaque digito 77
oſtendit, Sponſalia non fuiſse concluſa, dum non eſt veriſi-
mile ſuo Sponſo voluiſse reſtituere anulum, in pignus ſuæ
fidei donatum, augendo hac inveriſimilitudine ejus falſita-
tes, juxta *Tex. in l. Mæv.66. ff. de Legat.2. leg. Qui filium*
*64. ff. de Legat.3.*

Nec dicatur, dicta Sponſalia ſaltem fuiſse contracta me-
diante perſona Patris Aloyſiæ in domo Garophani, juxta
depoſita per Ruſso, quia ultra quòd etiam in hac parte re- 78
currunt exceptiones contra teſtes, jam ſuperiùs enarratæ &
ad hoc, ut nihil probent ſat eſt, quòd teſtis in una parte re-
periatur falſus, ne etiam in aliis credatur, juxta *dec. Gizzar.*
*86. num.3. & 4.* cum concordantibus, citatis *in Inſtit. crim.*
*lib.2. tom.6. num.37.*

Et tamen ab examine Bertucci ad d. actum in conteſtem
dati reſultat, quòd Anellus, ac Honuphrius Pater prætenſæ
Sponſæ inſimul convenerunt, ſe ſe conferre ad domum Do- 79
minici Savariani ad effectum dandi verbum pro dictis Spon-
ſalibus. Ex quibus propterea non ſolum excluditur, dicta
Sponſalia fuiſse concluſa, ſed etiam oſtenditur falſus dictus 80
Ruſso, dum teſtis ab ipſo in conteſtem datus diverſimodè
deponit, juxta regulam, de qua *Giurb. conſ.70 num.36. Va-*
*lenzuol conſ.173. num.75. & 90. Conciol. alleg. For.95. num.5.*
*& Prat. reſp. cr.5. nu.24. & 75.*

Eò magis, quia tanquam à Parte, & Fiſco ductus, licèt
unicus contra Inducentes plenè probat *Honded conſ 96. n 19.*
*lib.1. Giurb. conſ.84. n.10. Conciol. alleg.89. nu.42. Guazz defenſ.* 81
*33. cap.14. n.11.* Fortiùs quia ex depoſitione Dominici Sava-
riani, in conteſtem à pluribus contrariis teſtibus vocati, ap-
paret, Anellum nunquam dare voluiſse prætenſum verbum 82
pro dictis Sponſalibus, cui teſti multum deferendum, eſt non
ſolum ob ejus nobilitatem, ex adductis *in Tom.2. part.2. diſc.*
*1. nu.110.* Sed etiam quia cùm fuerit datus in conteſtem à di-
ctis Ruſso, & Bertuccio, videtur prætermiſsus à Judice, &
ab illo non examinatus, ne veritas forſan in lucem progre-
deretur, & ſic ſemper magis contra ipſos ſuſpicio falſitatis,
etiam ex hoc capite augetur, ad notata per *Pollic. de Præem.*
*Reg. Aud. tit.7. cap.3. n.11. fol.185.*

Et fortiùs, quia ad dilucidandas dictas falſitates concur-
runt depoſitiones duorum teſtium in defenſivo, aſserentium,
Honuphrium prætenſa Sponſalia inventaſse, & quæ red-
duntur veriſimiles, propter tot falſitates, & contrarietates 83
teſtium fiſcalium.

Demum quatenus etiam dicta Sponſalia ſubſiſterent, quòd
abſolutè negamus, adhuc non poteſt Anellus cogi ad illo- 84
rum obſervantiam Tum quia non ſunt jurata *Gabr. conſ.186.*
*à n 9. ad 15 & Rot. in Comen. Sponſalium 10. Jun. 1705. §.*
*Præmiſsaque cor Molines*, ubi, quòd quælibet leviſſima
cauſa ſufficit, quando Sponſalia non ſunt jurata; Tum quia
excarceratione paſsa unius anni, & ultra à d. Anello, ultra
alias expenſas, quas ſubſtinuit in tam longo tempore, orta eſt
inter ipſos magna cauſa odii, ſufficiens, ne cogatur dictum
matrimonium contrahere, ob malum exitum, & ſcandala, 85
quæ oriri ſolent in his caſibus, ut in terminis firmavit *Rot. dec.*
*242. num.13. par.14. rec.* & benè poſt hæc ſcripta magiſtra-
liter id firmavit etiam in *d. Comen §. Hanc autem*, ubi, quòd

juſta cauſa diſſolvendi Sponſalia, à Filio contracta reputatur diſſenſus Patris cum comminatione exhæredationis, *& in Al-*
86 *banen. Sponſalium ſuper Cenſuris* 15. *Septembr.* 1711. *coram Anſaldo, &* 26. *Junii* 1711. *coram Card. Scotto.*

Die 5. Septembris 1699. propoſita Cauſa in C.C. ſub duplici dubio. I. *An conſtet de Sponſalibus, & de illorum validitate in caſu &c. Et quatenus Affirmativè.* Dub. II. *An Aniellus cogi debeat ad effectuationem Matrimonii.* reſpon-
87 ſum fuit: *Ad Judices ſuos.* Quo reſcribendi modo uti ſolet S. C. etiam in illis caſibus, in quibus ſermo ſit de
88 remiſſione, eidem ſpecialiter facta, quando Cauſæ ad alios Judices ſpectant, juxta exempla adducta *ſupra diſc.* 9. *à num.* 158.

---

# DISCEPTATIO XX.

## Reatina Unionis Eccleſiæ.

*PRO*

Deputatis Seminarii Reatis.

### ARGUMENTUM.

*Gratia Unionis Eccleſiarum ſæcularium, quibus concurrentibus ſperari poſſit à regularibus Familiis.*

USque ab anno 1689. ad augendum divinum cultum, atque ad erudiendam bonis artibus Reatinam Juventutem, Civitas Reatis ſtatuit in illam introducere Clericos
1 Regulares Cong. Matris Scholarum piarum; Non potuit tamen ſui deſiderii compos fieri, niſi anno 1698. quo tempore cum diverſis conditionibus, exhibitis in Summario, iidem exemplaris vitæ Religioſi ſe declararunt promptos accedere ad d. Civitatem.

Inter dd. autem conditiones fuit eiſdem aſſignatum an-
2 nuum ſubſidium ſcut. 127. 50. quòd dabatur loco ſalarii publico Ludi Magiſtro ejuſdem Civitatis; Necnon nonnullæ laicales Societates, & Mons Pietatis d. Civitatis ſe promptas exhibuerunt annuatim eis ſolvere ſc 172. 50. pro integranda ſumma annuor. ſcut. 300.

E contra verò ſe obligarunt iidem Religioſi exercere pu-
3 blicas Scholas, mediante opera 4. Magiſtrorum, incipiendo à primis Gramaticæ rudimentis, uſque ad Philoſophiæ curſum incluſivè, Cum illo addito, quòd quandocumque Magiſtratui ejuſdem Civitatis viſum fuiſſet, P. Generalis Scholarum piarum deberet providere etiam de Lectore Theologiæ ſcholaſticæ, vel moralis, aut Matheſis pro Civium nobilium exercitio.

Aliæ pariter conventæ fuerunt Capitulationes inter tunc
4 temporis Epiſcopum ejuſdem Civitatis, & dictos Religioſos Scholarum piarum, datæ in Summario, inter quas, ad facien. rem gratam Civitati, enixè id petenti, ſe obligavit idem Epiſcopus manutenere præfatos Religioſos per 8. annos continuos in Seminario; Cum illa tamen correſpectiva obligatione dd. Religioſorum, *di provedere il Seminario Veſcovale di Rieti di 3. Soggetti, uno de' quali ſia Maeſtro de' Seminariſti, l'altro Repetitore, e il terzo Maeſtro del Pubblico.*

Quamvis autem iidem Religioſi ex eorum parte punctualiter ſemper adimpleverint omnes proprias obligationes, &
5 capitulationes, ut notorium eſt in noſtra Civitate; Non ſic evenit reſpectu obligationis Locorum piorum, à quibus promiſſæ ſubventiones, & contributiones, nunquam præſtitæ fuerunt; Pro bono pacis ſemper tacentibus, & nunquam reclamantibus dictis Religioſis.

Verum tamen eſt, quòd SS. D. N. commiſerans illorum ſtatum, atque ſublevare intendens eorum maximas angu-
6 ſtias, mediante particulari Breve, expedito die 19. Aug. 1705. datoque in Summario, applicavit, ſeu conceſſit eiſdem Religioſis 5. primò vacaturas ex 10. Cappellaniis, relictis in Terra, ſeu Loco S. Jo. in Valle Reatina pro eorum Collegii fundatione, & ſubſtentatione, cum onere celebrandi miſſas, à piò Testatore ordinatas, necnon ſolvendi ſcut. 50. annua ex fructibus dictarum 5. Cappellaniarum Seminario Reatino, ad effectum ibi educandi duos pueros originarios ejuſdem Terræ, cum addito, ut reliqui fructus d. Cappellaniarum quolibet anno à PP. prædictis deponerentur, ad effectum ædificandi eorum Eccleſiam, & Collegium, quodque uſquequò talis ædificatio Eccleſiæ, & Collegii perfecta 7
fuiſſet, idem Seminarium teneretur eoſdem Religioſos retinere, eiſque in omnibus, & per omnia de victu, & veſtitu providere.

Cumque impoſſibile fuerit cum tenui multiplico fructuum 8
dictarum Cappellaniarum, quarum aliquæ ultimo dumtaxat loco vacarunt, nedum perficere, ſed neque etiam incipere magnam fabricam Eccleſiæ, & Collegii, pro qua, juxta delineationem, factam à Peritis in arte, requiritur impenſa ſcur. 15. mil. & ultra, ut refert Epiſcopus in Relatione, data in Summario; Fecerunt proinde iidem Religioſi id, quod eis in dictis anguſtiis permiſſum fuit, emendo aliquas domunculas in illo ſitu, in quo conſtruendæ erunt illorum domus, & Eccleſia, quæ omnia notoria ſunt in noſtra Civitate.

Ex quo factum eſt, quòd adhuc moram faciant in Se- 9
minario, quod ob notas præteritorum annorum, & notiores præſentium temporum calamitates, in eo reperitur deplorabili ſtatu, ut pro continuanda manutentione dd. Religioſorum coactum fuerit diminuere Alumnorum numerum, ut refert d. Epiſcopus in ejus Relatione, ibi: *Attentis præteritorum annorum calamitatibus, Seminarii redditus adeò ſunt extenuati, ut Alumnorum numerum quolibet anno diminuere neceſſarium fuerit.*

Inter has igitur reciprocas Seminarii, & dd. Religioſo- 10
rum, magnas anguſtias, ultimo loco Dei providentia factum fuit, ut vacaverit Eccleſia Parochialis, olim Collegiata S. Joan. in Statua, ob promotionem illius Rectoris ad unum ex Beneficiis præbendatis in Cathedrali; Cumque eadem Eccleſia, tam ratione ſitus, quàm omnium aliorum adjunctorum, de quibus infra, ex omni parte aptiſſima reputetur pro ibidem conſtruenda Eccleſia, & erigenda Domo pro dd. Religioſis: Hinc humillimæ ex parte Civium Reatinorum SS. D. N. porrectæ fuerunt preces pro Gratia Unionis d. Eccleſiæ favore dd. Patrum, eiſdemque precibus Civitatis proprias adjunxerunt ſupplicationes præfati Religioſi, datas in Sum.

De more remiſſæ fuerunt eædem preces huic S. C. & ab ea 11
ad Epiſcopum pro Informatione, & Voto; Quod tranſmiſit uſque ſub die 11. Dec. 1717. In eoque æquè fideli, at ſincera facti narratione oculis EE. PP. ſubjecit, tam magnam utilitatem, quàm extremam neceſſitatem dd. Religioſorum, pro d. Gratia Unionis.

Evulgata notitia omnium præmiſſorum per noſtram Civitatem, permiſit pariter Deus, ut aliqui Spiritus contradi- 12
ctionis multa, à vero prorſus aliena, tali intrepiditate, tantaque inculcatione aſſeruerint, ut magnam fecerint impreſſionem: Fuitque proinde, Nobis non auditis, neque in ſcriptis, neque in voce informantibus, relata Cauſa inter ſimplices Preces in Cong. habita die 15. Jan. 1718. quando reſcriptum fuit pro Gratiæ rejectione.

Inſtetimus deinde pro nova audientia in ſeq. Cong. die 12. 13
Feb. 1718. quæ fuit benignè conceſſa, cum reſcripto. *Ad mentem:* Undè reproponitur hodie, & attentis rationibus, & congruentiis, de quibus infra ſperamus exaudiri.

Duæ ſunt principales baſes noſtræ inſtantiæ, neceſſitas 14
nimirum, & utilitas ſtabilis permanentiæ dd. Religioſorum in noſtra Civitate, quibus concurrentibus favore Religioſarum Familiarum ſolet Apoſtolica Sedes de facili Unionis Gratias concedere, ex adductis à *Fag. in cap. Sicut unire nu.* 21. *de Exceſſib Præl. & à Barboſ. in cap. Quod Dei timorem* 15
*n.* 6 *de Stat. Monachor.* & reſolvit hæc S. C. favorem Clericorum Regularium Matris Dei in *Mediol Unionis* 21. *Aug.* 1717. quando dubio: *An ſit ſignanda Supplicatio*, reſpondit *Affirmativè, reſervato regreſſu in Caſu diſſolutionis.* Utramque autem non poſſumus melius demonſtrare, magiſque evidentibus probationibus oſtendere, quàm opportunè repetendo hìc verba Informationis, & Voti Epiſcopi, quæ ſunt ſequentia: *Applicationem hanc adeò proficuam, & neceſſariam ad divini cultus augmentum, & animarum utilitatem Reatini Cives exiſtimarunt, ut eam propriis nominibus intercluſo Libello, benigniſſimis EE VV. Literis pariter unito, SS. D.N. petere non erubuerint: Et equidem, cùm Eccleſia Parochialis S. Jo in Statua ſita reperiatur in meditullio Civitatis, & in publico Foro, ubi omnes Mercatores, & plerique Artificum inhabitant, & ubi quotidiè confluit Populi multitudo, vel ementium, & vendentium, vel ad ſæcularis Gubernii vicinum Palatium, & Montem Pietatis continuò recurrentium,* 16
*expedit, ut in ea non unus tantùm, ſed plures Operarii præſto ſint ad Sacrificia celebranda, ad Confeſſiones audiendas, & imbecilles in Fidei rudimentis adjuvandos. Hæc ſanè*

*omnia*

*omnia mirabiliter præſtare valent Clerici Regulares Schola-
rum piarum, qui Chori obligationibus non addicti, ſicut cæte-
ri Regulares, publicæ animarum utilitati ſemper prompti,
& parati inveniuntur. Nec minor propterea erit particularis
animarum utilitas, ſi ſolùm Parochialem Juriſdictionem reſ-
piciamus. Nam licèt modernus Archipresbyter ſuo muneri
non defuerit, tamen quatenus Parochialis iſta dictis Patribus
concedatur, cùm ſatis numeroſa ſit, majori cum attentione,
& Parochianorum ſatisfactione adminiſtrabitur, nam plures
habebit Parochos Coadjutores, qui, vel præſenti in Sacra-
mentorum adminiſtratione opem afferant, vel abſenti in om-*
17 *nibus animarum neceſſitatibus ipſius vices gerant. Tanta ſanè
utilitas ſperari non poteſt à ſolo Archipresbytero, qui, pro-
pter redditum tenuitatem, alios Operarios conducere non va-
let, licèt meſſis magna ſit. Quamvis etenim antiquitus hæc
Eccleſia fuerit Collegiata, & plures haberet Canonicos, no-
ſtris tamen temporibus nulla remanſerunt, præter ſolum no-
men, Collegialitatis veſtigia, & Canonicatus, ad ſimplicia
Beneficia redacti, per Rectores poſſidentur, quorum major
pars, vel in Romana Curia, vel alibi morantur, nec ul-
lus ipſorum aliquod vel minimum Eccleſiæ præfatæ præſtat
ſervitium.*

*Cæterùm neceſſitas quoque erigendi pro Patribus Scholarum*
18 *piarum Collegiam petitam applicationem urgere videtur. Cùm
etenim ad Juventutem literis erudiendam jam fuerint in hac
Civitate admiſſi, & etiam conſequuti ſint effectum applica-
tionis quinque ſupranominatarum Cappellaniarum, itaut ho-
diè ſufficientem habeant annuum redditum pro ſubſtentatione
decem circiter Religioſorum, ulteriùs protrahenda non vide-
tur formalis Collegii erectio: Si pro iſta novum ædificium
conſtruendum ſit, vix ſufficiet ſumma ſcut. 15. millium, ut
colligitur ex ædificii graphide, nuper delineata: Si tanta pe-*
19 *cuniæ quantitas ex annuis ſupraſatis redditibus ad ſummam
300. circiter ſcutorum aſcendentibus colligenda ſit, Collegii
perfectam erectionem vix videbunt Civium Reatinorum ſeri
Nepotes.*

*Sed, quòd reflexione magis dignum eſt, ſi redditus, pro ſub-*
20 *ſtentatione Religioſorum deſtinati, in ædificationem novi Col-
legii quolibet anno impendantur; Undè interim deſumenda
erunt neceſſaria pro dictis Patribus alimenta? Seminarium,
quod ſpatio 20. annorum ea præſtitit, una cum Veſtiario, im-
poſſibile eſt, quòd tale onus, ampliùs ſubſtinere valeat, cùm,
ut ſupra narratum eſt, attentis præteritis, & adhuc duran-
tibus calamitatibus, Puerorum numerum reducere coactum*
21 *fuerit, ne ulteriori ære alieno gravaretur, & niſi levamen
aliquod afferatur, omnes etiam Alumni brevi dimittendi erunt:
Ut igitur, tam animarum utilitati, quàm neceſſitati Patrum
Scholarum piarum, & Seminarii indigentiæ, ſimul provideas-
tur, magis opportuna occaſio in tota hac Civitate contigere non
poteſt, quàm ea, quam modò præbet imminens vacatio Eccleſiæ
Parochialis S. Jo: quæ, ultra laudatam ſituationem in medio Ci-
vitatis, plures habet ædes, & domunculas cohærentes, ad Re-*
22 *ligioſæ Familiæ habitationem facilè adaptabiles.*

Admodum autem attendendas eſſe conſimiles Relationes,
quæ per Ordinarios ad ſacras Cong. tranſmittuntur; per
hæc numero verba obſervavit *Rot. dec.14. num.27. cor. An-*
23 *ſaldo*, & concordant adducti *in hoc Tom.p.2. diſc.1. §.11.n.3.*

Quibus additur illa circumſtantia, omni conſideratione ad
noſtrum effectum digna, quòd Gratia, non petitur pro U-
nione d. Parochialis ad favorem alicujus Loci pii, de novo,
& hìc, & nunc vocandi, & introducendi in noſtram Civi-
24 tatem, itaut talis Unio debeat eſſe fundus, & dos integra
Fundationis faciendæ, Sed ad favorem Loci pii, qui per
21. annos in noſtra Civitate cùm ingenti animarum, & ſtu-
diorum emolumento reperitur, cum ſua ſufficienti dote, &
cum neceſſariis iſtius S. C. facultatibus. Et cùm aliter, pro-
pter Eccleſiæ, & habitationis deficientiam, in Civitate Rea-
tina diutiùs manere non poſſit, niſi cum totali Seminarii ex-
terminio, ne hoc accidat, pro Gratia talis Unionis humilli-
mè ſupplicamus.

Et eò ferventius, quò patet, quòd petita hujuſmodi Unio
non fiat ad commodum alicujus Loci pii, nullam habentis
connexionem cum bona educatione Juventutis, & bonarum
artium cultura, ſed præcisè petitur pro Clericis Regularibus
25 Scholarum piarum, qui ex eorum particulari Inſtituto ad
utrumque tenentur, & eorum obligationes, non ſine Bo-
norum omnium laude in eorum Domibus, & Collegiis pun-
ctualiter adimplent: Et propterea pro Gratia noſtræ Unio-
nis militat punctualis lex Papalis, ſeu clara, & literalis *Reg.
13. Cancel.* in qua SS. D N. ab illa generali prohibitione, re-
vocatione, & caſſatione Unionum Beneficiorum cujuſcum-
que qualitatis, factarum ad favorem perſonarum in ampliſſi-
ma etiam Eccleſiaſtica dignitate conſtitutarum, ſequentibus
claris verbis excepit *illas* (ſunt ejus verba præciſa) *quæ fiunt* 26
*pro fundatione, ſeu dotatione, augmento, vel conſervatione
Collegiorum, & aliorum piorum, & religioſorum Locorum, ad
Fidei catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarumque
artium culturam, inſtitutorum.*

In cujus Regulæ ſequelam ita unanimiter tenent *Valenz.
conſ.22. num.54. Pariſ. de Reſign. lib.2. quæſt.9. nu.19. in fine,* 27
*Kokier. ad Reg. Cancell. reg.11. num.17. Garz. de Benef. par.2.
cap.11. num.289. Barboſ. ad Conc. ſeſſ 24. de Reform. cap.13.
num.11. & de Jur. Eccleſ. univ. lib.3. cap.16. de Union. beneſ.
num.34. & de Poteſt. Epiſc. alleg.66. ſub num.30. Gonzal. ad
regul.8. Cancel. gloſſ.5. §.3. nu.48. Turricel. de Union. cap.15.
num.56. Rot. dec.411. num.6. cor. Caval. & dec.44. num.3. cor.
Veral. par.3. & dec.419. n.4. cor. Ludov.* ubi *Add. nu.6. & cor.
Emer. jun. dec.673. num.4. verſ. Neque rurſus, & dec.817. n.
2. par.18. rec.* quæ in ſpecie loquitur de Unione Eccleſiæ Pa- 28
rochialis Collegio Societatis Jeſu; Et reſpondendo objecto,
innixo diſpoſitioni *Conc. Trid. ſeſſ.24. de Reform. cap.13.* à
quo prohibentur Uniones Parochialium Monaſteriis, aliiſ-
que regularibus Domibus, ad rem ait: *Viſum fuit, hujuſmodi
objectum non obſtare, quia cùm Unio ſuprad. Eccleſiæ facta
fuerit pro augmento, & conſervatione Collegii Societatis Je-
ſu, ad Fidei catholicæ defenſionem, & propagationem, bo-
narumque artium cultum, ceſſat d. prohibitio Conciliaris, ex* 29
*ratione, quòd in generali diſpoſitione prohibitoria credendum
profectò non eſt, quòd religioſiſſimi Patres Trid. comprehende-
re voluerint illas Uniones, quæ tendunt ad augmentum cultus
divini.*

Neque aliquam merentur animadverſionem ea, quæ in 30
contrarium motivari poſſunt.

I. Enim nullam habet facti, & veritatis aſſiſtentiam pia
illa meditatio, quòd PP. Scholarum piarum, mediante U-
nione Eccleſiæ Parochialis vellent eximere Curam Anima- 31
rum à Juriſdictione Ordinarii Reatini, ſibique appropriare
omnia Eccleſiaſtica Beneficia in d. Eccleſia exiſtentia.

Objectum enim nullam omnino ſubſiſtentiam in facto ha-
bet: Solemniſſimè ſiquidem teſtatur Epiſcopus in ejus Rela- 32
tione, quòd iidem Religioſi expreſsè coram ipſo ſe decla-
rarunt, promptique ſunt iterùm eandem ſolemnem emitte-
re proteſtationem, quoties, & quando EE. PP. videatur,
Unionem, de quo eſt quæſtio, ſequi debere, *ſine præjudicio
Juriſdictionis Ordinarii quoad ea, quæ Curam Animarum
concernunt, & collationem ſimplicium Beneficiorum, in eadem
Eccleſia exiſtentium*, ſunt verba dicti Epiſcopi, ubi ſupra: Et
ad omnem abundantiorem cautelam ad dictum effectum pu-
blicum renunciationis Inſtrumentum omni ſpei hujuſmodi
aſſequutionis Beneficiorum ſtipulatum fuit die 22. Maii
1719. per Acta Quintilii Notarii Cardinal. Vicarii.

Quæ omnia uniformia ſunt Juris communis diſpoſitioni,
ſecundùm quam duo innegabilia ſunt. I. Quòd Parochi re- 33
gulares in concernentibus curam animarum in omnibus ſub-
jacent Ordinariorum Juriſdictioni, ut in terminis Collegii
Societatis Jeſu reſolvit hæc *S. C. in Oſnabrugen. 8. Jan. 1633.*
teſte *Monacell. in Form. 9. numer.88. fol.21.* & generaliter *Rot.
dec.10. num.25. apud de Proſper. de Terric. ſeparat.* II. Verò,
quòd Unio alicujus Eccleſiæ illam ſtrictè comprehendit,
nullo autem modo apta eſt comprehendere Beneficia, in eiſ-
dem Eccleſiis ſita, & fundata, quæ, uti membra, & cor- 34
pora ſeparata, habentia proprios redditus, & titulum di-
ſtinctum, nunquam remanent unita cum ipſa Eccleſia, ut per
hæc numero verba id firmavit *Rot. dec.729. num.3. cor. Emer.
jun.* & concordant citati *in dec.14. num.7. & dec.9. num.6. cor.
Duran. & dec.155. n.2. & 3. cor. Cer.*

II. Non ſubſiſtit aſſertum præjudicium Datariæ Apo-
ſtolicæ, quæ per Uniones Beneficiorum privatur emolu- 35
mentis Expeditionis Bullarum in caſu obitus poſſeſſorum
Beneficiorum unitorum.

Reſponſio enim in promptu eſt, obſervando ſcilicet cum
*Amayd. de Styl. Datar. lib.1. cap.18. §.4. de Quinden. num.21.*
& cum *Card. de Luc. de Benef. diſc.89. num.3. verſ. Cùm au-* 36
*tem, & Rot. cor. Seraph. dec 141 num.1. & 10.* quòd *Paulus
II. in ejus Conſt.6. in Bullar. nov. tom.1.* ad evitan. hujuſmodi
præjudicia Datariæ, per viam regulæ, & legis generalis de-
terminavit ſolutionem quindennii reſpectu Beneficiorum uni-
torum, regulando vitas Beneficiatorum cum tali, quali
uniformitate ad diſpoſita *in leg. Hæreditatum ff. ad Leg. falc.*
quòd obſervant etiam *Galleſ. in Opuſc. ad Annat. §. finali,*
*& Lotter. de Benef. lib.1. quæſt.29. à num.1.* Cumque tempo- 37
re Clem. X. ortum fuiſſet dubium, an idem quindennium
ſolvendum eſſet ab illis Collegiis, quæ ad Fidei catholicæ de-
fenſionem, & Juventutis bonam educationem inſtituta ſunt,

fuit ab eodem Summo Pontifice, re maturè perpenſa, deter-
minatum, omnia Loca pia, ſeminaria, Collegia, etiam
inſtituta ad defenſionem catholicæ Fidei, & Juventutis bo-
nam educationem, indiſtinctè teneri, & obligata eſſe ad
dictam invariabilem ſolutionem Quindennii, ut videre eſt
38 in ejus *Conſtit.50. in Bullar. nov. tom.6.* Itaut hodie nullum
omnino in hac parte conſiderari poſſit præjudicium Data-
riæ, ex Unionibus, quæ fieri ſolent favore religioſarum Fa-
miliarum, & piorum Locorum: Eò quia, ultra maximam
illam expenſam, quæ neceſſaria ſimpliciter eſt pro Bullis
Unionum, omne poſſibile præjudicium proveniens ex eo,
quòd Beneficia unita nunquam vacant, abundè compenſa-
tur cum d. fixa, & invariabili ſolutione de 15. in 15. annos
39 punctualiter facienda, ut obſervat *Rot. deciſ.181. num 13.
& 14. cor. Benincaſ.* ibi: *Major fortaſsè reſultat utilitas Do-
mino directo ex invariabili Taxa, ſemel firmata, quàm ſi
determinato tempore eſſet renovanda &c. Unde hoc etiam pra-
cticari ſolet in Quindenniis, Cameræ Apoſtolicæ debitis &c.*
& concordant adducti *ab Urſel. concl. leg. 100. nu.20. & à Rot.
dec.198. num.4. p.19. rec*
III. Non obſtat generalis regula, quòd Beneficia ſæcul.
conferenda ſunt ſæcularibus, regularia verò Regularibus
40 de qua poſt *Tex. in cap. Singula de Præb. in 6. & in Clem.1. de
Supplen. neglig. Præl. Card. de Luc. de Benef. diſc.64. n.3. &
Rot. cor. Bich dec.360. num 2.*
Illa enim procedit in termin. collationis Beneficiorum, quæ
41 Jure proprio, durante vita Beneficiatorum, fit ab Ordina-
riis Collatoribus, habentibus reſtrictam facultatem confe-
rendi Beneficia, nullo autem modo apta eſt ligare manus
Summorum Pontificum, qui in omni materia, & præcipuè
in Beneficialibus, ampliſſimam, & illimitatam habent fa-
cultatem illa uniendi Locis piis, juſta concurrente cauſa, ut
in ſpecie obſervat *Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. §.2. annot.
8. de Union. Benef. quæſt.2. numer.12.* ibi: *Circa Unionem Be-
neficiorum de poteſtate non eſſe dubitandum: Papa enim, tan-
quam Caput Eccleſiæ catholicæ univerſalis viſibile, habet
ampliſſimam poteſtatem &c. Unde, quamvis Unio Beneficiorum
non poſſit fieri in genere menſæ Capitulari &c. hoc habet lo-
42 cum, quando Unio fit per Ordinarium, ſecus ſi per Papam.* Et
contrario objecto reſpondendo advertit *Rot dec.411. n.2 & 3.
cor. Caval.* ibi: *Item, quòd hæc Unio facta fuerat de Beneficiis
ſæcularibus Collegio regulari, contra regulam, quòd ſæcularia
Sæcularibus, regularia verò Regularibus debeantur: Reſpon-
debatur, Unionem fuiſſe factam cum expreſſa reſervatione Be-
43 neplaciti Apoſtolici &c. & quòd authoritas Papæ ſuppleat de-
fectum ſolemnitatum &c.* circa quam concluſionem concor-
dant adducti *in dec.360 num 5. cor. Bich. & dec.17. n.19. apud
de Proſper. de Territor. ſeparat.*
Concurrente autem juſta cauſa, ſolent Summi Pontifices
faciles præbere aures religioſis Familiis, ſimiles Gratias U-
nionis Eccleſiarum Parochialium petentibus, concedendo
44 eis Parochiales Eccleſias, à ſæcularibus Curatis antea poſ-
ſeſſas, juxta frequentia exempla Parochiarum Urbis, in
qua, ex 86. Parochiis, 30. poſſidentur à Regularibus, ex
quibus noſtris temporibus id fuit practicatum in Parochia
S. Nicolai ad Cœſarinos, in alia S. Laur. ad Montes, in
alia S. Joan. de Malva, & aliæ ultimo loco erectæ fuerunt
in ipſiſmet Eccleſiis religioſorum Ordinum, ut ſunt illæ
S. Pauli, & S. Sebaſtiani, S. Laurentii, & S. Agnetis ex-
45 tra Muros, & S. Franciſci in Monte Mario, Prout etiam
aliæ ſæculares Eccleſiæ conceſſæ fuerunt religioſis Familiis,
nempè inſignis Eccleſia S. Mariæ ad Montes piis Operariis
S. Balbinæ, & ſimiles.
Ejuſdemque laudabilis praxis bonam illam adducit con-
46 gruentiam, animarum ſaluti unicè directam *Card. de Luc.
in Relat. Rom Cur. for. diſc.22 num.3. & 5.* his verbis: *Cùm
expediat, quòd ultra Parochum, & Clericos ſæculares, aliqui
adſint Regulares, qui miniſtrent quoque Divina, & Sacra-
menta, illud præſertim Pœnitentiæ &c.* Cujus Sacramenti
reſpectu utinam veræ non eſſent difficultates illæ, *& un coſi
fatto roſſore di accuſar ſe medeſimo, & aprir quella circoſtan-
za, la quale tal' ora è più di vergogna, che la ſoſtanza dello
ſteſſo peccato*, ſunt verba *Cardin. Palav. nell' Iſtor. del Conc.
lib.12 cap.14. num.16.* de quibus *in Inſtit crim lib.4. tit.7. n.55.*
47 Quæ difficultates creſcunt in immenſum in parvis Civitati-
bus, in quibus adſunt pauci Confeſſarii ex Clero ſæculari,
ſemper Pœnitentibus noti, & ut plurimum conſanguinei,
vel affines. Ad facilitandum proinde hujus neceſſarii Sacra-
menti adminiſtrationem, negari non poteſt nimiùm con-
ducere, ut in parvis Civitatibus adſint Confeſſarii ex Clero
regulari, qui, tanquam exteri, raro ſolent eſſe affines, &
conſanguinei Pœnitentium.

IV. Non obſtat, quòd per dictam Unionem privaretur
alimentis, & congrua manutentione unus ex Presbyteris 48
ſæcularibus, qui poſſet pro tempore obtinere, & poſſidere
d. Parochiam.
Cùm enim ex introductione jam ſequuta Religioſorum
Scholarum piarum, illorumque ſtabili mora in noſtra Ci- 49
vitate remaneat innegabilis publica omnium Civium ſpi-
ritualis utilitas, totiuſque Juventutis Reatinæ commo-
dum quoad bonam educationem, & ſtudia, experientia te-
ſte, & id comprobante Epiſc. in ejus Relat. applicantur
pro adæquata reſponſione verba illa *S. Pelagii Papæ*, ſcripta
*Benigno Archiepiſcopo* relata *in can. Scias Frater 7. quæſt. 1.* 50
*Nam plurimorum utilitas unius utilitati præferenda eſt*;
cum concordan. apud *Gratian. diſc.478. num.11.* & ad no-
ſtrum præciſum effectum *Pignat. conſ.177. num.11. tom.1. jux-
ta Rom. impreſs.*
Abſque ulla prorsùs difficultate, ex quo in Parochiali Ec-
cleſia, de qua agimus, adeſt quædam pia Congregatio, ca- 51
nonicè erecta à notoriæ probitatis Viro P. Baldinuccio, unà
cum tribus aliis antiquis Confraternitatibus: Reperiun-
tur pariter in illa ſeptem Altaria, & tres Sedes ad audiendas
pœnitentium confeſſiones: Itaut impoſſibile videatur, ut
unus Parochus poſſit devotioni dd. piarum Confraternitatum
ſatisfacere, cum unico Miſſæ Sacrificio, ibidem quotidiè
celebrando.
E converſò autem PP. Scholarum piarum omnia prædi-
cta, & longè majora commoda præſtare poterunt, eò quia 52
ſaltem ſex Sacerdotes inibi ſemper facere deberent, quoti-
diè Miſſas in illa celebrare; Fidelium confeſſiones audi-
re; Et Confratres omnium dictarum Confraternitatum
piè dirigere, & ſanctificare poterunt, mediante Sacra-
ment. frequenti adminiſtratione, & divini Verbi continua
prædicatione.
Innegabile pariter erit æquè promptum, & quotidia- 53
num commodum totius Populi audiendi plures Miſſas in
eadem Eccleſia, poſita in medio Civitatis, & in Loco,
ab omnibus frequentato; Mittendi eorum pueros ad exer-
cenda opera pia, ad ſtudia, & addiſcendam doctrinam
chriſtianam, & ad omnia alia chriſtianæ pietatis officia,
præcipuè reſpectu Infirmorum, qui maxima facilitate,
etiamſi plures reperiantur in extremis, aſſiſtentiam habe-
re poterunt à dictis ſex religioſis Viris, continuò mo- 54
ram facientibus in eorum Domo, ſemperque paratis ad oc-
currendum omnibus indigentiis ſpiritualibus Civium Reati-
norum.
Seminarium denique ſuam pariter præſentaneam expe- 55
rietur utilitatem, magnumque ſublevamen, eò quia ho-
diè, attenta propria obligatione manutenendi dd. Religio-
ſos, opus habuit diminuere Alumnorum numerum; E con-
verſo autem poſt Gratiam Unionis, hodiè petitæ, nedum
ſublevabitur ab onere manutenendi præfatos Religioſos,
ſed habebit annua ſcut. 50. ex fructibus 5. Cappellaniarum,
ab eiſdem Religioſis poſſeſſarum, cum quibus poterit duos
Alumnos augere, & commodè manutenere; Ultra il- 56
lam aliam magnam utilitatem, reſultantem ex eo, quòd
Clerici, inibi moram facientes, poterunt circa literariam
eruditionem uti opera Magiſtrorum PP. Scholarum piarum,
abſque ullo ſtipendio, vel minima recognitione; Ex quo
infertur alia conſiderabilis utilitas, quòd ſcilicèt ſumma il-
la, quàm dare teneretur Ludi Magiſtris ſæcularibus pro eo-
rum ſalario, poſſet converti in aliorum Alumnorum au-
gumentum, ſeu numerum.
Ex denegatione ulteriùs dictæ Gratiæ Unionis hoc ſeque-
retur præjudicium Seminario, ac Civibus Reatinis, quòd, 57
vel Patres Scholarum piarum poſt 20 & ultra annos Rea-
te diſcedere omnino debebunt, non ſine damno, & dedeco-
re Civitatis, & Seminarii, impoſſibile enim eſt ut inter
paucos annos Eccleſiam, & Collegium ædificare poſſint;
Vel ſi diutiùs in Seminario manebunt, & uſque ad Eccleſiæ,
& Collegii perfectam erectionem, eò miſeriæ deveniet Semi-
narium, ut omnino clauden. ſit.
Ex quibus propterea, inſimul unitis, utilitas tam ſpiritua-
lis, quàm temporalis totius Populi, Civitatis, & Diœceſis
Reatinæ talis videtur eſſe naturæ, taliſque evidentiæ, ut in
controverſiam adduci nullatenus poſſit.
V. Non obſtat vicinitas Eccleſiæ S. Jo: cum Eccleſia Ca-
thedrali, ob dubium, quòd minuatur ad iſtam concurſus ex 58
majori frequentia d. Eccleſiæ S. Jo:
Hæc enim non eſt de novo hodiè fundanda, ſed à multo
tempore ædificata reperitur, ac de præterito decorata etiam 59
fuit honore Collegiatæ, cum ſuo Capite, & 12. Canonicis;
Et propterea, ſicuti de præterito hujuſmodi prætextus non
fuit

fuit habitus in aliqua conſideratione, ita negligendus pariter hodiè videtur.

Imò reflexio hæc potiùs retorquetur, quia cùm in Ca-
60 thedrali, præter Canonicum Pœnitentiarum, non adſint, niſi alii duo Confeſſarii, quorum unus eſt ex noſtris Religioſis pro Confratribus Societ. SS. Sacram. poſito, quòd in vicina Eccleſia S. Joan: adſint multi alii Confeſſarii: Pœnitentes occaſione accedendi ad iſtos à remoti partibus Civitatis, facilè deinde accedent ad Cathedralem, ad venerandum Corpus S. Barbaræ, nec non miraculoſam Imaginem S. M. de Populo, erga quas univerſa Civitas ſpecialem profitetur devotionem.

In omnem verò caſum, objecto punctualiſſimè in Jure reſ-
61 pondet *Rot. cor. Seraph. dec. 847. num. 3.* his verbis. *Quartum præjudicium ex eo deducitur, quòd diminuitur concurſus Populi, accedentis ad Cathedralem, & ſic detrahitur ejus decori, & bonori; Sed hoc non eſſe præjudicium conſiderabile cenſuerunt DD. cùm ex alia parte præponderet favor augumenti cultus divini, ut benè per Butr. &c. Nam in eo conſiſtit bonor iſte, ut cultus divinus augeatur, cap. Audientiam de Eccleſ. ædifican. & Pignatel. conſul. 179. num. 4. tom. 1.* ibi: *Cùm ex ea notabile cultus divini augumentum reſultet, quod cæteris conſiderationibus præponderare debet, & Rot. dec. 165. num 17. par. 16 rec.* ibi: *Iterùm DD. exiſtimarunt nullius eſſe conſide-*
62 *rationis præjudicium, quòd dicti Patres poſſent pati ob diminutionem concurſus Populi ad illorum Eccleſiam. Quia divini cultus favor, & augumentum ſimilia præjudicia prorſus excludit, atque antecellit*; Cùm quibus proceſſit *hæc S. C. in Parmen. Feſtiv. S. Cruc. 9. Aug. 1698. & 28. Mar. 1699.* ut videre eſt *in To. 2. p. 2. diſcep. 5. nu. 118. & ſeq.*

VI. Non obſtat periculum diminutionis eleemoſyna-
63 rum pro Miſſis, quæ hodiè relinquuntur Cathedrali.

Quia noſtri Religioſi, ultra obligationem Miſſarum, ce-
64 lebrandarum pro ſingulis defunctis propriæ Religionis, diebus non impeditis, habent aliam ſpecialem obligationem celebrationis 5. quotidianarum Miſſarum pro adimplemento onerum Cappellaniarum, ſibi unitarum à SS. D. N. & ulteriùs ille, qui ex iiſdem exercet Curam in noſtra Eccleſia, tenebitur pariter Miſſam applicare pro Populo. Et proinde quiſquè videt, quòd niſi eis communicetur privilegium
65 pluries in die celebrandi, conceſſum aliquibus Eccleſiis, ſpecificatis *in Inſtitut. Crim. lib 1. titul. 10. §. 3. num. 61.* denegatum verò ab hac *S. C. in una Bracharen. 14. Martii 1711.* Sacerdotes Reatini nullam habent occaſionem timendi diminutionem eleemoſynarum pro Miſſis; Quæ ulteriùs notorium eſt, in tali affluentia relinqui in noſtra Civitate, ut non valentes illius Cives à ſe ipſis celebrare, illas diſtribuant
66 Sacerdotibus exteris, ut reſpondendo in ſpecie huic objecto obſervavimus ſup. *diſcep. 5. num. 128.*

Et nihilominùs ſubjungimus, quòd hujuſmodi aſſertum
67 præjudicium, uti eventuale, incertum, & pendens à libera voluntate Fidelium, in noſtris terminis in nulla prorſùs conſideratione habendum eſt, ex adductis *in dicta diſcep. 5. à num. 127.*

VII. Non obſtat, quòd Patres Scholarum piarum com-
68 modè habitare poſſint in domunculis, ab ipſis emptis, abſque ulla neceſſitate acquirendi novam Eccleſiam.

Hujuſmodi enim reflexio una eſt ex illis conſiderationi-
69 bus, quæ licèt ſpeculativè plauſibilis videatur, in fractione panis apparet undique impracticabilis, ut in ſimili obſervat *Raynald. tom. 2. ad cap. 16. ſupplet. 3. num. 2.* cum aliis *in Inſtit. crim. lib. 3. tit 6. à num. 8.* Eò quia dictæ domunculæ non ſunt inter ſe connexæ, minuſquè conſtructæ pro habitatione Familiarum regularium: Inter illas nulla reperitur Eccleſia: Et quod magis eſt, ad hoc, ut aliquam formam Domus regularis habere poſſent, multæ eſsent demolien-
70 dæ, & aliæ de novo ædificandæ, cum illis maximis impenſis, indicatis ab Epiſcopo, quæ omnibus notæ ſunt, & quibus ſuccumbere nullo modo poſſunt dd. pauperes Regioniſi.

VIII Demum, non obſtat alia ſimilis apparens refle-
71 xio, quòd cùm dictis Regulares habeant ſcuta 500. annua, detractis ſcut. 300. pro eorum congrua manutentione: reliqua ſc. 300. poterunt erogari in conſtructionem Eccleſiæ, & Domus.

In hac enim parte verè defecerunt contrariæ ſcrutatio-
72 nes, atque miſerè allucinati fuerunt illi, qui ita diſcurrunt: Quia non ſumma ſc. 500. ſed alia ſc. 511. 50. verè eſt illa, quam hodiè habent dicti Religioſi in noſtra Civitate, hoc eſt ſc 50. quæ eis contribuuntur à Seminario pro illorum Veſtiario, ſc. 250. ex redditibus 5. Cappellaniarum, ſc. 20. pro Lectura Theologiæ moralis, ſc. 14. pro eleemoſyna, uni ex iiſdem, aſſiſtenti pro audiendis Confeſſionibus Confratrum SS. Sacrament. ſc. 50. quæ retrahi poſſunt ex penſionibus Domuncularum, ab eiſdem emptarum, & ſc. 127. 50. à 73
Civit. pro Scholis.

Hoc poſito, quatenùs dicti Religioſi non ampliùs moram facerent in Seminario, ſed in dictis eorum Domunculis, ſi 74
id poſſibile eſſet, ſine Eccleſia, & ſine neceſſariis Officinis, quod per viam falſæ hypotheſis, & pro ſimplici diſcurſu hìc ſupponimus, tunc ſtatim deficerent eis ſc. 100. hoc eſt ſc. 50. ex penſionibus domuncularum, in quibus ipſi deberent habitare, & ſc. 50. à Seminario, quod non teneretur ampliùs illa ſubminiſtrare Religioſis, ipſis non aſſiſtentibus: Imò è contra ex redditibus Cappellaniarum in hoc caſu deberent Religioſi ſubminiſtrare Seminario ſc. 50. pro manutentione duorum Alumnorum. Non poſſunt pariter facere ſtabile fundamentum in ſc. 20. pro Lectura Theologiæ moralis, & in aliis ſc. 14. quæ ſolvit Societas SS. Sacramen. 75
quia iſta pendent à mera voluntate Confratrum, & illa ab arbitrio Epiſc. ut in ſpecie reſolvit *S. C. E. de menſe Aug. 1715.*

Remaneret proindè dictis Religioſis pro eorum victu, & veſtitu ſola ſumma ſc. 127. 50 quæ dantur à Civitate pro Scholis, & ſc. 200. provenientia à Cappellaniis, ex quibus detrahendo ſc. 300. pro fabrica, juxta contrariam prætenſionem, remanerent ſcuta 27. 30. pro manutentione, 76
aliiſque indigentiis omnium Religioſorum. Dignentur proindè Eminentiſsi Patres eorum ſumma prudentia conſiderare, an cum hujuſmodi tenuiſſimo aſſignamento valeat ad praxim reduci dictorum Religioſorum manutentio in noſtra Civitate, omnibuſque maturè penſatis, multiplici eorum favorabili ſuffragio cum d. Gratia Unionis Oratores conſolari *Durum enim valdè eſſet negare hanc ſpiritualem con-* 77
*ſolationem Civitatis, enixè ſupplicanti*, ait *Pignatel.* loquens in puncto noſtri caſus *in conſ 179. num. 4. tom. 1. juxt. Rom. impreſ.* Longeque durius, non exaudire preces illius, quem Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Reatinam, pro conſcientia, & veritate teſtantis, & aſſerentis; *Ut tam Animarum utilitati, quàm neceſſitati PP. Scholarum piarum, & Seminarii indigentiæ ſimul provideatur, magis opportuna oc-* 78
*caſio in tota hac Civitate contingere non poteſt, quàm ea, quam modò præbet imminens vacatio Eccleſiæ Parochialis S. Jo.*

Die 20. Maii 1719. propoſita Cauſa in C. C. ſub dubio: *An ſit concedenda Gratia Unionis Eccleſiæ S. Joannis in Sta-* 79
*tua*; Non fuit reſoluta. Repropoſita hac Cauſa die 10. Julii 1719. *An ſit concedenda Gratia unionis ſancti Joannis in ſtatua*, fuit reſcriptum: *Affirmativè juxta modum, & modus eſt, quòd Patres ad Beneficia, & Capellanias aſpirare non poſſint, & quòd Eccleſia unienda remaneat ſubjecta Ordinario quoad concernentia Curam Animarum, & quòd eidem Ordinario ſubjectæ remaneant Confraternitates, in Eccleſia erectæ; Itaut Epiſcopus eorum Altaria etiam viſitare poſſint.*

---

# DISCEPTATIO XXI.

## Nullius Diſpenſationis.

### ARGUMENTUM.

*In Matrimonio rato, & non conſumato, juſta concurrente cauſa, an poſſit Summus Pontifex diſpenſare, altero ex Conjugibus diſſentiente.*

IN *Tom. 1. par. 1. diſcept. 3. num. 29.* ſequentes doctiſſimum 1
*Sanchez*, in matrimonii materia communem Magiſtrum, pro certo habuimus, id eſſe omni Jure permiſſum Summis Pontificibus; Sed quia caſus dictæ diſceptationis erat in terminis diſpenſationis, petitæ ab utroque Conjuge, abſtinui 2
ab ulteriori comprobatione dictæ concluſionis.

Quæ, re maturè perpenſa, & attentè conſideratis omnibus conſiderandis, videtur innegabilis, illiuſque affirmativa non ſine injuria maximæ Pontificiæ poteſtatis in controverſiam adduci poteſt.

Ad id demonſtran. præmitto, quòd de poteſtate Summi Pontificis diſſolvendi matrimonia rata, & non conſumata, 3
concurrente juſta cauſa, & ad petitionem utriuſquè Conjugis, nulla hodie adeſt difficultas, ex adductis *in dicto Tom. 2. par. 1. diſcept. 3 à n. 4. uſquè ad nu. 24.*

Exemplis autem, ibidem indicatis *à numer. 6. uſque ad* 4
*numer. 9.* addimus aliud, in Hiſtoriis nimis celebre, ſub

Clem.

Clem. VIII. relatum à Spondan. ad annum 1599. num. 4. &
5 à Pignatell. conſul. 147. num. 6 tom. 1. & à Card. Oſſat. epiſt.
180. tom. 1. Aliud Innoc. X. relatum à Gobat. in Theolog. experiment. cap. 10. de Matrim. caſ. 18. à num. 176. Et aliud SS.
6 D. N. mediante Voto C. C. in Oriolen. 16. Maii 1711. ut videre eſt in lib. 61. Decret. C. C. fol 207.

Hoc præmiſſo, deveniendo ad terminos diſpenſationis
7 matrimonii rati, uno ex Conjugibus diſſentiente, opinio affirmativa, nedum communis eſt inter Theologos, & Canoniſtas, ſed, omni diligentia pervolutis Authoribus, de materia tractantibus, nullum inveni Doctorem, qui hanc poteſtatem in Summo Pontifice non admittat, juſta tamen, ac urgenti concurrente cauſa, ut recognoſci poteſt ex.

Amic. in Curſ. Theolog Tom. 9. de Matrim. ſect. 2. verſ. Ex
8 his infertur fol. 128. ibi: *In his caſibus poteſt Pontifex, etiam altero Conjuge invito, Matrimonium diſſolvere, ut cum multis &c. quia cùm hæc Poteſtas ſit conceſſa Pontifici propter pu-*
9 *blicum bonum Eccleſiæ, cujus cauſas expendere eſt ſolius Pontificis, poterit etiam, conſenſu alterius Conjugis non requiſito, in eodem diſpenſare.*

Averſ. de Sacram. Matr. part. 2. ſect. 6. verſ. Extendit fol.
10 mihi 242. ibi. *Extendit quoque Medina &c. ut poſſit Pontifex, juſta exiſtente cauſa, diſpenſare in diſſolvendo Matrimonio rato, non ſolùm ex mutuo Conjugum conſenſu, ſed etiam altero eorum invito, quia ſicuti de facto conceſſum eſt, ut poſſit alter Religionem ingredi, & in ea profiteri, & ità diſſolvere Matrimonium ratum, etiam altero invito, ità id poſſe fieri ex alia juſta cauſa, quamvis abſque Religioſa Profeſſione.*

Barboſ. ad tit. Cod. Solut. Matr. par. 2. Rub. num. 103. ibi:
11 *Si autem ſit Matrimonium non copula conſumatum, tunc Canoniſtæ communiter concedunt, illud poſſe diſſolvi ex cauſa, per Summum Pontificem &c. etiam altera Parte invita*, & infrà ſub num. 105. ibi: *Quod ſi uterque Sponſus conſentiat, poteſt Papa diſſolvere Matrimonium de plenitudine poteſtatis, etiam nulla cauſa ſubſiſtente, ſed ſi unus tantùm petat diſſolu-*
12 *tionem, non poteſt illud diſſolvere, niſi ex juſta cauſa*, & hac eadem loquendi formula utuntur Taſſon. de Antephat. fol. 405. nu. 3. Gabr. tom. 2. Commun. concluſ. 11. lib. 11. de Matr. citatus à Tancredo, & Sanchez, ubi infra.

Caſpenſ. in Curſ. Theolog. tom. 2. tract. 26. de Matrim. diſp.
13 7. ſect. 4. per tot. & ſignanter num. 31. fol. 723. impreſs. Lugduni anno 1643. apud Gabriellis Boſſetti, ibi: *Controverſia ergo eſt de Matrim. rato, nondum conſumato, an ſolubile ſit ex ejuſdem Pontificis imperio, gravi interveniente cauſa; Hac enim deficiente certum videtur, non poſſe validè diſſolvi per diſpenſationem Romani Pontificis; Sicuti etiam videtur certum caſu, quo poſſit, & poſſe ipſis etiam renuentibus Conjugibus, & à puncto diſpenſationis diſſolutionem matrimonii tenere.*

Clericat. in Erothem. Eccleſ. cap. 143. num 14. fol. mihi
14 385. ibi: *An Matrimonium Fidelium ratum, non conſumatum poſſit diſſolvi authoritate Pontificis, quacumque ex cauſa; Reſpondeo affirmativè, ſi cauſa ſit gravis, & juſta &c. Id concedit etiam altero Conjuge invito, urgente gravi cauſa, quæ talis reputatur, ſi ſubſit periculum gravium rixarum, & ſcandalorum; Si mutua cohabitatio eſſe non poſſit, vel ob lepram, vel ob Infirmitatem contagioſam, ſeu ſterilitatem.*

Idem Clericat. de Sacr. Matrim dec. 15. num. 51. ibi: *Ter-*
15 *tium tandem dubium eſt, an in caſu Diſpenſationis ob juſtam cauſam in Matrimonio rato ſit neceſſarius conſenſus utriuſque Conjugis, & communiter Doctores reſpondent negativè, adeo ut etſi unus Conjux ſit invitus, & reſiſtat petenti Diſpenſationem, eidem contradicendo, nihilominus Papa poterit eam concedere, ubi ſic cognoverit pro bono publico, & Animarum ſalute expedire.*

Colleg. Salmatic. tract 9. cap. 4. num. 62. ibi; *Extendit de-*
16 *niquè Medina, ut poſſit Pontifex Diſpenſationem hanc concedere, etiam invito Conjuge altero, quemadmodum inquit, diſpenſat, ut per Profeſſionem Matrimonium ratum diſſolva-*
17 *tur, altero Conjuge renuente, & cum eo convenit Gobat. Theolog. experim. tom. 1. tract. 2. num. 692.*

Coninch. de Sacram. diſp. 26. de Sacram. Matrim. dub. 6. de
18 Unitat. & inſolubilit. Matrim. num. 33. juncto num. 35. fol. mihi 753.

Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib. 7. cap. 5. num. 13. fol. mihi
19 226 ibi: *Etiam non adhibito mutuo conſenſu Conjugum, quia, exiſtente cauſa, poteſt Summus Pontifex diſpenſare, altero eorum invito*, ibique eam adducit congruam rationem; *Quia repugnantia alterius nequit Pontificiam poteſtatem impedire, ne alteri, habenti juſtam diſſolvendi cauſam, petentique Diſpenſationem, conſulat.*

Curt. jun. conſ. 170. num. 1. ibi: *Cùm primum Matrimonium non fuerit conſumatum, ſuccedere videtur communis opinio* 20
*Doctorum, quòd in Matrimonio non dùm conſumato Papa habeat latiſſimam poteſtatem, & ideò poteſt per Diſpenſationem illud diſſolvere, etiam unà Parte invita, ut concludit Gloſſ. &c.*

Dian. coordin. tom. 3. tract. 1. de Poteſt. Pontific reſol. 96. nu 6. ibi: *Juſta exiſtente cauſa, diſpenſare poteſt Pontifex in* 21
*Matrimonio rato, abſque mutuo conſenſu Conjugum; Ratio eſt, quia poteſtas hæc diſpenſandi, non in gratiam, & bonum, præcipuè privatum ipſorum Conjugum, ſed in primis ipſius Eccleſiæ conceſſa eſt.*

Felin. conſ. 26. circa finem. 22

Gabriel Commun. Concluſ. tom. 2. lib. 11. tit. de Matrim. fol. 90. Obſervantes hìc, quod Liber hujus Authoris, quem ci- 23
tant, & ſequuntur Sanchez, & Tancredus in locis infra citandis, id Bibliothecis Urbis nullatenus reperitur.

Gozzadin. conſ 2. num. 29. ibi: *Fateor, quòd Papa poteſt ſolvere matrimonium, contractum de præſenti, copula car-* 24
*nali non ſequuta*, ubi loquitur de Diſpenſatione, à Papa Mantuæ Duci conceſſa reſpectu matrimonii rati, Uxore reluctante, & invita.

Guttier. de Matrim. cap. 53. num. 3. in fine, ibi: *Ad hoc tamen, ut Pontifex diſpenſet in Matrimonio rato, non conſide-* 25
*ratur mutuus conſenſus Conjugum, ſed exiſtente juſta cauſa, poteſt Pontifex diſpenſare, altro eorum invito, ut cum aliis probat, & reſolvit Sanchez &c. Quod ipſe quoque probo.*

Medin. de Sacram. Homin. Contin. lib. 5. cap. 89. per tot. §. Sed neque ante finem, ibi: *Sed neque ad hujuſmodi diſpen-* 26
*ſationem, aut relaxationem utriuſque Sponſi requiri conſenſum, ſed eſſe ſatis ſi unus eorum ſeparationem, & libertatem poſtulet*, & priùs cap. 88. verſ. Quorum præmiſerat, poſt multam, & profundam jam à multis annis conſiderationem ita ſenſiſſe.

Natt. conſ. 290. col. 2. ad finem lib. 2. 27

Perez. de Matrim. diſp. 20 ſect. 7. num. 8. ibi: *Quod ſi juſta cauſa ſubſit, repugnantia alterius Conjugis nequit Papæ po-* 28
*teſtatem impedire, ne alteri, habenti juſtam cauſam diſſolvendi, & petenti Diſpenſationem conſulat.*

Ripoll var. cap. 8. num. 117. & ſeqq.

Roſſignol. de Sacram. Matrim. tom. 1. diſquiſ. 1. num. 5. ibi:
*Sed authoritas in Superiore non dependet à voluntate Par-* 29
*tium, ſed ſolummodò à cauſa, quæ eidem proponitur ad diſpenſandum; Ergo ſi ea fuerit juſta, & rationabilis, ad inſtantiam unius poterit diſpenſare, etiam altero reluctante.*

Sabell. in Summ. verb. Matrimonium num. 28. in fine, ibi: *Ratum verò tantùm, & non conſumatum benè poteſt* 30
*per Summum Pontificem diſpenſari, ipſis etiam renuentibus Conjugibus.*

Sanchez, de Matrim. lib. 2. diſp. 15. num 7. ibi: *Ut Pontifex diſpenſet in Matrimonio rato, non deſideratur mutuus* 31
*Conjugum conſenſus, ſed, exiſtente cauſa juſta, poteſt Pontifex diſpenſare, altero eorum invito, quia ſi juſta cauſa ſubſit, repugnantia alterius nequit poteſtatem Pontificiam impedire, ne alteri, habenti juſtam diſſolvendi cauſam, petentique Diſpenſationem, conſulat.*

Soccin. conſ. 28 num. 6. lib. 1. 32

Tamburin. Oper. Moral. lib. 8 de Matrim. cap. 6 de Indiſſol. Matrim. numer. 5. ibi: *Inquires, an, invito altero ex Conju-* 33
*gibus, poſſit Pontifex in hoc diſpenſare &c. Reſpondeo, etiam altero invito, ſicuti altero invito, poteſt alter Profeſſionem emittens diſſolvere vinculum Matrimonii rati; Ratio autem eſt, quia id Chriſtus Dominus reliquit prudentiæ Pontificis, non arbitrio Contrahentium.*

Tancred. de Matr. lib. 2. diſp. 16. num. 1. fol. 104. ibi: *Nec tamen, cauſa juſta exiſtente, deſideratur mutuus conſenſus* 34
*Conjugatorum, ad hoc ut diſpenſet Pontifex, quia nequit alterius diſſenſus Pontificiam poteſtatem impedire.*

Taſſon. de Antephat. fol. 405. num. 3.

Tanner. Oper. Moral. tom. 4. diſp 8. de Matrim. quæſt. 5. dub. 4. num. 71. fol. 2229. ibi: *Aſſertio tertia; Exiſtente juſta* 35
*cauſa diſpenſare poteſt Pontifex, etiam abſque mutuo conſenſu Conjugum; Ità ex communi Doctorum, quos citavimus, Sententia &c. Ratio eſt, quia poteſtas hæc diſpenſandi, non in gratiam, & bonum præcipuè privatum ipſorum Conjugum, ſed in primis ipſius Eccleſiæ conceſſa eſt.*

Vidal. in Arc. Salutar. tit. de Matr. Sacr. inquiſ. 1. num. 68. fol. mihi 153 ibi: *Addo, quòd poſita juſta, & gravi cauſa,* 36
*ſolvitur per Diſpenſationem Papæ Matrimonium ratum inter Chriſtianos, etiam invitis Partibus, ità Sanchez &c. Tannerus &c. qui de communi teſtatur. Ratio eſt, tùm quia repugnantia unius non poteſt impedire, quin Papa juſtam petitionem*

nem

*nem alterius exaudiat; Tùm quia hæc poteſtas diſpenſandi*
*præcipuè, non bonum privatum, ſed publicum, & commune*
*bonum Eccleſia reſpicit.*
*Volp. reſol Moral. verb. Matrimonium reſol.110. numer.5.*
37 ibi: *Quod autem poſſit Pontifex Matrimonium ratum ſolvere,*
*ſeu diſpenſare, ſcribit Gloſs. in cap. Ex publico, ſed non poſſe*
*Pontificem hoc facere abſque juſta cauſa, ſecundùm probabilio-*
38 *rem Sententiam; Quando verò diſpenſat, non requiritur*
*utriuſque conſenſus de neceſſitate.*
39 *Zilet. conſil. Matrim. 1. num.8.*
Nec deſunt exempla, in quibus Summi Pontifices hac
40 poteſtate uſi fuerunt, inter quæ unum refertur à *Gozadin.*
*conſ.2. in themat. Facti, & num.29. in fine*, ubi exſcripſit
verba Diſpenſationis, quæ ſunt hæc: *Etiam D. Franciſca*
(quæ erat Uxor Friderici Mantuæ Ducis) *non audita, nec*
*in hoc ſuum conſenſum præſtante, diſſolvas*, quemadmodum
factum fuit, cùm idem Dux Fridericus, ad normam Sen-
tentiæ, ab Apoſtolico Delegato prolatæ, non citata, nec
audita dicta Franciſca Uxore, matrimonium deindè cum
alia nobili fœmina contraxerit, ut refert *Gozadin.* ubi ſupra
antè *num.1.* Quamvis autem ipſe Juris Conſultus contra-
41 riam tueretur opinionem, ejus tamen privatæ Sententiæ
præferri debet Pontificium Oraculum, quod executioni de-
mandatum fuit, ut in debilioribus terminis Sententiæ cujuſ-
cumque Judicis, quod in illius conflictu nulla habenda ſit
ratio Conſulentium in eadem Cauſa, probavi *in Inſtit. crim.*
*lib.2. titul.8. num.243.* Potiſſimum quia dubitandi ratiò pe-
nès eundem J.C. verſabatur circa non verificationem con-
ditionis, & cauſæ, cujus intuitu Diſpenſatio conceſſa fue-
rat, ut manifeſtum eſt ſola lectura *d. conſilii num.14. num.16.*
*& num.29.*
Alium verò ſimilem caſum refert *Dian. coordin. tom. 3.*
*tract.1. de Poteſt. Pontific. reſol.94. nu.11.* ibi: *Et etiam poſſe*
*ob communem pacem diſpenſare, altero ex Contrahentibus in-*
42 *vito, quod eſt menti tenendum, & vidimus, ita feciſſe Greg.*
*XIII. cum Duce Albano, vulgò de Alva de Torres, qui con-*
*traxerat primò matrimonium de præſenti per Procuratorem*
*cum filia Ducis de Alcalà Hiſpali, & ſecundò cum alia, quod*
*conſumaverat.*
III. Demum eſt Alex. VII. qui die 31. Martii 1661. ſi-
43 milem diſpenſationem conceſſit Principiſſæ Mariæ Jo: Ba-
ptiſtæ de Nemours, tribuendo amplam facultatem Nuncio
Apoſtolico, & Archiepiſcopo Pariſien. mediantibus ſe-
quentibus verbis: *Per præſentes committimus, & manda-*
*mus, ut conjunctim procedentes, poſtquam ex Informationi-*
*bus, extrajudicialiter captis, ſupradictum aſſertum Matri-*
44 *monium, inter prædictos Carolum Principem Lotharingiæ,*
*& Mariam Joannam Baptiſtam Principiſſam contractum, car-*
*nali copula minimè conſumatum fuiſſe Vobis conſtiterit &c. ſu-*
*per eodem Matrimonio rato tantùm, & non conſumato, autho-*
*ritate noſtra Apoſtolica diſpenſetis, ipſumque matrimonium,*
*& illius vinculum, etiam diſſentiente memorato Carolo Princi-*
*pe Lotharingiæ, eadem authoritate diſſolvatis.*
Ration. autem, milit. pro hac opinione plures ſunt.
45 I. Quia ſi matrimonium ſimpliciter ratum, altero etiam ex
Sponſis invito, ex ſola Juris Canonici diſpoſitione diſſolvi
poteſt per regularem Profeſſionem, juxta *Text. in can. Diſ-*
*penſatio 27 quæſt.2. & in cap. Verùm, & in cap. Ex publico*
46 *de Converſ. Conjugat. Sac. Conc. Trid ſeſſ.24. can.6. de Ma-*
*trim. Card Bellarm. in Controv. tom.2. cap 38. num.1. & ſeq.*
*Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib.2. cap.41. num.69 Layman. Oper.*
*moral. lib.5. tract.10. par.2. cap.6. à num.3.* cum aliis apud
*Colleg. Salmat. de Matr. tr.9 cap.4. nu.24. & Garz. de Benefic.*
*par.7. cap.10. num.83.* Multo magis id practicari poteſt in
47 uno, vel altero particulari caſu, juſta, & urgente concur-
rente cauſa.
Si enim Eccleſia in hoc caſu per legem generalem diſ-
48 penſat ſuper matrimonio rato, & non conſummato, nec
curat de diſſenſu alterius Conjugis, quia illum putat ir-
rationabilem, utpotè adverſantem perfectiori ſtatui, &
majori bono alterius Conjugis, religioſam vitam ample-
cti volentis, difficile erit aſſignare congruam rationem,
quare eadem Eccleſia, cujus omnis poteſtas in ſupremo
illius Capite, Summo Pontifice reſidet, non valebit ſimi-
49 liter diſpenſare in aliis caſibus particularibus, neglecto
irrationabili diſſenſu alterius Conjugis, quoties in iiſdem
caſibus particularibus par militat ratio, quæ in illa lege
generali, ut ſcilicet conſulatur ſpirituali ſaluti Conjugis,
diſpenſationem petentis, & caveatur majus bonum in evitan-
dis ſcandalis.
50 II. Quia tale poteſtatem Chriſtus Dominus reliquit
ſui Vicarii prudentiæ, & regulato arbitrio, non autem
irrationabili voluntati unius, vel alterius ex Contra-
hentibus.
III. Quia cùm Summus Pontifex poteſtatem habeat
diſſolvendi matrimonia rata, ad petitionem utriuſque Con- 51
jugis, ex animadverſis ſupra *num.3.* Diſſenſus unius ex
Conjugibus nequit impedire effectum hujuſmodi Pontificiæ
poteſtatis; Minuſque poteſt operari, ut Pontifex non con- 52
ſulat conſcientiæ illius, qui juſtam habet cauſam obtinendi
diſpenſationem.
IV. Quia hujuſmodi poteſtas non reſpicit bonum priva-
tum, ſed unicè habet pro fine bonum publicum, quod pro- 53
inde retardari non debet à privata voluntate unius ex Con-
trahentibus matrimonium, eo quia expendere hujus cauſas
reſpicientes publicum bonum ſpectat ad ſupremum Princi-
pem, non autem ad privatum Contrahentem.
V. Quia poteſtas Superioris in noſtris terminis non pen-
det à voluntate Partium, ſed fuit eidem attributa à Chri- 54
ſto Domino Noſtro, regulanda ab exiſtentia, & urgentia
juſtæ cauſæ, præſcindendo à conſenſibus Partium; Sicu-
ti enim non attento mutuo conſenſu utriuſque Partis, ex ad-
ductis *in Tom.2. par.1. diſcept.3. à num.24.* ſemper requiritur
juſta cauſa pro matrimonii rati diſſolutione; Ita eadem cau-
ſa concurrente, non eſt curandum de Conjugis irrationabili
diſſenſu.
VI. Quia cùm Sum. Pont. latiſſimam, ampliſſimamque
habeat poteſtatem circa matrimonium ſimpliciter ratum, ut
notat *Fagn. in cap. Ex parte nu.6 de Converſ Conjug.* ibi: 55
*Quam quidem opinionem arbitror veram eſſe, ſi matrimonium*
*ſit tantummodò ratum, quia circa illud latiſſimè patet Papæ*
*poteſtas, & Via in Inſtit. Jur. Can. lib.2. tit.9. de Sacr. Ma-*
*trim verſ. Ratum dicitur fol.141.* ibi: *Ratum dicitur in quan-*
*tum eſt Sacramentum &c. Super quo Papa habet latiſſimam*
*poteſtatem.* Hinc fateri neceſſe eſt, quòd hæc latiſſima po-
teſtas Summi Pontificis lædi, aut minui, nec illius uſus im-
pediri poteſt ex irrationabili diſſenſu unius Partis, quia dum 56
Papa ex juſtæ cauſæ motivo diſpenſat, non id faciat, ut Pri-
vatorum placito, & ſtudio obſecundet, ſed ſuo utitur Jure,
ſuoque ſatisfacit officio paternæ illius Providentiæ, qua gra-
vioribus malis occurrere, & majus bonum ſui Gregis curare
tenetur.
Aut igitur aſſeverandum foret, Summum Pontificem
abſolutè carere poteſtate diſpenſandi ſuper Matrimonio
rato, & non conſumato; Aut ſi hoc, ſine temeritatis 57
nota, & injuria Pontificiæ authoritatis, affimari non po-
teſt, admitti quoque debet, exercitium talis poteſtatis non
eſſe per neceſſe ſubordinatum mutuæ utriuſque Conjugis vo-
luntati.
VII. Demum, quia donec Matrimonium conſu-
tum non eſt, corpus unius Conjugis transferri dicitur in
poteſtatem alterius ſolùm revocabiliter, nec adhuc alter in 58
alterum nanciſcitur plenum dominium, & irrevocabilem
poſſeſſionem; Et proinde parum detrimenti infertur Con-
jugi diſſentienti, cùm primævæ reſtituatur libertati, nec ad
perpetuum cælibatum damnetur, ſed alias inire nuptias
poſſit, ut notat *Gonzal in cap Verùm num.7. in fin. verſ In-*
*ſuper non ſequitur, de Converſ. Conjugat. Covar. par.2. de*
*Sponſal. cap.7. §.4. num.6. Clericat. de Sacram Matrim. dec.*
*15. num.7. & 8.* ubi proponens ſibi hanc eandem difficultatem
his verbis: *Juſtitia non patitur, ut Jus noſtrum ſine noſtro*
*conſenſu auferatur; Sed per matrimonium ratum acquiſitum*
*eſt uni Conjugi jus in corpus alterius Conjugis; Ergo à Pa-*
*pa non debet ei Jus ſuum auferri, eodem invito, per diſſolu-*
*tionem matrimonii*: Eidem objectioni *ſub num.39.* ita ſatisfa-
cit: *Non 6. Quia ad tollenda ſcandala permittitur ablatio*
*Juris acquiſiti per Conjugem in alium in ſolutione matrimonii*
*rati, tantoque magis, quia Conjux nihil perdit in ſubſtan-*
*tia, dum declaratur liber*, & latè *Roſſignol. de Sacr. Matrim.*
*tom.1. §.2. diſquiſ.1. per tot.* & ſignanter *nu.7.*
Concordat *Card. Bellarmin. tom.1. contr. lib.2. cap.38. de*
*Monach. fol 1725.* ibi: *ſit autem ſine ullius detrimento quando*
*matrimonium eſt ratum &c. Poteſt alteri nubere, & æque be-*
*nè, atque antea, cùm adhuc ſit Virgo, & nihil infamiæ in-*
*currat &c.*
Ex quibus ramanet manifeſtum, quòd non à conditione 59
communis conſenſus utriuſque Conjugis, ſed à concurſu
juſtæ, & rationabilis cauſæ, prudenter moventis animum
Summi Pontificis ad Diſpenſationem elargiendam, depen-
deat ſuæ poteſtatis exercitium in diſpenſando.
Et proinde deveniendo ad hujuſmodi cauſas inter illas ap-
probatas, adnumerari communiter ſolet illa gravis odii, ini-
micitiæ, infenſique animi, vigentis inter Conjuges, eorum-
que Conſanguineos, ut, concordantibus relatis, probat 60
*Felin.*

*Felin. conſ.26. num.19. Menoch. conſ.385. num.7. Sanch. de*
*Matr. lib.2. diſput.16. num.30. Corrad. in Prax. Diſp. lib. 8.*
*cap.7. numer.33. in fin. Gobat. in Theol. experim. tractat.*
10. *de Matrim. caſ.18. num.692.* ubi, quòd ab Inn. & ex hoc
motivo conceſſa fuit ſimilis diſpenſatio inter perſona vulgaris
conditionis, *Filliuc. Oper. moral. tom.1. tract.10. de Sacram.*
*Matr. quæſt.9. nu.59. De Juſt. de Diſpenſ. matr. lib.2. cap.10.*
*à num.16. & num.23. Averſ. de Matr. quæſt.2. ſect.6. verſ. Plu-*
61 *res autem fol. mihi 242. Card. de Luc. de Matr. diſc.7. num.7.*
*& diſc.9. nu.7. & n.15.* ubi refert duos caſus ſimilis Diſpenſa-
tionis, conceſſæ ob diſſidia, & inimicitias utrinq; ſubortas.

Atque habemus in hac parte celebre Votum Card. Lan-
62 cellotti, quod eſt tenoris ſequentis: in quo §. *Et ideò* aſſerit,
factis ab ipſo diligentiis, non inveniſſe Authorem, qui hanc
cauſam non approbet.

,, *Hiſpalen. Diſſolutionis Matrimonii.* De Poteſtate Papæ
63 ,, diſpenſandi ſuper matrimonio rato, non conſumato, non
,, eſt dubitandum, quidquid multi Theologi exiſtimave-
,, rint; hanc enim opinionem communiter ſequuntur Cano-
,, niſtæ poſt *Gloſs. in cap. Ex publico de Converſ. Conjugat.* &
,, approbant Theologi non pauci, inter quos *Cajet. in Opuſc.*
64 ,, *tom.1. tract.28. de Matr. quæſt. unic.* infinitoſque Canoni-
,, ſtas, & multos Theologos refert modernus *Sanch. de Matr.*
,, *lib.2. diſp.14. ſub n.2. verſ. Hanc Sententiam*, quem ſolum
,, ſatis eſt allegare, ad evitandam congeriem Doctorum, ubi
,, quoque adducit authoritates plurium, qui teſtantur, ſe
,, vidiſſe multas Diſpenſationes Summorum Pontificum, &
65 ,, inter cæteros *Henriqu. de Matr.* qui affirmat, Gregor. XIII.
,, unica die cum XI. diſpenſaſſe, & eandem Sent. etiam ſe-
,, quuta fuit *Rota in Cauſa Burgen. Diſſol. Matrim. 17. Junii*
,, *1594. cor. cl. m. Juſto*, (quæ eſt *dec.86. poſt 2. Vol conſ. Farin*)
,, Cæterùm veriſſimum eſt etiam convenire, ut non con-
,, cedatur talis Diſpenſatio abſque urgentiſſima cauſa, quòd
,, ſimiliter tradunt *Canoniſtæ omnes in d. cap. Et publico*, na-
,, ut *Hoſtienſ. ibidem ſub n.16. circa med.* & poſt eum *Anchar.*
66 ,, *& Butr. in fine* notent, non expedire in hac materia mul-
,, tum laxare habenas, quod notavit etiam *Oldrad. inter*
,, *Conſil. matr. conſ.1.* ubi ponderat quædam verba *Inoc.* ex
,, quibus colligit, Pontificem hoc cum difficultate facere vel-
,, le; Ad in confert diſpoſitio *Text. in cap. Ex parte il 2. eod.*
,, *tit.* in quo cavetur, non eſſe dirimendum matrimonium ra-
67 ,, tum, etiamſi alter Conjugum in hæreſim lapſus ſit, & fa-
,, ciunt tradita per *Abb. in d. cap. Ex parte n.13.* ubi dicit, tale
,, matrimonium non poſſe diſſolvi, niſi in caſibus à Jure ex-
,, preſſis, vel omnino ſimilibus, quod repetit *in d. cap. Ex pu-*
,, *blico in fin. eod. tit.* ubi videtur reſtringere cauſas ad ingreſ-
,, ſum Religionis.
,, Quare difficultas reducitur ſolum ad cauſas; An ſint ſuf-
,, ficientes, & rationabiles; Et quantùm ad primam cau-
,, ſam, quæ ex diſparitate Conjugum, nempè ætatis, nobili-
,, tatis, & divitiarum, illa approbatur *à Felin. conſ.26. n.19.*
68 ,, *v. item maxima diſparitas, Soccin. ſen. con.29. num.8. lib 1.*
,, *Dec. conſ.112. ad fin. Nav. conſ.3. de Sponſal. Celſ. Ugo conſ.*
,, *101. n.12. in fin. Menoc conſ.385. n.4. & præſ.10. n.39. l.2.* poſt
,, omnes allegatos prædictus *Sanch lib.2. diſp.16. n.1.*
,, Verùm ab antiquioribus illis non adducitur hæc cauſa
,, ſola, neque firmatur, cauſam ſolam ſufficere, Ultra quòd
69 ,, loquuntur in majori diſparitate, & *Felinus* expreſsè dicit
,, de ea diſparitate, quæ eſt inter Principem, & Servum,
,, quæ diſparitas non adeſt in caſu iſto, & propterea non
,, auderem firmare, ex hoc ſolùm, diſpenſationem eſſe con-
,, cedendam, ne nimis in hac materia laxentur habenæ, con-
,, tra *Hoſt.* & alios, ſupra allegatos.
,, II. Cauſa, quæ adducitur de animo Viri, non contra-
,, hendi, etiamſi approbetur *à Socin & aliis*, qui allegantur
,, *à Sanch. de Matr.* ubi ſupra *n 7.* non tamen mihi ſatisfacit;
,, Tum quia videtur quodammodò improbabilis, cùm, cir-
70 ,, cumſcripta Juvenis confeſſione, vix aliàs probari poſſit;
,, Confeſſio autem Conjugum non admittitur ad dirimen-
,, dum matrimonium, ut dicitur *in d. dec. Burgen. cor. b. m.*
71 ,, *Juſto*; Tum quia ſi deficit conſenſus, vel aliàs matrimo
,, nium fuit nullum, dicendum eſt, illud non adeſſe, & ita
,, vana eſſet diſpenſatio, ſed opus eſſet declaratione circa
,, defectum conſenſus, & nullitatem matrimonii.
,, III. Cauſa adducitur ex ingenti odio, & diſcordiis, quæ
72 ,, inter Virum, & Uxorem intercedunt, itaut Juvenis nullo
,, modo induci poſſit ad cohabitandum cùm Uxore, & ex
,, inimicitiis, quæ inter ipſos, eorumque Conſanguineos,
,, vertentur, ex eo, quòd Affines Juvenis nullo modo pati
,, poſſunt hoc matrimonium, quod illis invitis contra-
,, ctum fuit. Unde, nedùm peccata adulterii, ſed etiam
,, ſcandala, venena, & neces probabiliter timeri poſſunt.
,, Hæc cauſa approbatur à pluribus pro ſufficienti, & ra-
,, tionabili ad concedendam diſpenſationem, & ſpecie *à Fe-*
,, *lin. d. conſ.26. Socin. d. conſ.29. Navar. d. conſ.30. de Spon-* 73
,, *ſal. & Menoch. d. conſ.385. & præſumpt 10.* ſupra allegatis;
,, Quibus conſentiunt *Port. d. conſ.154. nu.22. & 24.* quem,
,, una cum prædictis, refert etiam *Sanchez* ubi ſupra *n.3. & 4.*
,, quo loco teſtatur etiam de quadam diſpenſatione, conceſſa 74
,, ab Eugenio IV. ex cauſa odii inter Conjuges.
,, Et hanc cauſam ſufficientem dicit *Cajetan.* cujus autho-
,, ritas multum me movet *Opuſc. d. Tom.1. tract.28. de Matr.*
,, *quæſt. unic.* ubi habet hæc verba: *Utrum diſcordia, orta* 75
,, *inter Conjuges hujuſmodi, ſine ſpe remedii, ſit rationabi-*
,, *lis cauſa diſpenſandi, crederem quod ſit, conſenſu Conju-*
,, *gum accedente, tùm in favorem animarum, ne ſcilicèt Ado-*
,, *leſcentes in adulteria ruant, aut permanere quaſi cogantur,*
,, *dum ſeparati perpetuò manerent; Tum ad evitanda homici-* 76
,, *dia, quæ à deſperatis Conjugibus facilè procurari poſſunt*
,, *&c. tum ad bonum Pacis reſtituendum inter eos.*
,, His addi poſſunt alii, quos non allegat *Sanchez*, nempè
,, *Anchar. conſ.239. ſub n.4. ante med.* ubi admittit, juſtam 77
,, cauſam diſpenſandi ſuper rato matrimonio eſſe, ſi Vir
,, protrahat conſumare, ne Mulier cogatur perpetuò expe-
,, ctare; Et ita in caſu fortiori comprobat etiam cauſam diſ-
,, cordiarum, & odii.
,, Item *Bertran. conſ.218. in fin. vol.5.* ubi dicit, prodeſſe 78
,, ad obtinendam ſimilem Diſpenſationem, quòd matrimo-
,, nium ſit clandeſtinum, & occaſione cujus inorti, & ſub-
,, creſcant rancores inter Cognatos, & Affines, cùm ma- 79
,, trimonium diſplicuerit propter imparitatem.
,, Item *Purpurat. conſ.437. n.7. in fin. & nu 9.* ubi firmat, 80
,, cauſam evitandi ſcandali eſſe ſufficientem.
,, Item *Burſ. conſ.461. n.72.* qui dicit propter ſalutem ani-
,, marum, & ob meliorem ſtatum conſequendum, Papam
,, dirimere matrimonium ratum non conſumatum, & alle- 81
,, gat *Jacob. Enr. conſ.39.*
,, Denique *Rot. in d. Cauſa Burgen. 17. Jun 1594. cor. b. m.* 82
,, *Juſto*, ubi admittit cauſam vitandi ſcandala eſſe juſtiſſi-
,, mam pro diſſolvendo matrimonio rato.
,, Et ideò cùm hanc reprobari poſse non credo, maximè
,, ubi jungatur cum diſparitate, & Ego, facta diligentia, non 83
,, inveni aliquem, qui ſimilem cauſam quoquo modo in hoc
,, propoſito reprobet, licèt non deſint Doctores, qui ali-
,, quas cauſas reprobaverint, ut videre eſt apud *Gozzad conſ.*
,, *2. & apud Curt. jun. conſ.170.* qui in eodem caſu ſcriple-
,, runt contra Cauſam Diſpenſationis.
,, An autem hujuſmodi inimicitiæ, odia, diſcordiæ, &
,, timor ſcandalorum ſint ſufficienter probata, ad effectum 84
,, concedendi Diſpenſationem, erit videndum, licèt pro
,, parte iſtorum Conjugum, cùm petatur Diſpenſatio in for-
,, ma commiſſaria, prætendatur ſufficere, quòd ea coram
,, Exequutore verificentur &c.

Longè autem majoris mometi exiſtimanda eſt hæc cauſa
periculi ſcandalorum, & gravis odii inter Conjuges, quan-
do res agitur inter nobiles, & potentes Familias, non uni
ſubjectas Principi, ſed in libera Patria viventes, & in par- 85
tem dominationis, regendæque Reipublicæ adſcitas; Fa-
cilè enim intelligi licet, quantum ſit timendum, ne diſcor-
diarum ſemina in publicum, ac diuturnam tranquilli ſtatus
mutationem, atque ipſius publicæ quietis interverſionem,
erumpant.

Non refragante, quòd hujuſmodi diſcordiæ, ortum ha-
beant ex ipſa lite, inſtituta ſuper matrimonii nullitate: Nam, 86
etiamſi indè originem traxerint, nihilominus juſtam, fun-
datamque præbent cauſam, ob quam gravioribus periculis,
publiciſque inconvenientibus occurrere deceat paternam
Summi Pontificis Providentiam, impediendo judiciariam
contentionem per viam gratioſæ diſpenſationis, ut in ter-
minis juſtæ cauſæ inimicitiæ, ex lite ſuper matrimonii 87
validitate ſubortæ, habemus diſpenſationem conceſſam
inter Joan. de Conca, & Michaelem Blancum, in cujus
Brevi hæc leguntur: *Ratione hujuſmodi matrimonii graves*
*lites, & inimicitiæ ortæ jam ſint, & majores fuiſſent &c.* ut
videre eſt apud *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib 8. cap.7. num.35.*
Itemque alterum ſimilis diſpenſationis ab Urb. VIII. indul- 88
tæ ſuper matrimonio rato, quod contraxerat Blanca Sva-
rez cum Hiacyntho Remos, videre eſt in Breve, deſuper
expedito die 13. Aprilis 1637. ibi: *Litem, & Cauſam ſuper*
*nullitate, ſeu invaliditate hujuſmodi matrimonii contra eun-*
*dem Hiacynthum coram eodem Ordinario, ſeu alio Judice com-*
*petente introductam, & cùm in proſequutione Litis, & Cauſæ*
*hujuſmodi ratione præmiſſorum gravia odia, & inimicitiæ or-*
*tæ ſint &c.* Necnon aliud ab Alex. VII. mediante Voto C.C.
inter

inter Petrum Vitadum de Valmaſeda, & Eleonoram de
Arenaro, & Ave, ibi: *Tumquòd inter dictos Oratores gra-
ves diſſentiones ortæ ſint, & de præſenti vigeant*, ut videre
eſt in *Lib.* 23. *Decret. fol.* 233. Et rurſus in alio caſu ſimilis di-
ſpenſationis conceſſæ à Clem. X. inter Joan Lucam Crucium
89 Tyburtinum, & Silviam Argolam de Terra Taleacotii,
ex Breve expedito die 16. Septembris 1671. ibi: *Undècùm
graves, periculoſæque inimicitiæ inter eos, eorumque Con-
ſanguineos exortæ eſſent.* Et demum aliud exemplum habe-
mus ejuſdem Alexand. VII. qui ſimplicem diſpenſationem
impertitus fuit ſuper matrimonio inter nobiles Perſonas Rei-
90 publicæ Januenſis, nempè Babilanum Pallavicinum, & An-
nam Mariam Pinellam, ex hac ipſa cauſa odii, inimicitiæ,
& periculi ſcandalorum, ut patet ex Brevi, expedito die 2.
Decembris 1662. ibi: *Exortis verò inter eos, eorumque Pa-
rentes, ſeu Conſanguineos animorum alienationibus, inimici-
tiis, & odiis, propter quæ magnoperè timendum eſt, ne ma-
trimonium hujuſmodi, niſi diſſolvatur, difficiles habeat exi-
91 tus, quinimo, evidens imminet periculum, ne gravia inde
ſcandala, & inconvenientia ſequantur.*
Pro alia pariter Cauſa admittitur à Doctoribus impoten-
tia Viri ad conſumandum matrimonium, ne Uxor cogatur
invita ad cœlibatum perpetuò ſervandum, quod Jus non pa-
92 titur, vel ſubiiciatur incontinentiæ periculis ex longa mora
in conſumatione matrimonii, ut de Muliere, non cogenda
ad perpetuam caſtitatem, eſt *Text. in canon. Integritas* 32.
*quæſt.* 1. cum aliis, perpenſis à *Pignatel. conſult* 147. *num.* 10.
*& ſeqq. tom.* 4. ibi: *Occurrendùm eſt Pontificia diſpenſatione,
quippè ex hujuſmodi odio, & impotentia impeditur finis ma-
93 trimonii, qui eſt ſocietas tranquilla, & Proles, & Mulier cogi-
tur invita ad caſtitatem contra Juris diſpoſitionem*, & confe-
runt etiam firmata per *Rot. in Mediolanen. Impotentiæ ad co-
eundum decima ſexta Martii* 1588. §. 1. *coram Gyptio*, in cujus
94 hypotheſi agebatur de Marchione Alphonſo Pallavicino,
qui poſtquàm faſſus fuerat propriam impotentiam, matri-
monium deindè contrahere optabat.
Et quòd ad evitandum incontinentiæ periculum, volun-
taria etiam dilatio Viri, alioquin potentis, conſumandi ma-
trimonium, præbeat mulieri juſtam cauſam obtinendi à
Summo Pontifice diſpenſationem ſuper matrimonio rato,
95 individualiter probat *Anchar. conſ.* 239. *num* 4. ibi: *Si ergò
Vir, ſponſalibus jam contractis, protrahit conſumare, ſi hoc
facit, licitè poſſit mulier contrahere, ne cogatur perpetuò ex-
pectare, ut dicit Text. &c. Eſt enim in longa mora fornicatio-
nis periculum, & ſubeſt æquitas in hoc caſu, quia contra Jura
iſti contrahebant*, quem ſequitur *Card. Lancellott.* olim hujus
96 Sacræ Congregationis Præfectus, in Voto, exarato in Cau-
ſa *Hiſpalen. Diſſolutionis Matrimonii*, de quo ſupra *num.* 77.
& conſonant etiam animadverſa ad noſtrum effectum per
*Fagnan. in cap. Verùm ſub num.* 11. *de Converſ. Conjugat.* ibi:
97 *Neque enim juſtum, vel tutum, Uxorem tandiù invitam conti-
nere, & in periculum incontinentiæ adduci*, & per *Menoch. de
Præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10. *num.* 42. ibi; *Timor fonicatio-
nis Conjugis juſta cauſa diſſolutionis matrimonii.*
Ob eaſdem pariter rationes, Lepram unius ex Conjugi-
bus juſtam eſſe cauſam pro Diſpenſatione ſuper matrimonio
98 rato, probat exemplum ſimilis Diſpenſationis, conceſ-
ſæ à Martino V. ut teſtantur *Perez de Matrim. diſp.* 20. *ſect.*
8. *num.* 13. *Burgaſ. de Irregul. part.* 6. *tit. de Sponſ num.* 740.
*Dian coordin. tom* 3. *tit. de Poteſt. Pontif. reſol.* 97. *num.* 4. *verſ.
Undè refert*, & *Guttier. Canon quæſt. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 11.
Et generaliter, quòd impotentia conſumandi matrimo-
nium, etiam poſt illius celebrationem ſuperventa, ſit juſta
99 cauſa diſpenſandi ſuper eodem matrimonio, ſimpliciter ra-
to, ex eo, quia illius finis impeditus remanet, obſervant
*Fagnan. in d. cap. Verùm in fine de Converſ Conjug. Averſ. de
Matrim quæſt.* 2. *ſect.* 7 *verſ. Plures fol mihi* 242. ibi: *Plures
autem, & variæ poſſunt eſſe hujuſmodi cauſæ &c utpotè impo-
100 tentia conſumandi, ſuperveniens poſt contractum matrimo-
nium quæ ſi fuiſſet etiam antea, habuiſſet vim impedimenti
dirimentis, nec ab initio fuiſſet validum, Gobat in Theolog ex-
per. tract.* 10. *de Matrim caſ.* 18 *num.* 692 ibi: *Porrò cauſæ di-
ſpenſandi &c. IV. Impotentia, ſuperveniens matrimonio rato,
Tancred. de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 16. *num* 2. *fol.* 105 ibi: *Idem di-
cas de Impotentia ſuperveniente, quia ceſſat matrimonii finis,
Amic. in Curſ. Theolog. tom.* 9. *de Matrim. tit. de Diſſol matrim.
ſect.* 2. *fol.* 127. ibi: *Morbus incurabilis ſuperveniens, aut qui
ante contractum matrimonium Conjugem latebat, Vidal. in
Arc. Salut. tit. de Matrim. inquiſ. num* 66. *fol.* 153. ibi: *Cauſæ
autem pro obtinenda hac Diſpenſatione variæ à Doctoribus aſſi-
101 gnantur, nempè &c. Lepra ſuperveniens quia ſic impedirentur
mutuus corporis uſus, & idem dicendum de impotentia, Dica-
ſtil. de Matrim. tom.* 3. *tract.* 11. *diſp* 2. *dub.* 29 *fol.* 145. ibi: *IV.
Impotentia, ſuperveniens matrimonio rato, Leandr. Com-
pend. Oper. moral. tract.* 10. *de Magn. Sacr. matrim. diſp.* 5. *de In-* 102
*diſſolub. matrim. fol.* 502. *num* 54. ibi: *IV. Lepra, Impotentia,
alteri Conjugi ſuperveniens.*
Reſpectu verò dictæ cauſæ impotentiæ Viri, notandum
videtur, quòd quando allegatur, non pro fundamento de- 103
clarandæ nullitatis matrimonii per Judicis officium, ſed ad-
ducitur tantummodò pro motivo, & cauſa Gratiæ Diſpen-
ſationis, à Summo Pontifice petitæ, non illam exigit cer-
tam, & concludentem probationem, quæ ad priorem effe-
ctum deſideratur, nempè, vel per ſolemne judicium Peri-
torum, judicialiter teſtantium de evidentia perpetuæ impo-
tentiæ, vel per experimentum triennalis cohabitationis, 104
quam, ubi impotentia non ſit omninò certa, Sac. Canones
præmittendam præſcribunt, antequàm proferatur Sententia
declaratoria nullitatis matrimonii; Sed ad prædictum effe-
ctum diſpenſationis ſatis eſt, quòd dicta impotentia ſit adeò
probabilis, ut Summus Pontifex illam veram exiſtimare
poſſit, indèque moveri ad Gratiam Diſpenſationis, ut in
terminis obſervat *Card. de Luc. de Matrim. diſc.* 7. *num.* 7. Ea 105
viva ratione, quia in his terminis diſpenſatio propriè, & ri-
goroſè non eſt talis, ſed eſt potiùs prudentialis adminiſtra-
tio juſtitiæ, quam ſupremum decet Principem, intrinſecam
matrimonii nullitatem declarando ſub alio magis honorifi-
co, & expedito titulo Diſpenſationis, ut egregiè ponderat
*Card. de Luc. de Matrim. diſc.* 9. *num.* 8.
Et mirificè confert exemplum illud, quod ſub Clem. VIII.
contingit inter Sigiſmundum Tranſilvaniæ Principem, &
Principiſſam Mariam ab Auſtria, de quo *in Tom.* 2. *part.* 1. 106
*diſcept.* 3. *num* 10. & 43. & ſupra *num.* 4. Cùm enim in Con-
gregatione deputata ex octo Cardinalibus, quatuor Rotæ
Auditoribus, & duobus Pœnitentiariis Baſilicæ Vaticanæ,
primo loco actum fuiſſet, an procedi poſſet ad declarationem
nullitatis, per viam Juſtitiæ, & negativè reſolutum, ùt re-
fert *Spondan in Annal. Eccleſ. ad annum* 1599. *ſub num.* 4. &
modò addimus verba Epiſtolæ Card. de Oſſat, qui eidem
Congreg. interfuit, & ſunt ſequentia: *Venuto il detto giorno
ci trovammo tutti* 14. *da Lui dove ſi propoſe in primo luogo, ſe
ſi doveſſe procedere in queſta diſſoluzione per via di Giuſtizia*, 107
*dichiarando il matrimonio nullo, o ſe doveſſe ricorrerſi alla
ſtrada di Grazia, e di Diſpenſa, diſpenſando, e rimettendo
le Parti nella loro antica librtà, nella quale erano avanti di
contrarre il matrimonio. Fu riſoluto, toccante il primo pun-
to, che non era poſſibile la ſtrada della diſſoluzione per via di
Giuſtizia, non ſapendo Noi, ſe la cauſa, che aveva impedita
la conſumazione di queſto matrimonio, era un' impotenza di
queſto Principe, o qualche ſtregaria, ne ſe queſto impedimen-
to era nato prima, o dopo il matrimonio, ne ſe riguaribile,
o inſanabile, nò ſe era univerſale verſo tutte le Donne, o ri-
guarda ſole Vergini, come alcuni avevano detto;* Et nihilo-
minùs cum deindè propoſitum fuiſſet in eadem Congreg. an 108
ſaltem procedi poſſet ad diſſolutionem matrimonii per viam
gratioſæ Diſpenſationis, unanimitèr concluſum fuit affir-
mativè.
Reputantur etiam pro juſtis cauſis notabilis diſparitas in
qualitate Conjugum; Necnon, ut Vir, maximè conveniens 109
bono publico, eligatur in Epiſcopum; Gravis morbus, ſu-
perveniens uni ex Conjugibus antè matrimonii conſumatio-
nem, & aliæ, relatæ à *Gobat. in Theolog. experim. tract.*
10 *de Matrim. cap.* 18. *num.* 692. & ab aliis Authoribus cita-
tis ſupra.
Admittitur pro alia juſta cauſa conſumatio matrimonii
cum Muliere, cum qua Vir ſecundo loco contraxit, poſt-
quam cum alia priùs contraxerat, ſed non conſummaverat, 110
itaut primum matrimonium ſit, & dicatur ſimpliciter ra-
tum, ſecundum verò conſummatum, ut obſervat *Card. de
Luc de Matrim. diſc.* 7. *num.* 7. ibi: *Hanc autem Diſpenſationem
juſtè, ac rationabilitèr ſperandam eſſe dicebam, utpote per
Sedem Apoſtolicam concedi ſolitam, quando nulla ſuſpicio ur-
geat conſumationis primi matrimonii, dum è converſo ob con-
ſumationem ſecundi, infamiæ mulieris, aliaque ſcandala re-
ſultarent*, & concordant *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 24. *de Reform.
matrim cap* 3. *num.* 13. ubi refert ſimilem diſpenſationem con-
ceſſam *in Caven.* 17. *Julii* 1629. & *Dian. coordin. tom* 3. *tract.*
1. *de Poteſtat. Pontific. reſol.* 94. *num.* 11 ubi refert aliam di-
ſpenſationem, conceſſam à Gregor. XIII. uni ex Magnati-
bus Hiſpaniarum.
Cùmque quælibet ex dd. cauſis, etiam ſeparatim ſumptis,
juxta opinionem præfatorum Doctorum, ſufficiens repute- 111
tur ad obtinendam d. diſpenſationis Gratiam, multò magis
id verum erit ſi concurrant plures reſpectu ejuſdem perſonæ,
ut in

ut in hiſce controverſiis faciendum eſſe generaliter monet
112 *Rot.deciſ.262.num 25.coram Emer.jun.& in Rom.Matrim.15.
Januarii 1684.§.Cunctæ coram Urſin & in Viennen. Matrim.
25.Junii 1703.§.Et quamvis coram Eminentiſs. Scotto*, & in
noſtris terminis *Cardin.de Luc. de Matrim. diſc.9.num 13.&*
113 *Rota in Rom. Diſſolut. Matrim.25.Junii 1685.§. Impotentia
verſ.Etſi de per ſe coram Paulut*

Quibus contraponi non poteſt *Fagnan. in cap. Ex parte*
114 *num.26. de Converſ. Conjugat.* Necnon adverſus prædicta
allegari non merentur reſolutiones C. C. *in Cadicen.31.Maii
1704.& in Eyſtenen.15. Decembris 1716.& 15.Maii 1717.&
in Friſingen.7. Maii 1718.*

Quia *Fagnanus* non negat, Summum Pontificem diſpen-
115 ſare poſſe in matrimonio rato, & non conſummato, ſed di-
cit ſolùm: *Quod ad inſtantiam unius tantùm non conſueve-
runt matrimonia diſſolvi*. Quæ verba excludunt dumtaxat
116 obviam, & frequentem conſuetudinem diſpenſandi, non
autem abſolutè excludunt caſus aliquos, in quibus ex gra-
vi cauſa id fuerit practicatum. Et ſanè idem *Fagnanus* in
117 hac parte latiſſimam agnoſcit in Summo Pontifice poteſta-
tem circa matrimonia rata, & non conſumata, juxta ver-
ba, relata ſupra *num 55.*

Exempla verò denegationis ſimilium Diſpenſationum in
118 dd.*Cadicen. Eyſteten.& Friſingen.*nullatenus obſtant; Tum
quia denegatio non promanavit à circumſtantia diſſenſus
119 unius ex Conjugibus, ſed ab aliis juſtis motivis, quæ, etiam
accedente mutuo utriuſque conſenſu adhuc diſpenſationem
denegari poſtulaſſent. Tùm etiam, quia exempla illa reſpi-
ciunt Perſonas vulgaris conditionis, in quibus certum eſt,
non tàm facilè diſpenſari ſolere, cùm in hoc etiam genere
120 Gratiarum diſcrimen eſſe deceat inter conditionem Perſo-
narum ignobilium, & illam Perſonarum præſtantiorum,
quod & conſonat claræ diſpoſitioni *Sac. Concil. Trident. in
ſeſſ.24. de Reform. Matrim.cap. 5.*& obſervat *Fagnan. in cap.
Quia circa num.11. & ſeqq. de Conſanguin & affinit. & Card.
Pallavic. in Hiſtor.d. Concil.Trident.lib.23. cap. 8. num 3.* ubi
reſpondet vulgari illi objectioni, quòd Perſonarum acceptio
in noſtris terminis admittenda non ſit.

Diverſitatis rationem aſſignat *Fagnan.in cap.Quia circa in
fine de Conſanguin. & Affinit.* Quia quando agitur de Perſonis
ſubditis, illas facile Princeps, aut Magiſtratus coercere
poſſunt, ibi: *Hujuſmodi diſcordias ſæcularis Magiſtratus*
121 *authoritas ſedare facilè poterit*; Non ſic autem, quando ſer-
mo eſt de Magnatibus alicujus Reipublicæ, penes quos do
minatio eſt, & ſuprema regendi, imperandique poteſtas re-
ſidet, nullumque recognoſcunt Superiorem in Temporali-
bus; Tunc enim quis erit ille legitimus Princeps, aut Ma-
giſtratus, qui perniciosos earundem diſcordiarum effectus
comprimere poſſit; Necnon, experientia teſte, in his cir-
cumſtantiis privatæ animorum paſſiones facilè evadunt
publicæ.

Nequè adverſus prædicta, ſolidè in Jure firmata, juvat
122 hic recurrere ad reflexionem, quòd matrimonium duo inclu-
dit, Sacramentum ſcilicet, & contractum, quodquè licèt
Summus Pontifex ampliſſimam habeat poteſtatem in or-
dine ad Sacramentum, juxta authoritatem *Fagnanus*, &
aliorum Doctorum ſupra citatorum, eadem tamen pote-
ſtas non ſit adeo ampla in ordine ad contractum; Præci-
123 puè, quando unus ex Contrahentibus, ſuum denegan-
do conſenſum, inſiſtit pro ejuſdem contractus exequutione.
Quam objectionem inter familiares diſcurſus mihi fecit
æquè doctus, & in praxi verſatus Amicus meus, non Ad-
vena, nec hoſpes Juris, ſed Civis, & domeſticus Juris pru.
124 dentiæ, ut de *Card. de Luca* dixit *Rota deciſ 222. num. 2.
part.15.recent.*

Ultra enim ea, quæ adnotavimus ſupra *num.58.* ex qui-
bus præſens difficultas ceſſare videtur, ſubdimus, quòd ad-
miſſo etiam, quòd in Sacramento matrimoni conſiderari pa-
riter poſſit ratio contractus, ex adductis *in Tom.1.part.2.di-*
125 *ſcept.1.num.* 181. duo ſemper innegabilia ſunt. I. Quod ratio
Sacramenti, utpotè nobilior, trahit ad ſe rationem contra-
ctus, & conſequenter Summus Pontifex, habens ampliſ-
ſimam poteſtatem in concernentibus Sacramentum, ean-
dem paritèr habere dicatur in ordine ad rationem contra-
ctus, elevati ad ſtatum, & dignitatem Sacramenti, ju-
126 xta ea, quæ obſervavimus ſupra *part.1. diſcept.19. à num.*
246.ubi ex hac ſolida reflexione probavimus, matrimonium
etiam ſub ratione contractus, attenta elevatione ad ſtatum
Sacramenti, nullatenus ſubeſſe legibus civilibus, & ſæcu-
larium Principum placitis.

II. Verò, quòd non eſt novum in Jure, quòd non ſolùm
ſupremus Princeps, ſed etiam ipſimet Judices ſupplere poſ-
ſint, imo debeant in certis circumſtantiis, irrationabilem 127
diſſenſum Partium, ut vidimus ſupra *diſcept. 5.num.150.*&
concordant *Gloſſ in cap. Nullus de Jurepatron. Felin. in cap.* 128
*Cùm venerabilis num 33.de Exception.Roland à Vall.conſ.50.
num.17.lib.4. Menoch de arbitr.caſ.182.num.12. Lambertin.
de Jurepatron. lib.1.part.2. quæſt.1.art.20 per tot.Gonzal.ad
Reg.8.Cancell gloſſ.47.num.37.& 38 & Rot.deciſ.419.num.2.
lib. 3.coram Puteo.* Et in noſtris terminis *Cleric. de Sacr ma-
trim deciſ.15.num 7. & 8.& 39.* Idem probat *Belarmin.*ubi
ſupra aſſerens; Dices: *At injuria illi fit cum ſpolietur invi-
tus re ſua; Reſpondeo tenetur conſentire &c poteſt autem cogi;
ut faciat quod tenetur facere;* Abſque; ullo autem dubio te-
netur id facere, accedente juxtà. & urgenti cauſa, cum
cujus præſuppoſito loquuntur omnes Doctores.

Quæ ſi procedunt in illis terminis, in quibus circa validi-
tatem contractus matrimonii, nulla omnino adſit difficul-
tas, multò magis habebunt locum, quando, vel ratione im-
potentiæ Viri, non adhuc concludentiſſimè probatæ, ſed
præexiſtentis matrimonii tempore; Vel ex aliis facti cir-
cumſtantiis, contractus non poteſt dici taliter validus, ut
nullam admittat dubietatem; In hoc enim caſu contrahens
cum dubietate validitatis contractus matrimonii multo mi- 129
nus inſiſtere poteſt pro illius punctuali obſervantia, neque
poteſt conqueri, ſi in hac parte non experiatur ſolitam Ec-
cleſiæ benignitatem, non ſervando illius præcepta, ſed cum
dubio impotentiæ matrimonium contrahendo, faciendo in-
juriam eidem Sacramento, quod magnum in Chriſto, & in
Eccleſia vocat *D.Paul.in Epheſ.5. 32.* ut in ſimili diſponit
*Concil.Trident ſeſſ 24.de Reform.matrim.cap.5.*& Nos obſer-
vavimus *in Tom.1.part.1. diſcept.10. num.11.*& in noſtris ter-
minis *Anchar* citatus ſupra *num.95.*

Ad probandam autem impotentiam ex parte Viri, & non
conſumationem matrimonii ex parte Mulieris, in illis ter-
minis, in quibus adducuntur multæ extrajudiciales demon-
ſtrationes utriuſque, & non inſtitur apud Judices pro diſſo
lutione matrimonii per viam juſtitiæ ſed petitur à Principe 130
illius ſola diſpenſatio per viam Gratiæ, non debet concur
rere rigor ille probationum, qui de Jure requiritur in primo
caſu, ſed Princeps poteſt etiam moveri ab extrajudicialibus
demonſtrationibus, tam impotentiæ Viri, quàm virginita-
tis Mulieris, ut in his terminis obſervat *Card.de Luc.de Ma-
trim.diſc 7.num.7.* ubi, quòd ad inclinandum animum Sum-
mi Pontificis pro diſpenſatione in matrimonio rato, ſufficit,
nullam urgere ſuſpicionem conſumationis ejuſdem matrimo-
nii, ibi: *Hanc autem diſpenſationem juſtè, & rationabilitèr
ſperandum eſſe dicebam, utpotè per Sedem Apoſtolicam conce-
di ſolitam, quando nulla ſuſpicio urgeat conſumationis primi
matrimonii*; Et de ſola probabilitate impotentiæ, deſumpta
ex cohabitaotine conjugum per quinque menſes *Pignatel.con-
ſult 148.num.14.tom.1.* ibi: *Porrò in hoc caſu negari non po-
teſt quin adſit impotentiæ probabilitas ex cohabitatione quin-
que menſium &c rationeque incertitudinis Prolis, & dubii va-* 131
*liditatis matrimonii ob impotentiam, Pontifex poſſit eſſe pro-
clivior ad conceſſionem diſpenſationis.*

Et in ſpecie practicavit Alexand. VII. mediante ejus Bre-
ve, expedito die 31. Martii 1665. ut patet ex verbis, regi-
ſtratis ſupra *num 44.*

Idemque practicavit pariter Clemens VIII. in caſu, de 132
quo ſupra *num.4.* quem latè deſcribunt *Card. Oſſatus Epiſt.
180 per tot.& Spondan.in Annalib.Eccleſ.ad annum 1599.ſub
num. 4.* 133

Nec contrarium practicaſſe eundem Alexand. VII.in ſimi-
li diſpenſatione, ad preces utriuſque Conjugis conceſſæ in il-
la *Januen.* in qua ſcripſit *Card. de Luc.de Matrim. diſc.9.* pa-
tet ex Atteſtatione Vicarii generalis Januenſis, ſequentis 134
tenoris.

*Univerſis, & ſingulis fidem facimus, & atteſtamur, inter* 135
*probationes factas in Proceſſu conſtructo coram fel.rec. Emi-
nentiſs.& Reverendiſs. D.Card. Stephano Duratio Archiepiſ-
copo Januen. Exequutore Apoſtolico vigore Brevis ſa: mem.
Alexand.VII.dati Romæ die 2.Decembris 1662.pro diſſolutio-
ne matrimonii rati, & non conſumati, aliàs contracti inter
tunc Illuſtriſſ. Babilanum Pallavicinum, & Annam Mariam
Pinellam, non fuiſſe adhibitam Viſitationem Obſtetricum ſu-
per virginitate dictæ Illuſtriſſ Annæ Mariæ, ceptis die 11.&
finitis die 19. Decembris dicti anni 1662 receptis à qu. Joan.
Baptiſta Badaraco Notario, & tunc curiæ Archiepiſcopalis
Genuæ Cancellario, coram Nobis præſentatis, & per Nos
diligenter viſis lectis, & recognitis.*

Ex quibus patet, non ſubſiſtere id, quod reſpectu dictæ
Cauſæ *Januen.* aſſerit *Card.de Luc.d diſc.9.de Matrim num.* 136
6 *verſ Atque ita*, quòd ſcilicet in d.caſu, ultra juramentum,

ab utro-

ab utroque Conjuge, & Conſanguineis amborum Contrahentium, ſeu ſeptima manu eorundem præſtitum, adfuerit etiam recognitio virginitatis Uxoris, facta ab Obſtetricibus.

Quod ictu oculi deſumitur ex ſola lectura Brevis diſpenſa-
137 tionis, in quo fit ſpecifica mentio confeſſionis Conjugum, & ſeptimæ manus eorum Propinquorum, ſed nulla legitur ſyllaba, concernens aliam probationem viginitatis Uxoris, ibi: *Jamque ipſi Exponentes in præſentia tua Jusjurandum præſtiterunt, ſe matrimonium hujuſmodi nunquam conſumaſſe, & utriuſque eorum Conſanguinei, idipſum coram Te etiam aſſeruerunt.*

Idque ex eo ad evidentiam pariter comprobatur, quia in *cap. Laudabilem de Frigid. & malef.* ad probandam virgini-
138 tatem Mulieris pro diſſolutione matrimonii ob Viri impotentiam, non preſcribitur copulativè ſeptima manus Propinquorum, & recognitio, facienda per Obſtetrices, ſed apertè ſtatuitur, ſufficere ſolam Confeſſionem Conjugum, cum ſeptima manu Propinquorum, juxta illa verba: *Si autem, quod nunquam ſe invicem cognoverint, ambo fatentur, cum ſeptima manu Propinquorum &c. tactis ſacroſanctis*
139 *Evangeliis, uterque jurejurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam una caro effecti fuiſſent, & tunc videtur, quòd Mulier valeat ad ſecundas nuptias convolare.*

Videtur proinde nimis improprium, quòd abſque ulla ne-
140 ceſſitate voluerit in *d. Cauſa Januen.* practicari id, quod ad terminos claræ diſpoſitionis Juris Canonici nullo modo, nulloque colore requirebatur ad obtinendam exequutionem dictæ diſpenſationis, jam conceſſæ cum ſola narrativa probationis non conſumationis per Juramentum Conjugum, & ſeptimam Propinquorum manum; Quæ recognitio non de facili permitti ſolet à nobilibus Puellis, ut experientia notum eſt, & in ſuo caſu obſervavit *Card. de Oſſat. Epiſt.* 180. his verbis: *Il fuſt parlè de viſiter la Princeſſe par de ſages Femmes,*
141 *& autres Matrones, mais on ne s'arreſtà point à cela, parce qu'il fuſt ſceu; que ladite Princeſſe ne ſouffriroit aiſement d' eſtre viſitèe;* Et generaliter notat *Sperell. deciſ.* 136. *num.* 10. ubi reſpondendo objectioni, quòd, ſi hoc verum eſſet, oporteret eliminare hanc ſpeciem probationis ad probandam virginitatem, ſequendo: *D. Auguſt. lib.* 1. *de Civit. Dei*
142 *cap.* 18. ait: *Ergo nunquam faciendum eſſe ſimilem inſpectionem, & ſic hoc genus probationis eliminandum, inquit, ſe, id non audere affirmare, ſed id relinquendum eſſe Puellis ſæcularibus infimæ conditionis.*

Quarum reſpectu verificari pariter poteſt, id quod legitur *in cap. Cauſam* 14. *de Probat.* ibi: *Sæpè manus fallitur, &*
143 *oculus Obſtetricum*, quod utinam experientia verum non comprobaret, non ſolùm ex defectu peritiæ, & periculi in ordine ad Obſtetrices, ſed etiam ex operationibus vilium, & inhoneſtarum Mulierum, ut obſervant *Bajard. ad Clar. §. final. quæſt.* 4. *num.* 7. His verbis: *Et hoc mihi contigit in facto, dum eram Gubernator Civitatis Spoletanæ, ubi quædam Puella fuit tradita duabus Obſtetricibus, ex improviſo vocatis, qua inſpecta, cum juramento retulerunt, eam eſſe*
144 *virginem, & poſtea fuit reporta prægnans Vercell. quæſt. moral. & legal. tom.* 1. *quæſt.* 14. *ſub num.* 4. ubi, quod inter Turcas adeo certa habentur medicamina ad colorandam virginitatem, ut Puellæ conſtupratæ, tanquam integræ publicè vendantur, præcedente illarum viſitatione, & recognitione, taliter ut neque etiam poſſit deprehendi vitium
145 corruptæ Puellæ, quodque id fuit eidem narratum Conſtantinopoli, & ex Medicis *Eugen. Epiſt. medic. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. ubi, quòd à ſex probatæ famæ Obſtetricibus Mulier quædam judicata fuit Virgo, quæ per ſeptem menſes antea puerum peperat, & *Regner. de Graff. in Biblioth. anathom. tom.*
146 1 *tit. De Infim. Ventr. fol.* 594. *verſ. His omnibus*, ubi poſtquam retulerat multa, quæ ab Authoribus ad virginitatem cognoſcendam adduci ſolent, juxta verſus illos *Claudiani: Et veſtes thyrio ſanguine fulgidas, Alter virgineus nobilitet cruor, Tunc victor madido proſiliat thoro, Nocturni referens vulnera prælii;* Subjungit: *Sed quam fallacia, atque ridicula hæc ſint, nemo ignorat.*

Condormitio Conjugum in eodem lecto, ſicuti non facit, ut matrimonium amittat qualitatem, & denominatio-
147 nem rati, quando in rei veritate conſummatum non fuit, ex adductis in *Tom.* 2. *part.* 1. *diſcept.* 3. *à num.* 45. Ita non benè adduci poteſt pro motivo difficilis conceſſionis Gratiæ diſpenſationis, ex ibidem cumulatis, & in terminis condormitionis Viri in eodem lecto cum virgine, ſibi matrimonio juncta per ſpatium quinque menſium, loquitur *Pignatell.*
148 *conſult.* 148. *num.* 14. *tom.* 1.

Et in terminis condormitionis Viri cum Uxore vidua, cujus reſpectu negativa conſumationis matrimonii quodammodo fraternizat cum impoſſibili, egregiè *Card. de Luc. de Matrim. diſc.* 9. *num.* 15. referens Diſpenſationem, in his terminis conceſſam à Clem. X. ibi: *In quadam verò alia Cauſa, in qua ob inimicitias, & antipathiam cum hoc exemplo* 149
*idem practicatum fuit, cum præſuppoſito etiam, quod ageretur de matrimonio rato tantùm, difficultas magna apud me erat, quòd ageretur de Vidua, quæ cum Viro jam dormierat, ideoque non agnoſcebam, quomodo convinci poſſet negativa conſumationis matrimonii; Licèt enim id non ſit omnino impoſſibilis juſtificationis, attamen videtur nimium difficilis,* 150
*adout ſit difficultas, quæ quodammodo fraternizet cum impoſſibilitate.*

Remanet proinde ſine fundamento aſſertio illa, quòd nunquam datus ſit caſus diſpenſationis matrimonii rati,
in cujus circumſtantiis Vir, & Uxor inſimul condormierint, 151
abſque recognitione Virginitatis Uxoris, dum habemus dictum individualem caſum, relatum *à Card. de Luc.* cujus reſpectu verificatur duplex circumſtantia, omni conſideratione digna. I. Quod Contrahentes erant perſonæ mediocris conditionis, non primi ordinis in Patria libera, ſed ſubditæ uni ex Romanis Baronibus, & ex Terra Taleacotii, & Civitate Tyburtina. II. Verò, quòd agebatur de condormitione Viri potentis cum Muliere vidua, & adductæ, atque admiſſæ fuerunt pro juſtis cauſis ſolæ *graves*, 152
*periculoſæque inimicitiæ inter eos, eorumque Conſanguineos exortæ*, juxta præciſa verba Brevis diſpenſationis, expeditæ die 16. Septembris 1671. prævio Voto trium Cardinalium dumtaxat, nempe Franciſci Brancatii, Marcelli Sanctacrucii, & Caroli Gualterii.

Ex quibus *in Tom.* 2. *part.* 1. *diſcept.* 3. *num.* 26. in ea fui opinione, quòd Summus Pontifex in his caſibus poſſit diſpen- 153
ſare in matrimonio rato, & nullatenus conſumato, etiam diſſentiente uno ex Conjugibus; Hodiè autem eò magis in eadem opinione confirmor, quò Sacr. Congregat. Concil. die 20. Maii 1719. requiſita pro Voto à Santiſſimo Domino Noſtro dictam affirmativam Sententiam approbavit, & canonizavit.

---

# DISCEPTATIO XXII.

## Potentina Proceſſionis.

PRO

PP. Reformatis S. Franciſci Aviliani,

CUM

PP. Dominicanis.

## ARGUMENTUM.

*Infra Octavam feſtivitatis SS. Corporis Chriſti licitum eſt omnibus Religioſis ſolemnem Proceſſionem facere, ad ornatum Conſtit.* 10. *Gregor. XIII.*

FAmilia Ciſmontana PP. M. O. R. Sancti Franciſci in Oppido Aviliani Potentinæ Diœceſis habet unum ex prin- 1
cipalioribus Conventibus Provinciæ Baſilicatæ. In illo enim *attualmente viſtanno di fameglia il Padre Guardiano, e ſette altri Sacerdoti* 12. *Novizii, e* 19. *Fratelli laici*, & ſic totum Religioſi *num.* 39. ut per hæc præciſa verba id teſtatur E. *in Relat.*

E contra verò in eodem Oppido unicus duntaxat reperi- 2
tur Conventus Dominicanorum, in quo, ut ait idem Epiſcopus, ubi ſupra, *ci ſono di famiglia attualmente* 4. *Sacerdoti, cioè il Padre Priore, e tre Lettori, e cinque Converſi*, & ſic in totum novem Religioſi, inter quos tres Lectores, abſque ullo tamen Diſcipulo, ut inter Partes non controvertitur, & patet ex Summar. ex quo conſtat, in præteritum, & ante duos ultimos annos, tres dumtaxat Sacerdotes, & totidem Laicos in illo moram feciſſe.

In eodem Oppido præteritis temporibus proceſſum fuit 3
cum illo inſubſiſtenti ſuppoſito, quòd Religioſi Dominicani ha-

ni haberent privativam faciendi Proceſſionem SS. Corporis Chriſti in Dominica infra Octavam ejuſdem Solemnitatis, cohærenter ad quoddam particulare Indultum Sancti Pii V. emanatum pro aliquibus Provinciis Hiſpaniarum, relatum *in Conſtit.* 10. *§.* 1. *Gregor. XIII.*

Verùm edocti dd. PP. Reformati Aviliani ab alia Cauſa
4 alterius Conventus noſtræ Religionis, coram hac Sac. Congreg. diſputata, ſub titulo vicinæ Civitatis *Tricaricen. Proceſſionis*, id nullam habere ſubſiſtentiam, in qua, utraque Parte acerrimè informante reſolutum fuit, talem privativam nullo modo competere dd. PP. Dominicanis, ut recognoſci poteſt *ex Tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 10. *& Tom.* 2. *part.* 1. *diſc.* 4. Sed in hac parte punctualiter ſervandam eſſe dictam
5 celebrem *Conſtit.* 10. *Gregor. XIII.* quæ ita ſummatur. *Quod omnibus liceat in quacumque die infra Octavam SS. Corporis Chriſti Proceſſionem ſolemniter facere in honorem ſuæ feſtivitatis.*

Hinc anno 1716. iidem Reformati hujuſmodi Proceſſionem
6 facere procurarunt, omniaque ſumma pace peracta fuerunt occaſione Viſitationis tunc temporis moram facientе in eadem Terra Aviliani Epiſcopo Potentino: Fuitque etiam facta die Sabbati infra Octavam ejuſdem ſolemnitatis, eò quia eodem anno dicta die in noſtra Eccleſia celebratum fuit ſolemne feſtum Sancti Antonii Patavini, ut refert etiam E. in d. *Relat.*

Anno verò 1717. credebant iidem Reformati, nullum omninò obſtaculum invenire in facienda d. Proceſſione, quæ nemini præjudicium vel minimum affert, eſtque uni-
7 cè directa ad majorem Dei cultum. Quibus attentis pro illius facultate, & permiſſione omnis capienda eſt favorabilis interpretatio ad *Textum in cap. In his de Privileg.* & juxta firmata per *Rot. in deciſ.* 847. *num.* 3. *coram Seraph. & deciſ.* 685. *num.* 5. *coram Cerr. & deciſ.* 528. *num.* 23. *&* 24. *part.* 7. *recent.*

Cæterùm res aliter ſe habuit: Patres enim Dominica-
8 ni, habita notitia ejuſdem piæ voluntatis Reformatorum, eorundemque devotionis erga auguſtiſſimum SS. Euchariſtiæ Sacramentum, omnem moverunt lapidem ad illam impepiendam, & quidem, tam de Jure, quàm de facto: De Jure multis diebus ante ſuo magno ſecreto procurando Inhibitionem, ſeu Monitorium à Curia Epiſcopali, ne eandem Proceſſionem facerent, *e con tutto che* (ſunt verba Epiſcopi in dicta Relat.) *li Domenicani aveſſero potuto a luogo, e tempo congruo di far intimare ſubito detto ordine, nientedimeno ne differirono la notificazione ſino al doppo pranzo del giorno di Domenica infra Octavam*, hoc eſt ad illud tempus, ſeu temporis illa momenta, quibus Proceſſio
9 incipere debebat, imo jam incæpta erat. De facto verò, mediantibus illis operationibus, quæ in parte recognoſci poſſunt ex Summario Nec non ex *dicta Relatione Epiſcopi*, ibi: *Qual'effetto accagionato aveſſe l'intimazione di tal'ordine, taccio per la confuſione il dirlo.*

Obiter obſervantes hìc reſpectu hujus Monitorii, ſeu In-
10 hibitionis, illius verè maximam, & intolerabilem exorbitantiam; Eo enim tempore, quò unus ex Jeſu Chriſti Vicariis, Apoſtolorumque Principis Succeſſoribus, per viam legis univerſalis, mediante ejus Papali Conſtit. impreſſa in Bullario, expreſsè mandat, & cubitalibus iſtis literis præcipit *omnibus Fratribus Ordinis Prædicatorum, & quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis* (inter quas nemo dubitat, comprehendi Curias Epiſcopales, & ipſoſmet Epiſcopos) *in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris late ſententiæ, necnon ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque &c. pœ-*
11 *nis, ne contra præſentium Literarum tenorem venire, aut ſuprafcriptos, vel quoſcumque alios, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quòminùs præmiſſa liberè fieri poſſint, per ſe, vel per alium, ſeu alios publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè quovis quæſito colore, vel ingenio impedire audeant, vel præſumant*, juxta præciſa verba *d. Conſtit.* 10. *§.* 4. *Gregor. XIII. in Bullar. nov. tom.* 2. Sub ipſiuſmet Summi Pon-
12 tificis oculis reperiri potuerit Eccleſiaſticus Judex, qui eandem Proceſſionem impedire auſus fuerit, & præſumpſerit, non tacitè, & indirectè, ſed expreſsè directè, & per viam actus judicialis, mandando, & præcipiendo *Patribus Reformatis Sancti Franciſci Terræ Aviliani, ut ſub pœna Interdicti Eccleſiæ non audeant, neque præſumant Proceſſionem SS. Sacramenti peragere &c.* ſunt verba Monitorii, quod videtur eſſe longè duriùs, ac aliud Præconem clamare,
13 aliud nunciare Judicem, reprobatum *à Div. Gregor. homil.* 37 *in Evang.* Eò quia verè, & propriè idem eſt, aliud Summum Pontificem demandare, aliud inferiorem Judicem Eccleſiaſticum, & ſubditum præcipere, quando Sacri Canones ſtrictiſſimè injungunt, *puros nutus, & umbras voluntatis Summorum Pontificum eſſe feſtinanter, & inoffenſo pede exequutioni mandandos, & adorandos*, ſunt verba *P. Gruther. de Arte*
*benè deſider. reſol.* 15. *§.* 9. *num.* 177. *fol.* 330. 14

Cum illo addito, quòd ad procurandam exequutionem ejuſdem Papalis legis non omiſerunt pauperes Religioſi re- 15
currere etiam ad præſidium hujus Sac. Congreg. humillimas fundendo preces eidem Epiſcopo, illumque enixè exorando, *che ordinaſſe a quell'Arciprete, che faceſſe eſeguire il Decreto, ultimamente uſcito a loro favore dalla Sac. Congreg. per la Proceſſione del Venerabile*, hoc eſt illud emanatum in *dicta Tricaricen.* de quo ſupra *num.* 5. ut per hæc numero verba refert 16
Epiſcopus in *Relat.* ubi addit: *Alla quale dimanda diedi poco orecchio in riguardo, che era un punto, che aveva biſogno di cognizione di Cauſa.* Ac ſi poſt ſolemne judicium hujus Sacroſancti Senatus pro illius exequutione remaneat Epiſcopis facultas procedendi ad cognitionem meritorum Cauſæ, non autem eiſdem Epiſcopis remaneret ſola gloria exequendi, & obediendi. Itaut in hac etiam parte iidem Religioſi magnos experti fuerint irregulares operandi modos, improba- 17
tos *à D. Bernard. in Epiſt. ad Innoc. Papam, inter ejus Opera fol. mihi* 1599. his verbis: *Etiam poſt appellationem tui nominis, auſi ſunt exercere &c.*

Quæ dicta ſint pro ſola integritate narrationis facti, ex
illo motivo, quod expreſſimus in principio Epiſtolæ ad *Le-* 18
*ctor. noſtrar. Inſtit. Crim.* ſequentibus verbis: *Neque ab ulla exercitatione magis animus noſter, & profeſſio, quàm à Cauſis criminalibus ſit aliena*: Eò quia hodiè unicè quæritur, an dd. PP. Dominicani privativam habeant facultatem faciendi Proceſſionem in Dominica infra Octavam SS. Corporis Chriſti.

Pro cujus negativa reſolutione ſuperabundare videtur ſola, & ſimplex recognitio, & lectura *d. Conſtit.* 10. *Gregor.*
*XIII.* una cum ſucceſſivis Oraculis hujus Sac. Congreg. ema- 19
natis *in d. Tricaricen. diebus* 18. *Aprilis* 1714. *&* 4 *Martii* 1717.
acriter ſe opponentibus, tam Religioſis familiæ Domini- 20
canæ, quàm Clero Sæculari Oppidi Montis Murri, ut videre eſt *in d. diſcept.* 10. *part* 2. *tom.* 1. *& diſcept.* 4. *part.* 1. *tom.* 2.

Quia verò duo inculcata fuerunt in dicta Curia Epiſcopa-
li Potentina: Indultum nimirum Sancti Pii V. una cum qua- 21
dam Declaratione Clem. VIII. Necnon quaſi poſſeſſio hujuſmodi Proceſſionem faciendi in dicto die Dominico infra Octavam, privativè quoad omnes alias Regulares Familias, in qua aſſerunt eſſe, & manuteneri prætendunt dd. PP. Dominicani. Hinc breviter illarum inſubſiſtentiam demonſtrantes.

Reſpectu primæ dicimus, idem Indultum, vel eſſe reſtri-
ctum ad aliquas Hiſpaniarum Provincias, ſpecificatas *in d.* 22
*Conſtit.* 10. *§.* 1. *Gregor. XIII.* Vel in omnem caſum revocatum in hac parte fuiſſe à dicto ſucceſſore Summo Pontifice *Gregorio XIII in Conſtit.* 10. *§.* 3. cubitalibus iſtis literis: *Nihilominùs pro potiori præmiſſorum cautela Literas Pii prædeceſſoris hujuſmodi harum ſerie penitùs, & omninò quoad effectum prohibitionis celebrandi Proceſſiones hujuſmodi, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu evacuamus, & tanquam tales minimè attendi, vel eiſdem Fratribus Prædicatoribus ſuffragari poſſe, volumus*, & notat *Barboſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. collect.* 231. *num.* 2. Et pro- 23
inde in eodem prætenſo Indulto, ut ſupra expreſsè revocato, nullum omninò fundamentum fieri poteſt, ex adductis per *Gobb. conſ.* 64. *num.* 118. *& ſeqq.*

Dicimus pariter, Clementem VIII. nullo modo con-
firmaſſe idem Indultum Pianum quoad privativam facien- 24
di Proceſſionem, ſed ſolùm confirmaſſe Indulgentias, in illo conceſſas, aſſociantibus Proceſſiones Dominicanorum, faciendas in Dominica infra Octavam Sanctiſſimi Corporis Chriſti, illas extendendo etiam ad Conventus, poſtea erectos, ut hæc Sacr Congregat. admiſit in *dicta Tricaricen. Tom.* 1. *part.* 2. *diſcept.* 10. *à num.* 14. *uſque ad num.* 19

Et in noſtris individualibus terminis, hujuſmodi Cle-
mentinam declarationem interpretando, obſervant: *Bar-* 25
*boſ. in Summ. Apoſtol. deciſ. collectan.* 372. *num.* 12. ubi refert ita pluriès deciſum ab hac Sacr. Congregat. *& de Poteſtat. Paroch. cap.* 12. *num.* 14. *& Pignatell. conſult.* 73. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 6.

Neque majorem habet ſubſiſtentiam ſecunda exceptio, 26
funda-

fundata in d. prætenſa quaſi poſſeſſione PP. Dominicanorum
faciendi d. Proceſſionem.
Quia ex hac parte non impugnatur Dominicanis Jus fa-
27 ciendi propriam Proceſſionem d. die Dominico infra Octa-
vam, ſed noſtri Religioſi ſuas reſtringunt preces ad hoc, ut
poſſint illam facere hora, & tempore, diverſis ab illis,
quas eligunt dd. PP. Dominicani. Ultrò admittentes, eoſ-
dem Dominicanos poſſe eligere tempus, & horam, ſibi
benè viſas, ut in ſpecie practicatum fuit *in d. Tricaricen.* in
qua hæc S. C. mandavit, in die SS. Corporis Chriſti Proceſ-
ſionem faciendam eſſe à Clero Sæculari; A PP. Dominica-
nis in die Dominico infra Octavam de mane: Et à PP. Re-
28 formatis eodem die Dominico de ſero; Hoc modo dene-
gando quidem privativam eiſdem PP. Dominicanis, ſed il-
lis tribuendo tempus, & horam, ab illis deſideratas, quod
pariter practicari poterit in præſenti. Nihil aliud petentes,
atque pro nihilo alio ſupplicantes noſtri Religioſi, quàm
propriam Proceſſionem facere, ſed ſine ullo præjudiclo Do-
minicanorum. illorumque prioritatis.
Cæterùm, quòd attentis clauſula *Sublata*, *& decreto irri-*
29 *tanti*, quibus munita eſt dicta Conſtit. Gregoriana, nullum
omnino fundamentum fieri poſſit in uſu, contrario eidem
Papali legi, in terminis firmavit *Rota in Tranen. Præemi-*
*nentiarum 20. Februarii 1713. §. Quod autem, & ferè per tot.*
*coram Card. Scotto*, quam ſequitur *D. Piton. poſt tom. 2. Diſ-*
*cept. Eccleſ. in Pareg. fol. 13. num. 61. & ſeqq.* Cum quibus
30 proceſſit hac S. C. in dicta *Tricaricen.* ut videre eſt in *Tom. 2.*
*par. 1. diſc. 4. num. 26. & ſeq. & num. 66.*
Nec dicatur, quòd Clerus Sæcularis ſe declaret, plures
31 velle facere Proceſſiones occaſione ſolemnitatis SS. Corpo-
ris Chriſti, hoc eſt *nel giorno proprio della Solennità, la Do-*
*menica infra Octavam, & in tutta l'Ottava a loro arbitrio*,
ut dicitur in Relatione Epiſcopi: Itaut nullum remaneat
tempus pro Reformatis illam faciendi, neque expediat in
parvo Oppido tres facere Proceſſiones, una, eademque die.
Hi enim ſunt præciſi termini *d. Tricaricen.* in qua PP.
32 Dominicani iſtud omninò pariter fecerunt objectum, imo
procurarunt, ut ad Cauſam veniret dictus Clerus, cum di-
ſtinctis Defenſoribus, ad impediendam Reformatis pro-
priam Proceſſionem, inſtando, ut ſibi licitum eſſet, dupli-
cem facere Proceſſionem, unam in die Solemnitatis SS. Cor-
poris Chriſti, alteram verò de mane diei Dominici infra
33 ejus Octavam, ut referendo factum indicavimus in *Tom. 2.*
*par. 1. diſc. 4 num. 4. & 5.*
Sicuti autem in dicto individuali caſu hæc S. C ſpecialiter
34 informante etiam Clero Sæculari, id non permiſit, ita ne-
que etiam ſperamus id eſſe permittendum Dominicanis, eò
quia repugnat omnibus Rubricis, ut una, & eadem Eccle-
ſia, non ſemel, ſed multis vicibus, omnibuſque diebus O-
ctavæ *a loro arbitrio* in feſto, & Octava SS. Corporis Chri-
ſti Proceſſionem faciat, ut videmus in Urbe practicari, in
qua neque etiam Eccleſiæ Patriarchales multiplicant Pro-
ceſſiones in Feſto, & Octava SS. Corporis Chriſti: Cujus
35 ſolitum, & praxim deſervire pro norma, & regula in uni-
verſo Orbe obſervant adducti in *Tom. 1. par. 2. diſcept. 16. num.*
*28.* quibus addo *Rot. in Conſtant. Præced. 27. Jan. 1713. §.*
*Idipſum cor. Anſald.*
Pro quorum omnium faciliori admiſſione non omittimus
36 EE. PP. obſecrare, ut ex una parte dignentur reflectere ad
magnum numerum 40. Religioſorum, moram facientium
in noſtro Conventu, à quibus cum omni decore, & majeſta-
te fieri poteſt eadem ſolemnis Proceſſio, de qua diſputamus;
Ex alia verò parte dignentur conſiderare parvum numerum
Dominicanorum, qui anno 1716 & aliis annis anteceden-
tibus, erant tres Sacerdotes, & totidem Laici: Hodiè au-
tem, facta additione aliorum, ad præciſum effectum effu-
giendi notam paucorum Religioſorum, vix ſunt quatuor
Sacerdotes, & quinque Laici, qui neque etiam ſufficiunt
37 pro neceſſariis Miniſtris Altaris: Eò quia tres ſunt ſimplici-
ter neceſſarii in figura Sacerdotis celebrantis, Diaconi, &
Subdiaconi, duo tanquam Accolyti, cum Thuribulis effu-
mantibus, unus deferre tenetur Crucem, & alter aſſiſtere
tanquam Cæremoniarius, & duo ſaltem in figura Cæroſe-
rariorum, ut colligitur *ex Rubric. Ritual. Rom tit. de Pro-*
38 *ceſſ. Corp. D. fol. 191.* utque omnibus notum eſt; Itaut illi
bini, & bini, qui, devotè procedentes, ſuo loco incedere
ſolent ante auguſtiſſimum Sacramentum, quivè agmen Sup-
plicantium, ſeu Proceſſionem componunt, ut dicitur *in Ri-*
*tual. Roman. tit. de Proceſ. §. Omnes decenti habitu*, & no-
tat *Macr. in Hierol. verbo Proceſſio*, erunt ſimiles illis 300.
Sociis Mutii Scevolæ, dum in noſtro caſu penitùs deſide-
rantur ex Religioſis Dominicanis, qui proindè ad compo-



nendam d. Proceſſionem invitare ſolent *tutti li Preti, overo* 39
*li Padri Riformati*, ut dicit Epiſcopus in Relatione; Re-
linquentes proinde EE. PP. conſiderandum, an poſſit hu-
juſmodi Proceſſio attribui iiſdem Dominicanis, quorum
nullus eam componit, & an cum fundamento in his termi-
nis poſſit ab eiſdem paucis Religioſis prætendi privativa fa-
ciendi d. Proceſſionem, non à ſeipſis, ſed invitando alios
Religioſos, vel totum Clerum Sæcularem.
Die Ven. 13. Maii 1718. à Card. de Comitibus propoſitis
precibus Oratorum in C. E. & R. reſponſum fuit: *Licere* 40
*PP. Reformatis Proceſſionem facere in die, ab Epiſcopo deter-*
*minanda.*

# DISCEPTATIO XXIII.

## Regien.

*PRO*

Canonicis Collegiatæ Novellariæ.

*CUM*

Confratribus Sanctiſſimi Roſarii.

## ARGUMENTUM.

*Confratres laicalium Societatum, exiſtentium in Eccleſiis Collegiatis, quas functiones in illis facere poſſint, invitis Canonicis, & permittente Archipresbytero.*

PRævia conſpicua bonorum largitione, ac memorabili
pietatis exemplo Alphonſus Gonzaga, Novellariæ
Comes, die 11. Sept. 1567. obtinuit à S. Pio V. ſpecialem
Gratiam, ut nova Eccleſia ſub titulo S. Stephani, propriis
ſumptibus in eodem Oppido ædificanda, erigeretur in Col-
legiatam, prævia tamen fundatione, ac dotatione octo
Canonicatuum, ac Archipresbyteratus, cui tanquam pri-
mæ Dignitati animarum Cura commiſſa fuit, mediante
demolitione tunc temporis labentis Eccleſiæ Parochialis, 1
quæ per tertiam partem unius milliarii à prædicto Oppido
antiquitùs diſtabat; Illaque de facto ſumptuosè conſtructa,
obtinuerunt ſucceſſivè duæ Confraternitates in ea recipi, &
aggregari. Una ſub titulo SS. Sacramenti, & altera ſub In-
ſtituto SS. Roſarii, quarum Confratres uſque ad noſtra tem-
pora laudabiliter in eorum particularibus functionibus ſe
geſſerunt, itaut omni populo ſingulare pietatis, ac devo-
tionis præbuerint exemplum.
Ultimo autem loco, proviſo de dicto Archipresbyteratu
moderno Archipresbytero, non defuerunt æmuli pacis, ſa- 2
toreſque diſcordiarum, qui ſuperſeminantes zizaniam, ta-
lia, ac tanta inter Confratres diſſeminarunt, ut Canonici,
qui illos benignè in eorum propria Eccleſia receperunt, &
per duo ferè Sæcula eos æquali benignitate ſemper tracta-
runt, uti poſſint verbis illis *Innoc. III. in cap. Et ſi Judæis*
*13. de Judæis. Nobis illam retributionem impendunt, quam,*
*juxtà vulgare proverbium, mus in pera, ſerpens in gremio,*
*& ignis in ſinu, ſuis conſueverunt hoſpitibus exhibere*, de qui-
bus ſupra *diſcept. 1. §. 1. n. 12.* eò quia multa prorſus inſubſiſten-
tia prætendentes iidem Confratres SS. Roſarii, cauſam
præbent diſceptationi ſequentium dubiorum. 3
I. dub. *An, annuente, & permittente Archipresbytero, &*
*Parocho, poſſit Archiconfraternitas SS. Roſarii adimplere one-* 4
*ra Miſſarum, & Anniverſariorum, ſibi injuncta, mediantibus*
*Presbyteris exteris, ſibi beneviſis; Sive potiùs teneatur uti mi-*
*niſterio Canonicorum Collegiatæ, & quatenus affirmativè,*
*quoad 2. partem.*
*Negativè* quoad primam partem, & *affirmativè*, quoad
ſecundam reſolvendum videtur. Eo enim ipſo, quòd Cano-
nici ſentiunt quotidianum incommodum continuæ ſervitu-
tis prædictæ Confraternitatis in propria Eccleſia, omnis
æquitatis, omniſque juſtitiæ ratio expoſtulat, ut mediante
celebratione Miſſarum, & Anniverſariorum, per ipſos Con-
fratres explenda, ab eleemoſynis dictarum Miſſarum, &
Anniverſariorum aliquod commodum ſentiant, ut in termi-
nis reſpondit S C. E. & R. *in Hydruntina*, quam ſequitur *Ni-*
*col. in Floſc. ver. Miſſæ n. 31.* ibi *Miſſæ, ad ſatisfaciendum elee-*
*moſynis alicui Eccleſiæ traditis, celebrari non debent per Exte-*
*ros, ubi cōmodè poſſunt ſatisfieri per Sacerdotes ejuſdē Eccleſiæ.*
Et in durioribus terminis reſpondit S C. Viſit. Apoſt. 5

T *dic*

*die* 24. *Maii* 1712. ad relat. Card. de Abdua; ut videre eſt
in *To* 1. *p.* 1. *diſcept.* 16. *num.* 272.

7 Dixi in terminis fortioribus, quia in d. caſu Confratres,
prætendentes facere celebrari Miſſas à propriis Cappella-
nis, unicè movebantur ad ſublevandas miſerias eorum Ar-
chiconfraternitatis, ut patet *ex num.* 124. Non ſic autem in
præſenti, in quo nullam omnino utilitatem habent Confra-
tres à celebratione Miſſarum, demandata exteris Presby-
teris, ut aſſerit Epiſcopus in ejus Relatione: Et propte-
rea contraria prætenſio participare videtur de natura illius
litis, quam ego deſcripſi *in Inſtit. Crim. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 63.

8 Et in terminis aſſociationis Cadaverum ad Eccleſiam
Parochialem, quod iſtius Cappellani præferendi ſint Sacer-
dotibus exteris, notant *Pignat. conſ.* 211. *n.* 36. *to.* 4. *Card. de
Luc de Paroch. diſc.* 46. *ſub n.* 4. *Verſ. Benè verum*, & firmavit
*Rot. in Gerunden. Manut.* 18. *Jun.* 1703. *§. Facilius cor. Omanna,
ac in Melevitana Decretorum* 21. *Martii* 1707. *§. Superato cor.
Anſald.*

Et in terminis alterius Societatis laicalis, unitæ cum
Præpoſito Collegiatæ Eccleſiæ SS. Nazarii, & Celſi, Pla-
9 centinæ Diœceſis, habemus duas *dec. Rot cor. Em. Scotto in
Placent. præt. Collegialit.* 30 *Iunii* 1695. *§. Hoc interim*, ibi *Re-
ctor, ſeu Præpoſitus nuncupatus hujus Eccleſiæ, qui Societati
unitus, inſimul cum dicta Societate, iudicium poſſeſſorium pro-
movebat &c.* & *§. Præcipuè*, ibi: *Cùm congruum videatur, quod
Beneficiati, qui hujuſmodi Eccleſiæ ſervitio continuò aſſiſtunt,
exteris Sacerdotibus in diſtributione eleemosynarum præfe-
rantur* & 20. *Junii* 1696. *§. Denique*, & *§. ſeq.* & *cor. Olmo*, ibi.
*Reſpectu* 3. *dub. ſupr quo reſolutum fuit, quod Beneficiati præ-
ferendi ſint in celebratione Anniverſariorum, & funerum Pre-
sbyteris extraneis, ſatis eluceſcere viſa eſt juſtitia reſolutionis
ex Iuris diſpoſitione cap. unico §. fin. de Cleric. non reſiden. in* 6.
ibi. *Canonicis, & aliis Beneficiatis, & Clericis ipſarum Eccle-
ſiarum tribuantur, can Nullus can Obitus* 16. *diſtinct.* 4 *Pignat.
conſult.* 20. *n* 36 & 39. *tom.* 4. *Rot dec.* 413. *n.* 1 *par.* 1. *div.* & *cor.
Merlin dec.* 685. *pariter n.* 1. & *in dec. Em. Scotti §. Demum* ibi:
*Ex quibus evaneſcit objectum, quod debeat eſſe in libertate
Societatis vocare Presbyteros, ſibi beneviſos pro Anniver-
ſariis, quæ ipſa tenetur celebrari facere &c. Quoniam allega-
tæ authoritates non procedunt reſpectu Clericorum ejuſdem
Eccleſiæ, qui in Anniverſariis, in illa celebrandis, habent præ-
lationem Presbyteris exteris, nedum ex Iuris diſpoſitione &c.*

10 Quæ omnia abſque ulla prorſus difficultate admittenda
videntur in præſenti, attenta duplici circumſtantia: Prima
ſcilicèt, quod hoc ipſum conſtantiſſimè ſemper practicatum
fuit à die erectionis Confraternitatis, uſque ad moderna
tempora, ut fuit probatum in Summario, & teſtatur
etiam Ordinarius in ſua Relatione; Hujuſmodi enim lon-
gæva, & nunquam interrupta obſervantia per ſpatium
unius ſæculi cum dimidio, ad oculum præſefert, talem ce
lebrationem non fuiſſe merè facultativam, ac dependentem
11 à mero arbitrio, & facultate Confratrum, ſed inductam fuiſ-
ſe ex correſpectivitate illius ſervitutis, quàm Canonici præ-
dicti in eorum Eccleſia ſubſtinent reſpectu Confraternitatis,
juxta theoricam *Felin in cap. Ad Apoſtolicam n.* 23. *de Simon.*
quam ſequunt. *Lagun. de Fructib par.* 1. *c.* 33. *§ unico n.* 12. 19.
& *ſeq. Poſt de Manut. obſer.* 53. *n.* 20. *Adden. ad Ludoviſ. dec.*
12 165. *n.* 15. *Panimol. dec.* 15. *n.* 26. *Pignatel. conſ* 88. *num.* 18. *to.*
1. ibi: *Toties multiplicata gratia non præſumatur, & Rota in
Urgellen. Serv.* 15 *Martii* 1697. *§. Et quidem cor. Urſino*, ibi:
*Quia conſuetudo favore cultus divini, & Cauſæ piæ eſt obliga-
toria in futurum, quamvis habuerit cauſam voluntariam, quia
ex actuum multiplicitate, & continuata poſſeſſione favore piæ
Cauſæ præſumitur, actum fuiſſe geſtum animo ſe ſe in futu
rum obligandi.*

13 Et quod magis eſt, vigorem ejuſdem pluſquam perfectæ
centenariæ, quæ ad omnes juris effectus æquiparatur imme
morabili, ex animadverſis *in Tom.* 1. *par.* 2. *diſc.* 24. *n.* 25. alle-
gare poſſumus expreſſam conventionem, & obligationem.
Confraternitatis, ab Apoſtolica Sede confirmatam, omnem-
que alium meliorem, efficacioremque titulum de Mundo,
14 juxta notam indolem immemorabilis, & centenariæ conſue-
tudinis, de qua *in To.* 1. *par.* 2. *diſc.* 24. *d. n.* 25.

15 Altera circumſtantia, omni animadverſione digna, eſt,
quod Altare SS. Roſarii, in quo celebrari debent Miſſæ, eſt
privilegiatum reſpectu Archipresbyteri, & Canonicorum
dumtaxat, in eo celebrantium, ut conſtat ex tenore Brevis
Gregor. XIII. quod fuit exhibitum; Et propterea cum tale
16 privilegium cenſeri debeat cauſa finalis, à qua moti fue-
runt pii Teſtatores ad relinquenda ſibi ſacrificia, in eodem
Altari celebranda, permittendum non eſt, quod median-
te celebratione, ab aliis Presbyteris exteris explenda pri-
ventur pii Benefactores hoc majori ſuffragio, quod ex vi
præfati Privilegii conſequerentur ex celebratione Canoni-
corum, per ea, quæ notant adducti *à Paſqualig. de Sacri-
fic. nov. leg. queſt.* 728. *numer.* 1. & *ſeqq.* & *Fraxinell. de Obli-
gat. Sacerd. ſect.* 4. *concluſ.* 4. *§.* 11. ibi: *Nam credibile eſt omni-* 17
*nò, Fundatorem potius voluiſſe Miſſarum fructum ſibi, & ſuis
defunctis applicari, quàm loci particularis venerationem*,
cum aliis, citatis *in Tom* 1. *par.* 1. *diſc.* 5. *num.* 12.

II. Dub. *An prædicti Canonici tempore celebrationis Miſ-* 18
*ſarum cantatarum, celebrandarum in eodem Altare, non rece-
dendo ab eorum Choro, poſſint ibidem Miſſis cantatis aſſiſtere.*
Poſito ex his, quod Canonici noſtræ Collegiatæ debeant ce-
lebrare ſupradictas Miſſas, & Anniverſaria, nulla difficultas
oriri poteſt circa favorabilem reſolutionem 2. dub. quod nem-
pè ipſi, non recedendo ab eorum Choro poſſint ibidem dd.
Miſſis cantatis aſſiſtere. Cùm enim dicta Cappella SS.
Roſarii erecta reperiatur in eadem Eccleſia Collegiata, &
taliter annexa Choro, ut commodè Canonici, ibidem exi-
ſtentes, reſpondere poſſint Sacerdoti celebranti, ut pariter
teſtatur Ordinarius, & pro certo præſupponunt omnes aliæ
Juſtificationes, in Secretaria exhibitæ; Nulla neceſſitas
urget, quod dd. Canonici recedere debeant ab eorum Stallis, 19
ſeque transferre ad eandem Cappellam, in qua, ob ejus an-
guſtiam, non ſine maxima confuſione; & inverſo ordine
aſſiſtere cogerentur.

Præcipuè, quia à tempore aggregationis, uſque ad ho- 20
diè ità ſemper practicatum fuit, ut ſubdit idem Ordinarius,
& teſtantur etiam de viſu quamplures alii teſtes, omni ex-
ceptione majores; Eſt etiam uniforme univerſali conſuetu-
dini Urbis, in qua quotidiè videmus, tam de Clero Sæcu-
lari, quam Regulari in illis Eccleſiis, in quibus id commo-
dè practicari poteſt, ut contingit in noſtra Collegiata, quod
Canonici, & Regulares reſpectivè, non recedendo à Cho-
ro, aſſiſtunt Miſſis cantatis, quæ celebrari ſolent in quali-
bet Cappella earum Eccleſiarum, ut omnibus notum eſt; So-
litum autem Urbis in his materiis deſervire pro regula in Ec-
cleſiis univerſi Orbis obſervant adducti in *To.* 1. *par.* 2. *diſc.* 10.
*num* 28. cum aliis, citatis *à D. Piton. diſcept. Eccl. tom.* 2. *in
Parerg. fol.* 14. *n.* 6.

Nec aliquod conſiderari poteſt inconveniens in diſtantia 21
Chori à Cappella Confratrum reſpectu abſolutionis Exe-
quiarum, quæ expleri debent ante d. Cappellam poſt termi-
nationem Miſſæ, cantatæ pro animabus illorum Teſtato-
rum, pro quibus d. Anniverſaria celebrantur; Quia quoties,
ut ſemper practicatum fuit in noſtra Eccleſia, teſte Epiſco-
po, abſoluta Miſſa, noſtri Canonici ordinatim diſcedunt à
Choro, ac ſe transferunt proceſſionaliter ad d. Cappellam,
ad effectum abſolvendi prædictas Exequias, ut diſponitur
in *Rit. Rot. tit. de Exeq. fol.* 100 *ver. Finita Miſſa*, nil aliud 22
ad complementum, & perfectionem Exequiarum deſidera-
tur, ut practicatur etiam reſpectu alterius Confraternitatis
SS. Sacramenti, erectæ in eadem Eccleſia Collegiata, è con-
ſpectu Cappellæ SS. Roſarii, ut proſequitur idem Ordinarius
in d. ſua Relatione.

III. Dub. *An, & in qua ſumma præſtanda ſit eleemoſy-* 23
*na pro dictis Miſſis, tam lectis, quam cantatis.* Hoc pariter
dub. reſolvendum videtur favore Canonicorum, pro præſta-
tione ſcilicèt eleemoſynæ, juxta illam quantitatem, in qua
ſecundum univerſalem conſuetudinem Regionis de præſenti
præſtatur omnibus aliis Sacerdotibus Loci Novellariæ. Li-
cèt enim ſacroſanctum Miſſæ Sacrificium, ob ejus inexplica-
bile myſterium, & infinitum valorem ex opere operato, nulla
eleemoſyna coæquari valeat; Adhuc tamen ad ſubſtenta-
tionem Miniſtrorum, ac Sacerdotum, laudabilis inolevit
conſuetudo præſtandi certam eleemoſynam, cum qua quili-
bet Sacerdos honeſtè vivere poſſit, ex animadverſis per *Ni-
col. in Floſc. verb. Miſſæ n.* 4 *verſ. Nam nunquam.* Et de fa- 24
cto experientia notum eſt nullam adeſſe determinatam, &
præciſam taxam pro dicta eleemoſyna, ſed illam regulari,
juxta diverſum morem Regionis, majorem, vel minorem,
prout qualitas Loci, & victualium copia exigere videntur,
ut notat *Pignat. conſ.* 32. *n* 1. *to* 3. Unde, licèt etiam Canoni-
ci contenti fuerint anteactis temporibus exigere à Confratri-
bus tenuem eleemoſynam tertiæ partis unius Julii, adhuc non
abs re poſt bellorum noviſſimos motus, ac univerſalem penu-
riam prætendere cœperunt augumentum prædictæ eleemo-
ſynæ, uſque ad ſummam obulorum novem pro eleemoſyna 25
cujuslibet Miſſæ, prout generaliter, ac etiam in majori
ſumma ſolvebatur, ac de præſenti ſolvitur aliis Sacerdoti-
bus exteris, ut refert Epiſcopus, ibi: *Che introduſſe Sacer-
doti eſtranei a celebrargli in detta Cappella, ancoin abito po-
co decente, a quali non ha avuta difficoltà d'accreſcere l'elemo-
ſina,*

*moſina, negata a Canonici, con notabile ſconcerto dell'Officiatura della Chieſa;* Et de facto proprio teſtantur etiam Sacriſtæ præd. Confraternitatis; Qua de re, cùm in præſenti
26 Miſſæ, & Anniverſaria, ut probavimus, celebranda ſint per eoſdem Canonicos in excluſionem Sacerdotum exterorum, utique illis præſtanda venit eleemoſyna in ea quantitate, quæ ſecundum conſuetudinem localem præſtari ſolet aliis Presbyteris, & de facto à Confratribus dd. Sacerdoti-
27 bus actualiter præſtatur, per ea, quæ notant *Tambur. de Jur. Abbat. diſput. 5. quæſt. 9. à num. 3. uſque ad 75. Zerol. in Prax. Epiſc. par. 1. Verb. Miſſa conc. 2. n. 3. Filliuc. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Sac. Euch. diſp. 4. quæſt. ultim. punct. 8.*

Quòd autem in noſtra Terra, aliiſque vicinis Oppidis, localis conſuetudo ſit præſtandi dictam eleemoſynam obulorum novem pro qualibet Miſſa, non ſolùm evidens eſt ex
28 dicto innegabili facto ipſorum Confratrum, qui in hac præciſa ſumma illam perſolverunt exteris Presbyteris, ut fuit juſtificatum in Sum. Verùm etiam comprobatur ex depoſitionibus duorum Parochorum Campagnolæ, & Reggioli, Locorum confinantium, & citra omnem difficultatem ſupponitur ab Ordinario, ibi: *E perche ne' moti delle paſſate guerre ſi accrebbe l'elemoſina ſino ad un giulio per la Meſſa, ſenza
29 l'Officio, fu preteſo da' Canonici, che li Confratelli deſſero per la Meſſa, ed Officio 9. bajocchi.* Unde ſi pro ſimplici Miſſa privata, abſque officio, præſtari ſolet eleemoſyna unius Julii, multò magis, tam pro Miſſa, quàm pro Officio ſimul, ſperamus à nota pietate, & juſtitia EE. PP. determinationem in d. moderata ſumma obulorum novem, comprehenſo etiam Officio, quando de cœtero pro eodem Officio inſimul cum Miſſa Canonici petere poſſent majorem eleemoſynam ea, quæ præſtari ſolet pro ſola Miſſa priva-
30 ta, ut obſervat *Tamburin. de Jur. Abbat. diſp. 5. quæſt. 9. num 15.* ibi: *Item, quando imponitur ei Miſſa cum Officio Defunctorum, majus ſtipendium aſſignandum, ea ratione, quia Miſſa, & Officium inter ſe ſeparata omninò ſunt, & propterea eleemoſyna unius confundenda non eſt cum eleemoſyna alterius, & Paſqualig. de Sacrif. nov. leg. qu. 1170. per tot.*

IV. Dub. *An Confraternitas poſſit de licentia, & conſenſu
31 d. Parochi exponere infra annum in Cappella SS. Roſarii publicæ venerationi SS. Euchariſtiæ Sacramentum, ſive potiùs requiratur licentia Ordinarii.* Eſt illud idem numero, quod diſputatum fuit *in Sac. R. C. 10. Dec. 1703. in Urbis, & Orbis* in ordine *il 27* ibi: *Præſuppoſita facultate retinendi* (hoc eſt SS. Sacramentum in Oratorio Confraternitatis) *An poſſit infra annum publicè exponi ſine licentia Ordinarii*, cui reſponſum fuit *Negativè* & ejuſdem S. C. oraculum appro-
32 batum fuit etiam à SS. ut videre eſt apud *Monacell. in Form. tom. 2. tit. 13. form. 1 ſub num. 46. decr. 27. fol. mihi 11.* quæ Pontificia approbatio operatur, ut eadem reſolutio d. C. habenda ſit, ac ſi eſſet Apoſtolica Conſtitutio, ut notat *Card. de Luc. de Reg. diſc. 32 num. 5.* Et cum eadem reſolutione proceſſit hæc S. C. *in Aquen Jur. Parochial. 18. Maii 1708.* quando 6. dub. ibi: *An poſſint in dicta Eccleſia pro dd. Confratribus exponere SS. Euchariſtiæ Sacramentum occaſione Novenæ, SS. Natalis, & quadraginta Horarum in diebus ſibi benè viſis, ſine licentia Ordinarii*, reſpondit *Negativè*, & proindè in
33 noſtris terminis ſperamus reſponderi: *Satis proviſum per Congreg. Rit.*

Tam enim ſolent Sac. Cong. in his materiis æſtimare E-
34 piſcoporum Judicium, & approbationem, ut, etiam diſſentientibus Parochis, reſpondeant, licitam eſſe Confratribus ſimilem Expoſitionem cum ſola licentia Epiſcoporum, ut ſignanter practicavit hæc S. C. *in Ferrarien. 22. Martii 1698.* in qua cùm quæſitum fuiſſet in 1. dub. *An Confraternitati S. Nicolai de Tolentino liceat exponere in ejus Eccleſia SS. Sacramentum cum ſola licentia Epiſcopi, abſque conſenſu Parochi*, acriter informante dicta Confraternitate, unita cum Paro-
35 cho, conſtantiſſimè reſpondit *Affirmativè*, ut videre eſt *in Lib. 48. Decr. fol. 183.*

Nec Confratres ex eo, quòd agatur de Societate ſub In-
36 ſtituto SS. Roſarii, prætendere poſſunt facere dictam Expoſitionem independenter à licentia Ordinarii; Tum quia hactenus doctum non fuit de hujuſmodi particulari Privilegio, conceſſo eidem Societati, de quo nullam omnino mentionem facit *Donat. Dominicanus, Rerum Regularium* accuratiſſimus Scriptor in *to. 3. tract. 8. de Confrater. Laic. quæſt. 12. per tot.* ubi enumerat omnia Privilegia, à diverſis Summis Pontificibus conceſſa Societatibus SS. Roſarii: Tum etiam quia, quatenus de eo doceretur, adhuc non relevaret, ex quo facultates, conceſſe PP. Dominicanis pro dicta Societate Ro-
37 ſarii, non habent locum in Societatibus, erectis extra Eccleſias eorundem Religioſorum, ut obſervat *Gavant. in Manual. verb. Confraternitas ſub n. 8.* ubi refert, & ſequitur individualem reſolutionem C. E. & R. quæ vim legis habet, ex adductis per *Rot. in Peruſina Præemin. 2. Dec 1712. §. Fortiùs cor. Anſald.* Tum demum, quia in omnem caſum poſteriora reſcripta d. Cong. Rit. à SS. D. N. ſpecialiter, & per viam legis generalis approbata, præferri debent omnibus aliis antiquioribus diſpoſitionibus, juxta regulam, de qua *in T. 1. p. 2. diſc. 8. n. 10.* 38

Pro faciliori reſolutione 5. dub. *An Confratres, annuente, & permittente d. Archipresbytero, facere poſſint Proceſſiones intra, & extra Eccleſiam, ſine interventu Canonicorum*, duo præmittenda ſunt. Primum, quòd Proceſſiones, quas facere prætendunt Confratres, non ſunt de Juribus Parochialibus, dum 39
hæc reducuntur ſolummodo ad delationem Stolæ in Proceſſionibus, & Funeralibus; Ad Benedictionem Domorum in in Sabbato Sancto; Ad perceptionem Decimarum; Ad adminiſtrationem Sacramenti Euchariſtiæ tempore Paſchatis, & Infirmitatis; Ad retentionem Clavis Tabernaculi, & rerum, pertinentium ad Sacramenta; Ad Benedictionem Sponſorum, & Cadaverum Defunctorum antequam è Domo leventur; Ad publicationem Matrimoniorum, Excommunicationum, & Indulgentiarum; Et ad Benedictionem 40
Fontis Baptiſmalis, ut, pluribus authoritatibus congeſtis, ac referendo, & ſequendo replicata Oracula Sac. Cong. latè explicat *Monacel. in Formul. tom. 1. tit. 10. form. 18. num. 4. fol. 212.*

Et alterum, quòd Archipresbyter in noſtra Collegiata in iis, quæ non concernunt Jura Parochialia, nullam 41
omninò habet Juriſdictionem, independentem ab aliis Canonicis, ac toto Capitulo, tam ex lege fundationis, quàm ex ipſa diſpoſitione Juris communis.

Ex lege fundationis, quia S. Pontifex Pius V. in erectione hujuſmodi Collegiatæ expreſsè voluit, & mandavit, 42
quòd Archipresbyter cum octo Canonicis integrum Capitulum conſtituerent; Et propterea ad tenorem hujuſmodi claræ fundationis Collegiatæ, dictus Archipresbyter ſine conſenſu aliorum Canonicorum, Capitulum repræſentantium, nihil omnino demandare poteſt.

Ex diſpoſitione verò Juris communis, quia etſi Archipresbyter dicatur Caput, & ſit prima Dignitas noſtri Capituli, 43
adhuc in concernentibus res, & functiones totius Collegiatæ, non per hoc poteſt aliquid permittere, & ordinare, abſque conſenſu, & licentia aliorum Canonicorum, *Textus eſt literalis in cap. 4. de Iis, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſu Capit.* ibi: *Novit tuæ diſcretionis prudentia, qualiter Tu, & Fratres tui unum Corpus ſitis &c.* Et in terminis Eccleſiæ Collegiatæ, quòd illius Caput, ſeu Dignitas ſine conſenſu ſui Capituli nequeat permittere aliquid, concernens ſervitutem ipſius Eccleſiæ, habemus alium clarum *Text. in cap. Et noſcitur cod. tit.*

Nec facienda eſt vis in qualitate Capitis reſpectu Archipresbyteri noſtræ Collegiatæ; Id enim non verificatur re- 44
ſpectu Capitis principalis, ſed eſt ſimplex Caput numerale, quòd, ad differentiam Capitis principalis, habet ſolummodo quandam præeminentiam fraternalem, ſimilem illi, quam habet Frater natu major erga Fratrem natu minorem, ut in terminis Prioris, ſeu Præſidentis alicujus Confraternitatis, tradunt *Ricciul. variar. lucub. tit. de Confrater cap. 8. n. 3. & Frances de Eccleſ. Cath c. 25. n. 287.*

Et in terminis primæ Dignitatis Collegiatę reſpectu aliorum Canonicorum, notant *Ceccoper. Lucub. Canon. lib. 4. n.* 45
*2.* ibi: *Caput numerale eſt prima Dignitas Collegiatæ, omnino Epiſcopo ſubjectæ, quòd cùm ſit Caput in ordine, & unitum Capitulo, venit ſub nomine Capituli, & Canonici non dicuntur Membra hujuſmodi Capitis, & D. Piton. diſc. Eccleſ. 44. n. 3.* ibi: *Nullatenus tamen congruere poteſt Abbati Collegiatæ: Licèt enim iſte ex Bulla ſ. m. Greg. XIII. fuerit conſtitutus Dignitas principalis, qui aliorum Caput exiſtat, nihilominus hoc Caput non dicitur principale, ſed dicitur Caput numerale, cum quo Canonici non formant unionem, ac unicum Corpus,* quos ſequutus fui *in Tom. 2. par. 1. diſc. 2. n. 24. & duob. ſeq. ac num. 43. & 44.*

Quibus præmiſſis, negativè ad dub. reſpondendum videtur, quia non eſt in poteſtate Archipresbyteri permittendi 46
dictas Proceſſiones ſine conſenſu Canonicorum; Aut enim illum conſiderare volumus, uti Archipresbyterum, & nullam ex prædictis, facultatem habet in hac Eccleſia Collegiata, independenter ab aliis Canonicis, ex ſupra animadverſis: Aut conſideratur tanquam Parochus, & quia non agitur de functionibus Parochialibus, nullam habet facultatem concedendi ſimiles licentias, cùm poteſtas Parochi reducatur ad Jura Parochialia, quæ ſolummodo cum 47
illius licentia expleri poſſunt ab aliis, ut proſequitur

*Monacell. in formul. d to.1. tit.10. form. 18. n.4. Verſic. Hæc inquam nonniſi à Parocho.*

VI. Dub. *An, & à quo ſit determinanda via Proceſsionum,*
48 *quæ fiunt extra Eccleſiam, & per Parochiam,* Determinandam eſſe viam à Canonico Præfecto Chori, reſpondendum eſſe ſperamus: Si enim ex diſpoſitione Juris ſpectat ad Epiſcopum cum conſenſu Capituli determinare vias, per quas Proceſſiones dirigi debent, ut notant *Gavant. in Manual. Epiſc verb. Proceſsio n.1. & Leo in Theſaur For. Eccleſ. par. 4. c.2. de Confr. n° 145.* ubi refert, & ſequitur reſolutionem hujus S.C. In noſtris terminis nulla difficultas oriri poterit, quòd iſtæ Proceſſiones dirigi debeant à Canonico Præfe-
49 cto Chori, independenter à Confratribus cùm iſte ſemper, approbante Epiſc. laudabiliter direxerit eaſdem Proceſſiones, ut refert idem Epiſcopus, ibi: *Si ſono ſempre conformati alla direzione del Canonico Prefetto del Coro, circa il doverſi ſtendere detta Proceſsione per la Chieſa, o fuori di eſſa:* Et comprobant etiam Sacriſtæ utriuſque Confraternitatis in Atteſtationibus, exhibitis in Summario.

Nec ex eo, quòd aliquando dictæ Proceſſiones fieri contingant extra Eccleſiam Collegiatam, & per Parochiam, directio fieri debet ab alio, quàm ab ipſo Canonico Præfecto:
50 Tum quia hac methodo practicatum fuit de præterito: Tum etiam, quia pro hujuſmodi directione facienda non attenditur locus, per quem tranſire debet Proceſſio, ſed unicè inſpiciendus eſt locus ille, unde eadem Proceſſio diſcedit, & ad quem redire debet: Et propterea ſi hujuſmodi Proceſſiones diſcedunt ab Eccleſia Collegiata, & ad iſtam redeunt, utique à Capitulo, & illius nomine à Canonico Præfecto Chori, eſt dirigenda, & determinanda, eò quia illa communiter appellari ſolet à Doctoribus Chorus ambulans, ex animadverſis *in Tom. 1. par. 2. diſc. 26. n.38. verſic. Quin obſtet*; Nullo autem modo dirigenda eſt
51 à Confratribus, prout cum maximo ſcandalo, & æquali confuſione ſacrarum Functionum fecerunt de recenti, juxta ea, quæ teſtatur dictus Ordinarius; Nimis enim abſurdum, & magnum inconveniens eſſet, quòd Canonici, qui in hac ſac. functione principalem faciunt figuram, dirigantur ad arbitrium, & beneplacitum laicorum Confratrum, contra id, quòd à die erectionis ejuſdem Societatis uſque ad noſtra tempora laudabiliter fuit ſemper practicatum.

Duas habet partes hoc VII dub. *An permittente d. Ar-*
52 *chipresbytero poſſit d Archiconfraternitas erigere in dd. Proceſsionibus propriam Crucem.* Unam, an poſſint Confratres in Proceſſionibus propriam erigere Crucem; Aliam verò, an id facere poſſint, permittente Archipresbytero.

Quoad primam, eſt indubitatum, quòd laicales Confraternitates nullo modo, nulloque prætextu poſſunt eri-
53 gere propriam Crucem in Proceſſionibus, aliiſque ſacris functionibus, in quibus unitim cum Clero ſæculari, vel Regulari incedunt, juxta innumeras reſolutiones S. Cong. quas referunt, & ſequuntur *Gavant. in Manual Epiſc. verb. Confraternitates n.52. Donat. Rer. Regul tom.3. tit. 8. de Confrat. Laic. quæſt. 28. n.8. & Ricciul. var. lucub lib.4. de Confrat. laic. cap. 14. n. 3. verſ Ubi Confraternitates*, uno ore concordantes iidem Doctores in hoc, quòd eiſdem laicis Confratribus, non Crux, à Clero Sæculari geſtari ſolita, ſed ſola Imago SS. Crucifixi, vel illius Sancti, ſub cujus Inſtituto militant, permiſſa ſit, ex replicatis oraculis S. Cong. ab eiſdem Authoribus ſequutis.

Ex hac autem negativa reſolutione 1. partis hujus dub.
54 oritur pariter negativa reſolutio 2. partis, eò quia permiſſio Archipresbyteri nullo modo apta eſt impedire effectum dd. reſolutionum hujus, & aliarum Sac. Cong. Motivum enim prohibendi laicis Confratribus promiſcuum uſum illius Crucis, qui communis eſt Clero Sæculari, & Regulari, non fuit favor, vel reſpectus aliquis Parochorum, ſed id fuit demandatum, & in omnibus catholicis Civitatibus punctualiter practicatur, ad evitandas confuſiones, eò quia laicales Confraternitates nullam omninò figuram faciunt in Eccleſiaſtica Hierarchia, ſed ad hoc in Eccleſia catholica inſtitutæ fuerunt, ut laici homines in vinculo fraternæ dilectionis Opera pietatis, miſericordiæ, & charita-
55 tis exerceant, ut in ſpecie notat *Monacell. in Formul tom.1. tit. 6. formul. 11. nu.2. fol.152.* quem ſequutus fui *in To.1. part. 2. diſc. 21. num. 64.* Non igitur mirum, ſi in eorum piis functionibus Crucem, ad inſtar Cleri Sæcularis, & Regularibus, erigere non poſſint, ſed incedere ſolent ſub eorum Vexillis, in quibus, ut plurimùm, conſpicitur Imago illius Sancti, ſub cujus Inſtituto militant.
56 VIII. dub. *An de licentia ejuſdem Archipreſbyteri poſſit d. Confraternitas pulſari facere Organa, & Campanas d. Eccleſiæ; Sive potiùs circa præmiſſa requiratur quoque conſenſus Canonicorum.* Negativè quoad 1. partem, & Affirmativè quoad 2. reſolvendum videtur: Campanæ enim, & Organa non ſpectant titulo particularis dominii ad Eccleſiam Parochialem, ſed ſunt Eccleſiæ Collegiatæ; Et propterea, quidquid eſſet ſi in functionibus Parochialibus Archipresbyter demandaret pulſationem Organi, & Campanarum, independenter à conſenſu, & placito Canonicorum, circa quæ, uti extra dubium, nihil dicendum occurrit; Hoc unum certum eſt, quòd in aliis functionibus quæ fiunt per Confraternitatem, nullam omninò connexionem habentibus cum functionibus Parochialibus, id nulla modo permittendum eſt, ea ſolida, & ſtringenti ratione quòd Archipresbyter in his, quæ non concernunt Jura Parochialia, nullam omninò habet facultatem, independentem ab aliis Canonicis, cum quibus conſtituit totum Capitulum, tam ex diſpoſitione Juris, quàm ex lege fundationis, ut probavimus ſuprà *à num. 41.*

Ex quibus infertur, quòd ad faciendum ea, de quibus lo- 57
quitur dubium, requiritur conſenſus totius Capituli, vel ſaltem illius Perſonæ, quæ ad hoc munus à Canonicis delegata fuit, & ſolet eſſe Sacriſta, vel alter Clericus, ad cuſtodiam, tam Organi, quàm Campanarum deſtinatus, ut in longè durioribus terminis Beneficiatorum, quòd, non permittentibus Canonicis, nequeant pro eorum particularibus negotiis, & Congregationibus pulſare Campanas majores 58
communis Eccleſiæ, reſolvit Sac. Rit. Cong. *in Recineten.* 20. Martii 1706. Ponen. Card. Colloredo ad 2. dub. ut videre eſt *in Tom.2. par.1. diſc.35. n.25. & 80.*

Circa IX. dub. *An, permittente Archipresbytero, & Paro* 59
*cho, poſsint Confratres impedire Canonicis celebrationem Miſſarum in eodem Altari SS. Roſarii, & quatenus negativè.* Eò pervenerunt Confratrum prætenſiones, ut non dubitaverint petere, quòd mediante ſola licentia Archipresbyteri poſſint prohibere Canonicis celebrationem Miſſarum in Altari SS. Roſarii: Quæ prætenſio, cum omni rationi, & Juſtitiæ oppoſita dignoſcatur negativum reſponſum etiam in hoc dubio ſperamus; Quia, nec Eccleſia, nec Cappella ſpectat ad Archipresbyterum, & propterea vix percipi poteſt, quomodo Confratres ſub fomento dictæ licentiæ, ab Archipresbytero reportandæ, prætendere poſſint 60
impedire eiſdem Canonicis celebrationem dd. Miſſarum. Cùmque Cappella prædicta erecta reperiatur in noſtra Collegiata Eccleſia, ex una parte, novum profectò eſſet, prorſùſque inauditum, quòd illiùs Canonici Miſſam in uno ex ejus Altaribus celebrare non poſſent, denegando eiſdem id, quod cuilibet extero Presbytero denegari non poteſt; Ex alia verò parte Confratres, qui ex ſpeciali gratia fuerunt aggregati noſtræ Collegiatæ Eccleſiæ, cum gratioſo uſu d. Cappellæ, reducendo ad praxim notam Fabellam Herinacei, & cum illa retributione, quam indicavimus ſupra *n. 2.* ad illas anguſtias, & ſervitutem redigere vellent Canonicos, ut pendere debeant ab eorum 61
arbitrio, quando Miſſas celebrare volunt in una ex Cappellis propriæ Eccleſiæ, quòd in longè durioribus terminis Cappellæ, propriis ſumptibus conſtructæ ab Archiconfraternitate SS. Sacramenti in Eccleſia SS. Laurentii, & Damaſi, in ſitu ex pecuniis ejuſdem Archiconfraternitatis empto, Pon. Card. de Abdua, reprobavit Cong. Viſit. Apoſt. *in Romana 24. Maii 1712.* ad 1. dub. in quo cùm fuiſſet quæ-
ſitum: *An Cappella, ubi aſſervatur SS. Sacramentum in Eccleſia S. Laurentii, ſit propria Archiconfraternitatis SS. Sacramenti*, reſpondit quidem: *Affirmativè*; Sed immediatè ſubdidit; *Servata tamen conſuetudine favore Capituli, & Parochi*, præſervando hoc modo eiſdem Capitulo, & Parocho facultatem Miſſas celebrandi, aliaſque functiones faciendi in eadem Cappella, ut videre eſt *in Tom. 1. par. 1. diſc. 17.* 63
*num. 261.*

Fortiùs, quia, ut ſupra opportunè obſervavimus, ſæpè 64
dictum Altare SS. Roſarii privilegiatum ſolummodo eſt reſpectu Canonicorum, ejuſdemque ſpecialis privilegii intuitu iidem Canonici multas Miſſas in eodem Altari, à piis Teſtatoribus relictas, celebrare tenentur, ut pariter refert Ordinarius, ibi: *Eſſendoſi quelli ſino avvanzati a fare nelle loro Congregazioni partiti, notabilmente contrarii al Rito ſagro, & anche turbativi della libertà de' Canonici, mentre anno preteſo d'impedire a' Canonici di poter celebrare al loro Altare, al quale pure la Collegiata è obligata adempire varii Legati di Meſſe, & è il medeſimo privilegiato per li Defonti, riſpetto però ſolamente alla Collegiata*; In quibus circumſtantiis, ſi locum habere poſſet prætenſio contra- 65
ria, non

ria, non ſolùm idem ſpeciale privilegium redderetur prorsùs eluſorium, & omnino fruſtraneum, verùm etiam Animæ fidelium Defunctorum, qui Miſſas in eodem Altari privilegiato celebrandas eſſe reliquerunt, privatæ remanerent exoptatis ſuffragiis, quòd non ſolùm Chriſtianæ pietati, ſed ipſimet humanitati, ex diametro oppoſitum eſt.

Non ſine fundamento dubitantes Confratres ſuccumbere
66 cum negativa reſolutione 9. dub. cum præſuppoſito talis ſuccumbentiæ, diſputare voluerunt in X. *An Canonici teneantur concurrere ad manutentionem Altaris, ſeu Cappellæ.* Cæterùm reſpectu etiam hujus 10. dub. ſperamus negativam obtinere reſolutionem; Solent enim Doctores diſceptare, an Sacerdotes exteri, Miſſam celebrantes in aliena Eccleſia, teneantur aliquid dimittere favore Sacriſtiæ ratione ſacrorum Utenſilium; Sed quòd Canonici, celebrantes in Cappella, erecta in eorum Eccleſia, cum propriis ſacris indumentis, & cum ſacris Utenſiliis eorum Sacriſtiæ, abſque eo,
67 quòd in aliquo præjudicent, vel impediant Confratribus proprias functiones, teneantur concurrere ad manutentionem Altaris, ſeu Cappellæ ejuſdem Confraternitatis hoc ſanè novum credimus, ac penitùs inauditum; Eò enim ipſo, quòd Confraternitas aggregata reperitur in una ex Cappellis noſtræ Collegiatæ, ipſa, & non Canonici, tenetur ad illius manutentionem. Aliàs enim non ſolùm Eccleſia Collegiata haberet hanc ſervitutem paſſivam retinendi eoſdem Confratres, ſed ulteriùs cogeretur concurrere ad manutentionem illarum rerum, quæ per Confratres quotidiano uſu,
68 & frequenti ſervitio conſumuntur, quòd repugnare videtur omnibus principiis.

Remanet ultimum dubium circa applicationem Miſſæ con-
69 ventualis pro Benefactoribus, *An prædd. Archipresbyter, & Canonici teneantur applicare Miſſam conventualem pro Benefactoribus in caſu &c.* Circa quod Theologi, & Canoniſtæ procedere ſolent cum hac diſtinctione, quòd, aut ſermo eſt de illis Eccleſiis Regularibus, quæ erectæ ſunt ex piis Benefactorum eleemoſynis; Vel de illis Eccleſiis Regularibus, quorum Religioſi vivunt ex piorum eleemoſynis, & iſti abſque dubio tenentur ad Miſſæ conventualis applicationem; Aut verò loquimur de Eccleſiis Regularium, qui vivunt ex
70 propriis redditibus, & in quorum Conſtitutionibus, non præſcribitur applicatio Miſſæ conventualis; Vel de Eccleſiis Sæcularibus, fundatis ex alicujus Benefactoris redditibus, qui expreſsè demandavit applicationem illarum Miſſarum, quas voluit, nihil diſponendo de aliis, & in iſtis circumſtantiis applicatio Miſſæ conventualis eſt libera, tam pro Clero Sæculari, quàm Regulari, ut obſervat *Paſqualig.*
71 *de Sacrific. nov. leg. quæſt. 899. n. 2. & 4.* ibi: *In Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis reſpiciendum eſt ad Fundationem, ſeu Inſtitutionem, & videndum quid ex ea habeatur &c. Quod autem ſpectat ad Regulares, recurrendum ad Conſtitutiones, ac Fundationem, & videndum, an ex ipſis inſurgat aliqua obligatio circa applicationem Miſſæ conventualis, Bonacin. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Sacram. quæſt. ultima punct. 3. §. 2. n. 7. verſ. Dixi regulariter, Poſſevin. de Offic. Curat. cap. 2. n. 25. quæſt. 11. Quart. ad Rubric. Miſſal. par. 1. tit. 5. dub. 3. verſ. Secundò, Averſ. de Euchar. ſect. 11. quæſt. 17. verſ. Juxta hæc, & Dian. coordinat. Oper. Moral. tom. 2. tract. 1. de Celebrat. Miſſ. reſol. 55. num. 1.*
72 Cum quibus proceſſit hæc S. C. *in Romana* 19. *Aprilis* 1704. *Lib. 54. Decret. fol.* 179. reſpondendo *Affirmativè* dubio: *An applicatio Miſſæ conventualis in Eccleſia S. Agathæ de Urbe ſit libera*; Cujus Monachi vivunt ex propriis redditibus, & nullam habent in Fundatione obligationem applicandi dictam Miſſam Conventualem; Cùmque noſtra Collegiata Eccleſia, ut præmiſimus, fundata ſit propriis redditibus Alphonſi Gonzaghæ, Novellariæ Comitis, non tenentur Canonici, niſi ad applicationem illarum Miſſarum, quas pius
73 Fundator demandavit; Et propterea reſpectu hujus dubii ſupplicamus reſponderi; *Teneri ad formam Fundationis.*

74 Die 20. Maii 1719. propoſita Cauſa in C. C non fuit reſoluta.

75 Reſolutiones dubiorum hujus Cauſæ ſub titulo *Regien.* propoſitæ in Congregat. Concilii die 5. Auguſti 1719. ſunt ſequentes.

76 *Ad 1. negativè quoad 1. partem; Affirmativè quo ad 2.*

77 *Ad 2. Affirmativè, dummodo non aſſiſtant in Sacrificia.*

78 *Ad 3. Præſtandam eſſe eleemoſinam, tam pro Miſſis lectis quàm pro cantatis juxta morem Loci.*

79 *Ad 4. Negativè quoad 1. partem; Affirmativè quoad 2.*

80 *Ad 5. Ad primam dubii partem, & ad ſecundam, Negativè, dummodo non agatur de Proceſſionibus, quæ fiunt ex Inſtituto Confraternitatis, & in quibus ſufficit, quod Canonici ſint invitati.*

*Ad 6. Eſſe determinandam à Præfecto Chori, interveniente Capitulo.* 81

*Ad 7. Negativè.* 82

*Ad 8. Negativè ad primam dubii partem; Affirmativè ad ſecundam.* 83

*Ad 9. Negativè.* 84

*Ad 10. Negativè.* 85

*Ad 11. demum Affirmativè*; Cum addito in omnibus dictis dubiis, quòd Cauſa amplius non proponeretur. 86

# DISCEPTATIO XXIV.

## Dubia Indulgentiarum.

### ARGUMENTUM.

*Indulgentiæ, conceſſæ certò Altari privilegiato, ob numerum determinatum Miſſarum, quolibet die in illo celebrandarum, an ceſſent in totum, vel ſolùm ſuſpendantur pro eo tempore, quo ex accidenti Miſſæ in dicto determinato numero ibidem non celebrantur; Unà cum multis aliis caſibus, concernen. Indulgentiarum acquiſitionem.*

CUm in Brevibus conceſſionis Indulgentiarum pro Altaribus privilegiatis apponi ſoleat Clauſula: *Dummodo in illa Eccleſia*, pro qua d. Indultum conceditur, *tot Miſ-
ſæ quotidiè celebrentur*, & aliquando ex accidenti ad aliquod 1
breve tempus idem Miſſarum numerus in eiſdem Eccleſiis non poſſit celebrari; Vel ob infirmitatem Sacerdotum; Vel quia Religioſi tempore Quadrageſimæ, ſe transferunt ad prædicandum ad alia Loca; Vel à propriis Superioribus
tranſmittuntur pro aliquibus diebus ad celebran. in aliis 2
Eccleſiis ejuſdem Loci, vel Civitatis, vel ex aliis ſimilibus cauſis.

Anno 1701. interrogatus fui, an hoc caſu eædem Indul-
gentiæ dicantur ſuſpenſæ pro ſolo tempore accidentalis de- 3
fectus, vel potiùs in totum, & ad ſemper in futurum ceſſent.

Sequendo autem doctiſſimum *Paſqualig. de Sacram. nov.
leg. quæſt. 748. per tot.* reſpondi, non ceſſare Indultum, ſeu 4
Indulgentiam, ſed ſolùm remanere ſuſpenſam pro illis diebus, illoque tempore, quatenus tamen breve ſit, quibus Miſſæ in Altari privilegiato in determinato numero non celebrantur; Ea ratione, quia, quando ex accidenti modus, in aliqua diſpoſitione adjectus, non verificatur, non reſol-
vitur diſpoſitio, ſed ſolùm illius effectus pro eo tempore 5
ſuſpenditur, juxta latè animadverſa *per Paſqualigum, ubi ſupra.*

Cæterùm ad tollendum omnem ſcrupulum conſului, me-
liùs eſſe recurrere ad C. C. ut factum fuit, in qua die 30. Ju- 6
lii 1701. propoſitis ſequentibus tribus dubiis, reſponſum fuit, ut infr.

I *An abſentibus Religioſis ex cauſa prædicationis tempore
Quadrageſimæ, & Adventus; Vel quando occaſione Feſtivi- 7
tatum, vel Funerum, aut ſimilium, à Superioribus ad celebrandum alibi tranſmittuntur, Indulgentiæ, conceſſæ in certo numero Miſſarum, qui ob dictas cauſas adimpleri non poteſt, prorsùs ceſſent; Vel pro eo tempore, quo dictus numerus Miſſarum non fuerit adimpletus, ſint ſuſpenſæ, Vel potiùs remaneant in ſuo robore.*

Quoad primam partem pro tempore Adventus, & Quadrageſimæ remanere ſuſpenſas, non autem in reliquis: Dummodò raro contingat.

II. *An idem ſit ſtatuendum deficiente præfixo numero Miſſa-
rum, ob infirmitatem Sacerdotum, tam Regul. quàm Sæcula- 8
rium.* Non remanere ſuſpenſas.

III. *An pariter idem ſit ſtatuendum deficiente d. numero Miſ-
ſarum, ob abſentiam ab Eccleſiis Sæcularibus Canonicorum, 9
ac Sacerdotum per aliquot dies, & menſes.* Satis proviſum in primo.

Cum quibus reſolutionibus proceſſit *C. Conc. Tr. in Iſclana* 25. *Septembris* 1713. quando, renuente Epiſcopo Iſclano exequi Breve, conceſſum Eccleſiæ B. M. Lauretanæ Terræ Forigii ejuſdem Diœceſis, eò quia in illo aderat clauſula: *Dummodo in dicta Eccleſia* 14. *Miſſæ quotidiè ce-
lebrentur.* Ipſe autem Epiſcopus, facta diligenti computa- 10
tione omnium Miſſarum, invenerat, illas, fixè, & ex obliga-

tione quolibet anno celebrandas in eadem Eccleſia, eſſe ſo-
lùm 3491. & ſic longè minùs, quàm 14. qualib. die. Licèt
computando alias, quæ ex magna devotione Confluentium
ad eandem Eccleſiam, in illa celebrabantur, Miſſæ prædi-
ctæ ex obbligatione, unitæ cum adventitiis, longè ſupera-
bant numerum 14 quotidianarum, ut ipſemet Epiſcopus in
ejus Relatione teſtabatur, aſſerens ſibi difficultatem facere
11 poſſibile decrementum, & diminutionem ejuſdem numeri
Miſſarum adventitiarum pro uno, vel altero brevi tempo-
re; Nihilominùs, habito recurſu ad d. C. Indul. per Admi-
niſtratores dictæ Eccleſiæ primo dubio: *An Epiſcopo Iſclano
relati Brevis publicatio injungenda ſit*, reſponſum fuit *Affir-
mativè*.

Hac autem occaſione pro majori hujus materiæ no-
12 titia.

Notandum eſt primò, quòd non ſolet ad tempus, puta ad
ſeptennium, & multo minus in perpetuum concedi Indul-
tum pro 2. Altari privilegiato in illa Eccleſia, in qua aliud
13 Altare privilegiat. reperitur jam conceſſum, juxta notam
praxim, quam ſequuta fuit *C. Ind. 2. Septembris 1710. in
Panormitana, & in Bracharen. 23. Febr. 1711.* & ſæpiſſimè
in aliis, in quibus idem Indultum denegavit; Signanter ve-
14 rò illud denegavit Eccleſiæ S. Mariæ de Aracæli die 12 Maii
1711. non obſtante, neque attento maximo numero Miſſa-
rum, quæ quotidiè in dicta Eccleſia celebrantur, ad quem
effectum porrectæ fuerant preces pro ſecundo Altare privi-
15 legiato in perpetuum; Fundamentum autem hujuſmodi pra-
xis deſumitur ex ſola lectura Formulæ ejuſd. Indulti, quia
in Gratiis, quæ conceduntur pro Altaribus privilegiatis
pro aliqua Eccleſia, ſemper præmittitur, quòd in illa
16 aliud Altare privilegiatum conceſſum non reperitur.

Notandum 2. quòd id procedit etiam in illo caſu, in quo
Miſſæ, celebrandæ in Altari privilegiato, per multum
17 temporis ſpatium celebratæ non ſint, neque proindè brevi
tempore in illo celebrari poſſint: Adhuc enim concedi non
ſolet 2. Altare privilegiatum, ut reſpondit *C. Ind. die 17.
Novembris 1710. in Anconitana*, in qua petebatur tale In-
dultum ad biennium dumtaxat, fuitque denegatum.

Verum tamen eſt, quòd in his terminis ex ſpeciali Gratia
ſolet aliquando Summus Pontifex indulgere, ut in quibu-
18 ſcumque Altaribus celebrentur Miſſæ, perindè habeantur,
ac ſi celebrarentur in Altaribus privilegiatis; Cum hoc ta-
men, quòd interim non recipiantur aliæ Miſſæ, ut reſolvit
*C. Ind. 20. April. 1711.* quando ſupplici Libello à Sanctiſſimo
D. N. remiſſo, reſcripſit: *Cum Sanctiſſimo pro Gratia ſatiſ-
faciendi in quibuſcumque Altaribus, & apponatur interim Ta-
19 bella de non recipiendis Miſſis, & in Theanen. 28. Maii 1714.*
In illis verò Eccleſiis, in quibus reperitur aliquod Altare
privilegiatum pro uno, vel altero die hebdomadæ, creſcen-
20 te numero Miſſarum, ſolet pariter ex ſpeciali Gratia ex-
tendi ad alios dies, ut practicavit *C. Ind. die 6. Julii 1617.*
favore Eccleſiæ SS. Laurentii, & Damaſi cum reſcripto:
*Pro extenſione privilegii ad tres ferias*, hoc eſt in Altare San-
ctiſſimi Crucifixi, quod antea erat privilegiatum pro feria 6.
tantùm.

Quatenus autem in aliqua Eccleſia non adſit magnus Miſ-
21 ſarum numerus, ſolet ex Gratia concedi pro una Feria cu-
juſlibet hebdomadæ, ut practicavit *C. Ind. die 23. Febr. 1711.*
cum Eccleſia S. Marci de Urbe; Non acquieſcentibus verò
Canonicis dictæ Gratiæ, ſupplices redierunt die 18. April.
1712. petentes extenſionem ad aliquas alias Ferias cujuſli-
22 bet hebdomadæ, Cæterùm dubio: *An petita extenſio conce-
denda ſit*, reſponſum fuit: *Negativè, & gaudeant impetratis*.

Procedunt hæc, attenta ſolita laudabili praxi Apoſtoli-
23 cæ Sedis. Cæterùm in Urbe ex ſpecialiſſima Gratia in ali-
quibus Eccleſiis duplex Altare privilegiatum reperitur con-
ceſſum, ut eſt in Eccleſia S Praxedis, triplex in Eccleſia S.
Bernardi ad Columnam Trajanam, & triplex pariter in Ec-
cleſia S. Mariæ ſuper Minervam, hoc eſt duo in Eccleſia,
& unum in Sacrario.

Notan. 3 quòd, tranſlata aliqua feſtivitate, non dicuntur
24 tranſlatæ Indulgentiæ, pro die ejuſdem feſtivitatis conceſ-
ſæ, ut probant *Azor Inſtit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 28. &
Lavor. de Jubil. p. 1. cap. 21. num. 41.* & reſolvit *C. R. 30. No-
25 vembris 1679. & 10 Junii 1690.* de quibus *in Rubr. Breviarii
Fratrum Minorum tit. 10.*

Solet tamen Apoſtolica Sedes id ex Gratia concedere, ut
26 mediante oraculo *C. Ind.* practicavit *die 26. Septembris 1712.*
quando ſimilem Gratiam conceſſit Fratribus S. Mariæ de
Mercede Ordinis Redemptionis Captivorum, cum reſcrip-
to: *Pro Tranſlatione Indulgentiæ tantùm*.

Et pro PP. Caſſinenſibus pro Feſto S Benedicti Innoc. XI.
conceſſit, quòd ſi illius Feſtum incidat in majori Hebdoma-
da, tunc Indulgentia affecta ſit illi diei, in quem contigerit
d. Feſtum eſſe transferendum, teſte *Biſſo in Hierurg. lit. I.
verb. Indulgentia n. 3. in fine*.

Et pro Fratribus Minimis S. Franciſci de Paula adeſt ſpe- 18
ciale Breve Greg XIII. expeditum die 20. Auguſti 1580. in
quo eadem tranſlatio Indulgentiarum ſequentibus verbis
conceſſa fuit *Gregor. Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.
Aliàs omnibus utriuſque ſexus Fidelibus verè pœnitentibus, &
confeſſis, ac SS. Communione refectis, qui ſingulas Eccleſias Mo-
naſteriorum ſeu Domorum Fr. Ord. Minimorum S. Franciſci de
Paula à primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ejuſdem diei,* 29
*ſingulis annis devotè viſitarent, & ibi pro Chriſtianorum
Principum concordia, Hæreſum extirpatione, Sanctæque Ma-
tris Eccleſiæ tranquillitate, pias ad Deum preces effunderent,
quotiès id facerent, totiès plenariam omnium peccatorum ſuo-
rum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſimus, prout in noſtris
inde ſub Data die 1. Aprilis 1579. Pontific. noſtri anno 7. in for-
ma Brevis confectis Literis plenius continetur. Cùm autem, ſi-
cut accepimus, Feſtum ejuſdem S Franciſci de Paula, quòd die
2. menſis Aprilis quotannis celebrari ſolet, in Quadrageſimam
incidat, illudque poſt Octavam Reſurrectionis D. N. I. C. tran-
sferri ſoleat, & propterea in dubium verti poſſet, an eadem In-
dulgentia die quo ipſum Feſt. transferri contigerit, ab eiſdem
Chriſti fidelibus conſequi valeat. Nos in præmiſſis opportunè
providere volentes ac ſupplicationibus dilecti filii Jo: Ropitelli,
d. Ordinis Zeloſi, & Procur. generalis in hac parte inclinati, ha-
rum ſerie volumus, & declaramus, ut d. Indulgentia ad eum die,
quo Feſtum ipſum, ut præfertur, transferri, & poſt Octavam
Reſurrectionis celebrari contigerit, tranſlata eſſe, & ab eiſdem
Chriſti fidelibus, eodem modo quo, die Feſto prædicto conſequi
poteſt, conſequi, eiſque ſuffragari poſſe cenſeatur. Non obſtanti-
bus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtoli-
cis, cæteriſque quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub
annulo Piſcatoris die 20. Aug. 1580. Pontif. noſtri anno 9. Cæ-
ſar Glorierius*.

Quæ omnia notoria ſunt in Urbe, in qua ſolet id publicè,
& palàm declarari, quando transferri contiugit eandem fe- 30
ſtivitatem, ut practicatum fuit anno 1711. mediante ſequen-
ti Declaratione.

*Indulgenza Plenaria perpetua, e remiſſione di tutti i peccati,
conceſſa dalla fel mem di Papa Greg. XIII. a tutte le Chieſe del-* 31
*li Conventi de' Minimi di S. Franceſco di Paola il giorno della
Feſta di eſſo Santo che ſi celebrarà in queſt'anno alli 13. d'Apri-
le, Lunedì doppo la Domenica in Albis.*

*Gaſparo per la miſericordia di Dio Veſcovo di Sabina della
S. R. C. Card. di Carpegna, della Santità di N. S. Vicario ge-
nerale &c.*

*La fel. mem. di Papa Greg XIII. per ſuo Breve dato in Roma
il 1. Aprile 1579 e per un'altro ſotto li 20. Agoſto 1580. per la
tranſlazione della Feſta, ad accreſcimento della Religione de'
Fedeli, e ſalute dell'Anime conceſſe in perpetuo Indulgenza ple-
naria, e remiſſione di tutti li peccati a tutti li fedeli Criſtiani del-
l'uno, e l'altro ſeſſo che veramente pentiti, confeſſati, e commu-
nicati, tante volte, quante divotamente viſitaranno le Chieſe
delli Conventi dell'Ordine de' Minimi di S. Franceſco di Paola,
in qualunque luogo conſtituiti, nel giorno della Feſta di detto
Santo, che ſi celebra in queſt'anno alli 13. Aprile Lunedì, dop-
po la Domenica in Albis, commciando dalli primi Veſperi fino
al tramontar del Sole di detta Feſta, & ivi pregaranno il N. S.
Iddio per la pace, e concordia fra Prencipi Criſtiani, per l'e-
ſtirpazione dell'ereſie, & eſaltazione della S. M. Chieſa. Per
tanto s'invita ogni fedel Criſtiano all'acquiſto di tanto Teſoro.
Domenico Arciveſcovo di Teodoſia Viceg. N. A. Canonico Cug-
giò Segr.*

Ex quibus remanet clarum, non eſſe attendenda ea, quæ
in hac parte aſſerunt *Monacel. in Formul. legal to. 2. tit. 16 for-* 32
*mul. 6. n. 9. fol. 245. & Matthæucc in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 26. n.
25.* eò quia loquuti fuerunt ad terminos d. generalis regulæ,
non autem juxta tenorem d. Indulti Greg. XIII. quòd uti cla-
rum, & literale, nullum relinquit dubitationi locum.

Neque in facto ſubſiſtit, quòd *C. R. die 20. Novemb. 1694.*
contrarium reſolverit reſpectu d. feſtivitatis S. Franciſci de 33
Paula, ut ait *Monacellus, ubi ſupra*, quem ſequitur *Matthæuc.
loco proximè citato*; Supponentes, dubio propoſito nomine
dd. PP. Minimorum: *An tranſlato feſto S. Franciſci de Pau-
la, cenſeatur tranſlata Indulgentia*, reſpondiſſe *Negativè*, 34
*& ſerventur Rubricæ*.

Ultra quod enim ex d. formula reſcripti ad oculum patet,
illud nullo modo loqui de tranſlatione Indulgentiarum, eò
quia notum eſt, Rubricas reſpicere ea, quæ concernunt divi- 35
num Officium, non autem ea, quæ ad Indulgentias ſpectant.

Factis

Factis exactiſſimis diligentiis in Secretaria ejuſdem S. C.
36 R. nulla omnino reperta fuit inſtantia, ſeu ſupplex Libel-
lus, nomine PP. Minimorum porrectus eidem S. C. d. die
Novemb. 1694. & meritò, quia attento d. claro tenore In-
dulti Gregor. XIII. nullo modo dubitari poterat de dicta
translatione Indulgentiæ, niſi adverſus omnia Jura in dub.
revocetur in Urbe maxima poteſtas ejuſdem Summi Ponti-
ficis illam concedentis.

Fuit autem inventus, ſupplex Libellus dd. die, menſe,
37 & anno pro parte, & nomine Congregationis Benedictinæ
Buisfeldenſis Germaniæ porrectus d. S. C. R. in quo petie-
runt: *Se il Privilegio, loro conceſſo dalla ſ. m. di Clemente X.
di celebrare la feſta di S. Benedetto coll'Ottava, s'intenda an-
co, quando occorre trasferirſi la Feſta di d. Santo; E caſo che
non s'eſtenda, ſi ſupplica umilmente l'EE. VV. a nome di tutta
la medema Congregazione Buisfeldenſe di eſtenderlo per loro
ſpirituale conſolazione, acciò poſſino con maggiore ſolennità
celebrare la glorioſa memoria del loro Patriarca; Atteſoche
queſto non pare contrario alla Rubrica* de Translatione Feſto-
rum *n.1. in fine, dove doppo di avere determinato, che ſe occor-
rerà transferirſi la Feſta di qualche Santo doppo tutta l'Otta-
va, per quell'anno ſi celebri ſenz'Ottava, pone un'eccezzione
con queſte preciſe parole:* Niſi titularis Eccleſiæ privilegio
aliter fieri oporteat, *Pare dunque ragionevole, che ſi conceda
ſimile Privilegio a gli Oratori per il loro Fondatore, ſi bene-
merito della Chieſa, eſſendo Titolare principale del loro Ordi-
ne.* Die 17. Julii 1694. Negativè, & ſerventur Rubricæ.

Ex quo reſcripto deſumptum fuit æquivocum denegatæ
38 translationis Indulgentiæ pro feſtivitate S. Franciſci de Pau-
la, quòd dubium nunquam propoſitum fuit in d. C. R. nec
proponi poterat, attento claro tenore d. Brevis Greg. XIII.
de quo ſupra *n.29*.

Notandum 4. quòd permittenda non eſt denominatio Por-
tæ Sanctæ, vel Jubilæi in Eccleſiis extra Urbem, prætex-
tu antiquorum Privilegiorum, niſi iſta concludentiſſimè ju-
39 ſtificentur, & in authentica forma exhibeantur, ut reſolu-
tum fuit *à C. C. in Gerunden. Jubilæi 26. Semptembris* 1699.
quando id petentibus Monachis S. Petri Rhoden Ord. S. Be-
nedicti Cathaloniæ, d. die ad eorum inſtantiam diſputato
ſequenti dubio: *An privilegium ſ. m. Urbani VII. fuerit revo-
catum, vel potiùs ſit obſervandum, & quomodo;* Reſpon-
ſum fuit: *Suſpenſis quibuſcumque aſſertis Indultis, & pri-
vilegiis, quatenus adſint; Coadiuventur probationes, & in-
terim ſupplicetur* Santiſſimo *pro conceſſione Indulgentiæ plena-
riæ in forma conſueta; Prohibita quacumque ſolemnitate ape-
ritionis Portæ, ac denominatione Jubilæi lib.29. Dec fol* 205.

Et reſpectu Eccleſiæ S. Thomæ in Parione de Urbe, id
40 reſolvit *C. Ind die 12. Januarii* 1717. quando dubio: *An ex-
poſitio Tabularum cum inſcriptione*, Jubilæum perpetuum,
*diebus Feſtis Annunciationis B. M. V. & SS. Jo: Evangeliſtæ,
& Nicolai, Oratoribus impoſterum permitti debeat;* Reſpon
dit. *Negativè, & ampliùs*. Oratores autem erant Scripto-
res Urbis, qui aſſerebant, d. privilegium eis fuiſſe conceſ-
ſum à Pio IV. & in effectu in præteritum talem Tabulam
cum d. inſcriptione ſoliti erant exponere.

Ita etiam ad evitan. confuſionem permitti pariter non de-
41 bet denominatio Congregationis Rituum, vel Concilii illis
Eccleſiaſticorum Cætibus, quos Epiſcopi non ſine laude eri-
gere ſolent, & debent in eorum Civitatibus, ad erudien.
Clerum circa ſacros Ritus, Eccleſiaſticas Cæremonias, &
circa alia, diſpoſita in Concilio Tridentino, ut anno 1695.
reſolvit C. particularis Cardinalium Carpinei, Caſanattæ,
& Mareſcotti, deputata pro reviſione Synodi Faventinæ
Card. Nigron. Cùm enim *tit. c.4.* ita cantaret: *De Congrega-
tionibus Sacræ Scripturæ; Caſuum conſcientiæ, ſacrorum Ri-
tuum, & Concilii Tridentini*, fuit inſinuatum, eſſe mutan-
dum verbum illud, *Congregationibus*, in aliud: *Conferen-
tiis:* Cæterùm, quia Synodus præventivè fuerat impreſſa,
& divulgata, id non potuit facilè in omnibus Exemplaribus
corrigi.

Notandum 5. quòd deſtructo Altari privilegiato, tunc ſo-
42 lùm deſtruitur privilegium, quando illud ita deſtruitur ſe-
cundùm aliquam partem, ut amittat conſecrationem, ſe-
cus tamen dicendum erit, quando idem Altare ſecundum
ſui majorem partem intactum remanet, quod ſi paulatim
deſtruatur, & ſimul reparetur, itaut ſemper remaneat idem
Altare, ſeu locus, ſemper perſeverat Indulgentia, ſeu pri-
vilegium, ita *D. Antonin. par. 1. tit.10. cap. 563. Vulp. in
Prax. for. Eccleſ. cap.42. num.30. Paſqualig. de Sacrific. nov.
43 leg quæſt. 561. per tot Gobat. Oper. moral. tom.2. tract. 4. par.
2. cap.6. num.320. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.26.
num.22.*

Notandum 6. quòd Septenarium Indulgentiæ plenariæ,
ſeu Altaris privilegiati, non incipit à die Datæ Indulti, ſed
à die illius publicationis; Mens enim Pontificis eſt, ut illud
duret per Septennium, quod non verificaretur, ſi incipien-
dum eſſet à die Datæ, *Rodriqu. quæſt. Regul. tom.2 quæſt 99.
artic.3. Sylv. tom.2. Var. reſol. Verb. Altare privilegiatum in
Reſp. ad primum, & Paſqualig. de Sacrif. Miſſæ quæſt.* 571.
*n.1. & ſeq.* ubi *n* 6. quòd id procedit etiamſi in Indulto adſit
clauſula: *Ad proximum Septennium duraturi*, quia illa di-
ctio, *proximum* intelligitur de proximitate habili, in qua 44
conceſſio ſortiri poſſit effectum.

Dum hæc impreſſaeram, curioſitatis gratia me contuli
ad Secretariam C. Ind. ut viderem, an adeſſet aliqua deter-
minatio ejuſdem S. C. circa concluſiones, à me hìc compro-
batas; Inveni autem, fuiſſe reſolutum oppoſitum circa prin-
cipium Septennii, juxta verba decreti, quæ ſunt ſequentia: 45
*Diſcuſſo dubio in S. C. Ind. & ſacris Reliquiis præpoſita, an at-
tentis verbis, quæ in Brevibus Indulgentiarum apponi ſolent*,
præſentibus ad Septennium tantùm valituris, *Septennii ini-
tium à die publicationis Brevis deſumendum ſit, eadem Sacr.
Congreg. die 18. Maii* 1711. *declaravit, non à die publicationis,
ſed à die Datæ Brevis Septennii tempus incipere; Et facta re-
latione SS. D. N. per me infraſcriptum Secretarium, die 20.* 46
*ejuſdem menſis, SS. Congregationis Sententiam approbavit. Io.
M. Card. Gabriellius Prefectus. Raphael Coſmus de Hieronymis
Secretarius*. Et propterea hodiè ad iſtius Pontificii Oraculi
terminos procedendum eſt, non attenta contraria opinione.

Verum tamen eſt, quòd, ſalvo alio meliori temperamen-
to, expediret forſan id declarare in ipſiſmet Literis conceſ- 47
ſionis Indulgentiarum, verbis illis: *Præſentibus ad Septen-
nium tantùm valituris*, addendo ſequentia, vel ſimili, *à die
Datæ præſentium incipiendum, vel computandum*, quam clau-
ſulam vidiſſe in aliquibus Brevibus teſtatur *Paſqualig. de Sa-
crif. Miſs. quæſt 751. num.4* Si enim d decretum C. Ind. igno-
ratur in ipſamet Urbe, ubi editum, & publicatum fuit, po-
terit pariter ignorari extra illam, procedendo cum authori-
tate dictorum Authorum, quorum opinio hodiè nullatenus
ſequenda eſt.

Notandum 7. quòd, conceſſis aliquibus Indulgentiis Chri-
ſti fidelibus, facientibus ſpiritualia Exercitia in Domibus
Regularibus, vel Religioſorum Conventibus, ut practica-
vit Alex. VII. cum PP. Jeſuitis Piſtorienſis Urbis, quòd re- 48
cognoſci poteſt ex *ejus Conſt.42. in Bullar. nov. tom.6.* quam
Gratiam pro Fratribus Obſervan. & Refor. S. Franc. idem
Pontifex conceſſit *in ejus Conſt.65. Bullar. to.6.* Poſito, quòd
ob anguſtiam ejuſdem Domus, vel Conventus, non poſſint
Sæculares in eiſdem Domibus recipi pro faciendis dd. Exer-
citiis, tunc ſolet concedi Gratia, ut facientes eadem Exer- 49
citia ſpiritualia in alia ſeparata domo, ſub directione tamen
eorundem Religioſorum, eædem Indulgentiæ lucrari poſ-
ſint, ut reſpondit *C. Ind. 22. Aug.* 1712. *in Piſtorien.* favore
dd. PP. Societatis Jeſu.

Notandum 8. quòd non eſt permittenda denominatio Sca-
læ Sanctæ, cum declaratione, quòd pro omnibus illam aſ- 50
cendentibus, & deſcendentibus adſit Indulgentia aliqua, ni-
ſi ad d. effectum exhibeatur clarum, & literale Pontificium
Indultum, non attentis communicatione Privilegiorum,
vel ſimilibus argumentis, & conjecturis, ut reſolvit *C. C. in
Neapolit. Indulgentiarum 10. Julii* 1717. quando dubio: *An
ſit permittenda Scala, ut nuncupant, Sancta, & an pro omni-
bus illam aſcendentibus, & deſcendentibus adſit Indulgentia*,
reſpondit. *Negativè, & ampliùs*.

Dixi, *niſi exhibeatur particulare, & clarum Indultum*, quia,
hoc concurrente, nullum adeſt dubium pro lucratione illa- 51
rum Indulgentiarum, quæ in illo continentur, juxta reſolu-
tionem *C. Indulg. in Salisburgen. 25. Septembris* 1713. in qua
multæ conceſſæ fuerunt Indulgentiæ aſcendentibus Scalam
Sanctam, conſtructam in Eccleſia PP. Theatinorum Salis-
burgi, & in Folio, d. die diſtributo, enumerantur Indulgen-
tiæ, conceſſæ ab Innoc. XI. aſcendentibus Scalam Sanctam
in Eccleſia eorundem PP. Theatinorum, conſtructam Mo-
nachii, & aliæ conceſſæ 25. Januarii 1712. à Santiſſimo D. 52
N. aſcendentibus Scalam Sanctam, conſtructam in Eccleſia
PP. Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Civitate
Pragenſi.

Verum tamen eſt, quòd hoc Indultum concedi ſolet ad de-
terminatum tempus dumtaxat, & pro certis diebus, quibus 53
elapſis, ſolet iterum ex Gratia confirmari, ut practicatum
fuit *à C. Ind. in Jadrenſ. 24. Aprilis* 1712. quando dubio: *An
Breve, à Santiſ D. N. conceſſum 8. Aug. 1705 pro quatuor vicibus
in anno, eſſet confirmandum;* fuit reſponſum; *Affirmativè*.

Notandum 9. quòd non conſtito de legalitate, & au-
then-

54 thenticitate Indulti conceſſionis Indulgentiarum, removendi ſunt Lapides cum inſcriptionibus, etiam antiquiſſimis, denotantibus dd. Indulgentias, ut practicavit *C. C. in Neapolit. Indulgentiarum* 1c. *Julii* 1717. *ad* 3. *dubium*, ſequentibus verbis conceptum: *An lapis cum inſcriptione*. Viſitantibus quotidiè pœnæ indulgentur, ut in Lateranenſi Eccleſia, *ſit amovendus*, reſponſum fuit; *Affirmativè*, *& ampliùs*.

Notandum 10. quòd non ſolet concedi facultas publicè ex-
55 ponendi Fidelium cultui Sanctorum Reliquias, niſi authenticè conſtet de illarum identitate, non per conjecturas, & veriſimilitudines, ſed per legalia, & authentica documenta, ut practicavit *C. Ind. die* 23. *Februarii* 1711. *in Veneta*, in qua inſiſtebatur pro expoſitione publica Capſulæ Ligni S. Crucis, & Reliquiarum multorum Sanctorum, ad quarum legalitatem probandam adducebatur antiquiſſimum teſtimonium cujuſdam Religioſi Ordinis S. Benedicti, exaratum uſque ab anno 1456. & ſic ab annis 255. concernens identitatem dd. Reliquiarum. Et tamen, eo non attento, peti-
56 tiones PP. Carmelitarum Excalceatorum, pro d. Gratia ſupplicantium, exauditæ nullatenus fuerunt, ſub die 24. Aug. 1711. dubio, *An P. Priori Conventus Carmelitarum Diſcalceatorum Urbis Venetiarum permitti debeat expoſitio Reliquiarum, de quibus agitur*, reſponſum fuit. *Ex hactenus deductis Negativè*.

Notandum 11. quòd Rectores Eccleſiarum non poſſunt
57 donare Reliquias propriarum Eccleſiarum, quia illæ veniunt appellatione rerum pretioſarum, ad eaſdem Eccleſias ſpectantium, ut reſolvit *C. Ind. in Januen.* 17. *Septembris* 1710. quando mandavit, Reliquias jam donatas à Parocho cuidam Regulari, eſſe reſtituendas Eccleſiæ Parochiali, cum illo addito, ut Loci Ordinarius provideret prout de Jure.

Notandum 12. quòd Reliquiæ Sanctorum, à Romanis
58 Cæmeteriis extractæ, poſſunt publicè in Proceſſionibus deferri, ut reſolvit *C. Ind.* 9 *Januar.* 1711. quando dubio: *An Reliquiæ à Romanis Cæmeteriis extractæ, in Proceſſionibus deferri poſſint*, reſpondit; *Nihil obſtare*.

De mandato verò Sanctiſſimi repropoſito eodem dubio die 28. Septembr. d. anni 1711. ſcribentibus Fidei Promotore, & uno ex Magiſtris Cæremoniarum Cappellæ Pontificiæ, reſponſum fuit. *Nihil eſſe innovan.*

Cæterùm eadem C. Ind. die 28. Septembris 1714. reſpectu Tunicæ S. Catharinæ de Bononia id permittere noluit, dubio. *An aſſerta Tunica S. Catharinæ Bononiæ, in Conventu Monialium SS. Corporis Chriſti aſſervata, in earum Eccleſia exponi, & in ſolemni Supplicatione geſtari poſſit*, reſpondit. *Quoad Proceſſionem nihil, in reliquis ad Eminentiſſimum Epiſcopum.*

Notandum 13. quòd non ſolent concedi Puellis, exiſten-
59 tibus in Conſervatoriis illæ Indulgentiæ, quæ conceduntur veris Monialibus, viſitantibus aliquod Altare proprii Monaſterii, loco alterius extra clauſuram poſiti, ubi conceſſæ ſunt Indulgentiæ, ut reſpondit *C. Ind. in Bononien.* 5. *Maii* 1719. in cujus caſu ſermo erat de Puellis 160. quæ nunquam ſolent exire ab earum Conſervatorio.

Notandum 14. quod ad acquirendam Indulgentiam, conceſſam illis, qui, verè pœnitentes, & confeſſi, aliquam Ec-
60 cleſiam viſitabunt, non requiritur neceſſariò confeſſio reſpectu illius, qui poſt ultimam confeſſionem lethale peccatum non commiſit, licèt utile ſit illam iterare; Quia verbum illud *confeſſi* intelligitur de eo, qui etiam antea fuit confeſſus, & tunc in gratia eſt: *Ita Navarr. in Comm. de Jubil. not.* 18. *n.* 18 ibi: *Nota, non eſſe neceſſariam facere confeſſio-*
61 *nem die, vel tempore, quo indulgentia eſt lucrifacienda, ſed ſatis eſt, quòd poſt ultimam confeſſionem nullum peccatum mortiferum admiſerit, neque de aliquo, nondum confeſſione detecto, noviter recordetur, quòd frequenter reſpondi*. Cui Authori multum deferendum puto, eò quia fuit unus ex Miniſtris ſacræ Pœnitentiariæ, ut notat *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 7 *cap.* 4. *n.* 72. &, rato exemplo, in bona valetudine, centeſimum annum in Urbe explevit, teſtibus *Sanchez, & de Juſtis* in locis, citatis *in Tom.* 2. *par.* 1. *diſcept* 37. *num* 18. Circa principalem verò concluſionem concordant *Leo in Prax. For Eccleſ. par.* 1. *cap.* 7. *de Indulg. poſt n* 7. ubi illam ad-
62 ducit rationem, quia in his terminis confeſſio exigitur tanquam diſpoſitio, non autem, tanquam opus, aut pars operis, pro conſequenda indulgentia, *Bonacin Oper. moral. tit de Indulg. diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *propoſ.* 2. *n.* 7 ubi ſequen-
63 tem adducit rationem, *quia quando in Bulla exprimitur confeſſio, ſermo eſt de confeſſione reſpectu illius, qui conſcientiam habet peccati mortalis, niſi aliud exprimatur, & Monacell in Formul. tom.* 2. *tit.* 16. *formul.* 6. *num* 3.

Notandum 15. quod præſentatis Literis ſacræ Pœnitentiariæ uni Confeſſario, qui difficultatem habeat abſolvendi Pœnitentem, adiri poteſt alter Confeſſarius, & ab eo abſolutio obtineri, quatenus difficultatem illam non habeat eum abſolvendi, quam habebat primus Confeſſarius, ut repro- 64
bato *Navarr. conſ.* 8. *de Offic. Ind. deleg.* atque teſtando de mente, & praxi ſac. Pœnitentiariæ, cujus fuit Officialis, obſervat *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 72. & 73. ubi poſt *Sanchez de Matr. lib.* 8. *diſp* 27. *num.* 4. adducit ſequen- 65
tem convincentem rationem, *quia cùm commiſſio facta fuerit in foro conſcientiæ, ſequitur ejus fori naturam, quæ eſt, ut non adſtringatur Pœnitens acquieſcere ſententiæ unius Confeſſarii, ſed poſſit alium adire*.

Pro applicabilitate tamen illarum reſolutionum Sac. Cong. Ind. quas ſupra citavimus, nota demum, quod cùm conceſſio Indulgentiarum pendeat à voluntate Summi Pontificis, eædem reſolutiones non faciunt ſtatum, nec allegari poſſunt pro obtinenda ſimili Gratia, etiam poſtquam à Sum- 66
mo Pontifice approbatæ fuerunt, quia Summus Pontifex, & poteſt, & ſolet uni Eccleſiæ, vel Loco pio denegare Gratiam illam, quam ex juſtis cauſis, animum ſuum moventibus, alteri Eccleſiæ, vel Loco pio ex particularibus facti circumſtantiis conceſſit: Præcipuè ſi ſermo ſit de ſpecialibus Gra- 67
tiis, Urbis Eccleſiarum conceſſis, quia, ut legitur in Folio Cong. Ind. diſtributo die 20. April. 1711. in Cauſa *Romana* pro Conventu, & PP. Minoribus Obſervantibus S. Mariæ de 68
Aracœli Urbis. *Non immeritò multa ſpiritualia Gratiarum dona Romæ conceduntur, quæ alibi jure optimo denegantur*.

---

## DISCEPTATIO XXV.

### Romana Subhaſtationis Eccleſiæ, & Conventus.

*PRO*

PP. Trinitariis Urbis.

*CUM*

Illorum Creditoribus.

### ARGUMENTUM.

*Ad Creditorum inſtantiam an poſſit in ſubſidium deveniri ad ſubhaſtat. & venditionem Eccleſiæ, & Conventus illorum Regularium, qui debita contraxerunt.*

SEries facti hujus Cauſæ latè exponitur in *Tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 25. ubi *n.* 248. refertur reſolutio Congregationis par- 1
ticularis omnium Prælatorum Signaturæ Gratiæ, quæ *die* 14. *Septembris* 1717. reſcripſit: *Eſſe exequen. Mandatum Em. Vicarii, & ad mentem: Et mens eſt, quòd vendatur extraju-* 2
*dicialiter, quatenus reperiatur emptor*. Mandatum verò, ſeu Decretum Em. Vicarii erat ſequentis tenoris. *Ex tunc Em. & Rev. D. Card. Vicarius, Judex Deputatus, impartitus fuit licentiam infraſcriptis Inſtantibus exequendi Mandata, & reſpectivè ſubhaſtandi, & deliberandi, & vendendi,* 3
*aut quomodolibet alienandi Cæmenta, Materialia, & Situs Conventus, & Eccleſiæ S. Franciſcæ Romanæ in Via Felicis, Ordinis Redemptionis Captivorum. In ſubſidium tamen, & quatenus alia Bona non ſuppetant, & ad favorem aliarum Perſonarum Eccleſiaſticarum, vel religioſarum Eccleſiarum; & ad eundem uſum pium, Eccleſiaſticum, & religioſum.*

Verùm, adversùs hujuſmodi reſolutionem dictæ Congregationis particularis, habito, atque admiſſo ſuſpenſivo re- 4
curſu ad SS D. N. in plena Signatura Gratiæ, coram ipſo habita die 28 Martii 1719.

Creditores primò inſiſtebant in eo, quòd in d. venditione Eccleſiæ, & Conventus nulla conſiderari poterat irreve- 5
rentia erga res ſacras, Deoque dicatas, juxta latè animadverſa in *d. diſcept.* 25. *à n.* 115. Quia non prætendebant ven- 6
dere rem ſacram reduplicativè uti ſacram, ſed ſolùm, habito reſpectu ad illius materialitatem, Cæmenta, & Fabricam.

Fuit reſponſum, quòd talis præciſio non eſt practicabilis in venditione Eccleſiarum, Deo conſecratarum, necnon in Conventibus eiſdem annexis, & connexis, venientibus appellatione Eccleſiarum, & gaudentibus iiſdem privilegiis, 7
ex adductis à *Feder. de Sen conſ.* 201. *num.* 4. *Calder. conſ.* 293. *n.* 2.

n. 2. Barboſ. de Paroch. cap. 13. nu. 12. Rota cor. Veral. 177. n. 6. & dec. 289. per tot. par. 1. & dec. 504. n. 6. par. 19. rec. Eò quia conſecratio, & res conſecrata, ad effectum venditionis, præcipuè ad Creditorum inſtantiam, taliter connexa ſunt, ut nullo modo ſeparari poſſint, ſed dicuntur habere
8 illam connexionem inter ſe, quæ reperitur inter animam, & corpus, ut præter citatos *in d. diſcept. 25. à nu.* 177. in ſpecie notat *Aymonius in Vita S. Abbonis Abbatis Floriacenſis in Libro*, cui titulus *Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti, Sæculo 6. par. 1. fol mihi 43. iuxta impreſſionem Pariſienſem an-*
9 *ni* 1701. ibi: *Certè chariſſimi Principes, nec catholicè vivimus, nec catholicè loquimur, quando illam Eccleſiam dico eſſe meam, ille alter dicit, eſſe ſuam, ac veluti quædam Iumenta, comparati Iumentis inſipientibus, utraſque aliquando venales proponimus, propoſitaſque ab aliis emere non formidamus. Eſt etiam alius error graviſſimus qui fert, altare eſſe Epiſcopi, & Ec-*
10 *cleſiam alterius cujuslibet Domini, cùm ex domo conſecrata, & altare, unum fiat, quod dicitur Eccleſia, ſicuti unus homo conſtat ex corpore, & anima,* quem refert, & ſequitur *Gonzal. in cap. Recolentes lit. B. de Stat. Monach.*

Dixi, ad effectum vendit. & præcipuè ad inſtantiam
11 Creditorum, ad differentiam alterius ſpontaneæ venditionis, ad excluden. ſcilicet Simoniæ crimen, ſeu lethale peccatum, ob maximas anguſtias Eccleſiarum, vel ad exercenda pietatis, & charitatis Opera, ad *Text. in can. Aurum 12. qu. 2.* Qui non ſunt termini noſtræ controverſiæ, & circa quam inſpectionem reſpectu Simoniæ, & culpæ lethalis videri poſſunt citati in *Inſtit. crim. lib. 1. tit. 9. de Simon. à n.*
12 7. Reſpectu verò exercitii dictorum piorum Operum, videri poſſunt citati in *To. 2. p. 2. diſcep. 25. n.* 173.

Et in punctualibus terminis, quòd Eccleſia ratione ma-
13 teriæ nullo modo vendi poſſit, latè probavimus in d. *diſcep. 25. à n.* 162. & benè *Genuenſ. in Prax. Cur. Neap. cap. 32. n. 21.* ibi: *Eccleſia conſecrata, vel benedicta ratione materiæ, nullo modo vendi poteſt.*

Inſiſtebant 2. in paritate venditionis ſac. Calicis, quæ in
14 certis caſibus permiſſa eſt; Ultra verò ea, quæ obſervavimus *in d. diſc. 25. n.* 167.

Fuit reſponſum cum verbis *D. Thom. 2. q. 100. artic. 3. ad*
15 2. ibi. *Ad 2. dicendum, quòd etiam vaſa ſacra ſunt ſpiritualibus annexa, ſicut fini, & ideo eorum conſecratio vendi non debet. Tamen pro neceſſitate Eccleſiæ, & pauperum, materia eorum vendi poteſt, dummodò, præmiſſa oratione, priùs confringantur, quia poſt confractionem non intelliguntur, eſſe vaſa ſacra, ſed purum metallum,* cujus Angelici Doctoris ſanam doctrinam ſequutus fui *in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 9. de Simon. num. 7.*

Inſiſtebant 3. in eo, quòd ceſſabant ea, quæ obſervavi-
16 mus in d. *diſc.* 25. circa exorbitantiam coactæ venditionis rerum, Deo conſecratarum; Quia venditio fieri debebat, non ſolùm remoto omni judiciali ſtrepitu, & ſine horrida Præconis voce, ſed extrajudicialiter, & ad favorem Religioſorum ejuſdem Inſtituti, qui ad d. effectum in Sum. adduxerunt documenta. *Che il P. Caſtagneda tiene già pronto*
17 *il denaro per la compra della Chieſa, e Convento &c. a favore de' Padri della Provincia di Caſtiglia, che ſono del noſtro Ordine della Redenzione de Schiavi, di cui ſono li PP. ora abitanti nel ſudetto Convento, e detta compra il medemo P. Caſtagnedo intende fare per quel prezzo, che ſarà creduto ragionevole.*

Fuit reſponſum, quòd gravamen reſolutionis d. Congr.
18 particularis erat patens quia fuit ſimpliciter ab illa demandatum, *eſſe exequendum Mandatum Em. Vicarii*, injungentis judicialem, ſtrepitoſam, & exorbitantem ſubhaſtationem, & venditionem Eccleſiæ, & Conventus; Quamvis autem fuerit deinde ſubjunctum: *Et ad mentem*, quæ fuit, *ut venderetur extrajudicialiter, quatenus reperiretur emptor*, Poterat iſte emptor non inveniri, vel cum eo poterat eſſe diſcordia circa verum valorem Eccleſiæ, & Conventus, in quibus terminis locum habuiſſet prima pars reſcripti; pro libera, & pura exequutione mandati.

Fuit etiam reſponſum, quòd irreverentia erga res ſacras,
19 & exorbitantia actu venditionis coactæ, & ad Creditorum inſtantias non poterat ſalvari à d. contraria reflexione: Quia ſemper verum erat, quòd venditio ſequi debebat imperio Judicis, & ad Creditorum inſtantiam, quę omnia talem, tan-
20 tamque exorbitantiam includunt, ut nunquam datus fuerit in præteritum ſimilis caſus coactæ venditionis Eccleſiæ ad inſtantiam Creditorum.

Creſcebat autem in immenſum eadem exorbitantia ex il-
21 la reflexione, quòd in exhibitione emendi noſtram Eccleſiam, non ſemel, ſed multotiès habetur ſpecifica mentio *pretii proportionati valori dictæ Eccleſiæ, & Conventus* in citato contrario Documento, quod verbum *prezzo* non benè ſonat in auribus Chriſtianorum, quando ſermo eſt de venditione rerum ſacrarum ut, præter adductos *in d. diſcept. 25. à nu.* 213. notant citati per *Layman. Teol. moral. lib. 4. tit. de* 22
*Simon. tract. 10. cap. ult. §. 4. n. 37.* ibi; *Tanquam eleemoſyna, non tanquam pretium, & Lagunez. de Fruct. par. 2. cap. 32. §. 2. n. 26.* ibi; *Ultra quæ, quod recipitur non propriè pretium dicendum eſt, ſed per viam eleemoſynæ accipi.*

Fuit pariter reſponſum, quòd in Eccleſiis non ſolùm ſilere debet horrida Præconis vox, ut dicitur in *leg. Dies feſtos* 23
*Cod. de Fer.* ſed ulteriùs *ceſſare in illis debent omnes Judiciorum ſtrepitus*, juxta præciſa verba *Conſtit. 5. §. 4. S. Pii V.* In venditione autem coacta, & procurata ad Creditorum inſtantiam, Judiciorum ſtrepitus, ſeu formulæ impræſcindibiles ſunt, ut conſideranti patet. Ultra quòd magna exorbitantia contrariæ prætenſionis ad hominem comprobatur, 24
combinando, tam citationem ad Creditorum inſtantiam exequutam contra Religioſos coram Card. Vicario ſequentis tenoris. *Ad videndum impartiri licentiam ſubhaſtandi, deliberandi, vendendi, aut quomodolibet alienandi Conventum, & Eccleſiam, ad PP. Adverſarios ſpectantes*, quàm ſucceſſivum decretum Card. Vicarii, regiſtratum ſupra *n.* 3. cum præſenti titulo contrariarum Scripturarum, in quibus, erubeſcentes iidem Creditores, juxta notorium Cu- 25
riæ ſtylum, in præſenti etiam Signatura Gratiæ practicatum à R. P. D. Auditore SS. D. N. deſumere eundem titulum Scripturarum ab eorum inſtantia, & à Judicis decreto, quibus attentis eſt ſequens. *Romana Subhaſtationis Eccleſiæ, &, Conventus*, ſubrogarunt alium. *Romana Cenſuum*, illam habebentem connexionem cum eorum præſenti in- 26
ſtantia, quam habet Cupreſſus cum naufragio, juxta lepidum dictum *Horatii*, ſequuti *à Leon. de Præparator. Judicior. par. 3. præpar. 2. num. 5.*

Inſiſtebant 5. in eo, quòd venditio fieri debebat ad uſum, non ſolùm pium, ſed æqualiter ſacrum, juxta modum præ- 27
ſcriptum in decreto Cardinalis Vicarii, ibi: *Ad favorem aliarùm perſonarum eccleſiaſticarum, vel religioſarum Eccleſiarum, & ad eundem uſum pium, eccleſiaſticum, & religioſum.*

Fuit reſponſum, quòd finis, propter quem ſequi debebat venditio, & uſus pius Eccleſiæ, & Conventus, non 28
erant apti minuere ſcandalum, irreverentiam, & exorbitantiam venditionis coactæ, & ad Creditorum inſtantiam; Quia idem finis, demandatus à Judice, Creditoribus inſtantibus, ſemper dicebatur directus ad uſum humanum, ad quem, nulli dubium eſt, res ſacras, & Deo dicatas converti non poſſe, & viva ratio hæc eſt, quia finis, & uſus 29
prædicti ſemper continentur in linea finis, & uſus humani, juxta individualem authoritatem *D. Thomæ*, ſequuti *à Card. Capizucc.* cujus verba regiſtravimus *in d. diſcept. 25. numer. 112.*

Non omittentes hìc obiter obſervare improprium modum erga eundem doctiſſimum Cardinalem, his verbis ex- 30
preſſum in contraria *Reſponſione §. Nec obſtat. Opinio Card. Capizucc. contr. 11. de Vot. ſolemn. qu. unic. §. 2. eſt omnino reiicienda, uti fundata in non recta intelligentia doctrinæ D. Thomæ.* Dum præteriti Sæculi primi ordinis quatuor Teologi, quorum unus fuit eidem Socius in promotione ad ampliſſimam Cardinalitiam Dignitatem, in approbatione dicti Libri Controverſiarum hæc habent; *Præcipuas Teologiæ Controverſias tam diligenter, tam dilucidè, ſolidèque examinat,* 31
*& reſolvit, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin S. Thomæ doctrinam benè calleat, quin S. Doctoris mentem feliciter aſſequutus ſit, præclari, conſumatique Theologi laudem promeritus.*

Inſiſtebant. 6. in exemplis ſimilium venditionum, adductis in d. Congregatione particulari.

Fuit reſponſum, illa non ſubſiſtere in facto, ex animadverſis *in d. diſcep. 25. à num.* 173. Imo circa Eccleſiam Na- 32
tionis Picenæ, cui s. m. Clemens IX. vendidit quidem Domum, ſeu Monaſterium ſuppreſſæ Religionis S. Georgii in Alga; Sed eidem Nationi *gratioſè donavit Eccleſiam, & Vaſa ſacra, etiam argentea*, juxta præciſa verba Conceſſionis, de quibus *in d. diſc. 25. n.* 204.

Oppreſſi Creditores ab hoc Pontificio facto omni laude, omnique animadverſione digno, quòd unicè deſervire po- 33
teſt pro rejectione contrariæ petitionis curioſam adduxerunt divinationem in eorum *Reſponſ. §. Minuſque*, quòd ſcilicet *beneficus Pontifex Clem IX. ut aliqualiter rependeret merita Nationis Picenæ, in cujus Provincia Sacratiſſima Virgo non fuit dedignata transferre ſuam Domum, voluit eidem Nationi concedere gratioſè Eccleſiam*, ad quem effectum poterant allegare Authores illos, quos ſequutus fui in

*Tom. 2.*

*Tom. 2. par. 1. diſcept. 1. n. 81.* Subjungendo, quòd hujuſmo-
34 di gratioſa conceſſio non excludit, *quin etiam de tali mate-
riali Eccleſia potuiſſet haberi ratio, ſi Pontifex noluiſſet exer-
cere ſuam liberalitatem.*
Hujuſmodi autem divinativa reſponſio, gratìs ubique
35 data, non viſis, neque recognitis iis actibus, qui præceſ-
ſerunt eandem gratuitam conceſſionem, in *d. diſcept. 25. à
num. 199. uſque ad n. 211.* à Nobis indicatis, & regiſtratis
per *Acta Abinantis par 3. Inſtr. anni 1669. à fol. 397.* parti-
cipat de natura illarum Reſponſionum, quas explicavimus
ſupra *diſc. 1. §. 18. n. 32.* Eòquia tunc temporis in ſpecie fuit
excitatum dubium, an liceret, & an expediret devenire ad
effectivam venditionem Eccleſiarum illarum Religionum,
quæ fuerunt ſuppreſſæ; Ad quem effectum fuit depu-
36 tata Congregatio particularis, quæ fuit in ſenſu, non
eſſe deveniendum ad Eccleſiarum, & ſacrorum Supelle-
ctilium venditionem, ſed ad illorum gratuitam conceſſio-
nem, venditis tamen Domibus, ſeu Habitationibus illo-
rum Religioſorum, quorum Religiones fuerunt ſuppreſſæ.
37 cujus Congregat. particularis ſententiam idem Summus
Pontifex appprobavit die 17. Auguſti 1669. his verbis. *SS.
D. N. mandavit, ut procedatur ad conceſſionem ſupradictæ
Eccleſiæ S. Salvatoris in Lauro, cum omnibus Supellectilibus
38 ſacris, etiam argenteis, juxta petita, necnon ad venditionem
ſupradicti Conventus, Viridarii &c. pro pretio ſcut.* 30000.
Omnia hæc adeò vera, adeòque innegabilia, ſunt ut in
39 exequutionem Sententiæ d. Congregationis particularis, à
Papa approbatæ, idem omnino practicatum fuerit cum o-
mnibus Eccleſiis aliarum Religionum, ab eodem Clemen-
te IX. ſuppreſſarum, ut reſpectu illius SS. Vincentii, &
Anaſtaſii habemus publica documenta per *Acta Florelli,
& Malvetii ſub die 2. Octobris 1669.* relata, & ſequuta à *P.
Piſell. in Notit. Hiſtor. Cleric. Regul. Minor. lib 2. cap. 34.
ante finem fol. 380. Reſtò conchiuſa per 13. m. ſcudi* (notetur
40 quæſo ſequentia verba) *come prezzo della Caſa, venendo la
Chieſa donata, con obligo di ſodisfare li peſi, coſi ſtipolato
nell'Inſtromento li 2. Ottobre 1669. per gli Atti del Fiorelli, e
Malvezzi.*
Habemus demum aliud judiciale exemplum venditionis
41 Eccleſiæ Congregationis SS. Plagarum, quæ toto conatu
noſtris temporibus prætendebatur ab illius Creditoribus,
& quæ conſtantiſſimè rejecta fuit per Sententiam à Card.
Vic. prolatam an. 1679. cui Creditores acquieverunt, imi-
tantes in hac parte moderationem illorum Creditorum, de
quibus in noſtris terminis loquitur *Marant. reſponſ. 16. n. 60.*
42 ibi: *Abſtinere tamen Partes ab incæpto, neque ultra progre-
di voluere.*
Tenor autem dictæ Sententenctiæ Card. Vicarii eſt Se-
quens *Chriſti nomine invocato. Per hanc noſtram definitivam
Sententiam, quam de Juris Peritorum conſilio in his ſcriptis
ferimus, in Cauſa, & Cauſis, quæ primò, & in prima co-
ram Nobis, tamquam à SS. D. N. ſpecialiter Delegato, verſæ
fuerunt, & vertuntur Inſtantiis inter DD. Petrum Antonium;
& Margaritam de Vecchis, Actores ex una, & Ven. Congr.
43 SS. Plagarum, Ream conventam, Partibus ex altera, de, &
ſuper prætenſa executione prætenſorum Mandatorum Rota-
lium, de quibus in Actis, ſuper dicta Eccleſia materiali, Ora-
torio, Sacriſtia, & Loco, ubi Paramenta ſacra reponuntur,
ac demum ſuper ſacris Supellectilibus, aliiſque rebus, ad uſum
Eccleſiæ deſtinatis, dicimus &c. ſententiamus, ſupra dicta
Mandata non fuiſſe, nec eſſe exequenda ſuper d. Eccleſia ma-
teriali, Oratorio, Sacriſtia, & Loco, ubi Paramenta ſacra
reponuntur, cæteriſque ſacris Supellectilibus aliiſque rebus,
ad uſum Eccleſiæ deſtinatis. Proptereaque d. Ven. Congr. ab-
ſolvendam fore, & eſſe ab impetitis, prout abſolvimus, &
abſoluta haberi volumus, & mandamus, & ita &c.*
*Ita pronunciavi Ego Gaſpar. Card. Carpineus Vic. &c.*
Inſiſtebant 7. in authoritate aliquorum Doctorum, de
44 quibus *in d. diſcep. 25. à num. 136.*
Fuit reſponſum, quòd illi loquuntur ad effectum exclu-
45 dendi crimen Simoniæ. Quòd non deſcendunt ad terminos
venditionis coactæ & de mandato Judicis: Quod non lo-
quuntur de venditione, facienda mediante effectivo pre-
tio, ſed de aliqua ſumma, data per viam eleemoſynæ, ea
ratione, quia vendendo Eccleſiam, mediante effectivo pre-
tio, adhuc committi poteſt Simonia, licèt vendatur ratio-
ne materialitatis, ut notant adducti *à Bonac. in Oper. Mo-
46 ral. tom. 1. tit. de Simon. diſput. 1. qu. 4. §. 2. propoſ. 2. n. 4.
fol. 785.* ibi. *Multi Doctores addunt, etiam committi Simo-
niam humani Juris, vendendo Eccleſiam, etiamſi vendatur
ratione rei, & non ratione conſecrationis;* Et demum, quòd
non tangunt circumſtantias, in quibus, Creditores inſtent
apud Judicem pro venditione, in exequutionem actionis,
quam prætendunt ſibi competere ad obligandos Religioſos 47
ad vendendum eorum Eccleſias, & Conventus.
Eſt enim, gr. ex. in omnium ſententia permiſſum PP.
Theatinis, quando in ſummis reperiuntur anguſtiis, ven-
dere etiam Calices, & alia Vaſa ſacra, nè fame pereant;
Cæterùm, ſi Venditores rerum comeſtibilium, habita fide
de pretio, illas dent dd. Religioſis, reportando ab eiſdem, 48
qualcunque ampliſſimas obligationes non exinde ad illorum
inſtantiam prætextu d. obligationis ſuper eorundem Eccle-
ſiarum rebus ſacris poſſunt inſiſtere apud Judices pro coa-
cta venditione earundem rerum ſacrarum.
Inſiſtebant 8. *in deciſ. Rotæ in Romana Fideicommiſ. 22.
Febr. 1717. §. At ubi coram R. P. D. Cerr.* ibi. *Diſtraxiſſe cen-* 49
*ſetur Eccleſiam materialem, quæ reſpectu ædificii, ejuſque
ſitus, & ornamentorum, dicitur eſſe in hæreditate profana,
& in hominum commercio.*
Fuit reſponſum, quòd Rota ibidem non loquitur de ven- 50
ditione Eccleſiæ, ſed de *venditione Capellæ, erectæ à Fran-
ciſco Cia in Eccleſia Sante Mariæ del Piſciarello Terræ Poli,*
juxta præciſa verba initiativa dictæ deciſionis, in qua
Rota habuit pro ſynonimis verbum *Cappella*, & verbum
*Eccleſia*, ibi. *At ubi pro incurſu caducitatis, expoſceretur* 51
*effectiva alienatio Cappellæ, ſeu Eccleſiæ materialis, & §.
Nec incurſus,* ibi. *Cadunt ſub præcepto de non alienando, ſi-
cut ipſa Cappella, ſeu Eccleſia,* quòd ſæpe in eadem deciſ.
repetitur.
Verum tamen eſt, quòd in ſequenti confirmatoria deciſ.
emanata *cor. eodem 25. Junii ejuſdem anni 1717.* ad evitan- 52
dum æquivocum, cum quo ex adverſo proceditur, non ſine
myſterio, nunquam ampliùs nominavit Eccleſiam, ſed
ſemper uſa fuit ſolo verbo *Cappella*, ut videre eſt *in §. Præ-
ceptum*, ibi *In prohibenda alienatione Cappellæ, in §. Hinc
inutiliter*, ibi: *Cujuſcumque alienationis Cappellæ*, & ſæpe
alibi.
Qualis autem, & quanta ad noſtrum effectum adſit dif-
ferentia inter alienationem Eccleſiæ, & inter diſtractio-
nem Cappellæ in aliquo nobili ſitu ejuſdem Eccleſiæ exi-
ſtente, latè obſervavimus *in d. diſcep. 25. à num. 194.* ea di-
verſitatis palpabili ratione, quam his verbis adducit *D. Ad.
voc. Gaſparri, in Romanæ Sapientiæ Archigymnaſio meus* 53
*Collega, in ſuis doctiſſimis Inſtitut. Canon par. 1. tit. 12. n.
79. Non dicitur fieri venditio loci conſecrati, ſed tantùm loci
eminentioris, & dignioris, quæ major dignitas, & ſitus præ-
rogativa, eſt pretio æſtimabilis,* quibus addo *Lagunez. de
Fructib. p. 1. c. 32. §. 1. n. 25. & Ventrigl. in Prax. par. 2. an-
not. 19. de Orator. & Capell. num. 34.*
Cæterùm ex hucuſque animadverſis, & ex aliis, latiùs
expenſis *in d. tom. 2. part. 2. diſcept. 25.* agnoſcentes tandem 54
contrarii Defenſores claram inſubſiſtentiam eorum præten-
ſionum, prorſus inſufficientium ad ſubſtinendam juſtitiam
Mandati Card. Vicarii, & pluſquam tacitè prædicta omnia
admittentium, convolarunt ad aliam petitionem, totis,
viribus inſiſtentes apud SS. D. N. ut ſaltem ex gratia con-
cederet hodiè facultatem vendendi Eccleſiam, & Conven-
tum, de quibus agebatur.
Fuit reſponſum, quòd Apoſtolica Sedes non ſolet con-
cedere Gratias, Tertiis præjudiciales, etiamſi hæ conſi- 55
ſtant in minimo, & ſermo ſit de particularibus, & privatis
perſonis, ut notat *Pignatel. conſul. 52. n. 7. tom. 10* ibi; *Quia
Sedes Apoſtolica non concedit Gratias in præjudicium Tertii,*
& latè probavimus *in Tom. 1. part. 1. diſcept. 25. num. 48. &
par. 2. diſc. 20. n. 21. & 22.* Et propterea multò minus illius 56
conceſſioni locus erat in præſenti, dum ſermo erat de Gra-
tia exorbitanti, numquam antea conceſſa, & quod magis
eſt, involvente præjudicium non unius, vel alterius privatæ
perſonæ ſed omnium Eccleſiarum Urbis, & Orbis ex ani-
madverſis *in d. diſcept. 25. num 153. tom. 2. par. 2.*
Et in terminis ſacrorum Utenſilium, aliorumque Orna-
mentorum Eccleſiarum, & Locorum piorum, quòd ne- 57
que etiam ex publica, & urgentiſſima cauſa, permitti de-
beat illorum venditio, & pignoratio, & ſemper per viam
regulæ excipiantur à Gratiis, quas Apoſtolica Sedes conce-
dere ſolet Chriſtianis Principibus, à Turcarum Tyranno
bello oppreſſis, habemus laudabilem, & inconcuſſam pra-
xim Secretariæ Brevium, ſequenti formula, eaſdem res,
eademque ſacra Ornamenta ſemper, & ad ſemper, ex- 58
cipientis à ſimilibus Gratiis: *Volumus autem, ut piæ mem.
Clem. Papæ V. Prædeceſſoris noſtri in Concil. Viennen. edi-
tam Conſtitut. quòd Codices, Libri, cæteraque Ornamenta,
Eccleſiarum, piorum Locorum cultui dicata, aliavè Suppel-
lex eccleſiaſtica, cauſa pignoris, vel aliàs, occaſione exactio-
nis, &*

*nis, & ſolutionis Subſidii, & Contributionis hujuſmodi, nul-*
59 *latenus capiantur diſtrahantur, aut quomodolibet occupentur, ubique volumus obſervari*, juxta formulam, mihi benignè communicatam in Secretaria Brevium, qua de more uſus fuit s.m. Alex. VII. *in Conſtit.* 109. §. 14. *in Bullar. nov. tom.* 6.

Reflexio hæc, omnem in hac parte difficultatem tollit,
60 quia digito oſtendit, manibuſque palpare facit defectum poteſtatis, & voluntatis C.E. & Reg. concedendi creditoribus facultatem deveniendi ad ſubhaſtationem, & venditionem Eccleſiæ, & Conventus, mediantibus illis verbis: *Emin. Urbis Vicario cum facultatibus opportunis*, exadverſo decantatis, & nullius prorſus efficaciæ oſtenſis *in d. diſcep.* 25. *à*
61 *nu.* 83. Et conſequenter creditores in hac parte, neque allegare poſſunt principium aliquod legalis actionis, & validæ, oblig. reſpectu Eccleſiarum, & rerum ſacrarum, quæ in commercio hominum non ſunt, ex adductis *in d. diſcep.* 25. *num.* 76.

Verum tamen eſt, quòd æquè validum, ac terminativum
62 præſentis controverſiæ motivum hoc, à Nobis nullatenus cogitatum, adductum fuit à SS. D. N. in dicta Signatura Gratiæ, eodem prorſus modo, quem tenuit s. m. Urbanus VIII. quando acriter agitabatur in una ex Sacris Congregationibus quæſtio illa: An Marcus Antonius de Dominis, Archiepiſcopus Spalatenſis, puniri poſſet tanquam ſim-
63 plex hæreticus vel potiùs tanquam hæreſiarcha. Idem enim Summus Pontifex ad dictum effectum in Congregatione, quæ coram eodem Summo Pontifice coadunata erat, allegavit *Conſtit.* 19. *s. m. Pauli IV.* à nemine adductam, teſte uno ex eiſdem, qui in eadem Congregatione interfuit, citato *in Inſtit. crim. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 9.

Pro quorum omnium faciliori admiſſione fuit tandem ſe-
64 ria reflexione ponderatum, quòd Cauſa pendebat in Supremo Principis Conſiſtorio, in quibus terminis, etiamſi adverſus rei evidentiam, & per inſubſiſtentem hypoteſim dici vellet, quòd prædicta omnia aliquam pati poſſent dubietatem de ſummo Juris rigore, ex illo Facultatis legalis infortunio, quòd nihil in Jure adeò pacificum hodiè reperitur,
65 quod offuſcari non poſſit, de quo, *me citato in Inſtit. crim. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 185. conqueritur *Rota in Romana Fideicommiſ.* 4. *Maii* 1705. *§. Verùm coram Rev. Anſaldo*; Relicto quocumque rigore Juris, ſemper procedendum erat ex æquitate, quæ in Principis Conſiſtorio primum occupat locum, ex adductis *in Tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 6. *n.* 38.

Ex quibus, & aliis, latiùs adductis *in Tom.* 2. *par.* 2. *diſc.*
66 25. *per tot.* propoſita Cauſa in Signatura Gratiæ, coram SS. D. N. habita die 28. *Martii* 1719. per R. P. D. Ancajanum, reſcriptum fuit *Non eſſe deveniendum ad venditionem, & ſubhaſtationem Eccleſiæ, & Conventus, inſtantibus Creditoribus.*

---

## DISCEPTATIO XXVI.

### Aſculana Decretorum.

*PRO*

Canonicis Aſculi.

*CUM*

Epiſcopo ejuſdem Civitatis.

### ARGUMENTUM.

*Decreta, facta per Epiſcopum in Viſitatione, quando non mereantur paratam exequutionem.*

INter 74. decreta, ab Epiſc. Aſculano injuncta in Viſit.
1 anni 1713. in præſenti Congr. referuntur 7. quæ exequutioni nullo modo demandari poſſunt, attento illorum evidenti gravamine.

Incipiendo à primo in ordine il 17. demandatur in illo;
2 *Preferri Miſſas ex obligatione, Miſſis ex devotione, ſervato ordine prioritatis acceſſus Sacerdotum ad Sacrarium pro celebrando, & inter iſtos mandavit præferri illos, qui celebrant diebus deſtinatis, illis qui celebrant diebus ad libitum infra hebdomadam. Inter verò prædictas Miſſas ex obligatione prætulit omnibus Sacerdotibus D D. Can. Cathedralis, & poſt ipſos RR. Manſionarios, ut poſſint ſtatutis temporibus intereſſe Horis Canonicis, prohibendo expreſſè, quòd nullus poſſit permutare Miſſas in præjudicium ordinis, ſupra poſiti, & hæc omnia ſub pœna ſuſpenſionis, ipſo facto incurrenda.*

Pro demonſtranda inſubſiſtentia hujus decreti præmittimus, quòd ex jurata Atteſtatione Sacriſtæ noſtræ Eccleſiæ 3
remanet manifeſtum, atque fida, & nunquam fallaci experientia notorium eſt in noſtra Civitate, quòd in Altare privilegiato, exiſtente in Cathedrali, ultra Miſſas, quæ quotidiè ibidem celebrari debent ex obligatione, & quæ ibidem quotidiè punctualiter celebrantur, *vi ſi poſſono celebrare quotidianamente altre Meſſe commodamente.*

Et propterea nulla concurrente utilitate, vel neceſſitate, nunquam valet ſubſtineri mutatio antiquiſſimi ſoliti cele- 4
brandi dictas Miſſas ſub adeò rigoroſa pœna ſuſpenſionis, ipſo facto incurrendæ, cum illo notabili addito, quòd ſub eadem pœna nullatenùs mutari poſſit ordo, preſcriptus in dicto decreto. Si enim, teſte *Div. Auguſtin. epiſt.* 128. *cap.* 4. *Ipſa mutatio conſuetudinis etiam, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, cum concordantibus, citatis in *Tom.* 1. *par.* 2. *diſcep.* 26. *num.* 67.

Quantò magis permitti non debet in noſtro caſu mutatio dictæ antiquiſſimæ conſuetudinis, quæ non ſolùm utilitate non adjuvat, ſed apta eſt nocere, videturque potiùs impe- 5
ditiva ſpiritualis boni Fidelium.

Patet hoc obſervando, quòd dantur multæ Miſſe, ex devotione celebrandæ, quæ nullo pretexu, nulla que cau- 6
ſa retardari poſſunt, ut gr. ex. practicatur in Miſſis pro lite, eadem die decidenda, pro infirmo, graviter ægrotante, pro excarceratione Amici, circa quam illo mane coram Judice diſceptatur, pro Muliere laborante in doloribus partus, & ſimilibus præſentibus periculis, vel urgentibus neceſſitatibus, juxta ea, quæ notant adductis in *Tom.* 1. *par.* 1. *diſcep.* 5. *num.* 31

In iſtis terminis, qui non ſunt methaphyſici, videtur nimis durum, & æquè amarum, ut miſerabilis illa Mulier 7
quæ cruciatur partus doloribus, & inſelix infirmus, qui laborat in extremis, non poſſit habere ſpiritualem conſolationem Miſſæ, ex devotione celebrandæ in Altare privilegiato, ſed, abſque nulla cauſa, expectari debeat celebratio, & terminatio omnium Miſſarum ex antiqua obligatione in dicto Altare celebrandarum, eo quia poteſt dari caſus, quòd eo tempore, quo celebrantur dictæ Miſſæ ex obligatione ægrotus moriatur, & parturiens periculis difficilis partus ſuccumbat, ut conſideranti notum eſt.

Quæ omnia eodem tempore, quo ad hominem demonſtrant inſubſiſtentiam ejuſdem decreti quoad omnes ſimpli- 8
ces Sacerdotes, volentes celebrare Miſſam in d. Capella, probant pariter ſub eodem decreto nullatenùs appellatione dd. Sacerdotum comprehendi Canonicos, ex animadverſis per *Graſ. de Effect. Cleric. in prælud. n.* 161. *Fagn. in cap. Bonæ memoriæ il primo n.* 9. *de Poſtul. Prelat.* & firmatis per *Rot. in Illerden. Recept. in Confratres* 27. *Junii* 1704. *§. Eòque magis cor. Card. Scotto*, cum quibus proceſſit S. C.C. in *Tarentina*, de qua *in Tom.* 2. *par.* 2. *diſcep* 7.

Ea ratione, quia Canonici tanquam Clerici primi gradus, unum corpus conſtituunt cum Epiſcopo, cujus appel- 9
lantur Fratres, atque conſtituere dicuntur Eccleſiæ Senatum, ut in ſpecie obſervat *S. Ignatius Martyr. in ejus epiſt.* 6. directa ad *Smirneos, & S. Hieron. in epiſt. ad Titum c.* 1.
cum concordant apud *Rota dec.* 251. *à n* 2 *par.* 19. *rec.* Vide- 10
tur enim nimis exorbitans, ut Canonici in propria Domo, ſeu in illa Eccleſia, cujus dicuntur Senatores, cedere debeant locum aliis exteris Sacerdotibus, ex devotione cele- 11
brare volentibus, ex eo ſolùm motivo, quòd priùs acceſſerunt ad Sacrarium: Præcipuè, quia non eſt in eorum arbitrio omni hora celebrare Miſſam, attenta continua aſſiſtentia, quàm de mane tenentur præſtare in Choro.

Decretum in ordine il 45. ita conceptum eſt: *Item mandavit confici Pluvialia rubri coloris pro omnibus Canonicis, at- 12
que reaptari Pluvialia albi coloris, & provideri de aliis in ſufficienti numero pro omnibus Canonicis.*

Procedendo cum illo ſuppoſito reſpectu hujus decreti, quòd urgeat neceſſitas præciſi adimplementi in illo conten- 13
torum, eo quia Epiſcopus non deveniſſet ad idem præceptum, ut dicta Pluvialia, tam rubri, quàm albi coloris pro omnibus Canonicis, vel aptarentur, vel conficerentur niſi agnoviſſet præciſam, ac urgentem neceſſitatem. Qua-
tenùs redditus, deſtinati pro Fabrica, aliiſque indigentiis 14
Eccleſiæ Cathedralis, ad dictum effectum ſufficientes non ſint, nullo modo dubitant Canonici, quin Epiſcopus, illius Sponſus, porrigere detrectet manus adjutrices ad ſup-
plendam deficientiam dd. particularium redditium, juxta 15
literales *Text in can. Decrevimus, & Can. Unio* 19. *qu.* 1. &

*can. Qua-*

can. Quatuor. 10. qu. 5. ubi communiter Repetentes; *Primus enim, & principalis in reparatione Cathedralis, qui pri-*
16 *mas ſibi partes vindicat, eſt Epiſcopus, & ideò ſolus tenetur,* per hæc numero verba ait *Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap. 13. n. 20.* & concordat *Bero. conſ. 3. per tot. lib. 1. Lotter. de Re Benef. lib. 1. q. 12. à n. 78.* ubi, quòd ad hoc tenetur Epiſcopus de quarta parte redditum ſui Epiſcopatus, *non ſolùm futurorum, ſed etiam præteritorum, quos ad iſtum effectum debet conſervare &c. adeò quod nec Capitulum, nec Parochiani poſſent gravari ratione cujuſvis ſupplementi, & qu. 13. num. 53. & 54.* ubi, quòd hujuſmodi obligatio taliter inhæret perſonæ E-
17 piſcopi, ut non poſſit ſtatuto ſuo, vel præcepto id onus transferre in alios *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg. 64. n. 5. Panimol. dec. 6 adnot. 8 n. 3. & Bellet. Diſ. Cleric. par. 1. §. 15. de Cler. debit. n. 12.* ubi *n. 15.* iſtam adducit bonam rationem, *nam cùm*
18 *Epiſcopus, qui habet curam ſuæ Eccleſiæ, ſolus habeat illius commodum, æquum eſt, ut etiam ſolus patiatur ejus incommodum, & Rot. dec. 627. à num. 3. par. 1. & dec. 501. num. 3 par. 3. rec.*

Et deſcendendo ad noſtros præciſos terminos Paramento-
19 rum, & Ornamentorum Eccleſiæ Cathedralis, quòd eodem modo ad illa facienda ex propriis redditibus teneatur Epiſcopus, quo obligatus eſt ad illius Fabricæ reparationem, habemus æquè punctuale, ac magiſtrale *conſ. 26. Burſat. per tot.* & ſignanter *num. 1. & 4.* quod ſequitur *Bellet. Diſq. Cler. par. 1. §. 15. num. 13.* & concordant *Genuenſ. in*
20 *Prax. Cur. Archiep. Neapol. cap. 10. num. 13. & Panimol. dec. 6. adnot. 8. num. 10.* ubi, quòd à pari procedunt, & pari paſſu ambulant reparatio, & manutentio Eccleſiæ, ac præparatio Ornamentorum, vel pro Sacrificio Miſſæ, vel pro ipſius Eccleſiæ decore, vel pro cultus divini miniſtratione.

Et in durioribus terminis Epiſcopi, non habentis quar-
21 tam Canonicam, reſolvit hæc S. C. *in Melphien. 4. Aprilis 1704.* ut videre eſt in *Tom. 2. par. 2. diſcep. 34. num. 106.* Et proinde eò certiùs id practicandum videtur in præſenti, attentis pingui reddita Menſæ Epiſcopalis, ac tenuitate redditum Cathedralis, ut fuit juſtificatum in Summario.

Duas habet partes 60. decretum, prima reſpicit eroga-
22 tionem eleemoſynarum, quæ colliguntur tempore Quadrageſimæ, & Adventus in uſus verè pios; Et hujus reſpectu nulla adeſt de præſenti difficultas, nullaque ad fuit in præteritum, neque aderit in futurum; quia ad nullum alium uſum applicatæ fuerunt, quàm verè pium: Itaut reſpectu hujus primæ partis, dubium illud, quòd, vel de facto fuerint diſtributæ, vel quòd potuerint diſtribui inter Capitulares, nullum videtur habere à parte rei fundamentum; Attenta præcipuè tenuitate ejuſdem ſummæ, quæ vix excedit
23 miſerabilem quantitatem obulorum viginti, quos in toto anno diſtribuere ſolet quilibet ex Canonicis, ex quibus unus in Depoſitarium ſemper juxta ſolitum electus fuit.

Secunda verò pars ejuſdem decreti concernit innovatio-
24 nem antiquiſſimi ſoliti, eò quia loco Depoſitarii dictarum eleemoſynarum, qui ſemper fuit unus ex Canonicis, per ſecreta ſuffragia quolibet anno à Capitulo deputatus, ſubrogatur in decreto perſona inferior, nempè Sacerdos mercenar. ſeu Sacriſta noſtræ Eccleſiæ.

Adverſus quam novitatem nedùm militant ea omnia, quæ
25 obſervavimus ſupra *n* 4. cum illo addito, quòd redundat in magnum præjudicium decoris, exiſtimationis, & famæ Canonicorum; Omnes enim illi, ad cujus aures perveniet idem decretum, quod abſque ullo fuco nil aliud importat, quàm privationem, ſeu translationem Officii Depoſitarii ab uno ex Canonicis in Sacriſtam, poterunt ſuſpicari, Epiſcopum coactum fuiſſe devenire ad eandem privationem ob infidelitatem, vel aliam culpam ejuſdem Depoſitarii, quod nullam omninò habet facti aſſiſtentiam, quodque in
26 his terminis ab Eccleſiaſticis Perſonis practicandum non eſt, ut ſequendo plures Summorum Pontificum ſanctiones, multaque Sanctorum Patrum ſana conſilia, notant *Marant. reſp. 1. num. 46. par. 3. & Rot. dec. 76. num. 9. cor. Anſald. ibi: Omnia Jura, præſertim Eccleſiaſtica, ſemper exigunt, ut quantum fieri poteſt, honori, ac famæ Proximi conſulatur.*

Opponitur ulteriùs idem Decretum, quoad ejus ſecundam
27 partem, fundatæ congruentiæ, ſecundum quam eleemoſynarum, ac oblationum diſtributio ad Sacerdotes pertinet, cum illo tamen onere illas fideliter diſpenſandi, juxta doctrinam *D. Thomæ 2. 2. qu. 89. art. 6. in corp.* ibi: *Oblationes, quæ à Populo Deo exhibentur, ad Sacerdotes pertinent, non ſolùm, ut eas in ſuos uſus convertant, verùm etiam, ut fideliter eas diſpenſent:* Circa quam fidelem diſpenſationem nullus apex, nullumque jota adductum fuit ex parte Epiſcopi ad demonſtrandum, quòd in præteritum practicata non fuerit in parte etiam minima.

Nullum proindè aliud Jus in hac parte poteſt prætendere 28
Epiſcopus, præter illud revidendi computa diſtribuentibus dd. eleemoſynas, atque diligenter inquirere, an fuerint æquè diligentes; & fideles Adminiſtratores earundem eleemoſynarum, juxta oraculum hujus S. C. 18. Aprilis 1636. Et proinde poterit in hac parte Epiſcopus ejus pio deſiderio
plenè ſatisfacere, incedendo tamen per illam viam, quam 29
omnes ejus Anteceſſores calcarunt, juxta ea, quæ leguntur in *Iſaja 6. 16.* & notant *Patrit. lib. 3. tit. 1. de Republ.* ibi: *Civitatis ſtatum diligant, contentique eo nihil moliantur, nihil agitent, quod alienum novumque ſit, ſed eam viam ire pergant, quam Majores inſtituerunt, quæque aliorum veſtigiis attrita ſunt, & Gonzal. in cap. Cùm conſuetudinis num. 2. & 3. de Conſuet.*

Remanent alia 4. Decreta, nempè 62. in ordine Viſitationis, & tria additionalia, in quibus ſermo eſt de rebus 30
œconomicis, & tangentibus burſale intereſſe Canonicorum, cùmque in illorum editione iidem Canonici nullatenus fuerint auditi. Supplicamus reſcribi, circa illa Epiſcopum procedere debere ex integro, ſer. ſer. & auditis intereſſe habentibus.

Die 3. Februarii 1619 propoſita Cauſa in C. E. & R. per Card. Corſinum, reſcriptum fuit *Ad Eminentiſſimum Po-* 31
*nentem in omnibus*, Senſus autem ejuſdem S. C. per eundem Eminentiſſimum Ponentem declaratus, fuit ſequens.

*Aſculana. Che debba ſcriverſi à Monſig. Veſcovo, che moderi il 17. Decreto della ſua Viſita dell'anno 1713. ove ſotto pena* 32
*di ſoſpenſione ipſo facto dà il metodo, con il quale ſi devono celebrare le Meſſe, con dare la prelazione a' Canonici, ed altri. E che faccia oſſervare in queſto propoſito il ſolito, e quel tanto, che Monſignor praticava prima di queſto ſuo Decreto, ſenza pena alcuna.*

II. *Che in ordine al ſuo Decreto 46. faccia fare li Piviali roſſi, ed altre Supellettili ſagre a ſpeſe della Fabrica della Chie-* 33
*ſa, quale, quando non foſſe ſofficiente, aſtringa quelli, che ſono tenuti de Jure, ſervatis ſervandis.*

III. *Che l'elemoſina della Quadrageſima, ed Advento la faccia conſervare da un Canonico, deputato dal Capitolo, co-* 34
*me s'è ſempre pratticato, e non dal Sagreſtano, ed in quanto alla diſtribuzione di dette elemoſine, ſi faccia ſervata la forma del Decreto di queſta Sagra Congregazione dell'anno 1636.*

IV. *Che in ordine alle Galline, ed altri Polli, che li Canonici eſiggono dalli Affittuarii delli beni, che ſpettano alla Fa-* 35
*brica, ed alla partita di ſcudi 74. 21. ſpeſi per rifare la Parrocchia di S. Nicola con denaro di detta Fabrica, e l'altra di ſcudi 4. e 20. per l'affitto di terreni della Villa di Lama, che ſono di d. Fabrica, e quella di ſcudi 5. 21. che paga la Rev. Camera Apoſtolica, e li Canonici la riſcuotono a loro beneficio, Monſig. Veſcovo in ſuo congruo giudizio ex integro determini quello ſarà di giuſtizia, ſervatis ſervandis, ed inteſe le Parti intereſſate.*

---

## DISCEPTATIO XXVII.

### Faventina Beneficiorum.

*PRO*

Seminario Faventino.

### ARGUMENTUM.

*Beneficia Familiarium Cardinalium, vacantia per obitum illorum, qui fuerunt etiam Conclaviſtæ, an poſſint ab Epiſcopis Cardinalibus uniri Seminariis.*

PEr obitum Pauli Lamæ, ſequutum die 29. Jan. 1691. vacarunt in Diœceſi Faventina (ultra Canonicatum inſi- 1
gnis Collegiatæ S. Michaelis Briſichellæ) duo Beneficia ſimplicia, unum ſub invocatione S. Baſilii in Eccleſia S. Sebaſtiani dictæ Civitatis Faventinæ, alterum verò ſub invocatione S. Luciæ in Parochiali Eccleſia S. Michaelis Terræ
Bagnacaballi ejuſdem Diœceſis, quæ Card. Nigronus ordi- 2
naria authoritate, & ſer. ſer. univit Seminario Faventino, illudque ſucceſſivè immiſit in illorum actualem poſſeſſionem, in qua de præſenti pacificè reperitur.

Quia

Quia verò idem Lama, uti Familiaris Cardinalis Roſſet-
3 ti interfuit in Conclavi, in quo renunciatus fuit Summus Pontifex Clemens X. ut legitur *in iſtius 2. Conſtit. in Bull. novo tom.6.* quæ ad probandum Conclaviſtatum attenditur, ut firmavit *Rota dec. 476. num. 14 part. 18. rec.* Ideò dubitari contingit de viribus dictæ Unionis, & in ſenſu veritatis Jura Seminarii mihi videntur valdè debilia. Cùm enim eadem unio pro unico fundamento innitatur facultatibus Eminentiſſimi Epiſcopi Faventini, hæ non habent locum in beneficiis vacan. per obitum Conclaviſtarum, juxta magiſtra-
4 lem *dec. 1251. coram Seraphin.*

In qua parte adeſt ulteriùs individualis *Conſtitut.66 Urbani VIII. in Bullar. novo to.4.* quæ *ſub §.1.* ita diſponit: *Motu proprio declaravit, intentionis, & voluntatis ſuæ eſſe, quòd di Cardinales Preſules de omnibus, & ſingulis beneficiis eccleſiaſti-*
5 *cis, quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ad eorum, etiam cum alio vel aliis collationem, præſentationem, proviſionem, electionem, ſeù quamvis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem ratione Eccleſiarum, quibus ipſi Cardinales præſunt, conjunctim, vel diviſim ſpectan. non tamen in Libris Cameræ deſcriptis, nec ex perſonis Familiarum Suæ Sanctitatis, vel Conclaviſtarum, aut ratione vacationis apud Sedem prædictam, reſervatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas Sua ſibi, & Succeſſoribus ſuis pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, & expreſſè reſervavit. &c.* Quæ Conſtitutio ſucceſſivè approbata ſemper fuit, & confirmata in Regulis Cancellariæ, ut conſtat ex illis Alexandri VIII. *ſub regula 9. in fine*, ibi: *Juxtà declarationem fel: rec: Urbani PP. VIII. quam Sanctitas Sua in omnibus, & per omnia approbat;* Et articulo maturè diſcuſſo pro affectionem beneficiorum Conclaviſtarum,
6 & non comprehenſione ſub facultatibus Cardinalium, pluriès reſpondit *Rota*, ut videre eſt *in dec. 303. & 382. par. 17. & dec. 476. per tot. p. 18. rec.* repetitis apud *Novar. in Summ. Bull. deciſ. 28. 29. & 32.* quæ ſunt in hac materia magiſtrales, & in eiſdem concludenter probatur aſſumptum, & reſpondetur omnibus contrariis.

Nec in aliquo meliorem fecit conditionem ſuam Semina-
7 rium ex poſſeſſione, quam habet eorundem Beneficiorum; Quia cùm illa proceſſerit ab Epiſcopo, qui ex prædictis talem facultatem non habebat, eadem poſſeſſio remanet nullius efficaciæ, ut in his terminis pro excluſione ſimilis poſ-
8 ſeſſionis, adeptæ vigore proviſionis Cardinalis Caraccioli, reſpondit *Rota in dec. 476. num. 23. par. 18. rec.*

Et quamvis *Card. de Luca de Benefic. diſc. 141. à num. 5.*
9 *verſ. Dubitandi ratio*, *uſquè ad finem*, impugnare videatur dd. deciſiones; Attamen difficilè puto ſperari poſſe receſſum ab illis ex ſola authoritate dicti Authoris, non ſolùm, quia ibidem loquitur per modum diſcurſus, non verò maturum efformando judicium, ut proteſtatur *num. 6. verſ. His tamen;* Sed etiam quia combinatis rationibus, adductis in dictis *deciſ.* cum illis, quas refert citato loco idem Author, ſolidiores videntur priores.

Quæ omnia militant etiam reſpectu Canonicatus Colle-
10 glatæ S. Michaelis Briſichellæ, collati Petro Antonio Carolio, cùm in his terminis Canonicatuum emanaverint *dictæ deciſ. 303. & 382. par. 18. rec.*

Fuit obtenta nova Gratia ex integro ab Innoc. XII. cui
11 notæ erant magnæ anguſtiæ Seminarii Faventinæ Civitatis, cujus fuerat Epiſc.

# DISCEPTATIO XXVIII.

## Nullius S. Laurentii in Campo.

*PRO*

Vicario Abbatiali.

*CUM*

Ubaldo Borri.

### ARGUMENTUM.

*Sacerdotes, & Clerici, non participantes de redditibus Eccleſiarum, an poſſint cogi illis inſervire in ſolemnioribus Feſtivitatibus.*

1 Cogendus videtur Ubaldus Borri ad interveniendum Choro in Feſtivitatibus ſolemnioribus anni ex quatuor motivis, quorum unumquodq; de per ſe ſumptum ſufficeret, multò fortiùs ſi conſiderentur unita; Ex Synodali nimirum diſpoſitione; Ex conſuetudine; Ex parvo numero Sacerdotum in Eccleſia Abbatiali; Et ex conſenſu omnium illorum, qui in illa reperiuntur.

Quoad Synodum, hæc eſt Card. Galeatii Riarii, edita uſque de anno 1590. intereſſentiam in Choro enixè injun-
gens omnibus Sacerdotibus, & Clericis noſtræ Abbatiæ per 2
hæc verba *Cùm peſſimi res ſit exempli, Clericos divinorum Officiorum tempore per Plateas evagari, vel inter Laicos divinis intereſſe, cæteris in Choro pſalentibus, & Deum colaudantibus. Ideo præcipimus omnibus, quamvis ſimplicibus* 3
*Sacerdotibus, ut ad Miſſam, quam majorem vocant, & ad Veſperas adveniant.* Quæ nedum ligat omnes intra limites ejuſdem Abbatiæ commorantes, ſed pro lege ſervanda venit, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. diſcept. 28. num. 96.*

Imo prævalere debet juris communis diſpoſitioni, ex 4
probatis *in dict. Tom. par. 2. diſcept. 24. n. 8.* Certiùs, quia idem decretum Synodale confirmatum fuit à Card. Juliano de Ruvere in eadem Abbatia ſucceſſore, quam confirmatio-
nem pro majori illius robore conſiderat *Rota cor. Zarat. dec.* 5
*74. num. 22.*

Quoad conſuetudinem, hæc concludenter probata fuit in facto, ibi: *Abbiamo viſto aſſiſtere nella Chieſa Abbaziale nel-*
*le Feſte principali dell'anno tutti li Preti, e Chierici di queſta* 6
*Terra di S. Lorenzo, il che ſempre è ſtato, & è di ſomma edificatione di tutto il Popolo, godendoſene pubblicamente per tutto il Paeſe, & anco da' foraſtieri, con l'occaſione, che vengono al SS. Crocefiſſo, mandandoſi mille benedizzioni &c.*

In jure verò, illam concurrente, cogendos eſſe Sacerdotes
omnes etiam ſimplices, & nullum beneficium obtinentes, 7
ad illius obſervantiam, quotidie reſpondit hæc S. C. *ut in Senogallien. 19. Aug. 1579. Civit. Ducal. 6. Sept. 1593. Oſtunen. 20. Jan. 1616.* quas ſequitur *Nicol. Lucubr. tom. 2. lib. 1. tit. 22. de Cler. Peregr. num. 4. & in Iſernien. 24 Julii 1643.* ibi: *Joſeph, & Jo: Bapt. de Baldis, non habentes beneficia Eccleſ. ſupplicant declarari, an teneantur intereſſe Proceſſionibus, & Epiſcopo, Pontificalia exercenti, aſſiſtere. Die 24.*
*Julii 1643. S. C. Eminentiſſ. S. R. E. Card C. T. I. reſpondit,* 8
*non teneri; Niſi concurrente conſuetudine Libro Decr. fol. 271. & in Puteolana 6. Julii 1647.* ibi: *S. C. Em. S. R. E. Card. C.*
*T. I prævia matura diſcuſſione, & utraque Parte informante,* 9
*cenſuit, ſervandam eſſe ex cauſis deductis conſuetudinem, ab hac S. C approbatam, ut Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alii Clerici, etiam non habentes beneficia, & officia, accedant ad Proceſſiones publicas, inſerviant Eccleſiæ Cathedrali diebus feſtivis, dum Miſſa cantata celebratur,* & longè poſt hæc ſcripta idem reſolutum fuit *in Neritonen. Servitii Eccleſiæ 26. Jan. 1714.* de qua *in Tom. 1. part. 2. diſcept. 24. num. 70.*

Nec credimus ex adverſo inſiſtendum in rigoroſis requiſitis hujus conſuetudinis, ſupponendo, quòd aliquando non
fuerit inviolabiliter obſervata. Reſpondemus, enim, id 10
referendum eſſe longævæ vacationi noſtræ Abbatiæ, quo 11
tempore cùm nemini eſſet commendata, nulluſque per conſequens inibi exiſteret Vicarius, Pontificalia exercens, nil mirum ſi forſan non fuit obſervata.

Præterea, ſi aliquis ex Sacerdotibus noſtræ Abbatiæ per aliquas vices non interfuit Choro, id tribuendum eſt juſto
impedimento, quo fuerit detentus, ut in jure præſumendum 12
eſſe notabiliter firmavit *Rot. cor. Bich. dec. 522. num. 21.* Et in facti contingentia id fuit practicatum cum Ubaldo per plures menſes, quando aſſiſtentiam præſtitit cuidam infirmæ, ut teſtatur Vicarius in Relatione.

Quæ dicta ſint ex abundanti, uti concernentia Jus aliorum Sacerdotum, qui noſtram conſuetudinem religioſiſſimè ob-
ſervant, cæterum contra d. Ubaldum ſat eſt aſſerere, ip- 13
ſum ſemper illam ſervaſſe, quòdque quando recuſavit intereſſe Choro, fuit legitimè monitus, & præceptis aquievit, ut in dicta Informat. Vicarii. Hoc enim ſtante, militat contra ipſum juris regula, quòd cogendus ſit in futurum ad præſtandum idem ſervitium, cui in præteritum coactus,
acquievit, de qua *Caſtr. in leg. Qui luminibus num. 2. ff. de* 14
*Servit. Urban. præd. Adden. ad Ludoviſ. deciſ. 162. num. 15. verſ. Ut autem. Adden. ad Burat. deciſ. 378. à num. 6. Gonzal. ad Reg. 8. Canc. gloſſ. 5. §. 6. à num. 36. & ſeqq. & Poſth. de Manut. obſer. 53. n. 23.*

Quoad parvum numerum Sacerdotum, & Clericorum, qui in noſtra Eccleſia reperiuntur, concludenter juſtificatum in Summario, illo attento, ſolet hæc S. C. reſcribere
pro coactione Sacerdotum, etiam ſimplicium, ne Dei ſer- 15
vitum patiatur detrimentum, ut reſolvit *in una Naxien. 23.*
Au-

*Auguſt.* 1631. quam ſequitur *Nicol. in Inſtitut. Canon. lib.* 1. *tit.* 22. *de Cleric. Pereg. num.* 4. Imo poſitivè injungit Ordinariis coactionem, ut practicavit in *Civitatis Plebis* 21. *Junii* 1631. *Libr. Decret. pag.* 459. ibi: *Quantùm attinet ad ſervitium Eccleſiæ Cathedralis, quod in diebus feſtivis, propter*
16 *parvum numerum Canonicorum, & deficientiam Manſionariorum, & Beneficiatorum, detrimentum patitur. Eminen. PP. impertiti ſunt Epiſcopo facultatem, ut pro neceſſario ſervitio ſuæ Eccleſiæ cogere poſſit quolibet die feſto duo ex obtinentibus Beneficia ſeu Cappellanias in eadem Eccleſia, ut dum Miſſa dicatur, duo ex eis per turnum inſerviant, alter in officio Subdiaconi, & pro eorum ſtipendio applicanda eſſe quolibet anno ſcuta decem monetæ ex mulctis, & pœnis Curiæ Epiſcopalis, quæ inter dd. Beneficiatos, habita ratione ſervitii præſtiti, in fine anni dividi debeant.*

Quæ mirificè applicatur noſtro caſui, in quo, nedum non adſunt Manſionarii, neque Beneficiati, ſed neque Ca-
17 nonici, itaut ex 13. Sarerdotibus noſtræ Abbatiæ vix quatuor ſint ſimplices Cappellani.

Quo demum ad conſenſum omnium Sacerdotum noſtræ
18 Abbatiæ, iſtæ in authentica forma datus fuit in Summario. In quo etiam adduximus enixas preces totius Populi ejuſdem Terræ, ibi: *Ci diſpiacerebbe ſommamente, come diſpiacerebbe a tutti, che ſi doveſſero tralaſciare le ſudette funzioni*, quibus concurrentibus applicatur noſtro
19 caſui individualis reſolutio S. R. C. *in Bituntina* 28. *Nov.* 1682. *referente Card. de Lauræa*, in qua re maturè conſiderata, & dubio pluries propoſito, reſponſum fuit pro coactione. ibi: *Cùm in præterita C. S. R. habita die* 28. *Septembris currentis anni, ad inſtantiam Clericorum, & Presbyterorum ſimplicium Bitunti, de numero non participantium, fuerit propoſitum dubium, an Clerici, ſeu Sacerdotes,* 20
*nullis participantes emolumentis, & de gremio Capituli non exiſtentes, poſſent cogi ad Proceſſiones accedere, & ad Eccleſiæ ſerviendum, etiam Epiſcopo Pontificaliter celebrante, fuerit reſolutum, eſſe ſuadendos, & non cogendos; Nunc verò reproposito dubio per Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Card. de Lauræa, cui ejuſmodi fuit commiſſa inſtantia, inſtante Rev. Epiſcopo Bituntino, eadem Sac. Congr. cenſuit, præfatos in caſu, de quo agitur, cogendos eſſe, & recedendum à deciſis, & ita decrevit die* 28. *Novembris* 1682

Quæ reſolutio eſt in terminis longè durioribus, eò quia
duo ex Sacerdotibus ſimplicibus jam obtinuerant favora- 21
bilem reſolutionem omnibus communem.

Et ex his inapplicabiles redduntur omnes authoritates; & reſolutiones, quæ poſſunt allegari in contrarium; In illis ſiquidem, aut non concurrebat laudabilis conſuetu-
do; Aut agebatur de Eccleſiis Cathedralibus, & Metro- 22
politanis, habentibus numeroſum Clerum; Aut demum omnes ſimplices Sacerdotes recuſabant intervenire Choro in feſtivitatibus ſolemnioribus anni, ut patet ex lectura.

Die 27. Jan. 1691. prepoſita Cauſa in C. C. fuit reſpon-
ſum: *Remota ſuſpenſione, ad mentem, & mens eſt, quod* 23
*Eminentiſs. Commendatarius utatur hortationibus, non preceptis*, de qua mentionem feci *in Inſtit. crim. lib.* 1. *tit.* 10. 24
§. 2. *num.* 260.

*Finis Tomi Tertii Diſceptationum Eccleſiaſticarum Advocati Dominici Urſayæ.*

INDEX

# INDEX
## RERUM, ET MATERIARUM,
### Quæ in utraque Parte Tomi Tertii Diſceptationum Eccleſiaſticarum continentur.

*Primus numerus indicat Partem; Secundus verò Diſceptationem; Tertius demum Diſceptationis numerum denotat.*

## A

ABBAS *non præſumitur* negligens in vindicandis juribus ſuæ Eccleſiæ, p.1.d 33.n.27.
ABBAS *ſemel* ſemper dicitur Abbas, par.2.d.16. num.224.
ABBATES *exempti* quando poſſint excommunicari ab Ordinariis, p.1.d.19.à nu.34.
ABBATES *Titulares* qui nam ſint, & quare inſtituti, p.2. d.19. num.152. & num.219.
ABBATIÆ *Canonicorum Regularium* an conferri debeant per Nationes, p.2.d.16. per tot.
ABBATISSÆ *confirmatio*, à quo fieri debeat in Monaſteriis Regularibus ſubjectis, p.2.d.14.nu.68.
ABBATISSA *in quos uſus* convertere teneatur Monialium Livella, p.2.d.1. §.10.n.1.
ABOLENDA *eſt conſuetudo*, etiam immemorabilis, introducta à Monialibus adminiſtrandi Livella per ſe ipſas, & independenter à voluntate Superioriſſæ, part.2. diſcept. 1. §.18.num.37.
ABSURDUM *reputatur* in matrimonii contractu, conſenſum commodiori modo non aperire, p.1.d.1. §.5.n.21.
*Ad* ABSURDUM *evitandum* omnis capienda eſt interpretatio, p.1.d.16. à num.26.
ABUSUS *dicitur obſervantia* contra Conſtitutiones Apoſtolicas, p.2 d.4. nu.39.
ABUSUS *eliminandus* dicitur obſervantia contra Apoſtolicas Conſtitutiones, p.2.d.3. num.125.
ABUSUS *eliminandi* ſunt, non autem ſovendi, par.1. diſcept. 5.num.15.
ACCEDERE *ad Urbem* tempore æſtivo, & autumnali nemo cogi poteſt, p.1.d.34.num.8.
ACCEDERE *an teneatur* ad Eccleſiam Magiſtratus Secularis ante poſſeſſionem Officii, p.2.d.12.à num.24.
ACCEPTATIO *Alternativæ* quando dicatur nulla, par. 2. d.15.num.29.
ACCEPTIO *Perſonarum apud* Deum non datur, par. 2. d.15. à num.21.
*Per* ACCIDENS *natus in aliquo* Loco, quomodo licitè ordinari poſſit, p.1.d.20.per tot.
ACCRESCENTIÆ *quando debeantur* Canonicis jubilatis, p.2.d.4.num.150.
ACCUSARE *ſi ſufficeret*, nemo poſſet eſſe innocens, par.1. d.9. num.49.
ACCUSATIO *eſt genus illaudabilis* intentionis, par.1. diſc.3. num. 113.
ACCUSATO *licitum eſt* detegere occulta Teſtium vitia, p. 1. d.3.num.114.
ACTA *omnia*, *geſta* coram Judice, allegato ſuſpecto, nulla ſunt, p.1.d.17. à n 45.
ACTIONES *humanæ* judicandæ non ſunt ab eventibus, par.1. d.15.num.15.
ACTOR *concludenter probare* tenetur ſuam intentionem, p. 2. d.2.num.9.& d.3.num.24.
*Sibi imputare* debet, ſi concludentes probationes non procuravit, p.1.d.1.§.22.n.4.
ACTORIS *intentio conjecturis* non probatur, par. 1. diſc. 1. §.5.num.5.
ACTORE *non probante* legitimè ſuam intentionem, non eſt dubium, ſed clarum, non exiſtere matrimonium, p.1.d.1. §.6.num.5.
*Non probante* Reus abſolvitur, p.1.d.1.§.5.n.9.
ACTUS *confirmatus*, & confirmans concordare debent, p.1. d.31.num.21.
*Corruit* non ſervata forma, p.1.d.34.n.15.
ACTUS *tribuitur mandanti* non exequenti, par.2. diſcept.16. num.198.
*Habens implicitum* ſtatum validitatis quando ſubſtineatur, p.1. d.13.num.34.
*Habentur* pro uno, p.1. d.3. num.82.
*Quando non præſumatur* facultativus, p.1.d.16. n.37.
*Unicus non poteſt* inducere conſuetudinem, p.1.d.16.nu.4.
ACTUS *facultativi* non inducunt obligationem, par.1.diſcept. 2. num.35.
*Geſti per Canonicos*, inſcio Epiſcopo, iſti non præjudicant, p. 1.d.16.à num.54.
*Quando non* præſumantur facultativi, p.1.d.2. n.36.
*Qui dederunt* cauſam liti, attendendi non ſunt, par. 2. d. 1. §.18.num.6.
*Recentes in nulla* conſiderat ione haberi debent, par.2. d.1. §. 18.num.14.
*Referuntur* ad titulum præexiſtentem, p.1.d.2.nu.38.
*Reſpicientes divinum* cultum, niſi oſtendantur prohibiti, dicuntur permiſſi, p.1. d.2.n.51.
*Subſequentes* declarant voluntatem antecedentem, par. 1. d.1. §.20.num.16.
ACTUARIIS, *deponentibus de re*, ad eorum officium ſpectante, omnis adhibenda eſt fides, p.2.d.1.§.4.nu.4.
*Amplia quando* per multum temporis ſpatium in eiſdem officiis verſati ſunt. Ibidem n.5.
ADMINICULUM, *faciens ad matrimonium*, probari debet per duos teſtes, ad hoc ut illius ratio habeatur, par.1. d.1 §.26.num.27.
*Magnum veritatis* deſumitur ab Articulis, p.2.d.1. §.9.nu.5.
ADVOCATUS *debet eſſe ſtrenuus* in agitandis Cauſis, par.1. d.1.§.1. num.23.
*Præ viribus* debet ſuum Clientulum defendere, par 1. d.1. §.1. num.23.
*Tam meretur* ſi obtineat victoriam, quàm ſi Cauſa perdatur, p.1. d.1. §.1. num.31.
*Imo plus meretur* in ſecundo caſu. Ibidem.
*Poteſt dicere* Clienti: *Avete ragione*, ſed non, *che vincerete la Cauſa*, p.2.d.1.§.18.n.7.
ADVOCATI *Officium dicitur meritorium*, ſicut vitæ Religioſorum, p.1.d.1.§.1.n.27.
*Operationes vix* eſtimationem recipiunt, par.1. diſcept.1. §.1. num. 28.
*Operationes*, *qualiter* ab aliquibus malè compenſentur, par.1. d.1.§.1.n.29.& d.19.n.262.
*In Curia ut plurimum* coguntur ſcribere currenti calamo, ſeu *correndo la Poſta*, p.2.d.1.§.18. n.40.
*Juniores debent* eſſe nimis diligentes, p.1.d.1.§.3.n.25.
ADVOCATI *regulas* ſibi à Medicis præſcriptas aliquando ſervare non poſſunt, p.1.d.19.n.264.
*Applicare tantum* ſolent aliquo tempore quando dies magni ſunt, & quando ſunt parvi, ibidem.
*Quas debeant adhibere* diligentias in Cauſarum defenſione, p.1. d.19. num. 259.
ADVOCATORUM *Confeſſiones contra* Clientes attenduntur, quando adminiculantur ab aliis probationibus, par. 2. d.1.§.8.num.15.
*Dicta non* attenduntur, ſed Judicum placita, par.1. diſcept.19. num. 91.
*Intellectum* faſcinare ſolet affectio erga Clientem, par. 2. d.1. §.19. num. 12.
ADULTERIORUM *potentia poſſibilitatis non* attenditur in concurſu confeſſionis Conjugis, negantis matrimonium, p.1. d.1.§.30.num.6.
ÆMULATIO *ex quibus* probata dicatur, par.1. diſcept.24. num. 53
*Admittenda non eſt* inter Perſonas Religioſas, par.1.diſcept.24. num. 53.
ÆQUALITAS *in judiciis* ſervanda eſt, p.1. d.9.n.36.
ÆQUITAS *in Principis Conſiſtorio* ſervanda eſt, par.2. diſc. 25.num.65.
*Quando ſequenda* non ſit, p.2. d.2. à num.68.
AFFECTANS *Parochus non audire*, non poteſt teſtificari de matrimonio, p.1.d.1.§.13.n.2.

AFFE-

AFFECTANTE *Parocho non audire* verba matrimonii, ſi revera non audivit, illud eſt nullum, par. 1. diſcept. 1. §. 13. num. 1.

AFFECTARE *tunc dicitur Parochus*, quando claudit oculos, obturat aures, vel aufugit ab Eccleſia, par. 1. diſcept. 1. §. 28. num. 7.

*Non audire* non dicitur Parochus, terga vertens, par. 1. diſc. 1. §. 28. num. 12.

Quo magis verò ipſe viriliter quærebat, & exoptabat Monachationem, eo magis filia odio proſequebatur ſtatum Religioſum, & Clauſtra Monialium ingredi, etiam
ſolius educationis cauſa; Quippè, quæ à primo temporis 4
momento, quo uſum rationis habere cœpit, cum Mater (ſic jubente Marchione) ei quotidie proponeret ingreſſum ex cauſa Educationis in Monaſterium Sancti Bernardini de Urbe, animosè ſupra ætatem reſpondere ſemper conſueverat: *Nominatevi prima il Diavolo, che le Monache:* Devicta tamen, ſeu potius coacta poſtmodum à continuis, & nunquam intermiſſis ſuaſionibus, & machinationibus utriuſque Parentis, annuit, ſed natura ipſa adeò patentem averſionem cordis oſtendit, ut in ipſa die, de-

ſtinata pro ingreſſu, vix à longè audito rumore Currus,
quo traducenda erat ad Monaſterium, lacrymis plena,
ſemimortua ferè cecidit ſuper quoddam ſcamnum, & il-
licò ejus labia, manuſque nigræ in totum factæ ſunt,
5 ut refert Teſtis de viſu formiter examinatus, & quo-
ad lacrymas, pallorem vultus, & conqueſtiones in iti-
nere, teſtantur aliæ duæ mulieres, quæ de mandato Mar-
chionis aſſociatæ eam fuerunt ad Monaſterium.

Certior autem factus Marchio Pater de repugnantia fi-
liæ, vice ſe abſtinendi à coactionibus, per Sacros Cano-
nes apertè damnatis, graviter exarſit, & ut filiam ad ſuſ-
ceptionem habitus monaſtici urgeret, ſupplicavit Reveren.
6 Patri Domino Ghezzio Seniori, tunc Prælato dicti Mo-
naſterii, ſibique amicitiæ vinculo conjunctiſſimo, ut
ſub prætextu explorandi voluntatem filiæ, eidem pande-
ret ſuam, directam ad Monachationem, cum hac diffe-
rentia, quod in caſu electionis ſtatus monaſtici, magnas
exhiberet elargitiones: In caſu verò contrario, viles, &
inæquales nuptias proponeret, cum perpetua ejectione à
conſpectu Paterno, & relegatione ad Civitatem Januæ.
7 Suſceptum ob Amico munus promptè exequendo dictus
Reverendus Pater Dominus Ghezzius, poſt varia hinc
inde dicta, & reſponſa reſpectivè recepta, propalavit no-
ſtra Ther. Liv. voluntatem ſuam, ex diametro contra-
riam Monachationi: *Vorrei continuare in queſto ſtato, che
ſtò adeſſo, e ſtar ſempre così*: quæ cum directè contraria
eſſet deſiderio Patris, ſeverè replicavit Rever. Pat. Dom.
Ghezzius, ibi: *Non vi vuol tener più in queſto ſtato, acciò
non ſia in voſtra libertà di uſcire da queſto Monaſtero quando
vi pare, o piace*.

Quamobrem poſt nonnullas protelationes, inutiliter pro-
poſitas à noſtra Ther. Liv., coacta eadem fuit, tum ob
8 connaturalem virginalem pudorem, tum ob reverentiam,
debitam Viro gravi, & Prælato Monaſterii, ſe ſubmitte-
re præcepto Paterno, ſed unà ſimul adverſantem volun-
tatem apertiſſimè declarare, aſſerendo: *Per dar ſodisfaz-
zione a mio Padre, io mi farò Monaca, ma non che Io mi
facci volentieri, perche la mia volontà ſaria di ſtar Secola-
ra*, ut refert Monialis *Bartoletta* formiter examinata, ſub
9 cujus cura vivebat dicta Ther. Liv., & quæ fuit præſens
dicto colloquio.

Quemadmodum ob notitiam voluntatis Paternæ aſſiduo
mærore afficiebatur eadem Ther. Liv., ibi: *ſtava penſo-
ſa, e ſconſolata*: (ſunt verba præfatæ Monialis Barto-
lettæ) Ita è converſo repugnantia filiæ magis excitabat
10 Marchionem Patrem ad ulteriorem coactionem; ideoque,
retento eodem prætextu explorationis, novas ſuggeſtiones
ipſi deferri quæſivit per medium Patris Nicolai Creſcii
Sacerdotis Auguſtiniani, ſuique intimi familiaris, qui per-
ventus prima vice ad Monaſterium, iterum eidem Ther.
Liv. nunciavit Monachatum à Genitore optatum; Sed
ab hoc iterato nuncio exacerbata Puella, apertè reſpon-
dit: *Che non voleva tante Monache attorno*: Cumque
11 idem Pater Creſcius urgeret, proponendo executionem
Paternæ voluntatis, tunc illa perturbata, & irata, ter-
ga vertit, & concluſit: *Che voleva tempo a penſarci*: pro-
ut de facto proprio deponit formiter examinatus idem Pa-
ter Creſcius.

Per aliquod temporis ſpatium, invito tamen animo,
tulit Marchio Pater hujuſmodi repugnantiam, & protela-
tiones, ſed ulterioris moræ impatiens. (Vir enim erat
cæcæ obedientiæ cupidus) dimiſit terminos exploratio-
nis, non amplius filiæ conceſſit libertatem eligendi nup-
12 tias temporales, quamvis viles, & inæquales, neque ei-
dem amplius comminari fecit ſolam ejectionem à proprio
conſpectu, & relegationem ad Civitatem Januæ, prout
antea fecerat; Sed mutata totaliter phraſi, ad minas gra-
viſſimas ſe convertit, quibus filiam coarctare coactus fuit
ad aſſumptionem habitus Religioſi; Ad hunc autem effe-
ctum adhibuit primo loco Conſtantiam Curiettam Ma-
trem, eidem expreſsè præcipiendo, ut per omnem viam,
etiam adhibitis minis, curaret monachatum ejus filiæ,
nullamque ferè, ſinebat præterire diem, qua idem præ-
ceptum, eaſdemque minas non repeteret, tantoque ani-
mi ardore cupiebat nuptias ſpirituales ipſius filiæ, ut fu-
rore correptus, quadam die manibus elatis, irruit in præ-
fatam Conſtantiam Curiettam, quia eadem auſa fuit con-
ſulere, tutius eſſe pro ſalute animæ ejus filiæ nuptias car-
nales præparare, ibi: *Il che ſentito, detto Signor Mar-
cheſe con voce alterata, ed in collera s' avanzò verſo di
me con le mani alzate, quaſi per mettermele alla gola, e
mi diſſe, che queſto era quello, che non voleva, perche non* 13
*voleva, che un Genero, ſtando lui al Capezzale l' aveſſe
da far fare Teſtamento a modo ſuo, e per queſto voleva,
che onninamente detta figliuola ſi monacaſſe, e così aveva
da eſſere*: ut refert dicta Conſtantia, & concordant om-
nes alii Teſtes.

Eaſdemque minas ſæpius exercere conſuevit cum Ca-
rolo Curietto, germano fratre dictæ Conſtantiæ, ipſi in
qualitate Cubicularii inſerviente, ut ille adiutor foret ad 14
extorquendum conſenſum filiæ; Utque faciliùs ex mul-
tiplicatione Nunciorum, minæ paternæ, & ſuum infle-
xibile propoſitum ad notitiam dictæ ejus filiæ deveni-
rent, accerſita quadam die Eliſabetta Bacchina, Uxore
ſupradicti Curietti, exclamare cœpit: *Mia figlia Mona-
ca la voglio, e Monaca hà da da eſſere*: & adeò in hac
determinata voluntate fremebat, ut poſtquam ſpatio duà-
rum horarum declamaverat, ibi: *Si alterò tanto detto Si-
gnor Marcheſe, che faceva ſino la ſpuma dalla bocca, e* 15
*durò a ſtare in collera, ſempre minacciando, e gridan-
do, per lo ſpazio di due ore in circa, e ſempre continu-
ando a paſſeggiare*: Itaut tremebunda, & tacens eadem
Bacchina nunquam auſa fuerit reſpondere, quemadmo- 16
dum ipſamet formiter examinata, deponit, ibi: *Stavo
intimorita a non riſpondergli, perche temevo di peggio; ben-
sì tra me med. dicevo: Oh che gran Beſtia è queſt' uomo*.

Hiſce tamen non contentus Pater, ut certior reddere-
tur filia de ejus determinata voluntate, & de graviſſimis
minis in caſu inobedientiæ, delegavit ſecunda vice Pa- 17
trem Creſcium, & non amplius poſuit Puellam in liber-
tate eligendi ſtatum, vel Religioſum, vel Sæcularem,
prout fecerat prima vice, & prout confundendo unum
tempus cum altero, æquivocari quandoq; ſolet; Sed præ-
cisè, & expreſsè comminari fecit, quod quatenus fi-
lia non ſuſcepiſſet habitum monaſticum, ſtatim eidem
ſubtracturus foret alimenta, quæ more Nobilium, & lar- 18
ga manu ab ejus nativitate uſque tunc ſubminiſtraverat,
redigendo, tam ipſam filiam, quàm ejus matrem in ex-
tremam egeſtatem, & infelicitatem; demumque, quod
durius erat, non amplius Thereſiam Liviam agniturus
eſſet in filiam, ut de facto proprio depoſuit formiter exa-
minatus dictus Pater Creſcius, & concordant alii Teſtes, 19
tam formiter, quàm ad perpetuam examinati.

Hujuſmodi minæ, tum propter earum gravitatem, tum
quia proveniebant à Viro potente, & ſevero, à cujus
voluntate, & totali arbitrio illarum executio pendebat,
concutere debuiſſent quemlibet Virum fortem, & con-
ſtantiſſimum, & tantò magìs teneram Puellam, non- 20
dum ad decimumoctavum annum perventam, omnique
humano auxilio deſtitutam; Verùm adeò grandis erat
perhorreſcentia ſtatus Religioſi, ut iis non obſtantibus co-
ram omnibus Teſtibus, qui minas Patris referebant, pro-
teſtabatur expreſsè, quod ſi umquam amplecteretur ſta-
tum Religioſum id faceret, ut pareret præcepto Patris,
ſed contra ſuam propriam voluntatem, ut, ſignanter de-
ponit Pater Creſcius, ibi: *Giàche per me non vi ſarà
niſſuno, che m' ajuti, biſognerà, che io faccia a ſuo mo-
do, contro però la mia volontà*: & concordant alii infe-
rius adducendi; Itaut notatu dignum eſt, quod nulli ex
Teſtibus, ejus conſtantiam vincere tentantibus de man-
dato Marchionis, liberum conſenſum præſtitit, nec un- 21
quam dedit reſponſum ſimpliciter affirmativum, ſed ſem-
per eam conditionem, & intercalarem adjecit, quod con-
ſentiebat, ſed contra propriam voluntatem.

Extorto hujuſmodi conditionato conſenſu, traducta fuit
dicta Puella de mandato Marchionis ad domum D. N. ſub
cura illis D. Uxoris, ibique ſuſpiriis, lacrymis, & con-
queſtionibus ſuam voluntatem ſtatui monaſtico contrariam, 22
apertiſſimè propalavit, & contra inhumanum Patris pro-
poſitum, non ſemel declamavit, itaut miſeratione ducta
Uxor, raro exemplo, dereliquit thalamum coniugalem,
& ut Puellæ in anguſtiis poſitæ ſolatio eſſet, ſpatio ferè
trium menſium in eodem lecto cum ipſa condormivit, ut
de auditu ab eadem D. Uxore deponit Teſtis ſub hac de-
poſitione defunctus.

Illæ autem querelæ, & lacrymæ non ſolùm notæ
erant omnibus ejus Domeſticis ut deponit D. Teſtis for-
miter examinatus, & concordat alter Teſtis; Sed ea- 23
rum notitia exiit etiam extrà domum, & ſtatim in to-
ta Vicinia publica vox, & fama extorta, quod d. Th.
Livia cogebatur præcedentibus minis ad ſuſcipiendum ha-
bitum Monaſticum contra propriam voluntatem, & ob
minas,

minas, ſibi illatas à Marchione Pallavicino, ut refert Doctor Phyſicus tunc vicinus. Iſtamque veritatem patefecit etiam d. D. Th. Liv. in Civitate Albani, quo ſolatii cauſa traducta fuerat, prout deponit D. Curialis.

Notitia hujus inſuperabilis repugnantiæ, magis impulit Marchionem ad coactionem; Ac timen ne tractu temporis dicta Thereſiam Liviam adverſus ſuam meticuloſam profeſſionem reclamare poſſet, omne ſtudium adhibuit, ut eidem præcluderet quamcumque viam deducendi Jura ſua; Quo-
24 circa coegit eam ad emittendam ampliſſimam, & ſtringentiſſimam Renunciationem quibuſcumque Juribus, & hæreditatibus, tam delatis, quàm deferendis, & quod duriùs, & forſan inauditum eſt, compulit eam renunciare etiam ſupplemento alimentorum, ut conſtat ex Inſtrumento Renunciationis, nec eidem voluit ullum licèt tenuiſſimum Livellum conſtituere, ut eam perpetuò ſibi ſubjectam retineret, ac reclamandi modum adimeret, prout hanc rationem reddidit cuidam ſuo Familiari, qui id depoſuit; Itaut etiam
25 hodie dicta Thereſia Livia deplorare cogatur barbarum effectum renunciationis, dum veſtibus laceris, ac ſordidis, & quaſi ſeminuda, ſinè ullo humano auxilio ( Monaſterium enim nihil aliud ſubminiſtrat, præter moderatum victum) illa, quæ in vita Patris excitaverat invidiam, hodie effecta eſt ludibrium cæterarum Monialium; Quamobrem recogitans dicta inſelix Puella, quod mediante ſupradicta renunciatione, & proximo ingreſſu in Monaſterium, ſibi adempta erat libertas de præſenti, & ſpes etiam reclamandi in futurum, ob defectum pecuniarum, adeò ingenti mœrore correpta eſt, ut pridie ante ingreſſum omnia ejus oſſa ſenſibiliter contremuerint, ad cujus facti notitiam tota domus N. commota fuit.

Die igitur 10. Novembris 1710. poſt adeò luctuoſum principium, poſt tot reclamationes, & lacrymas, prævio conſenſu ſemper, ut ſupra, conditionato, habitum Religioſum invita coacta fuit ſuſcipere in Monaſterio Sancti Bernardini de Urbe, ubi tunc temporis adeò percrebuit fama vio-
26 lentiæ, eidem illatæ, & contrariæ ejus voluntati, ut in die veſtitionis, intra, & extra Eccleſiam publicè, & palam condolentes de infelici conditione ejuſdem Thereſiæ Liviæ uno ore murmurantes dicebant: *Poveretta: è condotta al Macello*: ut teſtata fuit nobilis Matrona, ſub hac depoſitione defuncta, & ejus Cubicularia; Quinimò ipſamet Thereſia Livia in primo ingreſſu ad Monaſterium poſt ſuſceptionem habitus ſtatim conqueri, & altiſſimè dolere cœpit de vi, & metu ſibi illato, & quod ex minis Paternis coacta fuerat renunciare Sæculo, & Bonis contra ejus
27 propriam voluntatem, ut teſtantur quatuor Moniales Monaſterii, quarum fides producta fuit ab ipſo Procuratore dict. Monaſterii in Tribunali R. C. ante motam preſentem litem ſuper nullitate Profeſſionis, & concordant aliæ duæ, quæ fuerunt in hac Cauſa formiter examinatæ.

Non ſatis verò explicabiles ſunt reclamationes, & conqueſtiones, quas dietim, & abſque ulla intermiſſione continuavit toto tempore Novitiatus eadem Thereſia Livia, quæ in actu veſtitionis nuncupata fuit Soror Maria
28 Conſtantia Pallavicina; Neminem quippè alloquebatur, cui dolenter non exprimeret, quod habitus ille Religioſus cruciabat eam ſicuti ignis, & quod pariturus eſſet damnationem, & perditionem propriæ ejus animæ, ut referunt Teſtes formiter examinati; Inter iſtas tamen anguſtias meditabatur adhuc quomodò poſt obitum Patris poſſet adverſus profeſſionem futuram reclamare; Quamobrem accerſito N. N., diverſis vicibus, poſt exageratam inevitabilem
29 damnationem ejus animæ, ſi in illo ſtatu permanſura foret, conſilium ab eo petiit, quomodò poſſet viam ſtratam, & apertam ſibi relinquere ad reclamandum; E licet ſemel, bis, & tertiò, interpolatis temporibus cohortatus eam fuerit dictus N. N., ut divino Numini ſe commendaret, & ob id nullum conſilium præbere voluerit; Devictus tamen quarta, aut quinta vice, qua vocatus, acceſſit ad Monaſterium, ab importunitate dictæ Thereſiæ Liviæ legale temperamentum propoſuit, quod nempè ipſa poterat
30 in Actis alicujus Notarii dimittere ſecretam, & ſigillatam proteſtationem, in qua exprimeret, ſe vi, & metu Marchionis coactam fuiſſe ad ſuſcipiendum habitum, eademque vi, & metu cogebatur profiteri; Verùm adeò grandis erat timor, adeoque præſens metus, quem conceperat de ſeveritate ejus Patris, ut metuens, nè ad ejus notitiam deveniret iſte actus irretractabilis, noluit hujuſmodi conſilium, tam anxiè per anteà exquiſitum, & exoptatum, accepta-
31 re, eam reddens rationem, ibi: *Nondimeno Lei reſtò ferma di non porre in eſecuzione, nè fare alcuna dichiarazione, o proteſta, perche dubitava, che ſcuoprendoſi ciò, il Sig. Marcheſe ſuo Padre era capace ſino di farla avvelenare dentro il Monaſtero*: prout de facto proprio deponit d. D. D.

Et hoc gravi metu concuſſa, cogitavit, ſe non poſſe ſuam contrariam voluntatem exponere in actu explorationis R. P. D. Viceſgerentis, quia ſi iſte ratione ſui officii impedimentum præſtitiſſet Profeſſioni, ſtatim eidem obveniſſent omnia mala, ut ſupra comminata; Quo circa comple- 32
to anno Novitiatus, & præcisè ſub die 15. Novembris 1711. vivente Marchione Patre, & ſic durante adhuc eadem cauſa metus, actum profeſſionis emiſit, ſed conqueſtiones, & querelas nunquam omiſit.

Si quidem magis querula, quam antea, & magis conſtans in ſua primæva opinione, contraria ſtatui Religioſo, ferè nunquam poſt profeſſionem accedere voluit ad Chorum, nec alias functiones ſpirituales Monialibus proprias exercere 33
perpetuo odio habuit, & adhuc habet Monialem N. ob inſinuationes, ſeu inſtigationes, ſibi factas tempore educationis, ut habitum Religioſum indueret, & quod magis horret, habita notitia obitus Marchionis (adeò mente retinuit, & ægrè tulit violentiam, ſibi illatam) ut contrà ſtimulum ſanguinis, & naturæ noluerit eidem recitare 34
unam Requiem æternam; Quinimò non ſemel tentavit ſe ipſam occidere, & non ſemel, projecto velo in terram, maledixit Authori ſuæ Monachationis, ut has omnes circumſtantias referunt duæ Moniales, formiter examinatæ, & ſignanter Monialis N ibi: *Dopo la di lui morte alcune volte avendogli Io voluto dire, che faceſſe qualche Orazione per ſuo Padre, la medema mi riſpondeva, che non ſapeva dirgli ne meno* un Requiem æternam, *perche l'anima del ſuo Padre era all'Inferno ſolamente per avere fatta fare lei* 35
*Monaca per forza &c. Anzi un altra volta &c. detta Suor Maria Coſtanza &c. preſe il Supprietto, ſe lo levò da Teſta, e lo buttò via, eſprimendo con collera le ſeguenti, o con ſimili parole: Sia maledetto chi me lo hà fatto mettere.*

Dum autem, ſecuto ſub die 13. Martii 1714. repentino obitu dicti Marchionis, eadem Thereſia Livia ſinè ullo fructu dd. querelas, & conqueſtiones, dolenter, & palàm emittebat in Monaſterio, ad ipſius Defuncti inteſtatam ſucceſſionem obtinendam plures quidem comparuerunt in Tri- 36
bunali Theſaurarii, inter quos R. C. A. Nobiles Pallavicini, & Lomellini Januenſes, Monaſterium S. Bernardini de Urbe, ex perſona dict. Liviæ, ac Maria Hieronyma Arnalda, ibique acerrimè diſcuſſa Cauſa, emanavit Sententia, adjudicans decem uncias dictæ hæreditatis R. C. A. ac reliquas duas ſupradicto Monaſterio, quæ tamen poſtea 37
in gradu appellationis per Tribunal Cameræ revocata fuit, ac in omnibus reſoluta ad favorem Arnaldæ.

Hæc dum in Foro pro conſequenda hæreditate agebantur, contemporaneè etiam Ther. Liv. animum ſuum adegiſſet ad promovendam actionem ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis, ob ceſſatam cum morte Marchionis Patris cauſam ulterioris timoris; Sed quia deſtituta erat Defenſoribus, Conſangui- 38
neis, & Amicis, nec pecunias neceſſarias habebat pro aſſumenda tam gravi lite, nec Teſtes paratos, qui ſe ſubjicerent examini, & viceverſa plurimum prodeſſe eidem poterat, quod compleretur Proceſſus ſuper ſua filiatione reſpectu Marchionis, uſque ad rem judicatam, ſi fieri potuiſſet; prolapſus idcircò fuit annus cum dimidio circiter à die obitus Patris; Verùm timens poſtea nè laberetur quinquennium à *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 19.* conceſſum 39
nulliter Profeſſis ad reclamandum, præparatis hoc interim eo meliori modo, quo potuit, rebus neceſſariis ad inſtruendam Cauſam; Judicium in Curia Vicarii introduxit ſuper nullitate ſuæ Profeſſionis, de menſe Octobris 1716. & ſic intra quinquennium à die Profeſſionis, emiſſæ ſub die 15. Novembris 1711.

Conteſtata proinde ſervatis ſervandis lite coram Auditore tunc temporis Cardin. Pro-Vicarii, examinatiſque quatuor Teſtibus formiter, hoc interim ſe admitti fecit ad cauſam Maria Hieronyma Arnalda, tanquam hæres Mar- 40
chionis Pallavicini; Cùmque metu excommunicationis reperti fuiſſent novi Teſtes, & Th. Liv. urgeret pro eorum formali examine, adeò prævaluit contrarius conatus, ut quamvis eadem Th. Liv. eſſet Actrix, & examen fieri debuiſſet ſuis ſumptibus, adhuc Judex noluit illud admittere; quinimmò nec voluit, quod Procurator Monaſterii exhiberet mandatum Procuræ; At Signaturæ Juſtitiæ Præfectus, ad noſtram reclamationem; ſic ſuadente Juſtitia, 41
præceptivè eidem injunxit, ut admitteret Articulos, mandaret examinari Teſtes formiter, & exhiberetur mandatum procuræ, à quo exacerbatus dictus Judex, admiſit deinde

inde Articulos; Sed ut impoſſibile redderet examen, adjecit in decreto æquè inſolitam, ac exorbitantem conditionem, quod Teſtes examinarentur in ejus Domo, ad quam Teſtes, juſtis de cauſis, accedere recuſabant; Hinc ad removendum hujuſmodi obſtaculum recurſus habitus fuit ad Signaturæ Juſtitiæ Tribunal, à quo ſub die 23. Septembris
42 1717., proponente R.P.D. Marcolino, reſcriptum fuit: *Reverendiſſimus Vicarius iterum audiat, & mandet examiri Teſtes in Officio:* Sed hoc parùm profuit, quinimò Judicem magis aſperum reddidit, nam inaudito in Curia exemplo, nullo demandato examine, quinimmo illo expreſsè rejecto, cum decreto: *Petiit:* in ſpretum dicti reſcripti Tribunalis Signaturæ, Sententiam protulit ſuper validitate Profeſſionis, & Votum etiam ſuum propalavit; Utrum-
43 que tamen ſub die 2. Decembris 1717. plenis ſuffragiis circumſcriptum fuit Judicatum, mediante reſcripto: *Reve-*
44 *rendiſſimus Vicarius iterum audiat, circumſcriptis omnibus geſtis poſt reſcriptum Signaturæ, & amplius.*

Intereà emeritè promoto ad Vicariatum Urbis cl. memor. Cardin. Paracciano, reſtaurata iterum extitit Cauſa coram ejus Auditore, ac poſt completum examen Teſtium, ab ejus Anteceſſore rejectum, tot protelationes adinventæ fuerunt, ut Cauſæ expeditionem per lapſum ſexdecim menſium
45 impediverint, & dum dictus Auditor erat limine ferendæ ſententiæ ſuper nullitate Profeſſionis, Adverſarii ininſurrexerunt contra famam, & bonos mores noſtrorum Teſtium; quamvis triennii ſpatio eorum perſonas approbaſſent, dando Interrogatoria, & diſcutiendo eorum dicta, & ut ulterio-
46 ribus expenſis nos fatigarent, obtinuerunt admitti articulos ſuper mala qualitate dictorum Teſtium (res ſanè in Curia inaudita) Quamobrem neſciens ampliùs tot defatigationibus reſiſtere, recurſum habuit Thereſiam Liviam ad SS. qui juſtitia, & pietate ſimul motus cùm eſſet jam completus Proceſſus probatorius coram Judice Ordinario, dignatus eſt mediante ejus Auditore avocare Cauſam à dicto Judice, illamque decidendam remittere ad Congregat. Concil. Cumque in præſenti Congregatione proponatur præinſertum dubium, affirmativè reſolvendum eſſe confidimus, prout enixis votis humillimè ſupplicamus.

Pro faciliori autem Cauſæ deciſione, illam dividimus in tres Articulos; In quorum primo uſque ad evidentiam pro-
47 bamus, fuiſſe illatum Thereſiæ Liviæ metum gravem, & ſufficientem ad annullandam Profeſſionem; In ſecundo hujuſmodi metum duraſſe etiam tempore emiſſe Profeſſionis; Et in tertio, nequaquam remanſiſſe purgatum ex actibus ſubſecutis.

## §. II.

*Probatur illatio metus gravis, ſufficiens ad annullandam Profeſſionem.*

ET quidem procedendo cum themate mox dicto, notandum occurrit, quod quæſtio hæc nullitatis Profeſſionis
1 propoſita fuit coram Ordinario intrà quinquennium; nam Profeſſio emiſſa extitit die 15. Novembris 1711. & Judicium ſuper nullitate introductum fuit durante adhuc quinquennio, nempè die 14. Octobris 1716. & habitu Monaſtico non dimiſſo, & ſic juxta præſcriptum *Sac. Concil. Trident. ſeſſ.25. de Reformat. cap.19.* quod Regularibus, ſub quorum nomine veniunt etiam Moniales, retento habitu, concedit, ut inva-
2 lidè Profeſſus adverſus profeſſionem ſuam validè poſſit reclare, de quo decreto latè agunt ad rem noſtram *Avendan. de Met. lib.2. cap.10. num.29. Cammarat reſponſ. deciſ.1. numer.10. Navarr. commentar.4. de Regular. num.73. & ſeqq. De Groſſis controver. for.41. num.1. Miranda in Manual. Prælat. tom.1. quæſt.30. art.1. & ſeqq. Ventrigl. in Prax. rer. notab. tom.1. annot.47. num 22. & ſeqq.*

Nullitas autem reſultat evidenter ex metu, illato Thereſiæ Liviæ quo probato, profeſſio venit omninò reſcindenda, ut determinat *Innoc. in cap.1. de iis, quæ vi, met.*
3 *cauſ. fiunt, & Sac. Conc. Trid. d. ſeſſ.25. de Reform. cap.19. de Regul.* Etenim pro validitate Profeſſionis, quæ eſt quoddam Sacrificium propriæ voluntatis, Deo Immortali offerendum, non ſufficit ſolus materialis conſenſus, ſed requiritur conſenſus, & libertas, ac voluntas undique libera, &
4 ſpontanea, ut egregiè notant *Barbat. conſ.54. num 2. circa med. volum.1. Pariſ conſ 53. num.46. lib.2 Cammarat. reſponſ.1. num.2. & 3. Portell. Dub. Regular. verb. Profeſſio nulla num 7 tom.1. Caruſ. Sylva terminor. arbor.10. num.6.* Deus enim coacta ſervitia aſpernatur, ac hilarem datorem diligit, & voluntarios milites ſibi eligit Chriſtus, *canon. Non eſt* 10. *diſt.15. quæſt.1. can. Cùm verò in fin.23. quæſt.6.* Undè Pſalmiſta gloriabatur de ſua ſpontanitate cum Sacrificium offerret *Pſal.53.* ibi: *Voluntariè ſacrificabo tibi:* ac concordat *D. Paul.2. ad Corinth.9.7.* ibi: *Unuſquiſque det, prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus:* cum concordan. citatis *in tom.1.*
*Diſcept. Eccleſ. par.1. diſcept.1. num.4.* 5

Et adeò neceſſaria eſt hæc libertas, & totalis ſpontaneitas, ut Gentiles ipſi retrahebant ab Aris Hoſtiam, ſi mugitum, & flebilem vocem emiſiſſet, arguentes indè dirum,
& infauſtum Omen, & quod Diis invitis offerebatur, ut 6
refert *Macrob. lib.3. Saturn. cap.5.* ibi: *Obſervatum eſt à Sa-*
*crificantibus, ut ſi Hoſtia, quæ ad Aras duceretur, fuiſſet ve-* 7
*hementius reluctata, oſtendiſſetque, ſe invitam Altaribus admoveri, amoveretur, quia invito Deo offerri eam putabant; quæ verò ſtetiſſet oblata, hanc volenti Numini dari exiſtimabant.*

Hinc ſummo Jure Sacri Canones, & præcipuè *Sac. Conc. Trident. ſeſſ.25. de Regular. cap.18.* ut omnimoda libertas in
profeſſionibus adeſſet, anathemati ſubjecit, non ſolùm quo- 8
quomodo cogentes aliquam Virginem ad ingrediendum Monaſterium, & ſuſcipiendum habitum; ſed etiam conſilium,
auxilium, & favorem dantes, ut videre eſt in *dicto cap.18.* 9
& tradit *Caruſius in Sylva terminor. arbor.10. num.42. & 43. Bordon. de Profeſſion. cap.20. num.65. & ſeq.*

In præſenti autem hypotheſi hæc libera, & ſpontanea voluntas penitùs defecit. Th. enim Liv. antequam ingredere-
tur Monaſterium, ſolius educationis cauſa, ob magnam 10
averſionem ſtatui Religioſo, deliquium paſſa fuit, nec non lacrymæ, ſuſpiria, pallor vultus, & conqueſtiones ingreſſum concomitatæ fuerunt antequam habitum ſuſciperet, ſenſibilis tremor oſſium præceſſit, nec lacrymæ, aut querelæ defuerunt. Poſtquam verò habitum ſuſcepit, ac poſt Profeſſionem, continuæ fuerunt querelæ, & nunquam intermiſſæ conqueſtiones, ut demonſtrabimus infra: Quamobrem
ſi ſolus vagitus, & flebilis vox in Sacrificio, falſis Diis 11
Gentilium offerendo, ſatis erat, ut Hoſtia ab Aris retrahenda eſſet; quantò magis lacrymæ, ſuſpiria, & continuæ reclamationes, improbare debent profeſſionem, quæ eſt Sacrificium ſui ipſius, Deo vero offerendum, ut his ferè verbis
exclamat *Gonzal. in cap.1. de His, quæ vi, met cauſ. fiu.* ubi 12
alii concordantes cumulantur.

Non ſolùm autem in caſu præſenti non adfuit plena libertas, ſed probamus ulteriùs effectivam coactionem, ac innegabilem metum; Receptiſſima namque apud DD. eſt opinio, quod pro nullitate Profeſſionis, & cujuſcumque alte-
tius contractus, ſufficit metus reverentialis, unà cum mi- 13
nis, aut periculo alicujus mali gravis, *Innoc. in cap. Cauſam de Offic. delegat. Coton. contr. celebr. lib.4. contr.4. de Profeſſ. cap.1. num.32. Capyc. Latr. conſult.50. num.11. & ſeqq. Pi-*
*laja deciſ. Pontific 12. num.18. tom.1.* Et quamvis nonnulli 14
graviſſimi Doctores, propter magnam libertatem matrimonii, tam ſpiritualis, quàm carnalis laxiorem tueantur opinionem, ut ſcilicet ſolus metus reverentialis Filiæ erga Patrem, Uxoris erga Maritum, & hujuſmodi, ſufficiat abſque minis, quos referunt *Farinac. fragment. Criminal. par. 2. verbo Metus num.118.* pleniſſimè *Caſtill. contr. Jur. lib.8.*
*tit. de Aliment. cap.59. num.39.* Et alii, ut ſufficiant impor- 15
tunæ preces ejus, cui reverentia debetur, ut per *Text. in leg. Velleſſ. de Regul. Jur.* tenet idem *Caſtill. contr. Jur. in Comment. lib.3. cap.1. num.154.* ubi decem, & ſeptem allegat Doctores.

Nos nihilominùs contra Th. Liv. amplectimur primam, licèt duriorem, ſententiam, ut ſcilicèt pro nullitate, ultra metum reverentialem, requirantur etiam minæ, aut verbera, aut auſteritas perſonæ metum inferentis, vel nimia
reverentia metum paſſi, quam ſolidè probat *Caſtill. controv.* 16
*Jur. dicto lib.8. cap.59. num 48.* ibi, *Quæ verior, & communior eſt, & in uſu forenſi, & apud Pragmaticos ſervatur quotidie:* egregiè *Corrad. in Prax. Benefic. lib.5. cap.14. num.8. in fin. & num.10. Clarlin. contr. for. lib.1. cap.108. num.37. & plur. ſeqq. Pater Anaclet. in Jus Canon. lib.3. tit.31. §.6. nu-*
*mer.164. & ſeq Lezan. conſult.47. num.15. tom 4.* ibi *Nihilo-* 17
*minus omnium veriſſima opinio, & ut videtur, ſinè dubio tenenda (quam non negant ſecundæ ſententiæ Sectatores, quia ſolùm loquuntur de metu, purè, & nudè reverentiali) eſt, timorem reverentialem, non nudè, aut ſolitariè ſumptum, ſed adminiculatum, & conjunctum cum timore alicujus mali imminentis, vel minis ipſius, vel precibus importunis, vel quan-*
*do incutitur à perſona, vel propter perſonam, quæ eſt ſevera,* 18
*aut terribilis, ceſſare, & annullare matrimonium, & alios contractus, & à num.76. uſque ad 95.* tredecim alios DD.
hujus

hujus opinionis Sectatores allegat, *Hermoſill. ad leg. partit. gloſſ.2. leg.56. tit.5. par.5. num.22. Sanch. de Matrim. lib.4. diſp.6. num.20. & ſeqq. Cammarat. reſponſ. deciſ. art.1. n.27. Rot. dec.326. num.21. cor. Ludoviſ. & deciſ.493. num.3. & 31.*
19 *par.4. tom.2. rec. & dec.975. nu.19. cor. Dunoz. jun. & dec.870. num.16. cor. Emer. jun.* ibi: *Non enim refert, quod non conſtet, eum, qui metum incuſſit, fuiſſe terribilis naturæ, ſivè ſolitum minas exequi &c. quia id requiritur in perſonis extraneis, non autem in Patre, cui de Jure naturæ reverentia debetur; nam in his terminis ſufficit metus reverentialis, jun-*
20 *ctus cum periculo mali gravis, probabiliter opinati ex ſola Parentis indignatione.*

Minæ autem, aut vis, ſeu verbera non debent intervenire copulativè, ſed ſatis eſt, unum, aut alterum verificari
21 disjunctivè, *Cabreros de Met. lib.1. cap.8. num.49. & ſeqq.* egregiè *Caſtill. ubi ſupra num.42. §. Ex eiſdem circa fin.* ibi: *Et quod non requirantur copulativè minæ & verbera, aut malæ tractationes, ſed unum, aut alterum ſufficit disjunctivè, & metipſum ita reſolventem retulit in Commentar. tom.3. cap.1. num.143. Theſaur. quæſt. forenſ.51. num.5. Hodiern. controv. forenſ. cap.16. num.27. & 28.* Et habemus in hac parte inte-
22 grum titulum 40. *libri primi Decretal. de iis, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, in quo æqualiter irritantur actus illi, qui fiunt per metum, qui infertur animo, quàm per vim, quæ infertur corpori, ut bene diſtinguit *Rot. d. dec.*

Neque opus eſt, quod minæ executioni demandentur, ſed ſufficit probabilis tantùm timor, aut ſuſpicio, quod exequi poſſint ad *Text. in leg. Habitatores §. fin. ff. Locati*, ibi: *Si juſta cauſa non fuiſſet, cur periculum timeret, quamvis pe-*
23 *riculum non fuiſſet, Alexan. conſ.99. num.7. lib.3. Hermoſil.* plurib. relat. *gloſſ.1. leg.56. tit.5. par.5. num.14. Hodiern. dicto cap.16. num.24. & 25. Crivell. deciſ. Dolan.20. ſub num.28. Bordon. de Profeſſion. cap.19. num.21. & Panimoll. deciſ.102. num.19. & 20.* Paria enim ſunt fieri aliquid per metum vel per probabilem metus ſuſpicionem, & temerarium eſſet, damnum expectare, quando veriſimiliter evenire poteſt *Bartol. in leg. Metum la 2. ff. de Eo, quod met. cauſ.* plenè *Hermoſill. dicta gloſſ.1 leg.56. tit.5. par.5. num.15. & ſeqq. Caſtill. contr. Jur. dicto lib.8 tit. de Alim. cap.59. num.20. §. Timor itaque,*
24 ibi: *Quæ eò tendunt, ut timor probabilis damni, quod inferri, aut evenire poteſt, verus, & proprius metus dicatur, quamvis illatum non eſſet, cùm inferri potuerit, & temerarium eſſet damnum expectare, quod veriſimiliter evenire poſſet:* & ſequuntur *Bordon. loc. cit. & Sanchez de Matrim. lib.4. diſp.1. num.16. & 17.*

Videndum igitur ſupereſt, an revera intervenerit metus reverentialis, & minæ graves contra Th. Liv. & utrumque
25 interveniſſe, palam fit ex ſequentibus. Eadem quippè Th. Liv. expenſis Marchionis, ejuſque arbitratu vivens, totaliter ab ejus nutu pendebat, quod ſufficit ad probandum metum
26 reverentialem erga Marchionem, ut in puncto *Cammarat. reſponſ.1. art.1. num.24. Caren. reſol.81. num.21. & 22. Cutell. deciſ. Sicil.5. num.23. & 49. Suarez. alleg.23. num.2.* & benè *Rot. dec.25. num.50. Arguell.* Humani enim moris eſt, ut
27 eum timeamus, à quo poſſumus ſtatim erigi, aut deprimi ad *Text. in can. Viſis 26. par.2.* & per eadem ferè verba *Tamburin. de Jur. Abbat. diſp.12. quæſt.3. num.2. tom.1. Rot. dec.23. num.11. par.12. rec.*

Neque ſolùm ejus expenſis, & arbitratu vivebat, quod ad metum reverentialem, ex deductis, ſufficeret, ſed quod magis eſt, erat ejus filia naturalis, quia tanquam talis agni-
28 ta, educata, ac nutrita fuerat, more Nobilium, dotemque duplicatam receperat, & uti filia ſolemnem renunciationem emiſerat favore Marchionis, quinimmò cum hoc ſuppoſito recepta, & acceptata fuit in Monaſterio, ut teſtatur Monialis in alia Cauſa ſucceſſionis ſuper duabus unciis ibi: *Perche il medemo Sig. venne à trovarmi una matina di buon'ora, e mi diſſe, eſſere mandato da detto Marcheſe Pallavicini, per aſſicurarmi in ſuo nome, e ſu la ſua parola di detto Sig. che d. T. L.*
29 *era figlia detto Marcheſe Nicolò Maria, e ſu queſta parola, & atteſtazione, datami da d. Sig fu accettata per Educanda.*

Et vice verſa eadem Th. Liv. non agnoſcebat alium in Patrem, præter Marchionem, ut conſtat ex Reſtrictu Teſtium formiter examinat. & ex pluribus Biliectis, repertis in hære-
30 ditate Marchionis poſt ejus obitum, in quibus ſæpiſſimè proteſtata fuit, quod ipſa non habebat alium in hoc Mundo, præter Marchionem Patrem ſuum, *Conoſco la mia importunità, ma non poſſo far di meno, non avendo altri, che Lei: La prego condonarmi l'ardire, ma come non ho altri, che il mio caro Padre &c. ma non poſſo far di mèno, non avendo altri, che il mio caro Padre*; Ex hiſce enim reciprocis agnitionibus filiæ erga Patrem, & Patris erga filiam, oriri effectivam probationem filiationis magiſtraliter docet *Gloſſ. in cap. Michael. de Fil. Presbyter. verb. Conſtiterit*, ibi: *Sed non fuit natus de tali* (hoc eſt de Concubina domi retenta) *qualiter probabit? Reſpondeo, ex eo, quod ille vocabat illum filium, & ille appellabat eum Patrem.* 31

Nec obſtat, quod ex dd. agnitionibus de ejus filiatione plenè non conſtet; Quia ultra quod hodiè non agitur de filiatione ad effectum ſucceſſionis, ſed ad effectum metus reverentialis tantum; Adhuc Monaſterium, contra quod principaliter hoc Judicium introductum fuit, hujuſmodi exceptionem allegare non poteſt; non ſolùm quia cum hoc ſuppoſito 32
filiationis eam acceptavit pro Moniali, & Teſtes examinavit ad filiationem probandam, ſed etiam quia ſententiam ſuper d. filiatione in Tribunali Theſaurarii reportavit; Tantoque minus hujuſmodi defectus filiationis allegari valet à dict. Arnalda, quia contra ipſam urget ſequens inevitabile dilemma: Aut enim Th. Liv. eſt filia Marchionis; Aut non: Si eſt filia, ſtatim remanet probatus metus reverentialis, quia reverentia debita eſt Patri de Jure naturæ, & Divino, juxta quartum præceptum Decalogi; Si verò non eſt filia, & ipſa
in hac cauſa repellenda eſt, neque eſt legitima Contradictrix, 33
quia tunc non habet, neque intereſſe primarium, neque ſecundarium. Non primarium, quia illud ſpectat ad Monaſterium, cum quo contractus profeſſionis initus fuit; Neque ſecundarium, quia præſcindendo à filiatione, nihil poteſt prætendere T. L. ab hæreditate Marchionis, & ideò remanet evidens, quod ad hoc, ut Arnalda poſſit ſtare in hoc Ju- 34
dicio, debet neceſſariò ſupponere filiationem T. L. reſpectu Marchionis, aliàs audienda non eſt, ſed repellenda.

Cœterùm de hac filiatione conſtat per Sententiam, editam in Tribunali Theſaurarii, quæ in Camera non ſolùm non fuit revocata, ſed præſuppoſita in hoc puncto filiationis, ut reſultat ex particula Voti R. P. D. de Alteriis de manda- 35
to d. Tribunalis publicati; Unde ad effectum, de quo hodie agitur, ſufficit, quod Marchio tractaret T. L. uti filiam, quodque T. L. publicè reputaretur uti filia Marchionis, & ipſum exiſtimaret, ac timeret uti Patrem, prout referunt omnes Teſtes, tam formiter, quam ad perpetuam examinati, ut inde ſinè dubio metus reverentialis remaneat concludenter probatus, quia metus juſtus ex affectu metuentis dignoſcitur, ut
obſervat egregiè *Lezan. conſul.46. tom.4. num.109.* ibi: *Suffi-* 36
*ceret, quod paſſus metum ita ſuſpicari poſſet, quia metus juſtus ex affectu metuentis dignoſcitur: Pyrr. Corrad. in Prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib.5. cap.14. num.8. in fin. Rot. dec.374. num.18. cor. Ludov. & dec.9. num.13. cor. Arguell.*

Nec relevat, quod Pater naturalis non habeat filios in poteſtate, nec iſti agnationem, aut paternam Nobilitatem ſortiantur, & ideò non cadat in iſtis metus reverentialis; Quia hìc non quærimus de viribus patriæ poteſtatis à mero Jure ci-
vili provenientis, neque de Nobilitate dictæ Puellæ, ſed 37
unicè quærimus de metu reverentiali, à Jure naturæ filiis etiam naturalibus inſito, & in hoc puncto, totaliter diſtincto à patria poteſtate, & Nobilitate, nemo eſt, qui juridicè talem metum controvertere poſſit, quia ſi ille datur quoad filium reſpectu Matris, quoad Nepotem reſpectu Patrui, &
Amitæ reſpectivè; quoad Pupillum reſpectu Tutoris; Di- 38
ſcipulum reſpectu Magiſtri, Clericum reſpectu Epiſcopi, & Fratrem minorem reſpectu Majoris, ut probant *Farinacc. in Fragment. Crimin. verb. Metus num.114. Sanchez. lib.4. diſp.6. quæſt.4. num 24. Bordon. de Profeſſion. cap.19. nu.29.* quorum reſpectu nullum adeſt vinculum patriæ Poteſtatis; Tantò magis dari debet in filio naturali reſpectu Patris naturalis; quia reverentia, & veneratio à naturali inſtinctu proficiſcitur; & æqualis eſt omnibus Parentibus, tam legi-
timis, quàm naturalibus, ad *Text. literalem in leg. Parentes,* 39
*ff. de in Jus vocan.* ibi: *Parentes naturales in Jus vocare nemo poteſt; una eſt enim omnibus Parentibus ſervanda reverentia: Lucidor. de Illegit. cap.5. num.2. & 5.* ubi quod filius naturalis tenetur venerari Patrem ex quarto præcepto Decalogi: *Honora Patrem, & Matrem: Paleott. de Noth. cap.47. num.4. & cap.33. num.1. Molin. diſp.107.* ferè *ad fin. tom.1.* Et in puncto de minis illatis filiæ naturali, quàm Pater inſtitueret hæredem, ſi fiebat Monialis, & in caſu contrario reliquerat ſcut.25. tantùm, egregiè notat *Hippolyt. Riminald.*
*conſ.215. num.59. 60. & 62.* 40

Præter metum reverentialem probantur etiam minæ graves, directæ ad actum Monachationis, & ſic concurrit utrumque extremum, neceſſarium ad nullitatem Profeſſionis; Omiſ-
ſis enim illis, quæ relatæ fuerunt à R. P. D. Ghezzio, & 41
P. Creſcio, tempore, quo miſſi fuerunt ad explorandam voluntatem Puellæ, quæ adhuc eſſent exuberantes, graviſſimæ ſunt, & ferè inhumanæ aliæ, quæ (explorata ejus volunta-

luntate contraria ſtatui Religioſo ) intimatæ fuerunt T. L.
ab aliis Teſtibus; Præſatus enim P. Creſcius accedens ſecun-
da vice ad Monaſterium; ſic rigorosè, & præceptivè de or-
dine expreſſo Marchionis illius voluntatem aperuit, ibi :
42 *La ſeconda volta, che Io vidi in collera d. Suor Maria Coſtan-*
*za, fu, perche Io andiedi a dirgli da parte del Signor Mar-*
*cheſe ſudetto, che queſto voleva in ogni conto ſi faceſſe Monaca,*
*altrimente averia perſo affatto la grazia ſua, non gli averia*
*dato più alimenti, nè a Lei nè alla Madre, e che le averebbe*
*fatte divenire le più meſchine femine, che foſſero in Roma, e*
*che da lui non averebbe potuto ſperare coſa alcuna.*

Eaſdem minas retulit Antonius de Gaſparis, qui erat Ma-
giſter Domus Marchionis, & plurièſ eas notificavit, ibi :
43 *Ed in tanto accudì, e conſentì di farſi Monaca, benche la ſua*
*volontà non foſſe tale, in quanto che temeva, che il Sig. Mar-*
*cheſe ſuo Padre l'aveſſe abbandonata anche ſopra la ſua ſommi-*
*niſtrazione degli alimenti, come ſi era dichiarato, e che Io Te-*
*ſtimonio gli avevo riferito l'animo, e l'eſpreſſioni, fatte con*
*me dal Padre; che per altro ſe Lei non aveſſe avuto queſto ti-*
*more, per quanto Io conoſcevo, aſſolutamente non ſi ſaria fat-*
*ta Monaca.*

Concordat cum hoc Teſte etiam Conſtantia Curietta Ma-
44 ter, ibi: *Tanto prima, che doppo ſempre la conſigliavo a mo-*
*nacarſi, e di più gl'inſinuavo le minaccie, che faceva detto Si-*
*gnor Marcheſe di privarci ambedue del ſoſtentamento, ponen-*
*dole cio in conſiderazione per ridurla a monacarſi, ſul riſleſſo*
*di non ricevere tanto grave danno; Anzi gli ſogggiungevo, che*
*Io da me ſola non la potevo ajutare con il mio, ſe ci mancava il*
*ſoſtentamento di detto Signor Marcheſe.*

Idem quoque teſtatur Rita Conconi Nutrix Th. Liv. quæ
cùm pluries nomine ejuſdem acceſſiſſet ad Marchionem, ut
exponeret contrariam ejus voluntatem Monachationi, &
ipſum retraheret à coactione, ſemper Marchio reſpondebat,
45 ibi: *Che Lui voleva eſſere ubbidito, e che voleva ſenz'altra re-*
*plica, che ſi faceſſe Monaca, altrimente minacciava di non*
*volerla riconoſcere più per figlia, e di non volergli dar più ali-*
*menti, e di volerla abbandonare affatto, tanto Lei, che la*
*Madre; e perche detta Rita qualche volta voleva replicare,*
*ſubito detto Marcheſe la licenziava, gli voltava le ſpalle, e gli*
*ordinava, che andaſſe a fare i fatti ſuoi, a non s'ingeriſſe in ſi-*
*mili materie*; Iſtaſque minas præcisè retulit eadem Nutrix T.
L. ibi: *Quando eſſa Rita riferiva le ſudette riſpoſte alla Sign.*
*Tereſa, allora Educanda nel Monaſtero di S. Bernardino, ſi*
*metteva a piangere, e ſoſpirando diceva: Ci vuol patienza,*
*Io non ho niſſuno per me: Sono abbandonata da tutti.*

Comprobantur ulteriùs hujuſmodi minæ ab aliis Teſtibus,
qui illas audiverunt ab ore proprio Marchionis; Et primò à
Bartholomæo Gargario, qui tempore ejus formalis examinis
erat Exactor Monaſterii contradicentis nullitati, ibi: *Io l'ho*
46 *inteſo dire dalla propria bocca di detto Signor Marcheſe, che*
*detta Suor Maria Coſtanza, allora Tereſa Livia voleva, che*
*ſi faceſſe Monaca, ubbidiſſe a ſuoi voleri, e faceſſe tutto quello*
*voleva Lui, che ſe non ſi faceva Monaca, e non ubbidiva, l'*
*averia abbandonata in tutto, e per tutto, e ridotta la più mi-*
*ſerabile, ed infelice Donna, che viveſſe, anzi, che diceva,*
*che l'averia maritata ad un Macellaro per maggiormente*
*avvilirla.*

Secundò ab Eliſabettha Bacchina, quæ erat Uxor Caroli
Curietti, & morabatur tunc temporis in Palatio Marchio-
47 nis, ibi: *Eſſo Signor Marcheſe tutto in un tempo mi diſſe le*
*ſeguenti, o conſimili parole: Mia figlia Monaca la voglio, e*
*Monaca deve eſſere, ſe non altrimente l'abbandonarò, e non*
*la riconoſcerò più per Figlia, e non gli darò alimenti, ne coſa*
*veruna, ne anche un ſputo, & in ciò dire gettò dalla bocca un*
*ſputo, per indicare, che non era per darle nè meno quel ſputo,*
*che gettò per terra: Seguitò a dire: Me ne lavarò le mani, e*
*non gli darò più un ajuto al Mondo, nè a Lei, nè alla Madre.*

Tertiò ab Angela Sartoria, quæ erat Commater Mar-
chionis, & metu Excommunicationis revelavit, ibi: *Il Sig.*
48 *Marcheſe in diſcorſo gli diſſe mezzo turbato, che gli era ſtato ri-*
*ferito, che detta Ragazza aveva avverſione a farſi Monaca,*
*ma che Lui voleva ſenz'altro eſſere ubbidito, e che ſi faceſſe Mo-*
*naca. altrimente l'averebbe abbandonata affatto, e non l'ave-*
*rebbe riconoſciuta più per niente.*

Et quartò denique ad evidentiam comprobantur minæ ab
aliis tribus Teſtibus, productis in Tribunali Cameræ ad effe-
ctum excludendi filiationem ab Arnalda, quæ hodiè acerri-
mè impugnat nullitatem. Iſti enim referunt in ſubſtantia
de ore Marchionis eaſdem minas, à tot aliis noſtris Teſtibus
49 confirmatas, ibi: *Detto Sig. Marcheſe lo ricuſava di fare,*
*dicendo bensì, che ſe ſi foſſe fatta Monaca eſſo gli averebbe fatto*
*la carità di tutte le ſpeſe neceſſarie per la Profeſſione, ſiccome*
*attualmente glie le faceva per l'Educazione:* ( Notetur iſta
magna charitas ) & licèt ſubdant, ipſum dixiſſe. *Che ſe poi*
*aveva eſſa Coſtanza volontà di maritarla, la maritaſſe pure a*
*ſuo piacere con chi ella aveſſe voluto, che Lui non ci voleva en-*
*trare, nè ſpenderci un quatrino*: Ac ulteriùs fatentur non
ſemel protuliſſe hæc verba: *Se è tua figlia penſaci tu, che Io* 50
*non ci ho che fare, nè la conoſco per niente.* Hæc tamem inepta
ſunt ad impugnandam filiationem Th. Liv. Si enim ea non
erat ejus filia, cur Marchio ipſam aluit ab incunabulis more
Nobilium; Cur filiam in actu proportionato nominavit?
Cur Nutrices invenit, & ære ſuo dimiſit ſatisfactas? Cur
eidem duplicatam Dotem conſtituit? Cur ab ea ſolemnem
Recunciationem extorſit? Et cur adeò ſollicitus tot minas, 51
tot Perſonas adhibuit, ut ad Monachatum impelleret, ſi eam
non agnoſcebat in filiam? Planè pro Perſona extera, & in-
cognita vanæ nimis erant tot curæ, & tam profuſa elargitio
pecuniarum à die ejus nativitatis.

Sed his, ac pluribus argumentis omiſſis, quæ filiationem
convincunt, tanquam extraneis à præſenti quæſtione: Duo
ſemper ex dd. Teſtibus notatu digniſſima reſultant: Unum,
quod ſi Thereſia non ſpirituales, ſed carnales Nuptias ele-
giſſet, tunc Marchio: *non ci voleva ſpendere un quatrino*, 52
& in hoc concordant cum noſtris Teſtibus, deponentibus,
Marchionem minatum fuiſſe ſubtractionem Alimentorum;
Et alterum quod tali caſu negabat expreſsè filiationem dictæ
Puellæ reſpectu ſui ipſius, ibi: *Se è tua figlia penſaci tu, che*
*Io non ci ho che fare, nè la conoſco per niente.*

Et in hoc pariter prædicti Teſtes ex adverſo inducti conve-
niunt cum noſtris Teſtibus, qui deponunt, Marchionem 53
minatum fuiſſe, ſe nolle Puellam amplius agnoſcere in filiam,
ut ex eorum confrontatione patet.

Quapropter meritò concludimus, decem eſſe concordes
Teſtes, qui deponunt de minis illatis Th. Liv. ut fieret Mo-
nialis, & illas audiviſſe ab ore proprio Marchionis; quorum 54
quatuor de facto proprio teſtantur, illas retuliſſe eidem Th.
Liv. nempè P. Creſcius, Antonius de Gaſparis, Coſtantia
Curietta, & Rita Conconi. Ex iſtis decem Teſtibus, quin-
que fuerunt formiter examinati, videlicet, Creſcius, de
Gaſparis, Gargarius, Curietta, & Bacchina; Duæ reve-
larunt metu excommunicationis, nempè Sartoria, & Con-
coni; Et denique alii tres fuerunt producti ab ipſamet Ar-
nalda, & conſequenter contra ipſam pleniſſimam conſti-
tuunt probationem, ex vulgatis; Et ſanè ſi in qualibet ma-
teria, etiam graviſſima, duo Teſtes faciunt plenam proba-
tionem, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum,
ut ex ſententia *Bald. & Jaſon.* obſervat *Mogollon. de Met. cap.* 55
10 *§.5. num.*13. *Cucch. Inſtit. moral. lib.*5. *tit.*12. *num.*166. *&*
167. *& Caſtill. contr. Jur. lib.*8. *tit. de Alim. cap* 59. *num.*29.
ubi quod hoc procedit etiam contra qualificatiſſimas perſo-
nas; Quantò magis fatendum eſt, probatas remanere minas
in caſu noſtro ex dd. decem Teſtibus, ubi ratione ſubjectæ
materiæ, quæ ut plurimùm clam, & ſecretò fieri ſolet,
ſpeciale eſt, quod ſufficiat unicus tantùm Teſtis de viſu, ſeu
de facto proprio, & alii de auditu, ſeu junctis adminiculis,
ut egregiè *Caſtill. contr. Jur. dicto lib.*8. *cap.*59. *num.*30. *§.* 56
*Ego ſanè in fin. ubi quod iſta opinio eſt practicanda, & in uſu*
*forenſi ſervanda Ciarlin. contr.*108. *num.*46. *Barboſ. vot. dec.*
77. *num.*112. *lib.*2. *Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ.*7. *gloſſ.*2.
*par.*5. *num.*82. *Cammarat. reſponſ. deciſ* 1. *art.*1. *num.*31. *Rot.*
*loquens in puncto Teſtis Sacerdotis, qui deponebat de facto*
*proprio deciſ* 870. *num.*7. *cor. Emer. Jun.* & reſolvit hæc *Con-*
*greg. Concil. in Mantuana Nullitatis Profeſſionis*, ubi ſub te- 57
ſtimonio unius Ancillæ de viſu, & aliorum de auditu, priùs
conceſſit reſtitutionem in integrum, & deindè declaravit
nullitatem Profeſſionis, quamvis Monialis per 22. annos
ſteriſſet in Religione, prout refertur *in tom.*1. *diſcept. Eccleſ.* 58
*par.*1. *diſcept.*20. *& tom.*2. *par.*1. *diſcept.*9.

Neque minæ ſupradictæ, relatæ à Teſtibus, erant leves,
aut vanæ, ſed graviſſimæ, & aptæ ad terrendum quemcum-
què conſtantem, & conſtantiſſimum Virum, & tantò ma-
gis timidiſſimam, & teneram Puellam: Tria enim conti-
nebant, quæ etiam ſingulariter ſumpta metum gravem infe-
runt; eoque fortius unita; Et primò perpetuam indignatio-
nem Paternam, ut refert P. Creſcius, ibi: *Altrimenti ave-* 59
*ria perſo affatto la grazia ſua*, & concordant alii teſtes, quod
de Jure reputatur malum grave, & vix à filio tolerabile, ut
in puncto probant *Theſaur. quæſt. forenſ.*51. *num.*9. *lib.*1. *San-*
*chez. de Matrim. lib.*4. *diſp.*6. *num.*14. ibi: *Quis enim Vir con-*
*ſtans, aut prudens non reputabit grave malum ſemper coram*
*oculis habere infeſtum Patrem, aut Virum, aut alterum, à*
*quo pendet, & cum quo ſemper verſaturus eſt*: & bene etiam 60
*Hodiern. contr. forenſ. cap.* 16. *num.* 20. *Lezan. dicto conſ.*47.
*num* 90.

num.90. tom.4. ubi referens verba *Caſtri Palai*, ſic ait: *Verùm ſi non ſolùm timet, hanc verecundiam pati cùm negat, quia continuò ſibi objici timet, timetque offenſum auſterum, & implacidum Superiorem habiturum, talis timor ſinè dubio ca-*
61 *dit in Virum conſtantem: Bordon. de Profeſſion. cap.19. num. 27. & 28. Rot. dec.205. num.12. & 13 cor. Buratt. & dec.870. num.16. cor. Emer. & dec.23. num.10. par.12. rec.*

Secundò continebant perpetuam denegationem alimentorum in futurum, ibi: *E non gli averebbe dati più alimenti, nè a Lei, nè alla Madre*. Th. enim Liv. erat Filia naturalis Marchionis, & ab ipſo uſque tunc tractata, & educata fue-
62 rat more Nobilium, cum Nutrice, Famulis, & Curru, antequam ingrederetur Monaſterium, & poſt ingreſſum, cum profuſo tractamento; Hujuſmodi verò tractamentum non poterat aliundè conſequi, nec ſperare, quàm à Marchione, ipſum tamen non facilè poterat in Judicium vocare uti filia, quia in fide Baptiſmatis deſcripta erat tanquam nata à fictitiis Parentibus, & alimenta ſemper receperat per tertias manus, ut conſtat ex recognitione bonæ fidei, reperta in illius hæreditate. Timor igitur amiſſionis hujus nobilis tractamenti, & alimentorum in Puella, omni alio humano auxilio deſtituta, reputari debet graviſſimus, & metui mor-
63 tis æquiparatur; Nihil enim inter ſe diſtant, quoad effectum, ferro, aut veneno mori, vel mediante ſubtractione, vel denegatione alimentorum, ut ad noſtrum propoſitum obſervat *Sanchez. de Matrim. lib.4. diſp.5. num.25. Tiraquell. de Nobil cap.31. num.269. Alexandr. Placit. judicial 87. numer.20. & 21. par.2. Bordon. de Profeſſion. cap.19. num.60. Panimoll. deciſ.102. annot.1. num.6. Rot. deciſ.9. num.13. cor. Arguell. deciſ.27. num.11. deciſ.98. num.7. & 8. cor. Peuting.*
64 cum quibus ex hoc præciſo motivo denegationis alimentorum proceſſit Congreg. Concil. declarando nullam aliam Profeſſionem, à filia emiſſam in *Lingonen.* 2c. *Septembris*
65 1715. ut videre eſt *in tom.1. diſcept. Eccleſ. par.1. diſcept.4. per tot.* & concordat *P. Anacl. in Jus Canonic. lib 3. tit.31. §.6. num.165.*

Nec obſtat, quod filia potuiſſet recipere alimenta à Matre, quæ erat dives; quia hæ divitiæ non aliter verificantur, quàm ex ideali aſſertione, & quatenus etiam aliundè probarentur, attamen ad effectum, de quo agitur, non relevarent; Quia
66 ipſamet Mater, adhærens voluntati Marchionis, pluries proteſtata fuit, ſe non poſſe cum ſuis facultatibus eidem filiæ ſubvenire, ibi: *Anzi gli ſoggiungevo, che io da me ſola, non la potevo ajutare, ſe ci mancava il ſoſtentamento di detto Signor Marcheſe*: Ita ut jure merito Th. Liv. reſpondere coacta fuit, ibi: *E Lei mi riſpondeva, che biſognava farlo, già che Lui voleva così, perchè non aveva un Padre, ma un Tiranno, mentre gli voleva far fare una coſa contra ſua volontà*.
67 Ex quo ſequitur, quod etiamſi Mater potuiſſet alere filiam, quod in facto minime ſubſiſtit, adhùc filia nullam ſpem conſtituere poterat ſuper facultatibus Matris, quæ ſuæ voluntatis repugnantiam, & ſui Patrimonii inſufficientiam æque declaraverat, ac oſtenderat.

Cœterùm admittamus etiam per malam hypotheſim, quòd Mater potuiſſet, & in ſpretum Marchionis voluiſſet alere filiam de proprio, quod meram fabulam ſapit; Aliud tamen erat recipere alimenta à Marchione Viro ditiſſimo,
68 cum Curru, & Famulis, extra Monaſterium, & in Monaſterio profuſis pecuniis, & muneribus. Et aliud erat alimenta recipere in Domo Matris ad meram naturæ neceſſitatem, & cum inevitabili anguſtia ob tenuitatem bonorum maternorum; Quamobrem cùm damnum, quod Pater minabatur, nempe denegatio alimentorum more Nobilium, quæ ante præſtare conſueverat, eſſet graviſſimum, & magnæ conſiderationis, hoc ſufficit, ut incuſſus dicatur metus gravis, & juſtus, etiamſi Puella metum paſſa remanere potuiſſet aliundè proviſa pro ejus ſuſtentatione ad meram naturę neceſſitatem ad *Text. in leg Propter litem ff. de Excuſat. Tutor. cap.1. de Reſtit. ſpoliat.* ut præter deductos *Gonzal. in cap.*
69 *2. de His, quæ vi, met. cauſ. ſi Farinac. in Fragment. par. 2 Verbo Metus fol.387. Sanchez. de Matrim. lib.4. diſput.5. num.20. & ſeqq. Pont. de Matrim. lib.4. cap.4. num.9. Bordon. de Profeſſ. cap.19. ſub num.26. verſ. Amiſſio enim majoris partis bonorum, Rot. deciſ.326. num.19. & 20. cor. Ludoviſ.* ubi: *quamvis filiæ remaneret integer majoratus, ad quem ex perſona propria erat vocata, adhuc timor amittendi melioramenta in eodem majoratu facta à Patre, reputatus fuit ſufficiens ad annullandum matrimonium*.

Tertiò denique præſeferebant præfatæ minæ denegationem propriæ filiationis, ut referunt Teſtes producti ab Ar-
70 nalda in Tribunali Cameræ, ibi: *Se è tua figlia penſaci tu, che io non ci ho che fare, nè la conoſco per niente*: & concordat, E. B. ibi: *Altrimenti l'abbandonarò, e non la riconoſcerò più per Figlia*: & R. C. *Altrimenti minacciava di non volerla riconoſcere più per Figlia*; & alii Teſtes, qui uno ore concludunt: *che l'averebbe abbandonata affatto, nè l'averebbe* 71
*riconoſciuta più per niente*.

Ex hiſce autem comminationibus, metus omnium maximus oriebatur, nam dicta Puella in eo infeliciſſimo ſtatu poſita erat vivente Patre, ut nullo modo poſſet ejus filiationem probare quippè fides Baptiſmatis, ut ſupra innuimus, oſtendebat eam natam à fictitiis Conjugibus, qui nunquam fuerunt in rerum natura, neque tunc ipſa habebat de- 72
clarationes circa præſtationem alimentorum, dotationem, & renunciationem, quæ poſtea ſupervenerunt, & repertæ fuerunt in illius hæreditate; Ac denique non habebat Teſtes, formiter examinatos ſuper ejus filiatione, qui poſtea in Cauſa Succeſſionis inducti fuerunt à Monaſterio. Quamobrem 73
cùm totus ſtatus ejus perſonæ, & filiationis tunc penderet ab agnitionibus Marchionis, & à tractamento filiæ proportionato, & hæc omnia, quæ pendebant à ſimplici nutu, & arbitrio Marchionis, ſtatim amiſſura fuiſſet ſupradicta Puella, ſi recuſaſſet fieri Monialis, & ubi priùs tractabatur, & honorabatur ab omnibus uti filia Marchionis Pallavicini, niſi ſuſcepiſſet habitum Religioſum, ſtatim evaſiſſet vilis, & miſerabilis, prout Pater minabatur, ibi: *E che le averebbe fatte divenire le più meſchine, che foſſero in Roma*: Profectò ex hac interverſione ſtatus propriæ perſonæ non oritur ſimplex metus, cujus cognitio remiſſa ſit arbitrio Judicis, an ſit gravis, nec nè; ſed oritur metus talis, à quo Judex non poteſt declinare, quia canonizatur pro maximo in Textu litterali in *leg. Iſti quidem ff. de Eo, quod met. cauſ.* ibi: *Qui Inſtrumenta Status mei interverſurus eſt,* 74
*niſi dem, non dubitatur, quin maximo metu compellar, Bartol. in leg. Interpoſitus Cod. de Tranſact. Cephal. conſ.295. numer.10. Hermoſill. ad ll. partit. leg 56. gloſſ.3. tit.5. par.5. numer.33. Gonzal. in cap.1 de His, quæ vi, met. cauſ. fin. numer.13. Pont de Matrim lib.4. cap.4 num 3 Farinac. in Fragment. crimin. par.2. verbo Metus fol.391. num.114. Panimoll. deciſ.102. annot.1. num.5. & ſeqq. num.25. & 26. Carena reſol.81. num.40. Bordon. de Profeſſion. cap.19 ſub num.26. verſ. Amiſſionis etiam*, & *num.60. Ciarlin. contr. forenſ cap.108. num.55. Alexand Placit. judicial.87. num.21. par.2. Sanch. de Matrim. lib.4. diſp.5. num.6. in fin*, ubi referendo *Gloſſ cum Joanne*, ibidem citato, ait, id procedere: *licèt alias probationes ſuæ libertatis habeat, quia poſſibile eſt, eas non fore ſufficientes, & ut ſua libertate privetur: Rot deciſ.54. num.2. par.18. rec.* ubi de ſolo timore amittendi Scripturas, quibus 75
probari poterat major pars bonorum, *Riminald. dicto conſ. 215. num.59. 60. & 62.* ubi loquitur de minis, illatis filiæ naturali, & *Rot. deciſ.23 num.1. & 3. par.12.* ubi loquitur de minis illatis filiæ adoptivæ.

Augetur in immenſum metus ex una parte, perſpecta perſona Patris, ejuſque conditione (loquimur enim de Viro 76
omnibus cognito) ex alia verò conſiderando qualitatem filiæ; Pater enim Vir erat ſeverus, terribilis, cæcæ obedientiæ cupidus, & propoſiti ſui tenaciſſimus, & ut meliùs deſcribunt Teſtes, *cocciuto, violentiſſimo, molto impreſſionato, fiero, e beſtiale*; & ipſemet gloriabatur de hiſce qualitatibus, ut refert A. de G. ejus Magiſter Domus, ibi: *Io ſono un'Uomo, che quando mi metto in teſta una coſa, così la voglio, e così à da eſſere*. Ex hac igitur crudeli, ſevera, & violenta in-
dole Patris, adeò remanet probatus metus, ut ſola reverentia 77
eidem de Jure naturæ debita, juncta cum ejus ſeveritate, & aſperitate, abſque alia probatione minarum, ſatis eſt ad reſcindendum quemcumque contractum, benè *Theſaur. q 51. lib.1. à num.23. uſque ad 25.* ubi quod ſola Viri beſtialitas no- 78
toria, ſufficiens erit, *Hermoſill. ad ll. partit. gloſſ 2. leg.56. tit.5. par.5 num.29. & 30. Caſtill. contr. jur d lib 8. cap.59 num.40. §. Et hactenus*, ibi: *Vultum potentis terribilem, abſque minis incutere juſtum metum, quia virtualiter clauduntur ibi minæ: Bordon. de Profeſſion. quæſt 19. num.27. & 28.* optimè *Corrad. in Prax. diſpenſat lib.5. cap 14. num 10.* & priùs *ſub num.8. Lezan. conſult.47 num.67. tom.4.* ubi refert, & ſequitur *Bartholomæum de Vecchis in Prax. novit. diſp.13. dub.12. num.19* ibi: *Sicut in muliere ſufficit metus reverentialis ad reſcindendum contractum, quando habet Virum rigoroſum, iracundum, & ſolitum inferre injuriam his, qui illius mandatis non parent &c. Ita pari ratione hic metus reverentialis cenſetur ſufficiens ad irritandam profeſſionem, cauſa hujus timoris emiſſam à filio, vel filiis, talem Patrem habente, quod confirmatur, nam reverentia cum ſeveritate;* 
*& terribilitate cenſetur ſufficiens pro juſto metu*: Cum quibus 79
in punctualibus terminis alterius Genitoris, æque terribilis, ac inhu-

ac inhumani, ſe declarantis: *che voleva far monacare la Fi-
glia, voleſſe, o non voleſſe, e che ſe non entrarebbe nel Mona-
ſtero, non la voleva conoſcere per Figlia*: proceſſit Congreg.
Concil. *in Melevitana* 15. *Septembris* 1703. ut videre eſt *in
tom.2. diſcept. Eccleſ par.2. diſcept.21. per tot.* & ſignanter
*num.26. & 54.*

E' converſo autem agebatur de Puella, in minori ætate con-
ſtituta, & ſui natura timidiſſima, omnique humano auxilio
deſtituta, itaut ob magnum timorem Patris, auſa nec fuit
ſecretam, & ſigillatam proteſtationem emittere in actis ali-
cujus Notarii, ſuſpicans, & juſtè timens, quod ſi iſte actus,
in Officio permanens, ad notitiam Patris deveniſſet, iſte
capax fuiſſet, ob naturalem ejus feritatem, etiam intra
Monaſterium veneno eam occidere, ut refert D., ibi:
80 *Nondimeno Lei reſtò ferma di non porre in eſſecuzione, nè fa-
re alcuna dichiarazione, o proteſta, perche dubitava, che
ſcuoprendoſi ciò, il Sig. Marcheſe ſuo Padre era capace di farla
avvelenare dentro il Monaſtero*: Quæ circumſtantiæ minoris
ætatis, & timiditatis Puellæ in gradu quodam ſuperlativo
comprobant metum, quia faciliùs concutitur Minor, quàm
Major, & faciliùs Mulier, quàm Maſculus *Gloſſ. in cap.*
81 *Cum locum* 14. *verb. Metus de Sponſal.* itaut omnes convenire
videantur quod reſpectu Mulieris non requiratur ille metus
cadens in conſtantem Virum, ſed reverentialis, tantùm,
adjunctis adminiculis reclamationis, & ſeveritatis Incu-
tientis ſufficiat, & operetur, ad inſtar coactionis in maſcu-
lo, ut docent in ſpecie annullandæ Profeſſionis *Cutell. de
Donat. tract.1. diſc.2. partic.3. num.37. & ſeqq. Corrad. in
Prax. diſpenſat. lib.5. cap.14. num.9. & 10. Carena reſol.81.
num.11. & 12. Bordon. de Profeſſion. cap.19. num.6. & num.53.
Valenzuel. conſ.148. num.46. Rot. deciſ.9. num.38. cor. Arguell.
deciſ.205. num.21. cor. Burat. & deciſ.620 num.1. cor. Merlin.*
82 & faciliùs perſona timida, quàm fortis, *Rot. dec 620. num.2
cor. Merlin. & deciſ.326. num.27. cor. Ludoviſ. & deciſ.374.
num.17. cor. eodem*, ibi: *Sed ſufficeret, quod Marchioniſſa
probabiliter ſuſpicari potuerit de morte, aut cruciatu*, cum
aliis concordan. cumulatis in *tom.1. diſcept. Eccleſ. par.1. di-
ſcept.4. num.23. & par.2. diſcept.20. num.47. & 48.*

Et ſanè omni humano auxilio deſtituta erat, nam ſi ipſa
recurrebat ad Matrem, jam pluriès ab ejus ore audierat,
83 quod de proprio ejus indigentiis ſubvenire non poterat, ibi:
*Anzi gli ſoggiungevo, che io da me ſola non la potevo ajutare
con il mio, ſe ci mancava il ſoſtentamento di detto Sign. Mar-
cheſe*: Præterea Mater ipſa mulier erat timidiſſima, eam-
que Marchio ſub rigoroſo jugo, & imperio retinebat, & nè
unquam ab ejus ſervitute recederet, retinebat apud ſe pecu-
nias hæreditarias maternas, & ulteriùs omnem conatum
adhibuit, nè matrimonium cum aliis contraheret, & ideò
nec mater poterat, nec unquam auſa fuiſſet Filiæ adhære-
re, & præceptum Marchionis contemnere, ut refert D. &
concordant D. B.

Si verò recurrebat ad Carolum Curiettum ejus Avuncu-
lum (alios enim Conſanguineos, ſeu Affines non habebat
84 in hoc Mundo) iſte etiam addictus reperiebatur ſervitio
Marchionis in qualitate Cubicularii, & non ſolùm ab eo
nullum auxilium, nullumque conſilium ſperare poterat,
quia ipſe, nè amitteret ſalarium, nevè dimitteretur à ſervi-
tio Marchionis, erat potiùs ejus Miniſter, & Mandatarius
in denunciando minas Paternas, cui etiam ſeverè, & con-
tinuò Pater imperabat, ut induceret Puellam ad ſuſceptio-
nem habitus Religioſi, ut teſtatur B ejus Uxor; Jure igi-
tur meritò altè declamando, & irata reſpondit P. Creſcio,
85 ibi: *Già che per me non vi ſarà niſſuno, che mi ajuti, biſo-
gnarà, che io faccia a ſuo modo, contro però la mia volontà*:
& Conſtantiæ ejus Matri: *Lei mi riſpondeva, che biſogna-
va farlo &c. perchè non aveva un Padre, ma un Tiranno*;
Iſta etiam circumſtantia, unita cum naturali timiditate,
qualitate ſexus, & minori ætate, comprobat ad evidentiam
metum, ut in puncto obſervat *Lezan. dicto conſult* 47. *nu-*
86 *mer.106. tom* 4. ibi: *Nihilominùs pro comperto eſſe debet pro-
bare omninò præfatum metum, reſpectu Puellæ Virginis qua-
tuordecim annorum, & humanis quibuſcumque auxiliis deſti-
tutæ, & ſub Patris rigidi, & ſeveri ferula conſtitutæ.*

Hiſce accedunt perpetua averſio ſtatui Religioſo, etiam
ab infantili ætate, ut ad rem obſervant *Rimnald. jun conſ.77.
num 24. inter conſil. Matrim. Rot. cor. Ludoviſ. dec.326. num.7.*
87 Et magis in ſpecie *Ciarlin. contr.108. num.48.* Continuæ la-
crymæ, conqueſtiones, & querelæ publica vox, & fama
in Domo, & Vicinia, in Eccleſia, & Vicinia Monaſterii;
Cauſa motiva, & finalis, qua Marchio motus fuit ad incu-
tiendum metum; & denique continuum inadimplementum
Regulæ; quæ omnia ſimul ſumpta, prout in hac materia
fieri ſolet, & faciendum eſſe monent adducti à *Barboſ. vot.
deciſ.16. num.56. & Rot. deciſ.25. num.27. cor. Arguell.* adeò
evidenter probant metum, & conſequenter nullitatem pro- 88
feſſionis, ut impoſſibile penitus ſit inter hanc naturalem
averſionem, inter tot lacrymas, & querelas colligere illam
liberam, & ſpontaneam voluntatem, quæ pro ſubſtantia
actus eſt ſimpliciter neceſſaria in profeſſione emittenda, ex
adductis per *Honded. conſ.29. num.23. & 49. Hermoſill. ad ll.* 89
*partit. l.56. gloſſ.1. tit.5. partit.5. num.73. Barboſ. vot. dec.77.
num.110. & 111. Rot. deciſ.978. num.5. cor. Seraph. deciſ.114.
n.4. & dec.135. n.12. par.5. rec. & dec.9. nu.81. cor. Arguell. &
dec.326. nu.40. & ſeq. cor. Ludov.* & magis in puncto *Ciarlin.* 90
*contr. forenſ.108. num.48. & 53 & 54. Bertacchin. vot. dec.13.
nu.6. & Bordon. de Profeſſ. cap.19. num.38.*

Probatis igitur metu, & minis, opus non eſt inſimul pro-
bare, quòd Marchio ſolitus eſſet exequi eaſdem minas. Ul-
tra quod enim hujuſmodi etiam ſolitum in Marchione, ple- 91
nè cognito, probatione non indiget, & tamen probatur à
teſtibus formiter examinatis, & ab altero, qui metu ex-
communicationis revelavit. Adhuc inconcuſſa eſt apud Do-
ctores opinio, quòd in Patre, vel altera perſona, cui debe-
tur reverentia, neceſſaria non eſt hujuſmodi probatio, ſed
ſufficit ſola potentia nocendi, & timor poſſibilis executio-
nis, nec quis debet expectare, quòd verificetur aliorum ſo-
litum in ſe ipſo, ut declarando *Sanchez*, alioſque paucos, 92
contrariam opinionem ſectantes, docent *Ciarlin. contr. fo-
renſ. cap.108. num.4. & ſeqq. Pereira deciſ 30. num.7. Caſtill.
contr. Jure dicto lib.8. cap.59. num.53. §. E' contrario, & §.
Ego ſanè*, ibi: *Ego ſanè ſecundam hanc opinionem conſtan-
ter, & ſecurè retineo, quam, & veriorem, & in actu practi-
co tenendam omninò arbitror, nempè, quòd probatis minis* 93
*illius, cui reverentia debetur, hoc eſt, Maritis, Patris,
aut alterius Superioris, neceſſe non ſit, quod minans ſolitus
ſit minas exequi &c.* & benè *Rot.* pluribus relat. *dec.870. nu.16.
cor. Emerix jun.*

Verùm hic res non ſtetit in ſola potentia nocendi, ſed
inhumanitas, & barbaries Patris ulteriùs progreſſa fuit, nam 94
minas illas denegationis alimentorum in futurum, quas om-
nibus teſtibus proponebat, & Puellæ relatæ fuerunt, cum
effectu executioni demandavit, tàm contra filiam, quàm
contra Matrem; Et quidem contra filiam, quando in Inſtru-
mento Renunciationis deſuper extorto (nullo priùs, nec in
obulo, conſtituto Livello) coegit eam renunciare etiam
ſupplemento alimentorum, & hæc denegatio. Livelli ad 95
eum præciſum finem, & effectum directa fuit, nè umquam
adverſus violentiam ſibi illatam, poſſet reclamare, ut ex
ore ipſiuſmet Marchionis teſtatur teſtis contra etiam Ma-
trem; Nam anno 1710. tempore, quo violentiùs Puellæ ve-
xabatur, ut invita conſenſum ſuum accommodaret ſtatui
Religioſo, & præciſè de menſe Maii ejuſdem anni, noluit
ampliùs Marchio ſubminiſtrare de proprio Conſtantiæ Cu-
riettæ alimenta, prout antea conſueverat; Adeout ipſa ad 96
ſibi comparandum victum neceſſe habuit conſumere proprias
pecunias à Marchione retentas, quas tamen dicto Marchio
conſignare noluit, niſi priùs reportata receputa ab eadem
Conſtantia, cum conditione excomputandi dictam ſummam
cum ſuo credito, quæ fuit reperta in hæreditate Marchionis,
& fuit exadverſo producta ad diminuendum dictum credi-
tum; Ex hiſce autem circumſtantiis, quæ reſultant ab acti- 97
bus publicis, non ſolùm mirabiliter comprobantur minæ re-
latæ à noſtris teſtibus circa denegationem Alimentorum;
Sed ulteriùs ad hominem comprobatur effectiva illorum de-
negatio, & executio, nec melior, aut major earum proba-
tio in hoc Mundo dari poteſt, quam ab effectu ſequuto, ut
egregiè ponderat *Cravett conſil.49. num.9. lib 1.*

Nec quidquam facit, quod incuſſio metus requiratur in
ipſo actu profeſſionis, & probatio facta de tempore antece-
denti, ob poſſibilem mutationem voluntatis, non ſuffrage-
tur, juxta authoritates, exadverſo laudari ſolitas, & ſi-
gnanter *Laderch. conſ.17. num.2 Pariſ. conſ.10. num.56. lib.1* 98
*Zaul. ad Stat. Favent. rubr.44. lib.3. tom.1. num.12. Ric. dec.
Neapol.110 num.25. part.4. Rot. cor. Mantic. dec.142. num.4.
& deciſ.516. num.19. par.5. deciſ.301. num.28. par.11. & deciſ.
514. num.7. par.18. rec.*

Siquidem præfatæ authoritates, vel non loquuntur de hac
materia, prout eſt *dec.142. cor. Mantic.* Vel procedunt quan-
do metus, neque à principio fuerat probatus, & metum paſ- 99
ſus erat in plena libertate, & habebat ad quos confugere poſ-
ſet, prout eſt caſus *dec 516. num.19 par.5. rec.* Vel denique,
quando tempore Profeſſionis ceſſaverat jam cauſa metus, &
in his terminis loquuntur, & intelligi debent omnes alii, qui
exadverſo allegantur, & ſignanter *Laderch. Zaul. Ricc. &
Pariſ.*

100 Pariſ. in objecto adducti, ut declarat *Caren. reſol.81. num.34.*
*Deciſ.* verò 600. *par.4. rec. tom.1.* loquitur ſine Doctore, &
101 unica tantùm Parte informante emanavit, & ideò non venit attendenda, ex animadverſis per *De Franchis dec.278. nu.6. & Conſtantin. ad Statut. Urb. annot.63. art.2. num.289.* optimè *Panimoll. dec 102. adnot.1. num 41. & adnot.2. num.12. Rot. cor. Seraph. dec.1166. num.1.* ibi: *Conſtitutum enim jam fuit, conſtare de ipſius metu ante tempus ingreſſus Monaſterii, uſque ad ingreſſum, quod quidem initium malum influit in omnes ſequentes actus, & tempora, durante eadem cauſa metus.*

102 Cœterùm objectum in hypotheſi noſtra penitus ceſſare noſcitur, quia tempore præciſo profeſſionis, vigebat adhuc Inſtrumentum Renunciationis, in quo aderat expreſſa denegatio Alimentorum in futurum, & durabat adhuc eadem cauſa metus: Abſolutum autem eſt in jure, quòd ubi durat eadem cauſa metus, & eadem potentia nocendi de tempore actus, tunc ſufficit pro illius nullitate, quòd minæ præceſſerint, nec opus eſt, quòd actu inferantur; Quia impoſſibile eſt, quòd in Eccleſia coram Epiſcopo, & aliis Viris Eccleſiaſticis, qui Profeſſioni aſſiſtere ſolent, minæ in illo inſtanti inferri poſſint, & ideò exuberat de Jure, quòd præceſſerint, & vigeat eadem cauſa metus, & eadem potentia, & occaſio
103 nocendi, ut actus, quamvis maximo intervallo poſtea ſequutus, reputari debeat meticuloſus, & nullus, *Valenzuol. conſ.29. num.44. Azzeved. diſquiſit.19. num.15. & 16. Hermoſill. ad ll. partit. gloſſ.2. leg.56. tit.5. partit.5. n.22.* ibi: *Etiamſi minæ ex maximo intervallo ante contractum præceſſerint* -- & in his terminis etiam *Gomez var. reſol. tom.2. cap.14. num.27. Ciarlin. contr. forenſ. lib.1. cap.108 num.56. Bordon. de Profeſſ.*
104 *cap.19. num.51.* ibi: *Tum quia initium metus reſpicit, & inficit omnes actus ſubſequentes, cùm ab eo dependeant. Barboſ. vot. deciſ.77. num.17. Rot. dec.373. num.10. par.18. rec & deciſ.98. num.15. cor. Peutinger.* & probavi *in tom.1. diſcept. Eccleſ. par.1. num.44.* ubi referuntur triginta duæ punctualiſſimæ reſolutiones S. C. & *num 49.* refertur alia æquè individualis reſolutio S. C. E. & R. Quibus additur alia æquè
105 punctualis, ac recens reſolutio S. C. E. in *Præneſtina 12. Novembris 1717.* ad relationem *Card. de Abdua*, ut videre eſt *in tom.3. Diſcept. Eccleſ. par.1. diſcept.7. per tot.* & ſignanter *num.41.* quæ non poteſt eſſe magis punctualis

106 Durare autem dicitur eadem cauſa metus quouſque vivit ille, qui metum intulit, & eadem potentia nocendi, quouſque eſt in ejus poteſtate exequi, quod minabatur, quorum utrumque hìc verificatur, quia tempore emiſſæ Profeſſionis vivebat Marchio Pallavicinus, & unicè pendebat ab ejus arbitrio præſtare in futurum dicta alimenta, & agnoſcere in filiam eandem Monialem, & ideò negari non poteſt, quod durabat idem metus, *Soccin. jun. conſ.77. num.53. vol. primo, Corn. conſ.41. lib.2. num.14.* ibi: *Et Judex debet arbitrari, quòd metus duret, & perſeveret, donec durat eadem*
107 *poteſtas; Licèt enim actus fiat ex intervallo, ſi durat eadem poteſtas inferendi metum, & malum, quod timebatur, cenſetur durare metus* -- & *num.15.* ibi -- *Quia tamen durabat potentia nocendi poſteà, prout priùs, cenſetur durare idem metus* -- *Rot. deciſ.205. num.19. cor. Buratto*, & admittunt etiam Doctores, in oppoſitum allegati, nempè *Pariſ. conſ.60. num.34. in fin. Zaul. ad Statut. Favent. rub.44. lib.3. num.20. tom.1. Ricc. dec. Neapol.15. num.5. & ſeqq. par.2. & deciſ.110. n.25. p.4. & Sperell. dec.80. n.4.* & latè monent in terminis noſtris *Cutell. de Donat. diſc.2. partic.3. num.32. & 42. Ciarlin. contr. forenſ.108. n.56. lib.1. Bordon. de Profeſſ. cap.19. n.40. Pilaja dec. Pontific. lib.1. dec.12. n.21.* & ità præciſè objectum contrarium diluendo reſpondet *Panimoll. dec.102. n.12. & ſeq.*

108 Minuſque officit, quòd in Urbe ob facilem recurſum ad Principem, alioſque Superiores, dari non poſſit metus, & revolutis integris Codicibus Deciſionum, nulla inventa ſit ſub titulo *Romana Nullitatis Profeſſionis* ex cauſa metus; Siquidem ſi perlegiſſent *dec.23. par.12. rec. & dec.975. & 994. cor. Dunozzett. jun.* utique agnoviſſent, quòd etiam in Urbe dari poteſt incuſſio metus, quia in dd. Deciſionibus annullatum fuit matrimonium carnale, quod pari paſſu procedit in hoc puncto libertatis, cum matrimonio ſpirituali, ex cauſa metus, illati à Parentibus adoptivis Filiæ adoptivæ, qui caſus valdè fraternizat cum noſtro; Prout etiamſi percurriſſent Folia Cong. inveniſſent ſub illo diei 5. April. 1704. alium caſum profeſſionis in Urbe per vim, & metum emiſſæ; ſub titulo *Romana*
109 *Reſtitutionis in Integrum*, in qua Philippus Antonius à S. Petro, conſtitutus in etate annor. 25. in Urbe per vim compulſus fuit à Patre ad ingrediendum, & profitendum in Religione S. Baſilii, juxta verba illa Folii, & dicta die diſtributi: *Genitore cogente, mediantibus reiteratis violentiis, ac minis, cum effectiva ejectione à propria Domo, Alimentorumque alienatione.*

Ceſſat penitus objectum in caſu noſtro, tum quia nec Puella 110
poterat recurrere ad Principem, nec Princeps ipſe poterat occurrere damnis, eidem comminatis, quatenus ipſa reclamaſſet; Et quidem non poterat ipſa recurrere ad Principem, quia, ut diximus, & opportunè repetimus, omni conſilio, & humano auxilio deſtituta erat, & adeò timebat Patrem, ut neque auſa fuerit ſecretam, & ſigillatam proteteſtationem emittere in Actis alicujus Notarii, & tantò minùs, tam grandi timore detenta, recurrere potuiſſet ad Principem; Neque ad hunc effectum attendi debet facilitas recurſus ex parte Principis, ex quo ſcilicèt pro ejus connaturali clementia, omnes Recurrentes incomparabili benignitate excipiat, audiat, & 111
defendat, ſed inſpici debet facilitas, ſeu modus, & poteſtas recurrendi ex parte Puellæ, in qua penitus deficiebat, dum ſummo timore, etiam mortis perterrita erat, præſertim dum clauſa erat in Monaſterio, ut in puncto *Cammar. d. reſp.1. art.2. n.60.* ibi: *Et dum intrà Monaſterii ſepta detinebatur, non poterat* (ut perperam exadverſo prætenditur) *ad Superiorem habere recurſum*, & in ſpecie conſiderat *Ciarlin. contr.108 n 65. lib.1. Rot. cor. Seraph. dec.1166. ſub num.1.* 112

Minuſque poterat Summus ipſe Princeps occurrerè damnis, eidem Puellæ comminatis, quatenus etiam de vi illata audi- 113
viſſet querelas: Etenim Puella nequibat oſtendere fidem Baptiſmatis pro obtinendis Alimentis more Nobilium à Marchione, quia in ea deſcripta erat tanquam nata ex fictitiis Parentibus, nec alia documenta tunc habebat ad probandam ſuam filiationem, quæ unicè tunc pendebat ab agnitionibus Marchionis; Et ideo juſtiſſimus Princeps poterat quidem impedire monachationem, conſtito, quòd metu extorquebatur, ſed non poterat impedire damna, Puellæ comminata, quia ſine documentis filiationis non poterat cogere Marchionem ad ſubminiſtrandum Alimenta more Nobilium, nec ad agnoſcendam eam in Filiam, & conſequenter cùm facilis recurſus 114
ad Principem nihil ſuiſſet profuturus quoad mala, quæ timebantur, conſiderari nequit ad excluſionem metus, ut benè *Tuſc. in verb. Metus concluſ.223. n.12. Rot. dec.75. num.13. cor. Peutinger. & dec.54. num.11. par.18. rec.* & optimè in puncto 151
concludit *Lezzan. d. conſult.47. n.128. t.4.* ibi: *Idem reſponderi poteſt ad aliam objectionem, quæ fieri poſſet, ſcilicet, potuiſſe hanc Puellam recurrere ad Magiſtratum Civitatis, & ita liberari à metu ſibi incuſſo: Hoc enim videtur chimericum, ſpectata etate; & qualitate Puellæ, & potentia, ac authoritate magna Patris.*

Oppreſſi contrarii Scribentes à tot inevitabilibus fundamentis, ad hominem comprobantibus metum, poſtquam ferè 116
per triennium cavilloſis interpretationibus dicta noſtrorum teſtium diſcuſſerunt, & Interrogatoria more Criminaliſtarum dederunt, toti converſi ſunt ad perſonales exceptiones adversùs eoſdem teſtes, & ſignanter contra P. Creſcium, & Antonium de Gaſparis, qui deponebant de facto proprio; Etenim contra primum, quamvis eſſet Religioſus, Sacerdos, & Confeſſarius, & ſub ſuo formali examine, abſque ulla retractatione defunctus, adhuc auſi fuerunt contra mortuum 117
invehire, ejuſque famam denigrare, ſupponendo, quòd ipſe eſſet lubricus, ſcandaloſus, & rei venereæ deditus, & ſignanter, quòd plura ſcandala excitaverit in Terra Mareni, ubi continuò morabatur.

Contra ſecundum verò gratis ubique ſuppoſuerunt, quod captus eſſet amore Conſtantiæ Curiettæ Matris, eamque 118
deſponſare intenderet poſt reportatam victoriam Cauſæ ſuper ſucceſſione in Tribunali Cameræ.

Pro congrua autem reſponſione præmittendum eſt, quoad P. Creſcium, quòd agnoſcentes Oppoſitores præjudicium maximum, quod eiſdem evenire poterat, ſi dictus Religioſus veritatem propalaſſet, omnem adhibuerunt conatum, nè ſe ſubjiceret examini; Et primò curarunt, mediante quodam 119
Religioſo Januenſi, qui ad Conventum in Terra Mareni oblectamenti cauſa, & forſan data opera, acceſſerat, eidem ſuadere, nè fidei ſe ſubſcriberet ſuper minis illatis Puellæ, ut ſcribenti in Facto faſſus fuit, dum vivebat d. P. Creſcius; Secundò interceperunt Epiſtolam reſponſivam ejuſd. P. Creſci, in qua explicabat motiva, ex quibus detinebatur, nè ſe ſubſcriberet 120
Minutæ ſibi tranſmiſſæ; Et hanc Epiſtolam, quæ ad manus noſtras pervenire debuiſſet, præter omnem expectationem, productam vidimus in Actis ſub nomine Monaſterii. Tertiò ſubſcripta deindè Fide à d. P. Creſcio favore Puellæ, & correcto æquivoco primę Minutę, dum formale examen incipiendum erat ſummo mane quidam tentavit eum, ut in ejus 121
examine refert d. P. Creſcius; Et quartò tandem ſuphiſticas, inſubſiſtentes, & ideales exceptiones allegarunt contra ejus dicta, ſpatio duorum ferè annorum, ſed fruſtra, quia attenta ejus qualitate Sacerdotali, integritate religioſa, & depoſitione de facto proprio, adminiculata à tot aliis Teſtibus, &

hod-

hodiè corroborata ab ejus morte, plena fides eidem præſtan-
da erat, & eſt, ut in individuo noſtri caſus probat *Rot.* de alio
teſte Sacerdote *dec.870. num.6. cor. Emer. jun.* ac generaliter,
quod Sacerdoti, & Religioſo fides adhibenda ſit in qualibet
122 materia, egregiè *Rot. in Romana Matrim. 20. Aprilis 1668.
§. Et licèt cor. Card. Carpineo, & in Cajetana Matrim. 28.
Junii 1638. §. In præſenti num. 4. cor. Card. Matthæjo, & in
Romana, ſeu Peruſiana Filiationis 13. Martii 1690. §. Non
obſtat, cor. Card. Caprara,* & in ſubjecta materia metus
123 probandi *Sperell. dec. 75. n. 46. Pedrocch. conſ. 17. n. 7. 75. & ſeq.*
Agnoſcentes igitur, ut dicebamus, contrarii Scribentes
irritos, & inanes evaſiſſe tot conatus, & artificia, in limine
ferendæ Sententiæ ab Auditore Card. Vicarii, quinque teſtes
produxerunt ſuper mala qualitate tam d. P. Creſci, quàm d.
Antonii de Gaſparis, qui tanquam calumnioſi, & mendaces
124 omninò repellendi ſunt; Primò, quià ferè omnes ſalariati
erant de tempore eorum examinis ab hæreditate Marchionis
Pallavicini, cujus jam Dominum ſe jactabat Oppoſitor; &
ideò intrat regula, quod teſtis ſalariatus nihil probat, ex cu-
mulatis *in tom. 2. Diſcept. Eccleſ. par. 1. diſcept. 29. num. 14.* Se-
125 cundò, expiſcati fuerunt poſt diſcuſſa dicta teſtium per plures
annos, & in limine expeditionis Cauſæ, quo caſu de Jure
præſumuntur ad opportunitatem cauſæ adaptati, & magnus
ſubeſt timor ſubornationis, egregiè *Carcer. var. reſol. cap. 20.
n. 34. p. 1. Gonzal. in cap. Fraternitatis n. 4. de Teſtib. Rot. dec.
228. per tot. par. 2. rec.* Tertiò convincuntur de mendacio,
tam reſpectu P. Creſci, quàm reſpectu Antonii de Gaſparis,
tum quia deponunt res valdè inveriſimiles, tum etiam quia
reſpectu P. Creſci detegitur, & convincitur eorum calumnia
ab aliis teſtibus Sacerdotibus, & Civibus Terræ Mareni, qui
126 deponunt de bona fama, & optima opinione ejuſd. Religioſi,
abſque eo quod unquam ullum, vel minimum ſcandalum de-
derit, nec aliquid contra ejus bonam famam auditum fuerit,
qui Teſtes ſuper bona fama præferri omninò de jure debent
aliis teſtibus de mala fama, & rebus objectivis, & crimino-
127 ſis deponentibus, *Mantic. deciſ. 274. num. 12. Rot. deciſ. 249.
num. 27. par. 8. & dec. 99. num. 15 par. 16. rec.*
Reſpectu verò Antonii de Gaſparis, convincitur pariter
eorum calumnia, quia ſupponunt, inter cœtera, præfatum
de Gaſparis ſpem habuiſſe ineundi matrimonium cum Con-
128 ſtantia Curietta, quatenus victoriam cauſæ reportaret ſuper
ſucceſſione, & tamen falſi hodie deteguntur, quia d. de Gaſ-
paris jam nuptias contraxit, & aliam mulierem deſponſavit.
Quemadmodum igitur contrarii teſtes comperiuntur menda-
ces, & calumnioſi in parte, ita præſumuntur tales in totum,
129 *Cyriac. contr. 150. num. 57. Card. de Albic. de Inconſt. in judic.
quæſt. 34. num. 32. Card. de Luc. de Jud. diſc. 32. num. 62.*
Quatenus verò Oppoſitor iterum proponat exceptiones
perſonales contra Curiettam, & Bacchinam, iis conſultò
omittimus reſpondere; nam omnia arma, quæ contra dd.
mulieres dirigere tentabit, nos contra ipſum, cui magis con-
veniunt, ſervabimus, & tempore ſuo retorquebimus; Hoc
130 unum, ad effectum, de quo agitur, hodiè exuberat, quòd in
ſubjecta materia incuſſionis metus, quæ clam, & ſecretò fieri
ſolet, propter difficultatem probationis, admittuntur etiam
teſtes familiares, Famuli, Conſanguinei, Amici, Viles,
& inhabiles, qui aliàs non admitterentur *Ciarlin. contr. fo-
renſ. lib 1. cap. 108. n. 47. Bordon de Profeſſ cap. 19. nu 33. &*
131 *34.* qua de re propter difficultatem dictæ probationis, eſt in
jure receptum, quod plus in materia credatur duobus teſtibus,
de metu illato deponentibus, quàm mille de ſpontanea volun-
tate teſtantibus, ut voluerunt *Ciarlin. d. contr. 108. num 43.
Bordon. de Profeſſ. cap. 19. ſub n. 34. Maſcard. de Probat. con-
cluſ. 1653. n. 1. 2. & 5. lib. 2. Lari. dec 63. nu 15. Rot. dec. 147.
num 23. deciſ. 205. num. 17. cor. Buratt & deciſ 351. num. 7.
cor. Seraphin. & deciſ. 326 num 47 & 48. cor. Ludoviſ.*
Quinimò abſolutum in jure eſt, ut teſtes quo magis ſunt fa-
miliares, & domeſtici, eò magis probent, & aliis præferun-
tur, ut in puncto probat *Cammarat. d. reſponſ. 1. art 1. n. 31.*
132 *in fin.* ibi: *Quinimo quod hi Domeſtici aliis præferantur firmat,
poſt Purpurat. Alexand. Farinacc. Ricc. & Mantic. Hermoſill.
ad Gregor. Lopez. ubi ſup. n 74.* quia veriſimiliùs eſt, quòd Mar-
chio mentem ſuam aperuit, & minas graves expreſſerit contra
ſuam Filiam cum ſuis Domeſticis, quàm cum exteris, egre-
giè *Alexand. conſ. 156. n. 1. lib. 5. Sperell. dec. 75. à n. 26. & Rot.
dec. 1356. num. 5 cor. Emer. jun.* cum quibus proceſſit *in Man-
tuana 9. Septembr. 1713.* ex animadverſis in *par. 1. diſc. 20. nu.
60. tom. 1.* Quocircà cum P. Creſcius eſſet confidentiſſimus
Marchionis, ut admittunt contrarii teſtes, & Antonius de
Gaſparis eſſet ejus Magiſter Domus, quamvis iſti fuiſſent
perditiſſimi Viri quoad mores, ut gratis ubique, necnon con-
tra facti veritatem ſupponunt contrarii Scribentes, adhuc ne-
que in minimo diminueretur eorum fides, quia iſti ſive boni, 133
ſive mali, erant Domeſtici Marchionis, & iſtis res ſuas fami-
liares communicabat, & iſtis uſus fuit ad incutiendum metum
T. L. nec melior, aut major probatio metus, & minarum fieri
poteſt, quàm ab illiſmet, qui metum intulerunt, benè *Alb.
conſ. 177. n. 7.* ibi: *Et deponunt etiam de his, quæ ipſimet te-
ſtes fecerunt, ideoque efficaciùs probant: Rot. dec. 373. nu. 14.
par. 18 rec.* ibi: *Non propterea minus probant pro Petro, qui* 134
*meliores teſtes inducere non potuit ad probandum metum, quam
illeſmet, qui iſtum incuſſerunt, & de facto proprio deponunt:*
cum aliis concordantibus cumulatis *in tom. 1. diſcept. Eccleſ.
par. 1. diſcept. 4. num. 39. & 56.*
Prętereà probatio minarum non reſtringitur ad P. Creſcium,
Virum Sacerdotem, Religioſum, Confeſſarium, & ſub ſua de-
poſitione defunctum, omnique propterea fide digniſſimum, 135
juxta individuales authoritates allegatas ſupra, nec ad Anto-
nium de Gaſparis; Sed præter iſtos, adſunt tres teſtes inducti,
& producti ab Arnalda, adeſt Bartholomæus Gargarius, An-
gela Sartoria Commater Marchionis, & Rita Conconi Nu-
trix Puellæ, contra quos ſubtilitas contrariorum Scribentium
nihil uſque adhuc invenit: Et denique adeſt Inſtrumentum pu-
blicum renunciationis; Adeſt Receputa Conſtantiæ Curiet-
tæ, in quibus apparet effectiva executio minarum, & denega-
tio alimentorum, de qua teſtes omnes loquuti ſunt, & propte-
reà magnus numerus teſtium, adminiculatus præſertim à ve-
rificatione minarum per Documenta publica, ſupplet quem-
cumque defectum, ſi adeſſet, tam in perſona, quam in dictis
teſtium, etiamſi ſinguli aliquam exceptionem paterentur, ut
in puncto noſtri caſus obſervat *Sperell. dec. 75. num. 35. & ſeq.
Rot. dec. 214. num 16 & 17. par. 10. rec.* ibi: *Et quamvis teſtes
aliqualem paterentur difficultatem, numerus nedum ſupplet, ſed* 136
*eos facit reputari, ac ſi eſſent omni exceptione majores &c. quod
procedit, etiamſi ſinguli exceptiones patiantur, cum ſint ultra
tres: & dec. 351. nu. 5. cor. Ludoviſ.* ibi: *Et in terminis noſtris
ad probandas minas paternas, pro annullando matrimonio
tradit Alexand. de Nevo &c. & eſt regula generalis, & trita,
quæ procedit etiam, ubi omnes paterentur aliquas exceptiones,
ſi teſtes ſunt ultra numerum trium.*
Nec obſtat, quod nonnulli ex dd. teſtibus examinati fuerint
in cauſa Succeſſionis in Tribunali Cameræ, & tamen nihil
depoſuerint de minis: Quia nulli ex Collitigantibus in d. cau-
ſa expediebat, quod teſtes referrent minas Marchionis, & 137
ideò ſummo ſtudio ſe abſtinuerunt Collitigantes inducere, &
interrogare reſpectivè præfatos teſtes ſuper dd. minis, & con-
ſequenter cum illa Cauſa ſit totaliter diverſa, & ſeparata ab
iſta ſuper nullitate Profeſſionis, prohibitum non eſt teſtibus
referre in una Cauſa circumſtantias, quas in altera non retu-
lerunt, & plus dicere in ſecundo, quàm dixerint in primo exa-
mine, ad alium effectum requiſito, præſertim ſi in primo non
fuerint ſpecialiter interrogati ſuper eo, quod depoſuerunt in ſe- 138
cundo, ut in puncto *Rot. dec. 147. n 14 par. 1. rec* ibi: *Poteſt
enim eſſe, quod ſuper eo non fuerit interrogata, & teſtis poteſt
examinari ſuper omiſſis in primo examine, nec propterea dici-
tur ſe corrigere &c. Rot. dec. 43. num. 16. poſt Card. de Albic. de
Inconſtant. in judic.*
Sublatis exceptionibus generalibus, minùs relevant particu-
lares, quæ contra Curiettam, P. Creſcium, & Antonium de
Gaſparis proponi ſolent, & ſignanter quod teſtimonium Cu-
riettę attendi non debeat propter intereſſe, quod habet in Cau-
ſa Succeſſionis poſt annullatam Profeſſionem. Quia quidquid
ſit de hoc intereſſe in Cauſa totaliter diverſa, & ſeparata, hoc
unum ponderare ſupplicamus, quod ea omnia, quę referuntur
in formali examine Curiettæ, ad unguem, & præcisè confir-
mantur ab omnibus aliis teſtibus, qui omnes quantumvis in-
terpolatis temporibus, & diſtinctis etiam interrogatoriis exa- 139
minati, tali armonia inter ſe conveniunt in ſubſtantialibus, ut
(magna virtus veritatis) nihil penitus reperiatur in examine
Matris, quod non approbetur ab aliis teſtibus, in quibus ter-
minis plena fides eidem præſtanda venit, quia ejus teſtimoni-
um deducitur adminiculativè, & non principaliter, & unus
coadjuvat alterum, & unus alteri fidem auget *Gloſſ. in l. 3. verb.
Numerus ff. de Teſt. Fontanell. de Pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 5.* 140
*n. 82. Barb. vot. dec. 77. n. 127. lib. 3. Rot. dec. 351 n. 5. cor. Ludov.*
Ejuſdem pariter irrelevantiæ eſt exceptio contra P. Cre-
ſcium, quod ſcilicet ipſe requiſitus à Superiore ſui Ordinis,
ut Fidem faceret ſuper minis, & metu, reſponderat, ibi: *Io
non ne volſi far niente, non potendo ciò fare ſenza aggravio della
mia coſcienza.* Quia reſponſio hæc proceſſit à nimia ſcrupu-
loſitate, & integritate d. Religioſi; In Minuta enim Fidei
ſubſcribendæ ad eundem tranſmiſſa, aderat circumſtantia 141
facti, per æquivocum Extenſoris exorta, quòd ipſe anno
1710. quo Th. Liv. ſuſcepit habitum Religioſum, morabatur
Romæ

Romæ in Domo Marchionis, prout conſtat ex dicta Mi-
nuta, quæ circumſtantia in facto reverà non ſubſiſtebat; &
142 ideò jure meritò reſpondit, ibi: *Che in quel tempo, che la Fi-
glia del quondam Marcheſe Nicolò Maria Pallavicini, e preciſa-
mente quando ſtava per veſtirſi Monaca, e fece profeſſione, Io
non ero in Roma, e così non poſſo dire coſa alcuna in contrario:*
prout ex dicta Epiſtola reſponſiva. Eandemque rationem
clariùs reddidit in ſucceſſivo ejus formali examine, ubi
aliam etiam ſuperaddidit, ibi: *In tanto ſcriſſi così al P. Re-
verendiſs. ſudetto, in quanto volevo eſimermi da un'altro eſa-*
143 *me:* Ex hac enim ſcrupoloſitate in dicta circumſtantia, quæ
per errorem irrepſit, & nihil conferebat ad Cauſam, clarè
patet, quod d. Religioſus non erat Vir improbus, & ſcan-
daloſus, ac perditæ conſcientiæ, prout gratis ubique ſuppo-
nitur, ſed potiùs Vir erat, qui timebat Deum, & amabat
veritatem, & ideò tanto magis augetur ejus fides, ejuſque
declarationi, ſub interrogatoriis factæ, ex qua cauſa, &
quo animo d. Epiſtolam ſcripſerit, de jure omninò ſtandum
144 eſt, *Bald. in Auth. Hoc Sacramentum in princ. C. de Jurejur.
propter calumn & Rot. dec.* 569. *n.* 12. *p.* 19. *rec.* 17.

Denique minoris ſubſiſtentiæ eſt exceptio contra Anto-
nium de Gaſparis, quòd, ſcilicèt iſte notificaverit minas
Puellæ ex propria ejus voluntate, non autem de ordine, &
145 mandato Marchionis; Nunquid enim infelix Puella videns
Famulum, Miniſtrumque Patris referentem ei minas Pa-
ternas, exquirere debebat commiſſionem, ſeù petere ab il-
lo exhibitionem mandati Procuræ? Nunquid credere pote-
rat, quod d. de Gaſparis in re tam gravi, in qua concorda-
bat cum tot aliis Commiſſariis, ſeu Mandatariis Patris, eaſ-
dem minas ſomniaverit? Certè, quod non; Verùm hoc
etiam adverſus rei veritatem per falſam hypoteſim admiſſo,
cathegoricè reſpondemus, quod ad effectum metus ſufficit,
quòd Pater ſciverit, minas fuiſſe ejus Filiæ delatas, & non
impediverit; Paria enim in jure reputantur metum inferre,
& ſcire, quòd ab aliis inferatur ad *Text. literalem in leg. Non*
146 *intereſt Cod. de His, quæ vi met. cauſ. fi.* ubi *Gloſſ in figura-
tione caſus*, ibi: *Nec refert, an ab Emptore compulſus fuerit,
an ab alio, ſciente Emptore, & Text. in §. Vaſſalli tit. de Pac.
Conſtant. in uſib. feud.* ibi: *Pactiones timore noſtro, vel quæ
per impreſſionem Nunciorum factæ cenſentur, pro infectis ha-
beantur, nec pro eis aliquid exigatur; Surd. conſ.* 373. *num.* 4.
*Avendan. de Met. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 22. *Caſtill. cont jur. lib.* 8. *c.* 59. *n.*
15. *Lezzan. dicta conſult.* 47. *n.* 63. *to.* 4. *Card. de Luc. de Dot.
diſc.* 156. *n.* 33. *Rot. deciſ.* 327. *n.* 6. *cor. Bich.* & in puncto *dec.* 326.
*n.* 18. & 23. *cor. Ludoviſ.* ibi: *Et ſufficit, quod fuerint Marchio-
niſſæ notificatæ à Noverca, & illo Sacerdote &c.*

In præſenti autem Marchio Pater non ſolùm ſcivit, mi-
147 nas fuiſſe illatas ejus Filiæ; De Gaſparis enim, ut blandi-
retur ejus Domino, referebat ſemper ſuas operationes in
hac parte, ut ipſemet teſtatur ibi: *Io poi quando ritornavo
a Palazzo, ſempre riferrivo a detto Signor Marcheſe Pallavi-
cini li conſigli, che davo a detta Signora Tereſa Livia, e ciò lo
facevo per aderire al ſuo genio:* Sed illas expreſsè approbavit,
atque *facto*, & *verbis* ratificavit; *Facto*, quia ſequuta ve-
ſtitione dono dedit d. de Gaſpari *Un orologio, perche lui ave-*
248 *va avuto il ſuo intento, che la Figliuola ſi foſſe fatta Monaca,
Et verbis* etiam, quia poſt dictam veſtitionem glorioſus exa-
gerabat violentiam adhibitam contra ejus Filiam: *Già ho
meſſo un catenaccio, tanto ho fatto, ſin che ci ſono arrivato a
farla far Monaca; Io ſono un uomo, che quando mi metto in
capo una coſa, così la voglio, e così ha da eſſere:* Hæc enim
expreſſa ratificatio minarum idem operatur, ac ſi minæ il-
latæ fuiſſent ab ipſo Marchione; Ac ulteriùs jactantia Pa-
tris circa violentiam, illatam Filiæ, ibi: *Già ho meſſo un
catenaccio*, importat poſitivam illatæ violentiæ confeſſio-
nem, quæ ſola ſufficit ad annullandam profeſſionem, jux-
149 ta Textum literalem in *can. Præſens* 20. *q* 3. *Barb. vot. dec.* 77.
*n.* 123. *Rot. dec.* 623. *n.* 18. *p.* 1. *rec. Cammaral. d. reſp. dec art.*
1. *numer.* 50. *in fin.* ibi: *Addita præſertim jactantia ejuſdem
Principis.*

Præterire tandem poterant contrarii Scribentes inutilem
exagerationem, quòd nunquam Marchio Pallavicinus per
150 ſeipſum metum intulerit, aut minas perſonaliter Puellæ in-
timaverit; Quia hoc etiam fecit tempore, quò eadem
Puella exiit è Monaſterio, & morabatur in Domo, ſed pro-
bari non poteſt, quia in hac re Pater, qui erat Vir ſui natu-
ra ſagaciſſimus, non vocabat teſtes, ut ponderat *Corrad in*
151 *Prax. Beneficiar. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 10. *in fin. Sperell. dec.* 75. *n.*
43. *Rot. dec.* 326. *num.* 23. *cor. Ludoviſ.* ibi: *Non obſtat, quòd
non probetur, Marchioniſſam fuiſſe præſentem, quando Pa-
ter minabatur, quia multum eſt veriſimile, quòd Pater fuerit
illi in faciem minatus; ſed forſan probari non potuit, quia
minæ à Patre illatæ ſunt difficilis probationis &c.* Præte-
rea de jure neceſſarium non eſt, quòd minæ inferantur
perſonaliter ab ipſomet Patre, ſed ſatis eſt, ut ab aliis
etiam extraneis, ejus nomine referantur, ut in puncto 152
objecto reſpondet *Rot. dec.* 326. *num.* 13. & 26 *cor. Ludov.*
ubi minæ relatæ fuerunt à Noverca, & quodam Sacer-
dote, *Surd. conſ.* 513. *numer.* 46. ubi allegat *Marſil. ſingul.*
306. dicens: *Eſſe perpetuò menti tenendum, quia intra de-
cem annos milliès in Italia evenit: Hermoſill. ad leg. par-
tit. leg.* 56. *gloſ. prima t.* 5. *partit.* 5. *n.* 43. *Rot. deciſ.* 75. *nu-
mer.* 12. *cor. Peutinger.* ubi quòd poſſunt inferri etiam per
Epiſtolas, ultra alios adductos ſupra; Quæ omnia pluſ-
quam nota erant eidem Marchioni etiam ex Epiſtolis
Puellæ; In una enim, inter alias ejus Scripturas reper- 153
tà, ſequentia leguntur: *Gli fò ſapere, che giovedì Io en-
trai in Monaſtero, avendo fatta la ſua obedienza*, quæ
ultima verba evidenter probant, ingreſſum in Monaſte-
rium ſequutum fuiſſe in obſequium præceptorum Mar-
chionis, non autem ex ſpontanea, & libera voluntate
Puellæ.

Ex his igitur inſpecta qualitate Patris Viri terribilis,
& ſeveri, juxta ponderata per *Corrad. in Prax lib.* 5. *capit.* 154
14. *numer.* 10. ac cauſa, quæ ipſum impellebat ad minas,
ne ſcilicet diminueretur ejus Patrimonium; Et inſpecta
qualitate noſtræ Puellæ timidiſſimæ, & in minori ætate
conſtitutæ, una ſimul cum gravitate minarum, & im-
poſſibilitate eas evitandi, fateri pernecesſè oportet, quòd
in aſſumptione habitus intervenerit metus graviſſimus,
& omnium maximus, & tamen propter minorem ætatem,
& fragilitatem ſexus, pro nullitate profeſſionis minor me-
tus ſine dubio ſatis eſſet, ut ponderant *Surd. conſ.* 513.
*numer.* 37. ibi: *In hoc Judicis arbitrium verſari, nè æquè
ſtrictè, & anxiè conſideret prudentiam eligendi in fœmi-* 155
*na, cui à natura minor ineſt animi vigor, quàm in Maſcu-
lis; Aliquid enim fœminam, quantumvis conſtantem, coge-
ret, quòd Virum ne quidem moveret, A. b. &c. Non eſt igitur
tanta probatio metus exigenda à Muliere, quanta à Viro:
Caſtill. dict. controv. Jur. lib.* 8. *capit.* 59. *num.* 19. *Bordon de
Profeſſion. capit.* 15. *numer.* 52 *Ciarlin. contr.* 108. *numer.* 30.
& *ſeqq. lib.* 1. *Rot. dec.* 326. *num.* 28. *cor. Ludoviſ.* cum aliis,
*citatis in tom.* 1. *p.* 1. *diſcept. n.* 16. & 17.

## §. III.

*Oſtenditur continuatio metus etiam de tempore
Profeſſionis.*

Probato metu à principio, remanet virtualiter reſoluta
ſuccedanea inſpectio illius continuationis uſque ad
ipſum inſtantem emiſſæ Profeſſionis, ut ait *Rot. dec.* 1177. 1
*cor. Seraph.* & diximus ſupra: Quoties namquè durat ea-
dem cauſa metus, & eadem potentia nocendi, quæ viven-
te Marchione Pallavicino ſemper duravit, pernecesſè du-
raſſe rursùs præſumitur idem metus, adeout quicumque
actus expleti ſint à metu paſſo, etiamſi liberè, ſponta-
neè, & jucundo animo facti appareant, cenſentur tamen
ſemper meticuloſi, ficti, & commentitii, ut tradit ibi:
*Bartol. in l.* 2. *Cod. de His, quæ vi, & met. cauſ. fiunt, Dec.
conſ.* 496. *numer.* 16. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 60. *numer.* 34. & 37.
*lib.* 4. *Alexand. conſ* 99. *numer.* 10 *lib.* 3. *Camerat. reſponſ.*
1. *art.* 1. *numer.* 36. Bordon *de Profeſs. capit.* 18. *numer.* 51. 2
*Cutel. de Donat. tract.* 1. *diſc.* 2. *partic.* 3 *numer* 32. *de Poſ-
ſent. ſingular.* 155. *numer.* 3. & 4. *centur.* 2. *Rot. dec.* 851. *num.*
1. & 5. *cor. Seraph.* & *dec.* 392 *nu.* 3. *cor. Ludoviſ.* ibi: *Quan-
diù enim durat cauſa metus, quicumque actus fiat, etiamſi
præſeferat liberam voluntatem, & lætum, jucundumque
animum, nedum metum non purgant, Abb. antiqu. in cap.
Super hoc verſ. Filia cujuſdam Civis de R. nunciat. Sed potiùs
eum magis confirmant &c. quod verum eſt quocumque tempo-
ris intervallum intercedat &c.* Cum quibus proceſſit C.
E. nullam declarando Profeſſionem in *Prænestina Nul-
litatis Profeſſionis* 16. *Junii* 1717. ut videre eſt *in tom.* 3.
*Diſcept. Eccleſ. part.* 1. *diſcept.* 7. *per tot.* & ſignanter *nu-
mer.* 42. & 62. Et duraſſe cauſam metus proculdubio di- 3
citur, quandiù vixit Marchio metus illator, *Ciarlin con-
trov. lib.* 1. *cap.* 108. *nu.* 56. *Bordon. de Profeſs. cap.* 19. *num.*
40. *Rot. poſt eundem dec.* 3. *n.* 2. ibi; *Nam de tempore, quo vi-
xit Vitricus, qui metum intulerat, videbatur indubitatum,
metum non fuiſſe purgatum, & per perſeverantiam in Religio-
ne, & alios actus, etiam ſuſceptionis Ordinum, ex quo duraverat ea-
dem cauſa metus:* Et id ipſum diſertiſſime probat *Panim. dec.*

102. *adnot*. 2. *à num*. 20. *uſque ad fin*. Et in terminis præciſis
nullitatis Profeſſionis *num*. 25. & ſequitur *Rot. cor. Merlin.*
*dec*. 455. *num*. 6. *& dec*. 628. *nu*. 1. *& per tot* ibi: *Moti ſunt*
*ex eo quod durante cauſa metus, quamvis in actu externo appa-*
*reat libertas, & fiant poſitivi actus, ratificationem inferentes,*
*in quos cùm influat permanens cauſa metus, præſumuntur,*
*& ii meticuloſi, commentitii, & ficti: Theſaur. q*. 51. *nu*. 19.
*lib*. 1. Subdens ibi: *Neque hac in re reperio Doctorem contra-*
*dicentem*.

Iſtaque præſumptio eſt adeò potens, & efficax, ut non
admittat probationem in contrarium circa libertatem con-
ſenſus, vel ſaltem reddat illam perdifficilem, & ferè im-
5 poſſibilem, egregiè *Hermoſill. ad ll partit. gloſ*. 1. *l*. 56. *par-*
*tit*. 5. *tit*. 5. *num*. 80. ibi: *Metu ſemel probato, eademque me-*
*tus cauſa durante, difficile, imò impoſſibile eſt probare con-*
*trarium; Omnes enim actus etſi ex intervallo ſequantur, cen-*
*ſentur metus cauſa facti: Capyc. Galeot. contr*. 14. *lib*. 2 *num*.
6 35. ibi: *Undè probato metu compulſivo & reverentiali, dif-*
*ficile, imò quaſi impoſſibile eſt probare contrarium: Rot. de-*
*ciſ*. 326. *num*. 45 *cor. Ludoviſ*. ibi: *Quia cum fuerit pro par-*
*te Marchioniſſæ probata vis, & metus, difficile eſt probare*
*contrarium: Alba. conſ*. 77. *numer*. 12. *imò quaſi impoſſibile:*
*Abbat. in cap. Super hoc numer*. 34 *de Renunciat & Rot. dec*.
9. *numer*. 4. 7. *&* 8. *coram Arguell*. ibi: *Imò probato metu, im-*
*poſſibile eſſe probari contrarium, probat Alexand. &c. & de-*
7 *ciſ*. 277. *numer*. 8. *&* 9. *coram Ubaldo*, ibi: *Quod ſtantibus*
*probationibus ſuper metu, de quibus ſupra, & in dicta Deci-*
*ſione difficile, imò quaſi impoſſibile videtur probare contrarium,*
*durante cauſa metus, quæ durare præſumitur, vivente Avia,*
*ex qua metus proceſſerat, & illi actus dicuntur emanaſſe in vi-*
*ta Aviæ*, ubi alii plures allegantur.

Qua de re, durante ipſa cauſa metus ad eruendam libe-
ram voluntatem, non ſufficiunt, neque dicta, neque fa-
8 cta, *Pariſ. conſ*. 60. *nu*. 34. *&* 37. *lib*. 4. neque perſeveran-
tia in Religione, exercitium Officiorum, & ſuſceptio Or-
dinis Sacri, ſi agitur de Viro, *Calder. conſ*. 1. *n*. 3. *tit. Quod*
*met. cauſ. Oſaſch. deciſ. Pedemont*. 179. *num*. 12. *Carena reſol*.
81. *num*. 37 *&* 38. *Caruſ. in Silv. Terminor. arbor*. 12. *num*. 32.
*De Groſſis contr*. 41. *num*. 15. *Cutell. de Donat. diſc*. 2. *par*. 3.
*num*. 43. *Panimoll. deciſ*. 102, *adnot*. 2. *num*. 27. *Rot. poſt Bor-*
*don. de Profeſſion. deciſ*. 3. *num*. 1. *& coram Ubald. deciſ*. 276.
*num*. 1. neque ratificatio expreſſa actus nulli, *Roland. à*
*Vall conſ*. 100. *num* 67. *lib*. 1. ubi non fuit admiſſa pro vali-
9 da ratificatio expreſſa facta à Rege Cypri, poſtquam poſi-
tus fuerat in libertate, *Cuttierez de Jur. confeſſ. par*. 1. *capit*.
57. *num*. 8. qui loquitur pariter de dicto Rege Cypri, *Her-*
*moſil. ad ll. partit. gloſſ*. 1. *leg*. 56. *tit*. 5. *partit*. 5. *num*. 56.
Neque denique confeſſiones juratæ, & Poſitiones mulieris
metum paſſæ, egregiè *Rot deciſ*. 872. *num*. 5. *cor Seraphino*,
ibi: *Non enim cenſentur voluntarii, quamvis tales videan-*
10 *tur, niſi data plena libertate, & ideo inolevit ſtylus Domino-*
*rum, ut neque Poſitionibus, neque confeſſionibus, etiam ju-*
*ratis, mulierum ſtetur, quandiù ſunt in poteſtate Virorum*, &
*dec*. 881. *num*. 2. *& per tot. deciſ*. 887. *num*. 2. *cor. eodem Sera-*
*phin*. & egregiè *in dec*. 9. *num*. 11. *cor. Arguell*. ubi licèt Mo-
11 nialis per publicum Inſtrumentum declaraſſet, ibi: *Quam-*
*vis Monialis non eſſet, hodiè Monialis eſſe volebat*: adhuc
Sacrum illud Tribunal cenſuit, conſtare de nullitate Pro-
feſſionis, quia ille actus factus fuerat, durante eadem cauſa
metus.

Quinimò, dato metu à principio, quamvis mulier, E.
G. quæ matrimonium carnale contraxit, per plures annos
12 permanſerit cum Marito, & Filios etiam procreaverit,
adhuc metus non cenſetur purgatus, nec voluntas à prin-
cipio meticuloſa, tractu temporis mutata præſumitur, *Boſſ.*
*de Matrimon capit*. 12. §. 23. *nu*. 404. *Panimoll. dec*. 102. *ad-*
13 *not*. 2. *à n*. 11. *& ſeqq*. juncto *num*. 19. Et tamen concubitus
carnalis, & Filiorum procreatio fieri non poteſt ſine ex-
preſſo conſenſu, & præſcindendo à vinculo matrimonii,
ſine peccato; Unde ſi in hoc duriſſimo caſu potius pecca-
tum, quàm mutatio voluntatis, & purgatio metus, præ-
ſumi debet, ut reſolvit C. C. 13. *Septembris* 1629. quam re-
14 ſolutionem refert *Rot. dec*. 9. *num*. 6. *cor. Arguell*. ibi: *Cen-*
*ſuit, matrimonium contractum à filia per metum à Matre illa-*
*tum, eſſe invalidum, etiamſi mulier metum paſſa per plures*
*annos poſt mortem Matris permanſerit cum Marito, & filios*
*procreaverit: & deciſ*. 887. *numer*. 1. *&* 2. *cor. Seraphino, &*
*dec*. 405. *per tot. part*. 18. *rec*.

Quantò fortiùs hoc dicendum venit in caſu noſtro, ubi
actus facti à Puella poſt aſſumptionem habitus Religio-
ſi non erant peccaminoſi, ſed neceſſariò dependentes
15 ab ipſa aſſumptione habitus, meticuloſè ſequuta; Quo-
ties enim actus neceſſariò dependet à principio infecto,
prout eſt ingreſſus in Monaſterium, & Profeſſio, tunc
eodem vitio laborat, & malum principium influit in
omnes actùs ſubſequentes, *Ciarlin. contr*. 108. *numer*. 56. 16
*lib*. 1. *Bordon. de Profeſſion. capit*. 19. *numer*. 51. *Genuenſ. in*
*Prax. Archiepiſcop. cap*. 77. *numer*. 4. *Rot. coram Seraphin.*
*deciſ*. 1166. *numer*. 1. & in durioribus terminis Monialis,
quæ per 30. & ultra annos, ſingulis quibuſque annis re-
novaverat Vota Religionis, prout Regula præſcribebat,
quòd ex tali renovatione, ut potè dependente ab actu Pro-
feſſionis nullo, purgatus non remanſerat metus, nec mu-
tata voluntas, reſſolvit C. C. *in Melevitana* 29. *Aprilis*,
*&* 19. *Novembris* 1703. *& in Lingonien*. 12. *Aprilis*, *&* 30.
*Decembris* 1693. cum quibus proceſſit *in Bituntina* 9. *Septem-* 17
*bris* 1713. ut videre eſt *in tom*. 1. *Diſcept Eccl. diſcept*. 1. *par*.
1. & ſignanter *num*. 57. & 58. & concordant adducti per *Ca-*
*ren. reſol*. 81. *n*. 37. *&* 38. *Pignatell. conſult*. 180. *n*. 16. *tom*. 9.

Hinc inutiliter allegatur poſſibilitas mutationis volunta-
tis Puellæ in actu Profeſſionis, quia hanc mutationem al-
legans, debet illam concludenter probare juxta *Gloſſ. in*
*capit. Perlatum de His, quæ vi, met. cauſ fiunt, Verb. Ti-* 18
*more*, quam ſequuntur *Gratian. deciſ. March*. 43. *num*. 23. *&*
*Rot. deciſ*. 2223 *num* 19. *cor. Coccino*. *& in Peruſina Matrimo-*
*nii* 10 *Maii* 1688. §. *Hinc tollitur*, *cor. Hervavult*, nam ubi
præceſſit tractatus de metu inferendo, quamvis deindè non
appareat, quòd in ipſa Profeſſione fuerit illatus, nihilomi-
nùs præſumitur, ut totidem ferè verbis in terminis annul-
landi matrimonium carnale dixit *Panimoll deciſ*. 102. *adnot*. 19
1. *n*. 41. & in terminis Profeſſionis *Caren. reſol*. 81. *num* 35.
*&* 36. Hæc autem probatio, quæ ſuaptè natura, ut dixi-
mus, reputatur perdifficilis, & ferè impoſſibilis, non ſo-
lùm uſqueadhuc exadverſo facta non fuit, ſed potiùs è con-
verſò ex hac parte pleniſſimè doctum habetur de continua-
tione metus, & de ejus perpetua, & nunquam intermiſſa
averſione, & contraria voluntate Statui Religioſo, tum in-
ſpecto tempore Novitiatus, tum tempore Profeſſionis, tum
etiam poſt Profeſſionem.

Siquidem de metu, & coacta voluntate, inſpecto tem-
pore Novitiatus, teſtatur Antonius de Gaſparis ibi: *Io*
*interogavo d. Maria Coſtanza ſe ſtava contenta allora, che* 20
*già s'era fatta Monaca, e ſe ci ſtava di buon' animo; Lei mi*
*riſpondeva ſempre, che quello che Lei aveva fatto, era con-*
*tro la ſua volontà, e che ſtava con l'iſteſſo ſentimento di prima*
*&c.* & ibi: *Sò bene, che tanto della volontà ſpiegatami da Lei*
*medema prima di veſtirſi, e doppo veſtita, come ho detto di ſo-*
*pra, Lei non è mai concorſa con la ſua volontà libera a farſi*
*Monaca*: Conſtantia Curietta ibi: *Chiedendoli Io a detta*
*Suor Maria Coſtanza, che con queſto nome ſi monacò, ſe era*
*contenta, e ſe vi ſtava allegramente. Lei mi riſpondeva ſem-*
*pre, che già mi era nota la ſua volontà, e che quella ſempre*
*era ſtata tale, e che ſaria in avvenire, moſtrando ſtarci mal* 21
*volentieri, e contro ſua volontà, e così ſempre ſino al pre-*
*ſente mi ha fatto conoſcere ferma la ſua volontà, ſenza che*
*mai vi abbia ſaputo conoſcere eſſerſi mutata di penſiero*.

Hoc ipſum confirmat Eliſabetha Bacchina, referendo
verba d. Monialis; *Statevi zitta, non mi poſſo vedere queſto*
*Abito addoſſo, come volete, che ſii contenta, ſe mi ſono ve-* 22
*ſtita per forza, non ne parlamo più, non m' accorate da*
*vantaggio?* A. D. ibi: *Diſcorrendo con la detta Suor Maria*
*Coſtanza, come ſtava allegramente, e ſe li confaceva l' A-*
*bito monaſtico, e ſe vi ſtava contenta? Lei mi riſpoſe le*
*ſeguenti, e conſimili parole*, cioè: *Lei puol ſapere, ſe Io*
*ſtia quì dentro contenta, mentre gli ho detto tante volte,*
*che Io mi facevo Monaca per forza, e che all' Abito mona* 23
*ſtico vi ho avuta ſempre avverſione, e contraria volontà,*
*anzi continuo ad avercela, e ce l'averò fin che campo;*
*Anzi queſt' Abito ſarà la mia dannazione, e l'iſteſſo mi ratificò*
*la ſeconda volta, che io ci tornai*.

De tempore autem Profeſſionis teſtatur eadem Bacchina,
ibi: *Si era tutta impallidita, e che ſtiede in queſta forma ſem-*
*pre pallida, e tremolante, a ſegno che nell'atto di profeſſare li* 24
*Voti di Monaca*, diſſe, *che la voce gli tremava, e che appena*
*ſi ſentiva*; Et paulò ante Profeſſionem concordat Rita Con-
coni Nutrix, ibi: *E poco prima, che profeſſaſſe, ſi ramma-*
*ricava molto, che dovea contro la ſua volontà profeſſare, e do-*
*po profeſſata ſempre gli ha repetito, che ſi era veſtita Monaca*
*per forza, e che ci ſtava per forza nel Monaſtero, ſenza che ab-*
*bia riconoſciuto mai in Lei mutazione alcuna della ſua contra-*
*ria volontà*.

Et denique tam de tempore Novitiatus, quàm Profeſſio-
nis, ac poſt Profeſſionem, deponunt ſex Moniales, qua-
rum duæ fuerunt formiter examinatæ, nempè An- 25

na

na Victoria Bartholetta, ibi: *Diceva ancora alla giornata, ſfogandoſi con me, che per forza, e contro ſua volontà pigliava l'Abito monacale, a ſegno, che eſprimeva con parole aſſai di dolore, che mal volentieri ſi faceva Monaca, e queſte doglianze non ſolo alla giornata, ma le faceva dopo ſeguita la detta Rinuncia, e prima, ma anche dopo, che entrò in No-*
26 *viziato, e ſino al preſente, talmente, che non aveva, e non ha altro in bocca, che eſſerſi fatta mal volontieri Monaca, e per forza*. Et Sor. Conſtantia Amari, ibi: *E queſte eſclamazioni l'ha fatte, e le fà giornalmente, fin da che ſi è monacata, non ſolo per cauſa di detta Rinuncia, fatta da Lei di mala voglia, e per forza, ma anche ſopra la ſua monacazione, che pure ſempre ha eſclamato, ed eſclama, che l' ha fatta mal volentieri, e contro ſua voglia*.

Aliæ verò quatuor Moniales, inter quas nnmerantur Abbatiſſa, & Vicaria (quarum Fides producta fuit ab ipſomet Procuratore Monaſterii in alia cauſa Succeſſionis in
27 Tribunali Cameræ) excludunt penitùs, penitùſque quocumque tempore inſpecto; Novitiatus, ſcilicèt, Profeſſionis, & poſt Profeſſionem, mutationem voluntatis, ac libertatem conſenſus, ibi (Notentur quæſo ſequentia verba, quia non poſſunt eſſe magis clara, majorique evidentia excluſiva liberæ voluntatis Puellæ, & perpetui ejus diſſenſus monachationi) *E l' iſteſſe eſclamazioni, e doglianze ha continuato a farle anche doppo, ed in particolare i ſeguita la morte del medeſimo Sig. Marcheſe, continuamente, e*
28 *publicamente a Noi, ed a tutte le Monache ha ſempre eſclamato, detto, e dolſuto, come anche preſentemente, ſi duole, ed eſclama, che tutto quello, che aveva fatto, era ſtato ſempre contro la ſua volontà, e per forza, e per timore del detto Sig. Marcheſe ſuo Padre &c. E le coſe ſudette le deponiamo per eſſer Noi ſtate preſenti, ed haver ſentito tutte le ſudette eſclamazioni, che hà fatto ſempre dal principio dell' ingreſſo in Religione, e così continuato ſino al preſente*.

Ex hiſce itaque teſtibus ponderanda ſunt illa verba, totiès repetita, videlicèt *alla giornata, giornalmente, continuamente, non aveva, e non ha altro in bocca, ſempre,*
29 *mai, e dal principio dell'ingreſſo in Religione, e così continuato ſino al preſente*, quę ſuaptè natura important continuationem temporis, & voluntatis in eadem primęva meticulosa opinione ſine ulla intermiſſione, & ſic includunt perſeverantiam voluntatis, & metus tempore Novitiatus, Profeſſionis, & poſt Profeſſionem, ſemper, & continuò, ut ponderando ad hunc effectum illam dictionem *ſemper*, egregiè docet *Rota deciſ. 266. & 267. num. 15. & 16. coram Ubald. & dec. 178. num. 7. coram Carill. poſt Bordon. de Profeſſion. deciſ. 3. ſub num 8. verſic. Quoad ſecundum*, & reſolvit *Cong. Concilii in Mantuana ſub diebus 7. Decembris*
30 1715. & 28. *Martii* 1716. ubi teſtes referebant eadem verba, relata à dd. teſtibus *continuamente ſino al giorno d' oggi*, ut videre eſt *in tom. 1. par. 1. diſcept. 20. à num. 31. uſque ad 36. & in to. 2. par. 1. diſc. 9. per tot.*

Præfatiſque teſtibus plena, & indubia fides præſtanda venit, tum quia deponunt de continuatione metus, & ſic confoventur ex uniformi præſumptione juris, ut obſervat
31 *Rota deciſ. 1177. num. 3. coram Seraph.* ibi: *Et ad confirmationem præſumptionis Juris, adſunt prætera teſtes, clarè de metu, & contradiction. Mariæ deponentes &c.* Tum quia quinque ſunt formiter examinati, & alii ſunt omni exceptione majores, prout ſunt A. D. & ſex Moniales ipſius Monaſterii S. Bernardini, cum quo lis principaliter agitur, quæ Moniales pleniſſimè probant contra proprium
32 Monaſterium, præſertim in re, ſequuta intra ipſius Clauſtra, quæ à nullo meliùs, quàm à Monialibus ſciri poteſt, bene à *Ponte conſ. 11. num. 12. tom. 2. Ciarlin. contr. 108. num. 61.* ubi, quòd unus Monachus probat contra propriam Religionem, *Camerat. reſponſ. 1. art. 1. num. 33.* ibi: *Imò verè licèt hi teſtes non adeſſent, metus, & minæ eſſent probatæ concludentiſſimè ex ſola atteſtatione Sororis*
33 *Mariæ Taringi, & quæſo legatur: Hæc depoſitio eſt ita efficax, ut ſola ſufficiat, plenèque probet contra Monaſterium, nam de Jure Monachus (& idem dic de Moniali, licèt unica, probat adverſus Religionem: Ant. de Poſſentibus ſingular. jur. canon. cent. 2. ſingul. 146. n. 4. & 5.*

Comprobatur ulteriùs metus, ejuſque continuatio, ex declarationibus, & proteſtationibus, factis ante ſuſceptionem habitus; Nunquam enim dicta infelix Puella
34 induci valuit ad inducendum habitum religioſum, niſi adjecta illa conditione, quòd id faciebat, ut pareret præcepto Patris, non autem ex propria, & libera ejus voluntate, ut referunt: Primò Monialis Bartholetta ibi: *Per darli ſodisfazione a mio Padre, Io mi farò Monaca, ma non che Io mi facci volentieri, perche la mia volontà ſaria di ſtare Secolara*. Secundò Pater Creſcius, ibi: *Ed eſſa Suor Maria Coſtanza mi riſpoſe, già, che per me non vi ſarà neſſuno, che mi ajuti, biſognerà, che io faccia a ſuo modo, contra però la mia volontà*. Tertiò Antonius de Gaſparis. *Detta Signora Tereſa Livia mi riſpondea &c. ſe lo fò, lo fò per aderire a Lui, ma per altro non ho Io volontà di farmi Monaca &c. nè mai in al-* 35
*cuna volta ſeppe darmi altra riſpoſta, che queſta*: Quartò Conſtantia Curietta, ibi: *Anzi quando ſi riduceua a dire di sì, benche lo diceſſe per obbedire, e non per volontà, nondimeno ſempre ci ſoſpiraua, ed il più delle volte ci piangeua*, & pauló poſt, ibi: *E Lei ſempre riſpondeua, che mentre voleua Lui così, ſi ſaria monacata per obbedirlo, e non per ſua volontà, perche non vi era più rimedio di contraſtare contro la di Lui volontà*: Et quintò Rita Conconi, ibi: *Quando eſſa Rita riferiua le ſudette riſpoſte alla Signora Tereſa, allora Educan-* 36
*da &c. ſi metteua a piangere, e ſoſpirando diceua: Ci vuol pazienza, Io non ho neſſuno per me, ſono abbandonata da tutti, biſognerà, che facci a ſuo modo, ma però contro la mia volontà*.

Iſtæ autem proteſtationes, & declarationes animi removent quemcumque conſenſum ab actu futuro, & probant 37
evidenter, Profeſſionem, non ſpontè, ſed metu, & contra propriam voluntatem emiſſam fuiſſe, ut in terminis *Caren. reſol. 81. num. 37. Bordon. de Profeſſion. cap. 19. num. 36. Calderin. conſil. 1. de Iis quæ vi, Graff. deciſ. aureæ par. 1. lib. 3 cap. 5. de Regular. 8.* & ſicut, ſi emiſſæ fuiſſent in Actis alicujus Notariis, ſine dubio probarent metum, & perſeverantiam voluntatis repugnantis ſtatui religioſo, ita ejuſdem efficaciæ reputari debent in caſu noſtro, 38
ubi propter timorem Patris auſa non fuit Puella proteſtari publicè, vel in Actis alicujus Notarii; Sufficit enim In his terminis declaratio animi eo meliori modo, & cum minori periculo, quo fieri poteſt, aut cum Amicis, & Conſanguineis, aut cum ipſiſmet Monialibus, ut quicumque actus qui ſubſequatur, reputetur nullus, & meticuloſus, ut ſolidè probant *Gonzal. in cap. 2. de His, quæ vi, met. cauſ. fin. num. 7. Surd. conſ. 513. num. 36. & ſeqq. Honded. conſil. 23. num. 22. tom. 1. De Pont. conſ. 131. num. 138. Valenzuel. conſ. 29. num. 43. Staiban. jun. centur. 2. reſol. 101. num. 39. fol. 5. Hodiern. contr. forenſ. cap. 16. num. 51. Panimol. dec. 102. num. 9. 11. & ſeqq. Sperell. dec. 75. num. 52. Theſaur. quæſt. forenſ. 51. num. 8. lib. 1. Iranch. de Proteſt. conſid. 55. num. 3. & Rota dec. 132. nu. 13. par. 14.* cum aliis 39
concordantibus, citatis in *tom. 1. diſcept. Eccleſ. par. 1. diſcept. 2. num. 18.* cum quibus in d. caſu proceſſit CC. ut videre eſt *ibidem num. 55.* & ſolidè probat *Ciarlin. contr. forenſ. lib. 1. cap. 108. num. 49.* ibi: *Tertiò probatur metus ex* 40
*multis declarationibus, ſeu proteſtationibus, factis in Novitiatu, & alibi quod ſcilicet coactè, & propter metum Fratris ingreſſus fuerat Religionem, & hoc dicebat non ſolùm extraneis, ſed etiam ipſis Nouitiis, & eorum Magiſtro, & etiam aliis Fratribus, quæ proteſtationes, ſeu declarationes, licèt non plenè probent metum, tamen valde proſunt, quia remouent conſenſum ab actu ſubſequenti etiam quod ſint factæ Parte abſente &c. & num. 50.* ibi: *Quando adeſt juſta cauſa metus, valet etiam clandeſtina proteſtatio, Parti non intimata, ut actus ſubſequens utì meticuloſus non valeat*, & proſequitur *num. 51.*

His omnibus addimus duas fatales circumſtantias facti, quarum prima eſt, quòd dd. reclamationes, & proteſtatio- 41
nes non ſolùm reſpiciebant tempus præſens, ſed ulteriùs repromittebant eandem averſionem, & contrariam voluntatem etiam in futurum, & ſic de tempore præciſo Profeſſionis, ut deponit A.D. ibi: *All' Abito monaſtico vi ho auto ſempre auerſione, e contraria volontà, anzi continuo ad auercela, e ce l'auerò fin che campo*; Et confirmat C. ibi: *Che già* 42
*mi era nota la ſua volontà, e che quella ſempre era ſtata tale, e che ſaria in avvenire*: Et denique Eliſabetha Bacchina, ibi: *Ma per altro il mio genio, e la mia uolontà non ci è ſtata, nè ci ſarà*: Virtus enim dd. declarationum, reſpicientium tempus futurum non ſolùm comprobat perſeverantiam in primævo diſſenſu, ſed maniſeſtè removet conſenſum à quocumque actu futuro, ibi: *E ce l'auerò fin che campo*, ut egregiè ponderant *Surd. conſ. 513. n. 45 Ciarlin contr. 108. n. 48. l. 1. Panimoll. dec. 102. n. 12.* ibi: *Tum etiam, quia proteſtatio in* 43
*iis quæ à noſtra uoluntate dependent, quotiès reſpicit ad futurum, & præmittitur ad euitandum, & dirimendum tractatum, nè ſequatur actus, uel contractus, & duret cauſa metus, utique, & tunc remouet conſenſum ab actu ex contra-*

*ſtu futuro*, *Barboſ. Vot. dec.* 77. *num.* 96. & 98. & *Rot. dec.*
858. *num.* 5. *coram Seraph.* ibi: *Vires autem hujus proteſta-*
*tionis, quæ ſint, tradunt DD. in cap. Cùm M. Ferrarienſis*
44 *de Conſtit. & ibi Dec. num.* 98: *Removet enim conſenſum ab*
*actu futuro contrario, quoties ſumus in his, quæ pendent à*
*voluntate Proteſtantis, & proteſtatio reſpicit actus futuros,*
*prout in caſu, de quo agitur: Et dec.* 326. *num.* 9. *coram Lu-*
*dovis.*
Secunda circumſtantia, ſeu potiùs mathematica quæ-
dam demonſtratio perpetui, & continui diſſenſus, & fi-
xi, atque firmiſſimæ ſpei redeundi ad Sæculum, in eo
conſiſtit, quod Puella poſt ſuſceptum habitum monaſti-
cum, ſemper retinuerit, & adhuc retinet Veſtes ſæcula-
res apud ſe, quibus induta incedebat ante ingreſſum in
45 Monaſterium, & quamvis poſt obitum Marchionis plu-
res, eaſque maximas paſſa fuerit, & dietim etiam patia-
tur anguſtias, quia deſtituta eſt omni Livello, ac omni
auxilio humano, ita ut veſtibus laceris cogatur incedere,
& unum etiam obulum ſuſpirare, adhuc potius contenta
fuit præfatas anguſtias uſque ad extremitatem pati cum
ludibrio, & irriſione omnium Monialium, quàm dimit-
tere ſpem exeundi è Monaſterio, & continuam abomi-
nationem ſtatus religioſi. Quocirca veſtes ſuas ſæcula-
46 res nunquam diſtraxit, nec vendi permiſit, eam reddens
ſtringentiſſimam rationem, quia expectabat diem il-
lum, quo eis uti poſſet, quam refert A. D. ibi: *Quando*
*Io parlavo nelle volte ſudette con detta Suor Maria Coſtanza*
*nel Monaſtero, Lei alcune volte diſſe, che ancora riteneva*
*tutti li ſuoi abiti da Secolara, e che Lei non li voleva riſtitui-*
*re, perche poteva eſſere, che un giorno gli aveſſero a ſervire:*
Idque etiam confirmat Conſtantia. Ex hac autem circum-
ſtantia, quæ conſiſtit in facto, à die ingreſſus uſque ad præ-
47 ſens continuò permanenti, & viſibili, & quæ eſt prorſus
incompatibilis cum Statu religioſo, qualificata ſub illa ra-
tione: *Perche un giorno gli aveſſero a ſervire:* Pluſquam
evidenter demonſtratur voluntas ſemper parata ad egreſ-
ſum ex Monaſterio, ſemperque aliena à vinculo Religio-
nis, & plus probat, quam expreſſa proteſtatio facta in
actu Profeſſionis, quia in omni materia plus probant fa-
48 cta, quam verba *leg. Paulus ff. Rem rat. haber. & L. de*
*quibus ff. de Leg. Rot. dec.* 21. *num.* 8. & *coram Celſ.* cum
vulgatis.
Sunt igitur omninò contemnendæ (comparativè ad tam
claram diſpoſitionem Juris, & ad tot inſuperabiles proba-
49 tiones circa continuationem metus) quædam informes At-
teſtiones aliquarum Monialium Monaſterii, tam ſuper li-
bera, & ſpontanea voluntate Puellæ in emittenda Pro-
feſſione, quàm ſuper excluſione reclamationum. Omiſſo
enim, quòd fuerunt extortæ, pendente hac lite, ſub fallaci
50 ſpe futuræ concordiæ ſuper cauſa Succeſſionis, & ideo
tanquam expiſcatæ pendente lite, nihil penitùs probant,
*Fulgoſ. conſ.* 173 *num.* 1. & aliis relatis *Rot. dec.* 439. *num.* 8.
*in fin. par.* 4 & alibi.
Et omiſſo etiam, quòd in concurſu aliarum Monialium,
de metu, & de continuis reclamationibus deponentium,
quæ fuerunt formitèr examinatæ, iſtæ omninò præferri de-
bent contrariis Monialibus ad perpetuam tantùm examina-
51 tis, ex adductis per *Rot dec.* 419. *num* 2. *par.* 9. & *dec.* 415.
*num.* 13. *par.* 16. *rec.* ubi quòd nec etiam faciunt adminicu-
lum teſtes examinati ſine examinati ſine citatione Partis in
concurſu teſtium, formitèr examinatorum,
Proſternitur ulteriùs quælibet fides earundem Monia-
lium, ponderando, quòd hæc lis ſuper nullitate Profeſ-
52 ſionis principaliter intentata eſt contra Monaſterium
& ipſaſmet Moniales, ex quo Profeſſio eſt Contractus
ultrò, citròque obligatorius inter Monaſterium, & Mo-
nialem, proindeque admitti de jure non poteſt, quòd
Moniales fidem faciant favore proprii Monaſterii, &
teſtimonium perhibeant in Cauſa propria, ex qua ſubſi-
ſtente Profeſſione, maximum commodum, & intereſ-
ſe ſperant, ut obſervat *Rot. dec.* 3. *poſt Bordon. de Profeſſ.*
*num.* 5. *verſ. quia ultra*, & *dec.* 1166. *num.* 1. *coram Sera-*
53 *phino*, ibi: *Non obſtant in contrarium deducta, nam quan-*
*tùm ad depoſitiones quarundam Monialium, deponentium de*
*quibuſdam actibus hilaribus, & qui videntur facti ex libera*
*voluntate, quia, ut ſupra dictum eſt, non ſunt habendi in*
*conſideratione, ſtante, quod durabat eadem cauſa metus,*
*& exiſtebat in eodem Monaſterio, quod invita, & coacta*
*fuerat ingreſſa; Præctereà iſti actus, & alia pro Monaſterio*
*deducta, probantur per Moniales ejuſdem Monaſteeii, de*
*cujus intereſſe agitur:* & *dec.* 1177. *coram eodem Seraph.* ibi:
*Quæ in contrarium deducuntur ex teſtibus, non fuerunt ha-*
*bita in conſideratione, tum ex eo, quod quidquid per Monia-*
*les probatur, eſt valdè ſuſpectum, tum propter intereſſe,* 54
*tum quia non relevat ex dicta metus duratione, quæ facit,*
*ut omnes actus contrarii cenſeantur ſimulatè facti ex cauſa d.*
*metus &c. Rot. dec.* 178. *num.* 10. *coram Carillo*, ibi: *Sunt*
*Moniales ejuſdem Monaſterii, cujus intereſt, Profeſſionem*
*eſſe validam.*
Augetur etiam ſuſpicio; Nam timens moderna Abba-
tiſſa præjudicium proprii Monſterii, quatenùs Profeſſio
nulla declararetur, quouſque potuit, prohibuit, nè Bar- 55
tholomæus Gargarius, tunc Exactor d. Monaſterii, ſe ſu-
bjiceret formali examini, & veritatem deponeret, quam
metu Excommunicationis revelaverat; Et quia vigore
mandati de gravando idem Gargarius coactus fuit ſe ſubjice-
re examini, paulò poſt à ſervitio Monaſterii dimiſſus fuit;
Ex hac igitur nimia affectione pro ſubſtinenda Profeſſione,
& ex magno intereſſe & utili, quod inde reſultat Mona-
ſterio, & ex quadam falſa opinione, quod Monaſterium
diffametur in caſu nullitatis Profeſſionis, nec in linea ad-
miniculi attendi debent præfatæ Moniales, ut reſolvit *Cong.* 56
*Concilii in Biſuntina* 9. *Julii* 1701. de qua *in tom.* 1. *par.* 1.
*Diſcept.* 1. *num.* 40. & *in Lingonen.* 20. *Septembris* 1715. de
qua *in eodem tom* 1. *diſcept.* 4. *num.* 28. ubi de atteſtatione
quatuor Monialium, & *in alia Biſuntina* 9 *Septemb.* 1713.
ubi de atteſtatione quinq; Monialium, de qua in *d. tom.* 1.
*diſc.* 1. *num.* 40. In quibus omnibus punctualiſſimis Reſolu-
tionibus meritò in nulla prorſùs conſideratione habitæ fue-
runt dictæ atteſtationes Monialium, ex illo innegabili prin- 57
cipio, quòd tendunt ad proprium commodum, atque ad
evitandam minùs veram opinionem, quòd aliquo modo
famæ diminutionem patiatur Monaſterium illud, in quo
Monialis per vim, & metum Profeſſionem emittere coacta
fuit.
Præterea, dato etiam, & per modum diſcurſus admiſſo,
quod nullum adeſſet intereſſe, nullus timor diffamationis,
& nulla affectio; Quinimò dato etiam, quod fuiſſent for- 58
miter examinatæ præfatæ Moniales, quæ omnia à parte rei
nullo modo verificantur, ſuntque verum ens rationis; Ad-
huc in concurſu aliarum Monialium, deponentium de me-
tu, & de reclamationibus, & actibus, quos viderunt, &
audiverunt, de Jure major fides præſtanda eſſet duobus tan-
tùm teſtibus de metu, quàm mille, ſi adeſſent, ſuper libera,
& ſpontanea voluntate, juxta theoricam *Innoc. in cap. Su-*
*per hoc num.* 2. *de Renunciat.* quam ſequuntur *Menoch. de*
*Præſumpt. lib* 3. *præſumpt.* 126. *num.* 31. benè *Corrad. in* 59
*Prax. diſpenſation. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 11. *Ciarlin. controv.*
108. *num.* 67. *lib.* 1. *Rot. dec.* 326. *num.* 46. *cor. Ludoviſ.* ibi:
*Sed quidquid ſit, ſufficit, quòd in concurſu plus creditur duo-*
*bus teſtibus de metu, quàm mille deponentibus de voluntate*
*ſpontanea, & libera: Rot. dec.* 9. *num.* 65. *coram Arguel.* &
*in Melevitana Nullitatis Profeſſionis*, impreſſa poſt *Reſolut.* 60
*Dian. par* 11. *§. Nec obſtat fol.* 16. ubi alii referuntur.
Quin attendi mereatur, quòd Th. Liv. pluriès ſcripſerit
Marchioni, quod ipſa erat contenta de Statu Religioſo;
Sciebat enim, quòd Pater omnem conatum adhibuerat, ut
fieret Monialis, & ſciebat, quòd quatenus ſe ſatisfactam, 61
& pluſquam contentam non oſtendiſſet, poterat Pater ſe ab-
ſtinere ab illa munifica ſubminiſtratione pecuniarum, alia-
rumque rerum, quæ dietim erant neceſſariæ; Et denique
ſciebat ſuſpicionem à Patre præconceptam, ut indicat quod-
dam ejus Biliettum repertum in illius hæreditate, ibi: *ho*
*inteſo più volte, che V. S. non mi viene à vedère ſpeſſo, per-*
*che hà non sò che dubj, ma quello, che Lei penſa, ſe lo levi*
*pure dalla mente, che non ſarei arrivata a queſto ſegno, ſa-*
*pendo, che Lei manterrà ſempre, quello, che mi hà pro-*
*meſſo, così ſono per mantenere anch' io qualſivoglia paſſo, che*
*hò fatto;* Et ideo cogebatur cum eo fingere, & non ſolùm 62
cum ſuis Biliettis oſtendere ſe contentam, ſed etiam ſollici-
tare res neceſſarias ad actum Profeſſionis, ut eo magis ſibi
benevolum Patrem redderet, cumque diverteret ab appre-
henſa ſuſpicione; Ut igitur gravius damnum ſibi imminens
evitaret, interdum ſcribebat officioſa Bilietta, ſic etiam
inſtigante, & dictante Moniali Bartoletta; Sed in ipſo actu,
quo ſcriberet, manus ipſa reſiſtebat, & tarda erat, & li-
cèt fingeret, adhuc averſionem oſtendebat, ut refert ipſa
Bartholetta, ibi; *E con queſte mie perſuaſioni s' induce-*
*va a ſcrivergli il Biglietto &c. Anzi mi accorgevo, che*
*nel ſcrivere parole, concernenti il ſuo aſſenſo di farſi*
*Monaca, vi ſtentava, e ſempre faceva, atti di mol-*
*ta avverſione.*
In his itaque terminis, præciſivè etiam ab inſinua-
tionibus, factis à Bartholetta, quæ valdè minuunt
effica-

efficaciam dd. verborum, cum dicta Bilietta ſcripta, & miſ-
63 ſa fuerint ad eundem Patrem, qui metum intulerat, quamvis lætum, jucundum, ac liberum animum profitendi continerent (quem tamen non continent) adhuc non ſolùm metum non excludunt, ſed illum magis confirmant, & comprobant, ut in puncto notat egregiè *Ciarlin. controv.* 108. *num.* 66. *lib.* 1. *Panimoll. dec.* 102 *num.* 13. *& ſeqq.* & melius *in Annot.* 2. *num.* 25. *Rot. dec.* 75. *num.* 7. *cor. Peutinger*, ibi: *Nec obſtare dixerunt Domini Epiſtolas Raphaelis,*
64 *non recognitas ad Patrem conſcriptas; Quia dum metus jam erat incuſſus, & Pater, cauſa metus, viveret, dd. Epiſtolas liberam voluntatem, jucumdumquè profitendi animum arguentes, tantò magis metum confirmat*: Ut in ſpecie dixit *Rot. deciſ.* 175. *num.* 5. *par.* 1. *rec. & dec.* 8, 1. *num.* 6. *circa*
65 *fin. & dec.* 887. *num.* 2. *cor. Serap.* cum quibus proceſſit C. E. & R. *in Præneſtina Nullitatis Profeſſionis* 12. *Novembris* 1717. ut videre eſt *in tom.* 3. *par.* 1. *diſcept.* 7. *per tot.* & ſignanter *num.* 45. *&* 62.

Tandem nullius prorsùs relevantiæ ſunt Renunciatio, facta à Th. Liv. per inſtrumentum publicum, ſolemnis Apparatus in actu ſuſceptionis habitus, cum aſſiſtentia clar.
66 mem. Em̃. Sanctacrucii, & interventu plurium Matronarum, necnon aſſociatio ejuſdem, facta à D. Principiſſa P. & denique exploratio voluntatis facta à Viceſgerente; Quia omnes iſti actus, vel retorquentur ad hominem contra Monaſterium, vel nihil penitùs relevant in Jure.

Et quidem retorquetur actus Renunciationis; Adeò enim Marchioni intererat fieri renunciationem (hæc quippè erat primaria cauſa cogendi ad monacatum) ut excluſo
67 Carolo Curietto, qui erat proximior, fecit falsò, ſed innocenter, jurare Puellam ſuper non exiſtentia Proximiorum, qui poſſent contractui intervenire, & ut majorem timorem incuteret eidem Puellæ, voluit ipſemet in abſcondito intereſſe ipſi contractui Renunciationis in domo D. F. U ut refert Monialis Bartholetta. Penſata igitur ex parte Patris enixa voluntate reportandi dictam renunciationem, adeò proficuam, attento graviſſimo præ-
68 judicio Puellæ, quæ abſque ulla conſtitutione Livelli renunciavit etiam ſupplemento Alimentorum, & conſiderata præſentia Patris, Viri terribilis, & ſeveri, ac ſtudioſa excluſione Proximioris; Profectò non ſolum ex dicto actu renunciationis non excluditur metus, ſed potiùs confirmatur, ut obſervat *Ciarlin. contr.* 108. *num.* 39 *in fin. lib.* 1. ibi: *Et metus hujuſmodi veriſimilis redditur ex*
69 *donatione, quam Frater Auguſtinus fecerat dicto ejus Fratri, propter quam ejus intererat ut ille emitteret Profeſſionem*, & in puncto *Camerat. reſponſ. dec. reſponſ.* 1. *art.* 1. *nu.* 50. ibi: *Nihilominùs hæc ſuſpicio, imò, & plena probatio metus, multum ingraveſcit, veritatique proxima redditur ex*
70 *renunciatione, quam pro ſe à Donna Franciſca extorſit &c.* ubi octo alii Doctores cumulantur.

Retorquetur ulteriùs ille magnus Apparatus in die veſtitionis, cum aſſiſtentia Eminentiſſimi Sanctacrucii, Prin-
71 cipiſsæ P. ac tot aliarum Matronarum. Ultrà quod enim proportionatus eſſe debuit, & Patri, & Filiæ, adhùc eo mediante voluit Marchio obſtaculum præbere, ne poſſet Th. Liv. abſque ſuæ connaturalis verecundiæ offenſa reclamare, & animi ſui juſtitiam palàm oſtendere, præſentibus perſonis in dignitate, & magnatitio Ordine conſtitutis, ut ad rem noſtram obſervat *Rot. coram Serapbin. deciſ.* 1166.
72 *ſub num.* 1. ibi: *Et ſanè ad hunc effectum, ut ipſa non auderet verecundia ducta reclamare Comes invitaverat Reginam, & infantes, ut intereſſent Profeſſioni*. Quapropter etiamsì eadem Puella in dicto actu Profeſſionis ſe lætam, & jucundam exhibuiſſet, non tamen probaretur excluſio metus, quia id facere potuit ne objurgaretur de levitate, & vili animo in conſpectu tot conſpicuarum Perſonarum, & Marchionis Patris indignationem ſubiret, ſi-
73 gna ſuæ contrariæ voluntatis, & metus ſibi illati oſtendendo, juxta animadverſa per *Bordon. de Profeſſ. cap.* 19. qui in quæſtione, an metus excludatur probatione lætitiæ, & gaudii in emittenda profeſſione *num.* 64. reſpondit, ibi: *Per hoc non probatur excluſio metus, quia illud gaudium referri quidem poteſt in actu profeſſionis ratione ſuæ bonitatis, non verò in cauſam profeſſionis productivam,*
74 *quæ ſicuti affecta eſt metu, ita & actum profeſſionis inficit, undè actus læto animo factus ne videatur vilis perſona in conſpectu aliorum, adhùc cenſetur meticuloſus in radice mali comminati*, & tradit etiam *Rot. poſt Tamburrin. de Jur. Abbatiſſ. deciſ.* 5. *num.* 6. Sed quantumvis impavida in vultu ſe oſtenderit dicta Puella; Populus verò, qui ad Eccleſiam acceſſerat, nequivit diſſimulare rei veritatem, dum pleno ore propalavit minas, & metum, & Deus permiſit, ut ea, quæ reticere cogebatur Filia, Populus palàm faceret, dolens murmurando: *Oh poveretta è condotta al Macello!* 75

Neque vis ulla fieri poteſt ſuper exploratione voluntatis, facta à Viceſgerente; Quia juxta Sac. Conc. Trident. hujuſmodi exploratio non ſolùm in Urbe, ſed in toto Orbe Catholico fieri debet, & ſolet, & tamen probato metu à principio, ab exploratione voluntatis, nunquam 76
argui ſolet purgatio metus, ſeu mutatio voluntatis, ut pluries reſolvit C. C. Et sì hæc attendenda eſſet, nunquam verificari poſſet nullitas Profeſſionis, & ratio ea eſt, quia cùm duraret eadem cauſa metus, & eadem potentia nocendi, ſi Puella explicaſſet ſuam contrariam voluntatem 77
monacationi, & metum ſibi illatum, ſinè dubio Card. Vicarius, ſivè Viceſgerens, Puellam invitam vinculo Religionis non obſtrinxiſſet, & tunc ſtatim irreparabiliter obnoxia remanſiſſet gravibus damnis, quæ Pater inferre ſæpiſſimè minatus fuerat; Adeòque ſicuti auſa non fuit ſecretam proteſtationem emittere in Actis alicujus Notarii, ne actus iſte deveniret ad notitiam Patris, ità, & tantò magis debuit contrariam ſuam voluntatem celare Judici, illam Exploranti, quæ eò faciliùs ad aures Patris perveniſſet; Atque hinc meritò infertur, non 78
ſolùm explorationem voluntatis, & ipſam Profeſſionem, alioſque omnes actus non poſſe præſumi liberos, durante cauſa metus, ſed potiùs ſimulatos, commentitios, & meticulos, etiamsi læto, & jucundo animo facti appareant, nam quo magis extrinſecùs apparet lætitia, & contentamentum, eo magis intrinſecùs præſumitur metus, ut egregiè notat magnus Canoniſta *Rebuff. conſ.* 68. *§. Nec me movet*, ibi: *Nam in matrimonio, invita non dicitur conſentire matrimonio, quamvis poſt metum oſculata fuerit Maritum, riſerit, & cantaverit cum eo, & alia ſigna* 79
*jucunditatis præbuerit, quia ſimulando ea faciebat, & non ceſſabat metus &c. Sperell. deciſ.* 80. *num.* 9. *Rota in Melevitana Nullitatis Profeſſionis poſt Reſolution. Dian. par.* 11. *fol.* 16. §. *Nec obſtant, deciſ.* 175. *num.* 1. *par.* 1. *rec. deciſ.* 863. *n.* 5. *cor. Seraphin. dec.* 392. *num* 3. *&* 4. *cor. Ludoviſ. & dec.* 75. *num.* 7. *cor. Peutinger.*

Malum enim principium influit in omnes actus ſequentes, & ſicuti in Patre vigebat idem motivum cogendi etiam de tempore explorationis, & Profeſſionis, quinimò om- 80
nes conatus Marchionis tendebant, non tàm ad actum veſtitionis, quam ad actum ipſum profeſſionis, ità in Filia aderat eadem cauſa timendi, & conſequentèr idem metus de tempore præciſo profeſſionis, qui non remanſiſſet excluſus, etiamsì Puella in actu profeſſionis nedùm læta, & jucunda ſtetiſſet, ſed proprio caractere ſcripſiſſet hæc verba: 81
*Ego Profeſſionem ſpontè emiſi*; ut egregiè ponderat *Bordon. Oper. var. cap.* 13. *de Probat. Cleric. num.* 36. ibi: *Quia ſi metu profitetur, metu etiam ſcribet, ſpontè ſe profeciſſe, & ideò per hoc non dicitur ratificare ſuam profeſſionem, ſi invitus profecit, quia etiam coactè, & materialiter tantum ſcripſit, ſpontè profeſſionem emiſit. Scripſit ergo manu, non mente, mutando voluntatem, undè per hoc non impeditur a reclamatione.*

## §. IV.

*Oſtenditur ex geſtis poſt Profeſſionem, nequaquam remànſiſſe purgatum metum, ſeu inductam tacitam Ratificationem.*

Metus itaque ab initio probatus, & qui duravit de tempore emiſſæ profeſſionis, nequaquàm remanſit de- 1
indè unquam purgatus, cum aſſiduò perduraverint querimoniæ, & reclamationes Puellæ de vi, & metu ſibi illato poſt profeſſionem, & uſque ad diem motæ litis ſuper nullitate; Quinimò poſt obitum Patris, metus Authoris, fuerunt majores, & frequentiores, neque hanc veritatem probamus ex teſtibus exteris tantùm, ſed ex formali examine, & jurato reſpectivè teſtimonio ſex Monialium 2
Monaſterii, quæ pleniſſimam, conſtituunt probationem, juxtà individuales auctoritates allegatas ſupra *§.* 2.

Monialis enim Bartholetta formiter examinata, ſic ait. *Simili doglianze l'hà fatte quaſi alla giornata, tanto prima, che doppo la Renuncia, & anche doppo velata fin' al* 3
*preſente; A ſegno che il numero delle volte non è poſſibile, che poſſa riferirglielo &c.* & paulò poſt ibi: *Dico bene, che ſimili* doglian-

*doglianze ſono ſtate di continuo, tanto prima, che doppo fattaſi Monaca, e particolarmente doppo la morte del Marcheſe*
4 *ſuo Padre, non ſi è mai quietata, nè ſi quieta, tanto con me, quanto con l' altre Monache*, Soror Conſtantia Amari, pariter formiter examinata, ſequentia refert, *Doppo poi monacataſi Suor Maria Coſtanza, la medema, come hò detto di ſopra, hà continuato, e continua ancora di preſente a fare dell' eſclamazioni, che Lei s' era fatta Mona-*
5 *ca per forza, e mal volentieri, ſolamente per aderire alla volontà del Padre, non per ſua volontà.*

Idem confirmant aliæ quatuor Moniales, quarum fides jurata producta fuit à Monaſterio in Tribunali Cameræ, antè motam præſentem litem, ibi: *E l' iſteſſe eſclamazioni, e doglianze hà continuato a farle anche doppo, & in particolare ſeguita la morte di detto Sig. Marcheſe, continuamente, e pubblicamente a Noi, & a tutte le Monache.*

Comprobatur hæc veritas etiam à teſtibus exteris, & ſignanter ab Eliſabetha Bacchina, formiter examinata, ibi: *Diſcorrendo io con Lei, li dicevo, che credevo allora ſi*
7 *foſſe quietata d' animo di ſtar contenta nel Monaſtero, mentre aveva fatto Profeſſione, e Lei mi riſpondeva con le ſeguenti, e conſimili parole: Stò peggio, che prima; Se mi ſono fatta Monaca per forza, come volete, che ſtii contenta? Queſto Abito non me lo poſſo vedere addoſſo, e ſe io continuo nella Vita religioſa, io mi danno, quel che hò fatto, l' hò fatto per obbedire a mio Padre contro mia voglia, perche non hò altri, che Lui in queſto Mondo &c.*

Et denique hæc omnia affirmantur à Conſtantia Curiet-
8 ta, à Rita Concona Nutrice, & à Franciſco Minacciono, qui ſub ejus depoſitione deceſſit, nec non ab altero teſte Sacerdote, quæ omnia ſimul unita non ſolùm ad evidentiam excludunt purgationem metus, ſed magis illius continuationem comprobant in actu Profeſſionis, quia reclamationes antecedentes, & ſubſequentes pernecessè concludunt, actum intermedium feciſſe meticu-
9 loſum, juxta regulam, de qua generaliter *Rota in Reatina Fideicom. de Clavellonibus 15. Maii 1705. §. Potiſſimè coram Anſaldo*; Et in terminis nullitatis Profeſſionis *Jacob. Gallus conſ. 66. num. 13. & 14. Pilaja dec. Pontific. lib. 1. dec. 12. n. 26. Caren. reſol. 81. n. 33. & 34. Ciarlin. contr. 108. n. 53. & 54. & Rot. poſt Bordon. de Profeſſ. dec. 3. num. 8.*

Hiſce verbis accedunt etiam facta, penitus excluſiva purgationis metus, nam Th. Liv. non obſtante pluribus monitionibus, frequenter ſibi factis ab Abbatiſſa pro
10 tempore, aliiſque Monialibus, ferè nunquam accedere voluit ad Chorum, nec alia exercitia ſpiritualia, Monialibus propria, peragere; Quinimò in actu, quo monitiones audiebat, invehebat contra Patrem abſentem, & contra ipſammet Monialem Bartholettam, ut iſta refert, ibi: *Mentre non voleva venire all' Officii al Coro, nè fare altri Eſercizj ſpirituali, che hanno fatto, e fanno le Monache velate, benche ne riceviſſe continui rimproveri &c. E perche a ſimili rimproveri alle volte mi trovavo preſente, doppo detta Suor Maria Coſtanza ſi*
11 *voltava verſo di me, e diceva, che io ſarei andata all' Inferno, aſſieme con il ſuo Padre, perche avevo aderito alla volontà di detto Signor Marcheſe, e conſigliata a farſi Monaca contro ſua volontà*: Et confirmat etiam Monialis Amari, & eſt notorium omnibus Superioribus Monaſterii; Ex hoc enim contumaci, continuo, & voluntario inadimplemento, & inobſervantia Regulæ non purgatur metus, ſed eò magis confirmatur, ut in ſpecie id admiſit hæc Congregatio Concilii *in Patavina 20. Julii 1713.* ut legitur in Folio dicta die diſtributo, ibi: *At-*
12 *que palam aſſerebat, neque Choro intereſſe, neque Monialium Officia ſubire velle, cùm nullitèr Regularia Vota emiſiſſet; Et 7. Julii 1714. lib. 64. Decr. fol. 219. & in Ulixbonen. 17. Novembris 1714. lib. 64. Decr. fol. 512.* ibi: *Quin etiam tanquam non Profeſſam ſe reputans, Communitatis obſervationes parvifaciebat, & in Mantuana 7. Septembris 1715.* ibi: *Proteſtandoſi, che era Religioſa per forza, e non voleva fare coſa alcuna, perche non era entrata di ſua ſpontanea volontà*: ut videre eſt in *Tom. 1. par. 2. diſc. 20 per tot. & ſignantèr n. 88.*

Præterea ſemper fuit perturbata ob violentiam ſibi illatam, ut inimicus homo, non ſemel eam tentaverit,
13 quatenus ſe ipſam occideret, vel in puteum ſe projiceret, prout referunt præfatæ duæ Moniales, formiter examinatæ, adeo ut timens Monialis Bartholetta, nè dicta Puella aliquod flagitium contra propriam vitam patra-
14 ret, de ipſa frequenter ſollicita, inquirebat per Monaſterium, ut teſtatur ipſamet, ibi: *hò benſi temuto molto, quando non la vedevo ſpeſſo, ed in tal' occaſione ricordandomi delle ſue parole, l' andavo ricercando per il Monaſtero, com' hò ſeguito più volte ſul timore, che Lei non aveſſe per qualche atto di diſperazione, fatto qualche danno alla propria vita &c.* quæ circumſtantia plurimùm confert ad excludendam purgationem metùs, & ad con- 15
firmandam illius probationem, ut in terminis alterius Monialis, aſſerentis ſe velle in Puteum projicere, ob metum ſibi illatum ad ingrediendum Religionem, punctualiter firmavit *Rota in deciſ. 930. num. 1. coram Dunoz. jun.* cum qua proceſſit hæc Sac. Cong. *in Biſuntina 9. Septembris 1713.* ut videre eſt *tom. 1. par. 1. diſcept. 1. num. 31. & per tot.*

Neque in minima conſideratione habendi ſunt actus, qui allegari ſolent, ad probandam purgationem metus, ſeu tacitam ratificationem, quia in hoc puncto diſtinguenda ſunt duo tempora; Primum, uſquequò vixit Mar- 16
chio Pater: Et ſecundum, poſt ejus obitum uſquè ad diem motæ litis, Omnes enim actus, facti in vita Patris, quales ſunt Renunciatio, ſuſceptio habitus, exploratio voluntatis, Profeſſio, & Bilietta, ſcripta Marchioni, nec non aliqua verba, relata à Monialibus, quatenùs ſubſiſterent, in aliqua conſideratione haberi non poſſunt, quia dato metu à principio, omnes præfati actus facti ſunt durante eadem cauſa metus, nempè vivente Marchione, & conſequenter quamvis læto, & jucundo animo facti eſſent, quòd à parte rei non ſubſiſtit, dùm omnes præfati 17
actus habuerunt ſemper admixtas querelas, & reclamationes, adhùc de jure non excludunt, ſed magis comprobant metum, benè *Ciarlin. controv. 108. num. 61. & 63. Rot. dec. 175. num. 5. par. 1. rec & dec. 873. num. 2. 3. & 4. coram Seraphin.* ibi: *Quod autem deducitur ex cap. Ad id, quod de Sponſal. & aliis allegatis, procedit in cohabitatione, quæ fit ceſſante metu, & cauſa metus, ut ex dicto Textu colligitur, aliàs eſſet contra communem illam concluſionem, aliàs in hac cauſa firmatam; durante cauſa metus cenſeri metum durare, & impoſſibile eſt, ubi non adeſt plena liber- 18
tas, dare voluntatem ſpontaneam, quod tàm in cauſa Matrimonii ſpiritualis, quàm temporalis perpetuò fuit in Rota obſervatum*; Iſtamque opinionem perpetuò etiam amplexa fuit hæc Sacra Congregatio, non obſtante, quòd metum paſſus, per 20. & 30. annos ſteterit in Religione, & plura 19
Officia ejuſdem Religionis exercuerit, nàm quoties durabat eadem cauſa metus, ſemper conceſſit reſtitutionem in integrum, ut videre eſt in *meis Inſtit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. nu. 195.* ubi referuntur 17. reſolutiones hujus Congreg. Conc. & *in Mantuana Nullitatis Profeſſionis*, in qua poſt 22. annos Religionis, quia duravit ſemper eadem cauſa metus, priùs conceſſa fuit Moniali reſtitutio in integrum, & 20
deindè declarata fuit nullitas Profeſſionis, & Monialis ad priſtinam libertatem reverſa eſt, ut videre eſt *in tom. 1. par. 1. diſcept. 20 per totam, & tom. 2. par. 1. diſcept. 9. per totam*; Et in terminis alterius Monialis, quæ poſt annos ſupra 30. quibus ſupervixit Pater, iſto defuncto, 21
obtinuit reſtitutionem in integrum adverſùs ejus meticuloſam profeſſionem reſolvit hæc Sac. Cong. *in Melevitana 18. Novembris 1702. & 15. Septemb. 1703.* ut videre eſt *in tom. 2. par. 2. diſc. 21. à num. 1. uſque ad num. 52*

Excluſa purgatione metus, à geſtis vivente Patre, faciliùs excluditur ab actibus, poſt illius obitum ſequutis; Iſti autem tres tantùm ſunt, qui exadversò allegantur, nem- 22
pè introductio litis ſuper Succeſſione ad integram hæreditatem Marchionis, facta in Tribunali Theſaurarii; Petitio Alimentorum, facta in Tribunali Cameræ; Et denique concordia, ſeu tranſactio inita inter Monaſterium, & Curiettam Matrem Th. Liv. Nullus tamen ex his actibus neque à longè, quinimò neque in linea ſimplicis adminiculi, 23
importare poteſt tacitam ratificationem, ſeu purgationem metus jam incuſſi.

Nam pro inducenda tacita ratificatione actus debent eſſe tales, qui neceſſariò ratificationem importent, & qui præſumi non poſſint geſti ob aliam cauſam, quam ratificandi, benè *Gratian. c. 540. n. 19.* & melius *Camerat. reſponſ. 1. art. 2. n. 97.* nec ſatis eſt, quòd juxta propriam naturam præſeferant tacitam ratificationem, niſi ſimul concurrat ſcientia certa, & præciſa Monialis, quòd ex talibus actibus reſultare poſſit legitima ratificatio profeſſionis nullæ, & irritæ, ut egregiè proſequitur *Camerat. dicto reſponſ. 1. art. 2. n. 78.* 24
*& Rot. dec. 3. poſt Bordon. de Profeſſion. & dec. 25. n. 9. cor. Arguell.* Et, uno verbo requiritur animus determinatus, & præciſa voluntas ratificandi Profeſſionem nullam; Alioquin, ſi actus ad aliam cauſam referri poſſint, nunquam

quam inducitur tacita ratificatio, ſeu purgatio metus, ut individualiter *Camerat. dicto reſponſ.* 1. *art.* 2. *num.* 79. *&* 97. ibi: *Et verba Monialis, quæ non ſunt prolata in actu determinato ad emittendam Profeſſionem, ſeu ratificationem,*
25 *ſed ad alium finem, non poſſunt ſervire ad inducendam Profeſſionem, ſeu ratificationem*; Et in puncto etiam *Rot. dec.* 9. *num.* 30. *coram Arguell.* cum multis aliis concordantibus, citatis *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 3. *per tot.* & ſignanter à *num.* 59. *uſque ad num.* 79 cum quibus proceſſit hæc Sac. Congreg. in *Veneta Nullitatis Profeſſionis* 18. *Auguſti* 1696. ut videre eſt *ibidem num.* 80. In concreto autem caſus noſtri omnia prædicta deficiunt; Nam introductio litis in Tribunali Theſaurarii ſuper ſucceſſione ad integram hæreditatem Paternam,
26 facta apparet nomine Monaſterii, non autem nomine proprio, & particulari Th. Liv. & jure quidem merito; Nam cùm illius Profeſſio de eo tempore eſſet in implicito ſtatu validitatis, omnia jura, tam paſſiva, quàm activa miniſterio legis, & abſque ullo facto ejus Puellæ ſtatim tranſierunt in Monaſterium, itaut etiamſi voluiſſet nomine proprio agere, de jure non potuiſſet, juxta *Textum in*
27 *Can. Non dicatis num.* 1. *quæſtion.* 1 *& in cap. Si Religioſus de Electïon. in* 6. *& in cap. Religioſi* 1. *de Sepultur. pariter in* 6.

Rurſus facta apparet ad alium effectum, quàm ad ratificandam Profeſſionem nullam, & ideò abſonum eſt aſſerere, quod ex lite, alieno nomine introducta, induci valeat ratificatio, ſeu purgatio metus, ut in puncto firmavit *Rot.*
28 *in Melevitana Nullitatis Profeſſionis*, impreſſa poſt *Dian. par.* 11. *fol.* 17. *§. Nec aliqua vis*, in qua nomine Profeſſi, cum aſſertione emiſſæ Profeſſionis petita iudicialiter fuerant ſ. 10000. & tamen Rota declaravit, nullo modo con-
29 ſtare de tacita ratificatione, ibi: *Unde cùm facta fuerit dumtaxat ad conſequendum commodum dictarum pecuniarum, nullo modo importare poteſt ratificationem Profeſſionis.*

Petitio verò Alimentorum in Tribunali Cameræ, ejuſdem eſt irrilevantiæ; Nam ultra quod continuata etiam fuit poſt introductam hanc litem in Tribunali Vicarii, tam coram Auditore SS. quàm in eodem Tribunali Cameræ, &
30 ſic eſt impoſſibile, quod ex hujuſmodi Inſtantia, ad alium effectum facta elici poſſit animus in Puella ratificandi Profeſſionem, quam eodem tempore judicialiter nullam proclamabat, adhuc cùm facta fuerit propter indiſpenſabilem neceſſitatem, qua ejus perſona præmebatur, nè ſcilicet nuda incederet per Monaſterium, utque poſſet aliis ſuis indigentiis occurrere, quas Monaſterium ſupplere non ſolet, inſubſiſtens prorſus eſt, ex hoc actu neceſſario purgationem metus, ſeu tacitam ratificationem, deſumere, ut in puncto *Rebuff. conſ.* 68. *per tot.* & ſignanter *§. Nam eo animo*,
31 ibi: *Nam eo animo, quo continebatur in Religione, eo animo iſta fecit, neceſſe enim erat illi, ut hoc faceret, alioquin fame periiſſet, etiam obedire Patri, Matri, & Fratribus cogebatur, & fructus recipere Prioratus, alioquin peremptus fuiſſet, quia ei denegabantur alimenta*, & noviſſimè id admiſit *Congregat. Epiſcop. & R. in Præneſtina nullitatis Profeſſionis* 12. *Novembris* 1719. in qua in nulla habuit
32 conſideratione replicatas Epiſtolas à Religioſo ſcriptas ejus Patruo pro conſequendo aliquo ſubſidio ad inducen. ex tali petitione tacitam profeſſionem, ut videre in *to.* 3. *par.* 1. *diſcept.* 7. *per tot.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt tranſactio inita inter Monaſterium, & Curiettam, in qua conventum extitit, quod in caſu, quo recuperaretur integra hæreditas Marchionis, dividenda eſſet pro medietate inter dictum Monaſterium, & Curiettam, ex quo inferunt, quod ſicuti integra hæredi-
33 tas prætendi non poterat, niſi ex capite legitimationis, ſequutæ ob ingreſſum in Religionem, ita ex hac concordia remanſerit tacitè ratificata Profeſſio.

Ponderandum quippe eſt, quod in eadem tranſactione nec verbum quidem fit de legitimatione ob ingreſſum, ſed dumtaxat ſermo habetur de diviſione hæreditatis, quatenus ea integra obtineretur. Proindeque, vel purgatio metus elici prætenditur ex pacto dividendi pro medietate integram hæreditatem, & hoc pactum initum inter Curiettam, & Monaſterium, neque per umbram importare poteſt purgationem metus, quia adjectum fuit ad alium
34 finem, & propter temporale intereſſe, ut benè probat *Camerat.* ubi ſupra *num.* 79. *&* 97. *Rot. poſt Bordon. de Profeſs. dec.* 3. *ſub num.* 5. *verſ. Non obſtat*. Vel elici prætenditur, ex quo allegata fuerit legitimatio ob ingreſſum, & de hac legitimatione nullum verbum fit in Inſtrumento, & ideo ex his, quæ dicta, & facta ſunt, abſente Th. Liv. & extra inſtrumentum, elici nequit purgatio metus, & tacita ratificatio, quæ indiget ſpeciali mandato, & non pendet ab aliena voluntate, ſed à facto poſitivo, & ab animo ratificantis, ex cumulatis per *Sperel. dec.* 161. *nu.* 42. *de Vecch. in Prax. Novit. diſp.* 13. *dub* 8. *num.* 13. *Pignatell. conſult.* 35
175. *nu.* 89. *to.* 9. *Panimol. dec.* 29. *annot.* 3. *n.* 33. *& Rot. dec.* 441. *num.* 16. *cor. Royas*.

Præterea ſupradicta tranſactio inita fuit nomine Monaſterii, & ad commodum ejuſdem Monaſterii, cujus intererat, & intereſt tueri validitatem Profeſſionis propter utilitatem, quam inde ſperat, & conſequenter tantò minus ex ea argui valet purgatio metus in Th. Liv. quæ licèt intervenerit in actu ſtipulationis inſtrumenti, interfuit tamen, 36
tanquam una ex Monialibus congregatis pro intereſſe Monaſterii, non autem nomine proprio; Ideoque non poterat impedire, quin reliquæ Moniales tranſigerent, immo nec ipſa poterat non intereſſe tanquam obſtricta titulo Obedientiæ, & juſſu Abbatiſſæ, cui obſequi voluiſſe præſumitur, benè *Rodriquez qu. Regular tom.* 3. *q.* 57. *art.* 15. *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 46. *& Rot. dec.* 397. *num.* 6. *par.* 4. *rec.* ibi: *Credendum eſt, Renatam interveniſſe in illis actibus juſſu Abbatiſſæ, cui illa, cùm eſſet quoad formam exteriorem in ſtatu Monialis, & Profeſſæ, contradicere non poterat*; Et in puncto, quòd ex tranſactione inita nomine nulliter Profeſſi, qui caſus eſt magis durus, quàm noſter, non inducatur tacita ratificatio, ſeu purgatio metus, probat *Rebuff.* 37
*conſ* 68. *§. Etiam nunquam*, ubi loquitur de Monacho, qui nomine proprio tranſegerat, ac petierat alimenta, Beneficium Regulare obtinuerat, quod nonniſi Profeſſis concedi ſolebat, & per quatuordecim annos permanſerat in Religione; Et de Moniali, quæ tranſegerat, tertiam partem Bonorum conſequuta fuerat, & 600. ducatos donaverat Sacrario Monaſterii, individualiter tenet *Camerat. reſponſ.* 1. *art.* 2. ubi videtur ſcripſiſſe pro hac Cauſa, & materiam hanc profundiſſimè tractat *per tot.* & ſignanter *n.* 91. ibi: *Quintò licèt Donna Franciſca tertiam partem fructuum ex propria* 38
*ſtipulatione, & obligatione Abbatiſſæ, & Monaſterii acquiſierit, nihilominus hæc ſtipulatio tacitam Profeſſionis nullæ ratificationem importare non poteſt, cùm actus hic de ſe talis non ſit, qui illam neceſſariò concludat, neque invenio Doctorem affirmantem, qui hoc audeat dicere, quinimò contrarium reperio &c.* Et in fine refert ita fuiſſe judicatum, & Monialem à Monaſterio exiiſſe, *Rot. poſt Bordon. de Profeſſion. deciſ.* 3. *ſub num.* 7. *& ſeqq.* ubi, non obſtante quòd Profeſſus poſt mortem illius, qui metum incuſſerat, permanſerat ultra annum in Monaſterio, & procuraverat, ut Superiores Monaſterii cederent ipſius Matri ju- 39
ra ſuper portione ſuæ Legitimæ, receptis nonnullis pecuniis, adhuc reſolutum fuit ex eo non fuiſſe metum purgatum, & idipſum in ſimili reſolvit eadem *Rot. deciſ.* 75. *num.* 9. *coram Putinger.* ubi licèt Profeſſus, poſt impetratum Breve pro deducenda nullitate ſuæ Profeſſionis, votaſſet in Aſſembleis, Cauſas ſibi delegatas, tanquam Profeſſo, acceptaſſet, cognoviſſet, decidiſſet, & Ordini retuliſſet, quæ aliter, quàm in Religione Profeſſo non licuiſſent, ut ponderat *Rot. dec.* 32. *num.* 15. *cor. eodem Peutinger*, adhuc ob intermedias reclamationes Profeſſi, cenſuit, ex tot actibus 40
non conſtare de tacita ratificatione, ut patet ex *dec.* 75. quæ eſt revocatoria *d. dec. cor. Peutinger*.

Cæterùm ſequens dilemma nimis urgere videtur: Vel enim ipſa prætendit ex præfatis actibus, & ex mille aliis, 41
ſi adeſſent, ratificatio expreſſa, vel tacita: ſi expreſſa, nec lis introducta, nec petitio alimentorum, nec denique prætenſa tranſactio, & verba relata in atteſtationibus extortis à Monialibus, ullam ſyllabam licèt minimam continent de expreſſè ratificanda Profeſſione nulla, & ſic objectum in hac parte ceſſat in facto.

Si verò prætenditur ratificatio tacita, & hoc eſt magis inſubſiſtens, quia intra quinquennium, intra quod facti fuerunt omnes præfati actus, de jure, nec datur, nec dari poteſt tacita ratificatio, nam aliàs Regulares non haberent quinquennium ad reclamandum, ſi jus hoc interim præſumeret ratificationem, ut egregiè obſervat *Noal. conſ.* 39. *num.* 18. ibi: *Quia poſt Profeſſionem expreſſam, non poteſt induci ratificatio, vel Profeſſio tacita, niſi elapſo termino* 42
*quinquennii, ad reclamandum præfixo à Conc. Trident. cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de Regular. Aliàs enim ſi induceretur ratificatio ante dictum quinquennium, illud eſſet fruſtratorium, & fruſtratoriè appoſitum, & nihil operaretur: Gratian. diſcept.* 440. *num.* 25. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *de Regular cap* 19. *num.* 3. ibi: *In dubio intentionis de ratificanda Profeſſione intra quinquennium ex tranſacto præſumitur illam ratificaſſe.*

*Camerat. d. reſponſ.* 1. *art.* 2. *num.* 28. ibi: *Et hoc eſt ita fir-*
43 *mum, ut ſi intra quinquennium ſubripit dubium de ratificatio-*
*ne Profeſſionis, judicandum ſit, non fuiſſe ratificatam, quia*
*infra quinquennium non præſumit jus ratificationem*: *Ciar-*
*lin. contr.* 108. *ſub num.* 64. & 65. *Rot. dec.* 25. *num.* 22. *coram*
*Arguell.* & ferè in terminis terminantibus poſt *Bordon. de Pro-*
*feſſ. deciſ.* 3. *ſub num.* 5. *verſ. Non obſtat*, juncto *nu-*
*mer.* 6. & 7.

Indubitatiùs in caſu noſtro, ubi concurrunt continuæ,
& nunquam intermiſſæ reclamationes, & conqueſtiones
Th. Liv. à die ejus ingreſſus in Religionem uſque ad
diem motæ litis, ut ſupra probavimus; Tantæ enim effica-
44 ciæ ſunt hujuſmodi conqueſtiones, ut impoſſibile penitus
ſit, eis concurrentibus, quòd ex quocumque actu, fa-
cto à Moniali, elici valeat tacita ratificatio, ſeu purgatio
metus, quia apertus diſſenſus, reſultans à reclamationi-
bus, facit ceſſare tacitum conſenſnm, ut egregiè notant
*Rebuff. d. conſ.* 68. § *Reſpondeo*, ibi: *Maximè quando pro-*
*teſtatus ſemper quolibet anno fuit, nunquam obligaretur etiam*
*per centum annos, quia tunc non eſt conjecturæ locus, ubi*
54 *certum eſt, nolle remanere in Monaſterio*: *Noal. dicto conſ.*
28. *num.* 19. *Ciarlin. contr.* 108. *num.* 62. *lib.* 1. *Camerat. dicto*
*reſponſ.* 1. *art.* 2. *per tot.* & ſignanter *n.* 113. *Caren. reſol.* 81.
*num.* 37. & 38. *Rot. dec.* 117. *num.* 5. *cor. Otthob. Adden. ad*
*Ludoviſ. dec.* 385. *num.* 6. *Rot. dec.* 25. *n.* 11. *cor. Arguell. dec.*
75. *n.* 9. *cor. Peutinger. dec.* 276. *num.* 11. & *dec.* 277. *num.* 5. & 16.
*cor. Ubaldo*, & individualiter proſequitur *eadem dec.* 3. *poſt*
*Bordon. de Profeſſ. n.* 8. cum aliis, cumulatis *tom.* 1. *Diſcept.*
*Eccleſ. part.* 1. *diſcept.* 3. *n.* 74 & *plur. ſeqq.* cum quibus proceſ-
ſit C. C. in *Veneta Nullitatis Profeſſionis* 18. *Auguſti* 1696.
ut videre eſt *ibid. n.* 8.

Quidquam non officiente, quòd Th. Liv. poſt obitum
Marchionis ejus Patris acquieverit per decurſum unius
anni cum dimidio, nec unquam excitaverit prætenſio-
nem nullitatis Profeſſionis, niſi poſtquam in Tribunali
46 Cameræ revocata fuit ſententia ſuper duabus unciis, quæ
emanaverat favore Monaſterii, & conſequenter motivum
allegandi nullitatem non fuerit metus, qui revera interceſſe-
rit in Profeſſione, ſed voluntas conſequendi intereſſe profa-
num duarum Unciarum.

Objectum enim in utraque ſui parte penitus corruit, nam
quòd Th. Liv. acquieverit per annnm cum dimidio poſt obi-
tum Patris, nihil omnino relevat: Sciebat enim jus ſuum
eſſe ſalvum, ex quo durabat adhuc quinquennium, nec Sa-
47 crum Concilium præſcripſit, quòd in primo, aut ſecundo
anno metum paſſus reclamet, ſed concedit integrum quin-
quennium, & ſic acquieſcentia unius, vel alterius anni non
nocet ei, qui habet integrum quinquennium ad reclaman-
48 dum per ea, quæ firmavit *Rot. dec.* 254. *num.* 10. *cor. Sera-*
*ph.* & *dec.* 236. *num.* 11. *cor. Buratto*, & *dec.* 58. *num.* 15. *par.*
15. *rec.* & in præciſo caſu Profeſſi, qui ultra annum poſt
obitum Victrici remanſerat in Monaſterio, differendo pro-
49 ponere querelam invaliditatis ſuæ Profeſſionis, *Rot. poſt*
*Bordon. de Profeſſion. dec.* 3. *ſub num.* 5. *verſic Non obſtat.*

Re tamen vera, etiam poſt obitum Patris continuæ, imò
majores fuerunt reclamationes, ut referunt Moniales, tum
formiter examinatæ, tum etiam aliæ quatuor ad perpe-
tuam. Proinde ceſſat etiam per momentum temporis ac-
quieſcientia *Carena reſolut.* 81. *num.* 40. Et licèt judicialiter
promota non fuerit inſtantia adfuerunt juſtæ cauſæ, quæ in-
troductionem litis retardarunt; Primò enim fuit impedita
50 à Super. Monaſterii; Secundò ei expediebat, quòd prius
emanaret res judicata ſuper ſua filiatione, & juſtificaretur
tractamentum nobile, quod recipiebat à Patre, quia quò
magis erat nobile, eò magis erat gravis metus illius amiſſio-
nis, & eò magis timenda erat interverſio Status propriæ
Perſonæ circa filiationem: Tertiò deficiebant pecuniæ ne-
51 ceſſariæ pro aſſumenda tam gravi lite, ac Defenſores, qui
vellent eidem aſſiſtere; Et quartò denique non habebat in
promptu teſtes ſufficientes; Proinde ut hæc omnia impedi-
menta removerentur, & omnia neceſſaria ad inſtruendam
Cauſam poſſent præparari; Labi debuit annus integer cum
dimidio, nec exinde inferri poteſt ad purgationem metus,
optimè *Caren. reſol.* 81. *n.* 39. *Garzias de Nobilit. gloſ.* 12. *num.*
52 46. *verſic. ſecundo adverte*, & in durioribus terminis, in qui-
bus nulla ex hiſce circumſtantiis, & impedimentis concur-
rebat, ſtetit Rota pro excluſione purgationis metus in *dec.*
276. *n.* 2. *cor. Ubaldo*, ibi: *Poſt mortem verò Victrici nec exiſti-*
*mabant Domini metum fuiſſe purgatum, tum quia regula eſt*
53 *pro Didaco, quòd metus ſemel illatus, ſemper durare præſu-*
*mitur, niſi per actus contrarios ſublatus doceatur*, *Oſaſcb. dec.*
179. *n.* 11. ubi, quòd actus debent eſſe tales, ex quibus nulla
alia præſumptio capi poſſit, quàm purgationis metus, &
clariùs *dec.* 277. *num.* 12. *cor. eodem Ubaldo*, ibi: *Reſpondeba-*
*tur etiam ſecundò, quòd ſi probaretur mors, & illius ſcientia,* 54
*tamen pro purgatione metus non ſufficit ſola acquieſcentia*
*etiam longi temporis poſt mortem ejus, qui metum attulit, ſed*
*requiritur, quòd metus probetur ſublatus per actus poſitivos*
*contrarios, aliàs durare præſumitur*: Et egregiè *Rota in*
*Neapolitana Profeſſionis* 26. *Junii* 1596. §. *Poſt verò*, & *ſeq.*
*cor. Gypſio* latè poſt *Bordon. de Profeſſion. dec.* 3. *ſub n.* 5. & *ſeqq.*
Et ita poſt acquieſcentiam trium annorum poſt mortem Pa- 55
tris, qui metum incuſſerat, reſolvit C. C. *Cremonen* 26.
*Auguſti* 1712. & 30. *Septembris*, & 18. *Novembris* 1713. quæ
referuntur in *tom.* 1. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 20. *num.* 81.
& 82. Et de dilatione reclamationis poſt duos annos à morte
Patris, qui metum incuſſerat, habemus alias duas indivi-
duales reſolutiones hujus Sacrę Cong. *in Corduben.* 17. *Decem-*
*bris* 1701. & *in Sueſſana* 13. *Auguſti* 1715. Et de longè majori 56
dilatione reclamandi habemus aliam ęquè punctualem reſo-
lutionem *in Caſertana* 28. *Aprilis* 1714. in quibus omnibus
conceſſa fuit Gratia reſtitutionis in integrum non attenta d.
dilatione reclamandi per d. longum tempus.

Corruit etiam objectum in ſecunda parte, quòd ſcilicet
hæc Cauſa introducta fuerit propter intereſſe profanum dua-
rum unciarum, & poſt contrarias reſolutiones emanatas in
Tribunali Cameræ; Novum ſiquidem eſt, quòd in judi-
ciis inveſtigari, & attendi debeat finis, quo quis move-
tur ad litigandum, an ſcilicet ſit profanus, vel ſpiritua-
lis; Solus namque Deus ſcrutator cordium eſt, & hìc
diſputatur dumtaxat, an conſtet de metu, & an Pro- 57
feſſio, de qua agitur, fuerit libera, vel meticuloſa:
Non autem an finis ſit ſpiritualis, vel temporalis;
Probato autem metu, Profeſſio reſcindenda eſt, etiam
ſi Thereſia Livia moveretur ad reclamandum ex intereſſe
profano, & non ſpirituali, quia dato metu, excluditur
conſenſus, & ſine conſenſu nullus contractus ſtare poteſt,
ut in terminis Profeſſionis firmavit *Rota dec.* 930. *num.* 5. *cor.* 58
*Dunoz jun.* cum aliis concordantibus, citatis à *Panimoll.*
*dec.* 22. *num.* 3.

Verùm ut etiam huic leviſſimo objecto ſatisfaciamus, di-
cimus, quòd circumſtantia temporis exadverſò magnifica-
ta, ad hominem retorquetur; Nam ſi Thereſia Livia mota
fuiſſet ad reclamandum ex mero intereſſe profano, utique li-
tem hanc intentaſſet, poſtquam Sententiam favorabilem re- 59
portaverat Monaſterium ad duas Uncias Paternæ hæredita-
tis, tunc ſanè vigente dicta Sententia, certa moraliter erat
de conſequutione dd. Unciarum, nec expectaſſet, quòd d.
Sententia revocaretur in Tribunali Cameræ, & quòd inte-
reſſe profanum eſſet magis incertum, & remotum, & juxta
ſenſum Oppoſitoris remotiſſimum, quia ipſa ſupponit non 60
conſtare de filiatione, & ſupponebat etiam ante publicatio-
nem Voti Cameralis, fuiſſe revocatam Sententiam The-
ſaurarii etiam ſuper puncto filiationis, hinc proinde ſequitur,
quòd non fuit intereſſe profanum, quod dedit cauſam huic
liti, quia in hoc caſu magis opportunum fuiſſet reclamare
vigente Sententia Theſaurarii, quàm poſt illius revocatio- 61
nem; Sed veritas innegabilis illa fuit, & eſt, quòd motiv-
um reclamandi fuit cura propriæ ſalutis æternæ, & de facto
continuò proteſtatur Th. Liv. quòd potiùs contenta eſt oſtia-
tim victum mendicare per Urbem, & Orbem, quàm invita
habitum religioſum retinere; Neque hodiè tantùm hęc exa-
gerat, ſed hanc ſuam voluntatem pluries propalavit etiam
vivente Patre, ut refert Antonius de Gaſparis, ibi: *E molte* 62
*volte mi diceva, che averebbe più a caro, che gli aveſſe manda-*
*to a dire di poter uſcire dal Monaſtero, che ſe l' aveſſe mandato*
*un milione.*

Concludimus igitur, pro validitate Profeſſionis requiri
plenam libertatem, & voluntatem undique ſpontaneam; At
ſi inſpiciamus tempus Educationis, Novitiatus, & Profeſ-
ſionis uſque ad diem motę litis, ſe ſe offerunt deliquia, lacry-
mę, & nunquam intermiſſę reclamationes, oſtendentes ani- 63
mum averſum Statui Religioſo; Si verò perſonam Patris ſpe-
ctemus, Vir erat terribilis, ſeverus, & propoſiti ſui tenaciſ-
ſimus, qui non ſemel proteſtatus fuerat, ejus Filiam, *o voglia,*
*o non voglia, Monaca ha da eſſere*; Verſaque vice ſi conſidere-
mus perſonam ejuſdem Filię, ea quidem minorem agebat ęta-
tem, & Amicis, ac Protectoribus deſtituta, juxta proprii ſe-
xus indolem timidiſſima erat; Si autem penſemus pondus, &
qualitatem minarum, iſtę continebant ejectionem filię à con- 64
ſpectu Paterno, ſubſtractionem alimentorum in futurum, tam
Matri, quàm Filię, & proprii Status interverſionem imma-
nem, quę ſola maximum inducit metum: Si quęramus, an
hiſce malis potuiſſet occurrere, jam vidimus, quòd nullum
conſu-

confugium in hoc Mundo ipſi præſtò eſſe poterat : Ejus namq; Mater unicè pendebat à nutibus Marchionis, ejuſque Avunculus erat illius actualis famulus, & ambobus tanquam
65 Mandatariis commiſſum fuit onus intimandi ſeveriſſimas minas, quibus Pater ipſe utebatur in Filiam.

Quinimò nec Princeps ipſe potuiſſet ejus indemnitati conſulere (& quidem raro, & inaudito exemplo) eo quia ob defe-
66 ctum probationum filiationis, fruſtraneus, & inutilis remanſiſſet quicumque recurſus ad Principem: Si ſcrutemur, vel ſolitum exequendi minas in Patre, vel perſeverantiam contrarię voluntatis in filia, publica documenta manifeſtant, quòd in majori fervore minarum, & paulò ante veſtitionem Marchio denegavit ſolita alimenta Matri, ac filię nec minimum conſtituit Livellum, ſicque minas in hac parte plenè exequutus fuit: Et è converſò filia ſemper continuavit in ead. contraria opinione, quia ſemper, & continuò reclamavit, & ſem-
67 per retinuit, ac retinet Veſtes Sęculares ſub ſpe redeundi ad Sęculum (qui certè actus forſan non adhuc ad praxim redactus fuit ab alia Moniali per vim profeſſa, talique evidentia continuam coactam voluntatem oſtendit, ut neque de mero poſſibili alter magis expreſſivus excogitari poſſit) & denique hęc omnia coronant continua inobſervantia Regulę, ac publica vox, & fama in Domo Marchionis, in Domo Amici ejuſdem, in Monaſterio, & Vicina Monaſterii, imò, & in tota
68 Urbe: Quę ſi inſimul ponderentur, prout in hiſce caſibus fieri de jure debet, & conſuevit in omnibus Curiis, & Tribunalibus, adeo evidenter remanet comprobatus metus, ut conſtanter opinemur, nunquam in pręteritum datum fuiſſe caſum, in quo major, & efficacior probatio metus data fuerit, & tamen ob omnimodam libertatem, neceſſariam in hiſce contractibus, ſufficeret, probationes circa metum, & libertatem eſſe ęquales, quia in ęqualitate probationum pręferendæ
69 eſſent illę, quę ſtant pro metu, ex adductis à *Caſtill. lib. 8. de Aliment. c. 59. n. 12. Maſcard. de Probat. concl. 1057. nu. 4. 8 & 9. Hermoſil. ad l. partit. gloſ. 1 leg. 56. partit. 5. tit. 5. n. 78.* & ſufficeret, rem eſſe dubiam, quia in ſtatu dubietatis, quando nulli-
70 tas oritur ex defectu liberi conſenſus, prout hìc, judicatur pro Nullitate Profeſſionis, quia favor libertatis, quę eſt de jure naturę, potior ſemper eſt, & pręvalet favori Religionis, ut in puncto noſtri caſus conſiderant *Rebuff. conſ. 67. in fine, Pignat. conſul. 173. n. 43. 75. & 157. to. 1. Card. de Luc. de Regu. diſc. 41. n. 2. & diſc. 43 n. 13. & Rot. dec. 491 n. 20 cor. Royas, & dec. 9. n. 33. & ſeq. cor. Arguel. & dec. 13 n. 16. p. 14. rec.*

## §. V.

*In eadem Cauſa.*

PRimo loco retorquetur exceptio contra Antonium de Gaſparis, cum ſuppoſito, quòd propter ſpem ineundi
1 matrimonium cum Conſt. Curietta teſtimonium perhibuerit; Nos enim docemus, quòd jam matrimonium contraxit cum altera muliere; Neque juvat excuſatio, quòd matrimonium contraxerit, poſtquam Card. Vicarius Sententiam protulerat ſuper validitate Profeſſionis, quia dicta Sententia fuit circumſcripta à Signatura die 2. Dec. 1717. Et matrimonium contractum fuit ſub die 13. Julii 1719. & ſic poſtquam
2 præfata Sententia non aderat ampliùs in rerum natura, & ſpes victoriæ vigebat, ſicut priùs; Quamobrem ſicuti mendacium, & falſitas contrariorum teſtium in hac parte eſt inevitabilis, ita etiam præſumitur in cæteris criminoſitatibus, ex adductis in *Inſtit. crim. lib. 2. tit. 7. num. 14.*

Reſpectu verò N. N. illa ſupponit etiam, quòd idem qualificatus teſtis propter ſpem matrimonii cum T. L. ſe examini expoſuerit; Sed in hac parte non inſiſtimus, non ſolùm quia hoc ideatum matrimonium ſtat in ſola ſuſpicione Op-
3 poſitorum, verùm etiam quia notoria probitas, & nobilis conditio d. teſtis, plenè cognita in Urbe, abſque alia vindicatione, ſe ipſum defendit; Hoc unum inſinuare non omittimus, quòd in toto decurſu hujus Cauſæ, vix ſcivit, aut audivit Oppoſitor, Virum aliquem os aperire, ac pedem movere pro T. L. quod ſtatim publicavit, matrimonia, & benevolentias; Itaut notatu digniſſimum eſt, quod eadem Puella, quamvis adhuc reperiatur intra ſepta Monaſterii, juxta diffamationes Oppoſitorum pluſquam ſeptem fuit nupta Maritis.

Magis inſubſiſtentes ſunt illæ, quæ proponuntur contra P. Creſcium non ſolùm quia probatæ non ſunt plenè, & concludenter, prout ad infamandum Virum Religioſum, piè defunctum, opus eſſet, ſed etiam quia, ſi probarentur
4 non relevarent; Nulla enim ex eis eſt talis, quæ reddat perpetuò infamem teſtem, ipſumque repellat à teſtificando, nullaque ex eis habet tractum ſucceſſivum, itaut poteſt ſimul benè ſtare, quod de tempore juventutis, ſeu in vita Marchionis, præfatus Religioſus eſſet lubricus, quod eſt prorſus inſubſiſtens, perpetuóque falſum, & vice verſa de tempore initi examinis, eſſet probus, ac optimæ, & timoratæ conſcientiæ; Ad effectum enim repellendi teſtem, exceptiones debent præcisè percutere tempus examinis, & non ſufficit, revera d. tempore eſſe criminoſum, ſed requiritur Sententia condemnatoria, ad tradita per *Farin. conſ. 50. à num. 24. tom. 1. Rot. dec. 44. num. 15 par. 14. rec.* Et propterea 5
cùm nihil deducatur, quod concernat præciſum tempus examinis, & vice verſa ex hac parte probetur bona conditio, & fama ſupradicti Religioſi per plures annos ante ejus obitum, & ſic etiam tempore examinis, ſequuti de anno 1717. & ulteriùs doceamus obiiſſe: *Conſentimento di vero, e perfetto Religioſo*, profectò in his terminis, vel præfatæ exceptiones 6
ſapiunt meram calumniam, vel pręferendi ſunt noſtri teſtes, individuantes tempus præciſum, & deponentes de bona fama, ut vidimus ſup.

Materia etiam de qua agitur, irrelevantes prorſus reddit præfatas exceptiones, quippè minæ, & metus incuti non ſolent publicè, & palàm, ſed inter domeſticos parietes; Itaut veritas meliùs, aliundè probari non poſſet, quàm à domeſticis illius, qui metum incuſſit, & propterea, ſive hi domeſtici ſint boni, ſive mali quoad mores, regulare eſt, 7
quòd propter difficultatem probationis admittuntur etiam teſtes Inhabiles, Singulares, Conſanguinei, Amici, Affectionati, & Parentes, & qui aliàs non admitterentur, ut 8
vidimus ſupra.

Quinimo præfatæ exceptiones contra P. Creſcium retorquentur ad hominem, nam ex toto contextu illius depoſitionis habetur, quòd præfatus Religioſus erat intrinſecus, & confidentiſſimus Marchionis. Unde quò magis aſſeritur, ipſum fuiſſe Virum libertinum, & relaxatæ conſcientiæ, 9
eò magis talis gratuita aſſertio ejus teſtimonio fidem auget, quia data confidentia cum Marchione, & ſuppoſita relaxatione ex parte teſtis, redditur magis veriſimile, quòd ipſe audivit, & fecit, nec efficacior probatio haberi poteſt, quàm ab illiſmet teſtibus, qui metum incuſſerunt, ut præter adductos ſupra, probant *Barboſ. Vot. dec. 77. num. 123. lib 9. Rot. dec. 643. num. 18. par. 1. rec. & dec. 225. num. 21. coram Emer. jun.* ibi: *Non propterea minus probant pro Petro, qui meliores teſtes inducere non potuit ad probandum metum, quàm* 10
*illoſmet, qui iſtum incuſſerunt, & de facto proprio deponunt.*

Et denique ſuffocantur omnes, tum ex magno numero eorum, qui deponunt de metu, ſufficit enim, quod ſint ultra tres, ut unus ſuppleat, & adminiculet alium, etiamſi 11
ſinguli exceptionem aliquam paterentur, ut, præter adductos ſupra, tradit *Rot. dec. 503. num. 3 par. 4. rec. & dec. 34. nu. 4. par. 11. rec.* Tum ex peculiari circumſtantia facti, quæ in noſtra hypotheſi concurrit; Lis enim iſta principaliter vertitur inter T. L. & Monaſterium S. Bernardini de Urbe, quia Profeſſio, de cujus nullitate hodiè agitur, eſt contractus 12
ultrò, citròque obligatorius inter Monaſterium, & Monialem, & Oppoſitor non poteſt ſtare in hac Cauſa, niſi tuendo jura Monaſterii; Quamobrem ſicuti Monaſterium non poſſet allegare exceptiones perſonales contra P. Creſcium, de Gaſparis, Curiettam, & Bacchinam, quia omnes iſti fuerunt inducti, examinati, & producti ab ipſomet Monaſterio in alia Cauſa Succeſſionis in Camera, & ſub fundamento eorum depoſitionis, obtinuit Sententiam favorabilem ſuper filiatione in d. Tribunali, ea ratione, quia ex in- 13
ductione, & productione cenſetur taliter approbata Perſona, ut exceptiones perſonales nequeant ampliùs allegari, non ſolùm in illa, ſed nec etiam in alia diverſa Cauſa ad *Tex. in l. Si quis Teſtibus C. de Teſt.* & magiſtraliter plenè diſcuſſo articulo probat *Rot. dec. 295 nu. 1. & per tot. cor. Seraph.* quæ in hac materia eſt magiſtralis. Tantò minus deduci poſſunt ab Oppoſitore, qui in hac Cauſa nullum habet proprium, & particulare intereſſe, & admittitur tantùm ad tuendam Cauſam ex juribus Monaſterii pro ejus prætenſo intereſſe ſecundariò in alia cauſa Succeſſionis; Aliàs enim 14
plus juris haberet acceſſorium, quam principale, quod in jure non permittitur, ad tradita per *Larr. dec. 63. à num. 5 & Panimol. dec. 29. annot. 2. n. 3. & 4.*

Excluſis exceptionibus perſonalibus, omitti poterant emendicatæ contradictiones quoad dicta, elicitæ ex comparatione examinis, facti in Cauſa Succeſſionis in Camera cum altero examine, ſequuto in præſenti Cauſa totaliter 15
diſtincta, & ſeparata; Siquidem in illa Cauſa Monaſt. S. Bernardini gerebat figuram Actoris, ſuaque intererat, & in-

tereſt

tereſt ſuſtinere validitatem profeſſionis, & ideo expediebat,
quod teſtes, ab ipſo inducti nec verbum quidem facerent de
nimis paternis, ac de contraria voluntate T. L. circa mo-
nacationem; Expediebat etiam R. C. cæteriſque Prætenſo-
16 ribus hæreditatis Marchionis, qui dederunt Interrogato-
ria, ne illa caderent ſuper minis paternis, quia quo magis
remanebat probata effrænata voluntas Patris, directa ad
monacationem, eò magis juſtificabatur filiatio T. L. reſpe-
ctu ejuſdem Marchionis; Et conſequenter frivola eſt præ-
tenſio, quod ex quo teſtes non retulerint minas, & aver-
ſionem Statui Religioſo in dicta Cauſa Succeſſionis, ne-
queant poſtea illas ſpecificè, & præcisè referre in altera
Cauſa nullitatis Profeſſionis, totaliter diverſa; Tunc teſtes
enim ideo non retulerunt præfatas minas, quia non fuerunt
ſuper eis interrogati, nec ulli ex Collitigantibus expediebat
interrogare, minuſque poterant non interrogati, reſpondere;
Et viceverſa ideò in hac Cauſa nullitatis circa minas, &
metum ſpecificè depoſuerunt, quia fuerunt etiam ſpecificè
17 interrogati, neque de jure teſtibus prohibitum eſt plus dice-
re in ſecundo, quàm in primo examine, præſertim ſi pri-
mum concernit Cauſam diverſam, & in eo non fuerint præ-
cisè interrogati, ut vidimus ſup.

Vindicatis igitur noſtris teſtibus à prætenſis exceptioni-
bus, tàm in Perſona, quàm in dicto, remanet adeo con-
18 cludenter probatus metus, incuſſus T. L. ad extorquendam
profeſſionem, ut dari non poſſit caſus, in quo efficacior
probatio dari poſſit; Quippe ipſa deſtituta erat probationi-
bus quoad Statum ſuæ filiationis, & in Fide Baptiſmatis
deſcripta fuerat, tanquam nata ex fictitiis Parentibus,
itaut totum ejus eſſe pendebat ab agnitionibus Marchio-
nis, à quibus poterat ad ejus arbitrium deſiſtere; Cùm ita-
que Marchio minari fecerit huic infelici Puellæ ſubſtractio-
nem Alimentorum in futurum, ibi: *Che non gli averebbe
dati più Alimenti*, & interverſionem Status propriæ Perſo-
19 næ, ibi; *Che non l'averebbe riconoſciuta più per Figlia, e
e non l'avrebbe riconoſciuta più per niente &c.* hujuſmodi mi-
næ reputantur in jure adeo grave, ut metum graviſſimum
& maximum inferant, ut quoad ſubtractionem Alimen-
torum eſt Textus literalis in *l. Necare*, *ff. de Liber. agnoſ.* &
quoad interverſionem Status Perſonæ, habemus *Textum in*
20 *l. Iſti quidem ff. de Eo, quod met. cauſ.* ibi: *Qui inſtrumenta
Status mei interverſurus eſt, niſi dem, non dubitatur, quin
maximo metu compellar*, & præter alias authoritates, alle-
gatas ſupra, in terminis tradit P. *Anaclet. in Jus Canonic.
lib. 3. tit. 31. §. 6. de Profeſſ. Relig. expreſſ. num. 165.* ibi: *Item ſi
ii, à quibus Novitii vita, & fortuna dependet, minentur,
quo Egreſſuro nullum amplius ſubſidium; vel auxilium ſint*
21 *præbituri, quæ ſingula, & multò magis conjuncta, Viri
prudentis arbitrio, ſufficere poſſunt ad gravem metum incu-
tiendum, conſequenter ad reddendam Profeſſionem invali-
dam, præſertim ſi Perſona, aliàs ſit timida, vel rudis, aut
ad repellendas importunitates minus idonea.*

Agnoſcunt contrarii Scribentes verificationem præfata-
rum minarum eſſe deciſivam hujus Cauſæ favore Th. Liv.
& efficaciam dictarum Authoritatum in Jure eſſe inſuperabi-
22 lem, & ideo conantur factum declinare, ſupponendo, quod
Marchio Pallavicinus poſuerit in Filiæ libertate eligere Sta-
tum monacationis, aut nuptias temporales; Quodque in
caſu electionis nuptiarum, propoſuit matrimonium cum Fa-
brolignario, aut alia vili Perſona, inde inferentes, quod
minæ circa matrimonium inæquale non tollunt libertatem,
23 nec inducunt metum coactivum, & unicè directum ad mo-
nacationem, prout ad effectum nullitatis profeſſionis eſt ne-
ceſſarium.

Hujuſmodi autem objectum, in quo tota contraria defen-
ſio hodiè reducitur, facillimè confutatur, ſi tempora diſtin-
guemus; Marchio enim Pallavicinus oblationem utriuſque
24 Status fecit ejus Filiæ de tempore, quo conſcius adhuc non
erat de ejus voluntate, an ſcilicet inclinaret potiùs matrimo-
nio ſpirituali, quàm temporali, & de facto miſit b. m. Ghez-
zium, non ad effectum minandi, ſeu jubendi præcisè mo-
nacationem, ſed unicè ad effectum explorandi voluntatem
ut refert Bartoletta, ibi: *E perche d. Prelato vi venne per
l'iſteſſo fine più volte ad eſplorarla*: Et ab hac exploratione
in cognitionem venit, quod illa non inclinabat ad monachiſ-
mum, quia audivit reſponſa, ibi: *Vorrei continuar in que-*
25 *ſto ſtato, che ſtò adeſſo, e ſtar ſempre così*, & paulò poſt ite-
rum inſtigante eodem Ghezzio, ibi: *Per dargli ſodisfazio-
ne a mio Padre, Io mi farò Monaca, ma non che io mi facci vo-
lontieri, perche la mia volontà ſaria di ſtar Secolara*, quæ
ſonabant in apertam negativam quoad Statum religioſum,
ut Ponderanti patet.

Relato per eundem Ghezzium hujuſmodi negativo Reſ-
ponſo, non ampliùs Marchio reliquit in libertate Filiæ eli-
gere matrimonium, licet vile, & inæquale, ſed præcisè, 26
& abſolutè injungere ei fecit, quod neceſſe erat aſſumere ha-
bitum religioſum, ut refert Creſcius in 2. ejus colloquio,
ibi: *Io andiedi a dirgli da parte del Sign. Marcheſe ſudetto,
che queſto voleva in ogni conto ſi faceſſe Monaca, altrimente* 27
*averia perſo affatto la grazia ſua, e non gl'averia dati più
alimenti*, de Gaſparis ibi: *E mi ricordo, che gli diceva, che
Lui voleva ſi faceſſe Monaca, e che così aveva da eſſere &c.
altrimenti, che la voleva abandonare &c.* Bacchina, ibi:
*Mia Figlia Monaca la voglio, e Monaca deve eſſere, ſe non al-
trimenti io l'abbandonerò, e non la riconoſcerò mai più per Fi-* 28
*glia, e non li darò più alimenti*, Conconi, ibi: *Il Sig. Mar-
cheſe ſempre li riſpondeva, che Lui voleva eſſere obbedito, e
cha voleva ſenza altra replica, che ſi faceſſe Monaca, altri-
menti minacciava di non volerla riconoſcer più per Figlia &c.
e di non volerli dar più alimenti*. Sartoria, ibi: *Ma che Lui* 29
*voleva ſenz'altro eſſere obbedito, e che ſi faceſſe Monaca, al-
trimenti l'averebbe abbandonata affatto, e non l'averebbe ri-* 30
*conoſciuta più per niente.*

Et denique, omiſſis aliis, idem refert de Marchis Cubi-
cularius Marchionis, ibi: *Io li ſuggiunſi, che il Sign. Mar-
cheſe mi aveva ordinato, che li faceſſe ſapere in ſuo nome, che
Lui voleva in ogni conto ſi faceſſe Monaca, e ſe non ſi faceva
Monaca, non li voleva dar più alimenti, e non la voleva ri-
conoſcer più per Figlia*: Ex quibus omnibus palpatur mani- 31
bus, quod Marchio Pallavicinus poſt exploratam, ut ſu-
pra, ejus voluntatem non reliquit in Filiæ libertate eligere
matrimonium, etiam inæquale, ſed ſub minis denegationis
alimentorum, & interverſionis Status propriæ Perſonæ,
quas copulativè referunt omnes præfati teſtes, coegit eam
præcisè ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, cum dene- 32
gatione cujuſcumque auxilii in caſu matrimonii tempo-
ralis.

Idque in gradu quodam ſuperlativo probant teſtes, pro-
ducti in Camera ab ipſomet Oppoſitore, ubi teſtantur, quod
pluriès requiſitus Marchio à Curietta, ut Filiam matrimo- 33
nio collocaret, eique ſubminiſtraret aliquod ſubſidium,
quod denotat etiam matrimonium minùs nobile, quod priùs
proponere fecerat mediante Ghezzio, ſemper Marchio re-
cuſavit ibi: *Eſſendo la b. m. del Sig. Marcheſe ricercato dalla
Sig. Coſtanza Curietti a collocare in matrimonio una Zitella* 34
*per nome Tereſa Livia, che allora ſi trovava in Educazione
nel Monaſtero di S. Bernardino, e volerli aſſegnare per tal'
effetto qualche Suſſidio, &c. ha ſempre ſentito, che detto Sig.
Marcheſe lo ricuſava di fare, dicendo bensì, che ſe ſi foſſe
fatta Monaca, eſſo gl'averebbe &c.* Et clariùs paulò poſt ſub-
jungit idem teſtis, cum quo concordant etiam alii, quod in
caſu matrimonii temporalis, nolebat eidem ſubminiſtrare 35
nec minimum quadrantem, quinimò nolebat eam ampliùs
agnoſcere in Filiam, ibi: *Che ſe poi &c. volontà di maritar-
la &c. che Lui non ci voleva entrare, nè ſpendere un quadri-
no &c. Se è tua Figlia, penſaci tu, che io non ci hò che fare,
ne la conoſco per niente.*

Ex his itaque teſtibus, exadverſo inductis, & productis,
excluditur mirabiliter libertas illa, quæ exageratur fuiſſe
Filiæ relicta eligendi matrimonium carnale, quamvis vile,
& inæquale, dum Marchio in caſu matrimonii, nec tenuiſ- 36
ſimum ſubſidium, nec unum minimum quadrantem ſubmi-
niſtrare minabatur, ibi: *Non ci voleva entrare, nè ſpende-
re un quadrino.* Et ulteriùs verificantur ad evidentiam illæ
minæ, quæ in ſubſtantia referuntur à noſtris teſtibus, tàm
circa denegationem Alimentorum, quàm circa interverſio-
nem Status, & denegationem filiationis; Noſtri enim teſtes
aſſerunt, quod ſi Th. L. non fiebat Monialis, Marchio no-
lebat amplius ſubminiſtrare Alimenta, & viceverſa teſtes 37
contrarii confirmant, quod in caſu contrario monacationi;
*non ci voleva ſpendere un quadrino*; Noſtri teſtes deponunt,
quod ultra denegationem Alimentorum, nolebat Marchio
ampliùs illam agnoſcere in Filiam; Idipſum ad unguem con-
firmant teſtes contrarii, ibi: *Se è tua Figlia, penſaci tu, che
Io non ci hò che fare, nè la conoſco per niente*; Facta igitur
combinatione teſtium hinc inde, prout in hac materia pro-
batoria fieri debet, adeò armonicè conveniunt inter ſe, ut
ſine læſione veritatis controverti ampliùs non poſſint hæc
duo; Primum, quod Marchio abſolutiſſimè volebat mona- 38
cationem, & non matrimonium temporale. Secundum,
quod in caſu non ſequutæ monacationis denegaturus erat ali-
menta, & nolebat amplius T. L. agnoſcere in Filiam, quæ
minæ de Jure reputantur graviſſimæ, & maximum metum
inducunt, ut probavimus ſupra.

Cla-

Clariùs excluſionem libertatis quoad matrimonium carnale probat Creſcius, qui cùm poſt ſecundum colloquium, habitum cum Th. Liv. inſinuaſſet Marchioni, quod ipſa inclinabat potiùs ad matrimonium temporale, quàm ad ſpirituale; Marchio non acceptavit propoſitionem, & electio-
39 nem ejuſdem, quàm ſupponitur exadverſo reliquiſſe in libertate Filiæ, ſed barbaro quodam modo reſpondit, ibi: *Ed il detto Sig. Marcheſe mi riſpoſe, ſpaſſeggiando, ſi farà Monaca, o che Lei voglia, o che non voglia, ſi farà Monaca,* Et obtento poſtmodum intentum veſtitionis, glorioſus ſe jactavit ibi: *Ci ho meſſo un Catenaccio, tanto ho fatto ſin, che ci ſono arrivato a farla far Monaca; Io ſono un Uomo, che quando mi metto in capo una coſa, così la voglio, e così ha da*
40 *eſſere:* Et quia hucuſque geſta ſatis non erant pro complendo ejus propoſito, & vice verſa ſtimulis conſcientiæ cruciabatur, ne T. L. propalaret animum ſuum in die Profeſſionis, ſtatim audito poſtmodum Nuncio functionis, jam ſequutæ, lætus exclamavit ibi: *Tutto allegro sbattendo le mani, mi diſſe già ho meſſo il Catenaccio: O adeſſo eſca, ſe puole,* ut de facto proprio teſtatur metu excommunicationis ejus Cubicu-
41 larius; Illa enim verba, relata à de Gaſparis, Magiſtro Domus, quod poſt ſequutam veſtitionem, Marchio ſe jactabat ibi: *Già ho meſſo un Catenaccio,* & altera, relata à Cubiculario, ibi: *Già è meſſo il Catenaccio, o adeſſo eſca ſe puole,* concludunt ad evidentiam etiam ex propria confeſſione Marchionis violentiam Filiæ illatam, & hæc eſt melior probatio metus, quæ in hoc Mundo dari poteſt, ut in puncto probat *Camerat. reſp. dec. 1. n. 50.* ibi: *Addita præſertim jactantia ejuſd. Principis &c. & Rot. dec. 643. n. 18. p. 1. rec.* ibi: *Quartò videtur etiam confeſſio extrajudicialis ejuſdem Phi-*
42 *lippi, de metu per eum illato, dum ſe jactavit, quod ſua opera contractum fuerat hujuſm. matrimonium &c.* quod hic pariter ad unguem verificatur, ibi: *Tanto ho fatto, ſin che ce l'hò indotta a farla far Monaca &c.*

Quidquam non relevante, quod minæ iſtæ denegationis alimentorum poterant à T. L. evitari, recurrendo ad Matrem, quæ erat dives, & habebat magnum patrimonium, Quia hoc ſuppoſitum non regit in facto; Licet enim Urſu-
43 la, Mater Curiettæ, reliquerit in ſua hæreditate ſc. 7. mil. circiter, adhuc duos etiam reliquerit Filios, nempe Carolum, & Conſtantiam Matrem T. L. itaut portio, obventa Conſtantiæ non ſit ſc. 7. mil. prout ſupponitur; ſed ſc. 3500. quæ depoſuit in Banco Marchionis; Minuſque relevat in jure; Primò, quia iſtæ pecuniæ reperiebantur in poſſe Mar-
44 chionis, & ideò prius agenda erat lis cum Marchione pro earum recuperatione: Secundò, quia T. L. non habebat documenta, quod dicta Conſtantia eſſet ejus Mater, & ideò non poterat ab ea petere alimenta; Tertiò quia ipſamet Conſtantia proteſtabatur, non poſſe cum propriis pecuniis Filiam alere; Quartò etiam ſi potuiſſet, & voluiſſet, adhuc Filia non poterat evitare graviſſimum damnum omiſſionis quaſi poſſeſſionis propriæ filiationis, quam ultra denegationem alimentorum, intervetere minabatur Marchio Pallavicinus: Et quintò denique quia magna erat differentia, inter
45 alimenta, quæ conſequi potuiſſet à Matre ferè ad naturæ neceſſitatem, ab illis quæ more Nobilium recipiebat à Patre, & conſequenter ſemper malum, à Patre comminatum, erat graviſſimum, & Filiæ intolerabile, quod ſufficit ad inducendum metum, juxta authoritates allegatas ſupra.

Minuſque juvat, quod, tam minæ circa denegationem alimentorum, quàm circa interverſionem Status Perſonæ T. L. factæ fuerint à Marchione inter domeſticos parietes, & in abſentia Filiæ, adeoque cauſare non potuerint metum;
46 Quia admiſſo, quod Pater revera minabatur denegationem alimentorum, & interverſionem Status, ac filiationem, quatenùs Filia non fieret Monialis, illicò probatur, quod pervenerint ad ejus aures; Et primò ab examine Creſcii, qui deponit de facto proprio, ſe T. L. nomine Marchionis denunciaſſe denegationem alimentorum in futurum, & interverſionem Status Perſonæ. Secundò à de Gaſparis, qui pariter teſtatur, minas Paternas T. L. delatas. Tertiò à Curietta; Quartò à Conconi, quæ pariter deponit de facto
47 proprio. Et quintò denique à de Marchis Cubiculario Marchionis, deponente pariter de facto proprio. Qui omnes ſuperlativam conſtituunt probationem, quia ſpeciale eſt in hac materia, ut ſufficiat unicus tantùm teſtis de viſu, ſeu de facto proprio, & alii de auditu, juxta plures Reſolutiones S. Cong. de quibus ſupra.

Neque hìc ſiſtit probatio, quod præfatæ minæ pervenerint ad aures T. L. Sed habemus ulteriùs plures, & reiteratas confeſſiones ejuſdem, quæ cum omnibus Perſonis, quas
48 alloquebatur, exagerabat, quod fiebat Monialis per metum & contra propriam voluntatem, ac propter minas paternas, ut ſignanter teſtatur Bartoletta, & aliæ quatuor Moniales, ac doctus Curialis, ibi: *Sempre mi riſpoſe, che ci ſi faceva per forza, e minaccie del Sig. ſuo Padre &c. il quale gl'avea fatto intendere, che lui aſſolutamente voleua ſi faceſſe Monaca, e che in tal caſo l'auerebbe trattata da Figlia, e da pari ſua, & in caſo contrario non la voleua riconoſcer più per niente* (Notentur quæſò iſta verba, quia ad unguem concordant 49
cum minis, factis à Patre, & relatis à teſtibus) *e la voleva affatto abbandonare &c.* Si itaque in facto certum eſt, quod Marchio minatus fuit denegationem alimentorum, & interverſionem Status Th. Liv. & hoc reſultat, tum ex noſtris teſtibus, tum etiam ex teſtibus contrariis; Rurſus ſi noſtri 50
teſtes de facto proprio teſtantur, hujuſmodi minas eidem nunciaſſe; Et denique ſi ex ore proprio Th. Liv. paulò ante veſtitionem reſultat, plenam notitiam habuiſſe præfatarum minarum, & unicè ex earum timore coactam fuiſſe ſuſcipere habitum monaſticum, nihil intereſt, quod Pater minatus fuerit in abſentia, quia idem eſt, quod perſonaliter à Patre inferantur, ac quod ab aliis ejus nomine nuncientur; Et ſufficit probare, metum fuiſſe illatum, licet Perſona inferens non deſignetur ad *Text. in l. Non intereſt C. de His quæ vi met. cauſ.* ibi: *In hac actione non quæritur, utrum is, qui convenitur, an alius metum fecerit: Sufficit enim hoc docere, metum ſibi fuiſſe illatum, vel vim:* Et denique ſufficit, quod à Tertiò tantùm, etiam abſque ſpeciali commiſſione referantur, ut pluribus authoritatibus oſtendimus ſupra *§. 2.* 51
*num. 146.*

Minoris ponderis eſt aliud objectum, quod ignoretur, an Ghezzius acceſſerit ad Monaſterium prius, quàm Creſcius, ſeu potiùs iſte præceſſerit Ghezzium: Quia ipſamet veriſimilitudo, & natura negotii idipſum explicat, & declarat, dum Ghezzius miſſus fuit ad explorandam voluntatem T. L. an ſcilicet inclinaret potiùs matrimonio ſpirituali, quàm temporali; Signum evidens, quod Marchio ante hujuſmo- 52
di explorationem ignorabat averſionem, & contrariam voluntatem ejuſdem Statui Religioſo, & ideò intempeſtivæ, & impropriæ erant minæ ad terrendum; Rurſus Bartholetta, quæ refert acceſſum utriuſque, juxta ordinem Scripturæ, prius nominat Ghezzium, quàm Creſcium, & denique de Marchis Cubicularius Marchionis teſtatur, quod Marchio miſerat ad Filiam Ghezzium, & Creſcium, abſ- 53
que ullo fructu, & ipſe ultimo loco acceſſit poſt dict. Ghezzium, & d. Religioſum, & non poſuit in libertate electionis ſtatus T. L. ſed verbis imperativis nomine Patris juſſit, quod omninò fieret Monialis, retulitque in caſu inobedientiæ minas graviſſimas, qui ſolus teſtis ſufficit ad declarandam illam circumſtantiam, cæteroquin admodum veriſimilem, quod priùs Pater exploraverit voluntatem Filiæ, & poſtmodum minatus fuerit, & conſequenter, quod priùs acceſſerit Ghezzius ad explorandam voluntatem, & deinde, 54
ea explorata, ad terrendum, & incutiendum metum acceſſerint alii teſtes, ut patet Reflectenti.

Hinc inſubſiſtens eſt ponderatio illa, quod Marchio jam reportaverat à Filia conſenſum monachationi mediante Ghezzio, & ideò ſuperfluum erat mittere teſtes ad terrendum; Quia Nos inſpicere non debemus, an eſſet ſuperflua, 55
nec nè miſſio aliarum Perſonarum; Sed unicè, an verè, & realiter aliæ Perſonæ acceſſerint, & minas retulerint; Prout acceſſiſſe, & minas intuliſſe conſtat ex teſtibus, deponentibus de facto proprio, ſupra enunciatis Cæterùm non regit in facto, quod Ghezzius, jam reportaſſet conſenſum Monacationi, quia Th. L. ſemper reſpondebat, quod intendebat perpetuò morari in Monaſterio, tanquam Sæcularis; Quamvis autem ad importunitatem Nuncii, ultimo loco reſponderit, ibi: *Per dargli ſodisfazzione a mio Padre, io mi farò Monaca,* adhuc ſtatim ſuperaddidit, ſolitam con- 56
ditionem adverſativam Statui religioſo, ibi: *Ma non, che Io mi facci volontieri, perche la mia volontà ſaria di ſtar Secolara;* Quæ verba non important conſenſum, ſed poſitivum diſſenſum Monacationi, & ideo perneceſsè debuit Marchio, ut ſuum propoſitum executioni demandaret, mittere alios teſtes, qui, ſublata libertate electionis Status, unicè præciperet Monacatum, relatis gravioribus, & durioribus minis, & conſequenter argumentum à ſuperfluitate, aliàs in jure leviſſimum ex adductis in *dec. 349. num. 13 par. 6. rec.* ceſſat penitus in facto.

Minùs relevat replicatio, quod non ſufficiat probare minas graves, & ſufficientes ad annullandam Profeſſionem; Sed ulteriùs neceſſe ſit copulativè probare minantem ſolitum eſſe minas exequi: Replicatio enim non regit in facto, 57
& corruit in jure; Et quidem In facto non regit, quia no-

tum

tum eſt toti Urbi, cujus naturæ eſſet Marchio Pallavicinus, & quantum eſſet propoſiti ſui tenaciſſimus, & ideò ulterior probatio non eſſet neceſſaria; Adhuc tamen hujuſmodi ſolitum comprobamus ex teſtibus, formiter examinatis, & concordat alter teſtis, qui metu excommunicationis idem revelavit.

Corruit pariter in jure, quia, quidquid ſit quoad Perſonas extraneas, in quibus terminis procedunt, & intelligendæ ſunt authoritates, quæ in contrarium allegantur, reſpectu Patris, ſeu alterius Perſonæ, cui de jure debetur reve-
58 rentia, abſolutum eſt in jure, quod neceſsè non eſt probare ſolitum exequendi minas, ſed ſatis eſt, quod minæ potuerint exequi, & probabilis timor, quod exequerentur, ut materiam examinando de veriori opinione teſtatur *Caſtill. contr.jur.lib.9.cap.59.num.53.* ubi aſſerit, *Riminaldum* allegare ad hunc propoſitum unum fundamentum, adeo textua-
59 le, & concludens, ut non modò dari, ſed nec excogitari poſſit reſponſum, & diſtinguendo inter Perſonas extraneas,
60 & Patrem, ſeu alium, cui debeatur reverentia, in puncto docet *Rot.dec.870.n.16.cor.Emer.jun.*

Sed quid tempus terimus in his, cæteroquin validiſſimis fundamentis; Marchio enim Pallavicinus non ſolùm erat ſolitus exequi minas, prout probant teſtes relati ſup. & non ſolũ poterat ad ejus arbitrium illas exequi, quia ab ejus nutu pendebat ſubminiſtrare in poſterum alimenta, & agnoſcere T. L. in Filiam; Sed quod ponderabilius eſt minas denegationis alimentorum contra eandem effectivæ executioni demandavit; Sanè ſciebat ipſe, quod Monaſterium S. Bernardini non ſubminiſtrabat Moniali, niſi purum victum, & in reliquis neceſſariis, & perſonalibus indigentiis opus erat congruo Livello; Sciebat, quod Dos duplicata, eidem aſſignata, inſerviebat dumtaxat pro exemptione ab aliquibus Officiis, non autem pro aliis expenſis, quotidiè neceſſariis, quia hoc ipſum ſpecificatum fuit à Monialibns, ante veſtitionem, ut
61 conſtat ex Notula, reperta in hæreditate Marchionis, & tamen inhumano quodam modo coegit Filiam, nullo priùs conſtituto Livello, ad renunciandum, non ſolùm juri alimentorum, ſed etiam eorum ſupplemento, prout cantat Inſtrum. Renunciationis, quod Marchio ex ſuprad. ſciebat eſſe neceſſarium, idque peregit, non obſtantibus reclamationibus, & conqueſtionibus Filiæ, quas referunt Moniales, & ad tenendam ſibi omnino ſubjectam, & ſubordinatam T. L. nè unquam poſſet reclamare; Quiſque enim vi-
62 det, quod ex hac renunciatione Marchio voluit penitus jugulare infelicem Puellam, & nè unquam poſſet à violentia, ſibi illata, reclamare, conatus fuit, non ſolùm tollere alimenta ad tempus, ſed Jus etiam, quantum in ipſo fuit, illa etiam petendi in futurum, quo nihil inhumanius excogitari poteſt, & nihil potentiùs, & efficaciùs allegari valet, ad probandas minas circa denegationem alimentorum, earumque effectuationem, & executionem, itaut ab obitu Patris uſque ad præſens experiatur T. L. & patiatur barbaros effectus hujus iniquæ Renunciationis, dum deſtituta omni Li-
63 vello, omnique humano auxilio, feminuda ferè incedit per Monaſterium, & bona Marchionis, occupantur ab Exteris.

Hoc atrociſſimum factum, adnexum etiam habet cumulum præſumptionum, & circumſtantiarum, quæ mirabiliter comprobant metum, ut vidimus ſupra, & propterea
64 omitti poterant ea omnia, quæ exagerantur ad excludendum metum. Si enim quæritur actus extrinſecus, indicativus voluntatis, contrariæ ad monacationem, poteſt præ oculis haberi retentio Veſtium ſæcularium uſque ad præſens,
65 cum proteſtatione, quam refert qualificatus teſtis; *Che poteva eſſere, che un giorno non gli aveſſero a ſervire*; Si quæritur, an aliquam fecerit proteſtationem ſecretam, aut publicam; Legi poteſt jurata depoſitio quatuor Monialium, producta ab ipſomet Monaſterio in Camera; Necnon formale examen Bartholettæ, & Amari, & ſtatim invenietur, quod T. L. ante veſtitionem, tempore Novitiatus, poſt Profeſſionem, ſemper, & continuò conqueſta, & proteſtata fuit, quod per vim, & metum fiebat, & facta fuerat
66 reſpectivè Monialis, & quod hoc ſemper habuit, & habet in ore, itaut impoſſibile fermè ſupponant, referri poſſe numerum, & vices, quibus hujuſmodi proteſtationes factæ fuerunt; Et denique ſi deſideratur nomen Perſonæ, interpoſitæ à Th. L. ad emolliendam duritiem Marchionis, videri poteſt teſtimonium Conconæ Nutricis, de qua unicè confiſa fuit, ibi: *Mandò d. Sig. Tereſa a chiamarla più, e più volte, e ſe li raccommandava, che andaſſe al Padre a pregarlo, che non la faceſſe far Monaca, perche non ci aveva alcuna vocazione, ed aſſolutamente non ci ſi voleva fare.*

Concludimus igitur in hoc puncto metus, quod verſamur intra quinquennium, quo caſu leviores ſufficiunt probationes; & hic non leves, ſed graviſſimæ concurrunt; nam Marchio erat Pater naturalis, conveniri non poterat judi- 67
cialiter, erat vir ſeverus, ferox, & violentiſſimus; T. L. erat timidiſſimæ conditionis Adoleſcentula, erat minoris ætatis, & deſtituta omni humano auxilio, quia nec Princeps, nec Judices, nec Conſanguinei poterant malis, ſibi comminatis, occurrere; Pater minatus fuit denegationem alimentorum, & interverſionem Status Perſonæ, & Filia ſe oppoſuit, quouſque potuit, & reclamavit ante veſtitionem, tempore Novitiatus, poſt Novitiatum, & ſemper, & inde orta eſt publica vox, & fama in domo, & in ejus Vicinia, in Monaſterio S. Bernardini, atque per totam Urbem, quod ipſa per vim, & metum fiebat Monialis; Quæ omnia ſi inſimul ponderentur, prout in hac materia fieri ſolet, 68
vel certè in hoc caſu haberi debet tanquam ſuperlativè probatus metus, vel nunquam inpoſterum dari poterit caſus, in quo efficaciùs probari poſſit.

Dato igitur metu, nullius prorſus relevantiæ, & ſubſiſtentiæ eſt prætenſa illius purgatio, ac tacita ratificatio; Quia vel ex adverſo prætenditur inductam eſſe purgationem, ſeu tacitam ratificationem ex actibus ſequutis, vivente Mar- 69
chione, qui metum incuſſit, vel ex illis, ſequutis poſt ejus obitum; Si ex actibus, factis vivente Patre, & ſic durante adhuc cauſa metus, vana eſt hujuſmodi prætenſio, quia etiamſi eſſent mille, & eſſent omnes jurati, & præſeferent liberam, & ſpontaneam voluntatem profitendi, nunquam importare poterunt purgationem metus, ſeu tacitam ratificationem, quia principium meticuloſum influit in omnes actus ſequentes, durante cauſa metus, & quo magis iſti apparent liberi, & jucundo animo facti, eò magis præſumun- 70
tur meticuloſi, commentitii, & ficti, ut latè probavimus ſupra.

Si vero ratificatio deſumi prætenditur ex actibus, ſequutis poſt obitum Marchionis, & in hoc pariter diſtinguendum eſt; Aut Monaſt. ſe fundat in ratificatione expreſſa, aut ta- 71
cita; Si in expreſſa, nec una miſerabilis ſyllaba, aut verbum legitur ex actibus magnificatis, qui ſonent in ratificationem Profeſſionis expreſſæ, & conſequenter objectum ceſſat in facto.

Quatenùs autem fundamentum conſtituatur in ratificatione tacita, abſolutum eſt in Jure, quod quando præceſſit Profeſſio expreſſa, quæ ſit nulla, prout hìc, quicumque actus fiant à nulliter Profeſſo, durante quinquennio, conceſſo à Conc. Trid. ad reclamandum, nunquam inducunt 72
tacitam ratificationem, quia aliàs Profeſſus non haberet quinquennium ad reclamandum, ſi ex interventu ad Chorum, & ad actus Capitulares, & ex delatione habitus induceretur ratificatio, juxta authoritates allegatas ſup. §.2.

Neque applicantur DD. qui in contrarium adducuntur; Quia procedunt, & intelligendi ſunt, quando præceſſit tacita tantum Profeſſio, quæ à Conc. Trid. ſublata non fuit; 73
Tunc enim ſi tacitè profeſſus intra quinquennium faciat actus, qui conveniant ſolis Profeſſis, prout ſunt geſtatio habitus, interventus in Capitulis, & in contractibus, & hujuſmodi, ex his actibus dicitur potiùs probata tacita Profeſſio, quam ratificata, & in his terminis Profeſſionis tacitæ, ſeu ratificationis Profeſſionis tacitæ, loqui- 74
tur *Text.in cap.1.de Regul.in 6.Cardin. de Luc.de Regul.diſc. 40.num.7.& 8.& Rot.cor.Merlin.dec.1.in fin.& Panimol.deciſ. 29. annot.1. num.20.*

Oppoſitum autem procedit in Profeſſione expreſſa, in qua Nos verſamur, quia ex quocumque actu, facto intra quinquennium à nulliter Profeſſo poſt Profeſſionem expreſ- 75
ſam, induci non poteſt tacita ratificatio, quia præſumitur ſemper conſecutivus ad primum actum nullum, & capax non eſt ratificandi Profeſſionem expreſſam nullam, ut diſtinguendo unum caſum ab altero, probat *Ciarlin.cap.108.n.65.* ibi: *Denique reſpondetur, prædicta de ratificatione procedere in tacita Profeſſione, quæ cenſetur ratificata per geſtatio-* 76
*nem habitus Profeſſorum, ab aliis diſtincti, ſed non habere locum, quando emiſſa eſt Profeſſio expreſſa, poſt Concil.Trid. quo conceditur quinquennium ad reclamandum, nam ante quinquennium non eſt quærendum de tacita ratificatione ex delatione habitus per annum, quia præcedente expreſſa Profeſſione, non præſumitur nova voluntas ratificandi, ſed potiùs perſeverantia in priori irrita Profeſſione, alioquin fruſtrà Concilium concederet quinquennium ad reclamandum &c.* & 77
ipſemet *Card.de Luc. diſc.40.de Reg.* poſtquam diſtinxit Profeſſionem tacitam ab expreſſa, & poſtquam ſermonem habuit de primo caſu Profeſſionis tacitæ *à num.7. uſque ad 9.* deſcendit

dit

dit poſtmodum ad Profeſſionem expreſſam, & ſub *num.* 10. ſic ait: *Abſque dubio iſte caſus eſt longè difficilior, ex duplici conſideratione; primò nempe, quia ex continuatione geſtationis habitus, ac exercitio illorum actuum, qui Profeſſis conveniunt, non poteſt ita inferri ad tacitum reciprocum conſenſum, ſeu contractum, ut infertur in caſu præcedenti, dum id ſequutum fuit ex præſuppoſito, quod ille eſſet jam expreſsè profeſſus.*

Firmum igitur ſtat, quod poſt Profeſſionem expreſſam dari non poteſt ratificatio tacita intra quinquennium; Sed dato etiam per falſam hypotheſim, quod poſſet dari, adhuc
78 prætenſa tacita ratificatio neque per umbram exadverſo probatur, nec ullus ex actibus, qui ad hunc effectum allegantur, ſaltem à longè importare poteſt tacitam ratificationem; Omnes enim facti apparent nomine Monaſterii ex Perſona T. L. non autem nomine proprio, & particulari ejuſdem, prout ſunt lis introducta ad integram hæreditatem in Tribunali Theſaurarii, & tranſactio inita inter Monaſt. & Curiettam, & ideò ex actibus, factis à Monaſterio, cu-
79 jus intereſt ſuſtinere Profeſſionem, induci non poteſt ratificatio Profeſſionis T. L. à cujus voluntate pendebat ratificatio, non autem à voluntate Monaſterii, ut probavimus ſupra §. 2.

Rurſus nullus ex eiſdem actibus de ſui natura importat per neceſſe reatificationem Profeſſionis nullæ, ſed, tam lis ſuper tota hæreditate, quàm tranſactio inita fuit ad alium effectum, quàm ratificandi Profeſſionem, nempe pro con-
80 ſequenda hæreditate Marchionis, & ideò etiamſi uterque actus factus fuiſſet nomine proprio, & particulari T. L. adhuc non importaret tacitam ratificationem, ut in præciſis terminis tranſactionis, initæ à Profeſſo, nomine proprio pro excluſione ratificationis, notat *Rebuff. conſ. 68. §. Etiam*
81 & *Camerat. reſp. 1. art. 2. num 91. & per tot.* qui loquitur in terminis tranſactionis, factæ nomine proprio à Moniali, & ſtat pro excluſione tacitæ ratificationis, & concludit *d. n. 91.* ibi; *Neque invenio Doctorem affirmantem, qui hoc audeat*
82 *dicere, quinimò contrarium reperio, Rot. in Melevit. Nullit. Profeſſ.* impreſſa *poſt Dian. p. 11. fol. 17. §. Nec aliqua.*

Quinimò etiamſi, tam tranſactio, quàm lis ſuper tota hæreditate, de ſui natura præſeferret tacitam ratificationem, quod ab omni veritate eſt alienum, adhuc non ſufficeret pro tacita ratificatione, ſed duo ulteriùs requirerentur; Primùm, quod T. L. revera ſciverit, quod ille actus induceret tacitam ratificationem, aliàs hujuſmodi ſcientia non data, neque exadverſo probata, ceſſat prætenſa tacita ratificatio,
83 *Camerat. reſponſ. 1 art. 2. num. 78.* ibi: *Itaut ſi hos actus exercens, neſciat, illos eſſe aptos ad ratificationem inducendam, importent, adhuc, non data tali ſcientia in faciente, nullo pacto ratificaſſe Profeſſionem dicendus erit, quia ratione ignorantiæ deeſſet conſenſus tacitè profitendi*, & concordant *Tuſch. lit. P. concl. 881. num. 2. & Card. de Luc. de Regul. diſc. 40 num. 10. Lezzan. in Summa qq Regul. tom. 1. cap. 2. num. 9. fol. 9.* Quis enim revelavit T. L. quod aſſiſtendo præ-
84 fato Inſtrumento, tanquam una ex cæteris Monialibus, ratificabat ſuam Profeſſionem nullam? Utique ſi hoc ſciviſſet, non ſolùm pro conſequutione integræ hæreditatis Marchionis, ſed pro quacumque alia inſigniori utilitate aſſenſum ſuum non præſtitiſſet.

Et ſecundum, quod tales actus facti præciſè fuerint, animo determinato ratificandi, & approbandi Profeſſionem nullam, & quod ex alia cauſa geſti præſumi non poſſint,
85 benè *Sanch. ad Præcept. Decal. lib. 5. cap. 3. num. 17.* & proſequitur *Camerat. d. reſponſ. 1. art. 2. num. 80. & Pelliz. de Jur. reclamandi tract. 3. cap. 5. ſect. 2. num. 57 fol. 215.* ubi quod non ratificatur Profeſſio nulla, niſi voluntate formali, & conſenſu poſitivo, cum aliis adductis in *tom. 1. par 1. diſcept. 13. à num. 59.* Unde cùm ex ipſa litera Inſtrumenti appareat, quod tranſactio inita fuit ad effectum conſequendi hæreditatem, & non ratificandi Profeſſionem, hoc etiam exuberat pro excludenda tacita ratificatione.

Non obſtat, quod Th. L. in Tranſactione, inita inter Monaſt. & Curiettam, reſervaverit ſibi Livellum, ac de-
86 derit facultatem Monaſt. ut litem ageret ad hæreditatem Paternam, & nihil in proprietate pro ſe ipſa ſtipulata fuerit, qui omnes ſupponuntur actus univoci ad inducendam tacitam ratificationem.

Objectum enim nullam habet aſſiſtentiam facti; Quia T. L in Inſtrumento nec unum verbum protulit, neque
87 ſtetit in contractu, tanquam Perſona, de per ſe principaliter contrahens, ſed tanquam una ex Monialibus, & ideò non ſubſiſtit, quod Monialis reſervaverit ſibi Livellum, & dederit facultatem Monaſterio ad petendam hæreditatem Paternam, quia hæc omnia fecit Monaſterium Jure proprio, abſque ulla operatione T. L. eidemque Monaſterio intererat, quod ipſa conſequeretur Livellum, ex animadverſis in *tom. 3. par. 2. diſcept. 1. §. 22. nu. 15.* Quia poterat etiam ſperare, quod eadem T. L. illud erogaret in parte in beneficium Monaſterii, prout ferè omnes Moniales in eo, quod eis ſupereſt, facere ſolent; Et conſequenter repetere neceſſe eſt, quod T. 88
L. intervenit tranſactioni dumtaxat tanquam una ex Monialibus, & nunquam loquuta fuit, neque in narrativa, neque in diſpoſitiva Inſtrumenti, & ideò nunquam ratificaſſe dicendum eſt ſuam profeſſionem, ut ponderando hanc circumſtantiam pro excluſione ratificationis reſpondit *Camerat. reſponſ. 1. art. 2. num. 86. & 87.* ibi: *Et primò conſidero, quod in verbis narrativis, ſeu enunciativis illius, nunquam loquitur D. Franciſca, ſed Monaſterium, &c. Secundò in verbis diſpoſitivis nullam invenio obligationem, ſeu verbum à D. Franciſca prolatum, ex quo fortaſſe deduci poſſit aliqua diſpo-* 89
*ſitio, ſeu obligatio, ſeorſim facta per D. Franciſcam, ab illa facta per Moniales, ſed ſolùm intervenit, prout aliæ ex neceſſitate obedientiæ*; Quamobrem cum T. L. materialiter tantùm ſe habuerit in ſæpedicta tranſactione, ex hac præſentia materiali, & ſilentio ejuſdem impoſſibile prorſus eſt, quod induci poſſit tacita ratificatio, pro qua non ſufficit actus negativus, ſed neceſſarius eſt animus poſitivus, & certus approbandi Profeſſionem, *Camerat. ubi ſupra num. 80* ibi: *Et loquendo in ſpecie tacitæ Profeſſionis, quod non ſufficiat* 90
*animus negativus, vel dubius, elicitus per actus, geſtos à Profeſſo, ſed requiritur animus poſitivus approbandi*, cum aliis allegatis in *tom. 2. p. 1 diſcep. 3 à n. 59.*

Cæterùm in hoc puncto ceſſat penitùs omnis quæſtio, cùm etiam T. L. ſemper, continuò, & dietim reclamaverit de vi, & metu, ſibi illato, tam vivente Marchione, quàm 91
poſt ejus obitum, abſque ulla intermiſſione, ut teſtatur Bartoletta, ibi: *Dico bene, che ſimili doglianze ſono ſtate di continuo, tanto prima, che dopo fattaſi Monaca, e particolarmente dopo la morte del Marcheſe ſuo Padre, non ſi è mai quietata, tanto con me, che con l'altre Monache*, & concordat altera Monialis Amari, & aliæ quatuor: Ex quibus conqueſtionibus, & diurnis reclamationibus, remanet penitùs excluſa quæcumque prætenſa tacita ratificatio, quia 92
apertus diſſenſus, qui oritur ex dictis conqueſtionibus, facit ceſſare tacitum conſenſum Profeſſioni, *Rot. dec. 25. num. 11. cor. Arguell. & dec. 75 num. 9. cor. Peuting.* & alii, adducti ſup. §. 2. Idque etiam admittit *P. Matthæuc. in Offic. Cur. cap. 4. à num. 7.* qui eatenùs admittit ratificationem ceſſante cauſa metus, ſi nulliter Profeſſus perſeveret in Religione ſine reclamatione, & pacificè, ut indicant verba illa: *Diverſimodè diſcurritur, ſi ceſſante cauſa metus perſeveret ſine reclamatione, & pacificè in Religione*, qui Doctor mirabiliter retor- 93
quetur, quia in caſu, quo probentur reclamationes, ſupponit, etiam poſt ceſſatam cauſam metus, non dari tacitam ratificationem, prout docent *Rebuff. conſ. 68. §. Reſpondeo*, 94
*& Rot. dec. 276. num 11. & dec. 277 nu. 15. & 16. cor. Ubald.*

Neque regit in facto, quod T. L. reclamaverit dumtaxat poſt ſuccumbentiam in Camera, & per menſem tantùm antequam moveretur hujuſmodi lis projecerit velum in terram, & maledixerit animæ ſui Genitoris, qui fuerat cauſa ſuæ 95
Monacationis; Quia projectio veli fuit unus ex actibus ſuæ reclamationis, qui non excludit omnes alios præcedentes, & de facto eadem Monialis Amari, quæ refert hujuſmodi Veli projectionem, narrat, quod paulò poſt obitum Marchionis proteſtata fuit, quod nolebat recitare unam Requiem Æternam pro ſuffragio ejus Genitoris, ex eo ſolùm, quod coegerat eam ad ſuſcipiendum habitum monaſticum contra propriam voluntatem, ibi: *Benſì dopo la di lui morte* (notentur iſta verba) *alcune volte avendogli Io volſuto dire, che faceſſe qualche orazione per ſuo Padre, la medeſima mi riſpondeva, che non ſapeva dirgli nè meno un* Requiem Æternam, *perche l'Anima del ſuo Padre era all'Inferno, ſolamente per averla fatta far Monaca per forza*; Iſtaque Monialis deponit etiam de reclamationibus continuis abſque ulla intermiſſione, ante Novitiatum, in Novitiatu, poſt Novitiatum, ſemper, & continuo, ibi: *E dopo monacataſi ſino al preſente di continuo ſempre ha eſclamato, ora con me, ora con l'altre Monache &c. e queſte eſclamazioni l'ha fatte, e le fa giornal-*
*mente ſin da che ſi è monacata, &c. anche ſopra la ſua mona-* 96
*cazione, che pure ſempre ha eſclamato, & eſclama, che l'ha fatta mal volontieri, e contra ſua voglia.* Iſtaſque continuas reclamationes, tam inſpecto tempore Novitiatus, quàm poſt Novitiatum, uſque ad diem motæ litis, latiùs probavimus ſupra §. 3. à n. 20. & ideò non ſubſiſtit in facto, quod T.L. reclamaverit dumtaxat poſt amiſſam Cauſam in Camera.

Quin

Quin mereantur attendi extrajudiciales atteſtationes in contrarium nonnullarum Monialium, quia ultra quod Deus ſcit, quibus mediis, & artibus fuerint extortæ, adhuc di-
97 ctæ atteſtationes nullum, licet minimum, gradum probationis conſtituunt, quia ſunt extortæ pendente lite, & tendunt ad proprium commodum Monaſterii, cum quo actualiter litigat T. L. ut probavimus ſupra §.2.

Tandem allegari ampliùs non poteſt ad inducendam tacitam ratificationem ſilentium T. L. ſpatio duorum, & ultra annorum poſt obitum Marchionis Patris, quia ultra
98 quod continuæ reclamationes etiam poſt obitum Patris excludunt penitus tacitam ratificationem, & ultra quod intra quinquennium, & ex actu negativo tantùm, dari non poteſt tacita ratificatio, ut probavimus ſupra, adhuc hodie ipſimet contrarii Scribentes aliud fatale reſponſum ſubminiſtrant, ſupponentes, quod antequam ſtabiliretur filiatio, non poterat T. L. probare metum, ibi: *Minuſque in præſenti ſe erigere potuiſſet in Filiam Marchionis Pallavicini ad ad retractandam ſolemnem Profeſſionem ex cauſa prætenſi metus, incuſſi per eundem Marchionem, tanquam illius ſuppoſitum Patrem;* Et ideò debuit priùs expectare, quod ſtabi-
99 liretur ejus filiatio, ut tantò faciliùs comprobatus remaneret metus, & ſtabiliretur uſque ad rem judicatam; Et de facto in hac Cauſa, quando agitur de adimenda fide Curiettæ, & de Gaſparis, ſupponitur, quod T. L. ſit filia Marchionis, & quod propter intereſſe, & commodum, quod Matri ſequeretur poſt annullatam Profeſſionem, ipſa repellenda ſit, unà cum de Gaſparis à teſtimonio ferendo: E contra verò, quando examinantur minæ, quæ ingraveſcunt ex eo, quod Marchio erat Pater, ſerena fronte aſſeritur,
100 quod filiatio T. L. per totam Urbem notoria, & in Tribunalibus jam canonizata, ſit mera fabula; Ex hac igitur contradictione in defenſione contraria, & ex impugnatione veritatis adeò patentis, dijudicari facilè poteſt inſubſiſtentia omnium aliarum contrariarum exceptionum.

## §. VI.

*In eadem Cauſa.*

PRopoſito in Con. die 16. Martii 1719. dubio: *An conſtet de nullitate Profeſſionis* ſequens emanavit reſolutio. *Dilata, & examinentur D. N. N. ejuſque Uxor de Marchis,
1 & Moniales, de quibus in Summario Arnaldæ num. 14. Nec non P. Hieronymus Matthæjus ex Familia Clericorum Minorum Regularium, qui fecit Atteſtationem de Exercitiis Spiritualibus, datis Sorori Mariæ Conſtantiæ, & ab eadem factis ante Profeſſionem cum animi reſignatione ad Statum monaſticum, præter ea, quæ fieri debent ex Officio à D Secretario.*

In die dictæ propoſitionis nulla adfuit hæſitatio circa gravitatem minarum quibus T. L. coacta fuit ad ſuſcipiendum
2 habitum monaſticum, quia metus denegationis alimentorum, & interverſionis ejus Status, graviſſimus apud omnes DD. reputatur, ut probavimus ſupra.

Nulla pariter extitit difficultas circa probationem dictarum minarum, quæ concludentiſſimè juſtificabantur, tum à noſtris teſtibus, formiter examinatis, qui vel de facto proprio, vel de auditu à Marchione deponebant, tum
3 etiam à teſtibus, inductis, & productis in Camera ab ipſomet Oppoſitore.

Itidem, tanquam principium indubitatum, admiſſum fuit, quod concurrente metu reverentiali, qui datur etiam in Filia naturali reſpectu Patris naturalis, leviores minæ, leviuſque malum ſufficit ad annullandam profeſſionem;
4 Inſpecta præſertim ſevera, & terribili qualitate Patris, & timidiſſima conditione Filiæ, in minori ætate conſtitutæ, & omni humano auxilio deſtitutæ.

Et denique pro conſtanti habitum fuit, exceptiones perſonales contra nonnullos ex noſtris teſtibus, nequaquam eſſe attendendas, tum ob earum irrelevantiam, tum ob difficul-
5 tatem probationis ratione metus, ſecretò incuti ſoliti, & inter domeſticos parietes; domeſticaſque Perſonas, tum & denique ob magnum numerum eorundem teſtium.

Verùm quia ad elidendas hujuſmodi probationes, & unà ſimul evadendam claram juris diſpoſitionem pro nullitate exagerabatur ex adverſo, quod Pater Spiritualis, qui Exercitia ſpiritualia dederat Th. Liv. paulò ante profeſſionem, Fidem fecerat ſuper reſignatione ejuſdem ad Statum monaſticum; Item, quod ſex Moniales juratam fidem emiſerant, quod illa libenter profeſſa fuerat, & nunquam reclamave-
6 rat, ſemperque ad Chorum acceſſerat; Et viceverſa nos, ad magis comprobandum metum, revelationem metu excommunicationis factam à Joſepho de Marchis, deponente de facto proprio, deduximus. Hinc Sac. Congregat. ut maturiùs in re tam gravi procederet, cenſuit differre reſolutionem, & injungere formale examen omnium dictorum teſtium.

Parendo igitur utraque Pars menti Sac. Cong. examinari curavit formiter omnes præfatos teſtes, nempe Joſeph de Marchis examinatus fuit pro parte Sor. Mariæ Conſtantiæ, ad magis verificandum metum, & cæteri omnes ad inſtantiam Monaſterii S. Bernardini, eique Adhærentium, D. verò N. N. ejuſque D. Uxor juſtis de cauſis recuſarunt ſe ſubii- 7
cere examini; Quamobrem completo Proceſſu, expletiſque aliis ex officio à R.P.D. Secretario explendis ad tenorem dictæ *reſolutionis*; Deus, qui eſt protector veritatis, permiſit, quod illi omnes teſtes, qui inducti ex adverſo fuerunt ad excludendum metum, illi magis probarunt, & confirmarunt eundem metum, & ſignanter Moniales quo magis conatæ ſunt metum abſcondere, eò magis illum manifeſtum
reddiderunt; *Tantam ſemper potentiam Veritas habuit* (ſunt 8
verba *Cicer. in Vatinian.*) *ut nullis machinis, aut cujuſquam hominis ingenio, aut arte ſubverti potuerit, & licet in Cauſis nullum Patronum, aut Defenſorem obtineat, per ſe ipſa defenditur*; Undè reproponitur hodie Cauſa ſub antiquo dubio, quod videtur affirmativè reſolvendum.

Ad prædictum effectum ſufficeret unicum teſtimonium d. P. Matthæi, qui erat Confeſſarius T. L. & plenam notitiam habebat illius voluntatis. Iſte namque in examine formali expreſsè proteſtatur, & declarat, quod in tantum ſe 9
ſubſcripſerat antiquæ fidei, in quantum ſervare voluit formulam ab ipſo practicari ſolitam in ſimilibus caſibus, cæterùm ſi ſuper ea juramentum interponere debuiſſet (excepto facto materiali ſuper Exercitiis ſpiritualibus) in reliquis illi medio juramento non ſe ſubſcripſiſſet, ibi: *Mentre per verità, e giuramento non la potevo ſottoſcrivere*, eamque reddidit efficaciſſimam rationem, ibi: *Io in quanto a me ſin d'allora, che li diedi l'Eſercizj ſpirituali, conobbi eſſer detta Suor Maria Coſtanza un cervello ſtravagante, volubile, e poco inclinata all'oſſervanza regolare.*

Neque in hac generica proteſtatione, ſive in dicta quamvis efficaci ratione, ſe continuit, ſed interrogatus, an T. L. vitam religioſam elegerit ſponte, aut metu, & an ſine metu, & minis, ac poſita in ejus libertate talem ſtatum elegiſſet, accuratè reſpondit: *Io in queſti Interrogatorj non poſ-* 10
*ſo riſpondere altro, che la ſudetta Suor Maria Coſtanza non ſi è ſpiegata mai meco con termini eſpreſſi della ripugnanza di far la Profeſſione*: Motivum autem, cur ita reſpondit, non fuit ignorantia facti circa illas circumſtantias, ſuper quibus fuerat interrogatus, ſed fuit timor, & ſcrupulus, ne revelaret aliquid, quod forſan in foro pœnitentiali ſcire potuiſſet, ut indicant ſubſequentia verba ejuſdem Religioſi, ibi: *Nè poſſo dir altro ſopra tutti li ſudetti ſoprascritti Interrogatorj, perche non mi ſouiene, come poſſo aver ſaputo qualche coſa, o di affermativo, o negativo alle ſudette domande*, quæ verba, ſi ſubſtantiam, non corticem inſpiciamus, apertiſſimè oſtendunt, quod omnia interrogata ſciebat, tam circa minas, quàm circa metum, ſed eatenus ſe abſtinuit à particulari reſponſo, quia non recordabatur de modo, ſeu loco, ubi illa ſciviſſet, ut patet Reflectenti.

Hæc autem, quæ argumentativè colligimus ex ſupradict. verbis, clariùs explicavit præfatus teſtis in alio Interrogatorio magis generico, ubi timor relevandi ſecretum ratione generalitatis apud ipſum ceſſabat: Quippè requiſitus, an ſi ipſe eſſet Judex, quamnam Sententiam ferret in 11
hac Cauſa, hoc ſerium, & ad effectum noſtrum mirabile reſponſum dedit: *Riſpondo, che per quanto io poſſo conoſcere, non eſſendo io di profeſſione legale, giudicarei prima raccomandarmi a Dio, che mi illuminaſſe, e poi non eſſendo illuminato diverſamente ſecondo il mio preſente diſcernimento, darei il mio Voto fauoreuole per la nullità di detta Profeſſione, e mi muouo a dire, che darei detto Voto affermativo per la nullità della Profeſſione, primieramente per mettere in ſalvo l'anima di Sor Maria Coſtanza, mentre la conſidero per un Corpo diſperato: Secondo dalle Iſtanze, che fà preſentemente deduco, non aver avuto mai volontà della Vita nella regolare Oſſervanza, e di profeſſare, ſtante che anche nel tempo degli Eſercizj mi accorſi, che era un cervello ſtravagante, ſiccome me ne accorſi, che non aueua avuto mai voglia di far bene; Onde congiungendo li tempi paſſati, e preſenti mi moverei a credere, che la ſua Profeſſione foſſe nulla.*

Hujuſmodi reſponſum, tum ob ſonitum materialem verborum, tum ob rationes animativas, redditas ab ipſo teſte, præſefert apertam nullitatem controverſæ

Profeſſionis, & eſt deciſivum hujus Cauſæ, quia provenit à Viro Sacerdote, Parocho S. Laurentii in Lucina, Aſſiſtente Generali ſuæ Religionis, & in eadem, ob doctrinam, & morum probitatem, celebri; Et ideo ex unaquaque ex dictis circumſtantiis plenam fidem mereatur, *Abb. in cap. Ad noſtram de Probat. Rot. dec. 51. n. 10. cor. Ludoviſ.* & pluribus cumulatis *deciſ. 870. numer. 6. & 7. cor. Emer. jun. & in Viennen. prætenſorum Sponſalium 2. Januarii 1705. §. Evi-*
12 *denter, coram Kaunitz*, Quæ in immenſum augetur, ponderando, quòd fuit examinatus, de mandato hujus Sacr. Con. & fuit inductus, & productus ab ipſomet Oppoſitore, contra quem propterea inſuperabilem facit probationem, *Rot. dec. 728. num. 11. p. 18. rec. & dec. 11. nu. 16. cor. Zarat.*
13 *& dec. 215. n. 9. cor. Ludov.* Præſertim quia agitur de facto ſecreto, *Rot. dec. 243. num. 15. cor. Cerr. & dec. 774. num. 2. par. 2. rec.* ubi quòd debet latè interpretari, perſpecta potiſſimùm circunſtantia, quòd fuit Confeſſarius, cui ſemper Sacræ Con. plurimùm deferre conſueverant, quia præſumitur magis inſtructus de veritate, *Pignatel. conſult. 173. n. 159. tom. 9. Rot. dec. 277. n. 5. cor. Ubald. & dec. 1166. num. 1.*
14 *cor. Seraph.* cum quibus proceſſit hæc Sac. Con. in *Biſuntina*, de qua in *tom. 1. par. 1. diſcept. 1. n. 33.* & latè *Rot. in Rom. Hæred. 1. Feb. 1715. §. Namque cor. Criſpo.*

Indubitantiùs hæc procedunt, quia dicta magis ſubſtantialia præfati Religioſi, confirmantur ab aliis teſtibus, hinc
15 inde inductis, & productis, qui inter ſe mirabiliter cohærent, & conſonant; Ipſe enim juxta 1. Inter. ſic ait: *Conobbi detta Suor Maria Coſtanza per un Cervello ſtravagante, volubile, e poco inclinato all'Oſſervanza regolare.* Idipſum confirmant aliæ Moniales exadverſò examinatæ. Rursùs præfatus teſtis refert recurſus aliarum Monialium contra T. L. circa inobſervantiam Regulæ, & non acceſſum ad Chorum, & iſtimet recurſus comprobantur a dd. Monialibus examinatis pro Monaſterio. Et denique motivum principale, ex quo ipſe moveretur ad annullandam Profeſſionem, in eo ſtabat, ibi: *Primieramente per mettere in ſalvo l'anima di Suor Maria Coſtanza, mentre la conſidero per un Corpo diſperato.* Quod identificè, & in ſubſtantia confirmatur ab aliis teſtibus, & ſignanter à Minacciono, qui obit ante-
16 quam introduceretur præſens lis; Lis enim introducta fuit de menſe Octob. 1716. & antequam moreretur, ſic teſtatum reliquit, ibi: *Ed ha continuato poi ſempre a dirmi, anche dopo la ſua Profeſſione in moltiſſimi diſcorſi, fatti meco, che ſe Dio benedetto non li levava dalla mente il penſiero, dal quale continuamente veniva travagliata, cioè, che doveva ſtar perpetuamente riſtretta nel Monaſtero, ed eſſer Monaca contro la ſua volontà, Lei dubitava molto della ſalute dell'anima ſua, e che così eſagerava ſempre alli ſuoi PP. Spirituali.*

Rurſus eadem circumſtantia deſperationis, & damnationis comprobatur ab N. N. alio qualificato teſte, ibi: *Anzi*
17 *queſto Abito ſarà la mia dannazione*, ibi: *E che non voleva continuare a ſtarci, anzi che era diſperata;* Item à Bartoletta, ibi: *Più volte mi ha detto, che ſe non ſi ſmonacava, aſſolutamente ſi voleva buttare per diſperazione in un Pozzo, o in qualche precipizio:* Et denique à Bacchina, ibi: *Queſt' Abito io non me lo poſſo vedere addoſſo, e ſe io continuo nella Vita Religioſa, io mi danno &c. e quaſi ſempre con la mano ſi toccava l' abito da Religioſa, e diceva, che l'abbrugiava l abito di Religioſa, moſtrando di non eſſerſi fatta di ſua volontà, ma per forza, e di volerne uſcire, che altrimente vi ſaria morta diſperata, e dannata.*

Iſta enim conſonantia, & armonia inter teſtes, examinatos diverſo tempore, diverſis Interrogatoriis, & à diverſo interprete, ſuperlativam conſtituunt probationem, quia in hac materia probationum, una coadjuvat alteram, & viciſſim juvantur, & adminiculantur, *Adden. ad Pamphil.*
18 *dec. 659. n. 7.* & advertere ſpecialiter ſupplicamus, quòd concordia, & conſonantia teſtium circa illam graviſſimam circumſtantiam, ibi: *Che era un corpo diſperato &c. era dannata, e diſperata &c. e che dubitava molto della ſalute dell'Anima ſua*, in qua omnes conveniunt, & licèt P. Matthæjus rationem, unde putabat Th. L. eſſe deſperati animi, explicitè non reddat, illam tamen de ore ejuſdem propalant alii præfati tres teſtes, qui unanimiter deponunt, deſperationem, & imminentem damnationem ejuſdem provenire à contraria voluntate Statui religioſo, pluries etiam expreſſa Patribus Spiritualibus, ut declarat Minaccionus, ibi: *Cioè, che doveva ſtar perpetuamente riſtretta nel Monaſtero, ed eſſer Monaca contro la ſua volontà, Lei dubitava molto della ſalute dell'anima ſua, e che così eſagerava ſempre alli ſuoi Padri Spirituali*, ac Bartoletta, ibi: *Che ſe non ſi ſmonacava aſſolutamente ſi voleva buttare per diſperazione in un Pozzo &c.* Et Bacchina, ibi: *Se io continuo nella Vita religioſa, io mi danno.*

Ex ratione enim, & cauſa, allegata ab hiſce teſtibus, manibus, ut ita dicam palpatur, quòd eatenus P. Matthæjus timuit de ſalute ejus Animæ, illamque reputavit: *Un corpo diſperato*, quatenus ſciebat coactè, & contra propriam voluntatem habitum monaſticum ſuſcepiſſe, & profeſſionem poſtea ſimili coactione emiſiſſe, iſtamque cauſam pluries ab 19
eodem audiviſſe conſtat ex declaratione dicti Minaccioni, ibi: *E che così eſaggerava ſempre alli ſuoi Padri Spirituali.* Et conſequenter in hoc puncto imminentis damnationis T. L. ex cauſa coactæ ſuæ Profeſſionis, omnes præfati teſtes conveniunt, quia Pater Matthæjus minùs explicitè loquens reſpectu cauſæ, ex dubio forſan propalandi ea, quæ in Sacramentali Confeſſione audiverat, declaratur, & ſuppletur ab aliis, in hac parte ſpecificè deponentibus, ad tradita per *Rot. dec. 659. nu 2. cor. Pamphil.*

Ab examine itaque hujus teſtis, exadverſò inducti, & examinati ad excludendum metum, non ſolùm non excluditur, ſed eò magis, ut diximus, comprobatur; Verùm in ſtatu majoris evidentiæ reducitur ab aliis teſtibus, nuper pariter examinatis. Ex quibus, facta debita combinatione cum aliis teſtibus, præcedenter adductis, & cum aliis nuper metu excommunicationis repertis, inconcuſſa, & ſupra evi- 20
dentiam hæc tria probata remanent; Primum, quòd T. L. graviſſimis minis coacta fuit ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, & emittendam Profeſſionem; Secundum, quòd adverſus hujuſmodi coactionem reclamavit ſemper, & continuò, in omni loco, ubi ſtetit: Et Tertium denique, quòd eaſdem reclamationes, ſine ulla intermiſſione, repetiit, omni tempore.

Quòd autem attinet ad gravitatem minarum, de Marchis nuper formiter examinatus, ac de facto proprio deponens, de mandato Marchionis ſic T. L. perterruit; *Mi ha commandato preciſamente il Sig. Marcheſe, che vi dica, che non volendovi far Monaca, che aſſolutamente non vi vuole dar più ali-* 21
*menti, nè a Voi, nè a voſtra Madre, e che vi volta le ſpalle, e non vi riconoſce più per Figlia, e di più vi vuol far ridurre le più meſchine Donne, che ſiano in Roma, e che tutti quelli danni, e quelle Inſidie, che vi potrà mai concepire, tutte ve le farà cadere addoſſo di voi altre, e che avete da fare con la ſua Teſta, onde li narrai ancora il ſucceſſo della notte paſſata, e li diſſi, che Dio guardi, che foſſero ſtate li una di loro, ſi ſarebbe veduto qualche ſpettacolo.*

Confirmat ſecundo loco, ſeu potiùs præcedenter jam de facto proprio retulerat eaſdem minas P. Creſcius, Vir Reli- 22
gioſus, Sacerdos, Confeſſarius in ſua Religione, & ſub ejus depoſitione defunctus, cujus verba retulimus ſupra.

Tertio loco de Gaſparis, qui licèt aſſerit, non habuiſſe mandatum à Marchione ad notificandas minas, adhuc veritas eſt, quòd ipſe erat Magiſter Domus dicti Marchionis, & de facto proprio teſtatur, eaſdem ferè minas paternas Filiæ denunciaſſe. In jure autem idem eſt, inferre minas, & ſcire quòd ab aliis inferantur, ex adductis per *Hodier. 16. ſub n. 54.* ibi: *Quamvis minæ in faciem Mulieris factæ non ſint,* 23
*dummodò ei notificatæ fuerint*, junctis aliis citatis ſupra; Quinimò neceſſarium non eſt exprimere Perſonam, quæ metum intulit, ſed ſatis eſt docere, metum fuiſſe illatum, *leg. Si cum exceptione §. In hac actione ff. de Eo, quod metu cauſ.* ibi. *In hac actione quæritur, utrùm is, qui convenitur, an alius metum fecerit, ſufficit enim hoc docere, metum ſibi fuiſſe illatum, aut vim*, & pauló poſt, ibi; *Meritò quis non adſtringitur, ut deſignet, quis ei metum, vel vim adhibuerit, & ideò ad hoc tantùm Actor adſtringitur, ut doceat, metum in cauſa fuiſſe*, & benè etiam *Hermoſilla ad ll. partit. gloſ. 1. l. 50. tit. 5. partit. 5. n. 48.*

Quarto loco numeratur Curietta, quæ pariter de facto proprio deponit, ut ſupra obſervavimus. 24

Et quinto denique eaſdem minas retulit T. L. Rita Conconi ejus Nutrix, ut pariter ſupra obſervavimus.

Ultrà præfatos quinque teſtes, deponentes de facto proprio, qui quoad ſubſtantiam, & qualitatem minarum mirabiliter concordant; Concurrunt etiam alii de auditu ab ore proprio Marchionis, nempè Gargarius, qui de tempore examinis erat Exactor Monaſterii, Bacchina, Sartoria, Commater Marchionis. Tres teſtes inducti, & producti ab 25
Oppoſitore in Camera. Quibus hodiè addimus Revelationem metu excommunicationis, habitam à Capitaneo C. Viro omni exceptione majori, & confidentiſſimo Marchionis, & alteram à celebri Pictore. Qui omnes unanimiter deponunt de obſtinato, & inflexibili propoſito Marchionis, directo ad monacationem, & de minis ad hunc effectum adhibitis

bitis

bitis contra Th. L. quæ in ſubſtantia concordant cum illis,
relatis à teſtibus de facto proprio deponentibus.

Ultra teſtes, de facto proprio, & alios de auditu ab ore
proprio Marchionis, adſunt etiam, & alii, qui viceverſa
teſtantur, ab ore T. L. ante introductionem præſentis Li-
tis pluriès audiviſſe præfatas minas ex parte Marchionis
ejus Patris ſibi fuiſſe illatas, nempè Bartoletta, Amari.
Minaccionus ſub hac depoſitione defunctus NN. Curialis.
Conconi P. B. cum aliis tribus, inter quos numeratur N.
N. Educanda in Monaſterio S, Bernardini, & metu excom-
26 municationis revelans. Quibus omnibus teſtibus pondera-
tis, & inſimul conbinatis nulla umbra difficultatis adeſſe
poteſt, quin ante emiſſam Profeſſionem, & ſuſceptionem
habitus præceſſerint graviſſimæ minæ, quæ meliùs, & ef-
ficaciùs probari non poſſunt, quàm ab illiſmet, qui metum
incuſſerunt, & ab illis, qui eaſdem minas audiverunt, tam
ab ore metum inferentis, quàm ab ore metum paſſæ, *Rot. dec.
225. n. 11. cor. Emer. Jun.* præter alios adductos ſupra.

Gravitas autem dictarum minarum, omiſſis levioribus,
in duobus præcipuè conſiſtebat; Nempè in denegatione Ali-
mentorum in futurum, & interverſione Status, quorum al-
terutrum etiam ſingulariter ſumptum, aptum eſt ad annul-
landam Profeſſionem, & incutiendum metum graviſſimum;
Exploratum namque eſt pro nullitate Profeſſionis, non re-
quiri tantam gravitatem metus, neque minas, præſefe-
rentes metum mortis, cruciatus corporis, ſeu alterius æ-
quipollentis mali, prout in aliis indifferentibus contracti-
bus neceſſarium eſt, ſed ſufficere quamcumque coactionem,
27 quoquo modo, & quomodocumque ſequutam, ut indicat
litera Sacr. Conc. Trid. de *Reform. cap. 18. ſeſſ. 25.* ibi: *Si
quomodocumque coegerint aliquam Virgin. vel Viduam, aut
aliam quamcumque Mulierem invitam*: & paulò poſt ibi:
*Quique ſcientes, eam non ſpontè, ingredi Monaſterium, aut
habitum ſuſcipere, aut Profeſſionem emittere*; Ubi notanda
ſunt illa verba: *Quomodocumque coegerint*, & alia ibi: *Mu-
lierem invitam, & eam non ſpontè*, quibus mediantibus ſa-
pientiſſimi illi Patres dederunt clarè intelligere, quòd pro
nullitate ſatis erat quæcumque etiam minus gravis coactio,
ibi *Quomodocumque coegerint*, & quæcumque ſigna contra-
riæ, & non ſpontaneæ voluntatis, ibi: *Mulierem invitam,
& eam non ſpontè*; Quia Deus coacta ſervitia aſpernatur,
hilaremque Datorem diligit, ac voluntarios ſibl milites eli-
28 git Chriſtus *ad Tex. in can. Non eſt 15. q. 1.* & latiùs probavi-
mus in §. 2.

Verùm coactio, & metus in caſu noſtro fuit etiam gra-
viſſimus, & major, quàm ad mentem Sac. Conc. requira-
tur, itaut difficilè ſit invenire caſum, in quo major, vel
æqualis uſque adhuc datus fuerit; Quippe minæ, quibus
totiès perterrita fuit T. L. duo graviſſima mala contine-
bant. Primum nempe denegationem Alimentorum in fu-
turum, de quo de facto proprio deponunt P. Creſcius, ibi:
29 *E che non gli averebbe dati più Alimenti*; De Gaſparis ibi:
*anche ſopra la ſua ſomminiſtrazione degl' Alimenti*; Curietta
ibi: *Gli inſinuavano le minaccie, che faceva detto Sig. Mar-
cheſe di privarci ambedue del ſoſtentamento*; Conconi Nu-
trix ibi: *Di non velerli dar più Alimenti*; & omiſſis aliis,
idipſum comprobat de Marchis, ibi: *Mi ha commandato il Sig.
Marcheſe, che vi dica, che non volendovi far Monaca, che aſſoluta-
mente non vi vuol dare più alimenti nè a voi, nè a voſtra Madre.*

Hæc utique denegatio Alimentorum in Jure reputatur
adeò gravis, & Alimentario taliter damnoſa, ut leges, &
Doctores illam parificent metui mortis; Nihil enim in-
ter ſe differunt, interimere aliquem ferro, laqueo, &
veneno, ſeu potiùs mediante ſubtractione, & denegatio-
ne alimentorum, quia eodèm modo quoad effectum, quis
moritur ferro, aut fame, & ideò in Jure cautum reperitur,
quòd negare Alimenta, necare eſt, uxta *Text. in l. Necare
30 ff. de Liber. agnoſcen.* & in terminis nullitatis Matrimonii
*Pannim. dec 102. adnot. 2. numer. 6.* ibi: *Prout etiam, quod
deducatur ex denegatione Victus, & Domus, quæ metus in-
cuſſio æquiparatur metui mortis*, & in terminis Profeſſionis
*P. Anaclet. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 31. §. 6. de Profeſſ. Re-
lig. nu. 165. Rot. dec. 9. num. 13. cor. Arguel. & deciſ. 27. num.
11. dec. 98. num. 7. & cor. Peuting.* & reſſolvit hæc *Sac. C. in
Lingonen. 20. Sept.* 1615. de qua in *tom. 1. p. 1. diſcept. 4. per tot.*

Atque metus hujuſmodi ex hoc capite ingraveſcit, quia
denegatio Alimentorum, nonfuit duntaxat comminata,
ſed barbaro quoque, & inhumano modo fuit cum effectu exe-
31 cuta; Quamvis enim T. L. ſeducta fuerit ad ſuſcipiendum
habitum, mille magnis promiſſionibus, videlicet, *Che
averebbe quel che voleva, che averebbe fatta la prima figura nel
Monaſtero, e che l' averebbe fatta trattare da Principeſſa, &c.*
ut colligitur ex teſtibus, formiter examinatis; Adhuc Mar-
chio, ut perpetuò illam jugularet, eamque inhabilitaret ad
reclamandum, curavit ab ipſa extorquere ante ſuſceptionem
habitus ſolemnem renunciationem, in qua, nullo licèt mi-
nimo conſtituto Livello, coegit eam renunciare omnibus
Juribus, omnibuſque Bonis; Et quòd notabiliùs eſt, ferèque
videtur incredibile, etiam ſupplemento Alimentorum, ut
conſtat ex dicta Renunciat. data in Summ.

Suſcepto poſtmodum habitu, quia Monaſterium non ſo-
let recipere Moniales, ſine Livello, optima ratione, ex-
pensà *in tom. 3. p. 2. diſcept. 1. §. ul. q. 11. n. 13.* Nec Moniales ſi-
ne Livello vivere poſſunt, ut refert Monialis Caccia, ibi:
,, Che quì in queſto Monaſtero non era ſolito, che vi foſſero
,, Monache ſenza Livello, e che però non era dovere, che 32
,, Suor Maria Coſtanza ſola non l'aveſſe; Et clariùs Monia-
,, lis Bianchina, ibi: Solo poſſo dire, che poco tempo prima
,, di dover profeſſare, ſi doleva di non aver avuto aſſegna-
,, mento di Livello, e che il Sig. Marcheſe non voleva aſſe-
,, gnarglielo &c. & atteſe le ſudette doglianze la M. Abba-
,, deſſa di quel tempo ſcriſſe un Viglietto al Sig. Marcheſe
,, Pallavicini, in cui gli diceva, che in queſto Monaſtero non
,, ſi prattica di veſtir Monaca, ſenza che aveſſero qualche
,, Livello, e che però era neceſſario, che il Sig. Marcheſe l'
,, aſſegnaſſe a detta Suor Maria Coſtanza &c. e le coſe ſudet-
,, te le sò per averle inteſe dire dalla medema Madre Abba-
,, deſſa, e reſpettivamente dalla bocca propria di detta Suor
,, Maria Coſtanza, ch'era diſguſtata di non aver Livello,
,, ſenza di cui non poteva vivere.

Requiſitus propterea Marchio pro conſtitutione Livelli,
frangendo fidem, jam datam, & promiſſa, jam facta, ut in
apprehenſo jam metu Filiam contineret, denegavit expreſ-
sè aſſignationem dicti Livelli, & tanta ira, furoreque com-
motus fuit ex hujuſmodi æquè congrua, & neceſſaria inſtan-
tia, ut fere per annum noluerit ampliùs accedere ad Mona-
ſterium, ut proſequitur eadem Monialis Caccia, ibi: Et
,, in queſto Parlatorio diſſe a Suor Maria Coſtanza, & a me, 33
,, che aveva parlato ſopra l' aſſegnamento del Livello al Sig.
,, Marcheſe, il quale era andato sù le furie, & aveva dato in
,, beſtialità, con aver detto, che non voleva aſſegnar Live-
,, lo ſin ch' era vivo, e che era penſier ſuo di mantenerla &c.
& concordat etiam Monialis Bianchina, ibi: Sò ancora, che
,, detto Sig. Marcheſe andiede molto in colera per l' iſtanza
,, fatta del ſudetto Livello, e ſi ſdegnò talmente, che per il
,, corſo d'un'anno in circa non venne, nè mandò più al Mo-
,, naſtero. Ex hac igitur mirabili connexione facti, reſultan-
te, tam à teſtibus ex hac parte examinatis, quàm a dictis
Monialibus inductis, & examinatis, ab ipſomet Monaſterio,
& ei Adherentibus, non ſolùm verificantur ad evidentiam
minæ circa denegationem Alimentorum, quarum pars eſt
Livellum, de quibus deponunt noſtri teſtes, ſed ulteriùs ve-
rificatur effectiva illarum executio, mediante denegatione
conſtitutionis ejuſdem Livelli, de qua teſtantur ipſæmet Mo-
niales, cujus duriſſimus effectus hodiè etiam durat, cumque
dolenter patitur infelix T. L. Unde attenta gravitate dicta-
rum minarum, quæ metui mortis æquiparantur, quarum ef-
fectiva executio etiam hodie permanet, & publica eſt, & no-
toria, remanet adeò evidenter probata nullitas controverſæ
Profeſſionis, ut neque locus hæſitandi reperiri poſſit, jux-
ta authoritates, ſuperiùs allegatas.

Potiſſimùm quia denegatio Livelli unicè, & principali-
ter directa fuit ad coarctandam T. L. ad emittendam Profeſ-
ſionem, etiam invitam, & cont. propriam voluntatem, ut
de ore Marchionis teſtatur Gargarius, ibi: Detto Sig. Mar- 34
,, cheſe mi diſſe più volte, che Lui non gli voleva coſtituir
,, Livello alcuno, perche la voleva tener ſoggetta, e total-
,, mente ſubordinata a Lui, e gli voleva togliere il modo di
,, voltargli le ſpalle, e fare quello, che Lei aveva in teſta;
Et literis magis apertis revelavit Cap. C. amiciſſimus Mar-
chionis, ibi: Anzi dopo veſtita Monaca, perche continua-
,, va ancora nel dubio, che non voleſſe profeſſare, & all'in-
,, contro veniva richieſto, che li doveſſe aſſegnare un con-
,, gruo Livello, il medeſimo (hoc eſt Marchio) s'inquietava
;, fortemente, e ricusò ſempre di fargliclo, dicendomi, che
,, in queſta maniera voleva ſtringerla, e coartarla a ſtar ſem-
,, pre ſubordinata a Lui; e ſul timore di non perder la ſua
,, protezione, & il mantenimento, che gli dava, obligarla a
,, profeſſare; Quæ ſpecies minarum, utpotè directa ad ex-
torquendum actum ipſum Profeſſionis, eò efficaciùs probant
metum, ad tradita per *Joan. Andr. in c. Cùm dilectus de His,
quæ vi metus cauſ. Ruin conſ. 121. n. 7. lib. 4 Cephal. conſ. 195. n.
13. tom. 2. Capyc. Galeota contr. 14. n. 23. lib. 2. Sanch. de Matr. lib.
4 diſput. 5. n. 22. & ſeqq Rot. cor. Ludoviſ. dec. 326. n. 19. & ſeqq.*

Se-

Secundum graviſſimum, & irreparabile malum, quod continebatur in minis Th. Liv. relatis, conſiſtebat in denegatione Filiationis; Ea enim in eo deplorabili ſtatu poſita erat, ut
36 vivente Marchione Patre, nullo modo poterat juſtificare ſuam Filiationem, nam in fide Baptiſmatis deſcripta erat, tanquam nata fictitiis Parentibus, & Alimenta ſemper Marchio ſubminiſtraverat per manus tertiæ Perſonæ, & Receptæ, quas reportabat, cantabant ſub nomine N. N. ut teſtantur Moniales; Rursùs tunc non habebat nec teſtes promptos, qui contra Virum potentem, & divitem, ſe examini ſubiicerent, nec declarationes N N. quæ fuerunt repertæ in hæreditate Marchionis poſt ejus obitum; Itaut tota ejus nobilitas, & ſtatus Perſonæ quoad filiationem reſpectu Marchionis, pendebat à ſolis agnitionibus, & tractamento more Nobilium, quod recipiebat à Marchione, à quo poterat in inſtanti, & ad ſui libitum ſe abſtinere.

In hac igitur infeliciſſima conditione poſita Thereſia Livia Marchio Pallavicinus à pluribus Perſonis, repetitiſque vicibus, eidem comminari fecit, quod ſi habitum monaſticum
37 non aſſumebat, nolebat eam amplius agnoſcere in Filiam, ut referendo verba plurium teſtium, de facto proprio deponentium, probavimus ſupra, quibus hodie addimus formale examen de Marchis, ibi: *Mi ha commandato preciſſamente il Signor Marcheſe, che vi dica, che non volendoui far Monaca, che aſſolutamente non vi vuol dar più Alimenti, ne a Voi, ne a voſtra Madre, e che vi volta le ſpalle, e non vi riconoſce più per Figlia*; Item addimus Revelationem Capitanei C. ibi: *Ma all'incontro non li voleua guardar più in faccia, e non la voleua conoſcer più per niente*; & alteram D. P. ibi: *Il detto Marcheſe gli fece fare dalle ſudette Perſone grauiſſime minaccie, delle quali preciſamente non mi ricordo, ma in ſoſtanza conteneuano, che non la voleua riconoſcere più per niente, non gli voleua dar più alcun ſoſtentamento, e che la voleua ridurre in ſtato infelice, e miſerabile, anzi opprobrioſo.*

Profectò ex hac ſpecie minarum, à quibus intervertebatur Status propriæ perſonæ Ther. Liv., & de Filia Marchionis Pallavicini Viri nobiliſſimi, & ditiſſimi, evadebat viliſſima, vulgò concepta, & ſine certo Patre, oritur probatio metus adeò grandis, & certa, ut Judex, cujus arbitrio cæteroquin remiſſa eſt cognitio, an, & quando metus ſit gravis, in his terminis habeat manus ligatas, & arbitrium reſtrictum, & ſervile, itaut nonniſi pro metu maximo judicare debeat, quia hoc termino ſuperlativo *maximo*, metus
38 interverſionis Status canonizatur à *Text. in leg. Iſti quidem ff. de Eo, quod met. cauſ.* ibi: *Qui Inſtrumenta Status mei interuerſurus eſt, niſi dem, non dubitatur, quin* maximo *metu compellar*, & conſentaneè, & punctualiter tenent omnes alii, allegati ſupra. Quibus addimus *Panimoll. dec. 102. adnot. 1. numer. 2.* ibi: *Prout etiam metus juſtus inducitur ex timore mutationis Status, vel jacturæ honoris proprii, cum Viris probis, & bonis, iſte metus major, quàm mortis eſſe debeat*, & huic fatali motivo nulla unquam data fuit, neque in æternum dari poteſt congrua reſponſio.

Graviores evadunt præfatæ minæ, ponderando, quod T. Liv. erat in minori ætate conſtituta, & omni humano auxilio deſtituta, & Puella timidiſſima reſpectu Marchionis ejus
39 Patris, ut teſtatur Bacchina, aliique Teſtes, & A. D. & nullo modo minas ſibi comminatas evadere poterat, ſi non parebat, quia non poterat recurrere ad Principem, neque ad Judicem, neque ad Conſanguineos; Non ad Principem, quia licet Princeps, certioratus de ejus contraria voluntate in ſuſcipiendo habitu, & emittenda profeſſione, potuiſſet utrumque actum impedire, non poterat tamen cogere Marchionem ad ſubminiſtranda Alimenta more Nobilium, & ad agnoſcendam eam in Filiam, quæ erant damna, eid. comminata, & omninò eventura in caſu non ſecutæ monacationis, quia deficientibus documentis neceſſariis, Princeps compellere non poterat ad hæc omnia Marchionem invitum.

Et ex hoc capite neque poterat implorare officium Judicis, quia Judex judicare debet ſecundum acta, & probata, & deniq; minùs poterat recurrere ad Conſanguineos, quos non habebat in hoc mundo, præter Curiettam, & Carolum germanum fratrem d. Conſtantiæ, quia ambo erant Perſonæ timidiſſimæ, & ſubiectæ Marchioni, quinimò quia Marchio ſuſpicabatur, Carolum non retuliſſe T. L. minas, prout in mandatis habebat, eum ex ſola hac ſuſpicione à proprio ſervitio dimiſit, ut refert de Marchis, ibi: *Anzi eſſendo poi partito dalla preſenza del Sig. Marcheſe detto Sign. Carlo, mi diſſe, che lo voleua mandar via dal ſeruizio, perche ſupponeua, che eſſo Carlo non faceſſe l'ambaſciate preciſe alla Sig. Tereſa, ſiccome di lì a poco tempo lo mandò via, e ſi riduſſe miſerabile.*

In his itaque circumſtantiis creſcit in immenſum metus, nam ſi, neque Princeps, neque Judex, neque Conſanguinei poterant damnis comminatis occurrere, perneceſſe debebat infelix Ther. Liv. etiam invita, & coacta parere, & habitum Religioſum ſuſcipere, & hoc ipſum, quod non poterat nolle, ad evidentiam probat metum, ut benè explicat *Senec. de Benefic lib 2. cap. 18.* ibi: *Si vis ſcire, an velim, effice, ut poſſim nolle*; Neque debebat ſe exponere incertiſſimo eventui litis cum Patre, Viro ditiſſimo, & potenti, non ſolùm quia furioſum eſt cum Superiore, qualis erat Marchio Pallavicinus contendere, ut ait idem *Senec. de Ira libr. 2.* 40
*cap. 34.* ibi: *Nam cum Patre contendere, anceps eſt, cum Superiore furioſum, cum Inferiore ſordidum*; Verùm etiam quia, dum Filia erat clauſa in Monaſterio, & deſtituta pecuniis, documentis, & Conſanguineis, ridiculum eſt aſſerere, quod poſſet recurrere, ut in puncto obſervant *Cammerat. reſponſ. 1. artic. 2 num. 60. & Ciarlin. contr. 108. nu. 65. lib. 1.* Et etiamſi potuiſſet, inutilis, & abſque fructu fuiſſet ex defectu documentorum omnis recurſus, quæ circumſtantia non tollit, ſed in immenſum auget metum, ut in terminis probant Doctores, allegati ſupra, & ſignanter *Lezzan.* 41
*conſult. 47. n. 128. tom. 4.* ibi; *Idem reſponderi poteſt ad aliam obiectionem, quæ fieri poſſet, ſcilicet, potuiſſe hanc Puellam recurrere ad Magiſtratum Ciuitatis, & ita liberari à metu ſibi incuſſo*; *Hoc enim videtur chimericum, ſpectata ætate, & qualitate Puellæ, & potentia, & authoritate magna Patris.*

Præſertim quia Th L. ſupra omnem modum timebat Patrem, & jam apprehenderat trucem, & crudelem illius naturam, & obſtinatiſſimum ejus propoſitum, adeout hoc timore perterrita de tempore Novitiatus, noluit ſecretam, & ſigillatam proteſtationem emittere, quia timebat, ſi ad notitiam Marchionis perveniſſet, ex induſtria dicti Marchio- 42
nis veneno ſibi mortem eventuram etiam intra Monaſterium, ut refert qualificatus teſtis formiter examinatus, ibi: *Perche dubitaua, che ſcoprendoſi ciò, il Sign. Marcheſe ſuo Padre era capace, ſino di farla auuelenare dentro il Monaſtero*; Neque hic timor erat vanus, aut ſine fundamento, quia jam audiverat à de Marchis Cubiculario Marchionis, quod ſi illa nocte, qua Marchio adeò violenter commotus fuit ex reiterata notitia reluctantiæ ejus Filiæ, vel ipſa, vel ejus Mater in domo Marchionis extitiſſent, aliquod grave ſpectaculum vidiſſent, ut idem refert, ibi: *E li diſſi, che Dio guardi, che foſſero ſtate lì una di loro, ſi ſarebbe veduto qualche ſpettacolo.* Et paulò poſt, ibi: *Mi riſpoſe, che ſi erano imbattute male ad urtare con la ſua teſta, e che gli auerebbe fatto vedere coſe tremende*: Et alio loco, ibi: *E di più mi diſſe, che voleua far ſonare un Campanone, che ſi ſentiſſe per tutto il Mondo.*

Ad effectum enim dignoſcendi metum, qui eſt interna animi paſſio, oculis corporeis non ſubiecta, nec perceptibilis, minæ ponderari debent, non juxta ſonitum materialem verborum, qui hìc etiam eſt terribilis, ſed juxta impreſſionem, quam faciunt metum paſſo, quia ſæpè illi, qui in aliena poteſtate, & ditione ſunt, cogitant pejus malum, & id, quod Superior facere poteſt, non quod debeat, ut egregiè obſervat *Cicer in Orat. pro Lege Manilia*, ibi: *Omnes* 43
*quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitant, quid poſſit is, cujus in ditione, aut poteſtate ſunt, quàm quid debeat facere*, & benè etiam *Senec. de Clement lib. 1. cap. 8.* ibi: *Non enim quantum fecerit, ſed quantum facturus ſit, cogitatur in eo, qui omnia poteſt*: Et exploratum in hac materia eſt, quod metus juſtus ex affectu metuentis dignoſcitur, ut egregiè *Lez-* 44
*zan. conſult. 47. tom. 4. num. 109. Hodiern. contr. forenſ. cap. 16. num. 55. & ſeqq.* aliique allegati ſupra.

Nec quidam merentur attendi, quod ſi T. L. renuiſſet parere Marchioni alimenta recipere potuiſſet à Curietta ejus Matre, quam Oppoſitor divitiis affluentem jactat, quodque Marchio eam reliquerit in libertate aſſumendi habitum Religioſum, vel nubendi in Sæculo; Cum hac differentia, quod ſi in Sæculo nubere voluiſſet, vili Perſonæ, & cum tenui dote eam matrimonio junxiſſet; Inde inferentes, quod timor matrimonii inæqualis etiam cum tenui dote in filia naturali non cauſet juſtum, & gravem metum, ad tradita per 45
*Tamburin. de Jur. Abbat. diſput. 3. qu. 2. nu. 3. tom. 4. Azor. Inſtit. moral. par. 1. lib. 3. cap. 9. §. Secundò.*

Siquidem hujuſmodi exceptiones ſunt penitus inſubſiſtentes in facto, & æquè irrelevantes in Jure: Et quidem non ſubſiſtit in facto, quod T. L. potuiſſet alimenta recipere à Matre, quia etiam iſta ſubiecta erat Marchioni, & alimenta ab ipſo recipiebat, & totum ejus Patrimonium conſiſtens in ſcut. 3500. retinebatur à Marchione, itaut ſine lite non 46
poterat ab eo recuperari, & obſervavimus ſupra, quod furio-

furioſum eſt, cum Viro potenti, & Superiore litigare; Quinimò etiamſi fuiſſet recuperatum nullo modo ſufficiebat ad congrua alimenta Matris, & Filiæ, idque ipſa Mater Filiæ inſinuabat, ibi: *Anzi gli ſoggiongeuo, che io da me ſola non la poteuo ajutare, ſe ci mancaua il ſoſtentamento di detto Signor Marcheſe*; Ceſſat igitur in facto, quod Filia potuiſſet alimenta recipere à Matre.

Irrelevans itidem eſt in Jure, quia dato etiam per malam hypoteſim, quod alimenta potuiſſet à Matre recipere, hoc unum eſt certum, quod attenta tenuitate bonorum maternorum, vix ad ſimplicem naturæ neceſſitatem illa ſperare po-
46 terat, & viceverſa à Marchione Patre illa recipiebat larga manu, more Nobilium, & cum tractamento, Patri correſpondenti, quocirca cum in caſu inobedientiæ, amitteret hoc nobile tractamentum, iſtaq; profuſa alimenta, negari minimè poteſt, quod hoc damnum non eſſet grave, & graviſſimum malum, & aptum incutiendi juſtum metum, etiamſi illa ad naturæ neceſſitatem remanſiſſet aliundè proviſa ex bonis maternis, ut in individuo probant authoritates allegatæ ſupra. Quia pro metu non eſt neceſſaria totalis depauperatio metuentis, ſed ſufficit dumtaxat periculum alicujus mali
47 gravis, probabiliter tantùm opinati, ut latè probavimus ſupra, & in puncto docet *Rot. dec.* 870. *num.* 16. *coram Emer. jun.* ibi: *Nam in his terminis ſufficit metus reuerentialis, juncto periculo mali grauis, probabiliter opinati ex ſola Parentis indignatione.*

Minùs in facto regit, quod T. L. relicta fuerit in libertate eligendi Statum monaſticum, vel nuptias temporales; Quia excepta Bartoletta, quæ de hiſce nuptiis inequalibus, & cum indignatione Paterna teſtatur, nullus alius ex tot teſtibus, ex hac parte deductis, de facultate nubendi in Sæculo deponit, quin imò illam expreſsè excludunt, & ideo ſuppoſita libertas non verificatur in facto, quia unicus teſtis nihil
48 penitùs probat, etiamſi eſſet dignitate conſpicuus, & gravitate ſpectabilis, *Beller. de Teſte unic. membr.* 1. §. 1. *Bodin. de Repub. lib.* 6. *cap. ultimo*, & cum pluribus allegatis *in Romana Dotis* 13. *Junii* 1710 §. *Nec. ſubſiſtente cor. Criſpo*.

Ceſſat præterea ideata libertas, ſi tempora, prout fas eſt, diſtinguamus; Marchio enim Pallavicinus ſuppoſitam oblationem utriuſque ſtatus fecit, ut aſſerit Bartoletta mediante Perſona b. m. Ghezzi Sen. tempore, quo nondum plenè conſcius de contraria voluntate Filiæ, voluit illam explorare,
49 verùm explorata illius contraria voluntate monacationi, quia ſemper reſpondit, *Vorrei continuare in queſto ſtato, che ſtò adeſſo, e ſtar ſempre così*, & paulò poſt, ibi: *Per dargli ſodisfazione a mio Padre, io mi farò Monaca, ma non, che io mi ci facci volentieri, perche la mia volontà saria di ſtar Secolara.* Non ampliùs propoſuit Marchio Filiæ matrimonium licèt vile, & inæquale, ſed abſolutè, & præcisè etiam contra propriam voluntatem, eam coegit ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, ut de facto proprio deponit in ſecundo ejus Colloquio Pater Creſcius, ibi: *Io andiedi a dirli da parte del Signor Marcheſe ſudetto, che queſto voleua in ogni conto ſi faceſſe Monaca*, & paulò poſt, ibi: *Ed il ſudetto Sig. Marcheſe mi riſpoſe ſpaſſeggiando, ſi farà Monaca, o che Lei voglia, o che non voglia, ſi farà Monaca.* Idem confirmat de Gaſparis, formiter pariter examinatus, ibi: *E mi ricordo, che gli diceua, che Lui voleua, che ſi faceſſe Monaca, e che così aueua da eſſere.* Bacchina, ibi: *Mia Figlia Monaca la voglio, e Monaca ha da eſſere.* Conconi Nutrix, ibi: *Il Sig. Marcheſe ſempre riſpondeua, che Lui voleua eſſere obbedito, e che voleua ſenz'altra replica, che ſi faceſſe Monaca.*

Quibus hodie addimus teſtimonium de Marchis, qui juxta XI Inter. ſic ait: *E lui riſpoſe* (videlicet Marchio) *è giu-*
50 *ſto, perche mi è Figlia, voglio, che onninamente ſi facci Monaca.* Addimus etiam revelationem metu Excommunicationis habitam à Pat. Viro celebri in ſua Profeſſione, & omni exceptione majore; Iſte enim ſic ait; *E ſopra queſto particolare moſtraua il detto Signor Marcheſe una premura così grande, che ſi expreſſe più volte, tanto con me, quanto con altri, eſaggerando, che la voleua Monaca, ancorche Lei non voleſſe, e contro la ſua volontà.*

Et in hoc propoſito adeò erat inflexibilis, ut ſtudens Cutietta conſulere ſaluti Animæ ejus Filiæ, quam deſperatam ſemper eadem Filia declamabat, prout probavimus ſuprà. Non ſemel Marchionem requiſivit, adhærens forſan inſinuationi factæ à Ghezzio circa matrimonium inæquale, ut aliquod ſubſidium tribueret pro ea collocanda in matrimonium (notetur illud verbum *Subſidium*, quod refertur à te-
51 ſtibus infra enunciandis, & indicat matrimonium ordinarium, & inæquale) & tamen Marchio noluit, illud neque in minimo quadrante promittere, ut teſtantur tres teſtes, exadverſo inducti, & producti in Tribunali Cameræ in alia Cauſa Succeſſionis, qui contra ipſam pleniſſimam faciunt probationem, ibi: *La mariaſſe pure a ſuo piacere, con chi ella aueſſe voluto, che Lui non ci voleua entrare, ne ſpenderci un quadrino, e che ſe era ſua Figlia, vi aueſſe penſato Lei &c. ſe è tua Figlia penſaci tù, che io non ci ho che fare, ne la conoſco per niente.* Hinc jure meritò d. P. in ſua Revelatione addidit, poſt verba ſuperiùs relata, ibi: *E da queſta determinata ſua volontà era impoſſibile di poterlo rimouere, perche io per la longa eſperienza, che aueuo del medemo sò, che era un'uomo teſtardo, cocciuto, e molto violento, per non dir beſtiale, che quando ſi metteua in teſta una coſa, voleua in tutti conti vincerla, ed eſſere obbedito, ſenza replica.* Ex hac enim qualitate, & violenta conditione Patris, ac ex ejus præciſa, & toties expreſſa voluntate, directa ad monacationem, & denique ex denegatione etiam unius quadrantis in caſu nuptiarum temporalium, ſicuti ad evidentiam excluditur ideata libertas, conceſſa Filiæ, ita augetur in immenſum metus, & coactionis probatio, ut pluribus relatis oſtendimus ſupra.

Extraneæ igitur ſunt authoritates exadversò allegatæ, quia caſus noſter eſt totaliter diverſus ab illo, relato ab *Azzorio, & Tamburrino*; In illo enim Pater naturalis, præſupponendo filiationem, inſtituit hæredem filiam, quatenus fieret Monialis; Sin minùs reliquit eidem 24. aureos, & hæreditatem detulit Monaſterio; In caſu autem noſtro Marchio, eligente Filiam nuptias temporales, denegavit etiam minimum quadrantem, denegavit ulterius Alimenta, & Filiationem; Quo circa nil mirùm ſi in primo caſu deficit metus, quia Pater naturalis inſtituendo hæredem Perſonam extraneam utitur Jure ſuo, & in nihilo gravat Filiam, quàm hæredem inſtituere non tenetur; Vice autem verſa, in noſtra hypotheſi, Marchio negando aliquod tenue Subſidium pro Dote, negando Alimenta, negando Filiationem, & ſic intervertendo ſtatum Perſonæ, maximumque damnum inferebat Filiæ, & ideò maximum incuſſit metum, ut latiùs probavimus ſupra. 52

Hucuſque dicta oſtendunt ad evidentiam coactionem Th. Liv. ejuſque contrariam voluntatem monacationi, ſed ad majorem comprobationem ejuſdem metus, & coactionis verificamus ulterius continuas reclamationes, & conqueſtiones in omni loco, & omni tempore, & incipiendo ab enumeratione Locorum, nulla eſt Domus, nulla Via, nullaque Civitas, in quo permanſerit, vel per quam tranſierit, ut notorias non reddiderit ejus querelas; Quippe dum erat in Monaſt. S Bernardini, tempore educationis, omnibus teſtibus, qui minas paternas ei renunciarunt, apertè oſtendit contrariam ejus voluntatem, ut referendo verba plurium teſtium indicavimus ſupra, quibus addimus de Marchis, ibi: *Stiede per un poco penſando* (poſtquam audierat graviſſimas minas Patris) *e poi alzò la teſta piangendo, e ſoſpirando mi diſſe, che già ebe il deſtino, e la diſgrazia ſua portaua così, che faceſſe il Sig. Marcheſe &c. che ſi ſaria fatta Monaca, ma però contro la ſua volontà &c.* 53

*In Domo N. N.* lacrymas, conqueſtiones, deliquia, & contrariam ejus voluntatem referunt infraſcripti teſtes, nempè Minaccionus ſub ejus depoſitione defunctus; N. N. formiter examinatus, Conconi Nutrix: Præſens Abbatiſſa Monaſterii, quæ de auditu à P. Magiſtro Zucchi Ord. Prædic. ſic ait, ibi: *Mi ſoggionſe che il giorno auanti, che ſi veſtiſſe la detta Sign. Pallavicina aueua auute delle ſmanie, ſino a venirgli un accidente, perche non voleua farſi Monaca.* Cum qua concordat Monialis Caccia, moderna Vicaria, ubi ulterius addit, ibi: *Siccome inteſi dire ancora, che in Caſa di N. N. detta Suor Maria Coſtanza piangeua per cauſa di farſi Monaca.* 54

In Vicinia etiam Domus ejuſdem clamores, & continuæ lacrymæ erant notoriæ, ut deponit Medicus de Bernardinis, tunc vicinus, ibi: *Sò che la medeſima piangeua giorno, e notte &c.*, *e che era notorio a tutto il Vicinato, che la ſudetta Signora Tereſa ſi faceua Monaca per forza, e per le violenze del Padre.* 55

In Domo Marchionis reclamationes non defuerunt, erantque publicæ, & notoriæ, nam ducta quadam die Th. T. ad Palatium paternum, & de ordine Patris ad inviſendum Appartamentum nobile, vix perventa ad tertium Cubiculum, ſeparans aliquatenus ſe ab Uxore N. N. pluribus ſuſpiriis præmiſſis, hæc naturaliſſima, & doloroſa verba emiſit, ibi: *Mi diſſe queſte preciſe parole, Sig. Gioſeppe, è poſſibile, che io mi abbia a riſerrare in un Monaſtero, e non vedere, ne goder più queſta robba:* Et de notorietate in eodem Palatio teſtantur dict. P. & Blondus, qui fuit Famulus Marchionis. 56

In

In Civitate Albani, quo recreationis cauſa, ut ſublevaretur à contracta mæſtitia, traducta fuerat, ſuam etiam contrariam voluntatem propalavit, ut de facto proprio metu ex-
57 communicationis revelavit N. N. probatus Curialis, ibi: *Sempre mi riſpoſe*, (hoc eſt in Civitate Albani) *che ſi faceva per forza, e minaccie del ſuo Sig. Padre &c. & in eſprimere queſte parole, ſempre ſoſpiraua*.

Et denique in Eccleſia, & Vicinia Monaſterii notus omnibus erat in die Veſtitionis metus incuſſus, ejuſque contraria voluntas monacationi, nam Populus, qui intra, & extra Eccleſiam, dicta die ibat, unanimi voce illam commiſerando murmurabat; *Poveretta è condotta al macello*, ut depoſuit nobilis Matrona ſub hac depoſitione defuncta, unà cum ejus Cubicularia, & alter qualificatus teſtis, & utinam Saxa, quæ calcavit, & Viæ, per quas tranſivit, linguam haberent, quia etiam iſta ejus conqueſtiones, & nunquam intermiſſas reclamationes propalarent, ut in ſimili exclamavit *Farin. conſ. crimin.* 108. *num.* 2. *tom.* 2. ibi: *Hæc omnia ſi*
58 *lepides loqui ſcirent, undique &c. exclamarent, ideò negari non poteſt, quin etiam cogant animum Judicis ad non aliter credendum:* Unde concludimus in hac parte, quod ſi ipſimet Gentiles, ſolo inſtinctu naturæ ducti, certò putabant, gratum non eſſe Deo Sacrificium illius victimæ, quæ reluctabat, ſeu ab Aris ſe retrahebat, ut refert *Plin. libr.* 8. *natur.*
59 *cap.* 45. ibi: *Nec claudicante, nec aliena Hoſtia, Deos placari, nec trahente ſe ab Aris*; Quinimò ſolus vagitus, ſeu flebilis vox Victimæ infauſtum omen præſeferebat, ut cecinit *Sylvius Italicus libr.* 5 ibi: *Nec rauco Thaurus, ceſſavit flebile ad Aras Immugire ſono*.

Et dum Saturno immolabant Infantes, ne quid triſte, aut flebile reſonaret, blanditiis eos demulcebant, & oſculo com-
60 primebant vagitum, prout refert *Minutius in Octavio*, ibi: *Blanditiis, & oſculo comprimente vagitum, ne flebilis Hoſtia immolaretur*. Si itaque, ut dicebamus, tantam ſpontaneitatem neceſſariam putabant Gentiles in Sacrificiis, falſis eorum Diis offerendis, & in ipſis Belluis, & Infantibus ratione incapacibus; Quanta ſine comparatione major neceſſaria erit in Profeſſione emittenda, quæ eſt Sacrificium propriæ voluntatis, quod ſummo, veroque Deo offertur; Etſi ſimplex vagitus, & naturalis reluctantia ſatis erat Gentilibus ad retrahendum Victimas ab Aris, quantò magis exuberare debet in noſtris terminis tot lacrymæ, tot ſuſpiria, tot reclamationes, & querelæ infelicis Puellæ ad improbandam Profeſſionem, in qua de ſubſtantia requiritur non ſimplex, materialis, & coacta voluntas, ſed voluntas undique libera, quæ ex conqueſtionibus cum Amicis, Vicinis, aliiſque Perſonis, etiam occultè factis remanet probata *Ang. in leg. Cum proponas column.* 3. *verſic. Quid autem Codic. de Bon.*
61 *authorit. Judic. poſſid. Honded. conſ.* 23. *numer.* 22. *lib.* 1. *Cravet. conſ.* 161. *num.* 11. *Hodiern. contr.* 16. *numer.* 51. *Pereira dec.* 30. *num.* 8. *verſic. Qui autem, & Capyc. Galeot. contr. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 25.

Enumeravimus uſque adhuc Loca, in quibus T. L. querelas ſuas emiſit; Supereſt nunc, ſequendo propoſitam à principio methodum, indicare, quod eadem contraria voluntas
62 monacationi, eædemque conqueſtiones fuerunt continuæ, nunquam intermiſſæ, & repetitæ, omni tempore, nempè ante Novitiatum, in Novitiatu, tempore Profeſſionis, & poſt Profeſſionem, ſemper, & uſque ad præſens.

Siquidem de tempore ante Novitiatum, deponunt de facto proprio P. Creſcius de Gaſparis, Curietta, de Marchis,
63 Bartoletta, Amari, & duo alii qualificati teſtes.

De tempore Novitiatus reſtantur omnes illi teſtes formiter examinati, quorum verba retulimus ſupra, quibus addimus revelationem N. N probati Curialis, Ritæ Conconæ Nu-
64 tricis, Mangonæ, quæ tempore Novitiatus reperiebatur educationis cauſa in Monaſt. S. Bernardini.

Confirmat mirabiliter præfatos omnes teſtes Soror Bartholini, nuper examinata, quæ ſic ait, ibi: *Mi diſſe Suor Tereſa Geltruda Salandra, che fù in Nouiziato aſſieme con Suor Maria Coſtanza, che la medema in quel tempo, e quando erano aſſieme nel Nouiuiziato, diceua coſe grandi, e faceua grandi doglianze di eſſerſi fatta Monaca contro ſua volontà, e mi*
65 *diſſe detta Suor Tereſa Geltruda Salandri, ſe Voi foſte ſtata in Nouiziato, quando vi ero Io con Suor Maria Coſtanza, aureſte ſentito le coſe, che diceua, e faceua circa non eſſerſi fatta Monaca volentieri*. Quæ Monialis utporè inducta, producta, & examinata ad Inſtantiam Monaſterii, præciſivè etiam à tot aliis teſtibus ſupra relatis, ſuperlativam conſtituit
66 probationem, quamvis de auditu tantùm deponat, egregiè *Rot. dec.* 208. *num.* 12. & 13. *par.* 17 ibi: *Quamuis eſſet depoſitio unius tantùm, quæ contra Inducentem, & Producentem etiam de auditu, & credulitate plenè probat*; *Adden. ad Greg. dec.* 215. *num.* 9.

De tempore præciſo Profeſſionis, comprobant metum, & contrariam voluntatem T. L. ipſa ſollicitudo Marchionis, ejuſque maximus timor, ne illa in actu Profeſſionis contrariam ſuam voluntatem propalaret, ut deponit de Marchis: *Il detto Signor Marcheſe ſtede per tutto detto tempo inquietiſſi-*
*mo, che poco mangiaua, e meno dormiua:* Hæc autem ma- 67
gna ſollicitudo, iſteque timor oriebatur ex quo eidem nota erat contraria voluntas Filiæ, etiam de tempore profeſſionis, ut refert idem de Marchis, ibi *Poſſo ben dire, che quando era vicino il tempo di fare la profeſſione inteſi dal Signor Marcheſe dirmi, che aueua ſaputo, che Suor Maria Coſtanza nell' atto della profeſſione voleua dichiarar l' animo ſuo di non far la profeſſione*: Et concordat etiam Capitaneus C. in ejus Revelatione, ibi: *Anzi dopo veſtita Monaca, perche continuaua ancora nel dubio, che non voleſſe profeſſare &c.* Si enim Thereſia Liv. non fuiſſet, minis pro parte Marchionis Patris coacta ad ſuſcipiendum habitum, & ſpontè profeſſionem emiſiſſet, cur tanta ſollicitudo in Marchione? Cur tantus timor ne in actu Profeſſionis reclamaret? Cur tot vigiliæ, tot curæ? Cur tanta agitatio mentis, & corporis? Fatuitas fuiſſet timere, niſi ſcientia incuſſi metus, & contrariæ voluntatis in Filia, propriam conſcientiam cogentis mordidiſſet; Sanè omnia
præfata ſigna, ſunt effectus maculatæ conſcientiæ, ut pon- 68
derat *Spad. conſ.* 96. *numer.* 6. *circa finem*, ibi: *Signum ſatis euidens, vel quod timebant, quod in illo actu, & in eorum præſentia aliquid ſcandali oriretur, vel quod in ea re haberent conſcientiam læſam*.

Huic timori Patris conſonant geſta per Filiam paulò ante profeſſionem, & in ipſo actu profeſſionis; Quippè ejus Patri Spirituali ſignum dedit ſuæ contrariæ voluntatis, ſeptem, & decem dies ante profeſſionem, tempore, quo faciebat Exercitia Spiritualia, nempè *ſub die* 22. *Octobris* 1711. &
hanc veritatem conteſtatur ipſemet Pater Spiritualis formi- 69
ter examinatus, ibi: *Io in quanto a me ſin di all' ora, che gli diedi l' Eſercizj ſpirituali, conobbi eſſer detta Suor Maria Coſtanza un ceruello ſtrauagante, volubile, e poco inclinata all' Oſſeruanza Regolare*. Clariùs ſe explicavit cum Rita Conconi, ejus Nutrice, ibi: *E poco prima, che profeſſaſſe, ſi rammaricaua molto, che douea contro la ſua volontà profeſſare*, & magis apertè cum Anna Mangani, quæ reperiebatur Educanda in Monaſterio tempore Profeſſionis, cui ſæpè animum ſuum propalavit hiſce verbis, ibi: *Che Lei non voleua eſſer Monaca, e che tutta quello, che aueua fatto, & era per fare, era, perche aueua un grandiſſimo timore del Marcheſe Pallauicini ſuo Padre*.

Quinimò quadam die hora conſuetæ recreationis, deambulans Ther. Liv. propè Januam Monaſterii, & proſpiciens feſſuram Clavis dictæ Januæ (Heù quid non cogitat mens coacta, & Perſona in ſervitute retenta, quæ libertatem amiſit) ſic ſe expreſſit, ibi: *Se il buco della Serratura foſſe capace, vorrei, che adeſſo ce ne ſcapaſſimo da queſto Monaſtero tutte due*; Neque hìc ſteterunt querelæ, & proteſtationes, nam approximante tempore ſuæ profeſſionis, dum alia Novitia profeſſionem emiſit, hanc ſui cordis manifeſtationem fecit eidem Educandæ, ibi: *Verrà il tempo, che dourò fare la profeſſione anche Io, ma la farò con la bocca, e non con il cuore*. Hæ tantùm circumſtantiæ ſufficerent pro nullitate Profeſſionis, quia Deus in hac materia reſpicit cor,
non manus, juxta *Text. in cap. Si quid inueniſti* 14. *quæſt.* 70
5. ibi: *Deus cor interrogat, non manum, hinc ſcriptum eſt* (ſunt verba *Text. in canon. Scriptum eſt* 14. *quæſt.* 5.) *Reſpicit Dominus ad Abel, & ad ejus munera, ad Cain autem, & ad munera ejus non reſpexit*. Et ratio eſt, quia Abel ſacrificabat ſpontè, & ultroneè; Cain verò quaſi coactè, & invito animo, & ideo ſubſequitur Textus; *Ex qua re patenter oſtenditur, quia non offerens à muneribus, ſed munera ab Offerente placuerunt*, & in puncto profeſſionis ponderat *Barboſ. de Poteſtat. Epiſcop. par.* 3. *allegat.* 104. *num.* 18.

Eadem ſigna contrariæ ſuæ voluntatis oſtendit in ipſo momento profeſſionis, nam dum Vota proferebat, pallida erat, & tremens, itaut vix audiri poterat, ut teſtatur Bacchina, ibi: *Si era tutta impallidita, e che nell' atto di profeſſare i Voti di Monaca diſſe, che la voce li tremaua, e che appena ſi ſentiua*, & concordat etiam de Marchis Cubicularius Marchionis. *E Lei, cioè Sor Maria Coſtanza, riſpondeua con una voce aſſai ſommeſſa, e tremolante, che non ſi ſentiua, nè Io potei ſentire quello diceua, benche io ſtaſſi vicino all' Altare:* Hic enim pallor vultus, & vox tremula in actu profeſſionis ſunt ſigna maniſeſtiſſima coactæ voluntatis *Pariſ. conſil.* 13.

71 *n.33.lib.4, Hodiern. cont.16. nu.70. Capyc. Galeot. lib.1. contr. 14. ſub n.24. & Rot. cor. Ludov. d. dec.327.n.42.*

Poſt Profeſſionem non ceſſarunt reclamationes, & verbis, & factis; Et quidem verbis, nam interrogata poſt profeſſionem, quo hilari, & lubenti animo permaneret in Religione? reſpondit: *Stò peggio, che prima, ſe mi ſono fatta Monaca per forza, come volete, che ſtii contenta? Queſt' abito non*
72 *me lo poſſo vedere addoſſo, e ſe Io continuo nella vita Religioſa, Io mi danno*; Eaſdemque continuas, & nunquam intermiſſas reclamationes complectendo ſimul omne tempus, Noviciatus ſcilicet, Profeſſionis, poſt profeſſionem, & ſemper ſine ulla intermiſſione, referunt Moniales Bartoletta, & Amari, ubi Bartoletta utitur hiſce verbis: *Ma anche dopo, che entrò in Noviziato e ſin' al preſente talmente, che non aveva, e non hà altro in bocca, che eſſerſi fatta Monaca mal volentieri, e per forza*, quibus additur depoſitio aliarum quatuor Monialium, à Monaſterio producta in Tribunali Cameræ ante motam præſentem litem, de qua ſup.

Factis enim contrariam voluntatem monacationi oſtendit; Nam perpetuò ſemper odio habuit, non ſolùm Monialem Bartolettam, quæ ipſam ſollicitabat ad monacationem, ut eadem Bartoletta teſtatur; Sed etiam omnes alias Moniales,
73 cum quibus abhorrebat converſari, ut deponit alter teſtis formiter examinatus, & concordat Portia B. quæ fuit Educanda in Monaſterio, & metu excommunicationis revelavit, ibi: *E che era così grande l' averſione, che aveva di ſtare nel Monaſtero, ed eſſere Monaca, che non poteva vedere neſſuna Monaca, odiandole tutte, e di fatto non ſi domeſticava, ne prendeva amicizia, ſe non che con le Secolare Educande.*

Rurſus noluit ferè unquam accedere ad Chorum, nec alia exercitia, Monialibus propria, peragere, tam tempore Novitiatus, quàm poſt profeſſionem, & ſemper; Itaut nunquam profuerint, nec Monitiones Abbatiſſæ pro tempore, nec Superiorum Monaſterii, nec Patrum Spiritualium, ut referunt ipſæmet Moniales, & ſignanter moderna Abbatiſſa, & omnes aliæ, quinimò quando Abbatiſſa pro tempore eidem inculcabat, ut Chorum frequentaret, ipſa animosè reſpondebat, ibi: *Ed Eſſa ogni volta, che la riprendeva mi diceva, Io voglio vivere così, perche non ſono Monaca*, & paulò poſt proſequitur, ibi: *Anzi avendogli una volta detto, che la mattina ſeguente, eſſendo Venerdì, doveſſe levarſi a buon' ora per amore della Paſſione di Noſtro Signore Gesù Criſto, Eſſa mi riſpoſe, che non ne voleva far niente*, ut de facto proprio teſtatur moderna Abbatiſſa.

Aliquandò etiam, dum audiebat increpationes, ſi erat præſens Monialis Bartoletta contra ipſam invehebat, ibi: *E perche alle volte a ſimili rimproveri mi ci trovavo preſente, dopo detta Suor Maria Coſtanza ſi voltava verſo di me, e diceva,*
74 *che Io ſarei andata all' Inferno, aſſieme con ſuo Padre, perche avevo aderito alla volontà di detto Signor Marcheſe, e conſigliata a monacarſi contro ſua volontà*, ut refert ipſamet Bartoletta; Et aliquando reſponſa magis impertinentia dabat, ut teſtatur Portia B. ibi: *E quando l' Abbadeſſa, e l' altre Monache la riprendevano, gli faceva riſpoſte impertinenti à ſegno tale, che me ne arroſſivo Io medema per Lei, e concludeva ſempre, che Lei non era Monaca, ne voleva eſſer Monaca.* Recuſatio enim obſervandi Regulam, & faciendi exercitia, Monialibus propria, eſt contra formam Juramenti, quod in actu profeſſionis emittitur, & adeò continua reſiſtentia Abbatiſſæ, & renitentia parendi ejus præceptis eſt contra Votum Obedientiæ, quod pariter eſt de ſubſtantia profeſſionis; Quocirca cum hæc inobſervantia, & denegata obedientia Th. L. fuerit continua, & perpetua tempore Novitiatus, poſt profeſſionem, uſque ad præſens, abſque ulla penitùs intermiſſione, ut deponunt ipſæmet Moniales, formiter examinatæ; Et hæc omnia ſemper patraverit eadem Ther. Liv. ea allegata ratione, ibi: *Perche non ſono Monaca*, & ibi: *Concludeva, che Lei non era Monaca, ne voleva eſſer Monaca*, planè ex hoc facto, undique juſtificato, & innegabili, remanent evidentiſſimè probatæ ejuſdem continuæ reclamationes, & contraria voluntas ſtatui Religioſo, quæ melius explicatur factis, quàm verbis, quia potentiora ſunt
75 facta verbis, juxta illud Evangelii, *Joan. 10. 38. Ex operibus eorum cognoſcetis eos*, & concordant *D. Bernard. Serm. 59 in Cantic.* ibi: *Operis vox validior eſt voce ſermonis, & Sanctus Leo Magnus ſerm. in Nat. Sancti Lauren. folio mihi* 181. ibi: *Plenius eſt opere docere, quam voce*, cum aliis allegatis ſupra.

Poſt obitum Marchionis Patris uſque ad præſens, majores fuerunt reclamationes, iſtæque probantur à Moniali Barto-
76 letta, quæ utitur verbis, *ſempre, continuamente, alla giornata*, & exprimit, impoſſibilitatem numerandi vices, ibi: *Riſpondo, che con me Teſtimonio ſimili doglianze l' hà fatte quaſi alla giornata &c. a ſegno, che il numero delle volte non è poſſibile, che poſſa riferirglielo*, & concordat etiam Monialis Amari, Bacchina, ibi: *Li quali non ſolo l' hà fatti dopo, che è morto il Marcheſe Pallavicini, ma anche prima, che moriſſe, ne mai in niuna volta l' hò veduta mutata dal ſuo penſiere, che aveva da Secolara di non farſi Monaca.*

Præterea ſigna magis ſpecialia ſuæ contrariæ voluntatis dedit defuncto Patre, nam paulò poſt ejus obitum interrogata, Cur aliquas preces non emitteret pro ſuffragio illius Animæ? contra ſtimulos ſanguinis, & pietatis reſpondit: *La medema mi riſpondeva, che non ſapeva dirli ne meno un* Requiem æternam, *perche l' Anima del ſuo Padre era all' Inferno ſolamente per aver fatta far Lei Monaca per forza:* Et alia vice vehementius irata, tollens proprium Velum è capite, illud in terram projecit blaſphemando, ibi: *Sia maledetto, chi me l' hà fatto mettere.* Quin imò poſita in extremis anguſtiis, & indigentiis, quia poſt obitum Patris caruit omni ſubſidio, & deſtituta etiam tenuiſſimo Livello, elegit potiùs, ſordidas, laceratasque veſtes, & quaſi ſeminuda incedere per Monaſterium, cum irriſione cæterarum Monialium, quàm vendere veſtes Sæculares, quas uſque à principio retinuit ſub ea fide, & declaratione, ibi: *Perche poteva eſſere, che un giorno gli aveſſero a ſervire*, ut refert qualificatus teſtis. 77

Poſt annum à die obitus Patris veritate cogente eaſdem Reclamationes cum qualitate, quod fuerunt continuæ, & notoriæ, non ſolùm in Monaſterio, ſed etiam in Urbe, retulit Monialis Caccia, ad præſens Vicaria Monaſterii nuper examinata, ibi: *Cioè un' anno in circa dopo la morte del Signor Marcheſe cominciò a lamentarſi, e dire, che ſi era fatta Monaca per forza, e che però non voleva continuare ad eſſer Monaca, e dd. reclamazioni da detto tempo in quà ha ſempre continuato dd. reclamazioni, e doglianze, e ciò è publico, e notorio non ſolo in queſto Monaſtero, ma credo ancora per tutta la Città di Roma.* 78

Quid plus? Portia B. quæ fuit Educanda ann. 1715. in Monaſterio refert quandam circumſtantiam, quam horret calamus deſcribere; Audivit enim quadam die à T. L. ibi: *Anzi un giorno mi confidò, che era da due anni in circa, che non faceva neſſuna Confeſſione a dovere*, & in hoc ad unguem concordat cum P. Matthejo, ibi: *Per mettere in ſalvo l' anima di Suor Maria Coſtanza, mentre conſidero per un Corpo diſperato;* Et cum aliis teſtibus, relatis ſupra, qui unanimiter deponunt eandem in ſtatu Religioſo eſſe damnatam, & deſperatam; Calculando igitur duos annos citrà ab anno 1715. quo ſtetit in Monaſterio per continuationem temporis probantur reclamationes, ſeu potiùs deſperationes Ther. Liv. uſque ad annum 1713. & ſic etiam ante obitum Marchionis, ſequutum de menſe Mar. 1714. poſt annum verò à die obitus Marchionis, nempè poſt ann. 1715. uſque ad præſens, referuntur, ut diximus à Moniali Caccia, quæ utpotè inducta, producta, & examinata ab ipſomet Monaſterio contrà ipſum ſuperlativam conſtituit probationem, juxta authoritates allegatas ſupra. 79

Probato igitur metu, & tot continuis, & nunquam intermiſſis reclamationibus, unitis cum tot circumſtantiis, etiam extrinſecis, impoſſibile penitùs in Jure reputatur, probare contrarium, nempè liberam profitendi voluntatem, ut pluribus cumulatis authoritatibus probavimus ſupra; Itaut neque ſufficiant mille teſtes ſuper libera voluntate, quando adſunt duo tantùm ſuper metu, quia plus creditur duobus teſtibus de metu, quàm mille ſuper libera voluntate, ut, præter adductos ſupra, probant *Hermoſill. ad ll. part. gloſ. 1. lib. 56. par. 5. tit. 5. num 75. Capyc. Galeota libr. 2. contr. 14. numer. 36. Covaruv. de Sponſalib. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 20.* & ſi allegarentur mille actus, præſeferentes liberam voluntatem profitendi, ſeu indicantes profeſſionem, jam liberè factam, non excluderent metum; Nam ſi apparent facti durante cauſa metus, quo magis videntur liberi, ac læto, & jucundo animo facti, eo magis præſumuntur meticuloſi, ficti, & commentitii, ut ſupra obſervavimus. 80

Hinc attendi minimè debet examen ſex Monialium, nuper peractum ad excludendum metum; I. quia in concurſu tot aliorum teſtium, numero, & qualitate majorum, deponentium de metu, quos ſupra indicavimus, nihil penitùs probant aliæ Moniales, deponentes de libera voluntate juxta authoritates adductas ſupra. II. ratione proprii intereſſe, quod in Cauſa habent, à teſtimonio ferendo, omninò repellendæ ſunt, quia nemo, eſt bonus teſtis in cauſa propria, ut in terminis Monialium probavimus ſupra, & generaliter eſt *Text. in l. Omnibus C. de Teſtibus leg. Nullus 10. ff. eod. Rot deciſ. 226. num. 17. par. 17. & dec.*

*& dec. 42. num. 2 cor. Ludoviſ.* & tertiò denique non probant ratione artificiorum, quibus ſeductæ fuerunt ad deponendum, & ratione plurium mendaciorum, quibus ineluctabiliter notantur in eorum examine.

Et quidem nullam fidem merentur ob eorum ſeductionem; Quippè ferè omnes in hoc corcordant, quod unus ex Oppoſitoribus tempore, quo accedebat ad Monaſterjum pro extorquendis Fidibus à dictis Monialibus, plures promiſſiones faciebat ſavore Monaſterii, eaſque ſingulis vicibus, quibus Moniales alloquebatur, repetebat, ut teſtantur Abbatiſſa, Monialis Caccia Vicaria, & Monialis Bianchina; Itaut
82 ſimplices, & nimium credulæ Moniales, hiſce promiſſionibus allectæ, Fidei ab aliis compoſitæ, & ſcriptæ ſe ſubſcripſerunt, ut referunt eædemmet Moniales, quorum aliquæ eandem Fidem ante ſubſcriptionem, nec legerunt, nec audierunt, ut ipſæmet faſſæ fuerunt in formali examine, & eo progreſſa fuit Abbatiſſa, ut aſſerere non dubitaverit, ibi: *La detta promeſſa fatta come ſopra a favore del Monaſtero di riſarci tutte le ſpeſe, con qualche altra coſa di più, fù da me accettata, e come ſi ſuol dire, non mi pareva vero, perche il Monaſtero avèva ſpeſo molto*, quæ intentio clariùs explicatur à Moniali Caccia Vicaria, ibi: *E per la ſottoſcrizzione di detta Fede, ſperai l'utile per il Monaſtero del regalo, promeſſo alla Sagreſtia, e del vantaggio che il Monaſtero ne averebbe fatto, ne perduto le ſpeſe della lite.*

Ex quibus, probato metu gravi à principio, totque gravibus, & aſſiduis circumſtantiis munito, in vanum recurritur ad illius purgationem, ſeu ad prætenſam tacitam ratificationem Profeſſionis; Vel enim prætendit deſumere tacitam ra-
83 tificationem ex actibus ſequutis, vivente Patre, & ſic durante cauſa metus, & eadem potentia nocendi, & inanis eſt omnis labor, quia quicumque actus, etiam ſi eſſent jurati, & præſeferrent ſpontaneam, & liberam voluntatem, & facti eſſent hilari, & jucundo animo, quoties durat eadem cauſa metus, prout durare dicitur vivente Patre, qui metum incuſſit, non ſolùm metum non excludunt, ſed potius illum augent, & confirmant, ut præter adductos ſupra, pluribus relatis probat *Alexand. de Novo conſ. 12. numer. 7. Panimol. deciſ. 102. adnot. 2. numer. 21.* Et hæc eſt perpetua, & laudabilis praxis hujus Sacræ Coagregationis quæ durante cauſa metus ſemper conceſſit reſtitutionem in integrum, non obſtante exercitio plurium Officiorum, & non obſtante lapſu
84 viginti, & triginta annorum prout videre eſt in *Inſtitut. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 195.* ubi referuntur decem, & ſeptem reſolutiones dictæ Congregationis, & idem practicavit in *Mantuana diebus 7. Decem. 1715. & 28. Martii 1716 & 22. Febr. 1717.* ubi poſt lapſum 22. annorum, profeſſionem metu extortam irritavit, ut videre eſt in *Tom. 1. part. 1. diſcept. 20. & tom. 2. par. 1. diſcep. 9. per tot.*

Quæ opinio eſt adeò tuta in Jure, ut ad inducendam tacitam ratificationem, durare cauſa metus, non ſufficiat ſuſceptio Ordinis ſacri, facta à nulliter profeſſo, *Panimoll. deciſ.*
85 *102. adnot. 2. num. 27. Cammerat. dicto reſponſ. 1. art. 2. numer. 94. & 98.* nec ſufficiunt riſus, lætitia vultus, ac hilaritas animi poſt incuſſum metum, quia multi riſum ſimulant, & promunt, nihilominus alta mente dolorem *Bald. in leg. 20. num. 10. Cod. Quod met cauſ. Alex. conſ. 12. num. 10. Boſſ. de Matrim. cap 12. §. 23. à num. 414. Panimoll. dicta annotat. 2. num. 25. Rot. dec. 859. num. 7. & dec. 863. nu. 5. & dec. 873. nu. 3. & 4. cor. Seraphin.* Non ſufficiunt etiam Epiſtolæ, ſeu Bilietta, ſcripta Patri, metum incutienti, ſuper libera, &
86 ſpontanea voluntate emittendi profeſſionem, ut in puncto notat *Rot. dec. 75. num. 7. cor. Peuting. & dec. 175. num. 5. par. 1. rec. & dec. 851. num. 6. circa fin. & dec. 887. num. 2. cor. Seraphin.* cum aliis adductis ſupra, & denique non ſufficiat, ſi ipſemet metum paſſus, ſolemni juramento, ac proprio caractere ſcripſiſſet hæc verba: *Ego Profeſſionem ſpontè emiſi*, ut egregiè ponderat *Bordon. Oper. var. cap. 13. de Prob. Clericat. num. 36.* cujus verba retulimus ſupra.

Aut verò prætendit Monaſterium elicere tacitam ratificationem ex actibus ſequutis, ſeu factis defuncto Marchione Patre, & hic eſt error pejor priore; Quippe cum T. L. judicialiter reclamaverit intra quinquennium à die profeſſionis,
87 ut admittitur hinc inde, cumque præceſſerit profeſſio expreſſa, & non tacita, abſolutum eſt in his terminis, quod intra quinquennium dari non poteſt ratificatio tacita profeſſionis expreſſæ: Quia aliàs nulliter Profeſſus non haberet quinquennium ad reclamandum ad formam Concilii Tridentini, ut probavimus ſupra, & diſtinguendo inter Profeſſionem tacitam, à principio emiſſam, de qua loquuntur Doctores in contrarium allegari ſoliti, & Profeſſionem expreſſam,
88 egregiè probat *Ciarlin. controv. 108. nu. 65.* ibi: *Denique reſ-*



*pondetur prædicta de Ratificatione procedere in tacita Profeſſione, quæ cenſetur ratificata per geſtationem habitus Profeſſorum ab aliis diſtincti, ſed non habere locum, quando emiſſa eſt Profeſſio expreſſa poſt Conc. Trid. quo conceditur quinquennium ad reclamandum, nam ante quinquennium non eſt quærendum de tacita ratificatione ex delatione habitus per annum, quia præcedente expreſſa profeſſione, non præſumitur nova voluntas ratificandi, ſed potiùs perſeverantia in priori irrita Profeſſione, alioquin fruſtra Concilium concederet quinquennium ad reclamandum &c.* & cum hac diſtinctione procedit *Cardin. de Luca diſc. 40. de Regular. à numer. 7. uſque ad 10.* & egregiè *Cammerat. reſponſ. deciſ. 1. artic. 2. numer. 105. §. Hæc diſtinctio.*

Præterea, dato etiam per malam hypotheſim, ſed nullatenus admiſſo, quod intra quinquennium dari poſſit purgatio metus, ſed tacita ratificatio, adhuc in caſu præſenti, illa nec probatur, prout ab allegante fieri debet, quia aliàs non præſumitur, egregiè *Gloſ. in cap. Perlatum, de His, quæ vi* 89
*met cauſ. fiunt Verb. Non timore*, ibi: *Reſpondeo, quod verum eſt hoc, ſed quia conſtabat de proteſtatione voluntatis ab initio facta, adhuc præſumitur nolle &c., & qui voluntatem mutatam allegat, hoc probare debet, & Franc. de Proteſtat. conſider. 55. nu. 8.* ubi iſtam adducit bonam rationem: *Quoniam proteſtatio, antecedenter facta, intelligitur perſeverare, quia non eſt præſumendum, Superiorem mutaſſe voluntatem, niſi id probetur &c. proteſtatio ſemel facta ſemper intelligitur perſeverare, donec ab ea recedatur.*

Nec probari poteſt, quia ad inducendam tacitam ratificationem Profeſſionis nullæ, cum de re graviſſima agatur, & de inducenda perpetua ſervitute, ex adductis *tom. 1. part. 1. diſcept. 4. à num. 60.* inter alia tria copulativè concurrere debent. Primum quod ratificans habeat certam, & individuam ſcientiam nullitatis facti, & juris, ut in puncto, tredecim Doctores allegatis, probat *Cammarat. Reſponſ. 1. art. 2. nu.*
*73.* ibi: *Hæc porrò ſcientia certa, & indubitata eſſe debet,* 90
*itaut actus ratificatus dici non poſſit, niſi gerens illum plenè ſit priùs de ejuſdem actus conditione, & qualitate, tam in jure, quà in facto certioratus, & num. 74.* ait, quod ſcientia non præſumitur, ſed ignorantia, & quod non ſufficit ſcientia præſumptiva, ſed debet conſtare verè, & certitudinariè, ne alioquin contingat, duo ſpecialia ſimul concurrere, & reſpondendo contrariis concludit, quod hæc eſt ſententia eſt veriſſi-
ma, & egregiè etiam *Card. de Luc. de Regul. diſc. 40. nu. 10.* 91
ibi: *Ad effectum inducendi ratificationem ſanativam nullitatis, neceſſaria eſt ſcientia nullitatis, tam in facto, quam in jure, cum aliàs animus trahi non valeat ad ignorata, atq; actus ſubſequuti, rectè dici valeant æquivoci, ſeu geſti cum falſo præſuppoſito, quod Religioſum ſe crediderit.*

Secundum, quod requiritur eſt, quod actus, ex quibus elici prætenditur tacita ratificatio, ſint de ſui natura tales, qui pernéceſſè importent ratificationem, & citra animum ratificandi fieri non valuerint, itaut ſi alia ſubſit cauſa, ſeu præſumptio, ad quam referri poſſunt, ſola poſſibilitas alterius cauſæ ſufficit ad excludendam tacitam ratificationem in re adeò gravi, ut in puncto benè tradit *Oſaſch. dec. 179. num.*
*11.* & melius *Rot. deciſ. 706. num. 2. par. 2. rec.* & aliis relatis 92
*Cammarat. Reſponſ. 1. d. artic. 2. num. 95.* & ſolidè etiam *Panimol. dicta dec. 102. annot. 2. num. 18.* ibi: *Itaut ſi actus ſubſequentes ad aliam cauſam referri poſſint, aut alia præſumptio, aut interpretatio capi poſſit, quàm ratificationis, & approbationis contractus, metu geſti, nihil operantur, nec inducunt metus purgationem.*

Tertium denique, quod concurrere debet in eo conſiſtit, quod etiam ſi actus de ſui natura importent tacitam ratificationem, adhuc hoc non ſufficeret, ſed neceſſariò opus eſſet, faciens tales actus, certò ſciret, illos eſſe aptos ad ratificationem inducendam, eoſque feciſſe, animo præciſo, & determinato ratificandi profeſſionem nullam, aliàs enim tali ſcientia, & animo expreſſo ratificandi ſecluſo, ceſſaret etiam ratificatio tacita, ut, duodecim relatis Doctor. in individuo 93
probat *Cammerat. d. Reſp. 1. art. 2. à num. 78.* & melius *num. 108.* ibi: *Nam anima ratificationis eſt conſenſus, hic verò non adeſt in eo, qui intrinſecam actuum naturam ignorat; Ergo ſcientia qualitatis actum eſt neceſſaria in eo, qui gerit illos, aliàs nullo modo intelligi poteſt ratificatio tacita nullæ profeſſionis inducta, & num. 123.* ibi: *Præterea requiritur, ut hos actus gerens, ſciat, per illos ratificationem induci, & ut animum habeat ratificandi.* Cum quibus proceſſit hæc S. C. nullam declarando profeſſionem ex deficientia hujuſmodi requiſitorum *in Veneta, ſeu Mantuana Profeſs. 18. Aug. 1696.* ut videre eſt *in tom. 1. p. 1. diſcep 3. à n. 60. & n. 80.*

Nullum autem ex hiſce requiſitis concurrit, in caſu noſtro,

ſtro, nam neque Monaſterium probat, Ther. Liv. unquam
94 fuiſſe mutatam à primævo diſſenſu, neque actus, qui exadverſo allegantur, neceſſariò important ratificationem; Neque deniq; geſti fuerunt ab eadem T. L. animo determinato, & præciſo ratificandi, & prævia ſcientia, quod tacitam ratificationem præſeferrent, & ideo hoc ſolum ſufficeret pro excludenda prætenſa tacita ratificatione.

Verùm quia Monaſterium totum ſuum præſidium reponit in hac exceptione, fuſiùs, quàm res exigeret, eandem exceptionem confutando dicimus, quòd tres ſunt actus, qui qui tanquam magis ſpecifici allegantur pro tacita ratificatione; Primus eſt, introductio litis in Tribunali Theſaura-
95 rii, ejuſque proſequutio in Tribunali Cameræ ſuper integra hæreditate Marchionis Pallavicini; Secundus eſt tranſactio, inita inter Monaſterium, & Curiettam ſuper repartimento hæreditatis Marchionis; Tertius denique acquieſcentia T. L. ſpatio duorum annorum cum dimidio poſt obitum Patris, & poſt ceſſatam cauſam metus.

Quod attinet ad litem introductam pro integra hæreditate, neque per umbram ex ea elici poteſt voluntas T. L. ratificandi Profeſſionem nullam; Quia ea introducta fuit ab ipſomet Monaſterio ex ejuſdem T. L. Perſona, & Monaſterium ex-
96 penſas neceſſarias erogavit, & illam proſequutum fuit in Tribunali Cameræ, abſque ullo ſpecifico Mandato Procuræ T. L. & æquivocum palmare eſt, quod illa dederit facultatem Monaſterio, ut litem ageret ſuper tota hæreditate, quia de hac facultate litigandi, & petendi integram hæreditatem, nullum documentum datur, quinimò exiſtente Profeſſione in implicito ſtatu validitatis, Monialis non habet, neque velle, neque nolle, & omnia ejus jura tranſeunt directè in Monaſterium, itaut neque per momentum temporis remaneant penes Monialem, & Monaſterium abſque ullo conſenſu, & mandato Monialis, quinimò ipſa etiam invita, & contradicente poteſt jura ex perſona Monialis judicialiter experiri, ut probavimus ſupra.

Et de facto Prælatus, qui tunc erat Advocatus Monaſterii, antequam lis introduceretur non reportavit conſenſum, neque tractavit cum T. L. ſed ſuadere conatus fuit Abbatiſſam illius temporis, ut liti conſenſum ſuum accomodaret, & pecunias Monaſterii in illius proſequutione erogaret, ut teſtatur eadem Abbatiſſa, & ideo ex hac lite, alieno nomine introducta, & ad alium effectum, quàm ratificandi profeſſionem, nequaquam prætendi poteſt purgatio metus *Ca-*
97 *pyc. Galeot. lib. 2. contr. 14. n.* 38. & in terminis pro excludenda tacita ratificatione profeſſionis *Rot. in Melevitana Nullit. Profeſſ.* impreſſa *poſt Dian. par.* 11. *fol* 17. *§. Nec aliqua vis*, ubi lis introducta fuit ſub nomine Profeſſi, cum expreſſione emiſſæ Profeſſionis, & tamen ex ea deciſum fuit, nullo modo inductam fuiſſe tacitam ratificationem, ibi: *Unde cum facta fuerit dumtaxat ad conſequendum commodum dd. pecuniarum, nullo modo importare poteſt tacitam ratificationem.*

Nec obſtat, quod Th. Liv. ſollicitaverit teſtes ad effectum probandi ſuam filiationem reſpectu Marchionis, & uſa fuerit ſententia, obtenta in Camera ad effectum petendi ſubmi-
98 niſtrationem alimentorum; Quia ſollicitatio teſtium unicè directa erat ad probandam filiationem, & filiatio poterat inſervire, non ſolùm pro obtinenda ſucceſſione, ſed etiam ad effectum magis comprobandi metum, ejuſque gravitatem, verificata circumſtantia, quod Marchio eſſet Pater, & uſus ſententiæ reſtrictus fuit ad punctum filiationis, qui fuit per Caput ſeparatum in ſententia definitus, & fuit neceſſarius ad effectum obtinendi aliquam ſubminiſtrationem Alimentorum, nam aliàs fame periiſſet, & de facto hac eadem Sententia uſa fuit eadem T. L. pendente etiam lite ſuper nullitate Profeſſionis, & conſequenter impoſſibile eſt, ex hiſce actibus, alio animo, quàm ratificandi Profeſſionem factis, & ad alium effectum, elicere in re tam gravi tacitam ratificationem, ut in durioribus terminis reſpondit *Rebuffus*, favore Monachi, qui Alimenta petierat, & fructus Beneficii Regularis receperat, quos alio titulo, quàm Religioſi petere non poterat *conſ. 68. per tot.* & ſignanter *ſſ. Nam eo animo* ibi: *Nam eo animo, quo continebatur in Religione, eo animo*
99 *iſta fecit; Neceſſè enim erat illi, ut hoc faceret, alioquin fame periiſſet, etiam obedire Patri, Matri, & Fratribus cogebatur, & fructus recipere Prioratus, alioquin peremptus fuiſſet, quia ei denegabantur Alimenta:* Et id admiſit Cong. Epiſc. *in Præneſtina*, ut videre eſt in *tom. 3. par. 1. diſcep. 7. num. 45. & ſeqq. & num.* 61.

Minùs prætendi valet tacita ratificatio ex Inſtrumento tranſactionis inter Monaſterium, & Curiettam; Quia præfatum Inſtrumentum initum principaliter fuit inter Curiet-
100 tam, & Monaſterium, cujus intererat, & intereſt, tueri validitatem Profeſſionis, pro qua hodie etiam litigat propter magnum intereſſe, quod indè ſperat, & in eo T. L. non intervenit tanquam principaliter Contrahens, ſed tanquam una ex cæteris Monialibus, & conſequenter, ſive quia dictum Inſtrumentum principaliter procuratum fuit à Monaſterio intereſſato in hac Cauſa Profeſſionis, ſive quia eadem Th. L. non poterat illud impedire, ſive denique, quia actum unicè fuit ad effectum conſequendi hereditatem Marchionis Pallavicini, non autem ad effectum ratificandi Profeſſionem nullam, meritò ex illo prætenſa tacita ratificatio erui non poteſt, ut præter adductos ſupra, docet *Bartol. in leg. 2. num.* 10. *Cod. de His, quæ vi, Sanchez de Matr. lib. 2. diſput.* 18. 101
*num.* 9. Et generale eſt, quod ex præſentia, ſive ex conſenſu ratione ſolemnitatis præſtito, inferri nequeat ullum præjudicium, cum non valeat ultra intentionem intereſſentis operari conſenſus, ad alium effectum requiſitus, plenè *Gratian. diſcept.* 831. *à num.* 3. *Conſtant. ad Stat. Urb. annot.* 4. *art.* 2. *num.* 81. ac pluribus cumulatis *Rot. in Terracinen. Immiſſionis* 26. *Febr.* 1712. *§. Non ita cor. Criſpo.*

Præterea apta non eſt præfata tranſactio ad inducendam tacitam ratificationem, ſive inſpiciantur verba, ſive præſumpta, & veriſimilis mens Ther. L. ſive denique ipſa natura actus; Et quidem inſpecto integro tenore Inſtrumenti, neq; in parte proæmiali, neq; in parte diſpoſitiva, & executiva, unum licet minimum verbum legitur, quod præſeferat tacitam, vel expreſſam profeſſionis ratificationem, nec una adeſt monoſyllaba, quæ prolata fuerit, ſeu proceſſerit ab ore T. L. quæ præſentiam tantùm materialem præſtitit in ſæ- 102
pedicta tranſactione, & in eadem deſcripta eſt, tanquam una ex cæteris Monialibus, non tanquam principaliter Contrahens, & conſequenter impoſſibile eſt, quod inſpectis verbis tranſactionis, in qua nunquam loquuta fuit Th. L. quod induci valeat tacita ratificatio, & nova confirmatio Votorum, ut ponderando hanc circumſtantiam egregiè obſervat *Cammarat. dicto Reſp.* 1. *art.* 2. *num.* 87. *&* 88. ibi: *Et primò conſidero, quod in verbis narrativis, ſeu enunciativis illius, nunquam loquitur Donna Franciſca, ſed Monaſterium &c. Secundò in verbis diſpoſitivis nullam invenio obligationem, ſeu verbum à Donna Franciſca prolatum, ex quo fortaſſe deduci poſſit aliqua diſpoſitio, ſeu obligatio, ſeorſim facta per Donnam Franciſcam ab illa, facta per alias Moniales, ſed ſolùm intervenit, prout aliæ ex neceſſitate obedientiæ:* Et in durioribus 103
terminis probat *Rot. dec.* 25. *nu.* 24. *uſque ad* 28. *cor. Arguell.* ubi Monialis poſt introductam litem ſuper nullitate Profeſſionis in publico Inſtrumento, ſequentia verba protulerat: *Quod quamvis Monialis non erat, hodie Monialis eſſe volebat*, & tamen *Rota* ſtetit pro excluſione ratificationis, & reddit hanc rationem *numer.* 26. ibi: *Tùm quia illa nullum verbum de ratificatione loquuta fuit, & hæc debet probari ab Allegante &c.*, *& numer.* 28. ibi: *At hic verba nullo modo ſonant in ratificationem, nam ratificare eſt actum antea geſtum ratum habere.*

Eoque clariùs excluditur tacita ratificatio inſpecta veriſimili, & præſumpta mente; Siquidem ipſa à die ingreſſus in Religionem uſque ad diem tranſactionis ſemper reclamavit, & conqueſta fuit de vi, & metu, ſibi illato, ac de contraria ejus voluntate Statui Religioſo, ut prævia diſtincta ſeparatione temporum probavimus ſupra. Nam poſt obitum Pa- 104
tris contra ſtimulum pietatis, & ſanguinis, noluit eidem recitare neque unam *Requiem æternam*, quinnimmo maledixit ejus cineribus, ex quo fuerat cauſa ſuæ coactæ monacationis: Rursùs in perniciem propriæ animæ biennio circiter ab anno 1715. citra, & ſic de tempore etiam initæ tranſactionis ex eadem cauſa ſuæ coactæ monacationis, nullam validam confeſſionem ſuorum peccatorum fecit, ut de ejus ore teſtatur D. B. Educanda. Item perpetuo odio habuit omnes Moniales, & de tempore etiam tranſactionis, nec Regulam obſervabat, neque ad Chorum accedebat, & contra Votum obedientiæ Abbatiſſæ parere ſemper recuſavit, & denique etiam in extremis anguſtiis conſtituta, ſemper retinuit Veſtes ſæculares, & nunquam voluit illas diſtrahere, ea reddita ratione, quam refert A. D. teſtis qualificat *Perche poteva eſſere, che un giorno gli aveſſero da ſervire.*

Ponderatis igitur hiſce actibus, totaliter repugnantibus Statui Religioſo, & durantibus, atque vigentibus de tempore præciſo tranſactionis, inveriſimile, & improbabile prorſus eſt, quod in eodem inſtanti ex abrupto, & repente, nulla extrinſeca compellente cauſa, nulloque ſuperveniente motivo mutationis ejus voluntatis voluerit ratificare Profeſſionem nullam, & monialitatem uſque tunc deteſtatam ſequi, ut in puncto ponderat *Rot. deciſion.* 9. *numer.* 36. 105
*coram Arguell.*, ibi: *Decimò addebat unus ex Dominis*, *non*

*non eſſe veriſimile, quòd Franciſca, quæ per ſpatium 24. & ultra annorum, ante dictum actum, ſe Monialem eſſe conſtantiſſimè recuſaverat &c. ex abrupto, nulla extrinſeca compellente cauſa fortiſſima, mutata repente voluntate, monialitatem ſequi decreviſſet.*

Et denique excluditur prætenſa tacita ratificatio ex natura, & qualitate ipſius actus tranſactionis, quæ utpote facta ad alium diverſum effectum conſequendi commodum pecuniarium, ſeu hæreditatem Marchionis, de ſe talis non eſt,
106 ut inducat tacitam Ratificationem, ut in puncto alterius tranſactionis reſpondit *Cammarat. dicto reſponſ. 1. art. 2. numer. 9.* ibi: *Quartò conſidero, quod in hac tranſactione Donna Franciſca nullam fecit Donationem, ſed tantùm tranſegit Monaſterium de re, quam putabat eſſe ſuam; Stante prætenſa Profeſſione Donnæ Franciſcæ; Quæ quidem tranſactio Donnæ Franciſcæ, poſtea de Profeſſionis nullitate dicenti, obſtare non poterat, quia ſciebat Jus ſuum durare, durante præſertim quinquennio, præſcripto à Concilio*; Et in terminis alterius tranſactionis, initæ à Monaco, nulliter Profeſſo, qui nomine proprio tranſegit, & Beneficium Regulare obtinuit, ac per 14. annos retinuit, docet *Rebuff. conſ. 68. §. Etiam nunquam*; Et in terminis quòd Profeſſus poſt annum à die obitus illius, qui metum incuſſerat, procuravit, quòd Superiores Monaſterii cederent ipſius Matri Jura ſuper portione ſuæ legitimæ, receptis nonnullis pecuniis, quòd ex tali
107 actu non fuerit purgatus metus, tradit *Rot. poſt Bordon. de Profeſſ. dec. 3. ſub num. 3. & ſeqq.*

Neque ſubſiſtit in facto, quòd Th. Liv. in eadem tranſactione reſervaverit ſibi Livellum, pacto adjecto, quod ſi ſolùm Livellum conſecuta fuiſſet, non teneretur illud repartire cum Matre; Quia hujuſmodi pactum adjectum fuit à Monaſterio, cujus intererat, & intereſt, quòd illa non eſſet ſine Livello; Nam aliàs idem Monaſterium cogi poſſet ad ſubminiſtrationem omnium neceſſariorum pro indigentiis perſonalibus ejuſdem Thereſiæ Liviæ, ut in ſpecie obſervat *Card. de Luc. de Regular. diſc. 56. num. 5.* quem ſequutus fui *in tom. 3. quæſt. 2. diſcept. 1. §. 22. num. 3.* Non aùtem adjectum fuit à Th. Liv. quæ eandem tranſactionem impedire non poterat, & in ea nunquam locuta fuit, ſed materialiter dumtaxat præſens ſtetit ſemper tacendo; Ratificatio enim non in-
108 ducitur ex ſola præſentia materiali alicui actui, ſeu ex actu merè negativo, ſed requiritur voluntas formalis, & actus poſitivus, præciſè directus ad ratificationem Profeſſionis nullæ, egregiè *Jacob. Gal. conſ. 66. à num. 8. uſque ad fin. Cammerat. reſponſ. 2. articul 2. numer. 80.* ibi: *Et loquendo in ſpecie tacitæ ratificationis, quòd non ſufficiat animus negativus, vel dubius, elicitus per actus, geſtos à Profeſſo, ſed requiritur animus poſitivus approbandi*: *Pelliz. de Jure reclamand. tract. 3. cap. 5. ſect. 2. num. 57. in fin.* ubi quòd non ra-
109 tificatur Profeſſio nulla, niſi voluntate formali, & in durioribus terminis, in quibus ſcilicèt nulliter Profeſſus, non ſolùm convenerat de recipienda aliqua portione, ſed cum effectu illa receperat, & Sacriſtiæ Monaſterii donaverat pro rata ducatorum 600. eſt caſus relatus *à dicto Cammerat.* in quo poſt acerrimam Cauſæ diſcuſſionem Monialis priſtinam libertatem conſecuta fuit.

Cæterùm ceſſat penitùs quæcumque hæſitatio in hac parte, quia Th. Liv. de tempore tranſactionis, & tam anteà,
110 quam poſtea ſemper, & continuò reclamavit, & conqueſta fuit de ejus contraria voluntate monacationi, ut deponunt Monialis Bartholetta, & Monialis Amari; De eodem tempore ex eadem cauſa coactæ voluntatis ſacrilegas confeſſiones faciebat, ut refert D. B. Educanda, Veſtes ſæculares retinebat, & Votum obedientiæ conculcabat, recuſando accedere ad Chorum, & Abbatiſſæ parere, ea repetita ratione: *Perche non era Monaca.*

Poſitis igitur in ſtatera ex una parte omnibus hiſce actibus, qui ſunt continui, & certi, & de tempore etiam tranſactionis vigebant, & adhuc vigent, & ſunt totaliter repugnantes ſtatui Religioſo, & Voto obedientiæ, in quo principaliter conſubſtantiatur Profeſſio; Et ex altera parte conſiderando tranſactionem, quæ facta eſt à Monaſterio, & non à Th.
111 Liv. ad alium effectum conſequendi hæreditatem, & non ratificandi Profeſſionem, quæque ab eadem impediri non poterat, & in qua nec unam ſyllabam ipſa protulit, clarum ſupra evidentiam remanet, quod ex dicta tranſactione, neque à longè erui poteſt tacita ratificatio profeſſionis nullæ, quia apertus diſſenſus, reſultans à continuis conqueſtionibus, & à tot actibus, repugnantibus ſtatui Religioſo, facit ceſſare tacitum conſenſum, & ideari vix poteſt, quod quis tacitè confirmet, quòd apertè reprobat, ut in puncto ad excludendam tacitam ratificationem probant *Gall. d. conſ. 66. num. 19. & ſeqq. Ciarlin. controv. 108. num. 49. Barboſ. Vot. dec. 77. ex num. 99. uſque ad 103. Cammarat. reſponſ. 1. art. 2. num. 13. Rot. dec. 25. num. 11. & ſeqq. cor. Arguel. & dec. 705. num. 3. par. 2. rec. & dec. 385. num. 6. cor. Ludoviſ. & dec. 870. num. 17. cor. Emer. Jun.* cum aliis citatis *in T. 1. p. 1. diſcept. 5. n. 74.*

Ejuſdem pariter irrelevantiæ eſt allegata acquieſcentia duorum annorum cum dimidio poſt obitum Marchionis Patris, & ſic poſt ceſſatam cauſam metus; Quia objectum ceſſat in facto, nam etiam poſt obitum Patris reclamationes, & conqueſtiones fuerunt continuæ, & nunquam intermiſſæ, 112
ut pluries ſuperiùs obſervavimus, quibus ſtantibus, neque per momentum temporis eadem Ther. Liv. acquievit; Quòd autem judicialiter litem ſuper nullitate non moverit, hoc non relevat, quia S. C. Trid. quinquennium tribuit ad reclamandum, & ſufficit ultima tantum die reclamaſſe, ut antecedens acquieſcentia non noceat, ut probavimus ſup.

Et eatenus ſtatim judicialiter non reclamavit, quatenùs fuit impedita, nam à die obitus Patris uſque ad diem latæ Sententiæ in Tribunali Theſaurarii ſuper ejus filiatione, 113
non poterat, nec expediebat litem movere, attento quòd præcedere omnino debebat probatio filiationis reſpectu Marchionis Pallavicini, dum ab hac qualitate ingrata veſcebat metus, & graviſſimæ reputabantur minæ interverſionis Status propriæ perſonæ, & denegationis alimentorum, nobilis tractamenti, quod à Marchione tanquam Patre recipiebat, & excluſa filiatione, difficiliùs erat probare metum.

Poſt verò reportatam Sententiam, & ſic in principio anni 1715. quo deputatus fuit novus Prælatus Monaſterii, ipſemet impedimenta præſtitit, & in hoc illibatam conſcientiam 114
dicti integerrimi Prælati interpellamus; Quamobrem concurrentibus hiſce impedimentis, ac deſtituta Th. Liv. pecuniis, & documentis, neceſſariis pro hac graviſſima Lite intentanda, nullo modo eidem imputandus eſt lapſus temporis cum acquieſcentia, quia ſine conſenſu profeſſio dari non poteſt, & tempus non eſt modus inducendæ obligationis, ſeu profeſſionis, ut in præciſis terminis probat *Rot. deciſ. 25. à num. 2. uſque ad 10. cor. Arguell.* & clariùs *in dec. 277. num. 12.* 115
*cor. Ubald.* ibi: *Reſpondebatur etiam ſecundò, quod ſi probaretur mors, & illius ſcientia, tamen pro purgatione metus non ſufficit ſola acquieſcentia etiam longi temporis poſt mortem ejus, qui metum attulit, ſed requiritur, quòd metus probetur ſublatus per actus poſitivos contrarios, aliàs durare præſumitur*, cum aliis adductis ſupra.

Omnia hucuſque deducta probant metum graviſſimum, noſtræ Puellæ illatum, atque ejus continuas reclamationes, & perſeverantia in primævo diſſenſu in omni loco, & omni tempore, & digito oſtendunt, in ſtatu Religioſo deſperatam eſſe ſalutem illius animæ, & forſan etiam corporis; Supereſt nunc, ut eidem infelici Puellæ ſuccuratur declarando 116
nullitatem controverſæ Profeſſionis, mediante affirmativo reſponſo; Suadet enim reſponſum affirmativum, ultra tot Teſtes, & graves circumſtantias inſimul conſpirantes ad probationem metus ſuperiùs enucleatas, primò Judicium Patris Spiritualis, ſeu Confeſſarii, qui optimè inſtructus de ejus voluntate pro ſalute ejus animæ non hæſitaret, Votum ſuum dare pro nullitate. Secundò, confeſſio Monialium Bartholettæ, & Amari, ipſam metu coactam fuiſſe ad emittendam Profeſſionem, quæ ſola probat contra proprium Monaſterium *Spada conſ. 96. num. 6. lib. 3. Ciarlin. controv. 108. num. 61. Cammarat. reſp. 1. art 1. num. 33* Tertiò reiteratæ proteſtationes ejuſdem, tam ante, quam poſt profeſſionem, quòd ipſa inducebatur contra propriam voluntatem ad ſuſcipiendum habitum. Et quartò denique vana jactantia, & confeſſio Marchionis circa metum illatum, de qua poſt ſequutam veſtitionem teſtatur de Gaſparis ejus Magiſter Domus, ibi: *Tanto hò fatto, ſin che ci ſono arrivato a farla far Monaca; Io ſono un'Uomo, che quando mi metto in teſta una coſa, così la voglio, e così ha da eſſere*; Poſt ſecutam profeſſionem teſtatur de Marchis ejus Cubicularius, ibi: *Dunque è meſſo il Catenaccio, sbattendo le mani, mi diſſe, adeſſo dì, che ſcappi, ſe puole*; Quæ reiterata confeſſio incutientis metum, eſt melior probatio, quæ in hoc Mundo dari poteſt, ut præter adductos, probant *Boſſius de Matr. cap. 12.* 117
*§. 22. num 358 Panimoll. dec 102. annot. 1. nu. 40.* ibi: *Metus etiam probatur ex confeſſione extrajudiciali illius, qui metum incuſſit, quando ſcilicet quis ſe jactavit, quod ſua opera matrimonium contractum fuit*, & ideò Profeſſio hæc nequaquam ſuſtineri poteſt, quia (ut ait *Cicero lib. 1. de Offic.*) *Illis promiſſis ſtandum non eſt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo, promiſerit.*

§. VII.

*In eadem Cauſa.*

AD partes ponendum eſt Examen ſex Monialium, ultimo loco examinatarum; I. Quia omnes convincuntur in
1 pluribus de mendacio, etiam in partibus ſubſtantialibus, ut probavimus ſupra; II. Quia deponunt ad commodum proprii Monaſterii, cum quo hodie lis principaliter agitatur; Nil enim magis incongruum, & abſurdum in Jure eſt, quàm admittere aliquem in teſtem in cauſa propria, ut in puncto con-
2 tra Moniales reſpondit *Rot. dec.* 116. *n*... & *dec.* 1177 *cor. Seraph.* cum aliis allegatis ſupra. III. Quia in ipſomet Examine non potuerunt diſſimulare propriam paſſionem contra innocentem Puellam, dùm exprimunt diſplicentiam, quam reciperent, ſi ipſa victoriam Cauſæ reportaret, ut teſtatur Monialis Bambina, ibi: *Dico bene, che mi diſpiacerebbe, che Suor Maria Coſtanza vinceſſe la Lite, perche eſſendo dieci anni in circa, che è noſtra Religioſa, & è viſſuta ſempre con Noi, ſarebbe male, & inconveniente vederla al Secolo*; Cum qua concordat Monialis Bartolina, & Monialis Anſidea, ibi: *Io per altro in quanto a me non averei caro, che Suor Maria Coſtanza vinceſſe il punto di ſmonacarſi, perche mi pare, che ciò ridondarebbe in diſonore del noſtro Monaſtero, e di tutte Noi altre Religioſe;* Quando autem teſtes deſiderant victoriam pro illa Parte, pro qua ſe examinant, & diſplicentiam ſi vinceret al-
3 tera Pars, nihil penitùs probant, *Nevizz. conſ.* 47. *num.* 13. *Barbat. conſ.* 90. *lib.* 3 *Rot. dec.* 87. *n.* 8. & *dec.* 1101. *num.* 12. *cor. Emer. jun.* Et in terminis Monialium in puncto caſus noſtri probant authoritates adductæ in *tom.* 1. *part.* 1. *diſcept.* 4. *num.* 28.

IV. Quia omnes præfatæ Moniales deponunt ſuper negativa reclamationum, ſed illam nullo modo coarctant cum
4 circumſtantia, quod nequivit Th. L. reclamare, quin ipſæ ſciverint, aut audiverint, quod ſolùm exuberat, ut eiſdem nulla fides præſtanda veniat, ut præter adductos ſupra probat
5 *Tuſch. lit. T. concl.* 260. *num.* 13. ubi, quod ſi negativa non ſit coarctata, puniri poſſunt teſtes arbitrio Judicis pro temera-
6 ria depoſit. *Rot. dec.* 184. *n.* 8. *cor. Peutin.* Quinimò potiùs admittunt poſſibilitatem reclamationum in contrarium; Ex quo ſequitur, quod nedum non officiunt huic Parti, ſed potiùs mirabiliter confirmant, & comprobant reclamationes, & metum, quia admittunt eſſe poſſibile, illud, quod alii noſtri teſtes fatentur, cum effectu fuiſſe ſequutum, quales ſunt Moniales Bartholetta, & Amari, & omnes alii teſtes, ex parte noſtra deducti; V. Nullam merentur fidem, quia in concurſu teſtium, deponentium de metu ex una parte, ac aliorum deponentium de libera voluntate ex altera, duo ſoli teſtes ſuper metu (in caſu autem noſtro numerantur ferè 30.) præferuntur mille, ſi de libera voluntate deponerent, ad tradita
7 per *Panimol. dec.* 102. *annot.* 1. *nu.* 18. & 19. ibi: *Et cum metus in animo conſiſtat, probatio ſpontaneæ voluntatis ferè impoſſibilis eſt, undè plus creditur duobus teſtibus, deponentibus de metu, quàm mille de ſpontanea voluntate;* Et VI. Denique nihil probant, quia omnes fuerunt ſeductæ, & ſubornatæ, à falſis promiſſionibus; Subornatio enim non ſolùm præſumitur, ex quo fides dictarum Monialium expiſcata exad-
8 verſo fuit, completo jam primo, & ſecundo Examine ex hac parte in Tribunali Vicarii; Sed ulterius probatur, quia in ipſo Examine detecta fuerunt ſolida argumenta ſubornationis, nempè promiſſiones factæ favore Monaſterii, & Sacriſtiæ, de quibus latè in Sum. Ea enim eſt vis promiſſionis, & pecuniæ, ut ſi Corvi, & Picæ eam agnoſcerent, Poetæ
9 evaderent, ut eruditè ait *Urſill. ad Afflict. dec.* 13. *numer.* 26. ubi refert *Perſium* ſic ajentem:

*Corvos quis docuit, concavum ſalutare,*
*Picas quis docuit, verba noſtra conari,*
*Magiſter Artis, Ingeniiq; largitor venter,*
*Qui ſi doloſi ſpes refulxerit nummi,*
*Corvos, Poetas, Poeditaſque Picas,*
*Cantare credas, Pegaſeum Melos.*

Augetur ſuſpicio ponderando, quod Moniales in eo, quod poterat præjudicare Oppoſitoribus, vel expreſsè negarunt, vel affectarunt ignorantiam: Timebat enim, ne ab hoc Examine Monialium magis in aperto poneretur filiatio noſtræ
10 Puellæ, & ideò ante cæptum Examen, proteſtati fuerunt in Actis, quod in hac parte non intendebant approbare earum Perſonas, & dicta; Moniales verò de hoc inſtructæ, fidem ſervarunt, quippe interrogata moderna Abbatiſſa, an ſciret, quis ſubminiſtraverat alimenta tempore educationis, & dotem T. L. tempore ejus monacationis? Reſpondit neſcire; Talis autem ignorantia nedum eſt nimis inveriſimilis, ſed ferè eſt impoſſibilis; Tùm quia Monaſterium litem egit triennio, & ultra cum aliis Competitoribus ad hæreditatem Marchionis, & præcipuum fundamentum conſtituebat ad probandam filiationem ſuper præſtatione alimentorum, & conſtitutione dotis, facta à Marchione, ſuper qua etiam Sententiam favorabilem reportavit; Tum etiam, quia ſcientia hujus filiationis, & ſolutionis alimentorum, & dotis erat publica in Urbe, & notoria in Monaſterio apud omnes Moniales, ut refert moderna Vicaria, ibi: *Prima della morte la provedeva il medemo Sign. Marcheſe, come è noto a tutte Noi altre Monache*, & clarius deponit Monialis Bianchina; Et conſequenter cum valdè inveriſimilis ſit, quinimò impoſſibilis affectata ignorantia in dicta Abbatiſſa, hæc ſola maxima 11
inveriſimilitudo præſefert ſpeciem falſitatis, ad *Text. in leg. Ob carmen*, §. *fin. ff. de Teſtib. Surd. conſ.* 1. *numer.* 10. *Rot. dec.* 510. *num.* 4. *cor. Ludoviſ.*

Accedit ulterius nova facti circumſtantia, quæ magis in aperto ponit, omnes præfatas Moniales depoſuiſſe, quidquid placuit Oppoſitoribus; Completo namque formali exa- 12
mine, receptoque Summario hinc inde, recognitum fuit, quod Monialis Bartolina depoſuerat, T. L. tempore novitiatus graviſſimas, & continuas reclamationes emiſiſſe, circa contrariam ejus voluntatem Monacationi, & agnoſcens hanc circumſtantiam eſſe ſibi fatalem, quia hęc Monialis contra inducentem, & contra proprium Monaſterium plenam conſtituebat probationem metus, extorta ab ea fuit opportuna declaratio ibi: *E perciò dico, & atteſto con mio giuramento, che tali parole d'eſſerſi fatta Monaca contro ſua volontà e che non ſi era fatta Monaca volentieri non ſono parole mie;* Quid unquam inſubſiſtentius excogitari poteſt; Hoc non eſt declarare rem dubiam, ſeu ſupplere aliquid omiſſum, quod aliquando re integra, & concurrente bona fide, permiſſum eſt, ſed eſt redarguere de falſo Interpretem, qui dictavit examen, & Notarium, qui illud ſcripſit, quaſi quod unus dictaverit, & alter ſcripſit verba, à dicta Moniali non prolata; Actum eſſet inpoſterum de examine omnium teſtium, ſi hujuſmodi Praxis admitteretur, quia eſſet in eorum libertate hodie affirmare, & cras negare; Et ceſſaret penitus publica fides, quo nihil abſurdius; Quamobrem non ſolùm ex hac declaratione augetur præſumptio ſubornationis, & dicto teſti ſe retractanti, poſt jam completum examen, nulla fides præſtanda venit favore illius, qui retractationem procuravit 13
*Bartol. in l. Eos ff. de Falſ. Farinac. de Teſtib. quæſt.* 66. *num.* 228. *Capon. contr.* 370. *num.* 50. & *Rot. dec.* 410. *nu.* 8. & *par.* 9. *rec.* ſed potius viceverſa in eo, quod depoſuit contra Monaſterium, ſuperlativam conſtituit probationem, quia non eſt veriſimile, quod contra commodum utriuſque depoſuiſſet, ſi re vera res ita non ſtetiſſet, benè *Soccin. jun. conſ.* 67. 14
*num.* 19. *lib.* 2. & *Rot. dec.* 220. *num.* 18. & *dec.* 281. *num.* 12. *par.* 17 *rec.*

Poſtpoſito igitur Monialium examine tot defectibus laborante, non benè redarguitur de mendacio de Marchis, teſtis ex hac parte examinatus, quia nullum ex impictis men- 15
daciis verificatur in facto; Non primum, quod ipſe aſſerat, b. mem. Ghezzium reportaſſe reſponſum negativum à T. L. quando de affirmativo conſtet ab examine Monialis Bartolettæ; Quia aſſumptum non ſubſiſtit pro illa reſpondit: *Per dargli ſodisfazione a mio Padre, io mi farò Monaca, ma non che mi ci facci volentieri, perche la mia volontà ſaria di ſtar Secolara.* Quod eſt reſponſum negativum, non affirmativum, ut Conſideranti patet.

Minùs regit ſecundum, quod etiam Pater Creſcius reſponſum affirmativum reportaverit, & conſequenter non ſubſi-
ſtat aſſertiva dicti de Marchis, quod Pater Creſcius contra- 16
riam voluntatem Puellæ Statui religioſo, retulerit Marchioni; Quia veritas hujus aſſertivæ confirmatur ab ipſo examine Patris Creſcii, cui illa ita reſpondit: *Già che per me non vi ſarà neſſuno, che mi ajuti, biſognerà che Io facci a ſuo modo, contro però la mia volontà;* Et licet Pater Creſcius curaverit palliare hujuſmodi reſponſum negativum, adhuc clarè dedit intelligere Marchioni, quod illa non inclinabat Statui religioſo, ibi: *Io per altro gli le rapreſentai in forma tale, che fecci comprendere a detto Signor Marcheſe l'animo di eſſa Signora Tereſa Livia di piùttoſto inclinare al matrimonio, che al monachiſmo, & il detto Signor Marcheſe mi riſpoſe, paſſeggiando, ſi farà Monaca, o che Lei voglia, o che non voglia;* Hæc autem ſi benè ponderentur, patet, quod ſunt reſponſa negativa, & non affirmativa.

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt aliud aſſ. teſtium mendacium, deſumptum à contradictione inter Curiettam, & de Marchis;

17 chis; Quippe uſque adhuc in toto decurſu Cauſæ exagera-
tum fuit, quod Curiettæ nulla fides præſtanda erat, tum
propter maximum intereſſe, quod ſperare poterat, annul-
lata Profeſſione, tùm quia erat Mater T. L. & conſequen-
ter ſi eidem Curiettæ juxtà contarium ſenſum, fides non eſt
præſtanda, non proficit allegare ejus verba ad effectum con-
vincendi Joſephi de Marchis de mendacio.

Si verò uti vult dicto ejuſdem Curiettæ in hac parte, de-
bet in totum acceptare illius examen, nec poteſt in parte ap-
probari, & in alia reprobari, *Conciol. Reſol. Crim. verb. Te-*
18 *ſtis quoad dicta reſol. 7. per tot. Gratian. diſcept.* 749. *num.* 7.
& poſita hujuſmodi acceptatione ſtatim remanet probata
nullitas Profeſſionis, de qua dicta Curietta conſtanter de-
ponit.

Cæterùm utcumque res ſe habeat in hoc puncto, ceſſat
potiùs quælibet contradictio, quia Curietta aſſerit, Filiam
in actu Profeſſionis nullum actum renitentiæ feciſſe; Sed po-
tiùs viſam fuiſſe *diſinvolta*; Vice autem verſa de Marchis
non aſſerit, eandem actus renitentes feciſſe in actu profeſſio-
nis, ſed dumtaxat Vota protuliſſe ſubmiſſa, & tremula vo-
ce, quod valdè diſtat ab actibus renitentibus, de quibus de-
19 ponit Curietta, & quamvis de Marchis addat, quod illa in
actu proferendi Vota plorabat, & Curietta, quod erat *di-
ſinvolta*; Hic advertere ſupplicamus, quod Profeſſio non
perficitur unico inſtanti; Sed notorium eſt, quod plures la-
buntur horæ, antequam pia functio compleatur, & conſe-
quenter ſtat benè ſimul, quod T. L. à principio eſſet *diſin-
volta*, prout aſſerit Curietta, & viceverſa in illo momento
proferendi Vota ploraret; Rurſus ſtat benè ſimul, quod
unus teſtis hanc circumſtantiam obſervaverit, & alter non,
præſertim quando inter unum, & alterum actum poteſt ve-
rificari diverſitas temporis etiam in minutis, & horis, &
ad evitandam contradictionem hæc diſtinctio temporis fieri
debet, & omnis poſſibilis interpretatio capienda eſt, etiam
20 impropriando verba, ſi opus eſſet ad *Text. in cap. Cum tu* 16
*de Teſtib. & Rota dec.* 200. *numer.* 1. *coram Emer. jun.* & benè
*Ferrett. conſ.* 389. *num.* 28. ubi, quod teſtes ſunt magis ſuſ-
pecti, quando concordant etiam in circumſtantiis acciden-
talibus, quàm quando in illis diſcrepant; Præſertim quia
Curietta aſſerit, ibi: *Che io m'accorgeſſi, non fece atto alcu-
no di renitenza*, & ſic admittit, quod ipſa non viderit, aut
21 obſervaverit, quæ obſervare potuit alter teſtis, benè *Rot.
dec.* 351. *numer.* 32. *coram Ludoviſ.* ibi: *Reſpondetur, quod
forſan non adverterunt, aut non audiverunt, prout adver-
tit, & audivit ipſa*, ut in fortioribus dicunt *Alex. conſ.* 10.
22 *num.* 5. *libr.* 1. *Corn. conſ.* 202. *num.* 2. *lib.* 4. & præcedenter
eadem *dec.* 351. *num.* 30. *coram Ludoviſ.* ibi: *Præſumendum
eſt enim, quod loquantur de tempore diverſo, & ſucceſſivo ad
evitandam contrarietatem, & deciſion.* 20. *numer.* 8. *coram
Bichio*.

Denique omitti poterat, quod feneſtrella ubi tranſmitti-
tur Velum benedictum ab Epiſcopo intra Monaſterium, non
ſtat in Cratibus ferreis ſupra Altare, ut deponit de Marchis,
23 ſed à parte laterali ejuſdem Altaris; Quia exceptio hæc non
facit ad Cauſam, & parùm intereſt, an ſteterit à parte an-
teriori, ſed laterali, & punctus Cauſæ non ſtat in hac futili
circumſtantia, ubi ſcilicet ſita ſit feneſtrella; Sed in eo, an
iſte teſtis revera nomine Marchionis incuſſerit metum, nec
ne, in quo nulla adeſt contradictio, ſeu contrarietas, &
conſequenter præfatæ ſubtilitates, utpotè extraneæ à pun-
cto principali, à Judicibus Irridentur, & præſertim à Su-
premis Tribunalibus, non autem admittuntur ad *Textum
literalem in leg Sicut in §. Si Debitori ff. Quib. mod. pign. vel
hypothec. ſolvat.* ibi: *Hæ enim ſubtilitates à Judicibus non
admittuntur, & ſupervacua, & perniciosa eſt talis ſubtilitas*,
24 & in *leg. final. Cod. de legib.* ibi: *Vanam ſubtilitatem riſimus*;
Sufficit enim, quod iſte teſtis in ſubſtantialibus, nempè cir-
ca minas denegationis alimentorum, & circa denegationem
filiationis, conveniat cum aliis teſtibus, parumque intereſt,
an in aliqua circumſtantia accidentali, & ad Cauſam non
25 faciente, vel erraverit, vel oblitus fuerit, quia adhuc ejus
fides non diminuitur, *Alex. conſ.* 5. *nu.* 10. *lib.* 1. *Ruin. conſ.*
36. *num.* 2. *libr.* 4. *Rot. cor. Verall. dec.* 270. *num.* 1. *par.* 3. *&
dec.* 351. *num.* 30. *cor. Ludov.*

Minus dicatur, quod, ſublatis etiam contradicentibus in
dicto de Marchis, adhuc tanquam particeps criminis, ex
quo ipſemet nomine Marchionis minas intimaverit, & ſe
26 ſpontè etiam obtulerit ad complacendum Marchioni, nul-
lam fidem mereretur; Quidquid enim ſit in aliis caſibus in-
differentibus, ſpeciale eſt in hac materia metus, quod ob
difficultatem probationis, admittuntur etiam teſtes, qui me-
tum intulerunt, quinimò metus non poteſt meliùs probari,
quàm ab illiſmet, qui metum incuſſerunt, juxta *Text. lite-
ralem in can. Præſens* 20. *quæſt.* 3. *Farinac. de Teſtib. quæſt.*
14. *limit.* 7. *num.* 191. *Barboſ. Vot. dec.* 77. *n.* 135. *libr.* 3. *Rot.
dec.* 732. *n.* 6. *cor. Emer.* cum aliis, citatis *in diſcep.* 2. *num.* 56 27
*par.* 1. *& d. tom.* 1. *dec.* 4. *num.* 6. *par.* 1.

Circa criticationes examinis P. Matthæi, vel Monaſter.
intendit criticare Perſonam dicti Religioſi, vel dicta; Si
Perſonam, non poteſt; Quia fuit approbata ab hac S. Cong.
eo ipſo, quod injunxit, quod formiter examinaretur, & bis
etiam à Monaſterio, primò nempè, quando produxit fidem
ſuper Exercitiis ſpiritualibus in Tribunali Vicarii, Et ſe- 28
cundò, quando loco Articulorum repetiit eandem Fidem,
& ejus nomine curavit, ut formiter examinaretur; Ex hac
enim productione, & repetitione, ac examine facto ejus no-
mine, cenſetur taliter approbata Perſona teſtis, Viri cœte-
roquin Sacerdotis, Parochi, & Graduati in ſua Religione,
etiamſi mille pateretur exceptiones perſonales (quæ tamen
hìc, nonniſi ſomniari poſſunt) adhuc contra producentem
reputatur teſtis omni exceptione major, & plenam fidem
meretur, ad *Text. in leg. Si quis teſtibus C. de Teſtib.* quæ lex
Civilis approbata eſt in *Capit. Si Teſtes §. Si quis teſtibus* 4. 29
*qu.* 3. ubi idem tenet *Gloſ. in verb. Producantur*, *Alex. conſ.*
191. *n.* 4. *lib.* 7. *Boer. dec.* 245. *num.* 14 *par.* 1.

Si verò inſtat ſuper exceptionibus contra dicta, & inſubſi-
ſtentiores inveniri non poſſunt, quia nec ſyllabam protulit
in ſubſtantialibus præfatus Religioſus, quæ non remaneat
verificata, vel à contrariis teſtibus vel à noſtris, ut vidimus
ſupra. Hinc poterat ſe abſtinere à redargutione, quod cre- 30
didit, Profeſſionem eſſe nullam, *Per mettere in ſalvo l'ani-
ma di Suor Maria Coſtanza, mentre la conſidero per un Corpo
diſperato:* Quæ verba prolata à Confeſſario, qui notitiam
certam habebat Conſcientiæ, & interni animi ejuſdem pau-
lò ante Profeſſionem, nempè decem, & ſeptem diebus tan-
tùm, & qui proteſtatur, magis expreſsè loqui non poſſe,
ex quo non recordabatur, quomodo, & ubi hanc notitiam
haberet, eſt probatio evidentiſſima nullitatis Profeſſionis,
non ex cauſa reclamationum poſt ſequutam Profeſſionem
tantum, ſed ex cauſa coactæ voluntatis Statui Religioſo,
detectæ ante Profeſſionem, de tempore Exercitiorum Spi-
ritualium, quia ex hac Cauſa tantùm Ther. Liv. ſe aſſere-
bat damnatam, & deſperatam, ut declarant alii teſtes rela-
ti ſupra.

Præterea judicavit nullam controverſam Profeſſionem ex
combinatione temporum, & notitiarum, quas ipſe habuit de
tempore Exercitiorum ſpiritualium, & præſentis Inſtantiæ
ſuper nullitate Profeſſionis; Facta enim hac juridica combi-
natione, Sic orationem perſtrinxit ibi: *Onde congiongendo li* 31
*tempi paſſati, e preſenti, mi muoverei a credere, che la ſua
Profeſſione foſſe nulla*. Quocirca non ſubſiſtit in facto, quod
motus fuerit ad declarandum ſenſum ſuum pro nullitate Pro-
feſſionis à ſolis reclamationibus poſt motam litem, & poſt
validè peractam Profeſſionem, ſed principaliter à notitiis,
habitis de tempore Exercitiorum ſpiritualium, & ſic paulò
ante Profeſſionem ibi: *Deduco, non aver mai avuta volontà
&c. nella regolar Oſſervanza, e di profeſſare, ſtante anche nel
tempo degl' Eſercizj mi accorſi, che era un Cervello ſtrava-
gante, ſi come me ne accorſi, che non aveva mai avuta voglia di
far bene*, & conſequenter injuſtè aſſeritur, quod hoc reſpon-
ſum non ſtat benè in ore Religioſi adeò qualificati; Quia hoc
non provenit ex quo juridicè non reſpondeat, ſed ex quo ni-
mis ſtringit in hoc puncto nullitatis Profeſſionis, & contra
inducentem ſuperlativam conſtituit probationem, egregiè
*Rot. dec.* 208. *num.* 12. *par.* 17. *rec.*

Hinc cavere ſupplicamus à verbis cujuſdam Bilietti, ſcri-
pti à Puella Marchioni ejus Patri ad convincendum P. Mat-
thæum de mendacio; Quia ſi fuiſſet appoſita Data ejuſdem
bilietti, illicò detectum fuiſſet contrarium artificium; Quip- 32
pe Biliettum ſcriptum fuit ſub die 24. Decemb. 1713. E con-
tra verò Exercitia ſpiritualia, ac fides P. Matthæi ſubſcripta
fuit ſub die 22. Octobris ejuſdem anni 1713. Et conſequenter
ſtante bimeſtrali diſtantia temporis inter unum, & aliud fa-
ctum, de uno tempore ad aliud non valet arguere; Præſer-
tim quia ſupradictum Biliettum apparet ſcriptum, & dire-
ctum Marchioni, qui metum incuſſerat, & cum quo Filia
ſimulare cogebatur, ut reciperet conſuetum nobile tracta-
mentum, & ideò tantò minus probat, nec metum excludit, 33
ſed potius illum auget, & confirmat, ut in puncto probat
*Rot. dec.* 175. *num.* 5. *par.* 1. *rec. & dec.* 75. *nu.* 7. *cor. Peuting.*
cum aliis, relatis ſupra.

Omitti etiam poterat ſingrapha Correligioſi; Quia illa ni-
hil penitus concludit; tum quia in concurſu dicti extrajudi-
cialis ejuſdem P. Matthæi, relati à P. de T. præferri debet
id,

id, quod medio juramento depoſuit in examine formali, ut
34 in jure eſt notiſſimum, tum etiam quia dictum extrajudiciale nihil aliud continent, nibi: *Gli hò riſpoſto eſſer prontiſſimo a confermare la verità di detta fede*, quod ad unguem practicavit in ejus examine formali, in quo nihil aliud depoſuit, præter puram veritatem.

Vindicatis duobus hiſce teſtibus ab exceptionibus, exadverſo mendicatis; Metus gravis in hac Cauſa, & aptus ad annullandam Profeſſionem probatur evidentiſſimè à 30. & ultra teſtibus, qui de minis circa denegationem Alimentorum, & Interverſionem Status Perſonæ Th. Liv. teſtimo-
35 nium perhibent; Ex quibus quinque deponunt de facto proprio, videlicet, Creſcius, de Gaſparis, de Marchis, Curietta, & Conconi; Alii octo deponunt de auditu ab ipſomet Marchione metum inferente; Octo alii deponunt de auditu à Puella, quæ metum paſſa eſt; Vel in vicina Domus; Qui numerus adeo effrænatus teſtium, ſicuti conſtitueret pleniſſimam probationem in quacumque alia graviſſima materia, quia in ore duorum, aut trium ſtat omne verbum; Ita ſuperlativam, & maximam conſtituit in noſtra hypotheſi, ubi, propter difficultatem probationis, ſpeciale eſt, quod ſufficiat unus tantùm teſtis de viſu, ſeu de facto proprio, junctis aliis de auditu, ſeu circumſtantiis, & adminiculis, ut probavimus ſupra, ubi allegavimus etiam reſolutionem hujus Sacr. Congreg. in *celebri Cauſa Mantuana Profeſſionis*, deciſa ſub teſtimonio unius tantum Muliierculæ Ancillæ, de facto proprio deponentis, ut videre eſt in *tom. 1. par. 1. diſcept. 20. tom. 2. par 2. diſcept 9.*

Neque juvat allegare exceptiones perſonales contra nonnullos ex ſupradictis teſtibus; Ultra quòd enim ferè omnes adinventæ ſunt ſine ullo fundamento, adhuc magnus, & conſpicuus numerus tot teſtium, ſuffocat quemcumque de-
36 fectum aliquorum ſive in dicto, ſive in perſona, & ſufficit, quòd ſint ultra tres, ut plenam fidem mereantur, & omnes reputentur habiles, ut præter adductos ſupra, ponderat *Panimoll. deciſ. 102. num. 35.* ibi: *Imò quando teſtes ſunt ultra tres, certum eſt ut in quacumque Cauſa matrimoniali, etiam*
37 *ubi agitur de infringendo matrimonio, numerus ſuppleat defectum illorum, qui aliàs non eſſent omni exceptione majores, juxta Sententiam, quam ſemper Rota amplexa fuit, & teſtatur Sperel. &c.*

Minus obſtat, quod minæ, relatæ à teſtibus, non ſint relevantes ad annullandam Profeſſionem, ex quo ſint merè verbales, quæ non ſufficiant, ſed requirantur, ultra minas verbales, etiam verberationes, malæ tractationes, & ſi-
38 milia, & quòd minans ſit Vir truculentus, & færus: Quia in hoc puncto non benè ita diſcurritur, nam aliud eſt Vis, aliud Metus: Vis infertur Corpori, cum malis tractationibus, cruciatu, verberibus, carceratione, & hujuſmodi; Metus verò infertur animo cum comminatione alicujus mali gravis, & apprehenſione in animo Metuentis damnum alicujus periculi gravis; Ex utroque autem hoc capite diſjunctivè, non cupulativè annullatur quilibet actus, quoties conſtat, vel de vi, illata corpori, vel de metu, illato animo,
39 & in hac parte habemus integrum *titulum 40. Lib. 1. Decretal.* & alium integrum tit. *Cod. de His, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, in quibus æqualiter irritantur actus, qui fiunt per metum, qui infertur animo, ac per vim, quæ infertur corpori; Nos autem non prætendimus nullitatem ex cauſa vis, illatæ corpori, quo caſu indaganda eſſet qualitas Patris, an eſſet truculentus, & ferox; Sed illam prætendimus ex cauſa metus, illati animo Th. Liv. qui probatur ex ſola reverentia, debita Minanti, & ex minis alicujus mali gravis, probabiliter tantùm exituri, neque opus eſt, quòd minæ executioni demandentur, ſed ſatis eſt ſola potentia nocendi, & probabilis timor, quòd exequantur, nam temerarium eſſet damnum expectare, quod probabiliter evenire poteſt, ut probavimus ſupra.

Minuſque requiritur, quòd minæ, & verberationes, aut malæ tractationes copulativè concurrant, ſed ſufficit unum, aut alterum diſjunctivè verificari; Scilicèt, vel minæ, vel malæ tractationes, vel verbera, ut probavimus ſu-
40 pra, & addimus, *Rot. in Barchinonen. nullitat. Profeſſ.* 15. *Jan.* 1700. *§. Et quidem cor. Anſald.* ibi: *Ita ut requirantur diſjunctivè tantùm interventus trucium minarum, aſperi tractatus &c.*

His præmiſſis, profus inſubſiſtens eſt controvertere, quod minæ circa denegationem Alimentorum, & denegationem Filiationis Th. Liv. reſpectu Marchionis Pallavicini, quas omnes prefati noſtri teſtes referunt, non ſint graviſſimæ,
41 & tales, quæ metui mortis æquiparentur, ut probavimus ſupra, & in hoc puncto advertere benignè ſupplicamus, quòd Scribentes in contrarium in decurſu quatriennii, quo Lis hæc perduravit, quoad metum interverſionis Status, qui à legibus canonizatur pro maximo, nullum unquam reſponſum invenire valuerunt.

Neque allegari merebatur deciſio in *Luceorien. Matrimonii 5. Maii* 1700. *§. Et ſanè cor cl. mem. Card. Priol.* Ultrà 42
quod enim in caſu dictæ deciſ. metus incutiebatur ab Amita, quæ nullum, aut leve tantùm damnum inferre poterat Nepti, quæ ad ſui libitum recurrere poterat ad Patrem, & Matrem viventes; Adhuc eadem deciſio, fuit poſtmodum revocata *die 21. Martii* 1703. *coram Lancet.* & non obſtante, quòd dicta Puella ex matrimonio Prolem ſuſcepiſſet, & adeſſet fides Parochi ſuper ejus ſpontaneitate de tempore contracti matrimonii, adhuc Rota cenſuit, ſententiam, latam à *Card. Priolo*, fuiſſe revocandam; Et propterea mirum eſt, quòd eadem deciſio jam revocata allegetur, quia 43
ridiculum eſt allegare ea, quæ rejecta fuerunt ex adductis in *tom. 1. par. 1. diſc. 20. num. 138.*

Minoris relevantiæ eſt objectum, quòd præfatus Marchio nunquam executioni demandaverit minas, nec ſolitus eſſet
illas exequi: Quia neutrum hìc erat neceſſarium; Non ſoli- 44
tum exequendi minas, quia cùm ageretur de Filia erga Patrem, & de Patre reſpectivè reſpectu Filiæ, non eſt neceſſarium probare ſolitum exequendi minas, ut ſupra probavimus: Minuſque erat neceſſarium, quòd minæ effectivæ executioni demanderentur, quia ſufficit ſola potentia nocendi, & probabilis tantùm timor, quòd exequi potuiſſent, ut latè etiam oſtendimus ſupra.

Cæterum hìc ex abundanti concurrit utraque circumſtantia: Nam in primis à proprio ſervitio dimiſit Carolum Cu-
riettum, Avunculum Puellæ ex ſola ſuſpicione, quod minas 45
ſuas eidem Th. Liv. integrè non refert, qui deinde ex hac cauſa evaſit miſerabilis, ut refert de Marchis, ibi: *Sicome da lì a poco tempo lo mandò via*, & deinde etiam noluit conſtituere Filiæ Livellum, quod eſt pars alimentorum, ex ea cauſa præciſa, ut illam cogeret ad emittendam profeſſionem etiam contra propriam voluntatem, ut teſtatur. *Capit. C.*

Nè replicetur, ſatis non eſſe probaſſe metum à principio, niſi inſimul juſtificetur illum continuaſſe de tempore præciſo profeſſionis: Quia probato metu à principio, & durante 46
eadem caſa metus, durare etiam preſumitur ipſe metus, quæ præſumptio eſt efficax in Jure, ut dato metu à principio, impoſſibile fermè ſit probare contrarium, ut probavimus ſupra, quæ ſola præſumptio Juris Nobis ſufficeret, quia qui prætendit, mutatam fuiſſe voluntatem de meticuloſa in liberam, debet hujuſmodi mutationem concludenter probare, egregiè *Gloſſ. in cap. Perlatum de Jis, quæ met. Cauſ. fiunt* Verbo. *Non timore*, ibi: *Reſpondetur, quòd* 47
*verum eſt hoc, ſed quia conſtabat de conteſtatione voluntatis ab initio facta, adhuc præſumitur nolle, & qui voluntatem immutatam allegat, hoc probare debet.* Et paulò poſt eadem *Gloſ.* verbo. *Poſtmodum* ſic ait: *Et ita planum eſt, quia vivente Viro, metus mortis durare intelligitur*, cum aliis citat. in *tom. 1. par. 2. diſcept. 3. num* 42.

Nos autem in hac ſola præſumptione, licèt prævalida non inſiſtimus, ſed ulterius ad majorem veritatis elucidationem probamus, metum continuaſſe, & Th. Liv. reclamaſſe paulò ante, & de tempore etiam præciſo Profeſſionis, ut probavimus ſupra; Et ideo contrarium objectum, ultra irrelevantiam in Jure, nullam etiam habet ſubſiſtentiam in facto, quia præfati teſtes, per Nos adducti ad probandam continuationem metus, uti corroborati ab aſſiſtentia, & præſumptione Juris, ſuperlativam faciunt probationem *Soccin. jun. conſ. 29. num. 88. lib. 3. Surd. conſ. 534. num. 35. Rot.* 48
*deciſ. 439. num. 14. par. 13. rec.* & in puncto in *deciſ. 1177. numer. 3. coram Seraph.*

Omnia hæc ſunt adeo clara pro nullitate Profeſſionis, ut cum omni fundamento aſſerere poſſimus, in poſterum nunquam adfuiſſe caſum, & nunquam in poſterum dari poſſe, in quo vel major metus, vel magis efficax, & circumſtan-
tiata illius probatio dari poſſit, & tamen pro obtinendo re- 49
ſponſo affirmativo, pro nullitate profeſſionis, ſufficeret, quod res eſſet dubia, ut in dubio Judex ſtare debeat pro nullitate, quia cum nullitas proveniat ex defectu conſenſus, favor libertatis, quæ eſt de Jure naturæ, prævalet vinculo Religionis, quæ inducit perpetuam ſervitutem, ut probavimus ſupra, & addimus *Alex. conſ 98. in principio vol. 3. Pa-* 50
*riſ. conſ. 18. num. 47. vol. 4. Monald. conſ. 6. num. 14. par. 2. & Lezzan. conſult. 47. num. 131. & ſeqq. tom. 4.*

## §. VIII.

*In eadem Cauſa.*

IN ſecunda propoſitione hujus Cauſæ, habita die 24. Au-
1 guſti 1720. iterum dilata illius reſolutione, reſcriptum
fuit *Ad mentem*, & mens fuit, quod audirentur duo teſtes
omni exceptione majores, & alii examinentur formiter,
quibus adimpletis reproponitur hodie, & re meliùs diluci-
data; ſemperque ad majorem evidentiam redacta videtur
reſpondend. pro Nullitate Profeſſionis.
Siquidem in utraque anteacta propoſitione, nemo hæſi-
tavit de metu apto, & ſufficienti ad annullandam Profeſſio-
nem; Quippe ſapientiſſimè de more omnes ponderabant,
quod Th. Liv. erat Filia naturalis Marchionis Pallavicini,
quæ proinde metu reventiali erga ipſum obſtringebatur, quia
2 tam de Jure naturæ, quàm Civili eadem debetur reverentia
Patri naturali, ac legitimo, juxta *Text literalem in l. Pa-
rentes ff. de In Jus vocan.* ibi: *Parentes naturales in Jus vocare
nemo poteſt; Unam ex enim omnibus Parentibus ſervanda
reverentia*, præter alios adductos ſupra.
Rurſus ponderabant, quod, ultra metum reverentialem,
3 concurrebant minæ graviſſimæ, quibus unitis metui reve-
rentiali, nemo eſt apud Doctores, qui dubitet de nullitate
Profeſſionis, ut probavimus ſupra, quibus addimus *Cam-
marat. reſponſ. 1. art. 1. num. 27.* ubi duodecim refert concor-
4 dantes Doctores, & tres Sacræ Rotæ Romanæ punctuales
deciſiones.
Minæ autem conſiſtebant in duobus maximis malis, in
denegatione ſcilicet Alimentorum in futurum, ac in inter-
verſione Status Perſonæ Th. Liv. Minabatur enim Mar-
5 chio, ſe ſubſtracturum alimenta in futurum, ſeque ampliùs
non agniturum ipſam in Filiam, quatenus habitum religio-
ſum ſuſcipere recuſaſſet; Quorum alterutrum reputatur ma-
ximum malum, & unumquodque æquiparatur metui mortis,
6 ut de denegatione alimentorum eſt *Text. literalis in l. Neca-
re ff. de Liber. agnoſ.* præter alios adductos ſupra, & de in-
terverſione Status Perſonæ eſt alter *Text. æquè literalis in leg.
Iſti quidem ff. de Eo, quod met. Cauſ.* ultra plures alios, re-
latos ſupra, *Honor. in cap. Relatum ſub num. 5. de Iis, quæ
vi, met. cauſ.*
Advertebant ulteriùs, quòd iſtæ minæ in gradu quodam
7 ſuperlativo remanebant probatæ in utroque puncto, tum
inſpecta Perſona Patris minantis, tum Filiæ metum paſſæ,
tum denique teſtium, qui illas de facto proprio, & per ſe ip-
ſos de ordine Marchionis Filiæ detularant.
Et quidem inſpecta Perſona Patris 14. habemus teſtes,
qui ab ore proprio Marchionis audiverunt minas circa dene-
gationem alimentorum, & filiationis, in caſu, quo ejus Fi-
lia Statum Monaſticum non eligeret, quorum ſeptem fue-
runt formiter examinati, ſeptem revelarunt metu excom-
municationis, & tres producti fuerunt ab Arnalda in Tribu-
nali Cameræ.
Inſpecta Perſona Filiæ, metum paſſæ 12. numerantur
teſtes, qui ab ejus ore longè ante introductionem præſentis
judicii audiverunt, minas, & metum ſibi incuſſas fuiſſe à
Patre, & ex cauſa hujus metus coactè habitum ſuſcepiſſe,
quorum tres ſunt formiter examinati; Quatuor fuerunt pro-
ducti ab ipſomet Monaſterio in Tribunali Cameræ, ante
motam præſentem litem, & reliqui metu excommunicatio-
nis veritatis teſtimonium perhibuerunt.
Hiſce extremis probatis, inane opus putabam inſiſtere
ſuper teſtibus, qui de facto proprio deponebant, & per ſe-
ipſos de mandato Marchionis minas à Patre exaggeratas de-
8 tulerunt Filiæ; Quia poſito, quod Pater minatus fuerit,
quòdque Filia conqueſta fuerit, quòd ex cauſa minarum Pa-
ternarum, & metus, ſibi nomine Patris incuſſi, habitum
religioſum ſuſcipiebat; Perneceſſe fateri debet, quod adfue-
rint Mandatarii, & Mediatores, qui minas Paternas Filiæ
detulerint; Nam aliàs non poterat ipſa profetizare, eaſdem-
que minas ſibi fingere & ideare; Et ideo de Jure præſumi-
9 tur, quòd metus fuerit procuratus ab illo, ad cujus favorem
tendebat, ad *Text. in leg. Metum 9. §. final. ff. de Eo, quod
met. cauſ.* & in puncto *Rot. deciſ 172. num. 37. par. 16. rec.* ibi:
*Satis eſt, quòd hæc tenderet in illius favorem, ad hoc ut me-
tus, ab alio illatus, cenſeatur ab eo procuratus.*
Iſtaque Juris præſumptio à facto irrefragabili confirmaba-
tur, nam quatuor ſunt teſtes, qui deponunt de facto proprio,
ac teſtantur de mandato Marchionis ſæpedictas minas, tam
circa denegationem alimentorum, quàm denegationem Fi-
liationis, & conſequenter interverſionem Status eidem in-
terpellaſſe, qui omnes ſuperlativam conſtituunt probatio-
nem, quia in hac materia ob difficultatem probationis ſuffi- 10
cit unicus tantùm teſtis de viſu, ſeu de facto proprio, & alii de
auditu, ut probavimus ſupra, quibus addimus *Cammarat.* 11
*reſponſ. 1. art. 1. nu. 31. §. Itaut*, ubi plures concordantes al-
legat, & *Rot. deciſ. 205. num. 11. coram Buratt.* ibique *Ad-
den. liter. A.*
Exceptiones verò, quæ tam contra dicta teſtium, quam
contra illorum Perſonas allegabantur, illegales, reputatæ
fuerunt; Nam illæ, quæ reſpiciebant dicta, præſeferebant
quidem cavilloſam ſubtilitatem, ſed fidem teſtibus non adi-
mebant, quia verſabantur circa accidentalia, non autem 12
circa ſubſtantialia, quinimò miraculum veritatis reputa-
tum fuit, quòd inter tot teſtes, Viros, & Mulieres, à di-
verſo Interprete, diverſo tempore, & diverſis interrogato-
riis examinatos, nemo in ſubſtantialibus variaverit; Et
omnes in hoc convenerint, quod Marchio minatus fuerit de-
negationem alimentorum, & Filiationis; Et viceverſa Fi-
lia ſemper conſtans fuerit, reſpondendo, quod ipſa aſſume-
bat habitum monaſticum, ut pareret præcepto Paterno, ſed
contra propriam voluntatem. Data enim concordantia te-
ſtium circa ſubſtantialia, eorum variatio circa accidentialia,
non minuebat, ſed potius augebat eorum fidem, ut mirabi-
liter probat *D. Thom. 2. 2. quæſt. 70 art. 2.* ibi: *Diſcordia te-
ſtimonii in aliquibus circumſtantiis, non pertinentibus ad ſub-* 13
*ſtantiam facti, non præjudicat teſtimonio quia homines non
conſueverunt circa talia multum ſollicitari, unde facile à me-
moria labuntur; Quinimò aliqua diſcordia in talibus facit te-
ſtimonium credibiliùs &c. Quia ſi in omnibus concordarent etiam
in minimis, viderentur ex condicto eundem ſermonem profer-
re*, cum aliis concordantibus, allegatis *in deciſ. 275. num. 8.
par. 19. rec.* & in præciſis terminis teſtium, deponentium
de metu in emittenda profeſſione egregiè *Rot. deciſ. 75. num.
11. cor. Peutinger.*
Aliæ pariter exceptiones, quæ Perſonas teſtium feriebant,
tanquam inſubſiſtentes, & in ſubjecta materia irrelevantes,
rejectæ fuerunt; Tum quia propter difficultatem probationis
admitti de Jure debent teſtes etiam ſingulares, & inhabiles,
qui aliàs non admitterentur: *Honded. conſ. 29. num. 24. lib. 1.* 14
*Cabreros de Metu lib. 1. cap. 9. num. 9. Ventri. in Prax. lib. 1.
tit. de Matrim. met. contr. annot. 4. § 3. num. 3. & Cammarat.
reſponſ. 1. art. 1. num. 30.* Tum etiam quia propter eorum ma-
gnum, & effrenatum numerum, exceptiones perſonales
non attenduntur; Sufficit enim ad hunc effectum, quòd ſint
ultra tres, etiamſi ſinguli exceptionem aliquam paterentur,
ut notat *Rot. deciſ. 214. num. 16. & 17. par. 10. rec. & dec. 351.
num. 5. cor. Ludoviſ.* & meliùs *Gloſſ.* quæ reputatur ſingularis 15
*in leg. 3. in verb. Numerus ff de Teſtibus*, de qua feſtum fecit
*Imol. in leg. Qui Teſtamento in principio ff. de Teſtament. Viv.
dec. 400. lib. 2. num. 24.* ibi: *Quinto poteſt etiam commodè re-
ſponderi, quod etiamſi omnes Teſtes forent Affines, & ſuſpe-
cti, ex quo ſunt tres, aut quatuor de eodem pacto, & promiſſione
&c. concorditer deponentes, certè tunc numerus ſupplet defe-
ctum in teſte, pleneque etiam probant.* Impoſſibile enim pro-
pemodum eſt, quòd tot teſtes, qui ſunt numero viginti, &
ultra, Inſtituto, conditione, & exercitio differentes, vo-
luerint in unum conſpirare, & in re adeo gravi, ſine ulla eo-
rum utilitate & in propriarum animarum perniciem, falſum
teſtimonium ferre, benè *Rot. deciſ. 135. num. 13. par. 18 rec.*
cum aliis concordantibus citatis *in Tract. de Livell. cap. 1.
§. 4. num. 4. & 5.* cum quibus proceſſit *Congr. Epiſcop. in Præ-* 16
*neſtina Nullit. Profeſſ 16. Junii 1717.* ut videre eſt in *tom. 3.
part 1. diſcept. 7. per totam* & ſignanter *num. 35. & ſequent.
& num. 61.*
Præterea vim maximam faciebant ad comprobationem
metus, imbecilla, & timida qualitas Filiæ, & auſtera, &
ſuperba conditio Patris; Filia enim erat Puella timidiſſima,
in minori ætate conſtituta, ad quam terrendam, tum inſpe-
cta ætate, tum ſexu, minor metus requiritur, quia faciliùs
concutitur Minor, quàm Major, *Caſtr. conſ. 174. num. 3.* 17
*lib. 1. Rimin. ſen conſ. 15. num 22. Rot. deciſ. 178. num 1. cor.
Caril.* & faciliùs Mulier, quàm Maſculus, *Gloſſ. in cap.
Cum locum de Sponſal. & deciſ. 930. num. 1. cor. Dunoz jun.* 18
& eò faciliùs Minor, & Fœmina ſimul *Barbat. conſ. 60 poſt
num. 4. lib 1. Soccin. conſ. 97. lib. 3. & Farin. Fragment. Crim.
par. 2 Verbo Metus num. 74.*
Rurſus in eo infeliciſſimo, & deplorando ſtatu poſita erat,
ut vivente Patre, nullo modo probare poterat ejus Filiatio-
nem; Quia in fide Baptiſmatis data opera deſcripta erat,
tanquam nata à fictitiis Parentibus, & totum ejus nobile tra-
ctamentum, & communis reputatio pro filia Marchionis,
Viri nobilis, & ditiſſimi, pendebat ad agnitionibus pater- 19
nis,

nis, nec ipſa poterat recurrere ad Principem, ad Judicem,
aut ad Conſanguineos, ut utrumque hoc beneficium, viven-
te Patre, conſequeretur, nam ſine documentis, nec Prin-
ceps, nec Judex, nec Conſanguinei poterant damnis com-
minatis occurrere, & ideò inutilis, & fruſtratorius fuiſſet
omnis recurſus, quæ circumſtantia ex omni parte inſupera-
bilis eſt, ad effectum probandi metum, ut probavimus ſu-
pra; Quoties enim Marchio ſe abſtinebat ab agnitionibus in
Filiam, ſubtrahebat modum, & media probandi filiationem,
hoc ſolum graviſſimum metum incutit, ut exemplificando
20 metum gravem tradit *Farinac. in Fragment. Crim. part. 2.
verb. Metus num. 14.* ibi: *Aliud exemplum in eo, qui non
vult reddere Inſtrumenta magnæ importantiæ, ut puta Status
alicujus, quòd indè inducatur metus juſtus, ad reſcindendum
contractum ſufficiens, voluit Odofred. in dict. leg. Interpoſita
num. 3. C. de Tranſact.*

E contra verò Marchio erat Vir ſuperbus, cœcæ obedien-
tiæ cupidus, ferox, violentiſſimus, & propoſiti ſui tenaciſ-
21 ſimus, &, ut aliqui teſtes dicunt, beſtialis, prout deponunt
de Gaſparis, fórmiter examinatus, Curietta, Bacchina,
A. D. ac P. & multi alii, qui metu excommunicationis re-
velarunt; Neque alios cumulamus, quia non loquimur de
aliquo Antipode, ſed de Viro toti Urbi plenè cognito; Quo-
ties enim concurrit reverentia, de Jure naturæ debita Patri
naturali, & ſeveritas, aut auſteritas ejuſdem Patris, tunc
22 ſolus metus reverentialis, abſque minis expreſſis, exuberat
pro juſto metu, quia in illo vultu ſevero, & auſtero virtuali-
ter continentur minæ, egregiè *Bartholom. de Vecchis in Pra-
xi Novit. diſput. 13. dub. 12. num. 19.* ibi: *Quod confirmatur,
nam reverentia cum ſeveritate, & terribilitate cenſetur ſuffi-
ciens pro juſto metu*, & pluribus relatis *Caſtill. contr. Jur. lib.
8. cap. 59. num. 49. Hermoſill. ad ll. partit. gloſſ. 3. leg. 56. tit. 5.
par. 5. num. 29. & 30. Paſqualig. dec. moral 125. num. 8.* ibi:
23 *Quando tamen concipitur non ſolùm ex Perſona, ſed etiam ex
qualitate petitionis, quia videlicet oſtendit animum, omninò
determinatum ad obtinendum, quod petitur, tunc certè cadit
in conſtantem Virum, quia rationabiliter ſibi perſuadet, quòd
niſi obſequatur, petens graviter indignabitur; Unde vere-
cundia, conjuncta eſt cum timore indignationis, & damni,
quod poteſt ex ea ſequi, & ideo eſt ſufficiens, ut cadat incon-
ſtantem Virum; Imò ſi non timeret, non eſſet conſtans, ſed
temerarius, Gam. dec. 262. num. 1. & Oſaſch. dec. 169. num. 3.*

Quinimò ſi Marchio, vice minarum, uſus fuiſſet preci-
bus, & ſuaſionibus, cum non eſſet in libertate Filiæ reſiſte-
re dictis precibus, & viceverſa preces fuerint importunæ,
ſepiùs, & à pluribus Perſonis repetitæ: hæc importunitas,
24 juncto metu reverentiali, exuberat ad nullitatem actus, &
probandum metum, ut eleganter *Quintilian. declamat. 181.
Rogo dicit, Imò jubet, non ſunt enim preces, ubi negandi li-
bertas non eſt*, & meliùs *Tacit. lib. 4. Annal.* ibi: *Preces erant,
ſed quibus contradici non poſſet, & lib. 13. Ann.* ibi: *Suaſio ab
25 eo, qui jubere poteſt, vim neceſſitatis affert*, quam refert, &
ſequitur *D. Piton. diſcept. 32. in fine, & Ego in tom. 2. par. 2.
diſcept. 8. num. 66.* cum aliis apud *Avendan. de Met. lib. 1. cap.
8. num. 24. Caſtill. contr. Jur. d. cap. 59. lib. 8. num 31. & Rot.
dec. 870. num. 10. & 11. cor. Emer. jun.*

Exemplum in durioribus terminis habemus in Sacris Scri-
pturis de Sampſone, qui importunis ſuggeſtionibus Dalidæ
coactus fuit veritatem propalare, ut legitur *Judic. 16. 16.*
26 ibi: *Cùmque moleſta eſſet ei, & per multos dies jugiter adhæ-
reret*, ubi verſio ſeptuaginta Interpretum ait: *Et factum
eſt, quando vexavit illum ſermonibus ſuis*: Chaldaica: *Cùm
moleſtaret illum in verbo ſuo, & oppreſſit eum*: Vatablus ibi-
dem *num. 34.* vertit: *Coarctaret, & penè cogeret. Abulenſis*
ſuper ea verba *quæſt. 15.* in fine: *Moleſtabat, & per iſtum mo-
dum neceſſe erat, quò tædio affectus exponeret veritatem*, &
27 habetur in extravag. *Execrabilis Jo: 22. de Præb.* ubi *Gloſſ.
verb. Quam extorſiſſe Barboſ. vot. deciſ. 1. lib. 1. num. 13, &
Rot. deciſ. 326. num. 13. cor. Ludoviſ.* ibi: *Concurrunt impor-
tunæ, & continuæ perſuaſiones, quibus nomine Patris ſolli-
citabatur à Noverca, quæ ſufficiunt ſine minis, & ver-
beribus.*

Inſubſiſtens pariter comperta fuit exceptio, quòd ad in-
cutiendum metum, requiratur Perſona, Facies, & Vox
Patris minantis, ſub inſubſiſtenti prætextu, quòd Perſona,
28 & Vox ſint illæ, quæ terreant, non autem ſufficiat, minas
fuiſſe relatas per interpoſitas Perſonas; Quia oppoſitum in
Jure reperitur cautum, in tribus *Textib. literalibus*, nempè
*in leg. Non intereſt, Cod. de His, quæ vi met. cauſ. fiunt*, ubi
29 *Gloſ.* in figuratione caſus, ibi: *Nec refert, an ab Emptore
compulſus fuerit, an ab alio, ſciente emptore*, & in *§. Vaſſal-
li tit. de Pac. Conſtant. in Uſib. Feud.* ibi: *Pactiones timore
noſtro, vel quæ per impreſſionem Nunciorum, factæ cenſentur
pro infectis habeantur, nec pro ea aliquid exigatur*, & in *l. Si
cum exceptione §. In hac actione ff. de Eo, quod metus cauſa*, ibi:
*In hac actione non quæritur, utrum is qui, convenitur, an alius
metum fecerit, ſufficit enim hoc docere, metum ſibi fuiſſe illatum,
aut vim*, & paulò poſt ibi: *Meritò quis non adſtringitur, ut de-
ſignet, quis ei metum, vel vim adhibuerit, & ideò ad hoc tantùm
Actor adſtringitur, ut doceat, metum in cauſa, fuiſſe*, & in 30
puncto nullitatis Matrimonii reſpondit *Lezzan. conſult. 47.
num. 63.* & tradit etiam *Rot. deciſ. 326. num. 18. & 23. cor. Lu-
doviſ.* ibi: *Et ſufficit, quòd fuerint Marchioniſſæ notificatæ
à Noverca, & illo Sacerdote.* Et in terminis metus, à Pa-
rente, moram faciente in Civitate Meſſanæ, incuſſi filio,
profeſſionem emittenti in Civitate Melitæ, benè *Rot. dec. 75.
num. 12. cor. Peuting.* juncta *deciſ. 32. num. 11. coram eodem* 31
ubi, quòd prædictæ Civitates ducentis milliaribus inter ſe
diſſitæ ſunt.

Convincebatur ulteriùs metus ex concurſu illarum trium
circumſtantiarum, quas DD. aſſerunt neceſſarias pro metu:
Prima nempè, quòd malum, quod timetur ſit grave; Se- 32
cunda, quod huic malo occurri aliquo modo non poſſit, ni-
ſi obtemperetur; & tertia denique, quòd Minans ſolitus ſit
exequi minas: Siquidem omnes copulativè concurrunt in
hac hypotheſi; Et quidem concurrit prima; Nam denegatio
alimentorum Filiæ naturali, non habenti documenta ad
probandam Filiationem, nec reſpectu Patris, nec Matris,
eſt graviſſimum damnum, & maximum malum, ad *Text.* 33
*in leg. Necare ff. de Liber. agnoſcen.* & æquè graviſſimum
damnum erat denegatio Filiationis, & interverſio Status
Perſonæ, quæ ſola infelici Puellæ, quæ à nutu Patris pen-
debat, maximum metum inferebat, juxta *Text. in leg. Iſti* 34
*quidem ff. de Eo, quod met. cauſ.* cui nunquam data fuit, ne-
que in æternum dari poterit congrua reſponſio.

Secunda etiam concurrit, quod ſcilicèt iſtis malis commi-
natis nequaquam occurri poterat, quia Puella deſtituta do-
cumentis, Conſanguineis, Pecuniis, omnique humano au- 35
xilio, nec Princeps, nec Judex ſine documentis, nec Con-
ſanguinei reſiſtendo poterant eidem ſuccurrere, ut probavi-
mus ſupra & ponderat *Lezzan. dicto conſult. 47. num. 65.* ibi:
*Porrò tale grave malum erit in præſenti maximè reſpectu te-* 36
*neræ Puellæ, non habentis aliud refugium, niſi Patris amo-
rem, & benevolentiam*, & *num. 68.* ibi: *Multò ergò magis
tenera Adoleſcentula 14 annorum, omni humano auxilio deſti-
tuta, timere juſtè potuit Patris ſævitiam, & ſic contrahere
contra propriam voluntatem.*

Tertia denique, quòd Minans ſolitus ſit minas exequi,
non eſſet neceſſaria, quia quidquid ſit de Perſona extranea, 37
incutiente metum, quando agitur de Patre, ſeu alia Perſo-
na, cui debetur reverentia, opus non eſt probare ſolitum
exequendi minas, ut reprobando contrarium ſentientes, di-
ſtinguit, & probat *Caſtill. contr. Jur. lib. 8. cap. 59. num. 53.*
ubi plures refert, & ſignanter *Riminaldum*, qui adducit adeò 38
ſolidum fundamentum, pro hac opinione, ut ipſemet *Caſtill.*
aſſerat, quod non modo dari, ſed nec excogitari poſſit con- 39
gruum reſponſum, *Rot. deciſ. 205. num. 12. coram Buratt.
& deciſ. 870. num. 16. coram Emer. Jun.* cum aliis cita-
tis ſupra.

Nihilominùs etiam iſta mirificè verificatur; Nam Mar-
chio executioni demandavit minas, præcedenter factas con-
tra Carolum Curiettum Avunculum, ob ſolam ſuſpicio-
nem, quòd ipſe eidem præcisè non referret ejus minas, di-
mittendo eum à proprio ſervitio, ex qua cauſa poſteà evaſit 40
miſerabilis, ut refert de Marchis, ibi: *Sicome da lì a poco
tempo lo mandò via, e ſi riduſſe miſerabile.* Ita etiam practi-
cavit cum Curietta, cui, ut Filiam cogeret ad Monacatum,
Denegavit conſuetam ſubventionem, & præſtationem ali-
mentorum, & ſi voluit ſibi victum parare, coacta fuit pau-
lò antè veſtitionem conſumere proprias pecunias, in Banco
Marchionis retentas, ut conſtat ex Receputa, in illius hæ-
reditate reperta, & poſt ejus obitum compenſata cum ſuo
credito; Et denique magis præcisè, & violentius minas de-
negationis alimentorum executus fuit contra Filiam, non 41
ſolùm quando eam coegit renunciare etiam ſupplemento ali-
mentorum, nullo priùs conſtituto Livello; Sed etiam quan-
do requiſitus ab Abbatiſſa pro conſtitutione dict. Livelli, ſi-
ne quo Monialis non poterat commodè vivere in dicto Mo-
naſterio, noluit illud conſtituere, ut probavimus ſupra, ea
reddita ratione, quia ipſam compellere volebat ad profeſſio-
nem emittendam, ut refert teſtis amiciſſimus Marchionis,
ibi: *E ricusò ſempre di fargliela, dicendomi, che in queſta
maniera voleva ſtringerla, e coartarla a ſtar ſempre ſubordi-
nata a Lui, e ſul timore di non perder la ſua protezzione, &
il man-*

*il mantenimento, che Luigli dava, obligarla a profeſſare*, & concordat Gargarius; Quamobrem ſi Marchio inter cætera minabatur denegationem alimentorum in caſu non ſecutæ
42 monacationis, & hæc verificatur ab Inſtrumento publico Renunciationis, & ab expreſſa denegatione Livelli, paulò antè profeſſionem, cujus effectus hodiè etiam viget, & durat, nullaque proindè major inveniri, neque dari poteſt melior probatio, tam circa minas, quàm circa illarum executionem, quàm illa, reſultans ab effectu ſequuto, & ab effe-
43 ctu, qui oculis corporeis conſpicitur, manibuſque tangitur, ut obſervat *Cravet. conſ.49. num.9. lib.1.*

Inſubſiſtens pariter detecta fuit altera exceptio, quòd ſcilicèt ad incutiendum metum, non ſufficiant minæ verbales, ſed requirantur ſimul malæ tractationes, verbera, & cruciatus corporis, & ſine verberibus, aut malis tractationi-
44 bus, nunquam dari poſſit metus gravis, & juſtus; Siquidem opinio hæc nullum habet fundamentum in Jure; Nam pro metu non eſt neceſſarius concurſus copulativus minarum, & verberum, ſed ſufficit, unum, aut alterum disjunctivè, & ſeparatim verificari, ut probavimus ſupra; Et ratio eſt, quia aliud eſt vis, aliud metus: Vis infertur corpori, mediantibus malis tractationibus, carceratione, verberibus, & hujuſmodi; Metus verò infertur animo, & eſt *trepidatio*
45 *mentis, inſtantis, vel futuri periculi causâ*, ad *Text. in leg. prima ff. de Eo, quòd met. cauſ. & Gloſſ. additionalis in cap 1. de His, quæ vi, met. cauſ.* Nos autem non prætendimus nullitatem profeſſionis ex capite vis, illatæ corpori, videlicèt ex cauſa verberationum, malarum tractationum, & hujuſmodi, ſed nullitatem prætendimus ex cauſa metus illati animo, Th. Liv. mediante comminatione denegationis alimentorum, & interverſionis Status, quorum utrumque erat periculum mali graviſſimi, aptum ad incutiendum metum maximum ſufficit enim pro nullitate actus, quòd interveniat,
46 vel vis, vel metus disjunctivè; Et de facto, tam Textus Juris Canonici, quàm Civilis, utuntur particula disjunctiva, *vel*, ut videre eſt ſub ſequenti titulo utriuſque Juris *de His, quæ vi, metuſve cauſa fiunt* ut benè differentiam hanc ponderat *à Pont. conſ.44. num.13.* & meliùs *Rot. dec 644. nu-*
47 *mer.25. par.1. rec.* ibi: *Ultrà quòd ipſa deponit de vi, non de metu, quæ longè inter ſe differunt; Illa enim refertur ad corpus, & metus ad animum, Gloſſ. in l. Si vi, vel metu, verſic. ſi vi C. de Iis quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, & ideò jure meritò Imperator redarguit Martianum, qui putabat non adeſſe vim ſine vulnere, ſeu malis tractationibus *in leg. Extat enim 13.*
48 *ff. de Eo, quod met. cauſ.* ibi: *Cæſar dixit, tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur.*

Hujuſmodi metus, à principio illatus Th. Liv. duravit etiam de tempore veſtitionis, ac profeſſionis, quia cùm utroque hoc tempore inſpecto, viveret adhuc Marchio, qui fue-
49 rat cauſa metus, & vigeret etiam eadem potentia nocendi; In his circumſtantiis, quicumque actus fiant à metum paſſo, etiamſi extrinſecùs appareant liberi, & jucundo, lætoque animo facti, præſumuntur ſemper, & ad ſemper meticuloſi, commentitii, & ficti, quia hoc habet ſpeciale metus, ut in ſuperficie oſtendat volitionem, in medulla nolitionem, & ſcinditur cor hominis in duas partes, & una pars eſt velle, altera nolle, prima ſuperficialis, ſecunda realis, ſunt verba *Baldi*, relata à *Barboſ. vot. deciſ.177 num.45. lib.3. Camma-*
50 *rat. reſponſ.1. art.1. num 14.* Et ideò durante cauſa metus, difficile, quinimò impoſſibile reputatur probare contrarium, & nullus actus, etiam juratus, & exprimens omnimodam libertatem, & ſpontaneitatem, capax eſt excludendi metum, ut probavimus ſupra; Quinimò quò magis apparent ſpontanei, eò magis confirmant metum, durante ipſius cau-
51 ſa *Rot. dec.392. num.3. cor. Ludoviſ. & dec.855. num.6. & dec. 628. num.1. & per tot. cor. Merlini.* Neque clauſulæ ſpontè, & libenter, in ipſo contractu appoſitæ, metum jam incuſſum excludunt, benè *Valenzuol conſ.29. num 47. Roland. à Vall.*
52 *conſ.100. num.134. lib.4. Staiban. reſolut.70. num.24. Hermoſill. ad ll. partit. gloſ.1. leg.56. partit.5. tit.5. num.75. Caſtill. contr. Jur. lib 8. cap.59. num.32.* ibi: *Aut in Inſtrumento diceretur, spontè contractum fuiſſe celebratum, quia per eundem timorem appoſita cenſentur talia verba, per quem factus fuit contractus, & nedum non tollitur præſumptio metus per talia verba, ſed augetur, & geminatur.*

Neque continuatio metus de tempore veſtitionis, & profeſſionis probatur ex hac ſola, licet prævalidiſſima præſumptione Juris; ſed concurrunt ulteriùs extrinſeca documenta, quæ hanc veritatem ad evidentiam oſtendunt. De tempore
53 enim aſſumptionis habitus Religioſi, & præcisè die antecedenti, Th. Liv. continuò plorabat ex ea ſola ponderatione, quòd Monialis coactè fieri debebat, & præ lacrymis vix loqui poterat, ita ut fugiebat Cantus, & Choræas, ad eam à meſtitia ſublevandam ex induſtria Marchionis deſtinatas, ut refert teſtis, formiter examinatus, ibi: *Mi accorſi, che piangeva dirottamente in vece di ſtar ſollevata per la Converſazione, che aveva, e non mi riſpoſe per il piangere, che faceva, per il che nuovavente gli diſſi, ſe per qual cauſa Ella piangeſſe: Mi riſpoſe, che conſiderava, che il giorno ſeguente dovea racchiuderſi dentro il Monaſtero con tanta ſua averſione, ma che ſperava di dover dare ſodisfazione a tutti con laſciarci la vita &c.* & concordat etiam Minaccionus, ſub hac ſua depoſitiones defunctus ibi: *Che il giorno antecedente a quello ſi dovea veſtire, riflettendo all'atto, che dovea fare, gli tremorono tutte l'oſſa*, & concordat etiam moderna Abbatiſſa, ibi: *Mi ſoggiunſe* (hoc eſt P. Zucchius) *che il giorno avanti ſi veſtiſſe la detta Sig. Pallavicina aveva avute delle ſmanie, ſino a venirgli un accidente* (Notentur quæſo ſequentia verba, & præciſa cauſalis) *perche non voleva farſi Monacha*; Hujuſmodi enim deliquia, ſuſpiria, tremor Oſſium, & lacrymæ pridiè ante veſtitionem, ſunt ſigna manifeſtiſſima coactæ volun- 54
tatis, & continuationis metus in ipſo momento veſtitionis, quia teſte *Diogene in Troade*: *Suſpirium morſus eſt doloris*,
& *Ovidius lib.3. De Ponto Eleg.* ibi: *Nam lacrymæ interdum* 55
*pondera vocis habent*, & ex noſtris *Menoch. lib 3. præſumpt. 126. num.17. Rot. dec.326. num.40. cor. Ludoviſ. & dec.859. num.2. cor. Seraph. dec.25. num.49. cor. Arguell.*

Hujuſmodi conqueſtiones, & lacrymas vidit, agnovit, & reſcivit Marchio Pater, ſed cor ejus induratum ſemper inflexibile ſtetit, quinimò vix ſequta veſtitione, de oppreſſione, & concuſſione innocentis Puellæ ejus Filiæ, nova ja- 56
ctantiæ ſpecie, ſummoperè gloriabatur, ut refert de Gaſparis ejus Magiſter Domus, ibi: *Anzi una volta doppo, che detta Sig. Tereſa Livia ſi veſtì Monaca in diſcorſo, che detto Sig. Marcheſe fece con me teſtimonio, ſentj dirgli quaſi gloriandoſene, le ſeguenti, e conſimili parole, cioè: Già hò meſſo un Catenaccio, tanto hò fatto, ſinche ci ſono arrivato a farla Monacha. Io ſono un Uomo, che quando mi metto in capo una coſa, così la voglio, e così hà da eſſere*: Hæc autem jactantia, quæ reſpicit tempus præciſum aſſumptionis habitus, facta ab illomet, qui metum incuſſit, probat manifeſtiſſimè metum, 57
ut in puncto ponderat *Cammerat. reſponſ.1. art.1. num.50.* & firmavit *Rot. dec.643. num.18. par.1. rec.*

De tempore etiam præciſo profeſſionis concurrunt plura evidentiſſima ſigna continuationis metus, nempe timor, & maxima ſollicitudo Marchionis, ne ejus Filia contrariam ſuam voluntatem propalaret: Plures declarationes paulò ante factæ ab eadem Filia de ejus contraria voluntate; Pallor vultus, & tremula vox in actu proferendi vota; Declaratio Confeſſarii, qui dederat Exercitia ſpiritualia, quòd eam re- 58
pererat *un cervello ſtravagante, volubile, e poco inclinato all'oſſervanza Regolare*, quæ omnia latiùs examinavimus ſupra; Quibus addimus novam jactantiam Marchionis ſtatim ſequuta profeſſione de metu incuſſo ejus Filiæ, quàm refert de Marchis, ibi: *Dunque è meſſo il Catenaccio, sbattendo le mani, adeſſo dì, che ſcappi, ſe puole.* Quæ jactantia probat ad evidentiam ex ore proprio Marchionis coactionem, & metum de tempore præciſo profeſſionis, ex authoritatibus ſupra allegatis.

Neque attendi meretur formale examen ſex Monialium, ſuper quo tota contraria defenſio circuit, & revolvitur, ex 59
rationibus, ſupra expenſis.

Hæc erant fundamenta, cum quibus proceſſum fuit in præterita Cauſæ propoſitione, verùm quia inſiſtebatur adhuc ex adverſo in tacita ratificatione, & quia nonnulli ex noſtris teſtibus referebant reclamationes Th Liv. ſequutas in Domo 60
qualificatæ Perſonæ, ad removendum omnem ſcrupulum prætenſæ tacitæ ratificationis inter informandum expoſuimus, quòd digniſſimus Prælatus, cujus opera inita fuit tranſactio inter Monaſterium, & Curietram repetitis vicibus Th Liv. inſinuaverat, quod talis tranſactio eidem non præjudicabat; Hinc dilata Cauſæ reſolutione injunctum fuit, quòd audirentur d. qualificatæ perſonæ, & examinaretur alia, quibus adimpletis, in gradu quodam ſuperlativo comprobatæ reman- 61
ſerunt hæ duæ circumſtantiæ; Prima, quòd etiam in d Domo T. L. exclamavit, & conqueſta fuit: Et ſecunda, quòd contra ſuam voluntatem, & ſub fiducia, quòd illa ſuis prætenſionibus non præjudicabat, non tanquam principalis Contrahens, ſed uti una ex cœtu Monialium, præſentiam ſuam præſtitit controverſæ tranſactioni, & ſic neque per umbram tacitè ratificavit ſuam profeſſionem, in radice nullam.

Quod attinet ad primam circumſtantiam: non poſſumus aſſerere aliquod de reſponſione primi, quia illam non vidimus, ſed audivimus dumtaxat cæterus, quod nihil concludit,

eludit, nec pro, nec contra; Nobis igitur ſufficit, quòd ex-
preſsè non excludat reclamationes, & contrariam volunta-
tem Th. Liv. Quia cùm agatur de Viro qualificatiſſimo, ſuæ
notoriæ probitati non congruit, referre conqueſtiones, &
contrariam voluntatem d. Puellæ, etiamſi de illa pleniſſi-
mam, & certam notitiam habuiſſe, quia auxilium præbuiſ-
ſet Marchioni in re prohibita, commodando Domum, ad-
62 verſus diſpoſitionem *Conc. Trid. de Reform. ſeſſ.25. cap.19.*
Unde etiamſi id ſciret non teneretur reſpondere, ex animad-
verſis per *Bald. in leg. Si defenſor.* §. *Qui interrogatus, in
verſ. Summatim. de Interdict. act.* & probat *Seraph. de Privil.
juram. privil.33. num.*197. Quinimò cum expreſsè non nega-
verit, & pluriès recuſaverit ſe ſubjicere examini, hæc ipſa
recuſatio, & protelatio pleniſſimè probat noſtrum intentum.

Non ſic autem alter teſtis licèt valdè caſtigatè, loquutus
63 fuerit: In primis enim faſſus fuit, quòd Th. Liv. plenam
vocationem ſuſcipiendi habitum monaſticum non habebat,
ibi: *Conobbi che in detto tempo non aveua plena vocazione di
farſi Monacha.*

2. Narrat quamdam circumſtantiam, quæ ſola inſupera-
bilem averſionem Statui religioſo manifeſtat. Supponit enim,
quadam die eandem Th. Liv. in ſtatu veræ deſperationis poſi-
64 tam, altas conqueſtiones feciſſe contra ipſummet Deum, hiſce
verbis, ibi: *Ed eſſa aveua riſpoſto alla mia preſenza, che Lei,
cioè la Sig. Tereſa Livia, conſtrataua con il Sig. Iddio, e che ſe il
Sig. Iddio la voleua Monaca, doueua ancora dargli la vocazione.*

3. Refert eandem Th. Liv. pridiè ante ſuſceptionem habi-
tus, circa finem prandii ex abrupto, ac ſine ulla cauſa pluri-
65 mum lacrymatam fuiſſe, & eadem die de ſero poſt cœnam
majori impetu lacrymas effudiſſe, ibi: *Nel fine del pranzo
detta Sig. Tereſa Livia proruppe in un pianto grandiſſimo all'
improuiſo, ſenza che Io poſſa ricordarmi, che occaſione aueſſe
di piangere in quel punto,* & paulò poſt, ibi: *Immediatamen-
te, che fù finita la Cena proruppe di nuovo in un pianto gran-
diſſimo, e più ſtrepitoſo di quello della mattina, e durò a pian-
gere un hora in circa, Ed Io vedendola così piangere, ſuppo-
nendo* (notentur ſequentia verba) *che piangeſſe perche ſi fa-
ceua mal volentieri Monacha, cominciai a conſolarla,* & in
hoc concordat cum omnibus aliis teſtibus.

4. Conteſtatur, quod eadem Th. Liv. fugiebat cantus,
& converſationem aliorum, ibi: *Gli fù procurato in Caſa
mia qualche diuertimento di ſera, cioè di ſuoni, e canti nelli
66 qualli eſſa Signora non vi ſi trattene continuamente, ma anda-
va, e veniua per la Caſa,* in qua circumſtantia clarius lo-
quitur alter qualificatus teſtis: *Ma la medema allora mi riſpo-
ſe, che non ſi curava di ſpaſſo veruno, e quello agl'altri era di
ſollieuo, per Lei era di tormento, anzi che era impoſſibile di
poter ſtare in conuerſazione con dette Signore ſenza dare a co-
noſcere la ſua paſſione, che ritraeua dal rifleſſo di eſſer gionta
l'ora di andarſi a monacare contro la ſua volontà.*

5. Denique fatetur, in ipſa die veſtitionis, ſequuta jam
functione, vidiſſe Th. Liv. oculis lacrymantibus, ibi: *Ben-
che la vedeſſi con gli occhi lacrimoſi in occaſione, che finita la fun-
67 zione venne alla Porta del Monaſtero per far meco qualche com-
plimento:* Hæ autem circumſtantiæ, relatæ à dicto teſte
omni exceptione majore, pleniſſimè probant conqueſtiones,
& reclamationes Th. Liv. & plus probant quam in cortice
verborum fuit expreſſum, quia à toto contextu examinis pa-
tet, quòd voluit excludere Perſonam alteriùs teſtis ab earum
notitia, dum neque in prandio, neque in cœna, quando Th.
Liv. adeò vehementer ploravit, dictus alius teſtis repertus
fuit præſens; Rurſus patet, quod referendo conqueſtiones,
utitur terminis diminutivis *poco volentieri, poca vocazione*,
& diſſimulat cauſam ploratus in prandio, hæc autem omnia
tendunt, non ad celandam veritatem, quæ ex jam relatis
emicat, ſed ex aliquali minoratione averſionis, ad magis
confirmandam probitatem utriuſque teſtis, ne viderentur in
re à S. Conc. Trid ſub anathemate prohibita, manus adju-
trices præbuiſſe, ut Reflectenti patet.

Neque in aliquo obſtat, quòd poſt ſequutam veſtitionem
68 ampliùs non reclamaverit cum dicto teſte; Sufficit enim quòd
reclamaverit, & conqueſta fuerit cum aliis, tam tempore
Novitiatus, quàm poſtea, ut latiùs probavimus ſupra; Ne-
que opus erat, quod cum omnibus, & præſertim cum confi-
dentibus Patris, eaſdem cantilenas repeteret.

Minùs officit antiquatum objectum, quòd Marchio reli-
querit ejus Filiam in libertate, dum in caſu non ſequutæ mo-
69 nacationis hæc comminatus fuerit, ibi: *Ma non facendoſi
Monacha ſarebbe ſtata una Pouerella, e che l'auerebbe mari-
tata ad un Seruitore, o un Artiſta,* ut refert de ore ejuſdem
d. teſtis, quæ minæ aptæ non ſint ad incutiendum metum,
ut ſolet exadverſo exagerari.

Idem ſiquidem teſtis fatetur, non retuliſſe omnia, quæ
audiverat à Puella, ut colligitur ex illis verbis, ibi: *Per-
che, trà l'altre coſe, mi diſſe la medema Sig. Liuia:* Et ideò
inter alias res, expreſſas ab eadem Th. Liv. & à dicto teſte
recititas, ibi: *Tra le altre coſe mi diſſe*; verificatur tota la-
crymabilis hiſtoria, totaque machinatio Marchionis, ad eam
præcisè compellendam ad Statum monaſticum, quod ſcili-
cèt à principio Marchio cæpit eam terrere cum matrimonio
inæquali, ſed videns poſteà, quòd ab hiſce minis non terre-
batur, ſed potius acceptaverat matrimonium ordinarium,
& inæquale, pro quo Conſtantia Mater aliquod ſubſidium
poſtulabat, graviores minas adhibuit, & matrimonium
etiam inæquale impedivit, ſe declarando, quòd ſi illa nu-
beret in ſæculo, *non ci voleua ſpendere un quatrino &c. e s'è* 70
*tua figlia, penſaci tu, che Io non ci hò che fare, nè la conoſco
per niente,* ut deponunt tres teſtes, exadverſo inducti, &
producti in Tribunali Cameræ. Quinimò cum Creſcius re-
ferret inclinationem Puellæ ad matrimonium potiùs tempo-
rale, quàm ſpirituale, ſeverè reſpondit Marchio: *Si farà
Monaca, o che Lei voglia, o che non voglia,* & pluries idipſum
expreſſit cum aliis ſuis Confidentibus, ut revelavit teſtis qua-
lificatus Pictor famoſus, ibi: *Si eſpreſſe più volte, tanto con
me, quanto con altri, eſagerando, che la voleua monacare,
ancorche Lei non voleſſe, e contro la ſua volontà,* ut probavi-
mus ſupra.

At quid aliundè in hoc puncto argumenta quærimus? Deus
ipſe, qui eſt Protector veritatis, manus ſuas adjutrices de-
dit, ut hæc denegata libertas nubendi in ſæculo, ex facto
Oppoſitorum in lucem prodiret; Quippe poſtquam iidem
notitiam habuerant ab examine dicti ultimi teſtis, quod in
Domo N. N. Th. Liv. magnam confidentiam habebat cum
Anna Maria Bolognina, tunc Cubicularia, & nunc Mo- 71
niali in Monaſterio S. Margaritæ de Urbe, procurarunt ob-
tinere ab ea atteſtationem, quam noluit facere, & propte-
rea fecerunt præſentare eidem Monitorium Excommunica-
tionis, cujus vigore poſtquam narravit hoc factum, revela-
vit ulteriùs non ſolùm continuas reclamationes, & conque-
ſtiones Th. Liv. circa metum, & coactionem, ab ipſa paſ-
ſam, ſed etiam circa ademptam ſibi libertatem nubendi in
Sæculo, ibi: *In detto tempo preſe molta confidenza con me &c.
e mi diceua, ed eſaggeraua la ſua diſgrazia di eſſer neceſſitata a
farſi Monaca contro la ſua volontà, dicendomi ſpeſſe volte, che
Lei non aveua vocazione di eſſer Monaca, & che ſe il Sig. Mar-
cheſe l'aueſſe laſciata in ſua libertà non ſi ſarebbe mai fatta Mo-
naca, ma ſi ſarebbe maritata, ſe il Signor Marcheſe ſudetto
gliel'aveſſe permeſſo*; Idque etiam confirmatur, tam quoad
continuas querelas, quàm quoad ademptam libertatem eli-
gendi Statum ſæcularem ab alio qualificato teſte, in omni-
bus conteſte cum dicta Moniali; Undè ſupponere in his ter-
minis, quòd eadem Puella relicta fuerit in libertate nubendi
in Sæculo, poſtquam non ſolum noſtri teſtes, ſed etiam di-
cta Monialis metu excommunicationis contrarium revela-
vit, idem eſt ac Solem in meridie controvertere.

Quòd verò attinet ad ſecundam circumſtantiam, nempe
ad prætenſam tacitam ratificationem, elicitam ex interven- 72
tu ejuſdem Puellæ in Inſtrumento tranſactionis, initæ inter
Monaſterium, & Curiettam, hodie omnis quæſtio ceſſat ex
facto, de mandato hujus Sac. Cong. relato ab eodem inſigni
Prælato, qui de tempore Tranſactionis erat Advocatus Mo-
naſterii, & prævidens, quòd in caſu victoriæ ſuper ſucceſ-
ſione ad hæreditatem Marchionis totum emolumentum que-
rebatur Curiettæ, quæ erat Renunciataria ejus Filiæ, om-
ne ſtudium adhibuit, ut ad utilitatem Monaſterii fieret con-
troverſa Tranſactio, & inter ipſum, & Gorum, qui erat
Procurator ejuſdem Monaſterii, abſque ulla ſcientia, tam
dict. D. Curiettæ, quàm Th. Liv. præmeditatus fuit modus
tranſigendi, videlicèt, quòd in caſu recuperationis duarum
unciarum, una deberetur Monaſterio, altera Matri: In
caſu ſucceſſionis ad integram hæreditatem, medietas ſpecta-
ret ad Monaſterium, & alia medietas ad Matrem: Et in ca-
ſu ſimplicis Livelli, totum, & intactum remaneret pro
Moniali.

Quamobrem, requiſito conſenſu huic tranſactioni, tam
à Curietta, quàm à Th Liv. Curietta ad requiſitionem dicti 73
Prælati ſtatim conſenſit; E'contra verò Th. Liv. quæ jam
meditabatur intentare Judicium Nullitatis ſuæ profeſſionis,
licèt pluriès laceſſita à Goro, & à q. Fanciſco Minaccinno,
qui erat Clericus S. Mariæ Majoris, noluit d. Tranſactioni
ineundæ conſentire, ut refert dict. Prælatus, ibi: *Ottenni il
conſenſo della Madre, non così il Gori, ed il detto Giovine,
perche mi riferirono, che per quanto aveſſero fatto, la detta
Monaca non voleva conſentire, e conveniſſimo, che Io andaſſi al
Monaſte-*

*Monaſtero;* Acceſſit propterea dictus Prælatus ad Monaſte-
rium, & redarguta Th. Liv. de ejus renitentia in præſtando
conſenſu dictæ Tranſactioni, qui ad utilitatem proprii Mo-
naſterii tendebat, ipſa apertè reſpondit: *Che dubitava, che
foſſe a Lei, ed a ſua Madre di pregiudizio &c.* Additque nul-
lam ſollicitudinem habere de utilitate Monaſterii, ea reddi-
ta ratione, ibi: *Perche il d. Marcheſe l'aveua fatta far Mo-
naca contro ſua voglia, che vi ſtaua mal volentieri, e che quan-
do la Robba foſſe andata al Monaſtero, tanto eſſa non auerebbe
avuto niente*, quamvis dictus Prælatus omnes adhibuerit co-
natus pro obtinendo dicto conſenſu, adhuc Th. Liv. tota illa
die ſemper recuſavit, ibi: *Non volle darmi quel giorno riſpo-
ſta concluſiva e mi ricordo, che dimorai quaſi ſino all'Ave Ma-
ria da Ella.*

Non omiſit tamen ulteriores diligentias, ut partes optimi
Advocati pro ſuo Monaſterio impleret; Nam iterum adhi-
buit operam Gori, & Minaccioni, ut Monialis conſenſum
ſuum Tranſactioni accommodaret; Sed vanæ etiam evaſe-
runt iſtæ novæ diligentiæ: Quippe eiſdem Emiſſariis aper-
74 tiùs reſpondit: *Che non voleua fare il detto accordo, dubi-
tando di pregiudicarſi, che gli era ſtato detto, che poteua uſci-
re dal Monaſtero, promouendo la nullità della ſua Profeſſione*;
Undè ægrè ferens dictus Prælatus adeo obſtinatam reniten-
tiam Puellæ, iterùm perſonaliter acceſſit ad Monaſterium,
iterumque ea vehementiùs objurgata, ut eam induceret ad
conſentiendum, præmiſſo priùs, quòd erat vana ejus præ-
tenſio exeundi à Monaſterio, & annullandi Profeſſionem,
(Sic enim, & non alias loqui debebat Advocatus Monaſte-
rii) eam aſſecuravit, quòd Tranſactio præjudicium ſibi non
inferebat & ſub hac inſinuatione, & aſſecuratione conſenſum
poſtea Th. Liv. præſtitit, ut refert idem Prælatus, ibi: *Li
ſoggiunſi, che doueа far d. accordo, e levarſi dal capo tali ſen-
timenti, perche non vi era alcun ſuo pregiudizio, onde a det-
ta mia perſuaſione, mi diſſe &c. che auerebbe acconſentito a
detto accordo.*

Occaſione iſtorum Congreſſuum, plures reclamationes,
75 & altas declamationes contra defectum Patrem, qui metum
incuſſit, audivit dictus Prælatus, ſed quia ob lapſum tempo-
ris perfectè de earum ſubſtantia non recordabatur, pro cau-
tela ejus conſcientiæ nimis ſcrupuloſè agens, ſe abſtinuit eas
referre: Sed veritas eſt in ſubſtantia, quod iſtæ reclamatio-
nes, & conqueſtiones adfuerunt, ut ipſemet proteſtatur, ibi:
*Anzi per cautela di mia coſcienza in materia così graue, mi ſo-
no aſtenuto di riferire quelle coſe, nelle quali la mente mia re-
ſtaua dubia, riſpetto a ciò, che riſguarda il diſcorſo tenuto, ed
eſaggerazioni fatte dalla detta Monaca con me nel parlare della
ſua profeſſione, nelle occaſioni ſopra eſpreſſe.*

Ponderatis igitur omnibus circumſtantiis, relatis à d. Præ-
lato, clarè ſupra omnem evidentiam excluditur prætenſa ta-
76 cita ratificatio ex interventu in Inſtrumento Tranſactionis,
quia non ſemel, nec bis, ſed tertiò recuſavit conſentire dict.
Tranſactioni, & ratio cur reſiſtebat, erat, quia dubitabat
de aliquo ſuo præjudicio, quam reddidit primo loco, ibi:
*Riſpoſe, che dubitaua, che foſſe a Lei, ed a ſua Madre di pre-
giudizio;* Secundo loco Goro, & Minacciono, ibi: *Mi ri-
ferirono, che non voleua fare il d accordo, dubitando di pre-
giudicarſi;* Præjudicium autem timebat ex eo præcisè, quòd
intendebat annullare ſuam Profeſſionem, ut proſequendo
diſcurſus retulerunt d Gorus, & Minaccionus ibi: *Che gli
era ſtato detto, che poteua uſciſe dal Monaſtero, promouendo
la nullità della ſua profeſſione;* Cùm autem ſub fide d Præla-
ti, celeberrimi Juris conſulti, & Viri omni exceptione ma-
joris, conſenſum, ſeu potiùs materialem præſentiam præ-
ſtiterit d. Tranſactioni, ſub ſuppoſito eidem facto, quòd ſibi
non præjudicabat, ibi: *Le ſoggiunſi, che doueа far detto ac-
cordo, e leuarſi dal capo tali ſentimenti, perche non vi era al-
cun ſuo pregiudizio;* Hæc reiterata renitentia tranſigendi,
dictumque ſuppoſitum, ſibi factum à Viro omni fide digno,
excludit ad evidentiam quamcumque tacitam ratificationem;
quia hic actus factus fuit non animo ratificandi Profeſſionem
nullam, ſed potiùs animo ab ea reclamandi, dum voluit
priùs eſſe cauta, quod ſibi præjudicium non inferebat, ut
patet Reflectenti.

Quemadmodum igitur in facto non regit prætenſa tacita
ratificatio, elicita ex dicta tranſactione, ita, & tantò minus
77 relevat in jure, tum inſpecta natura, & quidditate ratifica-
tionis, tum authoritate DD. in caſu præciſo, tum & deni-
que circumſtantiis antecedentibus, concomitantibus, &
ſubſequentibus.

Et quidem inſpecta natura ratificationis, nam pro ea in-
ducenda requiritur principaliter, quòd actus, qui geritur,
importet pernecesſè tacitam ratificationem, & eo animo, &
voluntate formali, præciſa, & poſitiva, talis actus fiat, ut
ſcilicèt ratificetur profeſſio nulla, ut latè probavimus ſupra.

Hic autem tranſactio inita principaliter fuit à Monaſterio,
non autem à Puella, quæ in illo intervenit tamquam una ex
Monialibus, non autem tamquam principaliter Contrahens,
& de facto nunquam loquuta fuit, aut miſerabilem ſyllabam
protulit, neque talis Tranſactio, cadens ſimpliciter ſuper
repartimento bonorum hæreditariorum Marchionis, impor-
tat pernecesſè tacitam ratificationem Profeſſionis nullæ; 78
Rurſus facta non fuit animo præciſo, & determinato ratifi-
candi Profeſſionem nullam, ſed potiùs animo contrario, &
ſub aſſecuratione, quòd talis actus eidem non præjudicabat
ſuper puncto nullitatis Profeſſionis, & ideò impoſſibile pror-
ſus eſt, quòd ex eo elici poſſit tacita ratificatio, pro qua ne-
ceſſarium præcisè eſt novum Votum, & nuova voluntas for-
malis, & poſitiva iterum confirmandi profeſſionem, iterum-
que vinculis Religionis ſe ſubjiciendi, ut præter adductos ſu-
pra, egregiè probat *Pellizz. tract. de Profeſſ. Religioſ. cap. 5.
ſect. 2. num. 57 in fin.* ibi: *Præterea ratificatio profeſſionis in-
validæ, eſt novum Votum, ideoque cùm Voti vinculum non
contrahatur, niſi voluntate formali ratificandi dictam profeſ-
ſionem, preſertim cùm talis ratificatio ſit res maximi momenti,
totum vitæ ſtatum ſpectans, undè, & petit maximam deli-
berationem.*

Inſpecta etiam authoritate DD. in hoc caſu præciſo, ex-
cluditur prætenſa tacita ratificatio; Diſcuſſa enim hujuſmo-
di quæſtione, an Tranſactio, inita à Monacho, ſeu Mo- 79
niali, importet tacitam ratificationem profeſſionis nullæ,
ſolidiſſimè tuentur opinionem negativam pro excluſione Ra-
tificationis, ut videre eſt apud *Rebuff. conſ. 68 §. Etiam nun-
quam, & Cammarat. reſponſ. 1. art. 2. num. 9. & per tot.* Cùm
autem iſti graviſſimi Anthores loquantur in ipſo caſu præciſo
noſtro, & nulla lex, aut Doctor allegetur ex adverſo in con-
trarium, reputari debet eorum authoritas pro caſu legis, &
idem eſt, ac ſi allegaremus Textum Civilem, aut Canoni-
cum pro excluſione tacitæ ratificationis egregiè *Rot. dec. 2121.
n. 8. cor. Coccin.* ibi: *Quorum deciſio etiam ſine lege dicitur ca-* 80
*ſus legis, donec alius allegetur, qui contradicat &c. & dec. 43.
num. 13. cor. Anſald.* ibi: *Simplex Doctor, magis in indivi-
duo differens, & firmans caſum, nullumque habens Contra-
dictorem pro lege tenendus eſt, & dec. 223. num. 15. par. 5. rec.*
ibi: *Cùm opinio &c. non habeat Contradictorem ab eo, tan-
quam à caſu legis non eſt recedendum, & dec. 106. num. 7. par.
18.* ibi: *Quando non extat, qui contradicat, Doctoris deci-
ſio dicitur caſus legis*, & in *Giennen. Juris votandi 2. Julii
1706. §. Quod indubitanter cor. Kaunitz* ibi: *In judicando
ſequenda eſt authoritas etiam unius Doctoris, in illis circum-
ſtantiis contradictore carens.*

Hinc inſubſiſtens eſt reſponſio, quòd *Camerata* in mate-
riis Eccleſiaſticis non ſit magnæ authoritatis; Ultra quòd 81
enim ſemper remaneret authoritas *Rebuff.*, qui communi om-
nium ſenſu reputatur magnus Canoniſta; Dicimus, *Cam-
meratam* magnam facere authoritatem, non ſolùm quia ſe-
cundùm ejus Reſponſum emanavit Res judicata, quæ ſuum
plenarium effectum habuit, ut legitur in ſæpedicto *reſponſo
1. articul. 2. in fin.* Verùm etiam quia excitat viviſſimas
rationes, eaſque confirmat non ſolùm cum *dec. Rotæ Roma-
næ*, ſed cùm aliis probatiſſimis Authoritatibus: Undè au-
thoritatem facit, tum ex ſeipſo, tum ex re Judicata ſequuta,
tùm denique ex DD. quos allegat, per ea, quæ firmavit *Rot.* 82
*dec. 13. num. 22. apud D. Proſper de Territ ſepar. & in Roma-
na Cappellaniæ 3. Junii 1711. §. Et ob id cor. Anſald.*

Denique tacita ratificatio excluditur ab antecedentibus,
concomitantibus, & ſubſequentibus; Nam ante Tranſa-
ctionem, etiam vivente Patre tempore, quo nulla ſpes exeun-
di aderat, nunquam voluit accedere ad Chorum, aliaque
Exercitia, Monialibus propria, peragere; Semper retinuit
Veſtes ſæculares cùm illa declaratione emiſſa tempore No-
vitiatus, *che poteva eſſere, che un giorno gl'aveſſero da ſervi-* 83
*re*, ut refert qualificatus teſtis, ſemperque, & continuò re-
clamavit, & conqueſta fuit, ut probavimus ſupra. De tem-
pore proximo tranſactioni continuavit reclamationes, con-
tinuavit inobſervantiam Regulæ, & inobedientiam Abba-
tiſſæ, retentionem veſtium ſæcularium, maledixit cineri-
bus Patris, qui fuit cauſa ſuæ coactæ monacationis; Quini-
mò dum Defenſores Monaſterii inſiſtebant pro ineunda Con-
cordia viriliter ſemel, bis, & tertiò recuſavit, quia nolebat
ſibi præjudicium inferre ſuper puncto nullitatis ſuæ profeſſio-
nis; Quis enim ſibi ſuadere poterit, quòd Puella, quæ toto
tempore anteacto, etiam vivente Patre, quo nulla aderat
ſpes exeundi à Monaſterio, declamavit, & reclamavit con-
tra ſuam profeſſionem; Eo poſtmodum defuncto, & ſic
ceſſante

ceſſante cauſa metus, ac reſurgente ſpe ſe liberandi à vinculo Religionis, nulla impellente cauſa de novo, ex abrupto voluerit ſe ultroneè Religionis jugo ſubjicere; profeſſionem jam
84 nullam, & uſque tunc deteſtatam, voluntariè ratificare? Profectò in his circumſtantiis eſt edeo inveriſimilis hujuſmodi prætenſa ratificatio, ut habeat ſpeciem veri paradoxi, ut in puncto obſervat *Rot. dec. 9. num. 36. cor. Arguel.* ibi: *Decimò addebat unus ex Dominis, non eſſe veriſimile, quod Franciſca, quæ per ſpatium 24. & ultra annorum ante dictum actum, ſe Monialem eſſe conſtantiſſimè recuſaverat, &c. ex abrupto, nulla extrinſeca compellente cauſa fortiſſima, mutata repente voluntate, Monialitatem ſequi decreviſſet.*

Ex circumſtantiis etiam ſubſequentibus magis excluditur prætenſa tacita ratificatio; Nam Tranſactio inita fuit de menſe Octobris 1714. Poſt hoc tempus nullum ſignum converſionis, ſeu mutationis voluntatis dedit Th. Liv. Nam ab
85 anno 1715. ipſamet faſſa fuit, quòd erant jam duo anno continui, quibus nullam validam confeſſionem fecerat, in quibus includitur tempus præciſum Tranſactionis, & tempus ante obitum, & poſt obitum Patris, ut revelavit teſtis, quæ fuit Educanda in Monaſterio. Rurſus clariùs exprimebat, quòd volebat ſuam Profeſſionem annullare, ut retulerunt Moniales digniſſimo Prælato, & conſtat ex ejus Bilietto, & denique nolebat, ut priùs etiam practicabat, obedire Abbatiſſæ, & accedere ad Chorum, reſpondendo ſemper ibi: *E concludeva ſempre, che Lei non era Monaca, nè voleva eſſer Monaca &c.* ut proſequitur dictus teſtis; Quamobrem ſi pro inducenda tacita ratificatione requiritur votum, & votum principaliter conſiſtitit in obedientia Abbatiſſæ, & obſervantia Regulæ, eo ipſo, quòd in facto non verificatur poſt Tranſactionem iſta obedientia, & obſervantia Regulæ, perneceſſe fateri debet; quòd non adfuerit iſta tacita ratificatio, ſeu tacitus conſenſus novæ profeſſioni; Quippe tacitus iſte conſenſus conſiſtitit in animo, qui non videtur; Sed ab operibus dignoſcitur, & talis præſumitur, qualem facta demon-
86 ſtrant, ad *Text. in leg. 1. §. fin ff. de Dolo leg. Labeo ff. de Suppellect. legat. Surdus conſ. 82. num. 37.* egregiè *Card. Pallavic. nell'Iſtor. del Concil. lib. 2. cap. 17. num. 12.* Unde cum verba, & opera, quæ dixit, & fecit hæc Puella, ſignificent diſſenſum erga profeſſionem, manifeſtè denotare videntur, defuiſſe conſenſum in actu Tranſactionis, pro ratificatione neceſſarium, ut per hæc ferè verba probat *Lezzan. conſult. 47.*
87 *num. 41. lib 4.* ubi *num. 42.* ſic proſequitur: *Præſertim cum talia verba, opera, ſeu facta, non ſolùm antecedentia, ſed etiam conſequentia fuerint; Rot. dec 64. num. 5. par. 2. rec.* Semper enim talia præſumuntur media, qualia ſunt extrema ad *Text. in leg. Sicut §. Non videtur ff. Quib. mod. pignor.* & ſemper apertus diſſenſus, reſultans à reclamationibus facit ceſſare tacitum conſenſum, ut latè probavimus.

Minùſque tacita ratificatio erui poteſt ex quibuſdam Biliectis, ſcriptis Marchioni Patri; Quia cùm Marchio eſſet ille, qui metum incuſſerat, & dubitaret ſemper, ne Filia reclamaret, quia ſemper conſcientia ejus læſa remordebant,
88 ut indicat unum ex eiſdem Biliectis, ibi: *Non mi viene a veder ſpeſſo, perche hà non sò, che dubio, ma quello, che Lei penſa ſe lo levi pur dalla mente &c.* debebat propterea Filia fingere, & oſtendere Patri proprium contentamentum, quod metum non excludit, ut in terminis de Epiſtolis, ſcriptis à Filio Patri, qui metum incuſſerat, probat, *Rot. deciſ. 75. num. 7. cor. Peuting. & dec. 175. num. 5. par. 1. rec.* cum aliis relatis ſupra; Præterea ponderare ſupplicamus quod omnia ſupradicta Biliecta ſcripta ſunt durante cauſa metus, & occaſione, qua Filia ſemper in eis aliquid poſtulabat à Patre; Unde præſumuntur ſtudioſè confecta ad alliciendum Patrem, & ad carpenda munera, non autem ad ratificandam profeſſionem nullam; Præſertim quia hæc erat Inſtructio, quam receperat à Bartholetta tempore ſuæ educationis; Sed ea non obſtante, dum ſcribebat verba, præſeferentia contentamentum ſui animi, licèt fingeret, manus ipſa reſiſtebat, & tarda erat, ut refert ipſa Bartholetta ibi: *E con queſte mie perſuaſioni, s'induceva a ſcrivergli il biglietto &c. Anzi m'accorgevo, che nel ſcrivere parole, concernenti il ſuo aſſenſo di farſi Monaca, vi ſtentava, e ſempre faceva atti di molta averſione.*

Excluſa prætenſa tacita ratificatione, imputari non poteſt Th. Liv. cur acquieverit poſt obitum Patris 30. menſibus, & in Judicio priùs nullitatem ſuæ profeſſionis non deduxerit; Quia à die obitus Patris, ſequuti die 23. Martii 1714. uſque
89 ad diem latæ Sententiæ in Tribunali Theſaurarii, quæ evenit de menſe Dec. ejuſdem anni 1714. non debuit, nec potuit Judicium movere; Quia præcedere omninò debebat probatio ſuæ Filiationis reſpectu Marchionis Pallavicini, à qua pendebat etiam probatio metus graviſſimi; Nam, ſecluſis Filiatione, & Paternitate reſpectivè, duriùs, & difficilius erat probare metum; Poſt latam verò dictam Sententiam, intendebat ſtatim Th. Liv. judicialiter reclamare; Sed ſub principio anni 1715. quo per obitum b. m. Ghezzi ſen. fuit electus alter Prælatus Monaſterii, fuit ab ipſo poſitivè impedita, ut ipſemet integerrimus ſimul, & illibatiſſimæ conſcientiæ Præſul de mandato hujus Sacr. Congreg. conteſtari dignatus fuit in præterita Cauſæ propoſitione; Ex quibus omnibus patet, quod ſemper in decurſu dictorum 30. menſium fuit Puella legitimè impedita, vel à neceſſaria præambula probatione facti circa ſuam Filiationem, vel ab æqualiter amaro, ac duro præcepto Superioris Monaſterii.

Ex his igitur dijudicari facilè poteſt, quantùm erronea ſit contraria exceptio, quòd hæc nullitas profeſſionis, tanquàm fabula inventa fuerit poſt amiſſam Cauſam Succeſſionis in Tribunali Cameræ, quòd evenit de anno 1716. Siquidem duo celebres Prælati, ſcientia, & conſcientia inſignes teſtati ſunt, quòd Puella intendebat promovere hoc 90
Judicium, unus, ante latam ſententiam ad favorem Monaſterii in Tribunali Theſaurari, quinimò ante initam Tranſactionem; Alter verò, vigente jam Sententia favorabili, & antequam Cauſa unquam fuiſſet propoſita in Camera, ut conſtat ex ejus Bilietto, quod confirmatur à Moniali Caccia hodierna Vicaria, formiter examinata, quæ hanc circumſtantiam diſſimulare non potuit, & expreſsè faſſa fuit, quòd poſt annum circiter à die obitus Marchionis, & ſic antequam fuiſſet propoſita, & amiſſa Cauſa in Camera, cœpit Puella reclamare, ibi: *Perche dopo detto tempo, cioè un'anno in circa doppo la morte del Sign. Marcheſe cominciò a lamentarſi, e dire, che ſi era fatta Monaca per forza, e che però non voleva continuar' ad eſſer Monaca, e detta reclamazione da detto tempo in quà l'hà ſempre continuata, e ciò è pubblico, e notorio, non ſolo in queſto Monaſtero, ma anzi credo per tutta la Città di Roma;* Præterea ad comprobationem minarum, & reclamationum Th. Liv. ante obitum Marchionis, concurrunt 30. & ultra Teſtes, & tot aliæ circumſtantiæ, ſuperiùs ponderatæ.

Omitti demum poterat affectata declamatio, quòd in Urbe nunquam ex capite vis, aut metus annullatum fuerit Matrimonium aliquod, vel aliqua Profeſſio, ob facilitatem re- 91
curſus ad Principem, & ad Judices, de qua in *Romana Pecuniaria 6. Decembris 1715. §. Eoque coram Card Althann.* Quodque eſſet res ſcandaloſa aperire hanc viam reclamandi cœteris Monialibus.

Prima etenim pars objecti non regit in facto, nec quoad Matrimonia carnalia, nec quoad Matrimonia ſpiritualia.

Quoad Matrimonia carnalia, quia contrarium videre eſt *in lib. 14. Decret. hujus Sacr. Congregat. fol. 206.* in una *Romana Matrimonii 16. Septembris 1629.* quam refert etiam *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 7. cap. 7. num. 42.* Idemque videre 92
eſt *in deciſ. 24. part. 12. rec. & deciſ. 993. cor. Dunozzett. jun. & in Romana Matrimon. 19 Maii 1641. coram Pirovan. & in alia Romana Matrimonii anni 1699.* me ſcribente, deciſa à Card. Vicario inter Lauram Poliſenam Orphinam, & Joannem Roverellium.

Quò verò ad Matrimonia ſpiritualia, ſeu Profeſſiones contrarium videre eſt *in Romana Profeſſionis cor. Rembol. deciſ 458.* & in *alia Romana, ſeu Januen. Nullitatis Profeſſionis coram Cerr. deciſ. 508.* Et reſpectu *hujus Sacræ Congregationis,* idem videre eſt *in Romana R in int. 26. Februaris* 93
*1684. lib. 34. Decret. fol. 56. à tergo,* ubi de metu, incuſſo à Matre, & Avunculo Religioſo Clericorum Regularium Minorum. *Et in Romana Nullitatis Profeſſionis 27. Januar. 1691. lib. 41. Decret. fol. 27.* ubi de metu, incuſſo Religioſo Ordinis Prædicatorum ab ejus Fratre. *Et in Romana R. in int. 5. Aprilis 1704. lib. 54. Decret. fol. 103.* ubi de metu, incuſſo Religioſo annorum 23. profeſſo in Religione Ordinis S. Baſilii. *Et in Romana, ſeu Lucana Nullitatis Profeſſionis 17. Aprilis 1706. lib. 56. Decret. fol. 123. à tergo,* ubi de metu, incuſſo à Patre Juveni annorum 22. Religioſo profeſſo inter Miniſtrantes Infirmis. Idemque determinavit *Card. Vicarius 16. Maii 1716.* nullam declarando Profeſſionem in Ordine Prædicatorum emiſſam à P. Philippo Rinaldo.

Neque mirum videri debet, ſi non adducantur alii ſimiles caſus, ab hac Sacra Congregatione deciſi, ea ratione, quia 94
illius antiqui Libri, in quibus adnotantur Reſolutiones, carent Indicibus, neque facilè eſt omnia illius Volumina improbo labore pervolvere.

Minùſque ſubſiſtentiam habet in ſecunda ſui parte, quòd ſcilicèt eſſet res ſcandaloſa, quia poſito, quòd profeſſio ſit nulla, prout ex ſupradictis talis eſt, debet omninò irritari,

quia

95 quia Deus coacta ſervitia aſpernatur, & ſic diſponunt Sacr. Canones, & Concilium Tridentinum; Nec unquam auditum fuit, quòd exequi leges, & quidem leges Canonicas Sacroſanctas, ſit ſcandalum, prout prætenditur exadverſo.

Preſertim in caſu adeo circumſtantiato, ubi ipſemet Confeſſarius faſſus fuit, ſalute animæ T.L. in Statu monacali, eſſe penitùs deſperatam, ibi: *Mentre la conſidero per un corpo diſperato*; Et ubi eadem Puella in omni loco, & omni tem-
96 pore reclamavit de metu ſibi incuſſo, ut probavimus ſupra. Nunquam voluit accedere ad Chorum, nunquam obedire Abbatiſſæ, ſemper retinuit Veſtes ſæculares, cum declaratione, *che poteva eſſere, che un giorno gli aveſſero da ſervire*. Projecit Velum in terram, maledixit Cineribus Patris, qui fuerat cauſa ſuæ coactæ Monacationis; Odio habuit omnes Moniales; Validas Confeſſiones Sacramentales biennio,
97 & ultra non fecit. Pluries tentavit ſibi ipſi mortem inferre, & denique, quod maturè ponderandum videtur de ipſa Juſtitia, & Providentia Dei nimis inconſideratè, & magna temeritate conqueſta fuit, ibi: *Se voleva, che Io foſſi Monaca, me ne doveva dar la vocazione*, quæ eſt probatio ſuperlativa coactæ voluntatis, ex quibus, pro nullitate Profeſſionis reſpondendum procul dubio videtur, nec inde ſcandalum orietur, ſed plura bona: Primò enim fiet Jus, & Sacri Ca-
98 nones exequentur; Secundò Parentes in poſterum ſe abſtinebunt (ſi tales adeſſent) à ſimilibus coactionibus, & tertiò denique liberabitur infelix Puella ab aliquo infauſto exitu, qui ſemper oriri ſolet in his caſibus, juxta *Text. in cap. Cùm locum de Sponſalibus*, & juxta ſimiles miſerabiles caſus.

## §. IX.

## In eadem Cauſa.

1 DE menſe Octobris 1716. introducta fuit hæc Cauſa in Tribunali Vicarii, ubi fuerunt examinati formiter octo teſtes ſuper graviſſimis minis, ex Parte Marchionis Pallavicini illatis T.L. ejus Filiæ, ad effectum eam cogendi ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, & ſuper metu, & continuis reclamationibus d. T.L. reſpectivè, ibique etiam ad comprobationem minarum, & metus, adducti fuerunt alii 16. teſtes, quamvis Cauſa fuerit continuò, & ſine ulla intermiſſione agitata ſpatio triennii, & ultra, adhuc definiri nunquam valuit.

Avocata propterea eadem Cauſa ex decreto Auditoris SS. à dicto Tribunali, eaque remiſſa ad hanc Sac. Congreg. propoſita fuit ſub die 16. Martii 1720. & contradicentibus Monaſterio, & ei Adhærentibus, dilata fuit illius reſolu-
2 tio, & injunctum, quòd audiretur tunc temporis Viceſgerens, ac Prælatus Monaſterii, examinarentur formiter P. Matthæjus, qui dederat Exercitia ſpiritualia paulò ante profeſſionem, ſex Moniales, & alii, quæ omnia fuerunt executioni demandata.

Ultra novem hos teſtes, ſupervenerunt revelationes metu excommunicationis aliorum quatuor, omni exceptione majorum, nempe Cap. C. Procaccini, celebris Pictoris, ac M.
3 & cum hiſce novis documentis, repropoſita Cauſa die 24. Augusti 1720. accerrimè contradicente eodem Monaſterio, ac illi Adhærentibus, iterum dilata fuit illius reſolutio, & demandatum, quòd audiretur digniſſimus Prælatus, qui tanquam Advocatus Monaſterii conſilium dederat pro ineunda tranſactione cum Curietta, ac examinarentur alii, quibus pariter impletis, ſupervenit revelatio metu excommunicationis Monialis Bologninæ, quæ ad inſtantiam Monaſterii revelavit, ac altera revelatio nobilis Viri, teſtis, omni exceptione majoris.

Poſt tot ſolemnes actus, & poſtquam 40 ferè teſtes inducti, & diſcuſſi fuerunt, & nemo amplius aderat, qui poſſet audiri, & veritatem incuſſi metus apertiùs referre; Tertia vice fuit Cauſa propoſita die 1. Octob. 1720. totis viribus ſeſe opponente Monaſterio, & Deo ſic inſpirante, emanavit reſolutio pro nullitate Profeſſionis: Eaque vix audita à
4 Monialibus Monaſterii, à ſcrupulo conſcientiæ motæ, ne ulteriori injuſta vexatione defatigarent dict. Puellam, requiſito priùs Conſilio, & Voto à Prælato, & Deputato Monaſterii, ac Voto, & appobatione ab ipſomet Urbis Vicario, Liti penitus ceſſerunt, & renunciarunt, ac confitentes Juſtitiam præfatæ reſolutionis, eam ſolemniter acceptarunt, ut patet ex Summario.

Diſſoluto igitur contractu Profeſſionis, putabat Th. L.
5 cum omni fundamento dicere poſſe Liberati ſumus; Sed Adhærentes eidem Monaſterio impetrarunt novam audientiam; Unde cogimur hodiè iterum in arenam deſcendere, ac diſputare dubium. *An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis*, quod favore ejuſdem T.L. reſolvendum videtur.

Sufficit enim ad intentum ponderare, quòd nulla adeſt ſyllaba facti de novo, poſt præcedentem reſolutionem tanta maturitate capta, quòd tres præceſſerint propoſitiones, & denique quòd poſt emanatam reſolutionem ſupervenerit ſo- 6
lemnis renunciatio Liti, & ſolemnior acceptatio dictæ reſolutionis, facta à Monaſterio, unico, & principali Intereſſato; Ea namque eſt virtus renunciationis Liti, & acceptationis Sententiæ, ſeu reſolutionis, ut extinguat penitus eandem litem, & perpetuum ſilentium Collitigantibus imponat, ut, omiſſis generalibus, in noſtris terminis notant *Larrea deciſ.* 7
*63. num. 11. & 12. & Cammerat. reſponſ. 3. num. 12. & 13.* ubi quòd hoc procedit, etiamſi adeſſet præjudicium Tertii quoad Jus ſecundarium ſucceſſionis, quia in omni materia non attenditur id, quod ſecundariò accedit, ſed quid principaliter geritur.

Præſertim quia dicta renunciatio, & acceptatio reſpectivè, magna cum ſolemnitate peracta fuit. Quippe notanda eſt ante omnia circumſtantia illa, quòd Moniales proteſtatæ fuerunt, moveri ad acceptandam reſolutionem pro quiete earum conſcientiarum, ibi: *Omnes unanimiter reſponderint,* 8
*quòd ad evitanda ſcandala, & conſulendum quieti propriæ conſcientiæ &c. volebant Liti, deſuper introductæ, plenè renunciare, ac præfatam reſolutionem debito obſequi acceptare.*

Rurſus ponderatione digniſſima eſt altera circumſtantia, quòd æquè ſapiens, ac ſcrupuloſus Prælatus, unà cum Deputatis, & cæteris Miniſtris Monaſterii, ſteterunt in eadem opinione, quòd Liti renunciaretur, & acceptaretur 9
reſolutio, jam capta ab hac Sac. Congreg.

Et denique concurrit alia fatalis reflexio, quòd Card. Urbis Vicarius, ac Superior Monaſterii, auditis priùs Abbatiſſa, & Vicaria, ac plenè inſtructus de meritis Cauſæ laudavit, conſuluit, & approbavit renunciationem, & acceptationem reſpectivè faciendam, ibi: *Ac poſtquam E.S. plenè inſtructam ſe oſtendit de meritis Cauſæ dictæ nullitati profeſſio-* 10
*nis, laudavit, & approbavit acceptationem, & renunciationem reſpectivè deſuper faciendam.* Quis autem ſibi ſuadere poteſt, quòd ſi omnes iſti Viri integerrimi, & oculatiſſimi ac cæteræ omnes Moniales, & Miniſtri Monaſterii, revera inſtructi non fuiſſent de nullitate profeſſionis, voluiſſent omnes conſpirare in perniciem propriarum conſcientiarum & in graviſſimum præjudicium Monaſterii, quod ad Dotis reſtitutionem compelli poteſt, conſulere, & approbare renunciationem, & acceptationem reſpectivè? Sanè nemo erit, qui hoc enorme facinus in Perſonis adeò qualificatis ſuſpicari poterit, Et conſequenter hæc ipſa rennnciatio Liti, & acceptatio reſolutionis evidentiſſimè probat nullitatem profeſſionis, quia facta fuit à perſonis informatiſſimis de coacta, ſeu libera voluntate Puellæ, & egregiè ponderat
*Lar. deciſ. 63. n. 15. & Cammerat. reſponſ. 3. num. 23.* ibi: *Dum* 11
*per Monaſterium, agnita veritate, approbata fuit Sententia, & Liti ceſſum quoad appellationem, Sententia enim in hoc caſu tranſitum fecit in judicatum.* Et in durioribus terminis ſolius circumſtantiæ omiſſæ defenſionis à Monaſterio *Rot. dec.*
*523. n. 2. coram Merlin.* ibi: *Et pro validitate profeſſionis non* 12
*inſtant Moniales, ſed ſolùm Conſanguineus pro retinenda Catharinæ hæreditate, & deciſ. 361. num. 11. par. 19. rec* & hanc circumſtantiam magnifieri à Supremis Tribunalibus, & ſignanter ab hac Sac. Congr. patet ex *diſcep. 1. par. 1. num. 66. & diſcep. 3. num 39. par. 1. tom. 1. & diſcept. 3 ejuſdem tom. & part.*

Adſtipulatur etiam pro perſiſtentia in deciſis validiſſima ratio, nam profeſſio eſt contractus ultrò, citròque obligatorius inter Monaſterium, & Monialem, dum Monialis ſe ſubiicit oneribus Religionis, & è contra Religio ſe obligat alere, ſuſtentare, & regere Monialem *Sanch. in Summ. lib. 5 cap. 4. n. 62. & lib. 6. cap. 9. n. 6. Marant. reſponſ. 38. n. 24. par.*
*2. Cammerat. reſponſ. 1. num 2. & reſp. 3. num. 2. Larr. deciſ. 63.* 13
*num. 10. & Moron. reſponſ. 82. n. 153.* Unde quotiès reciproco conſenſu utriuſque Contrahentis, ceſſante, prout hìc, fraude, aut colluſione cohærenter ad Judicis Sententiam contractus reſciſſus eſt, impoſſibile penitus eſt, quòd ad reclamationem Adhærentis, qui in eo nullum habet intereſſe revalidari, ac reviviſcere poſſit idem contractus, quia hoc modo Puella cogeretur invita ad ſubeunda onera Religionis, quæ
eſſet graviſſima pœna, ut ponderat *Moron. dict. reſponſ. 82.* 14
*num 88.* ibi: *Eſſet nimis durum cogere hominem liberum ad perpetuam ſubjectionem, caſtitatem, & paupertatem, & compellaretur Monaſterium contra voluntatem omnium Monialium præſtare alimenta, & retinere intra Clauſtra Puellam, quæ perturbat quietem cæterarum, & cum omnium ſcandalo onera Religionis ſubire recuſat*, quod pariter permitti non debet, ut pro-

ut proſequitur idem *Moron. dicto reſp.* 82.*n.*88. ibi: *Oriren-*
15 *tur tot perturbationes intra Clauſtra, quot experientia docet oriri, cum aliqui hujuſmodi Religioſi degunt in Clauſtris*, & benè *Larr. dec.* 63. *n.* 15. ibi: *Quis enim admittet, ut legitimè profeſſione diſſoluta inter Monialem, & Monaſterium, quòd agnovit, non ritè profeſſionem factam, & ideo à ſententia non appellavit, cogatur Monaſterium invitum, cum periculo animæ Monialium, eàm, cujus profeſſio juſtè diſſolvitur, invitum retinere.*

Ex quibus remanet manifeſtum, quòd pro perſiſtentia in deciſis urget confeſſio omnium Monialium, quæ Liti ſolemniter renunciarunt, fatendo Juſtitiam reſolutionis jam
16 captæ, illam unanimiter acceptarunt. Urget confeſſio Marchionis Pallavicini Patris, metum inferentis, tàm in actu veſtitionis Filiæ, ibi: *Già ho meſſo un Catenaccio, tanto ho fatto finche io ſono arrivato a farla far Monaca*; *Io ſono un uomo, che quando mi metto in capo una coſa, così la voglio, e così ha da eſſere*; Quàm ſtatim poſt emiſſam profeſſionem, de qua teſtatur de Marchis. *Dunque è meſſo il Catenaccio, adeſſo dì, che ſcappi ſe puole*; Quæ ſola Patris confeſſio, & jactantia de coactione adhibita, probat manifeſtiſſimè metum
17 *ad Text. in can. Præſens* 20. *q.* 3. *Barboſ. Vot. dec.* 77. *nu.* 123. *Cammerat. reſponſ. dec.* 1. *art.* 1. *n.* 50. *Rot. dec.* 623. *nu.*18.*p.* 1.*rec.* Urget Judicium Confeſſarii noſtræ Puellæ, qui Exercitia ſpiritualia dedit paulò ante profeſſionem, ac examinatus ad Iſtantiam Monaſterii de mandato hujus Sac. Cong. interrogatus de hoc puncto nullitatis profeſſionis, ſic ait: *Darei il mio Voto favorevole per la nullità di detta Profeſſione, e mi movo &c. primieramente per mettere in ſalvo l'anima di Suor Maria Coſtanza, mentre la conſidero per un Corpo diſpe-*
18 *rato*: Cui ſi addatur Conſilium, & Votum dignigniſſimi Prælati Monaſterii, ac Deputatorum, cæterorumque, Miniſtrorum ejuſdem, ac Votum, & approbatio Eminentiſſimi Urbis Vicarii, certum videtur, quòd non ſolùm dari, ſed nè quidem cogitari poſſit nullitas profeſſionis, quæ ſit magis circumſtantiata, & meliùs probata: Semper enim Sac. hæc Congr. plurimùm deferre conſuevit Confeſſario Monialis, tanquam veriſimiliter informato *Pignatel. conſult.* 173. *num.* 159. *tom* 9. *Rot dec.* 277. *numer.* 5.
19 *cor. Ubald.* cum aliis, relatis ſupra, ac ſemper etiam magnam fidem præſtitit Judicio, & Voto Ordinarii, ac omnium Superiorum Monaſterii, qui ratione Officii præſumuntur pleniſſimè inſtructi de veritate facti; Et denique urget publica vox, & fama in Monaſterio, ejuſque Vicinia, ubi Populus in die veſtitionis exiens ab Eccleſia, compatiens infortunium noſtræ Puellæ, dolenter murmurabat: *Poveretta è condotta al Macello*! Et omnia corroborantur à continua inobſervantia Regulæ, à retentione Veſtium ſæcularium, cum declaratione, emiſſa tempore Novitiatus; *Che poteva eſſere, che un giorno gli aveſſero da ſervire*: Et denique à 40. ferè teſtibus, quorum aliqui deponunt de continuis reclamationibus noſtræ Puellæ, omni
20 tempore inſpecto; Et aliqui de minis graviſſimis March. Pallavicini, tam circa ſubſtractionem alimentorum in futurum, quàm circa denegationem ejus filiationis, & interverſionem Status ejus Perſonæ, quæ aptæ ſunt etiam ſingulariter ſumptæ, & tantò magis ſimul unitæ, ad annullandam profeſſionem, emiſſam à Puella timidiſſima, in minori ætate conſtituta, omni humano auxilio deſtituta, ac à Patre terribili, & ſevero concuſsâ ut de minis denegationis alimentorum eſt *Textus literalis in leg. Negare ff. de Liber. agnoſc.* & præter adductos ſupra probat *Rot dec.* 403. *num.* 10. *part.* 16. *rec.* ibi: *Æquipolet enim negare, ac*
21 *ſufficientia non præſtare alimenta*, Et de minis interverſionis Status, eſt *Text.* pariter *literalis in leg. Iſti quidem ff. de eo quod met. Cauſ.* cum aliis ſupra allegatis.

Nec quidquam ſuffragari poſſunt exceptiones adductæ contra Perſonas, & contra dicta P. Creſci, & de Marchis; Quia in eo, quod reſpicit dicta utriuſque teſtis, ultra quòd cavilloſæ exceptiones, & contradictiones, exad-
22 verſo figuratæ potiùs, quàm veræ, concernunt potiùs accidentalia examinis, quàm ſubſtantialia, & ideo non revelant juxta doctrinam *Divi Thom* 2.2.*q.*70.*art.*2. cujus verba retu-
23 limus ſupra, adhùc eas omnes ſingulariter ſupra confutavimus: exceptiones verò perſonales, quæ repetuntur contra utrumque teſtem, non minuunt, ſed augent potiùs eorum fidem, quia cùm agatur de re difficilis probationis, & quæ ſecretò fieri ſolet, & eſt prohibita à Sac. Canonibus ſub pœna excommunicationis, tam contra minantes, quàm contra conſilium, & auxilium dantes, ut conſtat ex *Conc. Trid. de Reform. ſeſſ.* 25. *c.* 18. quò magis exageratur contra præſatos teſtes, eò magis redditur veriſimile eorum dictum; Augeturque eorum fides, quia ad probandum metum admittuntur etiam perſonæ, quæ aliàs non admitterentur in alia materia, ut probavimus ſupra, & non poteſt meliùs probari, quàm ab illiſmet, qui metum incuſſerunt, ut benè *Mandel. Alba conſ.* 24
77. *n.*7 & *Rot. dec.*373.*n.*14.*p.*18.*rec.*

Cæterùm in hac Cauſa criticari non debet unus, aut alter teſtis, ſed conſideranda eſt tota maſſa negocii ſimul; Diverſitas temporis, quo fuerunt teſtes examinati cum diverſis Interrogatoriis, & interpretibus; Rursùs ponderanda eſt illa magna, & ferè miraculoſa armonia in ſubſtantialibus, inter noſtros teſtes, & contrarios, verificata etiam à pluribus cir- 25
cumſtantiis extrinſecis, videlicet ex continua inobſervantia Regulæ, à continuis reclamationibus, & à continua retentione Veſtium ſæcularium; Et denique ponderandum eſt, quòd quidquid tam Creſcius, quàm de Marchis retulerunt noſtræ Puellæ in ſubſtantialibus: nempe circa minas denegationis alimentorum, & interverſionis Status, ſeu denegationis filiationis, quatenus non fieret Monialis, remanet mirabiliter comprobatum ex parte Marchionis minantis à 14. teſtibus diſtinctim enumciatis ſupra, referentibuſq; eaſdem minas audiviſſe ab ore Marchionis; Ex parte verò noſtræ Puellæ, cui minæ paternæ relatæ fuerunt à 12. aliis teſtibus, qui fatentur ab ore ejuſdem audiviſſe conqueſtiones, quòd contra propriam voluntatem, & ex minis Marchionis cogebatur fieri Monialis, quibus hodiè addimus Monialem Bologninam, & alium qualificatum teſtem Ph. de M. Hiſce autem extremis probatis, nullo alio opus eſſet documento circa notificationem dictarum minarum, de mandato Marchionis factarum eidem Puellæ, quia iſta divinare non poterat, nec ſine cauſa reclamare, & ideò media præſumuntur, probatis extremis, & præſumuntur adhibita, & procurata ab illo, ad cujus favorem metus tendit *ad Text. in Leg. Metum* 9. 26
§. *fin. ff. de Eo, quod met. cauſ.* & *Rot. dec.* 172. *n.* 37. *p.* 16. *rec.* ibi: *Satis eſt, quòd hæc tenderet ad illius favorem, ad hoc ut metus ab alio illatus, cenſeatur ab eo procuratus*; Proinde què tantò magis præſtanda eſt fides illis teſtibus, qui de facto proprio deponunt, quia cònfirmantur ex dicto Patris à parte antea, & confeſſione Filiæ ex poſt, & à magno, & effrænato numero aliorum teſtium, & à maxima conſonantia circumſtantiarum, quæ in idem ſemper conſonat, & tendit, & abſorbet quemcumcue defectum, quatenus, vel indicto, vel in Perſona aliquorū forſam reperiretur, ut latè probavimus ſup.

Nec repeti meretur objectum, quòd ob facilitatem recurſus ad Principem, & Tribunalia dari nequeat compulſio, & metus incuſſio in Urbe; quia hic facilis recurſus ad Principem ceſſat in noſtra Puella, nam ipſa erat Filia naturalis, 27
& in fide Baptiſmatis deſcripta, tanquam nata ex fictitiis Parentibus, & deſtituta omni documento ſuæ filiationis. Et ideò non poterat tunc recurrere, neque ad Principem, neque ad Tribunalia, quia ſine documento filiationis, nec Princeps, nec Judices poterant compellere Marchionem ad præſtandum alimenta more Nobilium, & ad eam agnoſcendam in Filiam; Et quod durius eſt, neque ad Conſanguineos conſurgere poterat, quia Mater, & Avunculus plenè ſubordinati erant Marchioni, & Miniſtri erant coactionis, adhibiti à Patre, & ideò cum *Job.* 19. 14. exclamare poterat: *Dereliquerunt me Proximi mei, & qui me noverant, obliti ſunt mei: Et cum Divo Paulo ad Thimoth.* 2. 16. ibi: *In* 
*prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereli-* 28
*querunt*; Sed inutiliter ibi: *Già che per me non vi ſarà neſſuno, che mi ajuti, biſognerà che io facci a ſuo modo, contro però la mia volontà*, & conſequenter cum recuſus ad Principem & ad Judices eſſet inutilis, & ſine fructu, ad evitandam mala, comminata à Marchione, permanentia in Civitate magna, & præſentia Principis, & Judicis non tollit, nec minuit metum, ut pluribus authoritatibus probavimus ſupra, & addimus *Rot* 54. *num.* 11. *par.* 18. *rec.* quæ non poteſt eſſe magis punctualis.

Hinc retorquetur ad hominem exemplum *Deuteron. c.*22. quia ſicuti, ibi: *Puella, quæ clamavit, & nullus adfuit, qui liberaret eam*, ex ipſo Dei judicio, abſoluta fuit, ut indicat Sacer Textus, ita etiam abſolvi omninò, & liberari de- 29
bet noſtra Puella à vinculo, & nexu Religionis, dum ipſa clamavit in Monaſt. conqueſta fuit de vi ſibi illata, in Domibus, in quibus permanſit, in Civitate Albani, & coram ipſo SS. Crucifixo, ibi: *Contraſtava con il Sig. Iddio, e che il Sig. Iddio la voleva Monaca, doveua ancora dargli la vocazione*, quia ipſa ſemper clamavit, & ac ſi fuiſſet in deſerto, nemo adfuit, qui liberaret eam.

Ejuſdem irrelevantiæ eſt aliud toties repetitum objectum, quòd Marchio Pallavicinus reliquerit in libertate ejus filiæ electionem proprii ſtatus, cùm hac differentia, quòd ſi

ſi elegiſſet nuptias temporales, eam in matrimonium
30 collocaſſet cum Fabro lignario, aut alio Viro triviali; Quatenus verò Statum religioſum, à Patre volitum acceptaſſet, tunc eam more Nobilium tractaſſet; Ex quo infert. Monaſterium, quòd iſtæ non ſunt minæ, aptæ ad annullandam profeſſionem, ſed potiùs confirmatio libertatis. Quia hæc ideata libertas eſt prorſus inſubſiſtens. Quippe Marchio non offerebat matrimonium cum Fabrolignario, aut alia vili Perſona, ut revera ejus Filia illud eligeret, ſed potiùs, ut perterrita ab adeo ſenſibili mutatione Status ejus voluntatem ſequeretur, nam ubi priùs tractamentum recipiebat more No-
31 bilium, tunc evadebat plebeja, idque patet, ex modo exprimendi hanc ſuam voluntatem factam à Marchione, nam Ghezzio dixit: *Che l'auerebbe maritata ad un Falegname, ò altra Perſona triuiale*, Curiettæ exageravit, ibi: *L'auerebbe maritata vilmente, ed alla più vil Perſona, che aueſſe trouato*: Et Gargario de tempore examinis Exactori Monaſterii, ibi: *Che l'auerebbe maritata ad un Macellaro per maggiormente avuilirla*: Hęc autem omnia manifeſtant, quòd ipſe nolebat matrimonium, ſed Monacatum, & ad obtinendum hunc finem, diſtinguebat Perſonas, quæ adhibebat ad incutiendum metum, & utebatur diverſis mediis, nam ſi b. m. Ghezzio commiſſionem dederat, quòd induceret ejus Filiam ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, minando, quòd aliàs: *Non gli auerebbe dati più alimenti, nè l'auerebbe riconoſciuta per Figlia, anzi che l'auerebbe maritata ad un Macellaro*, utique notoria probitas dicti Prælati, ne incur-
32 reret pęnam excommunicationis à S. Conc. Trident. inflictam, etiam contra auxilium, & conſilium dantes, præfatas minas eidem Puellæ non retuliſſet, & ideo Marchio variabat phraſim, ſed non ſubſtantiam minarum, juxta qualitatem Perſonarum, & omnibus oſtendebat finem ſuum, directum ad monacationem, & coactionem reſpectivè, ſed non eodem modo, neque iiſdem mediis.

Quòd autem matrimonium inſinuatum tenderet ad coactionem, & non ad ſervandam libertatem electionis, eſt clarum; Nam poſtquam b. m. Ghezzius enunciavit Fabrum lignarium in Virum, addidit ſtatim illam gravantiſſimam conditionem, ibi: *E che l'auerebbe mandata a Genoua*, quæ ſecum fert denegationem agnitionis in Filiam impoſterum,
33 relegationem ad Civitatem Januæ, & expulſionem à Paterno conſpectu, & reputatur pœna graviſſima in Filia, etiam apta ad nullitatem profeſſionis, quia etiam iſta mutat Statum, & conditionem Perſonæ, & deſtruit quaſi poſſeſſionem filiationis, ut probavimus ſupra; ipſeque Marchio declaravit motivum, cur matrimonium triviale, & vile inſinuabat, ibi: *Per avuilirla maggiormente*, ut refert dictus Gargarius, quæ declaratio in aperto ponit, & oſtendit, quòd illud erat unum ex mediis ad concutiendam innocentem Puellam, non autem ad reponendam eam in libertate electionis, ut patet Reflectenti.

Idque in gradu evidentiæ elevatur, ponderando continuas, & apertas proteſtationes ejuſdem Marchionis, qui ſæpiſſimè exageravit, quòd volebat coarctare Filiam ad ſuſci-
34 piendum habitum religioſum, etiam contra ejus propriam voluntatem, ut refert P. celebris Pictor, ibi: *E ſopra queſto particolare moſtrava il detto Sig. Marcheſe una premura così grande, che ſi eſpreſſe più volte, tanto con me, quanto con altri* ( Notentur iſta verba, *quanto con altri*, quæ conſonant cum verbis præciſis Creſci, de Marchis, Bacchinæ, Curiettæ, & aliorum ) *eſagerando, che la voleua Monaca, ancorche Lei non voleſſe, e contro la ſua volontà*.

Id ipſum confirmat Bacchina, ibi: *Mia Figlia Monaca la voglio, e Monaca ha da eſſere*. Creſcius, ibi: *Si farà Monaca, ò che Lei voglia, ò che non voglia*, de Gaſparis, *Che Lui
35 voleua, che ſi faceſſe Monaca, e che così aueua da eſſere*: Angela Sartoria, Conconi, & meliùs Capitaneus C. Et in hoc propoſito erat adeò inflexibilis Marchio, ut cùm Curietta quadam vice conſulendo ſaluti animæ propriæ Filię, inſinuaſſet matrimonium etiam cum Perſona privata, & extra Urbem, taliter iratus fuit Marchio ex hac juſtiſſima propoſitione, ut manibus elatis irruens in eam, negavit expreſſè electionem matrimonii, & tentavit eam ſtrangulare, ibi: *Il che ſentito detto Sig. Marcheſe con voce alterata, ed in colera ſi auanzò verſo di Me con le mani alzate, quaſi per mettermele alla gola, e mi diſſe* ( Notentur quæſo iſta verba ) *Che queſto era quello, che non voleua, perche non voleua, che un Genero, ſtando lui al capezzale, l'aueſſe da far fare teſtamento a modo ſuo, e per queſto voleua, che onninamente detta Figliola ſi monacaſſe, & che così aueua da eſſere*.

Uſque adhuc noſtri teſtes excluſerunt ideatam libertatem nubendi in Sæculo, ſed Deus permiſit, ut etiam Monaſterio Adhærens ad oſtendendam hanc veritatem probationes ſubminiſtraret, ante motam hanc litem, quæ in hoc puncto mirabiliter conſonant cum noſtris; Produxit namque in Tribunali Cameræ tres teſtes referentes, quòd ſupplicans Curietta pro aliquo ſubſidio ad effectum nubendi Filiam in 36
Sæculo; Marchio ſemper reſpondebat, quòd ſi nuberet in Sæculo, neque unum quadrantem impendere voluiſſet, negando tali caſu etiam filiationem. ibi: *Che Lui non ci voleua entrare, nè ſpenderci un quadrino*. Subdens: *Se è tua Figlia penſaci tu, che io non ci hò che fare, nè la conoſco per niente*. Unde combinatis ſimul noſtris teſtibus cum teſtibus contrariis, niſi lacerentur omnes, impoſſibile prorſus eſt figurare in noſtra Puella libertatem nubendi in Sæculo, ut patet Conſideranti.

Neque è conſpectu tot probationum, allegari meretur diſcurſus b. m. Ghezzi, ſupra relatus, teſtimonium Curiettæ aſſerentis *che l'auerebbe maritata vilmente*, & denique depoſitio alterius teſtis, quæ ex ore noſtræ Puellæ audiviſſe fatetur, ibi: *Perche frà l'altre coſe, mi diſſe &c che il Sig. Marcheſe voleua che ſi faceſſe Monaca &c. ma non facendoſi ſarebbe* 37
*ſtata una Pouerella, e che l'auerebbe maritata ad un Seruitore, ò ad un' Artiſta*. Reſpectu enim diſcurſus Ghezzi jam diximus, quòd ille directus potiùs erat ad coactionem, quàm ad libertatem; Rurſus inſinuatio matrimonii habebat annexam conditionem, quæ ſola mutabat Statum, & conditionem noſtræ Puellæ, & ſatis erat pro nullitate profeſſionis, & deniq; dicta inſinuatio facta fuit cum Ghezzio, cùm quo ob gravitatem, & integritatem Perſonæ, non poterat Marchio diverſimode loqui, & facta fuit in principio occaſione explorationis voluntatis antequam Marchio notitiam haberet repugnantiæ noſtræ Puellæ, ut indicant verba Monialis Bartholettæ ibi: *Che vennero ſeparatamente un doppo l'altro ad eſplorarne la ſua volontà, mandati a tal' effetto dal ſudetto Sig. Marcheſe*. Et ideò ſuper hoc diſcurſu, utpotè facto in principio, nullum fundamentum conſtitui poteſt, quia ad effectum excludendi metum, libertas debet eſſe pura, & ſimplex, & eſt neceſſaria de tempore præciſo veſtitionis, nec ſuffragatur, ſi tantùm præceſſerit, ut probat *Rot. dec. 80. n. 19. & 20. cor. Emer jun.* ibi: *Denique nihil facit quędam Epiſtola à Jacobo Patre ſcripta, in qua videtur re-* 38
*linquere Filium in libertate eligendi Statum, quem mallet; Quia non conſtat, quòd innotuerit Petro Dioniſio &c. Et in omnem caſum non percutit tempus pręciſum ordinationis, prout requiritur, ad hoc, ut de eo tempore dici nequeat illatus metus*.

Quo verò ad teſtimonium Curiettæ, illud non eſt reſtrictum ad illa verba: *Che l'auerebbe maritata vilmente*, ſed magis latè patet, & concludit expreſſam denegationem matrimonii, etiam cum Perſona privata extra Urbem, ut le- 39
gendo totum contextum Depoſitionis, patet, ibi: *E mi diſſe, che queſto era quello, che non voleua*, ( hoc eſt Matrimonium cum Perſona privata extra Urbem ) *perche non voleua, che un Genero, ſtando Lui al capezzale, l'aueſſe da far fare teſtamento a modo ſuo, e per queſto voleua, che onninamente detta Figliola ſi monacaſſe, e che così aueua da eſſere*; Quæ verba non admittunt, ſed penitùs excludunt libertatem eligendi nuptias temporales.

Et denique quoad examen alterius teſtis videtur ponderandum, quòd ipſa non aſſerit, noſtram Puellam ſibi dumtaxat communicaſſe, ibi: *Che l'auerebbe maritata ad un Seruitore, ò ad un' Artiſta*; Sed ſuperaddidit hæc illa verba, 40
omninò advertenda, ibi: *Tra l'altre coſe, mi diſſe*; Inter iſtas alias res, expreſſas à noſtra Puella, & à dicto teſte reticitas, continebatur tota hiſtoria incuſſi metus, quòd ſcilicèt à principio Marchio minari fecit matrimonium vile, & cum Artifice; Deinde verò comperta repugnantia noſtrę Puellę Statui religioſo, libertatem etiam nubendi in Sęculo denegavit, quòd ad oculum probatur ex revelatione Monialis Bologninę, & alterius qualificati teſtis, qui unanimiter teſtantur, noſtram Puellam poſt diſcurſum Ghezzi, & ideatam oblationem libertatis, ſępè conqueſtam cum ipſis fuiſſe de adempta libertate nubendi in Sęculo, ut refert dicta Monialis Bolognina, ibi: *Eſſaggeraua la ſua diſgrazia d'eſſer neceſſitata a farſi Monaca contro la ſua volontà &c. Dicendomi ſpeſſe volte, che Lei non aueua vocazione d'eſſer Monaca, e che ſe il Signor Marcheſe l'aueſſe laſciata in ſua libertà, non ſi ſarebbe mai fatta Monaca, ma ſi ſarebbe maritata, ſe il Signor Marcheſe glie l'aueſſe permeſſo &c.* Id ipſum confirmat dictus alter teſtis, ibi: *Et eſſaggerò tanto a me, quanto alla Cameriera &c. oggi Suor Leonora Bolognini &c che Lei non aueua avuta, nè aueua vocazione d'eſſer Monaca, e che non oſtante &c. era neceſſitata a prender l'abito da Religioſa &c. dicendo, che ſe detto Marcheſe l'aueſſe laſciata in libertà, Lei non*

*ſi ſaria fatta Monaca*; Si igitur inſimul combinentur dicta horum duorum teſtium, qui deponunt contemporaneè cum altero, de quo ſupra, cum illis verbis, genericè tantùm expreſſis ab eadem, ibi: *Tra l'altre coſe, mi diſſe*, clarè ſupra evidentiam patet, quòd noſtra Puella ante veſtitionem faſſa non fuit libertatem nubendi in Sæculo, ſed de ademptione dictæ libertatis ſæpè, & expreſſè conqueſta fuit; Verba autem dubia, & æquivoca dicti teſtis intelligi debent juxta revelationem alterius, ac dictæ Monialis Bologninæ, quam ſupponit confidentem, & informatam de animo noſtræ Puellæ, ibi: *E' veriſimile, che le abbia fatte con detta Anna Maria, con la quale trattava confidentemente*: Quæ verba dubia, & æquivoca unius teſtis declarantur ab aliis magis
41 informatis, & magis ſpecificè deponentibus, *Rot.dec.1369. n.44. & cor. Coccin.* ibi: *Veriſſima enim eſt concluſio, quòd depoſitio unius teſtis dubia declaratur, & recipit interpretationem ex dicto alterius teſtis.*

Sublata ex his libertate nubendi in Sæculo, nullius relevantiæ ſunt Bilietta, ſcripta à noſtra Puella Marchioni ejus Patri, ex quibus argui prętenditur contentamentum Statui
42 Religioſo; Præmittendum enim eſt, quòd Marchio plurimum dubitabat, ne noſtra Puella in actu profeſſionis denegaret aſſenſum, ut conſtat ex uno ex eiſdem Bilietis, ibi; *ho inteſo più volte, che V. S. non mi viene a veder ſpeſſo, perche ha non sò che dubj &c.* Et confirmatur à de Marchis, ibi: *Il detto Sig. Marcheſe ſtiede in queſto tempo inquietiſſimo*: Et ex hoc capite, ut illam coarctaret, & cogeret ad emittendam profeſſionem, noluit eidem conſtituere Livellum, ut declaravit Cap. C. alter teſtis, ibi: *E ricuſò ſempre di fargliel o, dicendomi, che in queſta maniera voleua ſtringerla, e corartarla a ſtar ſempre ſubordinata a Lui, e ſul timore di non perder la ſua protezzione, & il mantenimento, che Lui gli daua, obligarla a profeſſare.*

Quò magis igitur Pater dubitabat de Filia, eò magis ipſa, ad carpendum munera à Patre, ſimulare, & fingere debebat ſpontaneam voluntatem monacationi, quia ſic fuerat inſtructa à Moniali Bartholetta ejus Magiſtra, ut refert in ejus
43 examine, & ita etiam practicaſſe, fingendo, & ſimulando, faſſa fuit eadem Puella, ut teſtatur de Gaſparis; Et conſequenter, ſive quia probatur fictio, & ſimulatio in Scribente, ſive quia etiam de Jure præſumitur, nulla vis fieri poteſt ſuper eiſdem Bilietis, quia cum adeſſet cauſa ſimulandi, ut averteret ſcilicet iram Patris, & ſibi magis conciliaret ejus benevolentiam, & viceverſa ſcripta appareant eidem Patri, quem jam timebat, & metum incuſſerat, quò magis oſtendunt liberam voluntatem, & contentamentum Statui Religioſo in noſtra Puella, eò magis metum comprobant, & augent, ut probat *Rot.dec.75.n.7.cor. Peutin.* & alii relati ſup.

Quòd autem metus, ut ſupra incuſſus, & à noſtra Puella apprehenſus, duraverit de tempore profeſſionis, & de eo
44 conqueſta fuerit ſemper, & continuò, abſque ulla intermiſſione, ante ſuſceptionem habitus, poſt ſuſceptionem habitus, tempore novitiatus, poſt profeſſionem, ac poſt obitum Patris; uſq; ad pręſens, latè probavimus ſup.

Supereſſet nunc aliquid diſſerere ad excluſionem prætenſę acquieſcentiæ, poſt obitum Patris, & prætenſæ tacitę ratificationis, ex actibus ſequutis poſt obitum ejuſdem Patris; Sed quia objectum in utroque puncto removetur, tum ex Bilietto Prælati Monaſterii quoad prætenſam acquieſcentiam,
45 tum etiam ex Bilietto alterius Prælati quoad prætenſam tacitam ratificationem, ideò omitrimus de hiſce exceptionibus verba facere; Unum tamen præterire non poſſumus.

Ideſt aſſertum ſcandalum, quod oriri ſupponitur, ſi annullaretur Profeſſio; Numquid enim exequi leges, & ſignanter Sacroſ. Conc. Trid. ſcandalum eſt? Numqnid caſus nullitatis Profeſſionis ſunt novi in hac Sac.Cong.& millies Profeſſiones nullæ, & meticuloſę retractatę non fuerunt in Magnis Civitatibus Neapolis, Januæ, Mantuæ, & alibi, in-
46 tra, & extra Italiam? Nunquid poſt declaratas has nullitates, ſupervenerunt aliæ Moniales dictarum Civitatum, & omnes conſimiles Lites intentarunt? Certè quod non; Igitur non adeſt illa materia ſcandali, quæ exadverſo figuratur; Quòd autem noſtra Puella ambulaverit per Scripturas in Cauſa Succeſſionis per totam Urbem, tanquam Monialis profeſſa, eſt pariter erroneum, quia hæc ambulatio factæ fuit à Monaſterio, cujus intererat ſubſtinere profeſſionem, & ejus nomine ex perſona noſtræ Puellæ, non autem nomine proprio dictę Informationes editę, & diſtributę fuerunt; Rurſus, quòd caſus iſte ſit novus in Urbe, & aperiri non debeat via Reclamantibus, non facit ad rem; Quia viam re-
47 clamandi à multo tempore aperuerunt Sacri Canones, & Sacroſ. Conc. Trid. innocenter oppreſſis, & novitas caſus in Urbe, non mutat legem, nec retrahere debet ab adminiſtratione Juſtitię; Præſentia Summi Pontificis in Urbe potiùs debet impellere, ad canonizandam nullitatem, quia ſeveriùs puniri debet, qui coram Principe, & in ejus faciem peccat, quàm qui in abſentiam, & ab Urbe, quæ eſt caput Orbis, dari debet exemplum cæteris Civitatibus, & ſingulis Genitoribus, & Conſanguineis, nè in poſterum innocentes Filias, & Neptes cogant ad Monacatum; Quid enim intentatum relinquent in poſterum Genitores, & Conſanguinei, ad cogendas Filias, & Neptes, ſi viderint, quòd ſuſtinentur profeſſiones, tot minis, tot ſeductionibus, & artificiis extortæ?

Cæteris exadverſo cumulatis, conſultò omittimus reſpon-
dere, vel quia fuerunt jam in anteactis propoſitionibus con- 48
futata, vel quia reſponſione non indigent, ſequendo conſilium *Droxelii in Gymnaſio Patientiæ par.1.cap.5.* ibi: *Sermones omnes ejuſmodi velle refellere, eſt ſe ipſum operosè lædere.*

## §. X.

*In eadem Cauſa.*

DIlucidatis æquivocis, & Facto ad ſuam veritatem, &
ſinceritatem redacto, reſpondendum videtur pro nul- 1
litate profeſſion.

Siquidem principale fundamentum, ſuper quo nititur contraria ratiocinatio, conſiſtit in hoc erroneo ſuppoſito, quòd Marchio Pallavicinus ſuaſionibus tantùm, non autem minis induxerit noſtram Puellam ad ſuſcipiendum habitum monaſticum, eamque reliquerit in plena libertate eligendi
Statum monacalem, vel temporalem, exhibito nobiliori 2
tractamento in primo caſu, ac vilibus Nuptiis in ſecundo, & ſub hac libertate conatur declinare metum, & nullitatem profeſſionis; Cùm autem veritas facti innegabilis ſtet in contrarium, idque conſtet ad evidentiam, tum ex teſtibus, ex parte noſtra inductis tum, & clariùs ex aliis ex parte, Monaſterii productis, eo certiùs pro nullitate profeſs. videtur reſpondendum.

Ut autem intentum aſſequamur, diſtinguere oportet duo tempora; Primum, quando Marchio non dum conſcius de averſione, & contraria voluntate noſtræ Puellæ Statui religioſo, miſit, tam P. Creſcium, quàm b. m. Ghezzium ad
explorandam illius voluntatem; Tunc enim non controver- 3
timus, quòd interrogata fuerit Puella; An eligere vellet Statum religioſum, vel potiùs ſæcularem? & de hoc tempore loquuntur Monialis Bartoletta, ibi: *Perche d. Prelato venne per l'iſteſſo fine più volte ad eſplorarla.* Item P.Creſcius, ibi: *Mi diſſe l'iſteſſo Marcheſe, che foſſi andato a trouare detta Sig. Tereſa Liuia per eſplorar la ſua volontà, ſe inclinaua a farſi Monaca, o pure a prender marito*; Iſtudque primum colloquium habitum fuit de tempore, quo noſtra Puella conſtituta erat in ætate 14. aut 15. annorum, & ſic triennio, & ultra ante ſuſceptionem habitus, ſequutam in ætate 18. annorum cum dimidio, & refert P. Creſcius, ibi: *Mentre di quel tempo non poteua eſſere di 14. o 15. anni.* De hoc eodem primo modo loquitur Curietta, ibi: *Ed incominciorono dal bel principio, che detto Sig. Marcheſe me ne diede l'incombenza*; Igitur, ſi ſupradictæ Perſonæ adhibitæ fuerunt ad explorandam voluntatem, ſignum manifeſtiſſimum, quòd Marchio non dum ſciverat contrariam Filiæ averſionem, & intempeſtivæ, ac inopportunæ tunc erant minæ, quæ poſtea, comperta repugnantia, fuerunt neceſſariæ.

Verumtamen etiam in hoc primo tempore, exploratione ſuæ voluntatis noſtra Puella repugnantiam Statui religioſo oſtendit, & Matrimonium temporale elegit, ut refert P. Creſcins, ibi; *Che voleua Marito, e non voleua tante Monache attorno.* Eandem voluntatem, licèt modeſtioribus verbis, patefecit b. m. Ghezzio, ut refert Monialis Bartoletta, ibi: *Vorrei continuare in queſto ſtato, che ſtò adeſſo, e ſtar ſem-
pre così.* Et magis inculcantibus, tam P. Creſcio, quàm b. 4
m. Ghezzio; Primo reſpondit: *Che voleua tempo a penſarci*; Et ſecundo, ibi: *Per dargli ſodisfazione a mio Padre, Io mi farò Monaca, ma non che Io mi facci volentieri, perche la mia volontà ſaria di ſtar Secolara*, quod ſonat in apertum diſſenſum, & calarè indicat contrariam voluntatem Statui religioſo.

Agnita hujuſmodi repugnantia à Marchione phraſim mutavit, & hoc eſt ſecundum tempus, quod venit neceſſariò diſtinguendum à primo, nam non ampliùs proponere fecit electionem Status, & Matrimonium, licèt vile, & inę-
quale, ſed barbaro quodam modo, præviis graviſſimis mi- 5
nis denegationis alimentorum, & interverſionis ſtatus,

dene-

denegato quocumque Matrimonio, eam præciſè coegit, & coarctavit etiam invitam ad ſuſcipiendum habitum monaſticum.

Ex noſtris teſtibus, P. Creſcius Sacerdos, ac de facto proprio deponens, circa ſecundum colloquium ſic loquitur, ibi: *La ſeconda volta &c. Io andiedi a dirgli da parte del Signor Marcheſe ſudetto, che queſto voleva in ogni conto ſi faceſſe Monaca,*
6 *altrimenti non gli aueria dati più alimenti, ne a Lei, ne alla Madre*, & cùm idem teſtis retuliſſet Marchioni inclinationem noſtræ Puellæ Matrimonio temporali, reſpondit Marchio, ibi: *Si farà Monaca, o che Lei voglia, o che non voglia, Lei ſi farà Monaca.*

Hoc ipſum determinatum, & inflexibile propoſitum Marchionis confirmant Antonius de Gaſparis, ejus Magiſter Domus, formiter examinatus, Eliſabettha Bacchina pari-
7 ter formiter examinata, Rita Conconi Nutrix, Joſeph de Marchis, formiter examinatus, Procaccinus celebris Pictor, ibi: *E ſopra queſto particolare moſtraua il detto Signor Marcheſe una premura così grande, che ſi eſpreſſe più volte, tanto con me, quanto con altri, eſaggerando, che la voleua Monaca, ancorche Lei non voleſſe, e contro la ſua volontà*: Et clarè etiam Conſtantia Curietta Mater, cujus depoſitio magnam fidem meretur; Iſta enim quadam vice cùm inſinuaret Marchioni, ut pro ſalute animæ noſtræ Puellæ eam nuberet etiam extra Urbem alicui Viro privato, adeo Marchio abhorrebat nuptias temporales ejus Filiæ, ut manibus elatis irruerit in dictam Conſtantiam, quaſi, eam vellet jugulare, ibi: *Il che ſentito detto Sig. Marcheſe, con voce alterata, ed in colera ſi auanzò verſo di me con le mani alzate, per mettermele alla gola, e mi diſſe, che queſto era quello, che non voleva, perche non voleua, che un Genero, ſtando Lui al capezzale, l'aveſſe da far fare il Teſtamento a modo ſuo, e per queſto voleua, che onninamente detta Figliola ſi monacaſſe, e così aveua da eſſere.*

Magis evidenter excludunt libertatem eligendi Matrimonium temporale, etiam vile, & inæquale, teſtes inducti, & producti in Tribunali Cameræ ante motam præſentem litem à Monaſterio; Ex ipſis enim reſultat, quod cum altera vice dicta Curietta ſupplicaſſet Marchioni pro aliquo ſubſi-
8 dio (notetur iſtud verbum *ſubſidium*, quod indicat Matrimonium inæquale, & ordinarium) pro collocanda in Matrimonium noſtra Puella, Marchio etiam iſtud tenue ſubſidium, & Matrimonium inæquale prohibuit, & denegavit, expreſsè ſe proteſtando, quòd ſi illa habitum monaſticum ſuſcipiebat, impenſurus erat omnia neceſſaria, quatenùs verò nuberet in ſæculo, nec unum quadrantem ſubminiſtrare intendebat, nec agnoſcere eam volebat in Filiam, ibi: *La maritaſſe pure a ſuo piacere con chi Ella aueſſe voluto, che lui non ci voleua entrare, ne ſpenderci un quadrino, e che ſe era ſua Figlia, ci aueſſe penſato Lei &c. ſe è tua Figlia penſaci tu, che io non ci ho, che fare, ne la conoſco per niente*, quibus teſtibus, utpotè inductis, & productis ab ipſo Monaſterio, contra ipſum plena fides præſtanda venit ex allegatis ſupra.

De hac ipſa coactione, & ademptione libertatis nubendi in Sæculo, altiſſimas querelas emiſit noſtra Puella cum Moniali Bolognina, ejus confidentiſſima, quę veritatem propalavit, non ad inſtigationem noſtræ Puellę, ſed metu excommunicationis, ſibi præſentatæ ad Inſtantiam Monaſterii;
9 Iſta enim ſequentibus verbis, quæ inſubſiſtentiam contrarii aſſumpti ad evidentiam oſtendunt, revelavit, ibi: *In detto tempo preſe molta confidenza con me, di modo, che continuamente la trattauo, e diſcorreuo con Lei, e mi diceua, ed eſaggeraua la ſua diſgrazia di eſſere neceſſitata a farſi Monaca contro la ſua volontà, dicendomi ſpeſſe volte, che Lei non aueua vocazione di eſſer Monaca, e che ſe il Sig. Marcheſe, l' aueſſe laſciata in ſua libertà, non ſi ſarebbe mai fatta Monaca, ma ſi ſarebbe maritata, ſe il Sig. Marcheſe glie l'aueſſe permeſſo.* Id ipſum metu excommunicationis confirmavit Ph. de M. Vir nobilis, omnique propterea exceptione major, ibi: *Et in detto tempo più, e più volte diſſe tanto a me, quanto &c. oggi Suor Maria Leonara Bolognini* (notetur iſta mirabilis conſonantia, & uniformitas teſtium) *Monaca Profeſſa in Santa Margarita, che Lei, cioè detta Sig. Tereſa Liuia, non aueua avuta, ne aueua vocazione di eſſer Monaca, e che non oſtante per compiacere, & aderire al Sig. Marcheſe Pallauicini ſuo Padre era neceſſitata a prender l'abito da Religioſa, e farſi Monaca, dicendo, e moſtrando, che ſe detto Sig. Marcheſe l' aueſſe laſciata in libertà, Lei non ſi ſaria fatta Monaca*, & paulò poſt, ibi: *E sù la conſiderazione di eſſer neceſſitata a farſi Monaca, ſoſpiraua, e piangeua.*

Quamobrem ſi tot teſtes, ex parte noſtra inducti, ac ferè omnes formiter examinati, de coactione, & neceſſitate aſſumendi habitum religioſum ex parte Marchionis teſtantur de tempore proximo veſtitionis; Rurſùs ſi etiam teſtes in-
ducti, & producti, ac procurati metu excommunicatio- 10
nis à Monaſterio de hac coactione, & ademptione libertatis nubendi in Sæculo ex ore proprio noſtræ Puellæ depoſuerunt de tempore etiam contemporaneo veſtitionis, percipi ſanè non poteſt, quomodo tot inutilibus verboſitatibus, contra evidentiam facti, & contra tot teſtes ſuaderi poterit, quòd noſtra Puella relicta fuerit in libertate, vel monacandi, vel nubendi in Sæculo, ut patet reflectenti.

Præterea aſſerta libertas oblata, ut prætenditur, à Marchione, antequam certior fieret de conſtanti voluntate in contrarium noſtræ Puellæ, directa non erat ad eum finem, ut ipſa eligeret Statum, quem mallet, ſed tendebat præciſè ad illam coarctandam, & cogendam ad ſuſcipiendum habitum monaſticum; Quippè proponebat Matrimonium, non ſimpliciter cum aliquo Artifice, ſeu cum aliqua Perſona
privata, neque ſimul exhibebat dotem correſpondentem, 11
in quibus terminis locus eſſet quæſtioni, an hujuſmodi Matrimonium eſset æquale, necne Statui Perſonæ, ſed illud proponebat cum Perſonis, vel Infamibus, prout deponit Bartholomæus Gargarius, ibi: *Anzi, che diceua, che l' aueria maritata ad un Macellaro*; Vel vilibus, & infimæ conditionis, prout refert, ibi: *Che l'auerebbe maritata ad un Seruitore*, & concordat Curietta: ibi: *Altrimenti l' averebbe maritata vilmente, ed alla più vil Perſona, che aveſſe trovato.* Idque Marchio peragebat, non ut poneret in libertate electionem Status, ſed ut noſtra Puella hac ignominia perteritta, habitum Religioſum ſuſciperet, ut ipſemet declaravit cum dicto Gargario, ibi: *Anzi, che diceva, che l'aueria maritata ad un Macellaro per maggiormente avuilirla*, & conſequenter impoſſibile prorſus eſt, quòd ex hujuſmodi Matrimonio loco pœnę, & ob inobedientiam propoſito, & ignominiam perſonalem ſecumferente, argui poſſit libertas eligendi Statum, quæ ad effectum excludendi metum, eſt neceſſaria de tempore præciſo veſtitionis, neque ſufficit, quòd præceſſerit, ut probat *Rot. deciſ.* 870. *num.* 19. & 20. *coram Emerix jun.* ibi: *Denique nihil faciat quædam Epiſtola, à Jacobo Patre ſcripta, in qua videtur relinquere Filium in libertate eligendi ſtatum, quem mallet, quia non conſtat, quòd innotuerit Petro Dionyſio &c. & in omnem caſum non pertutit præciſum tempus ordinationis, prout requiritur, ad hoc, ut de eo tempore dici nequeat illatus metus.*

Huic etiam matrimonio vili, & inæquali jungebat etiam Marchio minas graviſſimas, videlicèt expulſionem à proprio conſpectu, ut ex ore bon. mem. Ghezzi refert Bartholetta, ibi: *Che all' ora vi darà un Falegname, o altra Perſona triuiale, e che l'averebbe mandata a Genoua*, & magis graves refert Gargarius, ibi: *Che ſe non ſi fa-* 12
*ceva Monaca, l'aueria abbandonata in tutto; e per tutto, e ridotta la più miſerabile, ed infelice Donna, che viveſſe; Anzi che l'averia maritata ad un Maccellaro per maggiormente avuilirla*, & concordat etiam Conſtantia Curietta, quæ non refert dumtaxat Marchionem minatum fuiſſe, *che l'auerebbe maritata vilmente*, ſed ulteriùs ſequentes minas ſuperaddidit: *Eſſere ormai vicino al termine di riſolvere a farſi Monaca, perche Lui così la voleua, altrimente l' auerebbe maritata vilmente, ed alla più vil Perſona, che aveſſe trouato, e che ſareſſimo ſtate miſerabili tutte due, ed uſate altre ſtravaganze non credute*, &
quæ ſolæ ſufficiunt ad incutiendum juſtum metum, ut de 13
minis de expellendo Filium à Domo, & conſpectu Paterno, teſtatur *Galeott. contr.* 14. *lib.* 2. *num.* 22. ibi: *De expulſione à Domo magnam, gravemque eſſe injuriam, quæ nonniſi Filio inobedienti fit, qui maximum facinus adverſus Patrem commiſerit, exhæredatione dignum*, & de aliis minis denegationis Agnitionis in Filiam, quę pernecesſè continentur in illo ſtatu miſerabili comminato, probavimus ſupra.

Ex his igitur duo neceſſariò ſequuntur favore noſtræ Puellæ; Primum, quòd aſſerta libertas eligendi nuptias temporales à principio oblata, eſt adeò circumſtantiata, & minis gravibus commixta, ut etiam ex illa metus gravis reſultet; Et ſecundum, quòd, habita notitia reluctantię noſtrę Puel-
læ à Marchione, hanc etiam gravantiſſimam libertatem ei 14
præpedivit, eam præciſè cogendo ad Monacatum, interdicto quocumque connubio, ut ſupra probavimus, tam ex noſtris, quàm ex contrariis teſtibus, & conſequenter prætenſum motivum conceſſæ libertatis eligendi ſtatum, corruit penitùs in facto.

Excluſa igitur prętenſa libertate, minoris ponderis eſt objectum, quòd Marchio uſus fuerit moderatis ſuaſionibus, non

autem minis ad inducendam noſtram Puellam, ad ſuſcipien-
dum habitum monaſticum, quæ Parentibus permiſſæ ſuppo-
nuntur, etiamſi fuiſſent importunæ, & ſepiùs repetitæ. Ul-
tra quod enim obiectum non regit in facto, prout inferiùs de-
monſtrabimus, & ultra quod communior DD. opinio ſtat in
contrarium, quod ſcilicet importunæ ſuaſiones vim coactio-
nis habent, præſertim quando agitur inter Patrem, Virum
ſeverum, & auſterum, cui debita eſt reverentia, & tene-
ram Puellam, in minori ætate conſtitutam, ut probant Do-
ctores allegati ſupra: Adhuc Ipſimet Doctores contrariam
opinionem ſectantes, admittunt, quod quando ſuaſiones
ſunt doloſæ, tunc præciſivè etiam à minis, inferunt metum
gravem, ut benè diſtinguit, & probat *Barboſ. Vot. dec. 127.*
15 *numer. 4. & pluribus ſeqq.* ubi interpretando *Text. in leg. 1. §.*
*Perſuadere ff. de Serv. corrupt.* ait ibi: *Idipſum intelligendo*
*de perſuaſione doloſa, non verò de illa, quæ ſubit vices optimi*
*conſilii &c. Unde quod dicitur, preces, & importunas perſua-*
*ſiones vim, & metum inducere, intelligitur de doloſis, juxta*
*doctrinam Dyni.*

In hypotheſi autem noſtra aſſertæ ſuaſiones non potuerunt
eſſe, nec excogitari magis doloſæ, & ſeductivæ innocentiſ-
ſimæ Puellæ; Nam, ut extorqueret conſenſum monachatio-
16 ni, Marchio eidem offerebat in Statu monacali tractamen-
tum nobile ad inſtar Principiſſæ; Quodque primam figuram
feciſſet in Monaſterio, ut de facto proprio teſtatur Gaſparis,
Pater Creſcius, de Marchis, ibi: *Egli direte, che ſe Lei ſi*
*farà Monaca la farò eſſer la prima del Monaſtero, e la farò trat-*
*tare da Principeſſa*, & concordat etiam N. ibi: *Il Sig. Mar-*
*cheſe ſudet, voleua ſi faceſſe Monaca, e facendoſi ſarebbe ſtata*
*una gran Signora.*

Extorto ſub hiſce falſis, & doloſis promiſſionibus conſen-
ſu Statui religioſo, noluit poſtea adimplere promiſſa, nam
non ſolùm coegit noſtram Puellam renunciare omnibus bonis,
ac ſupplemento alimentorum, & non ſolùm tractamentum
*da Principeſſa, e da gran Signora* non habet, ſed requiſitus
17 ab Abbatiſſa Monaſterii pro conſtitutione alicujus etiam
tenuis Livelli, noluit id conſtituere, ut refert moderna
Abbatiſſa, & confirmat moderna Vicaria; Idque fecit,
ut præciſè eam compelleret, & coarctaret, etiam invi-
tam, ad ſuſcipiendum habitum, ut teſtatur Capit. C. quę
ſeductio, aut deceptio, non poteſt eſſe major, & æquè an-
nullat profeſſionem, ac metus literaliter diſponit *Concilium*
*Tridentinum ſeſſion. 24. de Reformation. cap. 5.* ibi: *Nec po-*
18 *ſtea ipſa, vel alia profeſſionem emittat, antequam exploraue-*
*rit Epiſc. &c. Virginis voluntatem diligenter, an coacta, an*
*ſeducta ſit*; Sicuti enim metuentis, ita & ſeductæ, nullus eſt
conſenſus, aut voluntas, & qui dolo capitur errat, & volun-
tati vim infert, qui fraude perſuadet, ut egregiè obſervat
*Brouuer. de Jur. Connub. lib. 1. de Sponſal. dol. contract. c. 19 n.*
*1. & 2. & Hermoſil. ad ll. partitarum gloſ. 3. l. 56. tit. 5. p. 5. nu.*
19 *24.* & egregiè *Cicero libr. 1. de Offic.* ſequutus *à Pignatell. con-*
*ſult. 99. n. 4. in fin. tom. 1. juxta Romanam impreſſionem*, ibi:
*Cum autem duobus modis, ideſt aut vi, aut fraude fiat iniuria:*
*fraus, quaſi Vulpeculæ: vis Leonis videtur, utrumq; alieniſ-*
*ſimum ab homine, ſed fraus odio digna majore*, cum aliis *in*
*tom. 3. par. 1. diſcept. 1. §. 22. n. 14.*

Hæc diximus cum ſuppoſito, quod Marchio ſimplicibus
ſuaſionibus uſus fuerit, ut convinceretur Monaſterium quo-
ad probationem metus, etiam cum ſenſu ſuorum Defenſo-
rum; Verùm hujuſmodi obiectum nullam habet ſubſiſten-
20 tiam in facto; Quia Marchio Pallavicinus non adhibuit ſua-
ſiones, & preces, ſed minas graviſſimas, tam circa de-
negationem alimentorum in futurum, quàm circa inter-
verſionem Status Perſonæ noſtræ Puellæ; Iſtæque minæ,
quæ regulariter probantur conjecturis, aut præſumptioni-
bus, in caſu præſenti ad evidentiam verificantur de audi-
tu ab ore Marchionis, metum inſerentis à quatuordecim
teſtibus, diſtinctim enunciatis ſupra, ab ore noſtræ Puellæ,
metum paſſæ, & tempore non ſuſpecto, ſeu ante introdu-
ctionem præſentis litis, à duodecim teſtibus, pariter indica-
tis ſupra, & de facto proprio, à quatuor teſtibus, qui illas
incuſſerunt, qui omnes in hac materia conſtituunt ſuperlati-
vam probationem, quia propter difficultatem probationis ad
juſtificandas minas, quæ ſecretò inferri ſolent, ſufficeret
unicus tantùm teſtis de viſu, & alii de auditu, ſeu junctis
adminiculis, ex deductis ſupra.

Hinc prorſus inſubſiſtentes ſunt repetitæ exceptiones, quæ
allegantur contra Patrem Creſcium, & Joſephum de Mar-
chis, nam in primis omnes reſpiciunt accidentalia, non au-
tem ſubſtantialia Cauſæ, & ideo fidem eiſdem non minuunt,
21 ſed augent, ut probavimus ſupra; Rurſus quod Pater Cre-
ſcius in primo examine facto, in Tribunali Cameræ in Cau-
ſa Succeſſionis narraverit, primum tantùm acceſſum ad
Monaſter., ad effectum explorandi voluntatem noſtræ Puel-
læ, & de ſecundo nullum verbum fecerit, quinimo ſuppoſue-
rit tantum dumtaxat ſcire, quantum depoſuit, Et deinde in
hoc ſecundo examine, ſecundum acceſſum, & minas etiam
Paternas noſtræ Puellæ retuliſſe fateatur, hoc non detrahit
fidei ejuſdem teſtis, quia unum examen nil habet commune
cum altero, & una Cauſa eſt totaliter diverſa ab altera, &
in tantùm in primo examine in Cauſa Succeſſionis non retu-
lit minas paternas, in quantùm ſuper eis non fuit interroga-
tus, ac nulli ex Collitigantibus tunc expediebat ſuper talibus
minis, vel Articulos, vel Interrogatoria dare, & ideo no-
vum, & forſan inauditum eſſet, quod teſtis, qui ſemel ſe exa-
mini expoſuit in una Cauſa, & ſuper ea, ac ſuper Interro-
gatoriis, tunc ſibi datis, faſſus fuit, aliud non ſcire, non poſ-
ſet poſtea in alia diverſa Cauſa, quoties præciſè, & ſpeciali-
ter fuit interrogatus, diverſas etiam, & majores circumſtan-
tias referre, ut in durioribus terminis probat *Rot. deciſ. 147.* 22
*num. 14. par. 1. rec. & dec. 43. num. 15. poſt Card. de Albic. de*
*Inconſt. in jud.*

Minoris ponderis eſt exceptio, deſumpta ab Epiſtola dicti
P. Creſcii damnabili artificio intercepta, quem operandi mo-
dum nunquam ſatis exprobari poſſe, ait *Cicero Philip. 2.* re-
latus *à Gonzal. in cap. Cum olim 33. lit D de Officio, & poteſta-*
*te Judicis delegati*, & ſequutus *à Raynald. rer. Crimin. tom 2.*
*cap. 18. §. 22. n. 5.* humanitatis omnis expertem vocans eum, 23
qui Epiſtolas familiares intercipere procurat, & publicas fa-
cit, in qua Epiſtola dictus teſtis fatetur, non potuiſſe ſubſcri-
bere minutam fidei, ex parte noſtra ſibi tranſmiſſæ, *ſenza*
*aggravio della ſua Coſcienza*; Quia id evenit, non quia circum-
ſtantiam minarum, noſtræ Puellæ incuſſarum, ignoraret,
ſed quia in ead. Minuta ſupponebatur, quod de anno 1710.
teſtis morabatur in Urbe domi Marchionis, quæ circumſtan-
tia non ſubſiſtebat in facto, & ideo jure, meritòq; noluit te-
ſtis illam ſubſcribere, ut declarat in ead. Epiſtola, & clariùs
in ejus formali examine, quæ ſcrupuloſitas debet augere, non
autem minuere fidem huic teſti, ut probavimus ſup.

Ejuſdem farinæ ſunt exceptiones, quæ allegantur contra
Joſephum de Marchis Cubicularium Marchionis, quia nul-
la ex eis, aut ſubſiſtit in facto, aut relevat in jure, omneſq; 24
confutavimus ſupra.

Cœterùm minæ non fuerunt noſtræ Puellæ relatæ à ſupra-
dictis duobus teſtibus tantùm, ſed ab Antonio de Gaſparis
Curietta, & à Rita Conconi Nutrice, & à Carolo Curiet-
to. Quamobrem cum certò conſtet, à Marchione præfatas 25
minas fuiſſe factas contra noſtram Puellam, ut probavimus
ſupra, & viceverſa ad ejus notitiam perveniſſe, niſi Spi-
ritum propheticum eidem Moniali tribuamus, perneceſsè
ſupponi debet, quod aliquis fuerit, qui illas incuſſerit, &
retulerit, & conſequenter verificatis dictis præfatorum te-
ſtium ab hiſce extremis ex parte Patris, & ex parte Filiæ,
vanitas eſt criticare corticem verborum, & lacerare famam
etiam teſtis defuncti, & Religioſi, cujus dicta in eo, quod
concernit minas, à tot antecedentibus, & ſubſequentibus
comprobantur, ut patet Reflectenti.

Confutatis igitur duobus principalioribus obiectis, quod
noſtra Puella relicta non fuerit in libertate eligendi Sta-
tum, quodque Marchio ad eidem incutiendum metum uſus
non fuerit moderatis ſuaſionibus, ſed minis graviſſimis, fa- 26
ciliori medio oſtendimus, quod infelix Puella nunquam ac-
quievit, & omni tempore inſpecto ſemper reclamavit, &
conqueſta fuit de metu, ſibi incuſſo, & contraria ejus volun-
tate monacationi.

Circa primum tempus Quinquennii in ſtatu Educandæ,
uſque ad diem Veſtitionis, illud non excludit minas, ſed po-
tiùs illas includit, & verificantur ulterius continuæ reclama- 27
tiones, tàm in Monaſterio, quàm alibi.

Quoad minas, ſatis dictum ſupra; Supereſt tantum refer-
re reclamationes noſtræ Puellæ: Iſta enim dum erat Edu-
canda in Monaſterio, cuicumque Perſonæ voluntatem, &
minas paternas referenti, coactam ſuam voluntatem mani- 28
feſtavit, ut refert P. Creſcius, ibi: *Già che per Me non vi ſarà*
*neſſuno, che mi ajuti, biſognerà, che io facci a ſuo modo, contro*
*però la mia volontà*, de Gaſparis, ibi: *Li riſpondeva, che già*
*che il voler del Padre era tale, per non poter fare altrimente,*
*che ſi ſaria fatta Monaca, benche la ſua volontà non foſſe tale;*
Curietta, ibi; *E Lei mi riſpondeva, che biſognava farlo, già*
*che Lui voleva coſi, perche non aueua un Padre, ma un Ti-*
*ranno, mentre gli voleua far fare una coſa contro la ſua vo-*
*lontà*; Rita Conconi Nutrix, ibi: *Si metteua a piangere,*
*e ſoſpirando diceva, ci vuol pazienza, Io non ho neſſuno*
*per me, ſono abbandonata da tutti* ( quę lacrymas à ſaxis ex-
trahe-

traherent) *biſognerà, che facci a ſuo modo, ma però contro la mia volontà*; & concordat de Marchis, ibi: *Stiede per un poco penſando, e poi alzò la teſta piangendo, e ſoſpirando, mi diſſe, che già che il deſtino, e la diſgrazia ſua portava coſi, che faceſſe il Signor Marcheſe ciò, che li pareva, che ſi ſaria fatta Monaca, ma però contro la ſua volontà*: Concordat etiam Monialis Bartoletta, ibi: *Ben è vero, che la volontà ſua non era tale, e così continuamente me lo diceva, e dimoſtrava il diſpiacere, e l'auerſione, che aueua di farſi Monaca, ed in tanto condeſceſe a dir di sì, in quanto, che temeua del Signor Marcheſe ſuo Padre, che la minacciaua di voler eſſere obbedito.*

Eaſdem, & majores reclamationes fecit poſtquam exivit è Monaſterio, & tempore magis proximo veſtitioni; Ibi enim continuò declamavit, & conqueſta fuit de coactione, & neceſſitate aſſumendi habitum monaſticum contra propriam voluntatem, ut revelavit ad inſtantiam Monaſterii
29 Monialis Bolognini quæ erat confidentiſſima noſtræ Puellæ, & depoſuit etiam Ph. Vir omni exceptione major, & priùs etiam teſtatus fuerat A. D. formiter examinatus, Quinimò pluries de hoc ejus Infortunio lacrymas multas effudit, & ſignanter pridiè ante veſtitionem, ut teſtatur I. ac dicta Bolognini, & de Marchis, & teſtantur etiam Vicini, nempe Phyſicus de Bernardinis, & quòd calamus horret, dum ſcribit, contra ipſum Deum pugnare auſa fuit, nimis improvidè Divinam providentiam increpando, quare ſi Monialis fieri debebat, talem vocationem non dederat, ibi: *Contraſtaua con il Sig. Iddio, e che ſe il Sig. Iddio la voleua Monaca, doueua ancora dargli la vocazione.*

Quia verò contrarii Scribentes non potuerunt diſſimulare lacrymas effuſas à noſtra Puella pridiè ante veſtitionem, ſup-
30 ponere conantur, quòd illæ tribuendæ ſint, vel conſuetæ volubilitati Mulieris, vel naturali motui animi occaſione mutationis Status.

Verùm hoc etiam ſuppoſitum non regit in facto, quia ipſamet Puella uſque tunc declaravit, quòd lacrymabatur ob coactionem, & ob inevitabilem neceſſitatem aſſumendi habitum monaſticum contra propriam voluntatem, ſuper quo erat penitus inconſolabilis, ut teſtatur de Marchis, ibi: *E sù la conſiderazione di eſſer neceſſitata a farſi Monaca, ſoſ-*
31 *pirava, e piangeva*: Igitur non ex volubilitate Mulieris, neque ex naturali animi motu; Et paulò poſt, ib: *Diede in un pianto dirottiſſimo, ed era quaſi inconſolabile*, & concordat Monialis Bolognina, & clariùs A. D. ibi: *Gli diſſe, ſe per qual cauſa ella piangeſſe, allora riſpoſe, che conſiderava, che il giorno ſeguente, douer racchiuderſi dentro il Monaſtero con tanta ſua averſione*; Ecce motivum lacrymarum, *ma che ſperava di douer dar ſodisfazione a tutti, con laſciarci la vita*; Unde ſi has circumſtantias innegabiles non omiſiſſent, utique contra evidentiam facti, nec potuiſſent lacrymas tribuere præſentiæ Matris, aut motui naturali; Minuſque aſſeverare potuiſſent, quòd hoc primo tempore noſtra Puella poſt præſtitum conſenſum ſemper acquieverit.

Circa ſecundum tempus anni Novitiatus illud non probat, ſed excludit liberum, & voluntarium conſenſum noſtræ Puellæ ad Monacatum; In ipſa enim die veſtitionis publi-
32 ca vox, & fama inolevit in Eccleſia Monaſterii, & in illius Vicinia, quòd noſtra Puella cogebatur habitum ſuſcipere contra propriam voluntatem, & Populus ipſe commiſerando infelici ejus conditioni, & exprobando Victimam, quæ non ad Thalamum Sponſi, ſed ad patibulum trahebatur, murmurabat, ibi: *Poveretta, è condotta al Macello*, ut depoſuit nobilis Matrona M. M. A. ſub hac depoſitione defuncta, ac ejus Cubicularia. In ipſamet die, vix expleta functione veſtitionis, lacrymæ non defuerunt, ut teſtatur I. neque iſtæ lacrymæ referri poſſunt ad mutationem Status, ſed ad cauſam metus præexiſtentis, & coactę voluntatis, ut probavimus ſupra.

Intra annum Novitiatus majores fuerunt conqueſtiones, & querelæ de metu, ſibi incuſſo, & contraria ejus volunta-
33 te monacationi; & de eis deponunt primo loco A. D. *Lei mi riſpoſe le ſeguenti parole, cioè: Lei puol ſapere ſe Io ſtia qui dentro contenta, mentre gl' ho detto tante volte in Caſa &c. che Io mi facevo Monaca per forza, e che all'abito monaſtico, vi ho avuto ſempre auerſione, anzi continuo ad auercela, e ce l'averò ſinche campo, anzi queſt' abito ſarà la mia dannazione*: & concordat Eliſabetta Bacchina, ibi: *Statevi zitta, non mi poſſo veder queſt' abito addoſſo, come volete, che ſtii contenta, ſe mi ſono veſtita per forza non ne parlamo più, non m'accorate di vantaggio*, & idem confirmat Curietta, ac Monialis Bartoletta, ibi: *Riſpondo, che con me Teſtimonio ſimili doglianze l'ha fatte quaſi alla giornata, tanto prima, che doppo la rinuncia, & anche doppo velata, ſino al preſente, a ſegno che il numero delle volte non è poſſibile, che poſſa riferirglielo*, & Monialis Amari, ibi: *Doppo poi monacataſi Suor Maria Coſtanza ha continuato, e continua ancora di preſente a fare dell'eſclamazioni, che Lei ſi era fatta Monaca per forza &c.* quibus omnibus mirabiliter conſonat, Monialis Bartholina, ex adv. formiter examinata.

De tempore etiam magis proximo profeſſioni, meditabatur, ſi potuiſſet exire, & aufugere à Monaſterio, & expreſſè proteſtata fuit, quòd ipſa emiſſura erat profeſſionem ore, ſed non corde, ut refert A. Margana, ibi: *E che Lei non voleua eſſer Monaca, e che tutto quello, che aueua fatto* 34
(notentur queſo ſequentia verba) *& era per fare, era perche aueua un grandiſſimo timore del Sig. Marcheſe, ma non di ſua volontà, anzi un giorno, che profeſſò un'altra Novizia, eſſendo ancor Lei allora Nouizia, ſi eſpreſſe, e dichiarò con me con queſte parole: Verrà il tempo di far la profeſſione anch' Io, ma la farò con la bocca, ma non con il cuore*; Deus enim in hac materia reſpicit cor, non manus, & voluntatem internam, non linguam, & ideò hæc ſola proteſtatio emiſſa paulò ante profeſſionem, junctis præcedentibus, & ſubſequentibus, ſufficit pro nullitate profeſſionis, juxta individuales authoritates, allegatas ſupra.

Has omnes circumſtantias reticent ex adverſo Scribentes,
& ad ſuadendam liberam voluntatem noſtræ Puellæ de tem- 35
pore Novitiatus, & excludendas eodem tempore reclamationes, adducunt dumtaxat Biliettum Vicesgerentis, nonnulla alia Bilietta, ſcripta à noſtra Puella Marchioni, & depoſitiones nonnullarum Monialium, falſis promiſſionibus extortas; Verùm nulla ex hiſce circumſtantiis excludit metum, nec tollit efficaciam, reclamationum, ſuperiùs expenſam.

Non quidem Biliettum Vicesgerentis, quia ſi attenderetur exploratio voluntatis, facta ab Ordinario, nunquam daretur, aut uſque adhuc datus fuiſſet caſus nullitatis alicujus profeſſionis, quia poſt Concilium Tridentinum ſemper eſt neceſſaria exploratio voluntatis, ſemperque interveniſſe præſumitur; Et tamen non obſtante exploratione, ſæpiſſime ab hac Sac. Congreg. & ab aliis Tribunalibus declaratæ fuerunt nullæ profeſſiones, etiamſi Exploranti explicata non fuerit vis, aut metus; Et ſanè ſi noſtra Puella metum ſibi illatum notificaſſet Vicesgerenti, qui poterat profeſſionem impedire, ſtatim eidem eveniſſent omnia mala, comminata à Marchione, & ſtatim amiſiſſet tractamentum nobile, & agnitionem in Filiam, & ideò quotiès conſtat de metu à principio, & durat eadem cauſa metus, omne actus ſubſequentes præſumuntur meticuloſi, quia proveniunt à principio infecto, & ſunt nulli, etiamſi eſſent jurati, & extrinſecùs apparent, læto, & jucundo animo facti, ut probavimus ſupra.

Ex eadem ratione nulla vis fieri poteſt ſuper Biliettis à noſtra Puella ſcriptis Marchioni, quia ſi durantes cauſa metus non ſufficiunt ratificationes expreſſæ, tantò minus ad excludendum metum ſufficere poſſunt Bilietta, ad alium effectum ſcripta, & ſcripta Genitori, qui metum incuſſit, ut 36
in præciſis terminis de Epiſtolis Filii, ſcriptis Patri, metus Authori, quòd metum non excludant, ſed potiùs illum augeant, probant DD. allegati ſupra; Præſertim in caſu præſenti, ubi in ſingulis ſcriptis Biliettis ſemper noſtra Puella aliquid poſtulavit à Patre, & ex ſingulis recognoſcitur nimia affectatio, ut indicant illa verba: *Mio caro, caro, mio bello, mio Ciciſbeo*, quæ verba præſumuntur fictè appoſita ad carpenda munera, & ad emolliendum Patrem, qui ſtrictiſſima Renunciatione, & Filiam jugulaverat; Etenim ad ita affectatè ſcribendum eadem Puella fuerat inſtructa à Bartholetta, ejus Magiſtra, ut vidimus ſupra, & ſic etiam obſervaſſe, & practicaſſe cum Patre, ipſamet Filia, vivente adhuc Marchione, proteſtata fuit, ut refert de Gaſparis, ibi: *Io lo sò, perche doppo diſcorrendo la detta Suor Maria Coſtanza con me Teſtimonio, mi diceua, che li toccaua a fingere, e ſimulare per aderire al Padre, ma non era tale la ſua volontà.*

Hinc in hac materia, riſus, oſcula, amplexus, lętitia vultus, & extrinſecum contentamentum, durante cauſa metus, non excludunt metum, ſed potiùs illum aggravant, & geminant, quia propter metum apprehenſum, & ad evitandum 37
eventum minarum, illarumque effectum, neceſſaria eſt talis fictio, ſeu diſſimulatio, ad tradita per *Bald. in l. 2. n. 10. Cod de Eo, quòd met cauſ. Boſſ. de Matr. c. 12 §. 23 à n. 414. uſque ad fin. Gaill pract. Obſerv. obſerv. 93. n. 32. Painmoll. adnot. 2. ad dec. 102 n. 25. & Rot dec. 859. n. 7. cor. Seraph.*

Omitti poterant depoſitiones Monialium, formiter exa- 38
minatarum, quæ allegantur, tanquàm Textus Civiles, aut Cano-

Canonici, & relatis dumtaxat earum verbis, reliqui noſtri teſtes, & documenta, alto ſilentio exadverſo prætereuntur; Quippe iſtæ Moniales ſunt in hac Cauſa noſtræ Adverſariæ, quia Profeſſio Religioſa nihil aliud eſt, quàm verus contractus inter Monialem, & Monaſterium, ex adductis à
39 *Panimoll. dec. 29. à num.* 3. Eædem Moniales variæ apparent in earum dictis, quia convictæ ſunt de mendacio in pluribus partibus ſubſtantialibus, ut probavimus ſupra. Iſtæ ſunt, quæ expreſſè propalarunt diſplicentiam, quam reciperent, ſi noſtra Puella victoriam Cauſæ reportaret? Iſtæ, quæ magnis promiſſionibus deceptæ, ac ſubornatæ, veritatem ipſam manifeſtam palliarunt; Ipſamque filiationem noſtræ Puellæ reſpectu Marchionis, ac præſtationem alimentorum ab ipſo factam inaudita diſſimulatione, ignoraſſe aſſerverunt? Iſtæ ſunt, quæ ad commodum proprii Monaſterii deponunt, & deponunt ſuper negativa reclamationum, quam tamen non coarctant, ſed potiùs admittunt poſſibilitatem in contrarium, & adeò non ſolùm nihil probant favore Monaſterii, ſed potiùs confirmant noſtros teſtes de reclamationibus deponentes, ut latè probavimus ſupra, & benè *Rot. dec.* 178. *num.* 10. *cor. Caril.* ibi: *Sunt Moniales ejuſdem Monaſterii, cujus intereſt profeſſionem eſſe validam*, in qua parte habemus duas punctua-
40 liſſimas reſolutione hujus Sac. Congreg. quæ non poſſunt eſſe rotundiores; Prima eſt in *Biſuntina* 9. *Julii* 1701. *lib.* 51. *Decret. fol.* 375. in qua nulla omnino habita ratione formalis depoſitionis quatuor Monialium, deponentium ſuper libera voluntate Monialis, juxta præciſa verba Folii, dicta die diſtributi, intrepidè reſponſum fuit, illas non eſſe habendas in aliqua conſideratione, ac Monialem non teneri permane-
41 re in Religione. Secundus caſus eſt in alia *Bituntina* 9. *Decembr.* 1713. in qua ſcripſi, & obtinui declarari nullitatem profeſſionis, ut videre eſt in *tom.* 1. *diſcept. Eccleſ. diſc* 1 *p.* 1. *per tot.* & ſignanter *num.* 45. in cujus pariter caſu exagerabantur contra Monialem reclamantem depoſitiones ferè om-
42 nium Monialium, & tamen illis nullo modo attentis reſponſum pariter fuit favore Monialis reclamantis, ut videre eſt in *lib.* 63. *Decret. Sac. Congreg.*

Diximus, quòd dd. Moniales fuerunt ſubornatæ ad puram cauſæ defenſionem, ut ſcilicèt nulla penitùs fides præſtetur quibuſcumque teſtibus, qui exadverſo allegantur; Conſequenter ſublatis de medio depoſitionibus Monialium,
43 ac aliorum teſtium exadverſo expiſcatorum, ſuper quibus ex tot capitibus nullum fieri poteſt fundamentum, remanet ſine aſſiſtentia facti contraria prætenſio, quòd noſtra Puella hoc ſecundo tempore inſpecto, non reclamaverit, neque de metu ſibi incuſſo conqueſta fuerit.

Tertium tempus à die profeſſionis uſque ad obitum Marchionis eadem Puella non oſtendit liberum conſenſum, ſed coactionis, & metus continuationem; Quod evidens fit, non ſolùm quia probato metu à principio, & durante eadem cauſa metus, remanet etiam de Jure probata duratio, & continuatio ejuſdem metus de tempore præciſo profeſſionis,
44 ut probavimus ſupra, neque neceſſarium eſt, quòd incuſſio metus fiat in ipſo actu profeſſionis, ſed ſufficit præceſſiſſe, ut actus poſtea ſequutus, non obſtante quocumque intervallo temporis, cenſeatur meticuloſus, durante eadem cauſa metus, ut probavimus ſupra.

Hæc præſumptio Juris ſufficeret ad probandam continuationem metus, ſed documenta etiam extrinſeca dedimus ad hanc præſumptionem corroborandam de tempore præciſo Profeſſionis; Ad quem effectum ponderare ſupplicamus, quòd agitur de re ſequuta intra ſepta Monaſterii, quæ non poteſt meliùs probari, quàm ab ipſis Monialibus: Rurſus, quòd omnes Moniales ſunt inimicæ noſtræ Puellæ, & cum ipſis actualiter litigant, & ideò augetur ex hac parte difficultas, exibendi probationes clariores; Hoc tamen non obſtante, ſunt adeò evidenter probatæ reclamationes, & contraria voluntas noſtræ Puellæ poſt profeſſionem, ut nil evidentiùs dari poſſit in hoc Mundo; In primis enim habemus quatuor Moniales, inter quas numeratur Abbatiſſa, & Vi-
45 caria, quarum fides producta fuit ab ipſomet Monaſterio in Tribunali Cameræ ante motam præſentem litem, quæ circa reclamationes noſtræ Puellæ, ſic ajunt, ibi: *E le ſudette doglianze &c. le fece ſubito nell' atto dell' ingreſſo in Religione, e continuò a farle anche in tempo del ſuo Noviziato &c. e le coſe ſudette le deponiamo per eſſer noi ſtate preſenti, & auer ſentite tutte le ſudette eſclamazioni, che ha fatto ſempre dal principio dall' ingreſſo in Religione, e così continuato ſino al preſente*, ut vidimus.

Eaſdem conqueſtiones referunt Monialis Bartholetta formiter examinata, quæ utitur verbis *alla giornata, non aue-*
46 *va, e non ha altro in bocca*, & refert impoſſibilitatem reſerendi vices, quibus reclamavit, Ac Monialis etiam Amari, ibi: *Doppo poi monacataſi detta Suor Maria Coſtanza ha continuato, e continua ancora di preſente a far dell' eſclamazioni, che Lei ſi era fatta Monaca per forza &c.* & paulò poſt, ibi: *Mai Suor Maria Coſtanza doppo preſo l'abito monacale ha dimoſtrato di ſtar volontieri in queſto Monaſtero &c. ma ſempre vi è ſtata con diſappore, & auerſione allo ſtato di Religioſa, non ſolo perche l'eſprimeua con le doglianze di ſopra riferite &c. ma ancora, perche la ſteſſa auerſione l'ha dimoſtrata con il non far l'operazioni da Religioſa:* Illa enim verba, relata à ſupradictis Monialibus ſuper puncto reclamationum noſtræ Puellæ, ibi: *Sempre non aueua, e non ha altro in bocca, dal principio dell' ingreſſo, e così continuato ſino al preſente*, includunt reclamationes omni tempore inſpecto, ſine ulla intermiſſione, & ſic poſt emiſſam profeſſionem, & qui negat hanc veritatem, vel debet lacerare literas Textuum, vel mutare ſignificatum verborum; Quia illa verba, *ſempre, e continuamente*, omnem penitùs intermiſſionem, ſeu interruptionem temporis, excludunt, ut in terminis nullitatis profeſſionis probavimus ſupra; Cùmque hæc probatio reſultet à Monialibus, ſuperlativam fidem meretur contra proprium Monaſterium, ut in individuo obſervat *Camerata reſponſ.* 1. *art.* 1. *num.* 33. aliique relati ſupra, quibus addimus tres punctualiſſimas reſolutiones hujus Sac. Congr. in quibus proceſſum fuit cum hac opinione, quòd nullum poſſet dari tempus, in quo non verificentur reclamationes, & conqueſtiones, quando teſtes de illis deponunt per dictionem
*ſemper*; Prima eſt in *Bituntina* 9. *Septembris* 1713. de qua 47
*in tom.* 1. *diſcept. Eccleſ. par.* 1. *diſcept.* 1. *num.* 26. Secunda *in Januen.* 13. *Aprilis* 1715. de qua *in d. tom.* 1. *par.* 1. *diſc.* 2. *num.* 31. & Tertia *in Mantuana* 21. *Februarii* 1717. de qua *in to.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 9. *n.* 79.

Ultrà Moniales prædictas, teſtantur de reclamationibus, præciſè poſt emiſſam profeſſionem; Rita Conconi Nutrix, ibi: *E doppo profeſſata ſempre ha repetito, che ſi era veſtita*
*Monaca per forza, e che ci ſtaua per forza nel Monaſtero*, Eli- 48
ſabetta Bacchina, ibi: *Li diceuo, che credeuo all'ora ſi foſſe quietata d' animo &c mentre aueua fatta la Profeſſione, e Lei mi riſpondeua &c. Stò peggio che prima, ſe mi ſono fatta Monaca per forza, come volete, che ſtii contenta, queſt' abito non me lo poſſo vedere addoſſo, e ſe Io continuo nella vita Religioſa, io mi danno &c.* & concordat etiam Franciſcus Minaccionus ſub hac depoſitione defunctus, qui deponit de reclamationibus ante, & poſt profeſſionem, & mirabiliter etiam conſonat Monialis Bolognina, quæ ad inſtantiam Monaſterii revelavit, ibi: *Doppo veſtita Monaca, & anche fatta la profeſſione, eſſendo Io andata una volta dalla medema, domandatoli, ſe ſi era anche quietata di mente, ſtringendoſi nelle ſpalle, ſoſpirando mi diſſe, che li conueniua moſtrar di sì, conoſcendoui però da eſſa riſpoſta, e la poca ſodisfazione della vita religioſa, e la volontà alla medema contraria*; Unde in concurſu tot teſtium, omni exceptione majorum, ſine læſione veritatis controverti ampliùs non poteſt, quòd noſtra Puella ſemper, & continuò reclamaverit, etiam poſt emiſſam profeſſionem, & vivente adhuc Marchione Patre.

Neque juvat hìc repetere Bilietta, ſcripta Marchioni, & formale examen ſex Monialium, quæ de hiſce reclama-
tionibus non deponunt; Quia quoad Bilietta reſponſum de- 49
dimus ſupra, & quoad Moniales, ultra alias exceptiones relatas ſupra, dicimus, quòd ipſæ deponunt quidem, non audiviſſe reclamationes, ſed non conculudunt neque coarctant negativam, quòd noſtra Puella non potuerit reclamare, quin ipſæ ſciverint, & hoc etiam reſponſum adaptatur A. I. Quinimò Moniales admittunt poſſibilitatem reclamationum abſque earum ſcientia, quæ ſola poſſibilitas ſufficit, ut ipſis nulla fides præſtanda veniat ſuper negativa, & vice-
verſa plenè deferendum ſit noſtris teſtibus, de reclamatio- 50
nibus deponentibus, ut in puncto probat *Rot. dec.* 729. *par.* 18. *recent.*

Circa ultimum tempus poſt obitum Marchionis non ſolùm non excluditur metus, ſed nec etiam inducitur prætenſa tacita ratificatio, quia poſt obitum Marchionis, ſequutum die 23. Martii 1714. non ſolùm non defuerunt, ſed potiùs adauctæ fuerunt querelæ, & reclamationes; Sic enim depoſuerunt quatuor Moniales tempore non ſuſpecto, & antequam introduceretur præſens lis, quarum fides, ut aliàs ſæpè diximus, ut procurata, facta, & producta à Mo-
naſterio in Tribunali Cameræ, contra ipſum concludentiſſi- 51
mam facit probationem, ibi: *E l'iſteſſe eſclamazioni, e doglianze ha continuato anco a far doppo, Ed in particolare ſeguita la morte del medemo Signor Marcheſe, continuamente, e pubblica-*

*pubblicamente*: Et de hoc tempore præciſo concordant alii tres teſtes, formiter examinati, videlicet Monialis Bartholetta, Monialis Amari, & Eliſabetta Bacchina, quibus addimus revelationem Berlendes, quæ ſupponit, ex cauſa coactæ monacationis biennio continuo ab anno 1715. citra, & ſic non ſolùm vivente Patre, ſed ſtatim poſt ejus obitum noſtram Puellam nullam validam peregiſſe Sacramentalem Confeſſionem.

Neque hic ſiſtit probatio reclamationum poſt obitum Patris, ſed habemus ulterius irrefragabile teſtimonium duorum inſignium Prælatorum; Unus etenim ex illis in ſuo Bilietto, huic Sac. Congreg. directo, fatetur noſtram Puel-
52 lam expreſsè ſe declaraſſe, nullam ſolicitudinem habere de utilitate Monaſterii, eo quia coactè habitum monaſticum ſuſceperat, & coactè etiam in Monaſterio morabatur, ibi: *Ed avendole io detto, che dovea penſare al vantaggio del ſuo Monaſtero, mi riſpoſe, non aver premura di ciò, perche il detto Marcheſe l'avea fatta far Monaca contro ſua voglia, che vi ſtava mal volontieri, e che quando la robba foſſe andata al Monaſtero, tanto eſſa non averebbe avuto niente*: Ecce igitur, quod juxta dictum hujus integerrimi Prælati reclamationes cæperunt paulò poſt obitum Marchionis, ante initam Tranſactionem, ante obtentam Sententiam in Tribunali Theſaurarii, & conſequenter commentum verè fabuloſum eſt, quod hæc nullitas Profeſſionis adinventa fuerit poſt amiſſam Cauſam in Camera.

Mirabiliter conſonat cum dicto Bilietto teſtimonium alterius æquè integerrimi Prælati, ex quo habetur, quod ipſe in principio anni 1715. quo deputatus fuit Prælatus Monaſterii, & præciſè antequam unquam propoſita fuiſſet Cauſa Succeſſionis in Tribunali Cameræ, audivit à pluribus Monialibus, quod noſtra Puella ſe jactabat promovere in Judicio nullitatem ſuæ profeſſionis, ibi: *Mi riſpoſero, che non aveuano difficoltà di ſpendere, ma dubitauano, che alla fine reſtarebbero deluſe dalla Monaca Pallavicini, la quale, co-*
53 *me ſi diceva, ſi era fatta Monaca per forza, anzi milantava di volere annullare la ſua Profeſſione, non voleua obbedire, nè andare al Coro &c.* Quinimò hujuſmodi veritatem, & reclamationes reſpectivè eodem tempore audivit ab ore proprio noſtræ Puellæ, cui etiam graves fecit monitiones, ſed inutiliter, ibi: *Ma mi accorſi, che non li fecero alcuna impreſſione, perche apertamente mi riſpoſe, che Lei ſi era fatta Monaca per forza, e che non frequentava gl'atti ſudetti di Communità, perche non era Monaca, e che voleua fare annullare la ſua Profeſſione, a ſegno che Io reſtai non poco ſorpreſo dall'animoſità della Giouane &c.* Cum hoc Bilietto concordat ad unguem depoſitio Monialis Cacciæ, formiter examinatæ, cujus verba retulimus ſupra; Quibus ſtantibus, de continuis reclamationibus noſtræ Puellæ, etiam poſt obitum Marchionis, nefas eſt dubitare.

Poſitis igitur iſtis reclamationibus, ſtatim poſt obitum Patris, & tam ante Tranſactionem, quàm poſt Sententiam Theſaurarii, duo mirabiles effectus oriuntur favore noſtræ Puellæ; Primus eſt, quod verificatis hiſce reclamationibus,
54 ſaltem poſt Sententiam Theſaurarii, remanet evidenter comprobatus metus, & nullitas profeſſionis etiam juxta ſenſum Scribentium pro Monaſterio, qui tali caſu illum admittunt, ibi: *Ideoque, ſi verum fuiſſet, quod coacta fuiſſent omnia geſta, tempore Educandæ, Novitiatus, Profeſſionis, & ferè triennii poſt profeſſionem, ſtatim ac Marchio clauſiſſet oculos, impatienti mora eripuiſſet iſta ſuppoſita coactio, vel ſaltem poſt probatam filiationem, vel ſaltem poſt primam Sententiam Theſaurarii.*

Et ſecundus effectus, quod ſtantibus eiſdem reclamationibus intra annum à die obitus Patris, & contemporaneè ad ipſum Inſtrumentum Tranſactionis, ceſſat penitùs prætenſa tacita ratificatio, quia, juxta communiſſimam DD. omnium Sententiam, apertus diſſenſus oriens ex reclama-
55 tionibus, facit ceſſare tacitum conſenſum, ex d. Tranſactione perperam elicitus, ut probavimus ſup.

Cæterùm hodiè penitus excluditur prætenſa tacita ratificatio, tum ex deductis ſupra, tum etiam ex d. Bilietto, ex quo conſtat, quod noſtra Puella nunquam voluit conſentire controverſæ Tranſactioni, niſi poſtquam fuit aſſecurata, quod ſibi præjudicium non inferebat; Ex quo ſequitur, quod
56 conſenſus dictæ Tranſactioni præſtitus non fuit animo præciſo, & effectivo ratificandi profeſſionem nullam, & novum Votum faciendi, prout ad effectum ratificationis neceſſariò requiritur, ex deductis ſupra, ſed potiùs animo contrario, ſcilicet ſibi non præjudicandi in prætenſionibus ſuis ſuper nullitate Profeſſionis intentanda.

Hinc ſpernenda videtur illa pia meditatio, quod noſtra Puella conſenſerit Tranſactioni, ex quo dictus Prælatus inſinuaverit, quod prætenſiones ſuper nullitate profeſſionis *erano Spropoſiti*, non autem ex quo ſibi non præjudicabat, quia litera ipſius Bilietti occidit, nam licet in illo, tuendo 57
Jura proprii Monaſterii, cujus erat Advocatus, ſuppoſuerit, quod prætenſiones ſuper nullitate profeſſionis *erano ſpropoſiti*, adhuc hæc non fuit ratio, quæ perſuaſit noſtram Puellam, ſed fuit illa, quod ſupradictus conſenſus ſibi non præjudicabat, ut indicant illa verba Bilietti: *Però Io ſoggiunſi, che douea far detto accordo, e leuarſi da capo tali ſentimenti e perche non vi era alcun ſuo pregiudizio*, & ſub hac inſinuatione, facta à Viro Juriſperitiſſimo, & omni fide digno, non autem ſub motivo, *che erano ſpropoſiti*, inducta fuit ad conſentiendum Tranſactioni; Idque eſt adeo verum, ut vix reportata à Monaſterio Sententia ſuper filiatione, cæpit noſtra Puella ſe jactare, quod volebat nullitatem ſuæ profeſſionis judicialiter deducere, & hujuſmodi ſuam voluntatem apertè patefecit ipſimet Prelato Monaſterii, quod conſtat pariter ex ejus Bilietto, quod utique non feciſſet ſi jam remanſiſſet perſuaſa, quod ejus prætenſiones *erano ſpropoſiti*, ut patet ad ſenſum.

Agnoſcunt Scribentes pro Monaſterio à tota maſſa negotii, & ab omnibus circumſtantiis facti, unitim ponderandis, metum eſſe inevitabilem, & ideò duo conantur ſuadere; Primum, quod non ſufficiat probare minas, ſed neceſſè etiam ſit, probare ſolitum illas exequendi, & ſecundum, 58
quod in dubio pronunciandum ſit pro validitate profeſſionis; Verùm neutrum ſubſiſtit; Non primum, quia in Patre, cui debetur reverentia, non eſt neceſſarium probare hujuſmodi ſolitum, juxta communiorem DD. Sententiam, ut diſtinguendo probat *Rot. dec 870. num. 16. coram Emer. jun.* ibi: *Quia id requiritur in Perſonis extraneis, non autem in Patre, cui de jure naturæ debetur reverentia*, aliique, relati ſupra; Rurſus non eſt neceſſarium, quia hic agebatur de Patre auſtero, & violentiſſimo, ut probavimus ſupra, nec lacrymæ, relatæ à Matre, tribuendæ ſunt miti, & pla- 59
cidæ naturæ Marchionis, prout detorquentur exadverſo, ſed, conſtito de auſteritate aliundè, tribui debent morſui conſcientiæ, quæ ſtatim intrinſecus lacerare ſolet, & ideò etiam ex hoc capite ſolitum exequendi minas probandum non eſt; Et denique hujuſmodi ſolitum exequendi minas hìc non deficit, tam contra Matrem, & Avunculum noſtræ Puellæ, ut probavimus ſupra, quàm etiam contra Filiam, cui paulò ante profeſſionem expreſsè denegavit aſſignationem cujuſcumque etiam tenuis Livelli, ut eam compelleret ad monacatum, ut vidimus ſupra.

Minùs tegit ſecundum, quod ſcilicet in dubio pronunciandum ſit pro validitate profeſſionis, quia in primis Nos non verſamur in dubio, ſed in claris, & adeo in claris, ut certò putemus, nullum caſum adeo circumſtantiatum ex perſo- 60
na Patris, incutientis metum, & Filiæ metum paſſæ, uſque adhuc datum fuiſſe, in quo clariùs metus probatus fuerit; Secundò, ad partes ponenda eſt *deciſio in Januen Nullitatis Profeſſionis 3. Julii 1702. coram Molines*, quia fuit re-
vocata; Nam avocata dicta Cauſa à Rota, deputataque 61
particulari Congregatione quinque Eminentiſſimorum Cardinalium, fuit annullata Profeſſio de anno 1704. & Monialis Victoria Conſtantia Gentilis è Monaſterio exivit, ut notorium eſt in Curia; Et tertiò denique, contraria opinio in Tribunalibus, vel non fuit recepta, vel procedit dumtaxat, quando nullitas provenit ex aliquo defectu extrinſeco, non autem ex vi, aut metu, & conſequenter ex defectu conſenſûs, prout in caſu præſenti, quia favor libertatis, quæ eſt de jure naturæ, prævalet ſemper vinculo Religionis, & Deus coacta ſervitia aſpernatur, & dubium cor non admittit, ſed voluntatem omninò liberam, & ſpontaneam exigit, ut egregiè probant *Caſtill. lib 8. de Alim. cap. 19. num. 12.* 62
*Rebuff. conſil. 67. in fin. & Rota deciſ. 9. num. 33. & ſeqq. coram Arguell.*

Et cum hac opinione procedere ſolita eſt Sac. Congregat. ut videre eſt in caſibus, relatis *in tom. 1. diſcept. Eccleſiaſt.* 63
*par. 1. diſcept. 1. numer. 2. 3 & 4. & tom. 2. par. 1. diſcept. 9. ex num. 20.*

Et in hoc puncto non deſunt Authores, in Urbis Tribunalibus multùm verſati, exiſtimantes ſe obſequium præſtare Deo, opem ferendo Monialibus, recurrentibus adver- 64
ſus illorum meticuloſas profeſſiones, ut videre eſt apud *Amaydenum de Stylo Datariæ lib. 1. cap. 12. num. 23. Ego ſanè, ut hoc ingenuè fateor, propenſior ſum erga dimiſſiones Regula-* 65
*rium, in Clauſtris vitam degere renuentium, nam hi ſunt, qui reliquos quietos turbis miſcent, Ordinemque univerſum ſuſque, deque agunt, & propterea exiſtimo, me obſequium præ-*

*præſtare Deo, quandocumque adſum Cauſæ Regularis, contra
profeſſionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo
liberetur*, cum aliis, adductis à *Pignatell. conſ. 173. num. 6.
& 7. tom. 9.*

Propoſita Cauſa in eadem Conc. Congregatione ſub du-
bio; *An conſtet de Nullitate Profeſſionis* die 16. Martii 1720.
66 reſponſum fuit: *Dilata, & examinentur teſtes formiter,
juxta Inſtructionem.*

Repropoſita die 3. Auguſti ejuſdem anni, reſponſum fuit:
67 *Dilata.*

Iterum repropoſita die 24. ejuſdem menſis, reſponſum
68 fuit: *Dilata, & ad mentem.*

Quarto loco propoſita die 1. Octobris ejuſdem anni 1720.
69 antiquo dubio: *An conſtet de Nullitate Profeſſionis*, reſpon-
ſum fuit: *Affirmativè.*

Ultimo tandem loco repropoſita ſub die 11. Januarii 1721.
ſub dubio: *An eſſet ſtandum, vel recedendum à deciſis*, reſ-
70 ponſum fuit: *In deciſis, & Cauſa amplius non proponatur.*
Cujus vigore T L dimiſit habitum religioſum, & tanquam
Educanda permanſit in eodem Monaſterio S. Bernardini,
71 in quo ipſo die Paſchatis Reſurrectionis 5. Aprilis 1722. piè
obiit.

## §. XI.

### *In eadem Cauſa.*

*ACceptante Monaſterio Sententiam, declarantem nullam
Profeſſionem ſui Religioſi, an iſtius Conſanguinei ratio-
ne proprii intereſſe, quod in eadem Cauſa ſecundariò habent,
poſſint ab illa appellare, & appellationis Cauſam proprio no-
mine proſequi.*

Poſt æquè longum, ac diſpendioſum litigium quatuor an-
norum, prius in Tribunali Vicarii, & deinde in hac
Sac. Congregat. poſt formale examen 17. teſtium, poſt re-
velationem metu excommunicationis aliorum decem, &
ultra teſtium, poſtquam hæc S. Cong. pro majori dilucida-
1 tione veritatis audivit tres inſignes Romanæ Curiæ Præla-
tos, de nonnullis circumſtantiis ad Cauſam facientibus,
inſtructos, & poſtquam Em. PP. in duabus propoſitionibus
habitis diebus 16. Mart. & 24. Augu. 1720. ut maturiùs proce-
derent, diſtulerunt Cauſæ Reſolutionem, tandem ſub die 1.
Octob. 1720. ſemper acerrimè contradicente Monaſterio S.
Bernardini Urbis, ac ei Adhærentibus, dubio: *An conſtet
de Nullitate Profeſſionis*, reſponſum dederunt affirmativum,
hoc eſt conſtare de nullitate Profeſſionis, favore Sororis
2 Mariæ Conſtantiæ Pallavicinæ. Hæc reſolutio tanta ma-
turitate, ac tot præviis diligentiis capta, in obſequium ve-
ritatis, fuit ſolemniter acceptata ab omnibus Monialibus
3 Monaſterii prædicti S. Bernardini, non ſolùm principaliter,
ſed unicè intereſſati; Fuitque etiam Liti, & Cauſæ expreſ-
sè renunciatum, prout ex publico Inſtrumento acceptatio-
nis, & renunciationis reſpectivè, dato in Summario: Uter-
que autem actus ad effectum productus fuit, non oſcitanter,
ſed prævio Voto omnium Monialium in Cong. haberi ſolita
in Monaſterio, ac prævia approbatione illius Prælati, &
primi Deputati, qui ut cautiùs, &, ut ſemper aſſolent,
prudentiùs agerent, inſinuarunt Monialibus, quod exqui-
4 rerent etiam Conſilium, Votum, & Oraculum Em. Ur-
bis Vicarii, dictique Monaſterii Superioris, & juxta illius
Votum, & Conſilium procederent; ad reiteratas autem ea-
rundem Monialium preces, Em. Vicarius die 11. Octob. 1721.
perſonaliter ad Monaſterium acceſſit, & tum ob notitiam
meritorum Cauſæ, quam de per ſe habebat, tum ex iis, quæ
5 audivit oretenus à Monialibus, non ſolùm approbavit, ſed
conſuluit acceptationem, & renunciationem reſpectivè fa-
ciendam, & in ſequelam ejuſdem Concilii, & approbatio-
nis, necnon reſolutionis, captæ in Cong. habita in Mona-
ſterio cum præſentia, & conſenſu Prælati, & primi Depu-
tati ejuſdem Monaſterii; *Omnes Moniales capitulariter con-
gregatæ ſolemniter, debitoque obſequio, acceptarunt Reſolu-
6 tionem hujus Sac. Cong. ſuper Nullitate Profeſſionis, & Liti
deſuper introductæ cum effectu renunciarunt.*

Cùmque hodiè nomine Adhærentium petatur nova au-
dientia adverſus dictam reſolutionem, ut ſupra acceptatam
à Monaſterio, illa videtur omninò deneganda.

Agitur ſiquidem de Cauſa, per triennium diſcuſſa in Tri-
bunali Vicarii, & per tres vices propoſita in hac S. Cong. quę
tanta maturitate proceſſit, ut antequam Reſolutionem ca-
7 peret, nihil, quod conferre poſſet ad indagandam verita-
tem, reliquit, ut deſumitur ex ſupra animadverſis, in qui-
bus terminis cùm nihil novi, tam in facto, quàm in Jure
adducatur, ſeu adduci poſſit exadverſo, ex quibus ſperari
poſſit receſſus à deciſis, deneganda omninò videtur nova Au-
dientia, quia præſumitur petita calumnioſè, & potiùs ad
ulteriorem dilationem, & impediendam libertatem T. L.
quæ non recipit compenſationem temporis, & illa, qua in-
terim privatur, reparari non poteſt, quàm ad conſequendam 8
aliquam ſpem victoriæ, ut in terminis Nullitatis Profeſſionis
probat *Marant. reſponſ. 58. num. 43 §. Et planè*, ibi: *Hic verò
nullum oſtendit alium ſcopum, niſi ut cum alterius detrimento,
& libertatis jactura, quæ res ineſtimabilis eſt, lucrum ve-
netur, & captet.*

Accedit ulteriùs ſtringens illa ratio pro denegatione dictæ
novæ Audientiæ, nam Oppoſitor ultroneè ſe admiſit ad
Cauſam, tuendo Jura Monaſterii S. Bernardini in contra-
ctu Profeſſionis unicè intereſſati; Cùmque Monaſterium
poſt quatriennalem litem, acceptaverit ſolemniter Reſolu- 9
tionem hujus Sac. Cong. & Nullitatem Profeſſionis, Liti-
que expreſsè renunciaverit, non poteſt in his terminis Ter-
tius, pro ſuo pretenſo intereſſe ſecundario ſucceſſionis, appel-
lare, neque audiri; Quia Profeſſio eſt contractus ultrò, ci-
tròque obligatorius inter Monaſterium, & Monialem, & ſolo,
ac reciproco utriuſque conſenſu perficitur, & validatur, ad 10
*Tex. in cap. Ad Apoſtolicam 16. de Regul. Navar. conſ. 26. num. 1.
lib. 3. de Regul. Sanch. de Matrim lib. 7. diſp. 35. nu. 12. Camerat.
reſponſ. 3. num. 2. §. Et primò Larr. dec. Granat. 63. num. 10.*
Unde quoties dictus contractus eſt diſſolutus per acceptatio-
nem Nullitatis, factam à Monaſterio, & Lis totaliter ex-
tincta per renunciationem, duriſſimum eſſet, ut diſſolutio
præfata retardaretur ab eo, qui in dicto contractu eſt peni-
tus extraneus, & quod, invito utroque Contrahente, ac
contra voluntatem utriuſque, ſuſpenderetur illius Reſolu-
tio, cùm nil magis naturale ſit, eo modo aliquid diſſolvi, 11
quo colligatum eſt, ad *Tex. in l. Secundum naturam 10 & leg.
Nihil tam naturale 37. ff. de Regul jur*: & in individuo caſus
noſtri, magiſtraliter diſcuſſo articulo, probat *Camerat.
reſponſ. 2. num. 3. & ſeqq. ac per tot.* & ſubtiliùs *Larr. dec. Gra-
nat. 63. num. 10. & ſeqq.* ac ferè *per tot.* & ſignanter *nu. 10.* ubi
refert deciſionem Senatus, *Marant. reſponſ. 38 par. 2. per tot.
tom. 1.* qui in fine refert, ita deciſum, *Grat. diſcep. 850. nu. 3.
verſ. Nec pro intereſſe.*

Non relevante, quod Oppoſitor habeat intereſſe in hac
Cauſa, cùm ex Nullitate Profeſſionis, atque ex renuncia-
tione dictæ Liti, oriatur ſibi præjudicium quoad ſucceſſio-
nem ad hæreditatem Marchionis Pallavicini, ab ipſo occu- 12
patam, & ideo ratione iſtius futuri præjudicii nova Audien-
tia eidem concedi debeat.

Objectum enim nullo modo ſubſiſtit, quia prætenſum in-
tereſſe in hac Cauſa in Perſona Oppoſitoris fuit ſemper ex
hac parte impugnatum; Cæterùm, dato etiam per malam
hypotheſim prætenſo intereſſe, illud eſſet ſecundarium, &
accidentale, neque de eo diſceptatur in hac. Sac. Cong. ſed 13
pendet in Tribunali Cameræ, & coram alio, & diverſo Ju-
dice, decidendum eſt; Et propterea valdè diſſonum, & ab-
ſurdum foret, ut pro hoc intereſſe profano, & ſecundario,
diſputando dumtaxat in alia diverſa Cauſa, & in diverſo
Tribunali, protelanda eſſet Cauſa iſta ſpiritualis, quæ jam
quoad principaliter Intereſſatos deciſa, & extincta eſt, egre-
giè *Larr. dec. 63. num. 14* ibi: *Et ideo valdè diſſonum, & ab-
ſurdum videtur, Jus ſpirituale, & ejus validitatem pendere 14
ex jure Tertii, qui pro ſucceſſione Bonorum temporalium, Pro-
feſſionem invalidam, vel irritam intendit, & abſurdum ſit,
etiamſi in hoc caſu aliquod jus acceſſorium poſſent conſiderare
Conſanguinei*, & tenet etiam *Camerat. reſp. 3. n 6.*

Augeturque vix dictæ reflexionis ponderando, quod Pro-
feſſio reſpicit Jus ſpirituale, quod eſt excellentiſſimum, &
ſuperat omnia Vitæ humanæ Bona, ut ex Divo Hierony-
mo, Divo Bernardo, & Divo Thoma probat *Sanch. in
Summa lib. 5. cap. 2. num. 2.* & conſequenter diſſonum eſſet, ut 15
Jus excellentius, & nobilius, viliſſimo Bonorum tempora-
lium fuco cedere deberet, & quod Jus ſpirituale ſuſpendi,
& retardari poſſet, ac pendere deberet à mero profano inter-
eſſe, irridendo conſimiles prætenſiones ſancivit *Juſtin. in §.
Si quis 34 Inſtit. de Rer. diviſ.* ibi: *Ridiculum eſſe, Picturam
apellis, ſeu Parrhaſii, acceſſione viliſſimæ Tabulæ cedere*, &
ad rem noſtram in puncto obſervat *Larr. dec. 63. num 14.* ibi:
*Ut non ſit admittendum, Jus ſuperius, & ſpirituale Profeſ-
ſionis poſſe impediri ex viliſſimo Bonorum temporalium lucro, 16
cùm ſemper eminere debeat, quod excellentius eſt, & aliud
quod inferius occultari*, & laudando dictam deciſionem tenet
*Camerat. reſponſ. 3. n. 20 & ſeqq.*

Potiſſimùm, quia Monaſterium in caſu noſtro, omneſ-
que Moniales, quæ verè inſtructæ ſunt de voluntate meti-

culoſæ

culoſa T. L. poſtquam ad contrariam inſtigationem litem per quatriennium ſubſtinuerunt, & nonnullæ etiam falſis promiſſionibus deceptæ, ſe examini ſubjecerunt, ſcrupulo
17 conſcientiæ motæ, & pro quiete earum animæ reſolutionem acceptarunt; In quibus terminis prætenſio novæ Audientiæ à Tertio, qualis eſt Oppoſitor, non ſolùm videtur contra omnem Juſtitiam, & æquitatem eſſe, ſed accedit ad terminos iniquitatis, ut profundè ratiocinatur *Larr. dec.63. num. 17.* ibi: *Iniquum eſt, ut Tertius ad appellandum admittatur à Sententia, cui Monaſterium acquievit, nam inde ſequeretur abſurdum, ut Cauſa, legitimè inter Monaſterium, & Monialem tractata &c. id turbetur à Tertio propter intereſſe bonorum temporalium, quod inferius eſt, & attendi non oportet circa ſpiritualia, vel ſacra; Quis enim admittet, ut le-
18 gitimè Profeſſione diſſoluta inter Monialem, & Monaſterium, quod agnovit, non ritè Profeſſionem factam, & ideo à Sententia non appellavit, cogatur Monaſterium invitum cum periculo animæ Monialium eam, cujus Profeſſio juſtè diſſolvitur, invitam retinere?*

Iſtaque agnitio, facta à Monaſterio operatur, ut Cauſa quoad ipſum vires rei judicatæ obtinuerit, quæ res Judicata tantæ eſt efficaciæ, præſertim poſt expreſſam acceptationem Monaſterii, ut non ſolùm Oppoſitor, qui prætendit
19 Jus diſtinctum, & ſeparatum à Profeſſione, nequeat audiri, & reclamare adverſus illam, ut diſponit *Tex. in leg. Qui ſeparatim 10. §. final. ff de Appellat.* ibi: *Ita demum probandum eſt, ſi una, eademque Cauſa fuerit defenſionis, cæterùm ſi diverſæ, alia Cauſa eſt &c.* & in fine concludit, ibi: *Iniquum eſt enim eum, qui idcirco agnoverat Sententiam, quoniam geſſiſſe ſe ſciebat, propter appellationem ejus, qui non geſſerat, obtinere.* Verùm etiam ſi admitteretur ad appellandum, & quod magis eſt, obtineret receſſum à deciſis,
20 hic receſſus Monaſterio prodeſſe non poſſet, nec poſſet eo mediante cogi Monialis, & Monaſterium invitum ad renovandum contractum, jam conſenſu utriuſque reſolutum, ut ex *Bartol. in leg. Si is, qui ſeparatim ff. de Appellat.* cum *Panormit. & Imol.* reſolvit *Franc. in c. Una Sententia de Appell. num.4.* & concludit *Larr. dec.63. num.18.* ibi: *Et idcircò cùm hoc caſu pluries requiſitum Monaſterium, ut appellaret, ex-
21 preſsè conſenſit Sententiæ, videtur illuſoriam eſſe appellationem Tertii, cùm etiamſi revocaretur Sententia, Monaſterio, qui eam approbavit, revocatio prodeſſe non poterat.*

Neque meretur attendi, quod Oppoſitor fuerit admiſſus, & citatus in hac Cauſa, & propterea utpotè ex parte noſtra habilitatus, & approbatus, admitti etiam debeat ad appellandum; Quia citatio fuit coacta, non autem voluntaria, ex quo Nobis Contradicentibus Oppoſitor admiſſus fuit ad Cauſam, & de hac injuſta admiſſione expreſsè, & ſolemni-
22 ter in actis proteſtati fuimus, ut conſtat ex Summario: Fuitque ulterius citatus non ſimpliciter, ſed cum ſalutari illa clauſula *pro omni &c. & quatenus &c.* quæ operatur, ut ſi citatus non habeat principale intereſſe in Cauſa, non cenſeatur ad judicium habilitatus, & approbatus, benè *Ferentil.
23 ad Burat. dec.746. n.22. & 23. Thomat. dec.68. n.6.* & in præciſis terminis, *Camerat. reſponſ 3. n.37.*

Authoritates autem, quæ ex adverſo allegari poſſunt, procedunt quando in judicio nullitatis Profeſſionis æquè principaliter, & expreſsè deciditur Cauſa Succeſſionis, & unico contextu reſolvitur nullitas Profeſſionis, & conceditur Immiſſio ad bona temporalia; Tunc enim non admittitur nova Audientia, ſeu appellatio propter Cauſam nullitatis
24 Profeſſionis, jam extinctam per Renunciationem Monaſterii, ſed propter Cauſam Succeſſionis, inſimul complicatam, & deciſam, ut diſtinguendo, & conciliando authoritates, quæ videntur contrariæ obſervat egregiè *Camerat. reſponſ 3. à n.35.* Et conſequenter cùm in caſu noſtro deciſa non fuerit Cauſa Succeſſionis, ſed illa Profeſſionis tantùm, meritò deneganda videtur nova Audientia, quia in iſtis circumſtantiis videtur potiùs proſequi Cauſa animo calumniandi, & præcludendi libertatem, quàm Jus ſuum proſequendi, ut ponderat, *Bernard. Græveus concluſ. 10. num.17 tom.1.* & concludit *Marant. reſponſ.38. par.2. nu.43. tom.1.* ibi: *Ex hoc
25 uno dumtaxat excludendus veniret, cum calumniandi animo, non ſuum proſequendi Jus, accedat;* Nec lacrymæ, & importunæ conqueſtiones Oppoſitoris, ſapientiſſimos Judices movere debent, quia ut his verbis advertit *Camerat. reſponſ.1. art.2. num.134. §. Quoniam: Si ullus lacrymis, & ejulatibus locus datur, potiùs Cliens erit exaudienda, quàm
26 hic Tertius, quæ fraterna violentia percuſſa in Monaſterium invita detruſa fuit, ubi Religionis aſperitatem, ipſa reluctante, in dies experitur? Nunc autem poſt Fratris obitum, & libertatem deplorat, & Majorum fortunas.*

Et generaliter applicatur celebre illud dictum *Senecæ in Sent. juxta ordinem literæ fol mihi 757. Mala cauſa eſt, quæ* 27
*requirit miſericordiam.*

Non enim agimus in hac Cauſa de Succeſſione ad hæreditatem Marchionis Pallavicini, in qua Oppoſitor prætendit habere intereſſe, ſed unicè agitur de Nullitate Profeſſionis, quæ jam fuit deciſa ab hac Sac. Cong. & quod magis eſt, Re- 28
ſolutio fuit ſolemniter acceptata, fuitque expreſsè Liti deſuper introductæ à Monaſterio S. Bernardini principaliter intereſſato, renunciatum. Qua ſtante acceptatione, & renunciatione, Tertius veniens ad Cauſam, pro intereſſe, diverſo à nullitate Profeſſionis, & pro lucro merè profano, & ſecundario, admitti non debet ad appellandum, ut, diſcuſſo formiter articulo probant, *Larrea, Marant. Gratian. & Camerata* ſupra allegati, quibus addimus *Tuſch. pract. concl. lit. P. concl.662. per tot.*

Præſertim quia, nihil novi, ſive in facto, ſive in jure allegatur, quinimo, neque poteſt allegari, quia ſpatio quatriennii, quo hæc Lis perduravit, nihil intentatum relictum 29
ex adverſo fuit, dum pluries conata eſt, teſtes ſubornare, & falſis promiſſionibus decipere ad excludendum metum, & Sac. hæc Cong: ſuperlativas adhibuit diligentias pro indaganda veritate, dum non ſolùm demandavit examen formale Confeſſarii, ſed ulteriùs ex Officio examinare fecit plures alios teſtes, qui intimum T. L. cordis plenè noverant; Ex tot enim ſuperlativis diligentiis, ex adeo matura diſcuſſione meritorum, & ex deſperata victoria Cauſæ poſt novam Audientiam, remanet frivola, & inutilis quæcumque appellatio, & ſemper magis urget præſumptio calumniæ, cui ab hoc Supremo Tribunali occurri omnino debet, me- 30
diante denegatione novæ Audientiæ, ut in terminis advertit *Marant reſp.38. n.21.31. & ſeq to.1.* ibi: *Nam Judex hominum malitiis haud indulgere, ſed illis occurrere debet.*

Nonobſtant Authoritates, quæ ex adverſo citantur, *Andreol.* nimirùm *contr. 301. Card. de Luc. de Regul. diſc.44. Panimol. dec.29. annot.2. num.12. Rot. dec.2. num.9. par.8. rec. & deciſ. 55. coram Anſald.* Quia nulla ex eis applicatur caſui 31
noſtro.

*Andreolus* enim loquitur, quando Monaſterium nullam fecit defenſionem ad tuendam validitatem Profeſſionis, & ſententia inter Monaſterium, & Religioſum colluſivè emanaverat, ut patet ex *contr.301. num.4.* ibi: *Secundò quia apparet, Sententiam latam per colluſionem, cùm Monaſterium,* 32
*nil oppoſuerit, nec ſe defenderit,* & in ſpecie idem *Andreol.* reprobatur *à Camerat. reſponſ.3. num.28. §. In caſu:* ibi: *Et ſecundum hanc diſtinctionem ſalvari poſſunt dicta per Andreol. contr. 301. num.12.13. & 15.* Aliàs enim ea non ſubſiſterent, & detegerentur erronea in re, de qua agitur. *Card. de Luc. de Regul diſc.44. in princ.* loquitur pariter in terminis, in quibus nemo ſe oppoſuit nullitati Profeſſionis, ut præſupponit idem *Doctor dicto diſc.44. num.2.* ibi: *Prætendentes, quod* 33
*dicta Sententia ſuper invaliditate Profeſſionis, abſque Oppoſitore, non ſubſiſteret, curarunt adverſus eam committi appellationis, vel reſtitutionis in integrum Cauſam:* Nos autem verſamur in caſu, totaliter Oppoſito, quia non ſolùm Monaſterium cum Oppoſitore viriliter ſe oppoſuerunt, & ſpatio quatriennii voluminoſos Proceſſus probationum hinc inde fabricare curarunt; Sed ulteriùs, terminatis Proceſſibus probatoriis, ac ſuperventa Reſolutione hujus S. Cong. 34
Monaſterium fatendo veritatem, & Juſtitiam d. Reſolutionis, Liti expreſsè renunciavit, & ideo non agitur de Sententia, lata abſque Oppoſitore, prout erat caſus *Card. de Luc.* ſed agitur de Reſolutione, poſt trinam propoſitionem, & poſt ſuperlativas probationes cum duobus Oppoſitoribus obtenta. *Panimol. dec.29. annot.2. à num.1. uſque ad 11.* tuetur opinionem, quod Tertius non debet admitti ad reclamandum; Et quamvis *ſub num.12.* inſinuet, quod Conſanguinei inſtantes poſſint audiri; Adhuc in hoc puncto non debet attendi; Primò, quia loquitur ſine Doctore, & non reſ- 35
pondet DD. qui, formiter diſcuſſo articulo, excludunt Tertios ab appellatione, arguendo, & diſpuando, quo caſu in concurſu dd. Doctorum nullam facit authoritatem, ad tradita per *Altograd. conſ.22. num.37. & conſ 57. num.61. volum 1. Caren. reſol.91. num.29. Carleval. de Judic. tom.1. diſp.3. nu.20.* Et ſecundò, quia idemmet *Panimolla* fuit adeò dubius in hoc puncto, ut in fine adnotationis concludat, ibi: *Cæterùm at-* 36
*tentis qualitatibus, & facti circumſtantiis, an expediat Conſanguineos audiri in præfati articuli diſcuſſione, eſt adeunda, ſeu habendus recurſus ad S Cong. Conc.* Quamobrem ſi ad ſenſum hujus Doctoris audire, vel non audire Conſanguineos pendet à circumſtantiis facti, tot concurrunt circumſtantiæ in noſtra hypotheſi, ut vix alter ſimilis caſus inveniri

niri poſſit; Concurrit enim acceptatio expreſſa Reſolutionis, ac ſolemnis Renunciatio Liti, cum approbatione Em. Vicarii facta à Monaſterio, principaliter, & unicè intereſſato, concurrit diſcuſſio Cauſæ per quadriennium continuum
37 & trina propoſitio in hac Sacr Congreg. & denique deficit omnis ſpes novorum Jurium pro receſſu à deciſis in futura repropoſitione, quæ omnes circumſtantiæ clamant pro denegatione novæ Audientiæ.

*Rot. dec.2. par.8. rec.* loquitur perfunctoriè, & incidenter & ideo in concurſu DD. qui funditùs examinato articulo, opinionem contrariam tuentur, nihil concludit, & in linea authoritatis non ſtringit, ut præter ſupras adductos, notat *Camerat. reſponſ.3. num.26.* ibi: *Cùm in conflictu opinionum ea*
38 *ſit per Judicem ſequenda, quæ habet Authores, eam firmantes, arguendo, & diſputando, non autem ſimpliciter, & perfunctoriè &c.* & paulò poſt, ibi: *E contra verò deciſiones, in contrarium allatæ, incidenter, & obiter loquantur, adhærendum potiùs eſt ſententiæ Marantæ, & Larræ, cum aliis.* Rurſus in caſu dictæ deciſionis agebatur de complendo Proceſſu probatorio, & perficiendis probationibus, & Monaſterium ſe continebat abſtentivè tantùm; Tunc enim tan-
39 tùm admittuntur Conſanguinei, in quantum præſumuntur magis informati, & inſtructi de probationibus facti, & poſſunt efficaciter coadjuvare Monaſterium, vel illius defectum ſupplere (ſi tacent) in compilando proceſſu probatorio, ne colluſiones, & fraudes committantur inter Religioſum reclamantem, & Monaſterium, & nè ex acquieſcentia Monaſterii veritas occultetur, & ob hanc rationem ſolet etiam
40 *aliquando Sac. hæc Congr.* demandare Ordinariis, quod in compilatione Proceſſus probatorii, & in recipiendis probationibus, citentur etiam, & audiantur Conſanguinei, ut in *tom.2. par.2. diſcept.21. nu.98.*

Cœterùm quando jam Proceſſus probatorius eſt terminatus, & occaſione iſtius Proceſſus fuit ſemper citatus, & auditus Tertius, qui prætendit intereſſe in alia Cauſa ſeparata, & completo Proceſſu, fuit Cauſa ter propoſita, & acerrimè
41 diſcuſſa in hoc Supremo Tribunali, & reſoluta pro nullitate Profeſſionis, prout evenit in caſu noſtro, & quando ex parte Monaſterii fuit ſolemniter acceptata reſolutio, & renunciatum liti, & ex parte Tertii nullus fumus facti novi, quinimò nulla ſpes novarum probationum repromittitur, tunc impoſſibile eſt, quod talis Tertius audiri ampliùs poſſit, quia ceſſat ſuſpicio colluſionis, & deficit ſpes meliorum probationum, à dicto Tertio adducendarum, & viceverſa ſemper magis urget abſurdum, quod extincta jam Cauſa inter principaliter Intereſſatos, ſuſpendi, & retardari poſſit illius ef-
42 fectus, & executio à Tertio, & Extraneo, ut in puncto probat *Larr. dec.65. per tot. & Camerat. reſp.3. per tot. & Marant. reſp.38. per tot.* qui referunt ita fuiſſe deciſum.

Denique *dec.99. cor. Anſald.* cum ejus Adnotatione, loquitur in terminis dimiſſionis habitus, à Religioſo attentatè fa-
43 ctæ, & nulla concurrente circumſtantia, ex qua deſumi potuiſſet præſumptio nullitatis Profeſſionis, quæ in caſu noſtro tranſit in evidentiam ex oraculo hujus S. Cong.

Nec obſtat, quod actio ad ſubſtinendam validitatem Profeſſionis ſit popularis, quia vel hæc propoſitio in Jure non
44 admittitur, ut probant *Marant d. reſponſ 38. par.2. tom.1. & Camerat. reſponſ.3. nu.13.* Vel quatenus admitteretur, eo ipſo, quod Monaſterium, principale Intereſſatum, ſuas adimplevit partes, & Cauſa cum ipſo, uti legitimo Contradictore, terminata, & extincta eſt, tunc ceſſat actio popularis, quia illa in ſubſidium datur, & uno agente conſumitur, ad *Text. in l. Eum, qui 30. §. In popularibus ff. de Jure juran. Felin. in cap. Cum ſuper n.14. de Sent. & re judic. Gaill. obſ.112. num.4. & Marant. d. reſponſ.38. num.48.*

Minus attendi meretur gravitas Cauſæ, quia, vel hæc gravitas reſpicit intereſſe profanum Succeſſionis ad hæreditatem Marchionis Pallavicini, & de hac ſucceſſione non di-
45 ſceptatur in præſenti; vel reſpicit ipſam profeſſionem, & hęc non eſt ampliùs conſiderabilis favore Tertii, poſtquam Monaſterium, principale intereſſatum, Liti renunciavit, & conſenſu utriuſque Contrahentis Profeſſio eſt legitimè reſoluta; Et conſequenter cùm nulla ex contrariis authoritatibus, loquatur in caſu noſtro, & viceverſa noſtræ omnes præcisè, & diſcuſſo formiter articulo decidant in puncto quæſtionem noſtram, & referant etiam, non obſtante gravitate
46 materiæ, ita fuiſſe judicatum, meritò deneganda videtur nova Audientia.

Circa ſubalternam inſpectionem hujus Cauſæ, reſpectu d. novæ Audientiæ, propoſita Cauſa in Cong die 16. Novembris 1720. reſponſum fuit: *Pro conceſſione novæ Audien-*
47 *tiæ.* Idque juxta meum Votum, candidè expoſitum in Congreſſu, deſuper habito, in quo prævaluit major pars Defenſorum pro oppugnanda d. nova Audientia.

In dicto verò Congreſſu, & in omnibus aliis ſimilibus, in quibus de proprio ſenſu requiror, mea conſuetudo eſt clarè exponere quid ſentio, & deinde me remittere concluſioni majoris partis Profeſſorum, cum illa reflexione, quod, vel deinde exitus Cauſæ eſt, juxta ſenſum majoris partis Congregatorum, & ego habeo occaſionem gaudendi, quod mea Sententia, cum Principalis præjudicio, amplexa non fuerit 49
Aut verificatur oppoſitum, & tunc idem Principalis ex ſeipſo poterit dijudicare, quid ei magis proficuum fuiſſet.

48

QUia occaſione diverſarum propoſitionum hujus Cauſæ aliquando demandatæ fuerunt ſubminiſtrationes paucarum ſummarum in cauſam declarandam, ſeu pro expenſis Litis, notandum eſt hìc, quod eædem expenſæ in his terminis ſubminiſtrandæ ſunt religioſis à propria Religione, non ſolùm in principio Litis, ſed etiam ſi in prima Inſtantia Religioſus recurrens adverſus ſuam Profeſſionem ſuccubuerit, ut in ſpecie obſervant adducti à *R.P.D. Petra tom.2. ad Conſt.7. Innocentii III. num.16 fol.258.* 50

Cum quibus proceſſit *d. Sac. Cong. Conc. in Neapolitana*, de qua in *tom.3. par.1. diſcept. 6.* In cujus caſu, quia Provincia Religioſi reclamantis, attenta ejus paupertate, non poterat facere eaſdem expenſas, effectu punctualiter ſubſequuto, ad illas faciendas obligatus fuit Procurator Generalis, qui tunc temporis erat P. Alexius à Paſſione meus Amicus. 51

LOngè diverſum exitum habuit alia ſimilis Cauſa Neapolitana pro parte Jo. de Caſtrocucco Monialis in Monaſterio S. Claræ Neapolis propoſita in eadem Cong. Conc. & 52
die 17. Maii 1704. reſoluta pro denegatione reſtitut. in integ. licèt in illa allegaretur clara nullitas ob defectum annalis temporis Novitiatus non completi, cui nequit Novitius renunciare, neq; expreſsè, neque tacitè; Non expreſsè quia illud aſſignatum reperitur, tam in favorem ejuſd. Novitii, quàm Monaſterii, ut ſcilicet iſtud ejuſd. Novitii animum, & mores inſpiciat, atque cognoſcat toto Novitiatus tempore, ille verò Religionis aſperitates experiatur pariter per totum dictum tempus, ne detur caſus, ut aliqua aſperitas practicanda occurrat ultimis diebus Novitiatus, quam Novitius ferre nollet, vel non poſſet, Superiores verò ex eadem cauſa judicent ipſum non recipere, ex animadverſis per *Fagn. in cap. Ex literis nu.23. de Divort. Corrad in Prax. diſpenſat. lib.5. cap.14. n.27. & ſeq. Panimol. dec.29. n.31. & 32. Pignat. conſul.173. n.54. tom.9. Rot. cor. Arguell. dec.89. n.1. & in par.1. rec. dec.175. n.2. & in par.14. dec.454. nu.1. & ſeqq.* Neque eidem nullitati poteſt Novitius renunciare tacitè, ne major attribuatur virtus tacito, quàm expreſſo, ut diſcurrunt *Azor. Inſtit. moral. lib.12. cap.4. q.9. Barboſ. ad Concil. ſeſſ.25 de Regul cap.15. n.33.* ac firmavit *Rot. in dec.237. n.19. & dec.255. n.8. cor. Priol.* 53 54 55

Non attenta diſpenſatione Alex. VIII. Ultra quod enim illa, uti obtenta inſcia Joanna, nullatenus deſervire poteſt ad validandum ipſius Profeſſionem, ut in puncto notat *Pignatel. conſul.173. n.53. tom.9.* & firmavit *Rot. in dec.499. ſub n.10. par.18. rec.* Adhuc ex duplici reſponſione penitùs inſubſiſtens apparebat. 56

Prima, quia erat ſubreptitia, ex quo narratum fuit Summo Pontifici, Joannam educationis gratia moram feciſſe in d. Monaſterio per ſpatium 12. circiter annorum, eo tempore, quo nec etiam per momentum temporis in eo permanſerat, imo nec etiam exteriores illius parietes forſan unquam viderat; 57
Quo caſu ſimiles diſpenſationes in nulla habentur conſideratione, ut in ſpecie notat *Pignat. conſul.173 nu.13. tom.9.* & in individuo, nullas declarando Profeſſiones cum talibus diſpenſationibus emiſſas firmavit *Rot. dec.12. nu.27. apud Zuff. de Legit. Proceſſ. & dec.491. nu.15. cor. Royas, & dec.829 n.7. cor. Cerr & dec.499 n.10. p.14. rec.*

Ex eo autem, quod moram fecerit in alio Monaſterio SS. Sacramenti ejuſdem Civitatis, nullum poterat deſumi adminiculum pro ſubſiſtentia ejuſdem Diſpenſationis; Nedùm 58
quia Educandæ non ſolent experiri aſperitates Regularium illorum Monaſteriorum, in quibus degunt, ut experientia notum eſt; Sed etiam quia Regulæ ejuſdem Monaſterii SS. Sacramenti ſunt multò laxiores aliis noſtri Monaſterii, ut interpellatus de ordine Sac. Cong. retulit Vicarius Gen. Neap. in Relat. in qua ſpecialiter ex ſingularum confrontatione demonſtrat decem eſſentiales differentias inter utraſque Regulas.

Hujuſmodi autem major laxitas Regularum Monaſterii SS. Sacramenti, ubi Joanna educationis titulo degerat, fuit forſan motivum apertam veritatem Summo Pontifici non aperiendi, ſed illi falsò narrare, quod per 12. annos experta fuerat ſtrictiores Regulas noſtri Monaſterii; Et proinde nullitas 59

litas diſpenſationis undique effulget, quia ſi Summus Pontifex veritatem ſciviſſet, vel diſpenſationem nullatenus conceſſiſſet, vel ſaltem difficiliùs, ex quo, teſtibus *Fagn. in cap. Ex literis num. 24. de Divort. & Corrad. in Prax diſpenſ. lib. 5. c. 14. num. 27. & ſeqq.* tunc ſolùm, nec etiam ſine maxima difficultate, ſolent Summi Pontifices ſimiles diſpenſationes concedere, quando Puellæ in illomet Monaſterio, in quo profeſſionem emittere volunt, longo temporis ſpatio educationis titulo permanſerunt.

Quæ ſunt adeò vera, ut ſi major aſperitas Regulæ, & formæ vivendi ſuperveniat in eodem Monaſterio, in quo Novitius inchoavit Novitiatum, adhuc illud debet de novo incipi à die reformationis, & novæ Regulæ, ad hoc, ut Pro-
60 feſſio ſubſtineatur juxta magiſtrales *dec. 237. & 255. cor. Priol. & in par. 14. rec. dec. 254. per tot.* in quibus referuntur plures reſolutiones Sac. Cong. Quantò igitur magis locum habebunt in præſenti, in quo, cum maxima diverſitate Regularum, concurrit etiam diverſitas Monaſteriorum, & ſtrictior vivendi modus, magis in uno, quàm in alio ex dd. Monaſteriis; Et quod magis eſt mora Joannæ in Monaſterio laxiori, nec etiam fuit ordinata ad experiendam authoritatem vitæ Religioſæ, ſeu ad effectum profitendi, ſed gratia ſolius educationis.

Secunda æquè principalis reſponſio deſumitur ex ventre ejuſdem diſpenſationis, dum ad præciſum finem occurrendi circumventionibus Conſanguineorum, & evitandam falſi-
61 tatem expoſitorum, illa conceſſa fuit, *ea tamen lege, ut in actu profeſſionis ſupradictæ, conceſſo ſibi per eaſdem præſentes indulto, te uti velle expreſsè declares,* quæ lex & conditio nullatenus adimpletæ fuerunt, & quidem non oſcitanter, neque inadvertenter, ſed eo præciſo fine, & à Conſanguineis intento, & ab Amita omnibus modis ad praxim reducto, circumveniendi Joannam, quæ nullatenùs volebat ad pro-
62 feſſionem devenire, ut probant teſtes in Summario, & ſignanter de facto proprio deponendo eadem Amita, ibi: *In quanto alla Diſpenſa, ottenuta da N. Signore per d. Suor D. Giovanna Caſtrocucco mia Nepote la procurai Io ſenza, che reſtaſſe inteſa eſſa D. Gio: a chi ſolamente glie lo diſſi un giorno avanti, che profeſſaſſe a fine di poterla perſuadere per detta Profeſſione,* & ibi: *Ne ottenne Diſpenſa dal Papa, quale procurò detta D. Girolama ſua Zia per la fretta, che avevano, tanto eſſa, quanto D. Rinaldo ſuo Fratello, e ciò perche detta D. Girolama non ne dimoſtrava molta intenzione.*

Et quod magis eſt contra Monaſterii ſtylum concludenter probatum de ordine, & ex inſtructione Sac. Congr. nec etiam adnotata fuit in partita profeſſionis illa circumſtantia eſſentialis, neceſſariò exprimenda, quod emiſſa fuerat vigore Brevis Apoſtolici, ad hoc ſcilicet ne ullo unquam tempore, mediante ejuſdem recognitione, & lectura, deveniri
63 potuiſſet in cognitionem illius ſubreptionis, & falſarum expreſſionum, ſub quibus extortum fuerat ab ejus Conſanguineis.

Imò eadem conditio, nec etiam adimpleri poterat abſque divinatione, quia diſpenſatio conceſſa legitur die 27. Feb. 1690. qui erat dies Lunæ, unde ab Urbe non potuit Neapolim tranſmitti, niſi die Veneris 3. Martii, & tamen Profeſ-
64 ſio emiſſa fuit die 2. ejuſdem menſis Martii. Impoſſibile igitur fuit, Joannam potuiſſe expreſsè declarare animum ſuum circa uſum illius diſpenſationis, quam ignorabat, ex animadverſis per *Gob conſul. 112 num 42 Rot. dec. 296. nu. 30. par. 17. rec. & in Auguſtana Juriſpatronatus 19. Febr. 1698. § Firmato cor. Olmo.*

Non adimpleta autem conditione, ſub qua eadem gratia conceſſa fuit, illa remanſit nullius efficaciæ juxta *Tex in l. Si quis ſub conditione ff. Si quis omiſ. cauſ. teſtam.* & animadverſa per *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 12. num. 3. & Rot. dec. 213. num. 5. & 7. par. 19. rec.* & in noſtris terminis *dec. 499. num. 10.*
65 *par. 14. rec.* in cujus caſu, nec etiam per viam legis, & expreſſæ conditionis Papa expreſſerat animum ſuum, ut Novitius declararet, ſe uti velle diſpenſatione, & tamen profeſſio declarata fuit nulla, ibi: *Sed agi de profeſſione, nullo præcedente Novitiatu edita, vigore Brevis Apoſtolici, quod non ſolùm fuit inſcio Marchione impetratum, verùm etiam fuit illi dumtaxat apertum ferè immediatè ante profeſſionis actum, quare illa cenſetur ex improviſo, & ſine animi deliberatione peracta.*

# DISCEPTATIO II.

## Romana Applicationis hæreditatis.

*PRO*

Archiconfraternitate Agonizzantium.

*CUM*

DD. de Vidaſchis.

## ARGUMENTUM.

*R. Fabrica, an poſſit ſibi applicare hæreditatem illius Teſtatoris, qui inſtituit ſuos hæredes Puellas, in Urbe quolibet anno monacandas, committendo Exequutoribus teſtamentariis ſuæ voluntatis exequutionem.*

CO: Laurentius Vidaſcus, qui diem clauſit extremum die 15. Aprilis 1720. in ſuo ultimo, cum quo deceſſit, Teſtamento die 4. Auguſti 1717. condito, & poſt ejus obitum 1
aperto, & publicato per Acta Cimaroni de univerſa ejus ſubſtantia in piis operibus certis, & determinatis commendabili pietate in Deum, & charitate in Proximum, ut infra diſpoſuit.

Demandavit primo loco, quod ex retractu bonorum, ab eo poſſeſſorum in Terra, & Territorio Caſtri S. Angeli, vulgò *Caſtel Madama* nuncupati, conſtitueretur in tot locis Mon 2
tium Cameralium non vacabilium fundus annui redditus ſcutorum 180. pro duabus perpetuis Cappellaniis, infra annum à die illius obitus in Eccleſia Archic. Nativitatis D. N. J. C. Agonizantium Urbis erigendis, quarum Capellani eſſent ad nutum amovibiles, & eligi deberent priùs à M. Maria Vidaſca, Moniali in Monaſterio S. Ambroſii de Maxima Urbis illius Sorore, ejus vita naturali durante, & poſt ejus obitum ab Exequutoribus Teſtamentariis, in d. Teſtamento nominatis, & demum, iis quoque vita functis, à Cuſtodibus d. Ven. Archic. Agonizantium, quæ omnia patent ex ſola lectura ejuſdem Teſtamenti.

In reliquo autem Aſſe, ſolutis prius diverſis Legatis, in eodem Teſtamento ſpecificatis, ſuos univerſales hæredes in- 3
ſtituit Puellas monacandas hìc in Urbe, quibus quolibet anno tradi mandavit in Solemnitate Nativitatis D. N. J. C. Subſidium dotale ſcut. 40. pro qualibet, pro intranti quantitate fructuum ſuæ hæreditatis ad nominationem d. M. M. Camillæ ejus Sororis, durante ejus vita, & poſtmodum dd. Cuſtodum ejuſdem Archic. Exequutores demum ejus piæ diſpoſitionis, & liberos Adminiſtratores d. ſuæ hæreditatis elegit, & nominavit Jacobum Cavallettum, & Franciſcum Meolam, 4
cum ampliſſimis, & illimitatis facultatibus.

Ad impediendam exequutionem hujus piæ diſpoſitionis, & retardandam alienationem dd. Bonorum in Territorio Caſtri Madamæ exiſtentium pro conſtituendo fundo ſuprad. Cappellanis deſtinatorum inſurrexerunt Rutilius, & Vincentius de Vidaſchis, qui ſub prætextu, quod eadem bona eſſent ſubjecta cuidam aſſerto fideicommiſſo, ut prætendebatur, 5
ordinato à Petro Sancte qu. Dominici de eodem Caſtro illorum Authore in ejus aſſerto Teſtamento, ut ſupponebatur, condito die 23. Nov. 1566. Judicium coram A. C. ſuper Immiſſione ad dd. bona introduxerunt, & poſtea dum Cauſa favore Archic. erat in limine expeditionis, inſurgere curarunt R. F. S. Petri, quæ vigore ejus Privilegiorum hæreditatem d. Co: Laurentii Vidaſchi ad ſe ſpectare prætendens, ſub die 26. Jun. 1720 judicium introduxit ſuper applicatione ejuſdem hæreditatis in ejus beneficium, & reſpectivè ſuper Immiſſione ad omnia bona hæreditaria d. Com. Laurentii, inſtando etiam ſucceſſivè pro avocatione alterius ſuprad. Cauſæ cor. d. A. C. ad inſtantiam dd de Vidaſchis introductæ.

Utraque Cauſa fuit per plures menſes diſcuſſa coram R. P. D. Sinibaldo, qui inſubſiſtentiam utriuſque pretenſionis agnoſcens, pluries habuit terminum pro ſervato ad effectum ambas Cauſas unico contextu expediendi; Sed iidem de Vidaſ- 6
chis modicum fundamentum conſtitui poſſe videntes in eorum prætenſo fide commiſſo, putantes forſan eorum conditionem meliorem facere, ſub colore intereſſe in Cauſa ob d. prætenſum fideicommiſſum, reportare curarunt ceſſionem Jurium ejuſdem R. F. ſubreptitiè, & indebitè obtentam, abſque ulla ſolutione quantumvis minimæ ſummæ unius dumtaxat obuli, ſed cum pacto quotæ litis, ab omnibus legibus re-

reprobato, & ſtatim inſtare cæperunt coram Auditore SS. pro avocatione Cauſæ ab eodem Sinibaldo, illiuſque remiſſione ad hanc Sac. Cong.

Quamvis autem per d. Auditorem SS. fuerit per binas vices illorum inſtantia rejecta, nihilominus tertiò tandem ſub die 5. Martii 1721. eandem Cauſam ſuper prætenſa applicatione tantùm ad hanc Sac. Cong. remiſit; Quo verò ad præ-
7 tenſum fideicommiſſum mandavit ad ulteriora procedi coràm eodem Sinibaldo, qui demum ſub die 27. Maii 1721. Sententiam protulit abſolutoriam ab impetitis per dd. de Vidaſchis, in qua declaravit, non conſtare de dicto prætenſo fideicommiſſo; Cùmque in præſenti de illius viribus diſputari contingat, negativè videtur reſolveo.

Præſcindendo enim ab illa æquè clara, ac juridica exceptione, quod cùm d. Co: Vidaſcus deceſſerit die 15. Aprilis
8 1720. ideòque ex quo elapſi adhuc non ſunt 15. menſes à die illius obitus, nullum jus habet agendi pro applicatione illius hæreditatis eadem R. F. quæ in piis diſpoſitionibus hìc in Urbe ſe ingerere nequit, niſi elapſis 15. menſibus à die obitus Teſtatorum, & quatenùs non prævenerit Urbis Vicarius, ex clara *Conſtit. S. Pii V.* inter ejus impreſſas *in Bullar. novo tom. 2. la 96.* ut eam citando, & ſequendo teſtatur *Veſpign.*
9 *in ſuo Compend. Privil. fol. 5. §. Legata pia in Urbe*, & concordat *Marant. reſponſ. 62. à num. 64 uſque ad finem par. 3.* cum aliis adductis in meo *Compend. Privil. R. F. num 4. & ſeq.* Poſito autem dicto claro defectu actionis, partes Judicis ſunt, etiam Reo non petente, Actorem ex officio à limine Judicii repellere, & Reum conventum abſolvere, juxta notata per
10 *Simon. de Præt. con. 12. num. 5. centur. 3.* & firmata per *Rot. dec. 255. num. 1. coram Caval. & deciſ. 317. eodem num. coram Beninc.*

Quando etiam eſſemus in terminis jam elapſi temporis 15. menſium, adhuc favore Archic. res eſſet undique clara;
11 Nam d. diſpoſitio Co: Vidaſchi nullo modo dici valet ad pia opera incerta, cùm ad hoc, ut intrare poſſint privilegia prędicta duplex requiratur copulativa incertitudo, perſonarum ſcilicet, & uſuum, juxta celebre *conſ. Oldrad. 61.* quod citant, & ſequuntur *Cherub. Comp. Bullar in Conſtit. 23. Julii 2. ſchol. 2. De Rub. de Teſtam. cap. 81. nu. 78. Roſa conſul. 6. nu. 29.*
12 *Rocca Sellect. interpr. cap. 44. num. 1. & 2. & Card. de Luc. de Teſtam. diſc. 23. n. 13.* Neutra autem ex hujuſmodi incertitudinibus in præſenti verificatur.

Quo enim ad erectionem Cappellaniarum nulla penitùs conſiderari poteſt incertitudo, & pro conſtanti fuit ſemper admiſſum coram Sinibaldo, quod ſuper capitali, pro illis relicto, nihil penitus pro parte ipſius R. F. prætendebatur, & ob dictum dubium, in hodierna diſputatione reſolvendum, reſtrictum fuit ad illam tantummodo ratam, in qua ſcriptæ fuerunt hæredes Puellæ, in Urbe monacandæ.

Quo verò ad prædictam ratam, in qua inſtitutæ fuerunt hæredes dd. Puellæ, in Urbe monacandæ, ſeu reſiduum hæreditatis, detractis legatis, & fundo pro Cappellanis ſu-
13 pradictis, incertitudo uſus, & operis nullatenus verificatur, dum Teſtator clarè ſuam voluntatem expreſſit, quod ex fructibus ſuæ hæreditatis, detractis oneribus, ſolutiſque omnibus legatis, quolibet anno diſtribui deberent tot Subſidia dotalia ſcut. 40. Puellis monacandis hìc in Urbe pro intranti illorum quantitate.

Quamvis autem prima facie videatur, quod ſint incertæ Perſonę dictarum Puellarum cum propriis nominibus æedem
14 Puellæ nominatæ, & expreſsę non fuerint; Hujuſmodi tamen incertitudo non eſt præciſè, & omninò talis, ſed potiùs verificatur illa ſpecies incerti, quæ comminiter dicitur incerta de certo, cùm non deſint, nec deeſſe poſſint Puellæ, quæ in Urbe quolibet anno Moniales fieri velint, quæve ex nominatione, & electione Exequutorum Teſtamentorum, ac Hæredum efficiantur certæ, & reducantur ad certitudinem, quamvis ab initio fuiſſent incertæ, ut in ſimili de tribus Pueris, eligendis à P. Guardiano Cappucinorum, reſpondit *Rot. cor. Caval. dec. 112. num. 5.* & in noſtris terminis latè probat *Gratian. diſcept. 288. à num. 34.* ubi *ſub num. 38.*
15 quod Puellæ nubendæ, quamvis à Teſtatoribus non expreſſæ propriis nominibus, certificantur per electionem ab Exequutoribus, vel Hæredibus, quodque ita ſæpe reſolutum fuit ab hac Sac. Cong. *Molignat. in Tract. de Appell. verb. Jur. ſignificat verſ. Incertorum nomine, num. 583. Cherub. in Compend. Bullar. in Conſtit. 23. Julii 2. ſchol. 2. & in Conſt 9. Clem.*
16 *VII. ſchol. 1. in fin Rubeus in Practicab. de Teſtam. cap. 81. num. 78.* præcipuè *num. 90. uſque ad fin.* ubi, relatis pluribus Rotæ deciſionibus affirmat, quod ſi ex poſt facto executio, vel diſtributio Legati poteſt certificari, non intrent privilegia;
17 *Marant. reſponſ. 13. num. 80. verſ. Sufficit*, *Roſa conſul. 36. nu. 26.* latè *Bertacchin. Vot. dec. 119. per tot. & Rota cor. Coccin. dec. 1008. num. 3.* & in *Rom. Fideicomm de Ruſpolis 23. Junii 1648. §. 1. coram Rondin.* impreſſa apud *eundem Bertacchin. d. Vot. dec. 119.* cum aliis citatis poſt *tom. 1. in meo Comp. Privil. quæſt. 30. per tot. à num. 67.*

Non attentis declarationibus ejuſdem *Rot.* editis in eadem Cauſa *Rom. Fideicomm. de Ruſpolis*, quod per interpretationem, ab ea in dictis deciſ. datam Privilegiis R. F. non inintelligatur illatum aliquod præjudicium eidem R. F. Hoc 18
enim verum eſt in ſenſu interpretationis judicialis, legalis, & poteſtativæ, non autem in ſenſu interpretationis doctrinalis, quæ nimis inter ſe differunt, ex adductis per *Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 16. queſt. 6. num. 7.* alioſque citatos in 19
*tom. 3. par. 2. diſcep. 4. num. 10.*

Inauditum enim eſſet, quod in iis, quæ concernunt juridica dubia circa eadem privilegia R. F. non ſit procedendum cum authoritate claſſicorum Doctorum, interpretantium 20
dubias quæſtiones, juxta ſenſum, & diſpoſitionem Juris, tàm Canonici, quàm Civilis, ad quem effectum ſat eſt percurrere quatuor tomos *Controverſ. Roberti Marantæ*, qui fuit ejuſdem R. F. accerrimus Defenſor, & diligentiſſimus Advocatus, in quibus omnia tractantur ad tramites Juris, & ſecundùm receptam opinionem claſſicorum DD.

Præſcindendo proinde ab illa coactiva, & judiciali authoritate Rotæ, cum qua procedere ſolet in Cauſis, eidem commiſſis, & cum qua proceſſit in dicta Cauſa *Rom. Fideicomm. de Ruſpolis*, in qua emanavit eadem deciſio, qualem, 21
& quantam faciat authoritatem doctrinalem, & interpretativam in aliis materiis, & ſimilibus Cauſis, de ſe notum eſt, & advertunt *de Rub. in Epiſt. ad Lector.* impreſſa *par. 7. rec. num. 231.* ubi quod ab ejus Deciſionibus fugantur omnes 22
difficultatum tenebræ, *Rip. reſponſ. 3. num. 11. de Cauſ. Poſſeſ. & propriet.* ubi, quod Rotæ Deciſiones tanquam legum dogmata, & Sac. Canones ſervantur, quod comprobat etiam *Cardin. de Albic. in addit. ad Pampbil. dec. 43. num. 9. & 10.* & latè *Urſell. Congreſſ. legal. 8. num 20.* ubi, quod tanta eſt in Urbe Rotæ authoritas, quanta fuit Pithagoræ apud Pithagoricos, & quod Conſilium Neapolitanum in quodam 23
magno dubio conſuluit Rotam Romanam, & ſecundum illius opinionem judicavit, quod refert etiam *de Rub. ubi ſupra num. 226.* & recognoſci poteſt *ex dec. Afflict. 351. num. 10.* cum aliis, citatis *in Tom. 3. par. 1. diſcept. 1. §. 23. num. 31. & ſeqq. & §. 26. num. 16.* quibus addi poteſt eadem *Rot. in Peruſina Penſionis 11. Maii 1716. §. Nec controverſa cor. Herrera*, 24
ubi, quod Rotæ Romanæ opinio prævalet ſententiæ omnium particularium Doctorum.

Nec non applicantur ea, quæ in ſimilibus terminis obſervavit eadem *Rota in Mindionen. 1. Martii 1706. §. Eoque fortius coram Anſaldo*, ubi, quod ſi credulitatem præſtaremus 25
*Bartolo, vel Baldo, Hoſtienſi, vel Panormitano* in aliqua diſcuſſione Juris, multò magis id verificatur in præſenti, ea adducta bona congruentia, & ſtringenti ratione, quia ( ſunt ejus verba ) *ſecundum noſtram imbecillitatem babemus quotidiè affirmatum, quod authoritati magni Doctoris ſtandum ſit in quacumque materia, ſuaptè natura diſputabili, & ambigua*, juxta authoritates, ibidem allegatas.

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo pro comprobatione noſtri aſſumpti non opus habemus ad alias authoritates recurrere, aliaſque rationes adducere, dum ſuperabundat al- 26
legare præciſas reſolutiones, & individuales declarationes hujus Sac. Congreg. habentes vim legis, ex animadverſis per *Marant. reſponſ. 14. num. 8. tom. 1. & Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 5. num. 15* & firmatis per *Rot. in Rom. Locor. Mont.* 27
*3 Junii 1711. §. Præfata cor. Molines*, cum aliis, citatis *poſt tom. 1. in Comp. Privil. num. 3.*

Ex iiſdem ſiquidem declarationibus deciſum habetur, quod legata pro maritandis Puellis nunquam cadunt ſub incertitudine, quamvis omnes Puellæ à principio ſint incertæ, & ſequuta nominatione certificatæ, & propterea lega- 28
ta pro illarum dotalibus Subſidiis relicta, applicari nequeunt R. F. ut videre eſt in *Compend. eorundem* impreſſo *Veſpign. fol. 18. §. 3* & apud *Quarant. in Summ. Bullar. Verb. Fabric. Sanct. Petri fol. 245.* ibi: *Si verò cum quovis* 29
*onere annua ſolutio fieri debeat, nempe pro celebratione Miſſarum, Officiorum, Maritaggio Puellarum incertarum &c. totum, quod decurſum eſt, & ſolutum, vel non diſtributum, pro Fabrica exigatur, & de cætero Teſtatoris voluntas obſervetur, non diminuta in aliquo ſorte principali ipſius legati, & boc perpetuorum legatorum vitetur extinctio.*

*Item fol. 21. §. 7.* & apud *Quarant. ubi ſupra* ibi: *Si legatum incertum pro maritandis Puellis ſit mediante nominatione*,

*natione, earumque nobilium tantùm, & non alitèr certifica-*
30 *tum &c. etsì ſolutum non ſit, nullo modo pro Fabrica exi-*
*gatur.*

Et demùm *fol.* 34. §. 5. & apud *Quarant. ubi ſupra* §. *Simi-*
*liter*, ibi. *Similiter annua pia legata pro pauperibus Puellis,*
31 *nuptui tradendis &c. ſi per aliquot annos ab hæredibus, aut*
*aliis gravatis neglecta fuerint, nec effectualiter perſoluta; ſeù*
*depoſitata &c. pro annis, & temporibus decurſis ad Fabri-*
*cam ipſam pertinere declaramus. Decurrenda verò in futurum*
*pro pauperibus hujuſmodi Puellis maritandis etiam anteà*
*electis, ut præfertur, integra concedantur, niſi in totum in-*
*certa eſſent, itaut ad Fabricam juxta privilegia omninò ſpe-*
32 *ctarent.* Ibique in ſecunda margine ſequens legitur adnota-
tio, facta per eundem *Veſpign.* æquè acerrimum Defenſo-
rem, ac accuratum Officialem, & OEconomum ejuſdem
R.F. *Nota, quòd de Stylo Sacræ Congregationis hujuſmodi*
*rigor incertitudinis omiſſus fuit: Imò Fabrica curat exequtio-*
*nem legatorum hujuſmodi dotium, etiam incertis Puellis fa-*
*ctorum.* ut ad noſtrum præciſum effectum obſervat *Rot. apud*
*Bertacchin. dicto Vot. dec.* 119. *numer.* 12. ibi. *Idque compro-*
*batur ex Decretis, per dictam Sacr. Congregation. editis, quæ*
33 *principalem finem intendens, mandavit quidem, dotes par-*
*ticulares diſtribui neglectas Fabricæ applicari, ſed diſtribu-*
*tionem illarum Exequutoribus relinqui, ut in dicto Com-*
*pend. Privileg. pag.* 18. §. 3 *& pag.* 34. ubi in ſecunda mar-
gine adnotatur etiam, quòd de Stylo Sacr. Congr. *rigor in-*
*certitudinis legatorum omiſſus fuit.*

Idipſum ſtabilitur in Iſtruct. pro Commiſſariis R.F. in
ſtatu Eccleſiaſtico de ordine, & mandato hujus Sacr. Cong.
34 edita die 31. Augusti 1650. & impreſſa in eodem *Compend.*
*Priv. Veſpign. fol.* 129. *& ſequ.* in qua poſtquam *in* §. 24. ordi-
natur, quòd nullatenùs applicentur Capitalia Legato-
35 rum piorum cùm annuo onere perpetuo Miſſarum, & Di-
vinorum Officiorum, ſed applicentur dumtaxat annatæ
decurſæ pro tempore, quo pium opus non fuit adimpletum:
In ſubſequenti §. 25. *fol.* 145. idem diſponitur quoad Subſi-
36 dia dotalia, pauperibus Puellis arbitrio hæredum, ſive
Exequutorum diſtribuendis, ibi: *L' iſteſso oſservarà per*
*li Maritaggi di pouere Zitelle, laſciati da farſi ogn' anno ad*
*arbitrio degl' Eredi, Eſecutori, & altri, applicando l' an-*
*nate decorſe alla Fabrica, come ſopra, per li tempi, che ſa-*
*ranno fatte le nominazioni.*

Ex quibus excluditur, quòd ratione incertitudinis Per-
ſonarum earundem Puellarum, quæ conſequi debent dd.
37 Subſidia dotalia, locum habere valeant Privilegia R.F.
quodque ex iſto capite hæreditas Co. Vidaſchi in illius be-
neficium veniat applicanda, talique modo evertenda illius
ſuprema voluntas; Etſi ex cauſa iſtius prætenſæ incertitu-
dinis intrare poſſent dd. Privilegia R.F. actum eſſet de om-
nibus Subſidiis dotalibus, quæ in Urbe pro maritandis, &
monacandis pauperibus Puellis ab omnibus ferè Confrater-
nitatibus, & præſertim ab illa SS. Annunciatæ, cùm tali,
tantaque pietate, & cùm ſolo, fine amoris Dei, ac ſalutis
animarum, & conſervationis pudicitiæ quotannis diſtri-
buuntur, dùm omnium prædictorum Subſidiorum dotalium
capitalia applicarentur in beneficium ejuſdem R.F. contra
pias diſpoſitiones Teſtatorum, quarum exequutionem, &
non deſtructionem eadem R.F. curare ſolet, & debet, ex
38 animadverſis per *Marant. contr.* 20. *numer.* 18. *& contr.* 32.
*numer.* 26. *Marott. diſcept. forenſ. capit.* 1. *num.* 1. *Rub de Te-*
*ſtamen. cap.* 48. *num.* 269. *& ſeqq.* alioſque, citatos *in Com-*
*pend. Privil. R F.* impreſſo poſt *tom* 1. *num.* 10. & firmatis
per *Rot. in Rom. Locor. Montium* 3. *Junii* 1711. §. *Præmiſſo*
*cor. Molin.*

Hinc applicari nequit altera reſolutio, ſeu declaratio
hujus Sacr. Congreg. impreſſa *in d. Compend. Privil. Veſ-*
39 *pign. fol.* 20. §. 5. in quo exadverſo conſtituitur fundamen-
tum, quòd ſcilicèt legata incerta intelligantur, quando
non ſunt expreſſa propria nomina Perſonarum, vel Loco-
rum, licèt ad arbitrium Exequtorum, vel aliorum ſint
relicta.

Tùm quia eadem Cong. antecedenter *in* §. 3. *fol.* 18. *&* 19.
declaraverat, quòd reſpectu legatorum perpetuorum
40 cum onere in ſpecie Maritagii Puellarum incertarum, ob-
ſervaretur voluntas Teſtatoris, non diminuta in aliquo ſor-
te principali ipſius Legati, & hoc, ut Legatorum perpe-
tuorum vitaretur extinctio; Adeoque ad evitandam po-
tentiſſimam contrarietatem inter unam, & alteram decla-
rationem ab eadem Cong. in ipſamet die editas, pernecesſe
dicendum eſt, dictam Cong. in citato §. 5. quod exadverſo
allegatur, intellexiſſe, vel de Legatis, pro una vice tan-
tum præſtandis, ut expreſsè proteſtata fuit in princ. dicti

§. 3. ibi: *Hoc autem non intelligitur niſi de Legatis, pro una*
*vice tantùm factis.* Vel de omnibus aliis piis legatis, præ- 41
ſcindendo ab iis, quæ annexum habent perpetuum onus ce-
lebrationis Miſſarum, Divinorum Officiorum, & Marita-
gii Puellarum, de quibus antecedenter in dicto §. 3. particu-
lariter diſpoſuerant, ex regula *Text. in leg. in toto ff. de Re-* 42
*gul. Jur.* de qua *Rot. dec.* 525. *n.* 8. *cor. Dunoz. jun.*

Tùm etiam, quia cùm ſubſequenter de anno 1598. ema-
naverit altera reſolutio hujus Sac. Congr. impreſſa *in eodem*
*Compend. Veſpign. fol.* 34. quòd annua pia Legata pro pau- 43
peribus Puellis, nuptui tradendis decurrenda, in futurum
eiſdem Puellis integra concedantur; Quatenus etiam dici
vellet, quòd prædicta declaratio in d. §. 5. valeret compre-
hendere etiam Legata cum annuo onere dotationis puella-
rum, nihilominùs dicta præcedens reſolutio, utpotè edita
anno 1579. fuit per iſtam poſteriorem citra dubium revo-
cata, ut de alia reſolutione ejuſdem Cong. contenta *in* §.
4. *fol.* 19. in qua pariter exadverſo magnum fit fundamen-
tum, in ſpecie animadvertit *Rota in Rom. Fideic. de Ruſpl.*
10. *Junii* 1686. §. *Et pro excluſione cor. Rondinin.*, ibi: 44
*Quas ideò Puellas pro certis ſubſtitutis recognovit, & ſuppo-*
*ſuit Rota, nec controvertebant hodiè Informantes pro R F. quæ*
*licèt ex antiqua declaratione per Cong. EE. Cardin. edita an-*
*no* 1579. *impreſſa in Compend. Privil. compilato per D. Veſ-*
*ping.* §. 4. *fol.* 19. *facultatem haberet ſibi applicandi ſimilia Le-*
*gata pro Puellis in genere maritandis; Nihilominùs ex alia*
*ſubſequuta declaratione anni* 1598. *non applicationem ſed exe-*
*quutionem tantùm ſimilium legatorum procurat*, ut ſequitur *in*
*dicto Compend. fol.* 34. *in fine.* Eſtque generale in qualibet 45
materia, quòd reſolutiones poſteriores ſemper prævalent an-
terioribus, ut de diſpoſitionibus quibuſcumq; firmavit *Rot.*
*in Aven ſeu Carpetoraten. Collegii* 4. *Maii* 1711. §. *Certiùs*
*autem cor. Molin.* & de *Rotæ deciſ.* obſervat *Emerix. jun. dec.*
495. *num.* 1. & de reſolutionibus Sacr. Cong. advertunt *Syl-*
*ver. in Opuſ. opuſ.* 2. *de Declar. Card. num.* 11. *fol.* 283. *Pi-*
*gnatel. conſult.* 107. *num.* 14. *tom* 1. *& Rot. in Melev. Decr.*
22. *Martii* 1707. §. *fin. cor. Anſald.*

Multò minùs locus eſſe poteſt prætenſæ applicationi
hæreditatis in beneficium ejuſdem R.F. & conſequenter dd.
de Vidaſchis, qui ejus Jurium aſſ. ceſſionem reportarunt,
ſub prætextu quòd in Teſtamento dicti Co. Laurentii
ſcriptus non fuerit hæres certus, dùm Puellæ, in Urbe
monacandæ, ab eo inſtitutæ hæredes, remanent in ob-
ſcura, & generali incertitudine, & dependent non à vo- 46
luntate Teſtatoris, ſed ab illa Eligentis, ſeù Executorum te-
ſtamentariorum.

Primò, quia hujuſmodi inſtitutio hæredis ex Juris diſpo-
ſitione ſubſiſtinetur, juxta *Tex. in leg. Si quis ad declinandam*
*Cod. de Epiſc. & Cleric.* de quo infra, & quòd magis eſt, 47
in nulla ex reſolutionibus hujus Sacr. Cong. habetur, quòd
ex defectu hæredis certi, hæreditas deſtinata ad pias cau-
ſas certas, & pia opera, æqualiter certa, R.F. juxta illius
privilegia applicentur.

Secundò, quia nequaquam dici poteſt, quòd Puellæ inſti-
tutæ hæredes remaneant in obſcura, & generali incertitu- 48
dine, & ſint omninò incertæ; Quamvis enim quoad ad ea-
rum individua à principio incertæ videantur, ſunt ta-
men certæ quoad ſpeciem, nam Teſtator non inſtituit
Puellas in genere, ut inculcatur, ſed Puellas de certa ſpe-
cie, illas ſcilicet, quæ quolibet anno Moniales in Urbe fieri
volunt, quævè poſtea mediante nominatione ad certitudi-
nem, & individuum reducuntur, & ideò hæredes certæ di-
ci debent ex animadverſis per *Paſqualig. de Sacrif. nov. leg.*
*quæſt.* 995. *per tot.* & ex firmatis per *Rot. dec.* 1008. *num.* 5. 49
*cor Coccin. & in Rom. Fideic. de Ruſpolis* 23. *Junii* 1648. §.
*Altera coram Rondin.* impreſſa *apud Bertacchin. Vot dec.* 119.
*num.* 12. & concordat *eadem Rot. dec.* 162. *num* 12 *par.* 8. *rec.*
*& cor. Cerr. dec.* 295. *num.* 3. *& deciſ.* 312. *num.* 1. Adeò ut
ſi daretur caſus, quòd Urbis Puellæ, quæ uno anno, ex. gr.
& ſic de aliis annis ſequentibus; Moniales fieri volunt in 50
eadem Urbe ſimul convenirent, & coram quocumque Ju-
dice Ordinario Romanæ Curiæ comparerent, & uti hæ-
redes inſtitutæ ab eodem Co. Vidaſco peterent Immiſſio-
nem ad illius bona hæreditaria, adhoc ut ex illius fructibus,
qui dicto anno percipiuntur ex illius hæreditate, poſſent re-
ligioſum habitum ſuſcipere, certum, & indubitum eſt, quòd
nullus Judex eiſdem petitam Immiſſionem denegare poſſet,
dum illarum vocatio ex claris, & indubitatis Teſtamenti
verbis reſultat, ideòque ſufficeret dumtaxat, quòd habe-
rent qualitatem, volitam ab eodem Teſtatore, determinatio-
nem ſcilicet ſe in Urbe monacandi, quæ ab earum vo-
luntate dependet.

Nec

Nec dicatur, quòd Puellæ prædictæ, utpote Jus habentes uti ſingulæ ad conſequendum dumtaxat Subſidium dotale ex fructibus hæreditatis perſolvendum, Jus aliquod non
51 habeant in proprietate bonorum hæreditariorum, & proindè ſit locus applicationi hæreditatis favore R.F. & dd. de Vidaſchis illius prætenſorum Ceſſionariorum vigore alterius declarationis hujus Sac. Congr. impreſſæ *in Compend. Veſp. fol.* 19. §. 4. quòd in caſu, quo alicui certæ perſonæ, vel loco Jus aliquod ex diſpoſitione Teſtatoris in proprietate acquiſitum non ſit, legata pro maritandis Puellis, etiam ſi perpetua ſint, in totum pro Fabrica exigantur.

Ultra quòd enim ex animadverſis ſupra prædicta declaratio, utpotè edita inſimul cum alia, de qua ſupra facta fuit mentio de anno 1579. fuit revocata, vel ſaltem modificata
52 ab alia ſubſequenti reſolutione, emanata ab hac ead. Sacr. Cong. de anno 1598. & impreſſa *in eod. Compend fol.* 34. §. 5. per quam expreſsè demandatum extitit, quod annua pia legata pro pauperibus Puellis nuptui tradendi decurrenda in futurum eiſdem Puellis integrè concedantur, ibiquè adnotatur, quòd Fabrica curat exequutionem Legatorum hujuſmodi dotium, etiam incertis Puellis factorum, ut ſequendo hanc individualem hujus Sacr. Congregat. declarationem pro
53 conſtanti admiſit *Rot. in Rom. Fideicom. de Ruſpol.* 10. *Junii* 1686. §. *Et pro cor. Rond.* cujus verba regiſtrata fuerunt ſupra.

Certum, & indubitatum eſt, quòd, aut Puellæ monacandæ Jus habent etiam in proprietate bonorum, dum pro certis hæredibus ſunt habendæ ex firmatis in cit. *dec.* 1008. *Coccin.* & noſter Teſtator voluit ejus diſpoſitionem valere etiam
54 vigore fideicommiſſi, ut habetur *in §* 15. illius Teſtamenti; Ideoque eædem Puellæ jure fieicommiſſi altera alteri ſuccedere deberet, hoc enim importat onus injunctum dotandi Puellas quolibet anno, quia hujuſmodi onus inducit de Jure
55 perpetuum fideicommiſſum, *Burſat. conſ.* 227. *num.* 49. *Rot. cor. Otthob. dec.* 177. *num.* 21. *& in rec. dec.* 474. *num* 2. *par* 18. *tom.* 2. & conſequenter unaquæquè ex ipſis ſtatim ac per nominationem ad certitudinem, & individuum eſt redacta, habet Jus etiam in proprietate bonorum, cum fideicommiſſarius dicatur. & ſit verus hæres *Magon. dec. Florent.* 91. *n.* 34. & in noſtris terminis *Rot. apud Bertacch. Vot. dec.* 119. *n.* 10. *verſ. Omiſſo*.

Aut Jus prædictum in bonorum proprietate ſpectat, tam ex diſpoſitione Juris, quàm ex voluntate Teſtatoris ad Ar-
56 chic. Agonizantium Urbis, ad quam unicè reſpexit Teſtator, eidem de facto relinquendo oſſa propria, memoriam ſui, ſuæque familiæ in ſepulcrali inſcriptione, Cappellanias perpetuas, ac demum ſelectionem Puellarum, Dotiumque diſtributionem poſt obitum propriæ Sororis, & ideo totaliter inſubſiſtens eſt contraria inſtantia applicationis ex iſto capite prætenſæ.

Et quidem ex Juris diſpoſitione nulla cadere poteſt difficultas, quòd Jus in proprietate bonorum pertineat ad eamdem Archic. *Textus* eſt æquè famoſus, ac literalis *in leg. Si*
57 *quis ad declinandam C. de Epiſcopis, & Cler.* in quo æquè pius, ac providus Legiſlator ſancivit, quòd ſi ad declinandam legem falcidiam inſtituantur hæredes Captivi, vel Pauperes, valet inſtitutio, nec vitiatur propter incertitudinem & in primo caſu Epiſcopus capit hæreditatem, & diſtribuit: in ſecundo verò, ſi in loco ſit aliquod Hoſpitale Pauperum pertinet ad illud, ſi verò nullum adeſt Epiſcopus capiat, tanquam hæres, & diſtribuat, & in fine concludit: *Hæc tamen*
58 *omnia* (ſunt verba præciſa Textus) *locum habere ſancimus, quando non certi Xenones, vel certi Procbotrophii, vel certæ Eccleſia nominatio à Teſtatore ſubſequuta eſt, ſed incertus eſt ejus ſenſus. Sin autem in perſonam certam, venerabilemvè certam Domum reſpexerit, ei tantummodo hæreditatem, vel legatum competere ſancimus, nulla falcidia nec in hac parte intercedente,* quem ſequitur *Rot. dec.* 1008. *cor. Coccin.* ibi: *Relictum enim pro redimendis Captivis, & maritandis Puellis, eſt certum, & Epiſcopus de Jure eſt Exequutor, & loco hæredis:* Unde cùm Comes Laurentius præciſè, & unicè reſpexerit
59 eandem Archic. Agonizantium, in controverſiam revocari nequit, quòd ad noſtrum effectum ipſa tanquam hæres proprietaria haberi debeat.

Ex diſpoſitione autem ejuſdem pii Teſtatoris clarè reſultat, quòd Jus in proprietate bonorum penes eandem Archic.
60 reſidere debeat, nam in principio ejus Teſtamenti, in quo eidem Archic. jus nominandi prædictas Puellas reliquit, expreſsè declaravit, quòd illud condere decreverat ad hoc, ut ejus facultates juxta illius voluntatem ab ejus hærede, & Exequutoribus teſtamentariis diſtribuerentur ibi: *ho determinato anche lo con il preſente Teſtamento eſprimere la mio volontà, ſopra tutte, e ſingole mie facoltà, acciò ſecondo il mio volere ſiano dal mio Erede, & Eſſecutori teſtamentarii diſtribuite:* Cùmque indiſtinctè, & promiſcuè nominaverit hære- 61
dem, & Exequutores teſtamentarios, ſemper connexos, & unitos, pernecesſè dicendum eſt, ſub nomine hæredis intellexiſſe Archic. prædictam, cui curam, & Jus faciendi dictam diſtributionem poſt obitum propriæ Sororis delegavit, dum id minimè verificari poterat in Puellis, ab ipſo inſtitutis, quæ dotalia Subſidia diſtribuere non poterant, ſed potiùs illorum diſtributionem de manibus hæredis recipere debebant.

Id ipſum replicavit in multis aliis ſubſequentibus capitibus ejuſdem Teſtamenti, in quibus diſpoſuit, tam circa funus, & Lapidem ſepulchralem, quàm circa celebrationem Miſ- 62
ſarum, diſtributionem eleemoſynæ Pauperibus ejus Parochiæ, & erectionem Cappellaniarum, loquendo ſemper cum eadem unione, & comprehenſione hæredis, & Exequutorum, ibi: *Ordino, e comando al mio Erede, & Eſſecutori teſtamentarii,* & ibi: *Ed in oltre il mio Erede, & Eſſecutori teſtamentarii ſiano tenuti a far fare una Lapide, con la mia Arma*. Et ibi: *Dall' infraſcritti miei Eredi, & Eſſecutori teſtamentarii ſi faccino celebrare Meſſe, quante ſe ne potranno avere.* Et ibi: *L'infraſcritti miei Eredi, & Eſſecutori teſtamentarii diano per elemoſina a povere Perſone della mia Parochia per una ſol volta ſcudi* 50. Et ibi: *Si debbano eriggere due Cappellanie Laicali, e amovibili ad nutum nella d. Chieſa degl' Agonizanti da dd. miei Eredi, & Eſſecutori teſtamentarii dentro il termine d'un anno dopo la mia morte.*

Quæ omnia à Puellis, ab ipſo inſtitutis, adimpleri nequibant, dum tempore, quo omnia prædicta erant explenda, nominatio Puellarum facta eſſe non poterat, cùm diſtribu- 63
tio Subſidiorum dotalium fieri debeat ex reſiduo hæreditatis, ſolutis Legatis, & ſequuta erectione Cappellaniarum, ut habetur ex §. 14. ibi: *però detratti, e pagati tutti li ſopradetti peſi, e Legati, di tutto quello, che frutterà il reſto della mia eredità &c.* Undè ex toto contextu, ac tenore Teſtamenti elicitur qualis verè fuerit intento, & voluntas dicti Co. Laurentii, qui unicè proſpexit eidem Archic. & pro certo eſt admittendum, quòd dicta Archic. quamvis nominatim non declarata hæres, fuit ab ipſo ſemper conſiderata uti hæres, proprietaria, & tanquam talis ad effectum diſtribuendi Subſidia dotalia, juxta illius voluntatem haberi debet, ſecundùm theoricam *Bartol. in l. Alio hærede num.* 6. *ff. de Alim. & cib. legat.* ibi: *Item cum nemo eſt inſtitutus, ſi Teſtator* 64
*juſſit bona ſua diſtribui inter Pauperes per ſuos Exequutores, iſti tunc habent vim hæredis,* & latiùs *in conſil.* 26. *numer.* 1. *& per tot. lib.* 1. quem in noſtris terminis ſequitur *Rot. dec.* 1008. *num.* 3. *cor. Coccin.*

Et generaliter, quòd quibuſcumque modis appareat voluntas Teſtatoris, qnando hæc reſpicit piam cauſam, ſemper punctualiter exequenda ſit, & uti legale Teſtamentum 65
habendum probant *Molin. de Juſt. & Jur. tract.* 2. *diſput.* 134. *lit. C. & diſp.* 248. *in princ.* ibi: *Teſtamentum, in quo hæres non inſtituitur, eſt eo ipſo nullum; Quando tamen teſtamentum conditum eſſet ad pias cauſas, in quo, vel anima defuncti eſſet hæres inſtituta, vel Pauperes Chriſti, nullo inſtituto hærede, concedunt Doctores communiter, validum eſſe tale teſtamentum, in quo ad ea omnia exequenda aliquis, aut aliqui Exequutores univerſales ſolent conſtitui Valaſc. conſult.* 68. *n.* 7. *Tiraqu. de Privil. piæ Cauſ. privil.* 64. *per tot. Dian. coor-* 66
*din. tom.* 6. *tr.* 8. *reſol.* 30. *per tot. & Carol. Ant. de Luc. de Hæred. Conf. c.* 173. *per tot.*

Non attento, quod omnia hæc exarata non legantur in Teſtamento cum tali, tantaque claritate, ut nullam admittant dubietatem: Regulare enim eſt, quòd inſtitutio hære- 67
dis ſi malè concepta dignoſcitur, tamen non nocet, ſed ſufficit, quòd quocumque modo appareat de voluntate Teſtatoris inſtituendi noſtram Archic. ad Textum *in l. Quoniam indignum C. de Teſtam Clar. in §. Teſtamentum q.* 44. *Panimol.* 68
*dec.* 90. *annot.* 2 *num.* 20. *&* 21. *Rot. dec.* 25. *numer.* 13. *par.* 13. *recent. & coram Dunozet. deciſ* 491. *à nu.* 10. *& in Rom. Immiſ.* 29. *Aprilis* 1709. §. *Neutiquam cor. Molines, & in Rom. Hæred.... Feb.* 1715. §. *Minus etiam cor. Criſpo* ibi: *Verum quando etiam inſtitutio hæredis in aliquo malè concepta dignoſceretur, nihilominus hodiè non amplius illa verborum ſolemnitas* 
*requiritur, quæ de Jure antiquo pro hæredis inſtitutione erat neceſſaria, ſed quæcumquè verba ſufficiunt, dummodo ex illis voluntas Teſtatoris colligatur.* 69

Atque hoc ipſum potiori Jure procedere debet in caſu noſtro, in quo habemus, quòd conſimiles diſpoſitiones dotationis Puellarum cauſativè relinquntur Confraternita- 70
tibus, & Locis piis, & emolumentum inſtitutionis non ſpectat ad ipſas Archic. ſed ad Puellas dotandas. Inde facile eſt, quòd noſter Teſtator Legum ignarus, videndo quòd juxta

juxta ſuam voluntatem noſtra Archic. nihil aliud habere de-
beat, niſi nudum Jus Inſtitutionis, & nominationis, & emo-
lumentum totum conferendum eſſet ad favorem Puella-
rum, indè abuſus fuerit verbis Inſtitutionis dirigendo illa ad
Puellas, tanquam capientes utilitatem ejuſdem Inſtitutio-
nis, non autem ad Archic. licèt in mente habuerit diſpone-
re ſecundùm modum, quo ſunt conceptæ aliæ diſpoſitiones
favore piorum Locorum, ut ſcilicet Jus Inſtitutionis ſit Ar-
chic. & utilitas ejuſdem ſit Puellarum monacandarum, &
proinde Jus talis diſpoſitionis relictum fuit Archic. ibi: *Ap-
partenga all'intera Banca delli Guardiani, o maggior parte di
eſſa di detta Archic. degli Agonizzanti:* Quæ voluntas diſpo-
nendi ſecundum communem conſuetudinem, & ſecundùm
Juris regulas facit certam hæredis inſtitutionem in noſtra
71 Archic. *Ad Text. in leg. Certi ff. ſi cert. petat.* & firmata *per Rot.
deciſ. 3. num. 9. penes Balduc. ad Conſil. Ramon. tom. 4.* & *in
Majoricen. Succeſſ. 15. Junii 1710. §. Et ſine coram Aldrovan-
do*, ibi: *Cautum idcirco eſt, ut quotiès verſatur aliqua dubie-
tas circa perſonam hæredis, vel ſubſtituti, recurrendum ſit
ad regulas, & ſenſum Juris communis, juxta quem certum
dicitur omne id, quod ex circumſtantiis ſubjectæ materiæ ad
certitudinem reduci valet.*

Et in terminis ad præciſum effectum excludendi R.F. be-
72 nè eadem *Rot. deciſ. 450. num. 11. part. 10. recent.* ibi: *Et hinc
etiam non relevat Ceſſio à R.F.S. Petri per illos reportata, quia
nullum Jus illi competit, quando ex conjecturata, & veriſimi-
li mente Teſtatoris certitudinariè conſtat de perſona hæredis,
ab eo univerſaliter inſtituti, & patet ex multiplicatis Summo-
rum Pontificum Conſtit.*

Transeunt in evidentiam ex eo: quia Guardiani pro
tempore noſtræ Archic. habentur deſtinati à Teſtatore in
perpetuum pro executione ejus piæ diſpoſitionis, quemad-
73 modum habetur non ſolum ex Teſtamento, ſed clariùs in
declaratione, emiſſa ab eodem Teſtatore, ibi: *Che doppo
la morte de medemi ſarebbero ſtati li Sig. Guardiani pro tempo-
re della Ven. Archic. degl' Agonizanti.* Undè cùm Exequu-
tores perpetui hujus piæ diſpoſitionis ſint deſtinati dd. Guar-
diani, neſcitur quo Jure prodeat in ſcenam R.F. cùm indu-
bitatum ſit, quòd Exequutores Teſtamentarii in Cauſa du-
biæ, aut deficientis inſtitutionis habeantur loco hæredis, &
ad eos ſpectet diſtributio, ut, pluribus cumulatis, probat
*Carp. de Exequut. lib. 3. cap. 9. à num. 38.* ibi: *Si Teſtator ſub
nomine Exequutoris, vel Comiſſarii deſignare, & compre-
hendere voluit hæredem, & ex voluntate ejus hoc evidenter
apparet ex conjecturis, & præſumptionibus, in Teſtamento
ſcriptis &c. tunc talis Commiſſarius loco hæredis ſubſtantia,
& effectu conſiderandus erit, ac ſi expreſſim ſub nomine hære-
74 dis conſtitutus eſſet*, quæ omnia re maturè perpenſa ad-
miſit *Rota in dict. Majoricen. Succeſſionis 16. Junii 1710. §. Ex
his poſito coram Aldrovando*, ibi: *Etenim cùm nullus alius
reperiatur hæres ſcriptus, quipiam hanc ſuam diſpoſitionem
exequutioni demandare poſſit de Jure pro hujuſmodi effectu ſuc-
cedere deberent Executores Teſtamentarii, qui habentur loco
hæredis, & idcirco ad eos ſpectaret adimplere Teſtatoris vo-
luntatem, diſtribuendo hæreditatem in operibus piis:* In cu-
jus deciſionis caſu agebatur de Teſtatore, qui inſtituerat
Animam ſuam, & pro ea D.N.I.C.

Quin obiici valeat, quòd perpetuitas hujus Exequuto-
riæ teſtamentariæ non videatur benè expreſſa in Teſtamen-
75 to, in quo ſolùm Exequutores vocantur Cavalletus, &
Meola, & Guardianis aſſignata fuit perpetua nominatio
Puellarum.

Quia ultra quod Exequutoria videtur ex mente diſpo-
nentis data etiam Guardianis vigore juris nominandi Puel-
76 las, quod importat exequutionem Teſtamenti; Adhuc
etiam, cùm adſit declaratio ejuſdem Teſtatoris, nihil ulte-
riùs dubitandum eſt de qualitate Executoriæ, conceſſæ
noſtris Guardianis ex trito Juris principio, quòd Teſtator
declarare poſſit ſuam voluntatem; Quinimò cùm hæc de-
claratio poſterior concordet cum verbis Teſtamenti, licèt
verba Teſtamenti eſſent impropria, per poſteriorem decla-
rationem evadunt propria, & clara, ad firmata *per Rot. in
77 Hæredit. 25. Novembris 1715. §. Concordat coram Falcon.* Et
in noſtris terminis, quòd hujuſmodi declarationes ſuffi-
ciant ad excludendum Jus R.F. eadem *Rot. in Roman. Legati
4. Junii 1717. §. Quoniam coram Anſaldo.*

Imò dict. atteſtatio, non ſolùm habet vim declarationis;
78 Sed cùm ſit facta coram duobus Teſtibus pro pia Cauſa,
habere poteſt etiam vim diſpoſitionis ad *Text. in cap. Relatum
ill. de Teſtam.* quem exornant *Andreol. controv. 356. num. 9.* &
9 *10. coram Burat. deciſ. 475. num. 12.* & *coram Cerr. deciſ. 511.
num. 17.* ubi Textum extendit etiam ad caſum, in quo de-
feciſſet interventus Teſtium, & Cauſa pia fuiſſet tantum-
modò ſubſtituta, ut legitur *num. 18.*

Itaut etiam ſi præciſa intentio Com. Teſtatoris tàm clarè
non eliceretur ex tonore illius Teſtamenti, exuberaret ad
interpretationem, & intelligentiam dubiæ illius volunta- 80
tis dicta atteſtatio duorum Teſtium Sacerdotum, & omni
exceptione majorum, quorum unus erat illius Confeſſarius;
cùm in ſimilibus etiam ſingulari dicto unius, & ſimplicis 81
Teſtis deferatur *Caſtr. conſ. 395. num. 8. lib. 2. Rot. coram Cerr.
deciſ. 395. num. 10.* & *deciſ. 312. num. 4.*

Obſervando præcipuè illorum Sacerdotalem qualitatem,
quæ operatur, ut dictum unius Sacerdotis æquivaleat de-
poſitioni duplicis Teſtis, ex firmatis *per Rot. deciſ. 384. num.* 82
*2. coram Priol.* & *deciſ. 83. num. 27. coram Anſald.* & *deciſ.
592. num. 23. part. 19. recent.* & *in Viennen prætenſ. Sponſ. 22.
Januarii 1705. §. Evidenter coram Kaunitz*, & *in Roman.
Hæred. Februarii 1715. §. Hancque coram Criſpo.*

Et in præciſis terminis noſtri caſus eadem *Rot. in Roman.
Fidcicom. de Ruſpolis 13. Junii 1687. §. Et hæc omnia coram* 83
*Molines*, ibi: *Et hæc omnia longè faciliùs DD. amplexi ſunt,
attentis depoſitionibus Parochi, & Hortenſii de Rubeis, &
præcipuè illa Parochi, qui non ſemel, ſed pluriès teſtatur,
hanc fuiſſe Alexandri voluntatem, quòd decedente Bartholo-
mæo ſinè filiis, bona pervenirent ad Societatem ſubſtitutam,
quibus uti informatis de voluntate Teſtatoris valdè deferen-
dum eſt Em. Cerr. deciſ. 295. num. 10.* & *deciſ. 312. num. 8.*

Ex his igitur clarè patet, quòd totaliter inſubſiſtens eſt
prætenſio R.F. pro applicatione hæreditatis Com. Vidaſchi; 84
Sed quatenus etiam per inſubſiſtentem hypoteſim aliquod
adeſſet dubium, quod non credimus, omne arbitrium ca-
piendum eſſet pro illius excluſione, ea ratione, quia quan-
do pium opus poteſt adimpleri per modum verum, à Teſta-
tore volitum, non eſt recurrendum ad fictum, & ſubſidia-
rium: Piæ ſiquidem diſponentium, ſeu Benefactorum vo-
luntati fides illibata ſervanda eſt, juxta præciſa verba Con-
greg. Concil. *in Decret. ſuper celebr. Miſſar.* confirmatis *à S. M.
Innoc. XII.* ibi: *Piæ diſponentium, ſeu Benefactorum volun-
tati fides illibata ſervetur, ac Defunctorum animabus integra* 85
*præſtentur ſuffragia, itidemque Deo major gloria, & Eccle-
ſiis præſtantior cultus reddatur.*

Inter acerba ſiquidem mortis diſcrimina ſumma Juſtiniani
clementia guttam hanc conſolationis languentibus morta- 86
libus generoſiſſimè inſundere voluit, ut ſuprema Morien-
tium elogia ipſiſmet Imperialibus ſanctionibus eſſent æqua-
lia, utquè proinde moriens homo in Teſtamento, tanquam
Imperator, leges condere poſſet, ut generaliter videre eſt
*in §. Diſponat Auth. de Nup.* & apud *Adden. ad deciſ. 632. num.* 87
*150. part. 4. tom. 3. recent.* & in noſtris terminis adverti: *Sim.
de Petr. de Interpr. ult. volunt. lib. 1. dub. 2. num. 68.* Nihil pro-
ptereà magis cordi eſſe debet, quàm ut piæ Morientium di- 88
diſpoſitiones punctualiter exequutioni demandentur, ut di-
citur *in leg. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* & ad rem obſervat *Rota
deciſ. 293. num. 8. coram Royas*, & *in Sabinen. Elect. Juvenis
9. Martii 1714. §. Nihil enim coram Criſpo.*

Præcipuè quando iſtæ unicè directæ ſunt in ſuffragium
animarum Defunctorum, reſpiciunt Divinum cultum, &
pudicitiæ conſervationem, ut ampliando regulam, ſupra 89
poſitam, & ulteriùs obſervando, quòd aliàs retraherentur
Fideles à piè diſponendo, obſervant adducti *per Ricc. deciſ.
24. part. 2.* & *Rot. deciſ. 157. num. 8. part. 17. recent.*

Quæ omnia in longè duriori caſu commendabili pietate,
& zelo admiſit hæc *Sac. Congreg. in Imolen. Applicat. 16. Mar-
tii & 22. Julii 1707.* cum reſcripto: *Non intrare Privilegia
R.F.* ut videre eſt *in tom. 1. part. 2. diſcept. 31. per tot.* & ſignan- 90
ter *num. 8. & 9. & num. 57.*

Ex quibus corruente Jure R.F. cedentis, corruit etiam
Jus illorum de Vidaſch. illius Ceſſionariorum, quia iſti non
poſſunt habere majus jus, ac ſit illud R.F. ut, omiſſis ge- 91
neralibus, in noſtris terminis firmavit *Rot. deciſ. 321. num.
3. & 7. coram Caval.* & *deciſ. 350. num. 11. part. 19. recent.* & *in
Roman. Loc. Mont. 11. Januarii 1715. in fine coram Card.
Scotto.*

Diæ 9. Julii 1721. Ponente R.P.D. Sergardo Œconomo,
propoſito in Congreg. Fabricæ dubio: *An ſit locus applica-
tioni hæreditatis Comitis Laurentii Vidaſchi pro illa rata,
in qua Hæredes univerſales ſibi ſcripſit Puellas, in Urbe mo-
nacandas*, reſponſum fuit *Negativè.*

## DISCEPTATIO III.

### Sypontina nullitatis Concurſus,

*PRO*

Antonio Maſella.

*CUM*

Vincentio Muto.

### ARGUMENTUM.

*Concurſus, factus coram Examinatoribus Synodalibus cum intèrventu alterius non Synodalis, quando nullus ſit: Appellatio à mala Relatione Examinatorum quando, & quomodo admittenda ſit; Et qualiter probari debeat gravamen ad hoc, ut eadem appellatio admittatur in ſuſpenſivo, vel in devolutivo: Adducuntur reſolutiones quatuor dubiorum, per viam legis generalis deciſorum à Sac, Congreg. Concilii in hac materia.*

ANtonio Maſellæ, appellanti à mala relatione Exami-
1 natorum Eccleſiæ Sypontinæ, ſuccurrendum eſt me-
diante conſueto remedio deſtinationis novi examinis, juxta
notiſſimam Conſtitutionem S. Pii V. in Bullario novo *ſecun-
do la 33.in ord* §.7.ibi: *Poſſint ii, qui rejecti fuerunt à mala ele-
ctione hujuſmodi ad Metropolitanum &c. aut aliàs ad ipſam*
2 *Sedem Apoſtolicam appellare &c.& præelectum ad novum exa-
men &c.provocare*, ut in illius ſequelam pluriès firmavit *Ro-
ta*, & ſignanter *coram Priol.deciſ.*311. *n.*1. *& cor.Celſ.dec.*5.*n.*
10.*& in reccent.deciſ.*105. *num.*1.*&* 2.*par.*10. & de praxi hujus
Sac.Congr.teſtatur *Pignatel.tom.*4.*conſult.*137.*num.*1. Ea ra-
tione, quia tale examen reputatur optimus modus detegen-
di ſcientiam, & habilitatem præelecti, vel reprobati, ut ad-
vertit *Lotter.de Re benefic.lib.*2. *quæſt.*31. *num.* 116. *& ſeqq.&*
3 *Rot.deciſ.*527.*num.*4.*& deciſ.*538.*n.*2.*cor.Ludoviſ.& deciſ.*393.
*n.*15, *coram Celſ & deciſ.*196.*n.*16.*par.*19.*recent & Syracuſana
Prepoſituræ* 26 *Junii* 1697.§. *Moti ex eo coram Muto apud D.
Piton.diſcept.Ecclеſ.*13. *à n.*49.*&* 20 *Novembris ejuſdem anni
quæ ſunt* impreſſæ ubi ſupra pag.173. & in hac materia ſunt
magiſtrales.

Abſque eo, quòd obſtet per dict.novum examen poſſe ſo-
4 lummodo deduci notitiam doctrinæ appellantis, quæ non
ſufficit ad redarguendum de irrationabilitate judicium Epi-
ſcopi, ex quo ille potuit ex aliis cauſis moveri ad dictam
præelectionem, & rejectionem reſpectivè.

Quia pro remotione objecti diſtinguendi ſunt duo caſus,
ſeu duæ partes Pianæ Conſtitutionis, quarum prima conti-
5 netur in verbis, ſupra regiſtratis, quæ cum clarè determi-
nent, locum eſſe novo examini, non eſt ulteriùs immoran-
dum circa illorum, interpretationem, in puncto *Rota dict.
deciſ.*105. *num.*6. *&* 7.*part.*10 *rcecnt.*

Secunda verò pars ejuſdem Bullæ, reſpiciens collationem
6 ipſam Parochialis, colligitur ex illis ſequentibus verbis;
*Et conſtito de priori eligentis irrationabili judicio, eoque re-
vocato, Parochialis magis idoneo conferatur.*

Reſpondemus igitur, in præſenti non agere de hac 2. par-
7 te ſuis loco, & tempore diſcutienda, ſed de priori, ad hoc
ut cognita habilitate, & ſcientia Maſelli gradatim deve-
niamus deinde ad petitionem Parochialis, oſtendendo in
reliquis irrationabilitatem judicii Epiſcop. juxta praxim de
qua *Barboſ. de Paroch.part.*1. *cap.*2. *n.*248 *& ſeqq.& Garz.de
Benefic.par.*1. *cap.*2.*n.*252. *Adden.ad Pamph.deciſ.*115.*num* 4.
*verſ.Præelectus*, ubi refert plures reſolutiones hujus S.Con-
8 greg.& ex profeſſo articulo maturè diſcuſſo firmavit *Rota in
dict.dec.*5.*per tot.coram Celſ.& deciſ.*105.*parter per tot.par.*10.
*recent.* in quibus referendo plures reſolutiones hujus S. Con-
greg.teſtatur Sac.Rota hanc eſſe ejuſdem ſententiam, quam
reverenter, ut ſolet, veneratur, & amplectitur, *& in Veru-
lana Parochialis* 2.*Maii* 1679.*ferè per tot.coram Card.Viccecom.*

Eò autem faciliùs ſperamus fieri voti compotes, quo con-
9 currit nullitas præcedentis examinis, & datur non levis fu-
mus injuſtitiæ, tàm approbationis Muti, quàm reproba-
tionis Maſellæ.

Patet nullitas, ſivè attendantur actus præparatorii ad
10 examen, ſivè examen ipſum. Quoad præparatoria, cùm
*in Conc.Trid.ſeſſ.*24.*de Reform.cap.*18. expreſsè caveatur ibi:
*Jurentque omnes Examinatores ſcilicet ad Sancta Dei Evange-
lia, ſe quacumque humana affectione poſtpoſita fideliter munus
exequutores ſſ.&c.* communiter affirmarunt Doctores, quòd
omiſſio dicti juramenti inficiat ipſo jure Concurſum, itaut
dicatur nullus, & reiterandus, ut videre eſt apud *Lotter.de
Re benefic.lib.*2. *quæſt.*31. *n.*92. *Barboſ.ad Concil.dict.ſeſſ.*24. 11
*cap.*18.*num* 105. *Filliuc.Oper moral.tract.*41.*de benefic.Eccleſ.
cap.*4.*n.*153.*Ventrigl.in Prax.tit.de Collat.Paroch.annot* 5.§.
1.*num.*38. *Card.de Luc de Paroch.diſc.*3.*num.*4.*& diſc.*37.*n.*14.
*Rota coram Duran deciſ.*362.*n.*8.*& coram Dunoz.jun.dec.*666.
*num* 2. Et tamen illud in præelectione Muti non fuit præſti-
tum, neque ab Examinatoribus Synodalibus, neque à ſub-
rogatis ab Epiſcopo, & propterea nullitas concurſus rema-
net concludenter probata ex adductis à *Ventrigl. in praxi
dicto tit de Collation. Paroch.annot.*5. §.1.*num.*44.

Clarior eſt altera nullitas, ſi conſideretur examen ipſum,
in quo præter duos Examinatores, in ultima Synodo à 14.
annis celebrata deputatos, intervenit alter, qui non erat ta-
lis, nimirum Vicarius Generalis, ex qua mixtura Exami- 12
natorum Synodalium, & non Synodalium Concurſus nullo
modo ſalvari poteſt ab evidenti nullitate, ut in terminis con-
ſiderant *Sabell in Samm.Verb.Electio n.*8. *Maſſobr.in Prax.ha-* 13
*bend.Concurſ.requiſ.*3.*dub.*5. *n.*2.*& requiſ.*13.*dub.*1.ubi refert
reſolutionem hujus Sac.Congreg.*Barboſ.ad Concil.ſeſſ.*24.*de
Reform.cap.*18. *n.*78. *Corrad in Prax benefic.lib.*3.*cap.*3.*num.*
32.*verſ.Ac vero*, ubi de conſtanti opinione Rotæ, & hujus
Sac.Congreg.*Vener in Examin Epiſcop cap.*25.*de Examin.
Synod.n.*12 *Lotter.de Re benef.c.lib* 2.*quæſt.*31.*n.*70.*Ventrigl.* 14
*in prax.tit.de Collation.Paroch. annot.*5.§.1.*num.*29. *Card.de
Luc.de Paroch.diſc.*2.*n.*5. *& diſc.*3.*n.*4. *& diſcurſ.*37. *num.*11.
*Pignatell. conſult.*422. *tom.*1. ubi refert reſolutionem hujus S.
Congreg.*in Umbriacicen.de anno* 1655.*& conſult.*21. *num.*4.*&*
10.*tom.*3. *Rota coram Dunoz jun.dec.*666.*n.*7.*& dec.*697.*n.*14. 15
ubi quòd in his terminis utile per inutile vitiatur, *& coram
Coccin. deciſ.*2138. *num.*18. *& coram Cerr. deciſ.*27.*num.* 11.

Et in terminis Concurſus, habiti coram duobus exami-
natoribus Synodalibus, & Vicaro Generali Epiſcopi *Rota
coram Bich.deciſ.*561. *num.*9. *& per tot.*

Etiamſi in noſtro Concurſu interfuerint Examinatores,
in ultima Synodo deputati, quia quidquid ſit de duratione 16
illorum poteſtatis per adeo longum ſpatium 14. annorum,
certum eſt, quòd attenta præmorientia, & abſentia aliquo-
rum, illi remanſerunt illegitimi, ut notabilitèr obſervat 17
*Sbrozzi de Offic.Vicar.in addit.ad quæſt.*211.*ſub num.*5. Ea ra-
tione, quia per mortem, vel abſentiam unius ex Examina-
toribus Synodalibus expirat omnium Juriſdictio, ut benè 18
conſiderant *Ventrigl.in Prax.tit.de Collation.Paroch.annot.*5.
§.1.*num.*43. *Nicol.in Floſcul.Verb. Examen num.*1. ubi refert
ita deciſum ab hac Sac.Congr. *Galet.in Margar. caſ.conſcient.
Verb. Examinatores*, *Maſſobr. in Prax.haben. concurſ.requiſ.*
12.*dub.*4. *num.*3. *Barboſ de Poteſt, Epiſcop. part.*3. *allegat.*60.
*num.*49. *& Rota coram Burat.deciſ.*362. *num.*1.

Quæ principalis concluſio eſt adeo vera, ut neque vali-
dum ſit examen, ſi in eo interveniant Examinatores depu- 19
tati in penultima, ſed non confirmati in ultima Synodo, ut
referendo reſolutionem hujus Sac Congreg. advertunt *Ven-
trigl. in Prax. tit de Collation. Paroch. annot.* 5.§.1. *num.* 30.
*Barboſ. de Paroch. cap.*2 *num.* 67. *& in Summ Apoſtol. deciſ.
Verb.Concurſus n.*9. *Corrad in Prax.Benefic.lib.*4. *cap.*3. *num.*
35.*verſ.Sicut etiam.* Et in terminis examinis, habiti coram 20
tribus ex Examinatoribus Synodalibus, & altero non Syno-
dali *Pignatell.conſult.can.*25. *num.*2, *& ſeq tom.*2. ubi *num.*4.
quòd in hac materia utile per inutile vitiatur *Fagnan in cap.
Maſſana num.* 28. *de Elect.* ubi quòd ita reſolvit hæc Sacr.
Congregat.

Imò eadem nullitate laborat concurſus, factus in duobus
Diœceſibus unitis, ſi Examinatores, pro una ex illis depu- 21
tati, interveniant examini, quod fit pro Parochia in alia
Diœceſi exiſten. *Cad. de Luc. de Paroch. diſc.* 3. *num.*3. *in fine
Pignatel.conſult.canon* 414.*per totam tom.*1.*& Rot. deciſ.*2138.
*per totam coram Coccino.*

Nec dicatur, prædicta procedere, quando adſunt alii Exa-
minatores Synodales, quorum interventus non curatur, ſe- 22
cus verò quando, ut in præſenti; aliqui ex illis moram alibi
trahant, vel ſint mortui; Quia in hac materia adeſt diſtin-
ctio communiter à Doctoribus approbata, & ab hac Sacra
Congr.recepta, quòd ſcilicet, aut abſentia, vel mors aliquo-
rum ex Examinatoribus Synodalibus contingit infra annum 23
confectæ Synodi, & cùm dicti Epiſcopi non teneantur il-
lam pluriès in anno facere, poſſint cum conſenſu Capituli,
aliquas perſonas graves, & doctas in illorum locum ſubro-
gare, & examen, coram ipſis habitum eſt validum *Vener.in* 24
*Examin Epiſcop.cap.*25.*de Examin.Synod.nu.*6. Aut verò de-
fectus, vel diſceſſus eorumdem ſupervenit poſt lapſum anni,
& tunc examen nunquam ſubſtinetur, cùm ſibi debeat impu-
tare Epiſcopus ſi in ſuo munere deficit, & Synodales Exa-
mina-

miniatores in Synodo non deputavit, ut in terminis conſi-
25 derant *Vener.ubi ſupra num.7.& ſeq.Maſſobr.in Prax.habend. concurſ.requiſ.12 dub 6.Lotter.de Re beneſ.lib.2.quæſt.31. num. 72.& quæſt. Ventrigl.in Prax.tit de Collation. Paroch. annot. 5.§.1.num.42.Novar in Summ. Bullar. comment. 35. ſuper*
26 *Bulla Sancti Pii V.num.3. verſ.Attamen*, ubi quòd ſecundum hanc diſtinctionem fuit ſæpè deciſum a b hac Sacra Congreg. *Card de Luca in annot.ad Concil. diſc. 32. num. 7. verſ. Id autem, & Rota coram Bich. deciſ.561. num. 6. & ſeqq.*

Unicum ſolummodo in hac ſecunda parte diſtinctionis
27 admittentes remedium præfati Doctores, recurrendi ſcilicet ad Summum Pontificem, vel hanc Sacr.Congreg. pro licentia, ſeu facultate ſubrogandi, juxta notam praxim, relatam à *Pignatel.conſult 118. num.1. tom.1 & Nicol in floſcul. Verb.Examen num.1. verſ.Hodie tamen Rota in dict.deciſ.561.*
28 *num.21.coram Bitbio*, Quod tamen exadverſo non docetur fuiſſe practicatum in præſenti caſu.

Quoad juſtitiam, & merita Cauſæ, ſola confeſſio Oppoſitoris ingenuè fatentis ibi. *Sono Cacciatore &c.e quante vol-*
29 *te mi privo d'andare a caccia ſon morto &c.* ſufficens erat ad illum repellendum ab eſſequutione controverſæ Parochiæ, cùm venatio ſit Clericis omni Jure prohibita, ut videre eſt *in canon. Qui Venatoribus, & in canon. An putatis diſt. 86. cap. 2. de Cler. Venator. & Concil. Trident. Seſſ.24. de Reform. cap. 12. ante finem*, & pluribus cumulatis probat *Bellet. diſ-*
30 *quiſit.Cleric. part 1. §.19. de Diſciplin Cleric. num.1.* Et quidem ſumma ratione, nedum quia per venationem diſtrahuntur Perſonæ Eccleſiaſticæ à celebratione Divinorum Officiorum, ſed etiam quia illi operam dantes, ſolent Eccle-
31 ſiæ redditus, Pauperibus poſtpoſitis, dare Canibus, quòd improbant omnes Sacri Canones, ut *in can. Epiſcopum, & canon. Omnibus diſt.34.& cap.1.& 2.de Cleric.Venator.* & proſequitur *Bellet.ubi ſ.num.2. & ſeq.* Nec non *D.Hieronymus in*
32 *explicat. Pſalm. 9. verſ. Quoniam ipſe liberavit me de laqueo Venantium:* maximam conſideat affinitatem inter venationem, & peccata, cum illis notabiliſſimis verbis: *Eſau Venator erat, quia peccator erat, & penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem Venatorem.*

Quæ ſi habent locum reſpectu omnium Clericorum quan-
33 tò magis reſpectu illorum, quibus demandata eſt cura animarum, nè *circa Ferarum &c venationem potius invigilent, quàm circa animas*, ut ad propoſitum advertit *Rebuff. in Prax.benefic.tit.de Non promotis infra annum num.25.in fine.*

Nec ſperare poſſumus Oppoſitorem deſiſtere a dicto exercitio, quia attenta ejus inveterata conſuetudine, vix cre-
34 di poteſt illam eſſe relicturum, maximè quia illi adeo tenacitèr adhæret, ut credat ſe brevi moriturum ſi à venatione deſiſtat, & ſi ab illa non potuit abſtinere in novendiali præparatorio ad examen, quandò venatio poterat ei eſſe im-
35 pedimentum ad aſſequutionem Parochiæ, quanam ratione hoc ſperare fas eſt modo, quo illam poſſidet?

Nimia partialitas Epiſcopi erga eundem Oppoſitorem eſt adeò patens, ut ex quibuſcumque reſponſionibus nunquam offuſcari poſſit, illaque deducitur, ex pluribus facti circumſtantiis. Ex Tabellario nimirum eidem tranſmiſſo ad ſe con-
36 tulendum in Palatio Epiſcopali; Ex declaratione publicè per Epiſcopum emiſſa, ſe omnibus modis velle, ut idem Oppoſitor eſſet Archipresbyter; Ex inſolita, & præventiva denominatione Archipresbyteri in ipſo ingreſſu Januæ Palatii, & antequam fieret examen, qui modus proceden-
37 di nedum deterruit alios Concurrentes ab examine, ſed non levem ſcandali occaſionem toti Civitati dedit, ut patet ex *Summario.*

Suppoſita hac patenti partialitate, nec non permanentia apud Epiſcopum per novem dies continuos antè examen
38 parum mirandum eſt de promptis, & adæquatis reſponſionibus, ejuſdem Oppoſitoris, datis interrogationibus, ei factis per Vicarium Generalem, & quidem nedum reſpectu propoſitionum moralium; Sed etiam de verbis barbaris, & data forſan opera immutatis in examine Maſellæ, ut eſt il-
39 lud Moatra, ſeu Mohatra, de quo *Laurentius Franciosinus in Vocabular. Hiſpan. dict. Verb. Mohatra*, & longè poſt hæc ſcripta *in meis inſtit. crimin. lib.2. tit.8. num.149.*

Et è contra facilè inveſtigari poteſt ratio reprobationis Maſellæ, cujus habilitas nedum præſumptivè deducitur ex qualitate Doctoratus, qua pollet, quamvè in his terminis conſiderandam monent *Lotter. de Re benefic. lib.2. quæſt.31. num.136. Novar.in Summ.Bullar.comment.45. Bullæ S Pii V.*
40 *num. 18. in medio Adden. ad Pamphil. deciſ. 115. num.4. verſ. Doctor.Rot. deciſ.11. num.4. coram Ludoviſ.* Sed expreſsè probata fuerat, & in concurſu admiſſa in antecedenti vacatione hujuſmodi Parochiæ ut patet ex *Sum.* Et propterea illius reprobatio redditur valdè ſuſpecta juxta *Textum in cap. Accepimus de Ætate, & qualit. ordinand.* quem in his terminis ſe- 41
quitur *Rota in deciſ. 109 num.4. & ſeq. coram Arguell. & deciſ. 307. num. 2. coram Celſ.* Qui enim pro tempore antecedenti judicatus fuit idoneus, non eſt veriſimile, quòd deindè effectus fuerit inhabilis, ut proſequitur, aliis adductis *Rot coram* 42
*Celſ. dict. deciſ. 307. num.3. & 4* Junctis præſertim aliis qualitatibus in his caſibus ſolitis haberi præ oculis, nimirùm nota prudentia, bona indole, gravi ætate, morum maturitate, Populi ædificatione, & ſimilibus, de quibus in gradu proportionato concurrentibus in Maſella teſtes ſunt 49. Sacerdotes, 43
in eorum atteſtatione data in Summar. Itaut meritò conqueri poſſit idem Maſella non de defectu doctrinæ, & aliarum qualitatum, ſed de ſola propenſione, & gratia Archiepiſcopi Sypontini erga Vincentium, & applicentur huic caſui verba *Rot. in Legionen Benefic. de Capillas 15. Febr. 1588. coram Card. Pamph.* ibi: *Et maximè quia ex circumſtantiis facti non* 44
*modicam conceperant ſuſpicionem, quòd huic repulſioni cauſam dederat nimia gratia ergà Garziam.* (erga Mutum poſſumus addere) quam refert *Arguell in deciſ. 109. ſub num 3.*

Die 14 Februarii 1693. propoſita Cauſa in Congreg. Concilii reſpond. *fuit, Concurſum eſſe nullum.* 45

In hac materia Concurſuum in eadem Congreg. Conc. *in Dubiis Concurſuum 16. Novembr. 1720.* quatuor ſequentia generalia dubia per viam legis definivit, & ſervari mandavit.

I. An in Concurſibus, qui in poſterum fient occaſione vacationis Eccleſiarum Parochialium, præcipiendum ſit, ut eadem omninò quæſita omnibus Concurrentibus proponātur, 46
& quòd unuſquiſque ex Concurrentibus intra congruum tempus aſſignandum, debeat in ſcriptis ſatisfacere quæſitis propoſitis, & an ulteriùs præcipiendum ſit, ut unuſquiſque ex Concurrentibus ſermonem ſcribat ſuper Textu Evangelii omnibus Concurrentibus aſſignando. *Affirmativè per modum Inſtructionis.*

II. An, & quantum tempus præfigendum ſit illis, qui intendunt appellationem interponere, vel à mala Relatione 47
Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi. *Eſſe præfigendum terminum decem dierum ad appellandum.*

III. An ante conceſſionem novi examinis, Appellans à mala Relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, in eo quòd attinet ad literaturam, debeat in 48
poſterum docere de gravamine ex Actis primi Concurſus, in quo tam ſuæ, quàm Concurrentium reſponſiones proprio charactere, unà cum Concionibus conſcriptæ invenientur. *Affirmativè, & doceatur de gravamine, vel ex Actibus originalibus Concurſus, vel ex forma authentica collationata ad formam Juris.*

IV. An ante appellationis admiſſionem, Appellans ab irrationabili judicio Epiſcopi, non ex capite literaturæ, ſed aliarum qualitatum, teneatur docere de gravamine, 49
aut ex Actis primi Concurſus, aut ex aliis documentis, ſaltem extrajudicialibus ab ipſo exhibendi. *Affirmativè.*

## DISCEPTATIO IV.

### Nullius Matrimonii.

Suppreſſis nominibus ex juſta Cauſa, & data opera.

### ARGUMENTUM.

*Matrimonium, contractum cum errore qualitatum unius ex Contrahentibus, qui redundet in errorem Perſonæ, an ſit validum.*

UXorem, genere, ac opibus ſibi ſuperiorem appetens N. N. ortus ex vilibus Parentibus, adivit quandam Ve- 1
tulam & fingens ſe natum ex qualificato Gubernatore Medicinæ Doctore, ſe affirmavit ſeſeque jactavit poſſeſſorem pinguis Patrimonii, quod cum unico ejus Fratre dividendum eſſet, quodque ex Vinea, Pecudum grege Campis, ac Cenſibus conſtare aſſervit, adeo ut hiſce ſimulationibus adacta Vetula prænominata, ſpecioſas dicti Juvenis qualitates ubique enarrare non diſtulerit, & illicò invenit N.N. qui ejus unicam Filiam, tanto Juveni facilè obtulit nupturam. Non ita facilè tamen connubium acceptavit dicta filia, quæ erga alium Juvenem impatienti amore ferebatur: Primò namque ſibi oblatas nuptias abſolutè reſpuit, ſubindèque nec iteratis, ac importunis Patris, & Conſanguineorum ſuaſionibus adhæſit, ac demùm ſi conſenſit, utique inter gemitus, & ſuſpiria conſenſit, quia perhorruit vocis

Genitoris, qui minabatur filiæ ejectionem è Domo propria
ejuſque detruſionem in Conſervatorium miſerabilium Puel-
larum, ut fidem faciunt quatuor Religioſi Sacerdotes.

Invita igitur, & dolenti animo in d. N. N. conſenſit Puella
prænominata, & conſenſum non aliter explicuit quàm per
hæc verba; *Per non diſguſtare Voi altri, condeſcenderò à*
2 *quanto volete, pur che queſto ſia tale, quale ſi ſa, e che voi altri*
*me lo deſcrivete, così ricco, e di buona naſcita, altrimenti non*
*lo voglio*, veluti de auditu proprio teſtantur dicti quatuor
Sacerdotes, & medio juramento eadem Puella reſpondit Ex-
ploratori ſuæ voluntatis. Hujuſmodi autem conditionis ex-
preſſio per Puellam pluriès repetita, quamvis cautum red-
dere debuiſſet Genitorem, ut ſedulò certiorari curaret de
origine, ſtatu, & qualitatibus Sponſi, minimè tamen pro-
fecit; quia brevi dieram ſpatio Genitor oſcitantèr Matri-
monii tractatum concluſit, & devenit ad extenſionem Ca-
pitulorum matrimonialium, in quibus promiſſa filiæ deſ-
ponſatione eidem aſſignavit Dotem ſcut. 1200. & vice verſa
Dotem aſſecurare, & reſtituere promiſit nomine ſuo, &
ejus Patris idem Vir, ſupponendo ejus mandatum Procuræ
in Loco N. conſcriptum.

In executionem dictæ promiſſionis ſubſecuta fuit Dotis
traditio, & paulò poſt duabus tantùm denunciationibus
præmiſſis, Matrimonium quoque contractum fuit; Et licèt
Sponſa ſicuti antea, ità etiam in actu contractus ſuſpiria
3 ederet, & dubietatem præſeferens, non aliter intenderet
conſentire in Sponſum, quàm utì filium Gubernatoris, utì
Medicum, & utì Divitem, qualem ſe ſe aſſeruerat, nihilo-
minùs Patris præſentiam formidans, liberè annuit; & Pa-
rocho interroganti, conſenſum, abſque conditione expreſ-
ſit, ut in eadem exploratione, & abindè poſt triduum N. N.
acceſſit ad domum Sponſæ, ibique degens per ſpatium
unius circiter Menſis matrimonium conſummavit, &
Sponſam prægnantem reddidit.

Interim verò Sponſæ Pater, detectis mendaciis Sponſi,
gravi exarſit ira, & honorem ſibi detractum plorans, à
propria Domo expulit Generum, qui ſecum vi duxit Uxo-
4 rem, & cùm ea in alia Domo ſe recepit. At conſcientiæ
ſtimulis agitatus Sponſus imploravit opem, & conſilium
ab ejus Parocho, qui auditis fraudibus adhibitis, ut connu-
bium captaret, & poſtmodùm audita Puella, quę utì decepta
conquerebatur, & aſſerebat, quòd utique cùm Sponſo non
contraxiſſet, niſi ejus paupertatem ignoraſſet, illicò dubi-
tare cæpit de validitate Matrimonii, & ad inſtantiam dicti
Sponſi confecit ſupplicem Libellum, quo facti ſpeciem ſup-
preſſis nominibus expoſuit, & petiit per Sacram Pœniten-
tiariam declarari, *An Matrimonium validum eſſet*, vel po-
tiùs ratificatione indigeret, ut teſtatur Parochus ipſe in
Summario & conſtat ex Memoriali, cujus exemplar da-
tum fuit in eodem Summario.

Et quia Sacrum illud Tribunal reſcripſit, Matrimonium
5 indigere ratificatione, quæ tamen ab invita Muliere non
poterat de facili habere. Idcirco Sponſus adhibuit plures,
qui Puellam ad ratifidandum contractum hortarentur, ſibi-
que perſuadens, quòd hortationes profeciſſent, eandem
Puellam adduci curavit coram alio Parocho, qui eos con-
junxerat; Ubi verò Parochus vidit Sponſam ſtantem pe-
nes ſe, priùs Sponſum interrogavit, nùm Matrimonium
ratificare intenderet, & recepit reſponſum affirmativum;
Subindequè ſimili interrogatione exquirens voluntatem
Sponſæ, audivit audacter, & alta voce ſibi reddi reſpon-
ſum per verba: *Io mi proteſto avvanti a Dio &c. che non ho*
*mai avuta intenzione di ſponſarlo, che con condizione, che*
*foſſe tale, come lo proponevano &c. ne l'ho mai voluto altri-*
*mente, e perche non è tale, io non lo voglio aſſolutamente*.
Et quia Parochus hortatus fuit Puellam, ut ſibi meliùs
conſuleret, rursùs ſibi reſponderi audivit. *Io non v'ho mai*
*acconſentito, non lo voglio &c.* Ideò poſt aliquam alterca-
tionem ejuſdem Puellæ cum Sponſo, jam attonito, diviſit
eos, ut fidem facit unà cum aliis teſtibus Parochus ipſe
in Summario.

Ægrè autem ferens Sponſus, quòd Sponſa ab ejus domo
receſſerat, quòdquè ſolutæ Dotis reſtitutionem peteret ad
Sacr. Congreg. Concil. recurrit, & obtenta ſubſcriptione
6 congrui dubii, non videt. axaudiendus, ſed illius favorabi-
lem reſolutionem ſibi pollicetur Sponſa; quia validitas Ma-
trimonii ſatis excluditur ex facti ſerie ſuperiùs expoſita, un-
dè conſtat, quòd Sponſa erravit, & quòd illius error licèt
verſetur circa qualitates accidentales, attamen vitiat con-
tractum Matrimonii, tùm quia redundat in errorem perſo-
næ, tùm quia qualitates appoſitæ fuerint in contractu per
modum conditionis.

Erravit equidem Sponſa, quia putavit nubere Diviti, &
nupſit Pauperi; Et quia ducere voluit filium Gubernato-
ris, & nupſit filio vilis hominis: Errare enim, eſt, falſa pro
veris approbare *can. Quamvis diſt.* 38. ſeù unum pro alio ſu- 7
mere, ut dixit *Azo in Summ. Cod. de Jur. & fact. ignorant. num.*
1. & 2. quem ſequuti ſunt *Dec. & Cagnol.* aliique plures relati
per *Menoch. lib. 6. præſumpt. 23. num. 4. & ſeqq.* Cùm autem nil
conſenſui magis repugnet, quàm error circa objectum, in
quod fertur conſenſus *leg. Si per errorem ff. de de Juriſd. omn.*
*Judic.* quia errantis nullus eſt conſenſus *leg. 2. ff. de Judic. &* 8
*leg. Non idcircò Cod. de Jur. & fact. ignorant.* cùmque nil ma-
gis ad Matrimonii ſubſtantiam exigatur, quàm Sponſi, &
Sponſæ mutuus conſenſus, quod Matrimonii contractus,
perficitur ad *Textum literalem leg. 1. ff. de Sponſal. & cap. 13. 14.*
*& ſeqq. eodem tit. lib. diſp. 5. num. 1. Card. de Luc. de Matrim.* 9
*diſcurſ.* 8. *num.* 4. Idcircò propter defectum conſenſus in
Sponſa quæ erravit, Matrimonium irritum eſſe dicendum
eſt cum Doctoribus proximè citatis, & aliis inferiùs al-
legandis.

Nec ambigendum, quin Sponſa per errorem conſenſe-
rit, & errori cauſam dederit dolus Sponſi, qui licèt eſſet fi-
lius N. N. non faſſus fuit verum, aſſerendo *ch'era Figliuolo* 10
*del Governatore &c. dove ſtava ſuo Padre, e ſua Madre con un*
*Fratello piccolo, & un Zio, quale poſſedeva da cinque in ſei*
*mila ſcudi, e che eſſo N. N. oltre avere una Vigna, Cambii,*
*quattro, o cinquecento Pecore, ſtava per avere &c.* Utì enim
hiſce ſpecioſis qualitatibus præditus propoſitus fuit in Mari-
tum, ut teſtatur illa Vetula adhibita, utì mediatrix, cui
fidem adhibendam eſſe in ſpecie, de qua agitur, dixit *Rot.*
*coram Ludoviſ. deciſ. 351. num. 10. & coram Merlin. deciſ. 194.* 11
*num. 14. & in Bonon. Nullit. Matrim. 15. Junii 1676. §. De il-*
*lius coram Vicecom. & in Avenionen. Dotat. 19. Junii 1684. §.*
*Inſuper coram Alberg.* & apertè confirmant quatuor Sacer-
dotes teſtes de auditu proprio, quibus paritèr tanquam om-
ni exceptione majoribus credendum eſſe in punctualibus ter-
minis dixit *Rot deciſ. 262. num 13. & 14. coram Emer. jun. &*
*in Bonon. Nullit. Matrim. 15. Junii 1678. §. Ad primum co-*
*ram Vicecom.*

Error verò circa qualitates quidquid ſit, an fraternizet
cùm errore ſervilis conditiones, ut poſt *Novar. conſil. 2.* 12
*num. 2. de Sponſal.* tenuit *Barb. vot. deciſ. 19. num. 57.* ibi: *Quia*
*error vilitatis, & ut ita dicam plebeitatis, quo præſertim Vir*
*creditur valdè nobilis, cùm ſit plebjus, multùm accedit ad er-*
*rorem ſervilis conditionis:* Attamen certè ſufficit ad invali- 13
dandum Matrimonium, quando redundat in errorem per-
ſonæ, ut originalitèr notavit *D. Thom. in Suppl. 3. par. quæſt.*
*51. art. 2. ſolut. 5.* ibi: *Si error nobilitatis, vel dignitatis redun-*
*det in errorem perſonæ, tunc impedit Matrimonium:* quem 14
ſequuti ſunt Theologi, relati per *Barboſ. Vot. 9 à num. 73.*
*ad num. 80.* quibus addi poſſunt *Coninch. Oper. Moral. diſp.*
*31. num. 11. Caſtropal. Oper. moral. tom. 5. diſp. 4. num. 5. Fil-*
*liuc. Oper. moral tract. 10. de Matrim quæſt. 2. cap. 2. num. 23. &*
*ſeqq. Gavard de Sacram. tit. de Matrim. quæſt. 3. art 7. Gobat.*
*in Theolog. experiment. tract. 9. de Matrim. caſ. 4. fol. 61.* Et 15
concordibus ſuffragiis approbant etiam *Canoniſtæ*, nempe
*Gonzal. in cap. Ad noſtram num. 7. de Conjug. ſervor. Guttier.*
*de Matrim. cap. 89. num. 1. & ſeqq. Zoeſ in Jus canon. tit. de*
*Conjug. ſervor. num 9. Engel. ad lib. 4. Decretal. tit. de Sponſ.*
*& Matrim. §. 4. num 3. Pignatell. conſult. 136. num 5. & ſeqq.*
*tom. 9. Panimol. deciſ. 105. num. 9. de Angel. de Confeſſ. tom. 2.*
*quæſt. 49. per tot. & D. Piton. Diſcept 52. à num 57.*

Et quamvis *D. Thom. in art. 2. ſolut. 5.* difficile exiſtimave-
rit dignoſcere, quando nam error verſetur circa qualita-
tem potiùs, quàm circa perſonam, attamen facilè evaſit
poſtquàm ille divino afflante Numine ſuam explicuit ſen- 16
tentiam, & tot alii Doctores effuſo calamo ariculum per-
tractarunt, & multis illuſtrarunt exemplis, adeo ut in ca-
ſu præſenti abſque hæſitatione reſpondere poſſit errorem
Sponſæ referri in perſonam. Siquidem *D. Thomas* in loco
præcitato ſtatuit, advertendum eſſe, *an conſenſus feratur*
*in hanc particularem perſonam directè, an verò in illam dum-*
*taxat, cui adſit optata qualitas, ſeu dignitas, priori caſu*
*eſt, ut ait, error qualitatis, & poſteriori eſt error perſonæ*,
Atque in hunc ſenſum per eadem fermè verba ſe explica-
runt *Sot. in 4 Sent. tom. 2. diſt. 30. quæſt. 1. art. 1. Ludov. Lopez* 17
*in Inſtr. Conſci part. 2. cap. 47. Filliuc. Oper Moral. tract. 10. de*
*Matrim. quæſt. 2. cap. 2. num. 34. Ledeſma in Supplem. 3. part.*
*D. Thom. quæſt. 51. art. 2. poſt 3. dub. Reginald. in Prax. for. pœ-*
*nit. lib. 31. cap. 14. num. 49. & Trullench. Prax. Sacram. lib. 7.*
*cap. 9. dub. 3. num. 3.*

Et meritò, quia ubi qualitas, in qua erratur, reſpicit,
aut denotat certam quandam determinatam Perſonam,
diſtin-

diſtinctam ab ea, quæ præſens eſt, tunc Contrahens non conſentit in perſonam præſentem, ſed in eam, quam ſibi
18 mente propoſuit, & ſic dicitur ſubſtantialiter errare circa Perſonam, ut per hæc, aut omninò ſimilia verba concludunt *Anton. à Spir. Sanct. in Direct. Confeſſ. tract. 11. de Matrim. diſp. 7 ſect. 4. n. 340. Filliuc. Oper. moral. tract. 10. de Matrim. quæſt. 2. cap. 2. n. 34. Molin. de Rit. nupt. lib. 2. differ. 4. n. 2. Sanchez* in
19 materia Matrimoniali communis Magiſter *lib. 7. diſp 18. n. 27.* ibi: *Si qualitas illa, in qua erratur, deſignat individuam Perſonam, tunc error circa qualitatem refunditur in errorem Perſonæ, ac Matrimonium dirimit, ut ſi ille mentiatur dicens ſe eſſe filium talis Regis, ut Franciæ &c. Caſtropal. Oper moral. tom. 5. diſp. 4. punct. 4 num. 5. Layman Oper. moral. lib. 5. tract. 10 par. 4. cap. 1. n. 2 Barboſ. vot deciſ. 19. n. 58. & 71. Gonzal. in cap. Ad noſtram num. 7. de Conjug ſerv.* & egregiè ex-
20 plicat *Tancred de Matrim. diſp 18. num. 11.* ibi: *Poſterior regula eſt, quando qualitas, in qua erratur, deſignat individuam Perſonam, tunc error qualitatis refunditur in errorem Perſonæ, & Matrimonium, cum tali errore contractum, nullum eſt, ut ſi ille mentiatur dicens, ſe eſſe filium Regis, deſignans cujus Regis ſit filius, V. G. filius Regis Franciæ, Hiſpaniæ &c. Ratio eſt, quia appræhenſio intellectus eſt veluti ductor voluntatis &c. Ergo cùm intellectus appræhendat Perſonam illam individuam, mediante illa qualitate, quòd ſit filius Regis*
21 *Franciæ, proponit etiam voluntati illam perſonam mediante illa qualitate, & per conſequens voluntas dirigit conſenſum in perſonam illam apprehenſam ab intellectu, quæ cùm non ſit verè talis, qualis putabatur, erit error Perſonæ &c.* & conſonat *Pignatel. tom. 9 conſult. 139. ſub n. 5* dum ait: *Voluntas ſequitur appræhenſionem intellectus, Cajus autem non conſenſit in mulierem, niſi ut cognitam, & apprehenſam cum tali qualitate, ac proindè illa deficiente, nullus conſenſus.*

Quibus retentis, facilè aſſequimur, quod Sponſa verè erraverit circa perſonam, eo quòd illius conſenſus unicè directus fuerit, non quidem in Sponſum, uti ſimpliciter ta-
22 lem, ſed uti filium Gubernatoris valdè divitis, qualem ſe ſe aſſeruit, Sponſa enim nunquam noverat Sponſum aut per viſum, aut per colloquium, aut per Epiſtolas, ſed ſolùm formavit conceptum de ipſius Perſona ſecundùm qualitates, ſibi propoſitas, nempè, quòd eſſet filius Gubernatoris, & quidem Gubernatoris N. ſpecialitèr ſibi individuati.

Dicendum proindè eſt, quòd eadem Puella conſenſum ſuum direxerit non in N. N. ſed in eum, qui eſſet filius Gubernatoris N. & conſequenter concludendum, quòd erraverit in Perſona, cùm defecerint qualitates illæ, quarum occaſione, ſeu conſideratione, & non aliter, Sponſa ſibi propoſuerat Sponſum, & in illum conſenſerat, ut, præter ſupra citatos, benè in terminis individualibus explicat *Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Sacr. Matrim. cap. 2. num. 4.* ibi: *Se-*
23 *cundò efficaciùs, quia Puella non alia via cognovit hunc hominem præſentem, cujus matrimonio conſenſit, niſi occaſione, ſeu conſideratione filiationis Regiæ, quare ipſa conſenſit in hunc hominem, ut filium Regis &c.* & confirmat *Gobat. in The-*
24 *log experim. tract. 9. tit. Qualis error dirimat caſ. 4. ſub num.* 108. ibi: *Tunc autem refunditur quando occaſione, ſeu conſideratione alicujus qualitatis formas conceptum alicujus Perſonæ determinatæ, ſeu individuæ, & ſingularis; Si enim tunc abſit hæc qualitas, cenſeris errare in ſubſtantia &c.*

Satis hæc eſſe videntur ad annullandum matrimonium, de quo eſt quæſtio; At ulteriùs ponderandum ſe offert, quòd ubi qualitas, quantumvis accidentalis, conſidrata fue-
25 rit, & præ oculis habita in ordine ad conſentiendum per viam conditionis, ſine qua quis non contraxiſſet, tunc conditione deficiente, contractus prorſus evaneſcit, & matrimonium annullatur juxta receptiſſimam ſententiam, quam probant *Anton. à Spir. Sanct. in Direct. Confeſſ. tract. 11. diſp. 7. ſect. 4. num. 340. Bonac. Oper. moral. tom. 1. tit. de Imped. Matr.*
26 *quæſt. 3. punct. 2. ſub num. 6. latè de Angel. de Confeſſion tom. 2. quæſt. 49. per totam, Caſtrop. Oper. moral. tom. 5. diſp. 4. punct. 4. num. 5. Dicaſtil. de Matrim. diſp. 7. num. 68. Filliuc. Oper. moral. tract. 10. de Matrim. part. 2. cap. 2. n 34. Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 18. num. 25. Perez cod. tract. diſp. 24. ſect 3. num. 1. Gonzal. in cap. Ad noſtram num. 7. de Conjug. ſervor. Guttier. de Matrim. cap. 89. num. 6. de Juſt. de Diſpenſ. Matrim. lib. 2. cap. 13. num. 10. & 11. Pignatell. conſult. 136. tom. 9. & Panimol. deciſ. 205. num. 7.*

Et propterea etiam ex hoc capite nullum eſt Matrimo-
27 nium, initum à Sponſa, quæ non aliter conſenſit in Sponſum, niſi qualiter verificetur, quòd ex civilibus parentibus ortus eſſet, & divitiis afflueret, veluti, prævio juramento, ipſamet Puella depoſuit coram Judice interrogante, ibi: *Et Io doppo molte bravate, & alterazioni, condeſceſi al voler di mio Padre, egli diſſi che mentre il ſudetto C. avea li beni, che mi ſuppoſe, cioè Vigne, Cambii, Beſtiami, e che era Figlio del Governatore d. N. Io l'averei preſo, altrimenti non lo volevo;* Hujuſmodi enim judiciali Conſtituto, ſeu declarationi, quotiès aliundè adminiculetur, deferendum eſſe in ſubjecta materia tradidit *Rub. Alexand. inter Conſ. Matrim diverſ.* 28
*conſ. 73. num. 12. Ciarlin. controv. 131. num 39. Sanchez de Matrim. lib. 2. diſp. 42. num. 12* & ſæpè tenuit *Rot.* præſertim *deciſ. 162. num. 5. & deciſ. 305. num. 9. part. 15. recent. & in Favent. Matrim. 5. Junii 1655. §. Certius coram Card Taya,* ibi: *Certiùs attenta jurata declaratione Dominicæ coram Notario, & Teſtibus facta, quòd non contraxit, neque habuit animum contrahendi matrimonium &c Cùm enim agatur de Puella honeſtæ conditionis, & famæ, atque non leves conjecturæ con-* 29
*currant, comprobatum utique remanet, nullatenus matrimonium, ut prætenditur fuiſſe contractum; Hujuſmodi enim declarationi in hac materia plurimùm ſtatur; Et in Bonon. Nullit. Matr. 15. Junii 1676. in fine coram Card. Vicec. & in Nova-* 30
*rien. Sponſal. 1. Julii 1693. §. Hæc omnia coram Muto;* ibi: *Cui judiciali Conſtituto, facto accedentibus tot probationum modis, multum eſt deferendum: Et in Monaſterien. Matrim. 27. Junii 1696. §. Juſtificata coram Card. Caprara.*

Concurrit etiam in præſenti alia probatio, elicita ex fide illorum quatuor Teſtium, qui Religioſi, & Sacerdotes 31
ſunt ac propterea omni exceptione majores, & deponunt, audiviſſe Sponſam ſibi oblatas Nuptias acceptaſſe per hæc præciſa verba, ibi: *Io condeſcenderò a quanto volete, purche queſto ſia tale, quale ſi ſa, e che voi me lo deſcrivete così rico, e di buona naſcita, altrimenti non lo voglio.* Horum autem verborum contextus, & præſertim dictio illa *purchè* 32
ſicuti ad oculum oſtendit, qualitatem originis, & divitiarum conſideratam fuiſſe per modum conditionis *Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 83. num. 2. Rot. coram Seraph. deciſ. 1947. num. 5. & deciſ. 38. & part. 1. diverſ.* Ita etiam manifeſtat, quòd, deficientibus qualitatibus, per viam conditionis expreſſis, deficere debet contractus juxta voluntatem Contrahentis; egregiè *Rot. deciſ. 761 à num. 5. coram Cerr.* In 33
alium quippè ſenſum trahi non poſſunt illa verba *altrimenti non lo voglio,* atque hæc eſt propria conditionis natura, ut ſuſpendat conſenſum Contrahentis: & conſenſum faciat deficere, ubi conditio ipſa non verificetur, ut notant prædicti Doctores, & in caſu, qui à noſtro minimè differt, deciſum teſtatur *Pont. de Matrim lib. 4. cap. 21 ſub num. 13.* de 34
quo approbativè mentionem faciunt *Perez eodem tract diſp. 24. ſect. 3. num. 7. Gobat in Theolog. experim tom. 2. caſ 4. ſub num. 121. Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Matrim. cap 2 num.* 35
*17. Barboſ. Vot. deciſ. 19. num 60. Pignatell. conſult. 136. num. 6. tom. 9.*

Minimè relevante, quòd hujuſmodi conditio nullam mereatur animadverſionem, vel quia repetita non fuerit in 36
actu contrahendi Matrimonium coram Parocho, vel quia Puella ab eadem conditione videatur receſſiſſe ſtatim ac Viri amplexus recepit, & matrimonium conſummavit. Prima enim objecti pars facilè diluitur, quia Sponſa paucis diebus antè matrimonium patefecit voluntatem contrahendi ſub conditione prædicta coram Teſtibus, relatis in Summario, ac etiam coram Parocho, ejus voluntatem explorante, ut eadem Puella depoſuit in Conſtituto Judiciali; Cùmque poſtea voluntatem ſuam non revocaverit, cenſeri proindè debet, quòd in eadem voluntate permanſerit etiam dùm actu contraxit matrimonium, veluti deponit eadem Puella in Conſtituto Judiciali, ibi: *ha bensì ſoggiunto detta N. che eſſa nel ſuo cuore, tanto avanti del matrimonio, quanto nell'iſteſſo atto del medeſimo ebbe il ſolo fine di prendere in Marito detto N. quando foſſe ſtato veramente Figlio del ſudetto Governatore, che aveſſe avute tutte le qualità eſpreſſemi da mio Padre cioè d'eſſer M. dico, e poſſedere le qualità ſudette, che altrimenti non l'averebbe preſo; Ne queſte coſe le hò eſpreſſe per il timore, che avevo di mio Padre, mà, che per altro avendo qualche dubio non feci altro, che ſoſpirare.* Et iterum proteſtata fuit quando Parocho denegavit ratificationem Matrimonii, ibi: *Io mi proteſto avanti à Dio &c. che non hò mai avuta intenzione di ſpoſarlo, che con condizione, che foſſe tale, come me lo proponevano &c. Ne l'hò mai voluto altrimenti; e perche non è tale, Io non lo voglio aſſolutamente;* Et quidem de Jure etiam præſumitur, quòd Puella in eadem voluntatem permanſerit in actu contrahendi Matrimonium, dùm non conſtat, quòd voluntatem immutaverit, ſeù revocaverit, quia immutatio voluntatis non præſumitur, ſed potiùs perſeverantia, de qua punctualiter *Cernel. conſil. 91. column. 3. verſic. Idem lib. 3. & 4. tom. 9.* ibi: *Et quia voluntas Caii jam ex-*

*preſsè declarata præſumitur permanſiſſe &c. nec præſumitur facta confeſtim mutatio &c.* egregiè *de Angel de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 49. num. 7. & Pignatell conſult. 136. num. 3. tom. 9. & Rota in Peruſina Matrimonii 10. Maii 1688. §. Attenta coram Card. Caccia*; Maximè quia non apparet ratio, propter quam Puella diſcedere voluerit ab eo conſilio, quòd planè honeſtum ipſi erat, & à quo non ſine ejus gravi præjudicio,
37 & incommodo diſceſſiſſet, ut proſequitur *Pignatell. dicta conſult. 136. num. 4. tom. 9.*

Ad effectum autem annullandi Matrimonium ſufficere defectum conditionis, quæ ſemel fuerit expreſſa, licèt in actu Matrimonii repetita non fuerit, certi Juris eſt, quia
38 intentio ſemel expreſſa, & non revocata, virtualitèr perſeverat, ut dixit *Pignatell. dicta conſult. 136. num. 13. tom. 9.* & ut Matrimonium dicatur contractum conditionaliter, ſufficit intentio virtualis, nec actualis eſt neceſſaria, ut notant *Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 18. ſub num. 81.* ibi: *Deſideratur tamen, ut ea intentio apponendi talem conditionem ſit actualis, aut virtualis, nimirùm, ut Contrahens habeat tunc illam actu, vel virtute, quam antea habuit, nec per contrarium actum revocata eſt, Reginal. in Prax. lib. 31. cap. 14. num. 93. Tancred. de Matrim. lib. 7. diſp 18. num. 10.* ibi: *Nec requiritur, ut talis conditio verbis exprimatur, ſed ſufficit, ſi actu habeatur in mente ipſius Contrahentis, aut ſit virtualitèr, quòd ſcilicèt anteà habuit talem intentionem, nec illam revocavit per actum contrarium. Trullench in Prax. Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 3. num. 8.* ibi: *Debet autem conditio eſſe actualis, qua-*
39 *tenùs habita, itaut non ſit per contrarium actum revocata. Filluc Oper. Moral. tom. 1. tract. 10. de Sacram. Matrim. cap. 2. num. 33. verſ. Debet autem intentio eſſe actualis, aut virtualis, Tamburin. Oper. Moral. lib. 3. de Sacram. Matrim. in cap.*
40 *2. num. 15. & 16.* ibi: *Reſpondeo, eſſe invalidum, quia illa prior intentio, cùm non ſit retractata, & adhuc duret, ut ſupponimus, æquivalet conditioni, actualitèr poſitæ*, idemque ſentit, *Panimol. deciſ. 105. num. 8. Angel. de Confeſſ. tom. 2. quæſt. 44. num. 8. & quæſt 49. num. 8. & Dom. Piton. diſcept. 52. num. 38.*

Altera verò objecti pars redit in Authorem ſuum, qui dùm allegat concubitum ſubſequutum magis detegit turpitudinem propriam, & oſtendit in ſemetipſo verificari ea,
41 quæ in ſpecie tradit *Brovver. de Jur. connubial. lib. de Sponſal. dolo contract cap. 19. num. 1. & 2. fol. 177* ibi: *Sæpè ſolent concubitum adjungere, ut dolo captos majoribus implicent pedicis, utque efficiatur quaſi re non ampliùs integra, difficilior reſiliendi poteſtas &c. quod quidem flagitium duplex continet crimen &c.*

Et facilè eliminatur animanvertendo, quòd conditio, ſub qua contractum fuit matrimonium, de quo agimus, non fuit conditio de futuro, ſed de præſenti, ibi: *Io condeſcenderò*
42 *a quanto volete, pur che queſto N. ſia tale, quale ſi fà, e che Voi me lo deſcrivete &c. altrimenti non lo voglio.* In quibus terminis ſubſequens copula, nullatenus importat receſſum ab ea conditione, quæ præcedentèr expreſſa fuit, ut teſtando de communi Theologorum, & Canoniſtarum
43 Sententia, probat *Fagnan. in cap. Si conditiones à num. 22. de Condit. appoſit.* rationem diverſitatis aſſignans per hæc verba: *Quia ubi conditio eſt de futuro, actus non eſt nullus ab initio, ſed ſtat in ſuſpenſo uſque ad conditionis eventum &c. Undè per copulam, ideò videtur quis recedere à conditione, quia Eccleſia, ut excludat delictum fornicationis, præſumit acceſſum affectu conjugali, & conſenſum purum &c. At verò ubi conditio eſt de præſenti &c. actus non eſt in ſuſpenſo, imò ſi conditio non eſt vera, nullus eſt ab initio ex defectu conſenſus, & copula non poteſt eſſe, niſi fornicaria, undè quotieſcumque matrimonium à principio eſt invalidum, Conjuges per copulam non videntur à conditione receſſiſſe &c.* Et æquè benè ad rem noſtram *ſub num. 24.* ibi: *Quamobrem cùm hoc caſu Mulier ante copulam illegitima eſſet, atque ita jam defeciſſet conditio illa, ſi Mulier eſt legitima, copula ſubſequens nihil profuit ad matrimonii validitatem*; Et hæc eſt
44 communis omnium ſententia, quam probavit etiam *Covarr. in 4. Decret. part. 2. cap. 3. §. 1. num 13. Gobat. in Theolog. Experim. tract. 9. caſ. 5. num. 142. & D. Piton. diſcep. 52. num. 30.*

Præterquam quòd etiamſi Conjuges mutuo conſenſu, ſive expreſsè, ſive tacitè per copulam voluiſſent à dicta con-
45 ditione de præſenti recedere, nihilominùs ſimilis receſſus evaſiſſet prorsùs inutilis, quia non erat in eorum poteſtate matrimonium, à principio, nullum, convalidare per conſenſum, quem præſtare tenebantur ſolemniter coram Parocho, & teſtibus, ut ſolidè fermè per hæc eadem verba
46 tradit idem *Fagnan in dicto cap. Si conditiones num. 24. in fine de Cond. appoſit.* ibique *ſub num. 26.* teſtatur, ita deciſum ab hac Sac. Congreg. & punctualitèr firmavit etiam *Rota in magiſtrali deciſ. 900. coram Seraphin. & deciſ. 395. num. 2. & per tot. coram Ludoviſ. & deciſ. 405. num. 10. part. 18. & coram Benincaſa deciſ. 66. num 4.*

Cæterùm ipſem Sponſus & de matrimonii validitate dubitavit, dùm conſcientiæ ſtimulis adactus, confugit ad Parochum eique ſupplicavit pro extenſione ſupplicis Libelli, 47
dirigendi ad Trib. Pœnitentiariæ, ut teſtatur Perochus ipſe & patet ex ipſius Memorialis exemplo, quòd datur in Summ.

Quinimò pluſquam tacitè Matrimonii nullitatem agnovit, & palam faſſus fuit, dùm ſtatim ac recepit Oraculum Sac. Pœnitentiariæ, improbantis Matrimonium, juxta Votum Theologi ejuſdem Pœnitentiariæ, quod datur in Sum- 48
mar. recurſum habuit ad Parochum N. N. ut prætenſæ Uxoris ratificationem exigeret, ſicuti idem Parochus teſtatur; Hujuſmodi enim inſtantia, prævio Sapientum conſilio promota, pro ratificatione Matrimonii, per neceſſe præſupponit ejuſdem Matrimonii ratificandi nullitatem, ut in noſtris terminis punctualitèr notant *Jacob. de Leoniſſa inter* 49
*Conſ Matrim. diverſ. conſ. 4. num. 3. & ſeqq. Corn. conſ. 91. col. 3. Gozzadin. conſ. 77. num 13. & Ciarlin controv. 131. num. 33.*

Quibus ſtantibus, ſi ulla ſupereſſet dubietas, adhuc in dubio reſcribendum eſſet pro nullitate matrimonii propter dolum, quo mediante, innocens Puella ad contrahendum ſeducta fuit, ut in termins tradit *Add. ad Dec. conſ. 163. lit A.* 50
*Grat. diſcept. 849. num. 3.* ubi contra Authorem fraudis, & doli, refert ita judicatum *Barb. Vot. deciſ. 19. num. 81. Oliver. de Matrim nullit. par. 1. fol mihi 46.* ibi: *Concludo, pronunciandum eſſe contra doloſum matrimonium, non ſolùm in foro inte-* 51
*riori, ſed etiam exteriori, vel Eccleſiæ, de Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 44. num. 11. D Piton. diſcept. 52 num. 44. & Rot. deciſ. 634. per tot. coram Burat.* Æquum quippè non eſt, ut quis ex proprio dolo, & malitia commodum reportet, imò publicè intereſt fraudibus ejuſmodi obviam iri, & ejuſmodi caſſari deſponſationes, occaſioneſque delinquendi omnibus modis amputari, ut notant Doctores, ſubſcripti *in conſ. 53. num. 43. intèr conſ. diverſ German.*

Nullumque obicem facere poteſt ſubſequuta matrimonii conſumatio, quæ ſolùm inſervire poteſt ad convincendum duplex flagitium N. N. ut ſentit *Brovver. de Jur connub. lib.* 52
*1. de Sponſal. dol. contract cap. 19. ſub num. 2. & Valſed in Pract. Crimin. Canon cap. 53. fol 286.* Etenim poſito eſſentiali defectu conſenſus in Sponſa, quæ erravit circa perſonam, aut ſaltem circa qualitatem, conſideratam per modum conditionis, nullitas matrimonii remanet innegabilis; Et ideò ſubſequens cohabitatio, conſummatio, imò, & Prolis ſuſceptio, nullatenùs attendi poteſt ad inducendam matrimonii validitatem, pro qua novus conſenſus requirebatur juxta punctualem *deciſ. 405. per tot. part. 18. recent.* in qua, ut dicitur in principio, Mulier per plures annos convixerat cum Viro, & cum eodem filios ſuſceperat, & in iiſdem terminis loquuntur *Barboſ. Vot. deciſ. 19. per tot. Gratian diſcep.* 53
*849. de Juſtis de Diſpenſ. Matrim. lib. 2 cap. 10. num 54.* & plures reſolvit hæc Sac. Congreg. & præſertim *in Averſana 3. Aprilis 1587. lib. 4. Decret. fol. 252. & in Nullius 15. Aprilis 1628 lib. 13. fol. 435. & in Rom 22. Februarii 1631. Lib. 14. fol. 390. & in Luceorien. 27. Junii 1647 lib. 18 fol. 377.*

Cæterùm ceſſat omnis occaſio dubitandi, quia tota facti ſeries cum omnibus circumſtantiis ſupra ponderatis, expoſita fuit Sacro Tribunali Pœnitentiariæ in ſupplici Libello, 54
dato in Summario, & idem Sacrum Tribunal maturè, prout ſolet, diſcuſſo articulo, reſcripſit, matrimonium eſſe nullum, minimèque poſſe ſubſiſtere abſque ſolemni ratificatione; Suprema enim Tribunalia attendere aliquando ſolent Judicium horum Pœnitentiariorum Baſilicæ Vaticanæ, ut videre eſt *in deciſ. 160. num. 16. & ſeqq. part. 4. tom.* 55
*2. recent & in Rom ſeù Limana Cambior. Julii 1699. §. Verùm coram Anſaldo, & in Ferrarien. Pecun. 26. Aprilis 1706. §. final coram del Olmo.*

Die 17. Novembris 1708. propoſita Cauſa in Congreg. Concilii ſub dubio: *An conſtet de validitate Matrimonii,* re- 56
ſponſum fuit. *Affirmativè*, cum addito, ut Cauſa ampliùs non proponeretur.

*Eadem Congreg. Concil. in Romana Matrimonii 23. Januarii 1666.* in caſu ſimillimo validum pariter declaravit matri- 57
monium, contractum à Viro cum expreſſa conditione, quatenus Mulier haberet in bonis ſcut. 4000. aliàs matrimonium eſſet nullum, Detecta enim inſufficientia dictæ dotis, adhunc declaravit validum matrimonium, ut videre eſt *in Lib. 25. Decret fol. 16 à terg.*

DISCE-

## DISCEPTATIO V.

### Meclinien. Fundationis Conventus.

*PRO*

Definitorio Carmelitarum Diſcalceatorum Belgii.

*CUM*

Monialibus Monaſterii de VillebrocK.

### ARGUMENTUM.

*Quibus concurrentibus ex motivo ſubreptionis, & obreptionis ſolcant Sac.Congreg. injungere Secretariis, ut adeant Papam pro ſuſpenſione Brevium, tacita veritate, vel cum falſis expreſſionibus obtentorum: Translationi Monaſteriorum de uno ad aliud Oppidum, vel Civitatem, nunquam locus eſt, niſi, prævia juſta cauſa, & accedente conſenſu Ordinariorum Locorum, à quo, & ad quem.*

AD conſervandam unitatem Ordinis, & uniformitatem
Regularium inter Moniales Carmelitas Diſcalcea-
1 tas, Urbano VIII. die 13. Decembris 1624. mediante ſpe-
ciali Breve, datum in Summario, mandavit, in Provin-
ciis unitis Belgii, non poſſe erigi nova Monialium Carme-
litarum Diſcalceatorum Monaſteria, donec alitèr à S. Se-
de fuiſſet ordinatum, decernens ex tunc irritum, & inane,
2 ſi ſecus attentatum fuiſſet, idemque Breve punctuali exe-
quutioni demandatum ſemper fuit, ut non controvertitur.

Quia verò anno 1650. translatæ fuerunt Moniales Anglæ
ad Oppidum Liranum, & ex parte Provincialis Carmeli-
tarum Diſcalceatorum fuiſſet dubitatum, an per talem
translationem eidem Brevi fuiſſet in aliquo præjudicatum,
3 tanquam per contrarium uſum? Tunc temporis Internun-
cius Bruxellenſis, mediante enciclyca Epiſtola, data in
Summario, directa omnibus Ordinariis dd. Provinciarum,
expreſsè declaravit, *Breve hoc debere etiam in poſterum ob-
ſervari, & quatenùs opus* (idem Provincialis) *petiit etiam,
ut tanquam Sanctæ Sedis Miniſter omnibus Epiſcopis, & Or-
dinariis Belgii denuò injungerem ejuſdem obſervantiam, quod
lubenter hiſce facio.*

Inter alia Monaſteria, in ejuſdem Provinciis, cohæren-
tèr ad diſpoſita in eodem Breve Urbano erecta, reperitur
4 unum, fundatum à M. Margherita ab Angelis in Oppido
Oerſchot Diœceſis Buſcoducenſis, ſub directione, & ſubor-
dinatione eorundem PP. Carmelitarum Diſcalceatorum,
quod deindè, juſtis de cauſis, ſer.ſer. nedum translatum fuit
ad Oppidum de Moll ejuſdem Diœceſis Buſcoducenſis, ſed
uniformitèr ad conſenſum die 27. Auguſti 1663. præſtitum à
noſtro Definitorio Generali, ſubjectum fuit Ordinario Bu-
ſcoducenſi; Quæ omnia peracta fuerunt mediante pia diſ-
poſitione Maria Lintermans, quæ, per organum Sylve-
ſtri Lintermans ſui Patris, reliquit eidem Monaſterio om-
nia ſua bona, cum illa tamen expreſſa, ſæpiuſque repetita
5 conditione, *ut dictæ Moniales ſint, & permaneant in eodem
Oppida de Moll*, ſub directione, & Juriſdictione Ordinarii
Buſcoducenſis.

Cupientes verò eædem Moniales alibi tranſmigrare, ſub
eo prætextu, quòd in Oppido de Moll expoſitæ eſſent Mi-
6 litum incurſionibus, per modum refugii, & ad tempus,
licentiam obtinuerunt à Vicario Apoſtolico permanendi in
Oppido de Villebroek Mechlinienſis Diœceſis.

Rebus autem in pace compoſitis in Belgio, loco redeun-
di ad proprium Monaſterium in Moll, recurſum habue-
runt ad hanc Sac.Congreg. mediante ſupplici Libello, dato
7 in Summario, in quo non ſine myſterio, tacito nomine Di-
ſcalceatarum, ad evitan. obſtaculum Brevis Urbani, nec-
non ſub aliis inſubſiſtentibus ſuppoſitis, de quibus infra,
ſupplicarunt prò facultate erigendi novum Monaſterium
in d. Oppido de Villebroeck.

De more eædem preces ab hac Sac.Congreg. remiſſæ fue-
runt Internuncio Bruxellenſi uſque ſub die 20. Sept. 1715.
ut legitur in Poſitione originali, his verbis. *Scribatur In-
8 ternuncio Bruxellenſi pro Informatione, & Voto, juxta In-
ſtructionem, & auditis*, in qua ſub die 22. Novembris ejuſ-
dem anni 1715. leguntur etiam ſequentia; *Vicario Capitu-
lari pro Gratia, cum facultatibus Sac.Congreg.*

Inter ea autem, quæ adverſus laudabilem praxim hujus
Sac. Congreg. in hac parte obſervationem merentur, duo
principalitèr emicant. Primum, quòd nulla omnino data
fuit, neque reperitur in Poſitione Informatio dicti Inter-
nuncii, ab hac Sac.Congreg. pro Informatione, & Voto re- 9
quiſiti, auditis Partibus. Secundum verò, quòd reperitur
in eadem Poſitione æquè affectata, ac ultronea Informatio
Vicarii Mechlinienſis, compoſita die 22. Auguſti ejuſdem
anni 1715. & ſic per menſem antecedentèr ad d. reſcriptum
hujus Sac.Congreg. ut videre eſt in Summario.

Quia verò ad faciendam ejuſdem reſcripti exequutionem,
cum evidenti obreptione, & ſubreptione, nemine audito,
ab hac Sac. Congreg. ut ſupra extorti, obtinuerunt etiam à 10
Santiſſimo ſolitum confirmatorium Breve, cum illa tamen
ſalutari clauſula; *Salva authoritate hujus Sacr. Congregat.*

Hinc nomine P. Provincialis, & Definitorii Carmelita-
rum Diſcalceatorum Provinciæ Belgii humillimæ hodiè 11
porriguntur preces, ut pro nunc dignentur demandare ſu-
ſpenſionem exequutionis dicti reſcripti, illiuſque confirma-
tionis, & congruum aſſignare tempus ad deducen. eorum
Jura coram hac Sac.Congreg pro obtinenda poſtmodum re-
vocatione ejuſdem Gratiæ, & videntur exaudiendæ.

Eſt enim concluſio, nullum habens contradictorem,
quòd Gratiæ ſubreptitiæ, & obreptitiæ exequutionem non
merentur, juxta literalem *Text in cap. Super literis de Reſ-* 12
*crip.* cum aliis, ſequutis *à Rot. deciſ. 289. num. 10 coram Priol.*
Cum quibus, omiſſis antiquioribus, Partibus accerrimè in-
formantibus, noviſſimè proceſſit *hæc Sac. Congreg. in Pra-* 13
*gen. 13. Sept. 1715. Pon. Em Card. Odeſcalco*, inexequibilem
declarando ſimilem gratiam, ab hac Sac. Congreg. extor-
tam ab Abbate Brzenovienſe, licèt illa fuiſſet per ſimile
ſpeciale Breve ſpecificè confirmata, juxta ea, quæ obſer- 14
vavi *in part. 1. diſcept. 11. per tot. tom. 1.*

Subreptio, & obreptio dictæ Gratiæ ut ſupra extortæ, 15
palpantur manibus.

I. Quia narratum non fuit, ipſas eſſe Carmelitas Diſcalcea-
tas. II. Quia neque expreſſerunt reſpectu Monialium Car-
melitarum Diſcalceatarum adeſſe d. ſpeciale Breve pro Bel- 16
gii Provinciis, quod eſt in viridi obſervantia. III. Quia, da-
ta opera, tacita fuit diſpoſitio Sylveſtri Lintermans, cum
illa expreſſa conditione relinquentis ſua bona Monaſterio, 17
*ut illæ, ſint & permaneant in Oppido de Moll.* IV. Quia Oppi-
dum Villebroeck, ubi fundare prætendunt novum Monaſte-
rium, magis expoſitum eſt tranſitibus, & excurſionibus Mi-
litum, ac ſit Oppidum de Moll, ubi Monaſterium habent, 18
quæ omnia magno ſilentio involuerunt, ſuntque in illis Par
tibus notoria. V. Quia non expreſſerunt, per modum ſim- 19
plicis proviſionis dumtaxat obtinuiſſe licentiam à Vicario
Sylvæducenſi permanere poſſe in Diœceſi Mechlinienſi,
quam poſtea, rebus in pace compoſitis, idem Vicarius re-
vocavit. VI. Quia tacuerunt etiam, Vicarium Buſcodu-
cenſem ipſis precepiſſe, ut redirent ad propriam Monaſte- 20
rium in Moll. VII. Quia tacuerunt pariter recurſus, & reite-
ratas inſtantias, nomine noſtri Definitorii porrectas dd. Su-
perioribus Eccleſiaſticis pro exequutione d. Brevis Urbani 21
VIII. & reditu ad earum Monaſterium de Moll, quæ om-
nia manibus palpare faciunt, omiſſionem dd. expreſſionum
non poſſe attribui negligentiæ, vel inadvertentiæ, ſed
non ſine myſterio, & data opera illas noluiſſe exprimere
huic Sac.Congreg. pro faciliori gratiæ extorſione VIII. Quia
pia illa perſona, quæ dicitur parata ad omnes expenſas,
pro erectione novi Monaſterii neceſſaria, eſt Iſabella 22
Vanderbieſt, quæ ſub illa conditione id promiſit, ut reci-
piatur in eodem Monaſterio, ut factum fuit; Et tamen
omnium judicio eadem Puella incapax eſt ut recipiatur in-
ter Moniales Carmelitas Diſcalceatas. IX. Quia exquiſita
ab hac Sac.Congreg. Informatione Internuntii, illa exad-
verſo prorſus neglecta fuit, & quod magis eſt, neque etiam
illa procurata fuit à moderno Archiepiſcopo Mechlinienſi, 23
non ſine fundamento dubitantes Moniales, per ipſum uti in-
formatum de qualitatibus dicti Oppidi Villebroeck ſuæ
Diœceſis, veritatem expoſitorum huic Sac. Congreg. cum
omni candore eſſe aperien. X. Tandem, aliis pro nunc omiſ-
ſis, quia procurata fuit ultronea Informatio Vicarii Mechli
nienſis, cum Data antecedenti ad illius remotionem ab Of- 24
ficio, à quo ſtatim à novo Archiepiſcopo dimiſſus fuit; Et
hæc eſt forſan ratio, quare dicta Informatio cantet ſub die
22. Auguſti 1715 quamvis reſcriptum hujus Sac.Congr. ema- 25
naverit die 22. ſequentis menſis Sept ejuſdem annis 1715.

Addito, quòd alia legitur digreſſio in eadem ultronea
Informatione circa rem, neque etiam petitam à Moniali-
bus, *concedendi eiſdem facultatem alienandi, & ſeculariẓan-
di antiquam Domum ad formam Monaſterii, quam habebant* 26
*in Sylvæducenſi Territorio, cum ejuſdem pertinentiis, nam
aliàs non foret ipſis liberum emere alia bona pro majori*

*commodo novi Monaſterii*. Ex qua circumſtantia ſicuti pal-
patur manibus illius præoccupatio, & inclinatio favore
27 Monialium, ita nulla omninò fides eidem præſtanda eſt,
ex allegatis in *tom.1.par 2.diſcep.7.num.*36.quibus addeo *Rot
in Colonien.Matrini* 19 *Januarii* 1711.§ 2.*coram Falconerio*.
Imò eadem ultronea Informatio cum illa expreſſione, quòd
ſi Moniales, non venderent antiquum Monaſterium, non
28 eſſet eis liberum emere alia bona pro majori commodo dicti,
Monaſterii, pluſquam tacitè infertur, non eſſe verùm quòd
de præſenti reperitur pia Perſona parata ad faciendas om-
nes expenſas, neceſſarias, pro novo Monaſterio, ut Mo-
niales aſſerunt.

Quæ omnia latiùs comprobanda in Cauſæ propoſitione,
29 videntur talis naturæ, ut cum omni fundamento ſperare
poſſimus revocationem Gratiæ, exadverſo exortæ; Undè
multò magis videntur ſufficientia pro ſimplici ſuſpenſione
ejuſdem Gratiæ uſquequo audiatur Archiepiſcopus Mechli-
nienſis, in cujus Diœceſis prætenditur fundare novum Mo-
naſterium, aſſignato interim congruo termino ad hoc ut no-
ſtrum Definitor. poſſit eorum Jura deducere, cum verifi-
catione alterius partis dicti reſcripti hujus Saç.Congreg.ibi:
*Auditis intereſſe haben.*

Die 22.Maii 1716. per Card. Fabronum propoſita Cauſa
30 in Congreg. Epiſcoporum reſcriptum fuit *Audiantur Car-
melitæ, & ad mentem*, hoc eſt *Ad D. Secretarium cum San-
ctiſſimo pro ſuſpenſione Brevis*.

SUſpenſa hoc modo exequutione Brevis, circa Cauſæ me-
rita dicebam poſtea, quòd cùm ſimus in terminis tran-
slationis Monaſterii ab uno ad alium Locum, ſeu Oppi-
31 dum, id non ſolet practicari ad Monialium arbitrium, ſed
juſta accedente cauſa, & prævio conſenſu Superioris Loci,
à quo volunt diſcedere, & accedente conſenſu Superioris
alterius Loci, ad quem ſe conferre volunt, juxta Textum
*in cap Si quis* 16.*quæſt*.1. ibi: *Fiat cum conſilio Epiſcopi, &
cap unico de Exceſſ Prælat. in* 6. ibi: *Vel recepta mutare*, &
aliis adductis *Campanil.in Diverſor.Jur. Canon.rubr.*22.*cap.*
13 *num.*1.*& ſeq.Zerol.in Prax.part.*1.*verb. Monaſteria num.*
2.*& Donat.Rer.Regul tom.*1.*tit de Monaſter. ædific. quæſt.*26.
*per tot.& in tom.*1.*part.*2.*diſcept.*8.*per totam*.

In noſtris autem terminis nihil horum concurrit, quia
Vicarius Capitularis Buſcoducenſis, ſub cujus Juriſdictione
32 fundatum legitimè fuit in Oppido Moll Monaſterium, de
quo eſt quæſtio, nullo modo conſentit, ut illæ ab eodem Op-
pido diſcedant, ſed è contra totis viribus eidem tranſlationi
ſe opponit, mediante etiam ſupplici Libello SS. porrecto,
& dato in Summario.

Eadem pariter energia Archiepiſcopus Mechlinienſis re-
nuit dare conſenſum, ut in Oppido de Villebrock ſuæ Diœ-
33 ceſis dictum Monaſterium conſtruat, ſolidis rationibus,
& ſundatis congruentiis, de quibus in Epiſtola SS. ſcripta
per organum Secretariæ Status; & data in Summario.

Et proindè deficiente conſenſu ejuſdem Archiepiſc. in
cujus Diœceſi fundari prætenditur Monaſterium, nullo
modo annuendum videtur contrariæ inſtantiæ, ex rotunda
34 diſpoſitione multarum Apoſtol.Conſtitut.de quibus *Novar.
in Summ.Bullar.part.* 1.*comment.* 80.*&* 81.*per tot.* ubi quòd
privilegia omnia, quamvis ampliſſima, conceſſa Regula-
ribus, ut poſſint fundare Monaſteria ſine conſenſu Ordi-
nariorum revocata fuerunt ab Urbano VIII. die 18. Augu-
ſti 1624.*quæ eſt Conſtit.*27. inter alias ejuſdem *in Bullar. no-
vo tom.*4. & concordant adducti per *Monacel. in Formul. tom.*
1.*tit* 6.*formul.* 19. *num.* 31.*& à Rot. deciſ.* 60.*& deciſ.* 97.*per
tot. coram Celſ.*

Eſſentialiſſimo defectui conſenſus Ordinarii Buſcoducen-
35 ſis, à cujus Diœceſi diſcedere volunt, & alterius Archi-
epiſcop.Mechlinienſis, ad quam ſe conferre prætendunt,
jungitur alter æquè eſſentialis, deficientiæ juſtæ cauſæ, ſi-
ne qua non ſolent ſimiles licentiæ de facili concedi, ut præ-
ter ſupra adductos, notant *Donat. Rer. Regul. tom* 2.*part.*
36 3 *tract.*5 *quæſt.* 11. *num.* 2.*Tambur. de Jure Abbatiſſ diſp* 2.
*quæſt.*2.*num.*8. *& Monacell. in Formul. tom.* 2. *Formul.* 5.
*num.* 16. *&* 17.

Quamvis enim in contrario Memoriali pro coloranda ea-
dem juſta cauſa, dictum fuerit, quòd Oppidum de Moll,
nedùm erat ſub temporali dominio Acatholicorum, ſed
37 ulteriùs, quòd erat nimis expoſitum Militum incurſioni-
bus, ad differentiam Oppidi de Villebrock, *poco diſtante
da Bruſſelles, rimoto da ogni diſturbo, &c. e quel, che più
importa, trà Cattolici, e ſoggetto al Dominio Cattolico &c*
Nihilominùs omnia hæc nulla habent facti aſſiſtentiam.

Quòd enim Locus deſideratus à Monialibus in Oppido
de Villebrock *ſia poco a propoſito eſſendo vicino al Canale
trà Bruſſelles, & Anverſa, e per conſequenza eſpoſto al paſ-* 38
*ſaggio continuo de'Viandanti*, per hæc numero verba teſta-
tur Archiepiſcop. Mechlinienſis in Summario. Cui utì te-
ſtanti de re, tangente propriam Diœceſim, cujus præſu-
mitur optimè informatus, omnis in hac parte præſtan-
da eſt fides *Rot.deciſ.*685.*num* 9.*coram Cerr.* cum aliis citatis
*in tom.*1.*part.*2.*diſcept.*9.*num.*7.

Quòd in Oppido de Moll, publicè, & palam Fides Ca-
tholica profiteatur, ſitque ſubjectum Sac. Cæſareæ, Re-
giæque Majeſtati, eſt notorium in toto Belgio, & patet ex 39
Scriptura in Partibus impreſſa, data in manibus Ponentis
ibi: *Secundò, quòd Municipium Mollenſe, ſit Catholicum, in
temporalibus ſubditum Civitati Antuerpienſi, in ſpiritualibus
Diœceſi, & Vicario Apoſtolico Silvæducenſi, & omninò vici-
num Territorio Silvæducenſi Acatholico pro majori commodi-
tate Puellarum, in viciniis habitantium; Tertiò, quod in to-* 40
*ta Diœceſi Silvæducenſi non ſit, niſi unicum hoc Monaſte-
rium, præter tria, aut quatuor pauperrima, ſita in Terri-
torio Acatholico, omni momento dependentia à gratia, & nu-
tu DD.Fæderatorum Ordinum; Hac factorum ſerie vera, &
certa præſuppoſita &c.*

Quòdquè demùm ibidem Moniales poſſint religioſam vi-
tam ducere, & juxta proprium Inſtitutum fideliter Deo 41
inſervire, neque Oppidum Moll ſit magis incurſioni Mili-
tum expoſitum, ac ſit Oppidum de Villebroek, ad oculum
ex earum confeſſione probat Vicarius Buſcoducenſis, cui
idem Oppidum Moll ſubjectum eſt, in Memoriali Sac.Cæ- 42
ſareæ, & Regiæ Majeſtati porrecto, quod datur per ex-
tenſum in lingua latina in Summario Propria verò manu
tranſcriptum Gallica lingua ab eodem Vicario, originali-
tèr damus in manibus Ponentis, ex cujus lectura patet,
nullam habere ſubſiſtentiam omnes alias frivolas exceptio-
nes, exadverſo promotas.

Quibus adduntur duæ particulares facti circumſtantiæ,
quarum unaquæque, etiam ſeparatim conſiderata, apta eſt
ad prorſùs reiicien. contrariam prætenſionem. Prima eſt, 43
quod Maria Lintermans, pia fundatrix dicti Monaſterii in
Oppido de Moll integram ejus hæreditatem ad dictum effe-
ctum, reliquit, *ea tamen reſtrictione, & limitatione, caſu
quo fuerint, & permanſerit ſub Ordinario dicti Loci Diœce-
ſis, alioquin in defectum illius præfatum hæredem ejuſdem
pecunias impedire poſſe ad libitum, & beneplacitum ſuæ
propriæ voluntatis*.

Secunda verò, quòd, ulteriùs progrediendo eadem Fun-
datrix Monaſterii, expreſsè, ac deliberatione prævia de- 44
claravit, ibi: *Ob graves rationes, me moventes, me non vel-
le fundare, aut perficere fundationem cujuſdam Conventus
Carmelitarum in Moll, niſi ſubjecta fuerint, & regantur ab
Ordinario, & nullatenus ab Ordine Carmelitarum Diſcalcea-
torum.* In qua parte ſe conformavit Praxi, & laudabili ſo-
lito hujus Sac.Congreg. quæ, quantum fieri poteſt, ſemper
inclinat pro ſubordinatione Monialium Ordinariis Loco- 45
rum, juxta quamplures modernas reſolutiones, quas re-
fert, & ſequitur *Monacell.in Formul. tom.*1.*tit.*6.*formul.* 19.
*num.*22.*ſeqq.fol.*165.

Quæ conditiones, ad ſupplices reiteratas præces earun-
dem Monialium, admiſſæ fuerunt, tàm ab Ordinario Bu- 46
ſcoducenſi, quàm à Superioribus noſtri Ordinis, ut juſti-
ficamus in Summario.

Itaut ſi hodiè fieret innovatio aliqua in hac parte, iterum
deberent Moniales reverti ſub obedientia, & gubernio Re-
ligioſorum, necnon amitterent omnia bona, pro earum fun-
datione eis relicta à dicta pia Benefactrice; Eò quia hoc ha- 47
bet proprium conditionalis diſpoſitio, ut, conditione non
adimpleta, dicatur deficere voluntas diſponentis, & diſ-
poſitio perinde habeatur, ac ſi facta non eſſet, juxta *Text.
in leg.unica* §.*Sin autem aliquid ſub conditione Cod. ad Caduc.
tollen.* cum aliis apud *Fuſar. de Subſt. quæſt.* 320. *num.* 80. *&
Rot. deciſ.*6.*num.* 13.*part.* 5.*recent. & coram Priol. deciſ.* 176.
*num.*4.*&* 5.

Videtur autem cavendum à ſuppoſito, quod exadverſo
ſolet in voce exagerari, licentiæ nimirum, obtentæ à Vica-
rio Buſcoducenſi, ut Moniales ab eis Diœceſi, & Juriſdi- 48
ctione poſſint diſcedere. Idem enim Vicarius, de hoc certio-
ratus, ſolemnem in hac parte declarationem emiſit, datam
in Summ. Ex qua omnis tollitur contrarius prætextus, qui
ulteriùs non poteſt eſſe magis frivolus, eo quia talis licen-
tia debet obtineri in ſcriptis; Debet ulteriùs concurrere ju-
ſta cauſa, & debet conſentire Archiepiſcopus Mechlinien- 49
ſis, in cujus Diœceſi Moniales permanere volunt, quæ ſunt
prorſus inſubſiſtentia, ex hucuſque animadverſis.

Quæ omnia probè agnoſcentes Defenſores Monialium
pro-

50 procurarunt, ut Vicarius Capitularis Mechlinienſis in Relatione, data in Summ. ultroneè preces porrexerit, ibi - *Poterit permitti etiam facultas alienandi, & ſæcularizandi antiquam Domum ad formam Monaſterii, quam habent in Sylvæducenſi Territorio, cum ejuſdem pertinentiis, nam aliàs non foret ipſis liberum emere alia bona pro majori commodo novi Monaſterii*. Sub hoc verborum involucro in ſubſtantia
51 petendo derogationem expreſſæ voluntatis dictæ piæ Fundatricis, volentis, ut Monaſterium ædificaretur, & permaneret ſemper in Oppido de Moll, quæ derogatio non ſolet facilè concedi ab Apoſtolica Sede, ut obſervant adducti per *Rot. dec.* 78 *num.* 12. *& ſeq. cor. Duran. & dec.* 808. *num.* 1. *cor. Emer jun.*

Ad evadendam verò dictam ſubverſionem piæ voluntatis Fundatricis Monaſterii, nimis opportunè, & æquè di-
52 ligenter Vicarius Buſcoducenſis imprimere fecit, & in publicis Locis affigere declarationem, quòd nemini erat permiſſum dictam Domum, & Monaſterium, & bona vendere, vel emere, abſque Sanctæ Sedis expreſſa licentia, ut juſtificamus in Summario.

Perſtringendo proindè omnia, hucuſque animadverſa, inaudito exemplo, prætendunt Moniales non ſervare diſpoſitionem earum piæ Fundatricis, expreſsè demandantis, ut earum Monaſterium ſit, & permaneat in Oppido de
53 Moll. Prætendunt fundare novum Monaſterium Carmelitarum Excalceatorum in Belgio, adverſus cubitale Breve Urb. VIII. Prætendunt non obtemperare Vicario Apoſtolico Buſcoducenſi, eorum Ordinario, & Superiori, revocanti temporaneam licentiam, eis datam, moram faciendi extra ejus Diœceſim, illaſque in omni patientia arguenti, increpanti, & obſecranti, adhoc, ut redeant ad Locum,
54 undè digreſſæ fuerunt. Prætendunt demùm permanere in Diœceſi Mechlinienſi, in qua illius Archiepiſcopus eas non vult recipere, neque retinere ſub ejus juriſdictione. Caſus ſimilis non erit forſan auditus à conſtitutione Mundi, neque de facili prætenſio ſimilis in futuris Sæculis promovebitur in Urbis Tribunalibus, Sacriſque Congregationibus.

Ignotum eſt quid in hac Cauſa deinde ſequutum fuerit; Mutatis enim Superioribus generalibus dictorum Religio-
55 ſorum Carmelitarum, nihil ampliùs de illa audivi. Res non nova in Urbe, ortum habens, vel ab illis inclinationibus, quas erga ſuos antiquos Curiales amicos habent novi Geneneraleſ Superiores Religionum; Vel ab Officiis, & commendationibus qualificatarum Perſonarum, à quibus tanquam ab igne abhorrent probati Curiales; Tum quia ut plurimum ſuos non ſolent habere effectus ex potentioribus commendationibus, aliarum Perſonarum æquè, vel magis
56 qualificatarum; Tum etiam, quia illi Clientes, qui Defenſores eligunt ad aliorum inſinuationes, ſi in Cauſis ſuccumbunt, ut plurimum ſolent Cauſarum jacturam attribuere eiſdem Defenſoribus, idque cum illis conqueſtionibus, & querelis, quæ facilè poſſunt concipi, nec opus eſt hìc explicare.

## DISCEPTATIO VI.

### Romana Translationis Penſionis.

*PRO*

N. N. hodiè S. R. E. Card.

*CUM*

Hyacintho Naldo.

ARGUMENTUM.

*Translatio penſionis, non exhibito Indulto transferendi, an & quando valida ſit. Et quid dicendum in caſu, quo illa fiat in eum, qui de tempore translationis non adhuc clericali charactere ſit inſignitus.*

PEnſio, aliàs reſervata per Alex. VII. ſuper Canonicatu, de quo agitur, favore Mathiæ Naldi, prætenditur per
1 illius obitum extincta, non obſtante, quòd ipſe utendo facultatibus, ſibi à d. Pontifice conceſſis, transferendi in Clericos, ſeu clericali charactere inſigniri volentes, illam transtulerit in perſonam Hyacinthi Naldi ſui filii, ex duplici motivo. Primo ſcilicet, ex quo translatio fuit facta coram Perſona in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituta, non exhibitis facultatibus, & Indulto transferendi; II. quia ſequuta fuit in Perſonam Hyacinthi, qui de eo tempore non erat Clericus, & per conſequens de ſtylo Curiæ incapax penſionis, itaut, nec ſufficere dicatur, quòd poſt mortem Tranſferentis 2 qualitas Clericatus ſupervenerit, cùm ampliùs res non eſſet integra. Ideò videndum eſt, an iſtæ prætenſiones ſubſiſtant.

Et quoad primam obſervo rectè illam in facto ſubſiſtere, cùm verùm non ſit id, quod pro parte Naldi translatarii 3 dicitur circa exhibitionem, & inſertionem Indulti in Inſtrumento translationis, nam revera tale quid in Inſtrumento non legitur, ſed imò excluditur, dum facultates, & privilegia transferendi fuerunt ſimpliciter indicata, ibi -- *Et* 4 *confiſus, atque ſuffultus facultatibus, & Indultis; ſibi & aliis ejuſdem ſ. m. Alex. VII. Familiaribus, & continuis Commenſalibus à S. Sua per Litteras Apoſtolicas impreſſas die* 17. *Aug.* 1655. ſeu, *&c. conceſſis, quas Illuſtriſſimo D. Marco Antonio Buratto ad abundantiorem cautelam inſinuavit, & deduxit* -- Quapropter difficultas reducitur ad inſpectionem, an de jure pro firmanda Juriſdictione Delegati requiratur per neceſſe exhibitio, & inſertio privilegii, vel potiùs ſufficiat ſola indicatio.

Atque in hoc facilis eſt reſolutio, cùm habeamus regulam generalem, juxta quam Delegatus juriſdictionis exercitium 5 non acquirit, niſi fuerint ei præſentatæ, & exhibitæ Litteræ ſuæ delegationis, *cap. Paſtoralis de Reſcript. cap. Super eo de Appellat. Ubert. de Citat. cap.* 8. *num.* 252. *& ſeqq.* Atque ante præſentationem non poteſt authorizare translationem, ad tradita in noſtris terminis per *Lotter. de Re benefic.* 6 *lib.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 33. *&* 34. *& c.* 40. *n.* 24. *& ſeqq. Garz. de Beneſic. par.* 6. *cap.* 2. *num* 11 *Rot. cor. Caval. dec.* 644. *n.* 1. *& cor. Pamph. dec.* 719. *n.* 7. *& cor. Cerro dec.* 628. *num* 9. & egregiè *in dec.* 143. *n.* 2. *p.* 2. *rec.*

Neque, quidquid dicat *Card. de Luca Penſion. cap.* 15. *nu.* 10. ubi vocat formalitatem talem litterarum exhibitionem, 7 ſufficere videtur, quòd Indultum transferendi fuerit indicatum, & Delegatus ſe de illo benè conſcium, & informatum eſſe aſſeruit, quaſi ſatis ſit, quòd in hoc actu extrajudiciali Exequutor potuerit ſe extrajudicialiter informare, & reddi certus de ſua juriſdictione ex adductis in his terminis 8 *per Rot. in dec.* 634. *num* 2. *&* 3. *cor. Caval.* Siquidem deciſio prædicta, & ratio per eam perpenſa, poſſet forſan procedere, quando Judex, cui aliàs competit exercitum juriſdictionis, vellet ſe extrajudicialiter informare, an transferens haberet facultatem transferendi, nec ne; Non poteſt verò locum habere in præſenti, ubi Burattus, coram quo facta fuit translatio, ob non exhibitionem ſuæ poteſtatis, & delegationis, adhuc dici non poterat Exequutor, nec fuerat conſequutus juriſdictionem, quam recipiebat mediante præd. exhibitione, quæ non ſolùm requiritur ad hoc, ut Exequutor ſciat, Transferentem facultatem 9 transferendi habere, ſed etiam principaliter exigitur ad hoc, ut certus reddatur de ſua delegatione, quæ omnia pendent ex ipſa productione Indulti; Ideò ante illius præſentationem procedendo, nulliter procedit, & translatio non ſubſiſtit, *cap.* 2. & ibi *Dec. in* 1. *notab. de Offic. delegati* 10 egregiè. *Bald. in l. Falſus n.* 19. *C. de Furtis*, ubi, quòd niſi ante omnia fiat præſentatio reſcripti, proceſſus eſt nullus; etiam ſi Judex ſciat, ſe Delegatum: Cùm hoc ſit non ratione ignorantiæ, ſed quia ejus juriſdictio pendet ex productione reſcripti *Torr. de pact. fut. ſucceſſ. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 10. *&* 11 *ſeqq. & de Juſtis de Diſpenſ. matrim. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* & in noſtris terminis *Lotter de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 37. *n* 33. *&* 34. *& cap.* 40. *n.* 34. *& ſeqq. Rota dec.* 143. *n.* 2. *verſ. ubi dicit Baldus par* 2. *rec.* Et longè poſt hæc ſcripta in terminis generalibus reſolvit Signatura Juſtitiæ, loco Signaturæ Gratiæ, ad relationem R. P. D. Caſii in Cæſenaten. Juriſdictionis 25. Aprilis 1712. quando reſcripſit *Ad A. C. ex integro*, eò quia unus ex Collitigantibus, qui obtinuerat delegationem in Perſonam Epiſcopi Cæſenaten. à ſ. m. Clemente XI. in iſtius vita non exhibuerat reſcriptum prævia citatione coram eodem Epiſcopo, qui deinde poſt mortem ejus Pontificis decretum quoddam proviſionale protulerat Il. *d. dec.* procedit quando verè, & realiter Literæ facultativæ fuerunt exequutori præſentatæ, atque ab eo conſideratæ ſed per incuriam Notarii fuit omiſſa illarum regiſtratio, unde dicit, poſſe id probari per teſtes, ut videre eſt *n.* 3. *&* 6. 12 qui caſus eſt longè diverſus à noſtro; Indultum enim non fuit præſentatum, neque ab Exequutore conſideratum, & proindè non poteſt dici, ipſum fuiſſe conſequutum poteſtatem & juriſdictionem, quæ non poteſt probari niſi per ipſum reſcriptum, ut declarant *Corrad. in Prax. lib.* 5 *cap* 6. *n.* 13 46. *Ubert. de Citat. d. cap.* 8. *num.* 251. ibi. *Et Delegatus non*

*poteſt*

*poteſt probare per teſtes, vel aliàs quam per reſcriptum, ſuæ*
*delegationis poteſtatem antequam ſibi fuerit præſentatum re-*
*ſcriptum, & per ipſum receptum per can. Sancimus 25. qu.*
*2. ſed ſi poſt receptionem perdatur, poterit probari per teſtes,*
*vel aliàs per communia Jura, & admittit ipſa dec. 634. nu. 7.*
*& 8. cor. Caval.*

Nec relevat, quòd Exequutor de Litteris Apoſtolicis in-
dicatis benè conſcium, & informatum ſe eſſe aſſeruerit
aliàs per lecturam earundem Litterarum Apoſtolicarum;
15 Quia in hac materia non ſtatur aſſertioni Exequutoris,
niſi actus exhibitionis fuerit per extenſum ſcriptus, vel Li-
teræ appareant in Inſtrumento translationis regiſtratæ, ex
16 animadverſis generaliter à *de Juſtis de Diſpenſ. matrim. lib.*
*1. c. 6. n. 8. & 9.* ubi *n. 5.* quod vis non ſtat in ſcientia, vel igno-
rantia, ſed in exhib. & inſertione ut in noſtris terminis *Torr.*
*de Pact. futur. ſucceſſ. lib 3. c. 8. nu. 10. & 11. Loter. de Re be-*
*nefic. lib. 1. quæſt. 37. n 33. & 34. & quæſt. 40. nu. 24. & ſeqq.*
*Rot. d. dec. 143. n. 2. verſ. Hæc ſtatuo par. 2. rec.* & admittit ip-
ſamet *deciſio* 645. quando, prout hic, aliunde non probatur
exhibitio, ut *n. 6 cor. Caval.*

Cæterùm, quando etiam d. indicatio Indulti ſufficeret ad
17 hoc ut dici poſſit Exequutorem conſcium fuiſſe ſuæ juriſdi-
ctionis, adhuc in præſenti non televaret, ſupplicando ad-
verti, quòd translatio ſpecialiter emanavit in vim Indulti ab
Alex. VII. conceſſi per Literas Apoſtolicas impreſſas 17.
Auguſti 1654. ſuis Familiaribus, & continuis Commenſa-
libus Clericis, ſeu Presbyteris: Unde cùm Indultum trans-
18 ferendi habeat ſe reſtrictivè ad Clericos, & Presbyteros,
eo ipſo quòd conſtat, Matthiam Transferentem non habuiſ-
ſe qualitatem, à Summo Pontifice deſideratam, ſequitur,
Exequutorem non potuiſſe authorizare translationem, &
propterea iſta tanquam facta ultra limites facultatis, in In-
19 dulto conceſſæ, nulla, & inefficax remanet, *Pariſ. de Reſi-*
*gnat. lib. 6. quæſt. 4. n. 46. Lotter. de Re benefic. lib. 1. cap.*
*nu. 7. Tondut. de Penſion. c. 32. n. 11. cum aliis per Rot. dec. 351.*
*n. 2. par. 19. rec.*

Non obſtante quòd ipſe Matthias Naldus fuerit expreſsè
nominatus in Literis Apoſtolicis, nam iſta nominatio, gene-
raliter facta de omnibus Familiaribus, & continuis Com-
20 menſalibus Sanctitatis ſuæ, reſtricta, & coarctata reman-
ſit per ſubſequentia illa verba *Presbyteris, ſeu Clericis*; Ex
quibus aſſequimur, ſummum Pontificem voluiſſe quidem
omnes nominatos in Indulto recognoſcere pro ſuis Fami-
liaribus; Sed facultatem transferendi noluiſſe concedere
21 niſi ſolis Clericis, & Presbyteris, ad excluſionem Laico-
rum, qui de ſtylo Curiæ nec capaces ſunt retinendi, nec
transferendi penſiones, ut infra oſtendam.

Idque comprobatur ex eo, quia agnoſcens Naldus, præ-
fatum Indultum transferendi comprehendere ſolos Cleri-
cos, & Presbyteros, curavit alias Literas Apoſtolicas ob-
tinere, ſibi tanquam Laico hanc eandem facultatem conce-
22 dentes prout obtinuit, quibus ſi non fuit uſus in translatione
illas exhibendo, & præſentando Exequutori ſibi imputet, ſi
quòd potuit noluit, & quòd voluit adimplere nequivit, ut
23 in his Terminis obſervat *Rot. d. dec. 351. n. 19. par. 19. rec.*
ſequuta in *Tom. 2. part. 1. diſc. 15. num. 6. & par. 2. diſcep. 15.*
*num.* 102.

Quò verò ad ſecundam propoſitam difficultatem, inter
ſe pugnant Doctores, An translatio penſionis, facta vigore
Indulti in perſonam Clericali charactere inſigniri volentem
ſi interim dum initiatur Clericatu, moriatur transferens,
24 fiat retrotractio conditionis, vel remaneat penſio extincta;
Quodque translatio ſit valida, & penſio debeatur? videtur
25 admittere *Pariſ. de Reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 2. num 77.*
*& ſeqq.* ubi refert ſic deciſum *per Rot. in una Regien Penſionis*
*& dec. 208. num. 74. cor. Dunoz. jun.* Nam cùm Papa ſit il-
le, qui jus transferentis, vel reſignantis extinguit, & no-
vum jus creat, nulla eſt habenda ratio de vita, & mor-
te Reſignantis, cum Reſignatarius capere dicatur à Sum-
26 mo Pontifice, non autem à Transferente, & proinde,
mortuo Reſignante ante conditionem, non poteſt dici illud
jus extinctum, quia quamdiu reſignatio poteſt effectum
ſortiri, non poteſt interim penſio dici extincta, ut notat ipſe-
met *Pariſ. loco cit n. 76. verſ. 2. & n. 79.*

Contrarium autem pluribus rationibus, & ſignanter ex
eo, quia hoc caſu conditio cauſalis retrotrahi non poſſit, pro-
28 pter defectum extremorum, ex quo res devenit ad eum ſta-
tum, à quo incipere non potuit, ex pluribus argumentis,
plenè congeſtis *à n. 14. uſque cum finem* comprobat *Gabr. conſ.*
29 187. *tom.* 1. quem ſequuti ſunt *Lotter. de Re benefic. lib. 1. q.*
*40. n. 126. 132. & ſeq Corrad. in Prax. benef. lib. 1. c. 3. n. 193.*
*& ſeqq. Altograd. controv 99. n. 8. & ſeq & per tot. lib. 2.*

In hoc Doctorum conflictu crederem pro illorum conci-
liatione eſſe procedendum cum diſtinctione, quam annue-
re viſa fuit *Rot. in d. d. 208. n. 74. coram Dunoz. jun.* videlicet, 30
vel Penſio translata fuit immediatè coram ipſomet Summo
Pontifice, nempè per viam ſupplicationis, in qua petitur,
quòd penſio abſque facultate transferendi aſſignata caſſetur
ad effectum, ut ſimilis penſio in favorem alterius conſtitua-
tur, & ille Tertius ſupplicat, ut ſibi hujuſmodi penſio aſ-
ſignetur; Vel translatio ſit mediatè ex perſona Papæ co-
ram Perſona, in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta; Cùm
ſit nimium conſiderabile, an translatio ſequatur coram 31
Delegato, vel ipſomet Pontifice, Delegatus enim habet po-
teſtatem coarctatam, neque poteſt admittere translationem,
patientem defectus, aliàs urgentes (prout in caſu noſtro
eſt qualitas Clericatus) nec implicitè, vel explicitè il- 32
los ſanare. Quod ſecus eſt in Summo Pontifice, qui re-
ctè ſciens diſpoſitionem Juris, & Conſtitutionum Apoſto-
licarum, hujuſmodi translationem admittendo, implicitè 33
obſtaculum removere cenſetur, egregiè *Card. de Luc. de Pen-*
*ſion. diſcurſ. 51. n. 13.*

Et in primo caſu, procedunt rationes, adductæ *per Pa-*
*riſ. de Reſignat. lib. 4. quæſt. 2. num. 77.* quia quando manus 34
appoſuit ipſemmet Summus Pontifex, qui in his omnimo-
dam poteſtatem habet, & ratione Sanctæ Sedis ſemper vi-
vit, utique non attenditur vita, & mors Reſignantis, cùm
Reſignatarius capere dicatur à Papa, & proinde mor-
tuo Reſignante ante conditionem non poteſt dici illud jus
extinctum.

Verùm hoc non procedit in Delegato, qui licèt reci-
piat facultatem, & poteſtatem admittendi, & authori-
zandi translationem à Papa, tamen illam recepit median- 35
te Indulto transferendi, conceſſo Transferenti, Unde ſicut
per mortem Indultarii ceſſat Indultum, tanquam privile-
gium perſonale, ità quoque debet expirare juriſdictio, ſibi
per Indultum communicata, & in hoc caſu procedit id, 36
quòd dicit *Gabr. d. conſ.* 187. quòd illa conditio, *quatenus*
*Clericali Charactere inſigniri voluerit* non retrotrahatur ob
defectum extremorum, quem ſequuntur *Lotter. & Corrad.*
*locis ſupra citatis.*

Ultra quod *Pariſius* eſt ſibimet contrarius, nam *in lib. 6.*
*quæſt. 4. de Reſignat. benef.* ponens quæſtionem; *An Titius*, 37
*qui conſenſit extinctioni penſionis, ad effectum illius transla-*
*tionis in Cajum, qui erat Laicus*, cum hac conditione, cùm
primùm Charactere Clericali fuerit inſignitus *Si poſtea Ca-*
*jus efficiatur Clericus, poſſit Titius Transferens exigere termi-*
*nos penſionis, decurſos pendente conditione*, & reſolvit *af-*
*firmativè*, ex iiſdemmet rationibus, quibus innititur *Gabr.*
*d. conſ. 187. num. 13. & ſeqq.* Et præcipuè quia conſenſus ta- 38
li caſu dicitur conditionalis, & ante eventum conditionis,
& ſic perindè eſt ac ſi datus non fuiſſet, atque penſio dici
non poteſt extincta, nec jus abdicatum à Titio, ut videre eſt
*in d q. 4. lib. 6. n. 55. & ſeqq. & n. 58. & ſeqq.* ubi reſpondet 39
contrariis, & tradit *Tondut. de Penſion. c. 32. num* 19. ubi quòd
jus non abdicatur à Transferente, donec penſio fuerit quæ-
ſita irrevocabiliter Translatio.

Quapropter ſi juxta ſenſum *Pariſii* penſio non dicitur ex-
tincta, niſi quatenus conſenſus id patitur, & ubi conſenſus
fuit conditionalis, non poteſt dici antea præſtitus, quàm 40
fuerit in Cajum traslata penſio, ſemper firmum remanet
id, quòd dicit *Gabr. conſ. 187. n. 16.* quòd ſcilicet ante mor-
tem Transferentis translatio penſionis non fuerit perfecta,
poſtea verò perfici non potuerint, cùm res non eſſet inte- 41
gra, & devenerit ad caſum, à quo incipere non potuit,
propter inhabilitatem extremorum, quæ inducta dicitur per
mortem ejus, à quo actus originatur, *Lotter. de Re benefic.* 42
*lib. 2. quæſt. 14. n. 66. & 73. Altograd. d. controv. 99. numer.*
10. & 11.

Objectum tandem, quòd in præſenti privilegium trans-
ferendi non ponat in conditione ipſum actum Clericalem,
itaut opus ſit retrotractione, ſed ſolam voluntatem Cle-
ricatum ſuſcipiendi, ea quo prætenditur purificationem
conditionis non eſſe conſiderandam in aſſumptione Clerica-
tus, ſed in ipſa voluntate illum aſſequendi, quæ voluntas 43
tacitè declarata dicitur, dum ipſe Translatarius præſens fuit
translationi penſionis, nec diſentit expreſſioni conditionis.
*Quatenus Caractere Clericali inſigniri voluerit* -- Cùmque
agatur de actu lucrativo, & favorabili, ſola ſcientia, & 44
preſentia ſit ſufficiens pro acceptatione penſionis, & de-
claratione voluntatis conſequendi Ordinem Clericalem, *ad*
*text in l. Sitta legatum § Illi ſi volet ff. de Leg 1. Bald. conſ.*
284. *lib. 2. aliàs* 103. *lib. 1. & Spada Conſ. 289. n. 1. & 3. lib 3.*

Facilè removetur; Præmiſſo enim, quòd de ſtylo Curiæ
penſio

46 penſio reſervari non ſoleat niſi Clericis, vel cum clauſula *Poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus*, ut teſtantur *Corrad. in Praxi benefic. libr. 1. c. 5. num. 193. Card. de Luca de Penſ. diſc. 10. n. 7. & 8.* Sequitur quòd dum Papa conceſſit Indultum transferendi in Clericum, vel Clericali chara-
47 ctere inſigniri volentem, conformando ſe cum ſtylo Curiæ voluerit, voluntatem ad actum perduci, itaut dici non debeat, ipſum voluiſſe permittere, quòd Laicus per ſimplicem velleitatem aſſequendi Clericatum in animo retentam, poſſet exigere penſionem, cùm ſtylus optimè pro-
48 bet, & declaret Papæ voluntatatem *Card. de Luca de Penſion. diſc. 2. nu. 9. & diſc. 12. n. 7. & diſc. 38. n. 5. & diſc. 75. num. 10.*

Maximè quia ſi Papa voluiſſe concedere facultatem transferendi etiam in Laicum, dixiſſet in Clericum, ſivè
49 Sæcularem, pro ut de ſtylo Datariæ ſervari tradit *Corrad. in Prax. benefic d. c. 3. n 163.* Undè tanto fortiùs fateri oportet, quòd dum voluit, translationem fieri in Clericum,
50 vel Clericali charactere inſigniri volentem, ad effectum fruitionis penſionis requiſiviſſe qualitatem Clericatus actu, itaut non poſſet Translatarius antequam fuiſſet tali qualitate inſignitus penſionem exigere, dum translatio non dicitur irrevovocabilitèr perfecta, nec jus abdicatur à Transferente, niſi poſt ſuſceptum Clericatum *Tond. de Penſion. c. 32.*
51 *n. 19.* ſicque procedunt ea omnia, quæ ſupra adduximus pro extinctione penſionis.

In omem caſum, quatenus etiam dicendum eſſet, fuiſſe poſitam in condirione ſolam voluntatem Clericatum aſſe-
52 quendi, adhuc objectum non relevaret, quia forſan procederet, quando iſta voluntas fuiſſet expresſè declarata in terminis habilibus, & re integra, non verò in preſenti, ubi voluntas ſolùm tacitè deducitur, ex ſcientia, & acquieſcentia Translatarii, quòd non ſufficit, cùm conditio *volentem*
53 *vel ſi voluerit* verificetur in voluntate expresſè declarata, non autem in tacita, ut expendendo Textum, ſupra adductum in *l. ſi ita legatum §. Illi ſi volet ff. de Leg. 1.* tradunt *Corbul. de Jur. emph. tit. de Cauſ. privat. ob mortem civil. num 47.*
54 *Altograd controv. 65. num. 34. lib. 2. Fuſar de ſubſtit. qu. 550. n. 16. verſ. 6.* ibi. *Cùm igitur non ſit expresſè declaratum, quòd ita vellet, conceſſio videtur extincta per ejus mortem*, quaſi de-
55 fecta conditione *Rota dec. 155. n. 18. part 4. tom. 2. rec.* & ſupponunt omnes Doctores ſup. adducti, & in ſpecie *Gomez. variar. reſol. lib. 1. c. 11. n. 30. verſ. ſed his non oſtantibus* ibi: *Unde ſi decederet filius ante expreſſam aditionem, vel immiſſionem, & ante declarationem voluntatis, non tranſmitteret.*

Anno 1693. penſio fuit declarata nulla per Sententiam A.
56 C. Thauruſii, poſtea S. R. E. Cardinalis.

## DISCEPTATIO VII.

### Romana Sepulturæ.

*PRO*

Capitulo Baſilicæ SS. Laurentii, & Damaſi.

*CUM*

Hæredibus Natalis Milliè.

### ARGUMENTUM.

*Sepulturæ electio quomodo probari debeat ad terminos* Stat. Cler. Urb. cap. 3. §. 3. de Jur. eligend. Sepult. *Teſtes conſanguinei, an, & quando probent. Sepulturæ electio à quibus Teſtibus probari debeat, tam de Jure, quàm attento dicto Statuto Cleri Urbis.*

PRæſens articulus unus eſt ex illorum numero, qui ſola aperitione Librorum decidi poſſunt, dum in *Statuto Cleri Urbis*, à Papa in forma ſpecifica confirmato, habe-
1 mus legem adeo claram illum decidentem, ut abſque ulla neceſſitate vagandi per generales Juris quæſtiones, ex ſola ejuſdem Statuti lectura omnis dubitandi occaſio prorſus ceſſet.

*In cap. enim 3. de Jure elig. Sepultur. §. 3.* præſupponitur
2 pro indubitato id, quòd utrinque admittuntur, quòd ſcilicet quilibet Parochianus poſſit extra propriam Parochiam ſibi eligere ſepulturam. Circa probationem autem volun-
3 tatis Defuncti, ſibi eligentis ſepulturam extra Parochiam idem ſtatutum copulativè præſcribit duo requiſita.

I. Quod ad d. effectum hæredes teneantur afferre duo teſtes, fide dignos, qui teſtimonium perhibeant de ele- 4
ctione ſepulturæ extra Parochiam.

II. Verò, quod iidem teſtes non ſolùm fide digni ſint, ſed ulteriùs non ſint ſuſpecti, ibi: *Duos teſtes, fide dignos, &* 5
*non ſuſpectos ipſi Parocho, afferre tenebuntur.*

Neutrum ex his copulativis requiſitis, à dicto Statuto præſcriptis, exadverſo probatur, & propterea ſumus in claris, 6
quòd ad ejuſdem Statuti tenorem contraria prætenſio omnino reiicienda ſit.

Ad hoc demonſtrandum duo in facto præſuppono, quæ innegabilia ſunt; Quòd nempè adducuntur exadverſo ad 7
d. effectum ſimplices atteſtationes quatuor Perſonarum, hoc eſt Benedicti Milliè, Hyacinthi Peſaroni, Joſephi Peſaroni, & Bandini Cheti; Quodque tres ex iſtis ſint ſtrictiſſimo conſanguinitatis vinculo juncti cum Defuncto, dum primus eſt propriùs Filius, alter eſt illius Gener, & tertius 8
eſt illius nepos ex Filia.

Abſquè alia igitur neceſſitate immorandi in illa generali inſpectione, an teſtes conſanguinei probent, quando aliquid deponunt favore Conſanguineorum, cujus negativam uno 9
ore generaliter admittunt Doctores, ſequuti *à Dec. conſil. 463. num. 13. Mandell. Alb. conſil. 231. num. 2. in fine Conciol. reſolut. crimin. Verb. Teſtis quoad perſonam reſolut. 2. num. 1. & per tot. & à Rot. dec. 277. num. 4. & 5. cor. Merlin & dec. 254. num. 3. & dec. 296. eodem num cor. Dunoz. jun. & coram Anſald. dec. 24. num. 9. & dec. 40. num. 8.* ubi, quod concluſio hæc, uti notoria paſſim admittitur ab omnibus Tribu- 10
nalibus, *& dec. 327. n. 7. par. 12. & dec. 13. n. 25. & dec. 233. n. 16. par. 13. rec.*

Et in noſtris punctualibus terminis *Amoſtazz. de Cauſ. piis lib. 6. num. 93.* ubi reprobat *Samuelem*, exadverſo citatum, & ſequitur *Marchettum* infra citandum, eo quia ipſum ſecundo loco allegat, juxta regulam, de qua *Gratian. diſcept. 689. num 27.* cum concordantibus, ibidem citatis, eundemque 11
*Samuelem* reprobat pariter idem *Marchet. de Sepultur. tit. 38. §. 10. num. 194.* ubi *num. 198.* teſtatur de praxis Urbis his verbis: *Cæterum Romæ non admitti teſtes conſanguineos, & affines Defuncti pro juſtificatione electionis ſepulturæ accepi à* 12
*quibuſdam Religioſis, magna fide dignis.*

In qua parte non benè exadverſo capitur idem qualificatus Author; Illi ſiquidem Religioſi, magna fide digni, à quibus id accepit, fuerunt aliqui ex Parochis Regularibus Urbis, quibus nota erat diſpoſitio Statuti Cleri, quod manuſcriptum apud ſe retinebant, quodque prima vice an. 1705 dumtaxat impreſſum fuit, & anno 1707. reimpreſſum cum aliquibus declarationibus.

Antea verò tali cuſtodia ab eiſdem Parochis conſervabatur, ut non de facili notum eſſe poterat Curialibus, ut de fa- 13
cto proprio teſtis eſſe poſſum ego, & allegare valeo in conteſtem unum ex primi Ordinis Conſiſtorialem Advocatum, cui tunc ſolum idem Statutum notum fuit, quando ſub magno ſecreto ei conſignatum fuit ad ſcribendum favore Eccleſiæ
S. Andreæ de Fractis, Mihiq; à Parocho Tranſpontinæ com- 14
municatum pariter fuit ſimili ſecreto, quando ſcripſi ipſius favore, ut poteſt recognoſci *in to. 1. par. 2. diſc. 14.*

Ad noſtrum effectum dictæ Statutariç diſpoſitionis videtur 15
ſuperabundare ſola ſuſpicio, quæ militat adverſus depoſitionem teſtium conſanguineorum, & quæ innegabilis eſt in omnibus illis atteſtationibus, quæ fiunt à conſanguineis favore conſanguineorum ex cumulatis *in dec. 296. nu. 3. coram Dunoz. jun. & dec. 774. num, 8. cor. Cerr. & deciſ. 40. num. 8. cor. Anſald.* ubi hanc ſuſpicionem meritò qualificat pro evidenti, ibi: *Eorum ſiquidem unus evidenti ſuſpicione* 16
*claudicabat, ob nimis arctam conſanguinitatem cum Provuſſoribus, & cum ipſa Lavinia, cujus erat Patruus, & dec. 207. num. 4. par. 1. rec.* ubi quod ſtat benè ſimul, quòd teſtis nullam patiatur in moribus, & fama exceptionem, & tamen ratione conſanguinitatis uti ſuſpectus repellendus ſit, ibi: *Tertius teſtis in moribus, & fama non patitur exceptiones, ſed eſt Soror germana Iſabellæ, cum illa commorans in Domo paterna, ideoque ſuſpecta ob nimiam affectionem erga Sororem.*

Eadem ſuſpicio palpatur manibus in terminis noſtris ex pluribus circumſtantiis, benè in facto expenſis, et ſignanter ex illa, quòd ſupponitur exadverſo, Defunctum uſq; ad ultimum 17
vitæ halitum ſemper fuiſſe mente ſanum, perfecteque intellexiſſe omnia ea, quæ ipſi dicta fuerunt, ſemperque punctualiter reſpondiſſe ad cuncta ea, circa quæ interrogabatur, ſive à Medico, ſive ab iis, qui ei continuam aſſiſten- 18
tiam præſtabant. Ea tamen videtur prorſus inveriſimile, quod dicto tempore, in quo ſupponitur exadverſo paulò

ante

ante factam fuiſſe à Defuncto electionem ſepulturæ in Ec-
cleſia S. Mariæ iu Vallicella, nullum omnino verbum fe-
cerit de dicta electione ſepulturæ, nequè cum Matthæo
19 Janno Vicecurato, nequè cum Cajetano Banſo, Sacerdo-
te in ejus locum ſubrogato, qui ſemper cum ipſo permaſerunt
uſque ad ejus obitum, & nequè cum Angelo Teſta, ejus in-
timo Amico, vocato ab uno ex ejus Filiis ad illum diſponen-
dum ab bene moriendum: Et quod magis eſt, non ſolum ab
ipſo ęgroto nullum omnino verbum factum fuit de d. prę-
tenſa ſepulturæ electione, ſed neque ab ejus Filiis conſangui-
neis, aliiſque, eidem Defuncto aſſiſtentibus tempore, quo
20 ipſe vivebat. Quæ inveriſimilitudo, non ſolùm eorundem
teſtium ſuſpicionem in claris ponit, ſed nullum circa illam
dubitandi locum relinquit, ad *Text. in l. Ob carmen. §. finali, ff. de Teſtibus*, & firmata *per Rot. dec. 510. n. 11. coram Burat. & dec. 20. n. 8. cor. Celſ.*

Creſcitquè hujuſmodi ſuſpicio ex modo, quo præſens Lis
exadverſo agitatur, ſimile illi, de quo fit mentio ſn *Inſtitut.*
21 *crimin. lib. 4. tit. 6. num. 63.* Eo quia ad rem gratam facien-
dam unicè Filio Defuncti enixè petenti, ut cadaver ejus Pa-
tris tumularetur in Eccleſia S. Mariæ in Vallicella, ultrò
id gratioſè eidem permiſſum fuit à Capitulo, cujus veritatis
adducimus quatuor qualificatiſſimos teſtes, nempè totidem
22 DD. Canonicos, ibi: *Foſſimo ricercati di nuovo per parte dt' medeſimi Figliuoli, e in particolare dal Sig. Benedetto Migliè a volerli concedere il traſporto del Cadavere alla ſudetta Chieſa di S. Maria in Vallicella per grazia, ſenza altro litigio:*
23 *Sopra di che tenutoſi Congreſſo frà quei Canonici ſudetti, e conſultatone anche il R. Curato Vicario, fu riſoluto per la ſudetta grazia, purche ſe ne foſſe formata giuſta Supplica, &c.*
Quam abſque ullo proprio præjudicio, non ſinè incivilita-
tis nota, idem Filius facere recuſavit.

In his igitur terminis nimis improprium eſt prætendere,
ut affectatæ atteſtationes eorundem Conſanguineor omnibus
24 viis procuratę, illiſq; non ſolùm vincere, ſed etiam triumpha-
re, ſaltem, ad omne pejus non ſint ſuſpectæ, quod ad ter-
minos noſtri Statuti ſuperabundat, ex ſuprà animadverſis.

Ad evidentiam uſque conprobantur hæc ex alia parte ejuſ-
dem Statuti Cleri, in qua ſermo eſt de probatione electionis
25 ſepulturæ: In illa enim rotundis literis demandatur, ut cir-
ca probationem electionis ſepulturæ ibi: *Nulla fide adhibeatur cuicumquè* (Notetur quæſo dictio hæc, omne perſona-
rum genus includens, ex adductis *per Barboſ. diction. 317.*
26 *num. 1. & Rot. dec. 306. num. 13. par. 19. rec.*) *Clerico, vel Sæculari, vel Regulari, aut Confratri, etiam Laico, dicenti, in Eccleſia ſua, vel Sepulchro ſepulturam elegiſſe, niſi de hac re teſtes adducant fide dignos, & non ſuſpectos, qui ſibi familiares non ſint, vel perſonæ ejus Loci vel Eccleſiæ, apud quam ſepulturam eligere voluiſſe aſſeritur*, ut videre eſt *in d. Statato Cleri, cap. 3. de Jure eligendi ſepultur. §. 27. in addit. verſic. Hinc fol. mihi 22.*

Si enim in his terminis, ratione ſuſpicionis, Statutum li-
27 teraliter excludit teſtes non ſolùm qualificatos, ſed Reli-
gioſos, & Sacerdotes, quando iſti Defuncto familiares ſunt,
addictique ſervitio illius Eccleſiæ, apud quam aſſeritur eli-
gere voluiſſe ſepulturam, qui de Jure generaliter à teſtifi-
cando non reppelluntur, ut de teſtibus familiaribus notant
*Bordon. Oper. moral. reſol. 51. num. 207. & Paſſerin. de Stat. homin. quæſt. 187. inſpect. 4. cap. 10. num. 430.* Et de teſtibus
28 Univerſitatis, deponentibus de re, ſpectan. ad eoſdem, non
utì ſingulos ſed tanquam de Univerſitate, advertunt *Conciol. alleg. 53. num. 44. Card de Luc. ad Conciol diſc. 58. num. 6. & Rot. dec. 271. num. 9. par. 19. rec.* aliique citati in *To-*
29 *mo 2. par. 2. diſcep. 20. num. 27. & 28.* Quid dicendum erit in
noſtro caſu, in quo teſtibus conſanguineis de Jure omnis de-
negatur fides, quando deponunt favore Conſanguineorum,
ex adductis ſupra: Nullaquè major dari poteſt ſuſpicio in
teſtibus, quàm illa, quæ deſumitur à conſanguinitate,
quam meritò pro evidenti canonizavit *Rot. cor. Anſald. deciſ. 40. num. 8.*

Poſſet proindè hìc terminari Scriptura, quia motivum
hoc, utì ſolidè innixum literali diſpoſitioni d. Statuti Cle-
ri, in forma ſpecifica à SS. D. confirmati nullam omninò
30 admittit criticationem, ex adductis *in deciſ. 30. num. 59. coram b. m. Anſald.* ubi, quòd habens pro ſe Statutum, non ha-
bet opus allegare alias leges, aut recurrere ad Doctorum au-
tharitates, & quòd habens pro ſe Statutum, à Papa confirma-
tum, dicatur habere legem Papalem, omnino exequutioni
demandandam notat *Antol. in Not. ad Sta. Aurific. Urb. proœm. 2. numer. 17.* ſequutus *in tom. 2. part. 1. diſcept. 2. num. 29.*

Et tamen ad ſolius materiæ ornatum percurrendo omnia
ex adverſo adducta. Non obſtat reflexio quòd non deſint
Authores, aſſerentes, ſtandum eſſe atteſtationi Conſan- 31
guineorum ad probandam electionem Sepulturæ, inter quos
pro punctualibus exagerantur *Paſſer. de Stat. homin. quæſt. 187. inſpect. 4. cap. 10. n. 430. & Samuel de Sepult. tr. 1. contr. 12. fol. mihi 29.*

Reſpondemus enim, quòd quidquid ſit, Jure communi
attento, circa quod nullam habemus neceſſitatem oſten- 32
dendi, oppoſitum eſſe longè verius, magiſque receptum,
ut egregiè probat *Marchet. de Sepult. tit. 38. §. num. 194.* 33
Prout etiam quidquid dicendum ſit de probatione teſtamenti
ad pias cauſas, de qua loquuntur Doctores, exadverſo al-
legati; In noſtris præciſis terminis electionis Sepulturæ,
factæ in Urbe, procedendo cum d. Statuto Cleri, id nullate-
nus ſubſiſtit, ex hucuſquè animadverſis.

Neque proinde locus eſt hodie diſcurrendi de illius effi-
cacia per generalia principia, & regulas generales, quas 34
pannos calidos ad ſananda vulnera meritò appellat *Card. de Luc. de Legat. diſc. 61. num. 7.* poſtquam in forma ſpecifica à
Papa confirmatum fuit, præviis notoriis illis diligentiis, &
repetitis diſcuſſionibus, quę pręceſſerunt, *Tex. eſt literalis in l.* 35
*Proſpexit ff. Qui, & à quibus*; ibi *Per quam durum eſt, ſed lex ita ſcripta eſt*: Et habemus in hac parte celebre dictum *S. Auguſt. in lib. de Vera Relig.* aſſerentis: *Cùm leges fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non licere de ipſis judicare, ſed ſecundùm ipſas*, quem ſequitur *Rota in dec. 374. num. 13. & 14. par. 18. recent.*

Pro quorum faciliori admiſſione plures receptæ Iuris pro- 36
poſitiones urgere videntur.

Prima nimirum, quòd Eccleſia Parochialis habet cla-
rum, & certum Jus pro ſepeliendis ſuis Parochianis, ut vi-
dere eſt *in cap. 1. de Sepultur. & in cap. De iis eodem titulo*, 37
cum concordantibus, citatis *à Rota in Mantuana Funerum 5. Junii 1694. §. Quo verò coram b. m. Card. Priolo.* Et pro-
inde in dubio omnis lata ſumenda eſt interpretatio pro ſavo-
rabili reditu ad Juris communis diſpoſitionem, ad *Textum literalem in l. Si unus §. Pactus in fine ff. de Pact.* & fir-
mata *per Rotam in deciſ. 350. num. 15. cor. Cerro* cum qui-
bus proceſſit. Sac. Rit. Congr. *in Sueſſana Mozzettæ 18. Aprilis 1693. Ponente Card. Nigrono*, ut videre eſt *in tom. 3. par. 1. diſcept. 11. n. 21. & ſeqq. & num. 68.* Et ego obtinui ab An- 38
teceſſore Auditore Emin. Urbis Card. Vicarii *in alia Romana Sepulturæ anno 1718.* ut videre eſt *in dicto to. 3. par. 1. diſcept. 23. n. 24. & 47.*

II. Quia electio Sepulturæ eſt ſpecies limitationis d. ge-
neralis, & textualis regulæ, militantis favore Eccleſiæ Pa- 39
rochialis: Ex quo ſolidè infertur, quod ſemper judican-
dum ſit favore illius, cui aſſiſtit regula, quando dubium
aliquod remanet circa limitationem per ea, quæ generaliter,
notat *Card. de Luc. de Serv. diſc. 49. n. 9. & Rota dec. 251. n. 4. & 5. coram Mantic. & dec. 11. num. 4. coram b. m. Anſaldo*,
ubi quòd habenti pro ſe regulam ſat eſt dubiam reddere
limitationem, *& deciſ. 21. numer. 28.* & in noſtris punctua- 40
libus terminis id practicavit S. C *Epiſcoporum in Comen. 11. Martii 1706. ad 6. dub. Ponente Card. Gabriello*, ut videre
eſt *in Tom. 2. par. 2. diſceptat. ultima numer. 99. & 105.*

In noſtro autem caſu non ſolùm verificatur maximum
dubium circa d. limitationem, quod ſuperabundaret, ſed
certum eſt, quod illa nullam omnino in facto ſubſiſtentiam
habet, uti nullatenus probata per teſtes non ſuſpectos.

III. Quia Sepulturæ electio eſt aliquid facti, quod ſem-
per ab allegante concludenter probandum eſt, & in dubio
nunquam præſumitur: *l. In bello § Facta, ff. de Captiv. &* 41
*poſtlim. reverſ. Mantic. de Conject. ultim. voluntat. lib. 2. tit. 1. num. 4. & Rot. dec. 713. n. n. 7. cor. Dunoz. jun. & dec. 254. n. 12. par. 15. rec.*

IV. Quia è contra multæ urgent præſumptiones, in facto
authenticis documentis probatæ, ex quibus eruitur veriſi- 42
milis mens Defuncti pro Sepultura in Eccleſia Parochiali,
inter quas omni conſideratione digna videtur illa, quòd à
longo tempore adſcriptus fuit inter Confratres Confraterni-
tates ſuccurſus Pauperum, in eadem Parochiali erecta,
in eaquè ſemper cum omni charitate, & aſſiduitate pieta-
tis opera erga pauperes continuò exercuit, quod in facto 43
notorium eſt, & patet ex documentis adductis in Summ.
& in Jure magnificat *Rot. in deciſ. 310. numer. 6. par 10. rec.* ibi: *Primò ex quo ipſe dum vixit fuit Confrater hujus Confraternitatis, &c. eidemque inſervivit occurrentibus neceſſitatibus &c. Unde veriſimiliter præſumitur erga illam habuiſſe maximam affectionem, & in Rom. Fideic. de Ruſpolis 23. Junii 1684. §. His intrinſecis coram Rondinino* ibi: *Ex quali-*

*tatibus*

*tatibus perſonalibus ipſius Teſtatoris, qui principaliora, & laborioſora hujus Archicon. officia per longum annorum curſum exercuit, quod pro amoris argumento refert Alciatus, &c.*

V. Quia non revocatur in dubium Defunctum Sacra-
menta omnia, tam in vita, quàm in morte recepiſſe in no-
44 ſtra Parochia; Cumque Sepulturæ Jus multùm pendeat à
Sacramentorum receptione, ut uno ore natant *Repetentes in
cap. 1. num. 1. de Sepult. in 6.* cum aliis apud *Gratian. diſcep.
49. num. 74. Barboſ. de poteſt. Paroch. cap. 26. num. 34. &
45 Rot. deciſ. 1135. num. 3. coram Seraph. & deciſ. 45. numer.
12. coram Zarate* : Inde non ſinè legali fundamento in-
ferunt Doctores, quòd *in dubio eò ipſo, quo quis percipit
Sacramenta in aliqua Parochia videtur ibidem elegiſſe Se-
pulturam* -- ſunt verba *Panimoll. deciſ. 5. adnot. 3. num. 10.*
46 & concordant adducti per *Mareſcott variar. reſolut. lib. 1.
cap. 95. num. 11. Gratian. diſcep. 95. num. 74. Sperell. dec. 87.
n. 6. Baruſ. in Torcular. reſol. 151. numer.* 20. ibi: *Et propte-
rea quatenus poſſet contingere aliqua dubitatio, eſſet responden-
47 dum ad favorem Eccleſiæ Parochialis, ubi recipiebat Sacramen-
ta de tempore ſuæ infirmitatis, & Rot. d. dec. 1135. num. 3. cor.
Seraph.*

VI. Demum, aliis omiſſis, quia ultrò admittitur, Defun-
ctum, qui ſervitio noſtræ Eccleſiæ ſemper addictus fuit in
48 concernentibus ſuam profeſſionem, non unam, vel aliam,
ſed quinque filias feciſſe ſepelire in noſtra Eccleſia Parochia-
49 li, ex *quo demonſtratur* [ſunt verba ejuſdem *Baruſii* citantis
concordantes *in Torcular. reſolut. 151. n. 10.*) *talem fuiſſe vo-
luntatem etiam reſpectu ſui corporis.*

Et ex his nulla remanet neceſſitas ſe divagandi circa opti-
50 mas qualitates omnium Teſtium exadverſo adductorum,
ſuperlativè comprobatas ex atteſtationibus multarum egre-
giarum Perſonarum, frequentantium Oratoria S. Mariæ
in Vallicella, & P. Caravitæ. Ego enim in illa ſum credu-
litate, quòd iidem teſtes nil aliud prætendant, quàm dd.
51 Conſanguineos Defuncti æquiparare omnibus illis inſigni-
bus, qualificatiſque Perſonis Sæcularibus, & Laicis, cu-
juſcumque ſint qualitatis, ſpecificatis *in Statuto Cleric. in d.
cap. 3. §. 27. in addit. verſ. Hinc*. Quo admiſſo, applicatur
clara diſpoſitio ejuſdem Statuti, mandantis, ad d. effectum
nullam fidem eis adhibendam eſſe, nulla habita ratione il-
lorum qualitatis, & præſumptionis exemplaris vitæ, ex
52 eo forſan motivo, quia, ſæpè quos vitia nulla delectant,
quos nulla potuit movere luxuria, nulla ſubvertere avari-
tia, affectio ad Cauſam, & triumphandi pruritus, ſuſpectos
reddit, ut in ſimili ſcriptum reliquit *D. Ambroſ. in Luc. libr.
4. c. 4.* ſequutus *in Tom. 2. par. 2. diſcep. 37 num.* 8. Et in no-
ſtris præciſis terminis, quòd ratione hujuſmodi ſuſpicionis
53 nulla fides præſtanda ſit Perſonæ Sacerdotali charactere in-
ſignitæ gravi, doctæ, ac timoratæ, qui in aliis materiis
magnam meretur fidem, benè probat *Amoſtazz. de Cauſ.
piis lib. 6. cap. 9. num.* 95. Et in terminis depoſitionis Re-
ligioſorum illarum Eccleſiarum, in quibus prætenditur, de-
54 functum elegiſſe Sepulturam, quod illis deferendum non ſit
in præjudicium Eccleſiæ Parochialis reſolvit *Sacr. Congreg.
Concilii in Marſicen. Jurium Parochialium* 28. *Januarii* 1690.
*ad 4. dubium* Et in terminis depoſitionis Parochi, quòd ei
55 non ſit credendum, quando illius depoſitio reſpicit favo-
rem propriæ Eccleſiæ reſolvit eadem *S. C. Concilii in Neapo-
litana* 13. *Februarii* 1666. *ad 1. dubium*, ut videre eſt apud
*Monacell. in Form. to. 1. tit. 6. form. 11. n. 26.*

Quibus additur alia reflexio, omni conſideratione digna,
56 in eo conſiſtens, quòd *Statutum Cleri in cap. 3. §. 3.* mandat,
ipſoſmet hæredes Defuncti debere afferre Parocho duos te-
ſtes fide dignos, & Parocho non ſuſpectos; Quod digito
oſtendit, non poſſe eoſdem ſeipſos in teſtes, etiamſi eſſent
pluſquam qualificati, exhibere, & teſtimonium in propria
Cauſa ferre; Tum quia daretur actio, & paſſio in eodem
ſubjecto, quod omnibus Juribus repugnat ex adductis *à Rota
57 in Bononien. Montis Butrii 16. Januarii 1699. §. Hocquè cor.
Molines*, & diſpoſitioni ejuſdem Statuti Cleri ex diametro
adverſatur: Tum etiam, quia *omnibus in re propria dicendi
58 Teſtimonium facultatem Jura ſubmoverunt* : Sunt verba *Tex-
tus in l. 9. C. de Teſtibus*, cum concordantibus apud *Rot. dec.
425. n. 13. cor. Bich.*

Addimus ulteriùs aliud quidem ſeparatum motivum, ex ſe
59 etiam unicè conſideratum ſuperabundat ad excludendam
contrariam prætenſionem.

Duæ enim inſtantiæ fiunt in contraria Scriptura: Una
pro reintegratione Eccleſiæ S. Mariæ in Vallicella, quæ
60 aſſeritur indebitè ſpoliata : Obſervo autem, quòd nec ea-
dem Eccleſia eſt in Cauſa, nec ab Oppoſitore exhibetur il-
lius mandatum procuræ; Et propterea eadem contraria
inſtantia, utì de aſſerto Jure Tertii, nullo modo admit-
tenda venit, ex adductis *à Gratian. diſcep. 653. à numer.
38. Magon. deciſ. Florentin. 1. numer. 59. & Rot. deciſ. 48.
numer. 5. & 6. coram Ludoviſ. & deciſ 21. numer. 8. co-* 61
*ram Bich. & deciſ. 36. numer. 5. coram bon. mem. An-
ſaldo.*

Alia verò inſtantia fit ſequentibus verbis : *Suppliciter
inſtamus pro reſtitutione Cadaveris memorati Natalis, unà
cum omnibus emolumentis, Eccleſiæ tumulanti debitis* : Quæ 62
inſtantia nimis incongrua videtur, quia actio reſtitutionis
Cadaveris, quam Doctores vocant vindicatoriam, non
hæredibus, ſed Eccleſiæ, in qua prætenditur Defunctum
elegiſſe Sepulturam competit, juxta *Tex. in Cap. ex par-
te 5 & cap. ſequenti de Sepultur.* ubi communiter *Repeten-* 63
*tes*, & ſignanter *in d. cap. 5. Joann. Andr. num. 5. & Abb.
num. 1. & in d. cap. 6. Hoſtienſ. numer. 1. Joann. Andr. num.
6. Anan. numer. 1. Butr. eodem num. Ancharan. numer. 3.*
cum concordantibus citatis ab *Antonell. de Regim. Eccleſ.
lib. 1. cap. 12. §. 7. num. 64. & à Panimoll deciſ. 5. adnot. 3.
numer. 5.* ibi : *Competit propterea Eccleſiæ, ubi de Jure Ca-
daver ſepeliri debebat, vindicatio corporis Defuncti, &c.
Quod tamen procedit, quando per Eccleſiam vindicantem do-* 64
*ceatur de juſto titulo, &c.* In qua parte habemus pariter *cla-
ram diſpoſitionem Statuti Cleri in add. ad §. 28. cap. 3. de
Jur eligendi Sepulturam* ibi : *In caſu Litis inter duas, aut plu-
res Eccleſias circa Sepulturam Cadaveris* ; Creſcitque vis
hujus reflexionis, ex eo, quia, quando, ut in præſenti ad 65
unguem verificatur, non eſt ſermo de Sepultura, attenta-
tè data alicui Cadaveri, & in ſpretum particularis inhibi-
tionis, laudabilis praxis magnorum Tribunalium illa eſt, 66
ut ad evitandam humanorum cinerum vexationem, nun-
quam permittant exhumari Cadavera, ſed prævia decla-
ratione nullitatis humationis, reſcribere ſolent pro ſola re-
ſtitutione Emolumentorum funeris, ut de praxi *Sac Rota*
videre eſt *in d. 41. num. 1. & ſeqq. apud Novar. Bullar.* & de
praxi Sacrarum Congregat. *apud Antonell. de Jurib. Cleric.
fol. 20. & in Inſtit. crimin. lib. 2. tit. 8. n. 38.* Ex qua praxi
remanet manifeſtum, quòd eadem Tribunalia, nulla habi-
ta ratione inſtantiæ hæredum, unicè reſpiciunt præjudi-
cium illarum Eccleſiarum, in quibus Defunctus ſepeliri
debebat.

Nec dicatur, quòd ad hæredes Defuncti omni Jure ſpe-
ctet procurare, ut illius nitida, clara, & invulnerabilis vo- 67
luntas debitæ exequutioni mandetur, nihilquè magis ex-
pediri, quam Morientium voluntates exequi.

Reſponſio enim non ſubſiſtit in facto, & non relevat in 68
Jure.

Non ſubſiſtit in facto, quia de d. clara & nitida volun-
tate nullo modo conſtat, non enim adducuntur teſtes illius
qualitatis, quæ præſcribitur in Statuto Cleri, & propterea
objectum in hac parte non regit in facto, petitquè princi- 69
pium, dum ſupponit id, quod eſt in quæſtione, quodquè
nullatenùs concludenter probatur, ut eſſet omnino neceſ-
ſarium, non ſolùm juxta literalem diſpoſitionem d. Statu-
ti, ſed etiam attento Jure communi, ob duplicem illam æ-
què convincentem rationem, quam, cumulatis concordan- 70
tibus, his verbis adducit *Panimoll. deciſ. 5. adnot. 3. num.
55. Cùm Sepulturæ electio ſit ſpecies ultimæ voluntatis, &
concernat præjudicium Eccleſiæ Parochialis*, quam adducit
etiam *Dian. coordinat. tom. 8. tract. 8. de Caſibus occurente,* 71
*tempor. mortis reſolut. 12. in princ.*

Minùs eadem reſponſio relevat in Jure quia prætextu
exequutionis voluntatis Defuncti non poſſunt heredes addu-
cere exceptiones de Jure Tertii, ex ſupra animadverſis Mi-
nuſque facere, ut leges, loquentes favore Eccleſiarum, in 72
quibus ſepeliri prætenditur Cadaver, detorqueantur ad
favorem hæredum, juxta animadverſa per *Bertach Vot. de-
ciſ. 161. ſub n. 2.* Contrarium verò prætendere non eſt procu-
rare exequutionem voluntatis Defuncti, de qua non conſtat 73
ſed in rei veritate nihil aliud eſt, quam inſiſtere pro exequu-
tione voluntatis hæredum, cum probationibus, deſumptis ex
eorum dictis, idque adverſus omnium Jurium diſpoſitionem
eo quia Oppoſitores in hac parte non unam, ſed quatuor 74
prætendunt facere figuras, Teſtium nimirum. Actoris, ſeu
Eccleſiæ, Hæredum, & Exequutorum teſtamentariorum,
quo nihil abſurdius, nilvè irrationabilius.

De menſe Auguſti 1720. ſecundum prædicta favore Ec-
cleſiæ judicatum fuit ab Auditore Card. Vicarii, qui tunc
temporis erat Abbas Michael Angelus Berti, æquè doctus, 75
in his materiis exercitatus, ac pius Judex, dum hæc
imprimuntur Vicarius Generalis Cardinal. Ruffi Epiſco-
pi Ferarrien.

In hac

In hac Diſcept. fit mentio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Vallicella PP. Congreg. Oratorii, vulgo *Chieſa Nuova*, in qua, die 23. Maii 1689. ſolemni pompa poſitum fuit Cadaver Chriſtinæ Alexandræ, Svecorum Reginæ cum ſequenti Inſcriptione

*Chriſtinæ Alexandræ*
*Gothorum, Svecorum, Vandalorumque*
*Reginæ,*
*Virtute, & Geſtis*
*Quàm*
*Stirpe, & Titulis,*
*Clariori*
*In hac Eccleſia, quam primùm inviſens.*
*Suam prædixerat,*
*Non depoſitæ, ſed elatæ.*
*Juſta perſolvimus.*

Pro intelligentia illorum Verborum *ſuam prædixerat*, notandum eſt, quòd in ipſo primo ingreſſu in Urbem, poſtquam viſitavit Vaticanam Baſilicam, ſe tranſtulit ad dictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Vallicella, aſſerens, *Queſta ſarà la mia Chieſa*. Quod non permiſit f. m. Innocentius XII. ut colligitur ex ſequenti Inſcriptione, quæ legitur in ejuſdem ſepulchro omnium oculis expoſito in eadem Vaticana Baſilica.

*Chriſtinæ Svecorum Reginæ.*
*Ob ortodoxam Religionem,*
*Abdicato Regno, abjurata hæreſi,*
*Piè ſuſceptam,*
*Ac delectâ Romæ Sede, eximiè cultam,*
*Monumentum ab Innocentio XII. inchoatum*
*Clemens XI. P. M. abſolvit Anno 1702.*

## DISCEPTATIO VIII.

### Calaritana.

*INTER*

Capitulum Calaritanum.

*ET*

Archiepiſcopum ejuſdem Civitatis.

### ARGUMENTUM.

*Quando ſubſtineantur Cenſuræ, promulgatæ ſine citatione, attenta notorietate facti, pro quo fuerunt promulgatæ, & quando debeatur Subſidium charitativum.*

TAlibus, tantiſque laborat nullitatibus excommunicationis ſententia contra Canonicos lata, ut meritò de illa dici poſſit, quòd *nec in opinione communi, aut vulgi labiis nomen habere ſententiæ mereatur*, juxta aurea verba Conc. Gen. Viennenſis, regiſtrata *in Clem. Paſtoralis de Sent.*
1 *& re judic.* & animaverſa per *Gratian. cap. 638. n. 23. in fine*, Proindeque ſupplicamus declarari illas non ſubſtineri, mediante negativa ad 1. dub. reſolutione.

Etenim prima inſanabilis nullitas ejuſdem excommunicationis promanat ex defectu citationis quæ omnino præcedere debet excommunicationis Sententiam, juxta *Text.*
2 *in cap. Sacro de Sentent. excommun. & in Clem. Paſtoralis de Sent. & re judicat.* & obſervant *Covar. in Cap. Alma Mater, §. 9. num 46. de Sentent excom. Bellet. Diſquiſ Cleric. tit. de Favor. Clericor. Canon. §. 4. num. 48. Dian. Oper. Moral. tom. 5. tract. 2. de Excom. reſolut. 6. num. 2. & 3 Panimol. deciſ. 96. adnot. 1. num. 8. Vulp. in Prax. judic. cap. 1. num. 48. Rota dec. 176. num 1. cor. Burat. & dec. 280. num. 11. & dec. 533. num. 3. coram Dunoz. jun. & dec. 496. num 4. part. 14.* ubi,
3 quòd hujuſmodi nullitas eſt inevitabilis, *& dec. 277. num. 18. par. 16. rec.* ubi, quòd hæc nullitas eſt talis naturæ, ut nunquam poſſit remitti.

Secunda nullitas oritur ex omiſſione trinæ Monitionis, quæ pariter indiſpenſabiliter requiritur pro Cenſurarum
4 validitate, juxta *Text.* apertos *in capitul. Reprehenſibilis de Appellat. cap. Conſtitutionem de Sent. excom. & cap. Statuimus eodem tit. in ſexto*, ubi *Gloſſ. verbo Monitionem, & verb. Non teneat*, egregiè obſervat, id *ſtatutum fuiſſe propter E-piſcopos, qui ſtatim excommunicabant. Bonac. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Cenſur. in commun. diſput. 1. par. 1. punct. 9. propoſ. 3. num. 9. & punct. 10. propoſ. 2. num. 3. Sperel. dec. 48.*
*num. 3. Ridolphin. in Praxi par. 1. cap. 14. num. 244. Filliuc.* 5
*Oper. Moral. tract. 11 de Cenſur in comm. cap. 8. num. 223. Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. tract. 4. tit. 1. ſect. 2. qu. 3. numer. 3. fol. 83. Panimol. dec. 96. annot. numer. 3. & ſeqq. & Cardin. de Luca in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ. 19. numer. 19.*

Aliàs excommunicatio, tanquam præcipitanter lata, nullatenùs ſubſtinetur, juxta monitum *Divi Hier.* relati *in Can. Non in perpetuum 24. quæſt. 3.* ibi: *Multi Sacerdotum culpam* 6
*zelo Dei ſe perſequi profitentur, ſed dum indiſcretè hoc agitur, Sacrilegii facinus incurrunt, & dum præcipites quaſi ad emendandum ruunt, ipſi quoque multò magis in deterius cadunt,* ubi *Gloſſ. verb. Et dum præcipites*, ait: *Judices non erunt præcipites ad excommunicandum, iniquitas enim omnia præcipitat, virtus autem lenta eſt, & omnium percunctatrix,* 7
*& Div. Gregor. lib. 12. Epiſt. epiſt. 26.* ibi: *Frequenter me admoviſſe vos recolo, ut in proferenda Sententia eſſe præcipites nullatenus debeatis.*

Nec ſubſiſtit, quòd attenta notorietate delicti, ſeu inobedientiæ, neque citatio neque Monitio erant neceſſariæ. Termini ſiquidem notorietatis delicti, nec etiam à remotiſſimis applicari poſſunt noſtro caſui; Tum quia nulla præceſſerat declaratoria, aſſertum notorium canonizans, quæ 8
ad hoc ut non ſit ſervandus ordo judiciarius ſaltem de communi conſuetudine omninò prærequiritur, eà ratione, quia multa dicuntur notoria, quæ talia non ſunt, ut ad rem obſervant *Dec. in cap. Pervenit num. 14. de Appellat. Calderin. in cap. Veſtra num. 47. de Cohab. Cleric. & Mulier.* ibique *Fagn.* 9
*num. 95. in fine, & num. 96.* ubi admonet Judices, ut in hujuſmodi notoriis cautè ambulent, nè ſi nimis properent, ſe ipſos involvant, quod adverterat priùs *Clar. in Praxi §. fin. quæſt. 9. num. 8.* ubi teſtatur de communi opinione, in praxi recepta, *Menoch. de Arbitr. caſ. 542. num. 21. Baron. de Citat. tom. 3. in adnot. ad quæſt. 18. Capyc. Latr. dec. 167 num. 52. & Pignatell. conſul. 18. num. 73. tom. 6. & conſul.* 10
*49. num. 10. 13. & 19.* & ferè per tot. *tom. 9.* Tum etiam, quia Monitorium, ſeu Mandatum nullam faciebat ſpecialem mentionem Dignitatis Decanalis, ſed directum erat ad Capitulum, & Canonicos proindeque idem Decanus in illo nullatenùs comprehendebatur, ex adductis per *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. num. 26. & ſeqq. & Rot. deciſ.* 11
*496. num. 3. par. 14. & dec. 237. nu. 23. part. 16. rec.* Et conſequenter inapplicabiles ſunt termini delicti, ſeu notoriæ inobedientiæ reſpectu illius præcepti, in quo quis non comprehenditur, ut de ſe patet. Tum demùm, quia idem Mandatum directum in univerſum Capitulum, cum ſola præſervativa jurium, Canonicis competentium adimpletum punctualiter fuit, mediante aſſiſtentia illorum Canonicorum, qui die, qua Mandatum fuit intimatum, Choro interfuerant; Neque enim idem Mandatum magis arctabat eoſdem Canonicos, quàm ipſamet obligatio intereſſendi Choro, à qua multis de cauſis excuſantur Canonici, ex relatis à *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 54 n. 89. Pax Jordan. var. lucub. li. 10. tit. 40. n. 52. & ſeqq. Zerol. in Prax.* 12
*verb. Reſidentia §. 7. & Antonell. de Jur. Cler. lib. 2. par. 6. c. 7. n. 3. & ſeqq.*

Si autem omnes hæ animadverſiones ſufficerent ad excludendum in ſubſtantia omne delictum, multò magis ſuperabundant ad excludendam qualitatem delicti notorii, quæ 13
tunc ſolum probata dicitur, quando idem delictum, notorietas nullo velamine valent offuſcari, *Fagn. in cap. Veſtra num. 96. in fine de Cohab. Cleric. & Mulier.* ubi, quòd tunc 14
notorium dicitur excuſationem non habere, quando, citato Reo per Judicem, cognitum, & declaratum fuit, crimen eſſe notorium, quod obſervaverat etiam *Clar.* teſtans de opinione communi, & receptà in ſua *Praxi crim. §. fin. q. 9. num. 8 in fine*, ibique *Bajard. in addit. num. 8.* ubi, quòd 15
hæc communis opinio in duplici tantum caſu limitationem admittit, Primo ſcilicèt in notorio facti permanentis, & ſecundo in notorio, commiſſo coram Judice pro Tribunali 16
ſedente, *Suar. de Cenſur. diſp. 3. ſect. 15. verſ. Quod intentio. Menoch. de Arbitr. caſ. 542. num. 20. Scacc. de Judic. lib. 1. c. 36. num. 8. Ubert. de Citat cap. 8. num. 211. Capyc Latr. dec. 167. num. 14. & 15. tom. 2. & Pignatel. conſul. 18. num. 73. to. 6.* ubi, quòd, probato delicto, non ſtatim ſequitur notorietas inexcuſabilis, quòdque ad hunc effectum, nedùm con- 17
ſtare debet de delicto, & de notorietate, ſed etiam de illius inexcuſabilitate, & quidem non extrajudicialiter, & ex teſtibus ad parpetuam, ſed ſer. ſer. examinatis, ut poſt mul-

tos Au-

tos Authores, quos refert, & ſequitur, concludit *Fagnan.*
*in d. cap. Veſtra n.*101. *de Cohabit. Cler. & Mulier.* aſſerens,
hanc eſſe communem opinionem.
Et in fortioribus terminis notorii facti permanentis, hoc
eſt retentionis, & exiſtentiæ Baldacchini fixi contra notiſ-
18 ſima decreta Sac. Congr. Rituum, impreſſa apud *Panimol.*
*dec.*30. nullas declarando cenſuras, latas ab Epiſcopo Bur-
gi Sepulchri, reſolvit *Cong. Epiſc. in Nullius Burgi S. Se-*
19 *pulchri* 25. *Febr.* 1701. ut videre eſt in *tom.* 1. *diſceptat.* 16.
*par.* 1.
Advertendo præcipuè, quòd aſſertum notorium non erat
facti permanentis, ſed facti tranſeuntis, quo caſu for-
tiùs procedunt ſupra firmata, ut ampliando obſervant *In-*
20 *noc. in cap. Cum dilectus verſ. Dicitur de Purgat. Canon. Cal-*
*der. in cap. Veſtra num.* 48. *de Cohabit. Cleric & Mulier Jo:*
*Andr. in Add. ad Specul. tit. de Not. Crim. §. Jam de notorio,*
*verb. Textus quoque Maſcard. de Prob. concluſ.*103. *num.* 13.
21 *Sperel. dec.* 48. *num.* 11. & 45. *Farin. quæſt.* 21. *num.* 88. *Pi-*
*gnatell. conſul.* 17. *num.* 68. *to.* 6. & *conſul.* 49. *numer.* 18. *to.*
9. ubi, quòd in notorio facti tranſeuntis requiritur plena
probatio, quodque valdè utile eſt, ut Judex in principio de-
claret, factum eſſe notorium, & quòd reſpectu hujus conclu-
ſionis nemo contradicit.
Quibus additur, quòd etiamſi, per modum inſubſiſtentis
hypotheſis, admitteretur notorietas delicti, quod abſolutè
negatur, adhuc nullitas Cenſurarum eſſet inexcuſabilis,
quia Archiepiſcopus non proceſſit contra ipſum, tanquam
pro delicto notorio, & de facto tuendo propriam juriſdi-
22 ctionem, juxta terminos *Textus in cap. Dilecto de Senten.*
*Excom. in* 6. & animadverſa per *Ricciul. de Jur. Perſon. lib.*
4. *cap.*61. *à num:* 1. ſed proceſſit judicialitèr ad inſtantiam
nimirum ſui Promotoris Fiſcalis, & præ oculis habendo
ea, quæ ex Actis ſibi conſtare aſſeruit, quæ omnia concur-
ſum trium perſonarum complectentia, nempe Actoris,
Rei, & Judicis, modum judicialem indicant, & compro-
bant, ut in puncto noſtri caſus firmavit *Rot dec.* 122. *num.*
12. *par.* 15. *rec.* & generalitèr *dec.* 178. *num.* 1. *par.* 18. *rec.*
23 Proindeque etiamſi eidem Archiepiſcopo permiſſum fuiſ-
ſet procedere non ſervatis ſervandis, & tanquam circa de-
lictum notorium, ſemper patens eſſet Cenſurarum nullitas
ex quo eodem modo non proceſſit, atque applicaretur re-
gula, *quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi*, de qua
*Rot. dec.* 251. *num.* 19. *par.* 19. *rec.* Cum qua, nullas decla-
24 rando cenſuras per Epiſcopum inflictas proceſſum fuit ab
hac Sac. Congr. *in Lauden. Cenſur.* 4. *Sept.* 1700. & *in d. Nul-*
25 *lius Burgi S. Sepulchri* 21. *Febr.* 1701. ab illa Epiſcop. & Re-
gular. ut videre eſt in *tom.* 2. *par.* 1. *diſcep.* 15. & *par.* 2. *diſ-*
*cep.* 15.
Tertia nullitas provenit ex defectu Juriſdictionis, quæ
pariter ipſo Jure reddidit excommunicationem nullam *cap.*
26 *cum ad quorundam* ubi *Gloſſ. verb. Non tenere de Exceſſ. Præl.*
*Rot. dec.* 83. *per tot. coram Coccin.* ubi ex hoc defectu Juriſ-
dictionis declarato fuit nulla ſimilis Sententia Venetiarum
Nuncii, & *dec.* 96. *num.* 25. *par.* 19. *rec.* & reſolvit pariter
27 Congr. Epiſc. in mox citata *Nullius Burgi S. Sepulchri*,
Sine Juriſdictione enim numquam poteſt ſubſiſtere judi-
cium, juxta doctrinam *D. Thom.* 2. 2. *q.* 60. *artic.* 2. in cor-
pore, ubi ad rem obſervat, quòd ad judicium tria indiſpen-
ſabiliter concurrere debent, juriſdictio nimirùm judican-
tis, juſtitia, & prudentia, quòdque etiam uno ex iſtis de-
28 ficiente judicium ſemper dicatur inſubſiſtens deficiente ſci-
licet juriſdictione, quia uſurpatum, non concurrentibus ve-
rò Juſtitia, & prudentia, quia perverſum, & temerarium,
& *Fagn. in cap. Non poteſt n.* 6. *de Sent. & re jud.*
Iſte autem Juriſdictionis defectus ſuperlativè probatur ex
eo, quòd in fulminatione controverſarum Cenſurarum
Archiepiſcopus proceſſit abſque Adjunctis, quando tàm ex
29 ſpeciali reſolutione hujus Sac. Cong. quæ vim legis habet ex
animadverſis per *Fagnan in cap. Quoniam num.* 9. *de Conſtit.*
*Raynaud. in Heteroclyt. Pietat. tom.* 16. *ſect.* 1. *punct.* 14. *de*
30 *Matrim. num.* 12. *Paſqualig. quæſt. moral. centur.* 1. *cap.* 61. *n.*
4. & *Rot. dec.* 7. *n.* 3. *poſt Antonel. de Jur. Cler.*
Quàm ex ejus individuali obligatione data in Summ. non
31 poterat contra Canonicos abſque Adjunctis procedere; In
illis ſiquidem caſibus, in quibus juriſdictio pluribus eſt at-
tributa, non poteſt unus ex eiſdem abſque evidenti nullitate
procedere, & multò minus ad Sententiam, ſeu Cenſuras
devenire *cap. Prudentia* ubi *Gloſſ. verb. Teneatur*, & *cap. Cùm*
32 *Cauſa de Offic. delegat.* & *cap. Cum plures eodem titulo leg. Si*
*veni*, & *leg. Duo ex tribus ff. de Re judicata Hoſtienſ. in cap. Ir-*
*refragabili §. Exceſſus verb Et habent de Offic. ordin. Valen-*
*zuel. conſil.* 184. *numer.* 99. *tom.* 1. *Sarao de Adjunctis quæſt.*
5. *numer.* 8. & *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.*
7. *num.* 38. ubi quod geſta in his circumſtantiis per ſolum E-
piſcopum ſunt nulla ipſo jure.
Non minùs clara eſt injuſtitia ejuſdem Sententiæ, quia ad
illam nullatenus devenire poterat Archiepiſcopus, dum alia
via hoc eſt per mulctas, vel per pignorum captionem vel per 33
perſonarum diſtrictionem, & ſimilia, poterat ad execu-
tionem *Concil Trid. ſeſſ.* 25. *de Reform. cap.* 3. ibi. *In Cauſis*
*verò judicialibus mandatur omnibus Eccleſiaſticis Judicibus*, 34
*cujuſcumque dignitatis exiſtant, ut quandocumque executio*
*realis, vel perſonalis in qualibet parte Judicii propria authori-*
*tate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe, tam in procedendo,*
*quàm definiendo à Cenſuris Eccleſiaſticis*, & infrà. *In Cauſis*
*quoque criminalibus, ubi executio realis, vel perſonalis, ut ſu-*
*pra, fieri poterit, erit à cenſuris abſtinendum*, & obſervant
*Pac. Jordan. var. lucubrat. lib.* 15. *tit.* 13. *part.* 3. *n.* 189. *Da-* 35
*niel. de Nobilib. diſpu.* 34. *n.* 19. *Raynald. tom.* 1. *§.* 9. *nu.* 75.
Ubi quod excommunicatio nonniſi in ſubſidium, & in defe-
ctum aliarum pœnarum venit imponenda, & refert ita plu-
riès deciſum, & *Rot. dec.* 82. *num.* 3. *cor. Anſald.* ubi quòd ex-
communicatio eſt ſubſidiarum telum, quo Eccleſia, tanquam
benigna Mater, omni alio medicamine deſperato, erit
inobedientes, & *in Monaſterien. Matr* 5. *Junii* 1699. *§. Ra-* 36
*tio cor. Card. Caprara*, ubi, quòd quando per mulctas, per
pignorum captionem, per diſtrictionem perſonarum, &c.
poteſt eſſe conſultum exequutioni alicujus præcepti, non
eſt ad excommunicationis ſententiam deveniendum.
Certiùs quia Archiepiſcopus de facto eandem viam ele-
gerat mediante comminatione pœnæ ſc. 500. adverſus Ca-
pitulum, & ſc. 200. contra ſingulos Canonicos, unde eò mi-
nus devenire poterat eodem tempore ad excommunicatio- 37
nem *Gloſ. in cap. Dilectio verb. Propter hoc de Sent. excomm.*
*in* 6. ibique *Barboſ. num.* 2. *Ricciul. de Jur. perſon. lib.* 4. *cap.*
62. *ſub num.* 1. & *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 15. *n.* 9. 38
*verſ In tertio*, & *de Judic. diſc.* 9. *num.* 30. & recedendo à
reſolutione præcedenter capta, reſolvit hæc Sacr. Congr. *in*
*Lauden. Cenſur.* 4. *Septemb.* 1700. de qua in *tom.* 1. *par* 1. *di-*
*ſcept.* 15.
Abſque eo, quòd ſubſiſtat prætextus turbatæ Juriſdictio-
nis reſpectu Archiepiſcopi, & conſequentèr incurſus ex-
communicationem, contentam in Bulla Cœnæ. Iſta enim
locum habet contra uſurpantes Eccleſiaſticam Juriſdictio- 39
nem authoritate laicali, non autem quando quis prætendit
ſe non teneri parere præcepto, ut benè obſervant *Alphonſ.* 40
*de Leon. de Offic. Cappellan. recoll.* 6. *num.* 86. *Duard. de Bul*
*Cœn. cap.* 27. *quæſt.* 2. *num.* 15. *Pignatel. conſul.* 44. *n.* 14. *to* 3.
*Card. de Luc. in Miſ. Eccleſ. diſc.* 19. *n.* 6. & 7. ubi quòd ita re-
ſolvit Cong. Imm. & *Raynald. tom.* 1. *ſupplet.* 1. *ad c.* 11. *n* 58.
& reſolvit hæc Sac. Cong. in *Lauden. Cenſ.* 4. *Septemb.* 1700.
& Congr. Epiſc. in *dicta Nullius Burgi S. Sepulchri* 21. *Febr.* 41
1699. de quibus ſupra.
Rationem adducit *Pignatel. conſul.* 18. *n.* 59 & *ſequen. to.*
6. quia ſcilicet non dicitur Juriſdictionem Judicis turbare 42
ille, qui juſta credulitate ductus turbativum actum facit
pro aliquo ſuo Jure conſervando, atque ceſſat dolus, quod-
que ad effectum revocationis Cenſurarum in his caſibus ſuf-
ficit ſola credulitas boni Juris, & *n.* 63. refert, ità deciſum
à Congr. Imm. in *Faventina Cenſur.* 5. *Aprilis* 1661. quæ
Cenſuras inflictas vigore *Can.* 15. Bullæ in Cœna Domini 43
contra Bagnacaballenſes ob notoriam Rebellionem à ſuo
Epiſcopo, declaravit non ſubſtineri, propter juſtam eorum
exemptionis à Juriſdictione Epiſcopi credulitatem, quam
habere potuerunt ex Literis Legati Ferrarienſis, cujus Ju-
riſdictioni ſubiiciebantur; Cumque agatur de pœnarum 44
incurſu, nedum quælibet juſta, crudelitas, ſed etiam cau-
ſa minus juſta, imò fatua, & beſtialis, ut loquuntur Docto-
res, ſufficit ad illarum incurſum evitandum, ut obſervat
*Card. de Luc. diſc.* 57. *n.* 7. & *de Fideic. diſc.* 154. *nu.* 4. & *dec.*
160. *n.* 13. *cor. Ottob.* & *dec.* 320. *num.* 14. *par.* 18. *rec.* & *in Ro-*
*mana ſeu Portuen.* 10. *Jan.* 1698. *§. Quoniam cor. Olmo*, & *in*
*Hortana Sylvarum* 10. *Martii ejuſdem anni § Opitulatur, cor.*
*Muto*.
Conſiderando præſertim naturam pœnæ excommunica-
tionis, quam graviſſimam, & omnium aliarum, apud Ec-
cleſiam exiſtentium maximam, meritò appellat *Menoch.* 45
*de Arbitr. caſ.* 516. *num.* 1. & 2. *Gratian. c* 531. *n.* 76. *Panim.*
*dec.* 96. *adnot.* 1. *n.* 1. & 2. & *Rot. dec.* 496. *num* 4. *par.* 24. & *dec.* 46
277. *n.* 18. *par.* 16. *rec.* Unde eò magis requirit dolum inexcu-
ſabilem, & poſitivum contemptum, atque faciliùs admittitur
pro illius evitatione omnis colorata, probabilis, & veriſi-
milis cauſa, benè *Rot. dec.* 167. *par.* 19 *rec.* ubi quòd funda- 47
mentum excommunicationis eſt contumacia in contem-
ptum

prum Clavium, quòdque contumax dici non poteſt ille,
qui ex rationabili cauſa motus fuit ad non obediendum E-
piſcopo.

Ex quibus promanat negativa reſolutio 2, & 3. dub. Po-
ſita enim nullitate Cenſurarum, ejuſdemque nullitatis no-
48 tificatione, & publicatione, nedum Cauſa ad Superiorem
fuit devoluta; Sed ſuſpenſus remanſit excommunicationis
effectus, ut diſtinguendo obſervant in cap. per tuas de Sent. &
49 re judic. Abb. num. 3. Butr. num. 14. & Fagn. n. 19 Ugolin. de
Cenſur. dub. 4. c. 14. §. 18. Sayr. eodem tract. lib. 1. ſect. 16. nu.
43. Layman in Theolog. moral. tract. 5. par. 1. cap. 6 num. 2. &
Pignatel. conſul. 19. n. 44 tom. 6. Imò ceſſavit etiam in Popu-
lo omnis prætextus ſcandali, dum notoria erat, & eſt in Ci-
vitate obligatio Archiepiſcopi, non procedendi contra Ca-
nonicos abſque Adjunctis, innixa individuali reſolutioni
hujus Sacr. Congr. Et conſequenter nullus figurari poteſt
contemptus nullaque temeritas, quæ omninò neceſſaria eſt
ad incurrendam irregularitatem ob aſſiſtentiam divinis Of-
ficiis, vel præſtitam, vel permiſſam juxta Tex. in can. non
50 debet 11. quæſt. 3. Atque attentis notificatione, & publica-
tione nullitatis Cenſurarum, licitè Decanus interfuit, &
Canonici ei permiſerunt aſſiſtentiam divinis Officiis, abſ-
que ullo irregularitatis incurſu, juxta communem Theo-
logorum, & Canoniſtarum opinionem, de qua Gloſſ. in cap.
51 ſolet verb. In officiis de Sent. excom. Cajet. 2. 2. qu. 70. artic. 4.
ad 2. ubi, qòd ſicuti leges iniquæ non ſunt leges, ſed legum
corruptiones, ita nec iniquum judicium, nec injuſta ſenten-
52 tia vim habent obligativam Paludan. in 4. Sent. diſtinct. 18.
quæſt. 1. colum. 3. ibi: Quando ergo Sapientibus notum eſt,
ſententiam eſſe nullam, quamvis apud Vulgus neſciatur, po-
teſt homo non ſervare eam in occulto, ſed in publico debet ſer-
vare quouſque ſcandalum rationabiliter ſedaverit, ut ſicut
aliquis publicè excommunicatur, & denunciatur ita exad-
verſo ipſe publicet Cauſam quando ſententia non valet, pu-
ta appellationem, vel aliam juſtam cauſam, quo facto, am-
plius non eſt ſcandalum Pupillorum. Sed Phariſeorum, un-
de eſt contemnendum Gabr. Biel. in 4. Sent. diſt. 18. q. 2. colum.
11. ibi: Si verò excommunicatio fuerit nulla ob defectum Ju-
53 riſdictionis ſuper excommunicatum ſimpliciteèr, vel in illo ca-
ſu, quo fertur excommunicatio, &c. tunc non oportet eam ti-
mere, nec pro excommunicato genere vitando communionem
Sacramentorum, & hominum, quoniam quòd non eſt, non
oportet timere, ſed cùm ſententia eſt nulla, jam non eſt ex-
communicatio, neque quoad Deum, neque quoad Eccleſiam,
quia ſecundùm veritatem nullam ſententiam Juris incurrit,
qui ſententiam, quæ nulla eſt, non cuſtodit; Timenda ta-
men eſt non ſententia, ſed ſcandalum Populi vulgaris, ne-
54 ſcientis, ſententiam eſſe nullam, unde ſi quis publicè excom-
municatur, & denunciatur nulliter, exadverſo publicè ſuf-
ficienter ipſe cauſam, pro qua ſententia eſt irrita, quo facto
non pareat ſententiæ, & ſi aliquis tunc ſcandalizetur non
eſt ſcandalum Puſillorum, ſed Phariſeorum ſecundùm regulam
55 Chriſti, Matth. 15. contemnendum D. Antonin. in Summ. 3.
par. tit. 24. cap 73. Joann. Major. in 4 ſent. diſt. 18. quæſt.
2. colum. 2. Sylveſtr. in Summ. verb. Excomm. 2. num. 1 Bac-
chon. in 4. Sent diſt. 18. quæſt. 1. num 2. fol. 131. Vaſquez
in 3. par. D. Thom. 4. tract. de Excomm. dub. 11. numer. 2.
Beja Caſ. conſc. tit. de Excomm. num. 4. fol. 428. Bord. con-
56 tr. moral. tit. de Injuſt. & nullit. excomm. contr. 12. per tot.
Covar. in cap. Alma Mater par. 1. §. 7. per tot. & ſignanter
num. 5. verſ. Cæterum ubi quòd hoc eſt verum etiamſi quis
cum ſcandalo celebraret reſpectu irregularitatis, quidquid
ſit quoad peccatum, & adducit illam rationem, quòd in
his caſibus pœna irregularitatis non oritur à ſcandalo,
ſed ab excommunicatione, quæ, attenta illius nullitate,
preſupponitur non adeſſe, Novar. in cap. Cùm contingat
57 col. 2 de Reſcrip. Imol. in cap. Ad præſentium de Appell. ibi-
que etiam Dec. Franch & Præpoſit. Gratian. diſcep. 648. n.
20. Mirand tom. 2. quæſt. 35. art. 14. quæſt. 3. Medin. de
Reſtit. quæſt. 11. Menoch. de Arbitr. caſ. 542. per tot. & ſi-
gnanter num. 33. & 34. ubi, quòd hoc omnium conſenſu re-
ceptum eſt Salzed. in addit. ad Diaz. in Praxi Crim Can. lit.
A. pag. 108. verſ Eſt enim Cordub. Caſ. conſc. quæſt. 142. in
fine, Guttier. can. q. lib. 1. tit. 4. n. 36 & 37. ubi pariter teſta-
tur, hoc omnium conſenſu eſſe receptum Sayr de Cenſur. lib.
cap. 16. in fin. Angel. in Summ. verb Excommunicatio §. 3. n. 3.
ver. Quod ſi continet, Dian. oper. moral. tom. 5. tract. 1. reſol. 27.
58 in fine, & 29. per tot. ubi in fine obſervat, ad hunc effectum
ſatis eſſe, quod Sapientes habeant excommunicationis ſen-
tentiam pro nulla, neque neceſſe ſit, ut Vulgus ita ju-
dicet Turian. de Cenſur. lib. 2. diſp. 20. numer. 1. ubi, quòd
omnes fatentur, excommunicationem nullam nullum pro-
ducere effectum Ludovic. Mexia ad leg. Reg. Tolet. tit. de los
proprios y rentas de los conſcios par. 5. fundam. 2. num. 28. &
ſeq. ubi, quòd ſententia nulla nullum Jus tribuit, & quod
nulliter factum eſt, non cenſetur factum Hortad. de Cenſur. 59
in comm. difficul. 24. num. 104. ubi quòd hoc eſt verum, etiamſi
quis celebraret cum ſcandalo, quia licèt teneatur abſtinere,
ad id tamen non cogitur vi cenſuræ Theſaur. de Pœn. Eccleſ. 60
Verb. Cenſura cap. 11. Tambur. Oper Moral. lib. 10. tit. de
Irreg. tract. 4. cap. 14. §. 3. num. 2. Cartar dec. 34. per tot. Lott.
de Re benef. lib. 3. quæſt. 33. num. 105. & Rodoer. in Addit. ad
Donat. Anton. de Marin. cap. 114. per tot. ubi num. 6. refert
& ſequitur D. Auguſtinum dicentem: Spiritus Sanctus per
quem omnes ligamur, & ſolvimur, non regulat vincula excom- 61
municationis, juxta hominum (ideſt Epiſcoporum arbitrium)
ſed ſecundùm Dei Judicium, ſcrutinans merita uniuſcuiuſque ex
operibus eorum, & n. 14. declarando verba illa Divi Gre-
gorii; Sententia Paſtoralis ſivè juſta, ſivè injuſta timenda eſt,
quæ nullatenùs comprehendunt ſententiam nullam, qua- 62
lis etiam eſt illa, de qua agimus, ſubdit ex eodem D. Au-
guſt. Spiritus Sanctus habitans in Sanctis, non permittit imme-
ritam eis ingeri pœnam, ſed eam ſolvit, & dimittit Columba:
& priùs n. 5. reprobaverat Majol. de Irregular. lib. 3. cap. 21. 63
num. 16. contrarium aſſerentem, advertendo, loquutum fuiſ-
ſe contra communem ſententiam omnium Theologorum,
& Canoniſtarum.

Quam pro veritate conſultus ſequutus fuit Card. de Luc.
de benefic. diſc. 74. per tot. & ſignanter n. 9. ubi, quòd quando
non haberemus punctuales authoritates, hoc determinan-
tes, quarum tamen vix unam citat, id extra omne dubium 64
ponerent Juris principia generalia, ipſaque ratio naturalia,
æquivalens legi, quia ſcilicet non entis nullæ ſunt qualita-
tes, quodque licèt ille, qui cenſuratus à ſuo Superiore ce-
lebrat, dignus ſit aliqua punitione, quando agitur de
facto dubio, eo quia non debet ſe facere Judicem in Cau- 65
ſa propria, ad effectum tamen gravis pœnæ irregularita-
tis, id non procedit, præcipuè quando Cenſurarum nulli-
tas eſt notoria, ut in noſtro caſu verificatur.

Et in terminis reſolvit Congr. Epiſcop. excuſando ab ir-
regularitatis incurſu Abbatem exemptum, qui poſt notifi- 66
cationem nullitatis excommunicationis, contra eum latæ,
publicè, & palam per ſpatium duor. annorum, tam priva-
tim, quàm ſolemnitèr ſemper celebraverat in citata Nul-
lius Burgi S. Sepulchri de qua ſupra.

Cujus communiſſimæ concluſionis ratio ea eſt, quia ex-
communicatio nulla nullum producit effectum, nec quoad 67
Deum, nec quoad Eccleſiam, juxta Text. litterales in can.
Cui eſt, & can Non debet 11. quæſt. 3. & præter ſupra citatos, 68
advertunt Avil. de Cenſur. par. 2. c. 6. diſp. 2. dub. 1. ante fi-
nem Sayr. eodem tract. lib. 1. cap. 16. n. 112. Guttier. Canon. q.
lib. 2. c. 4. n. 86. & Sperel. dec. 48. n. 12.

Negativè demum videtur reſolvendum 4. dub. dum at-
tenta opulentia Menſæ Archiepiſcopalis non eſt locus exa-
ctioni ſubſidii Charitativi, ut referendo reſolutiones hu- 69
jus Sacr. Congr. obſervant Fagnan. in Cap. Prætereà n. 36.
Ne præl. vic. ſuas Garz. de Benefic. par. 8. cap. 1. n. 77. Barb. de
Poteſtat. Epiſc. par. 3. allegat. 87. num. 3. ubi, quòd ſicuti ſub-
ſidiaria actio datur, quando deficit propria, ità Subſidium
charitativum peti poteſt tunc, quando redditus propriæ
Eccleſiæ non ſufficiunt pro oneribus incumbentibus Bel-
lencin. de Charit. ſubſid. quæſt. 14. in princ. Bellet. diſquiſ.
Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 12. num. 6. ubi ad inſtar 70
eorum, quòd notant Doctores de Principibus Laicis, qui
Subditis onera imponere nequeunt, quando ipſi ex proprio
illa ferre poſſunt, obſervat, quòd eodem modo Epiſcopus
tunc charitativum Subſidium petit, quando ex ſuo proprio,
vel per ſe non poteſt ſatisfacere, niſi tale Subſidium chari-
tativum petat.

In omnem verò caſum advertere ſupplicamus, quòd Ar-
chiepiſcopus Salalitanus eſt etiam Epiſcopus Eccleſienſis,
ubi paritèr ſimile charitativum Subſidium vel exegit, vel
exigere intendit, & proindè ſemper exceſſiva dicitur ta- 71
xatio ejuſdem pro noſtro Archiepiſcopatu in quantitate
petiarum 5008. ex quo ſumma, per ipſum in expeditio-
ne Bullarum erogata, non excedit ſummam ſc. 2020. à qua
commenſuratur quantitas charitativi Subſidii, ut advertunt 72
Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. c. 21. n. 24. & de Poteſt. Epiſc.
par. 3. alleg 87. n. 29. Bellenc. de Subſid. char. quæſt. 9. per tot.
Bellett. diſquiſit. Cleric. par. 1. titul. de Cler. debitor. §. 12.
ſub num. 4. & Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 2. part. 5. c. 17.
num. 45.

Die 26. Novembris 1701. propoſita Cauſa ſub infra-
ſcriptis quatuor dubiis in Congregat. Concilii, reſpo- 73
ſum

ſum fuit: *Dilata & Epiſcopus Alboren, procedat ad ulteriora.*
*I. An Cenſuræ promulgatæ contra Dominum Decanum ſuſtineantur.*
*II. An idem Decanus ob aſſiſtentiam præſtitam Divinis Officiis poſt latas contra eum Cenſuras, remanſerit Irregularis.*
*III. An Capitulum Calaritanum ob permiſſam aſſiſtentiam Decani ſupradicti, poſt latas dictas Cenſuras, in Choro, & Proceſſionibus remanſerit Interdictum.*
*IV. An licuerit Reverendiſs. D. Archiepiſcopo exigere Subſidium charitativum in ſumma 5008. petiarum Hiſpaniæ in Diœceſi Calaritana?*

---

## DISCEPTATIO IX.

### Januen. Diſtributionis Eleemoſynarum.

*PRO*

Archiepiſcopo.

*CUM*

Canonicis.

### ARGUMENTUM.

*Diſtributio Eleemoſynarum, quæ colliguntur occaſione particularis Jubilæi, & aliarum oblationum, quæ fiunt Eccleſiis, ad quem ſpectent. Epiſcopus, procedens contra Canonicos ex informata conſcientia, quando teneatur cauſam exprimere.*

PRo evitandis æquivocis circa reſolutionem dubii; *Ad
quem ſpectaverit adminiſtratio, ſeu diſtributio eleemoſy-
1 narum, quæ fuerunt relictæ à pietate Fidelium* occaſione
Jubilæi à SS. D. N. indicti pro felici gubernio initio ſui glorioſi Pontificatus.

Præmitto, quod nimis extranei ſunt termini illi, de quibus loquuntur DD. in examine quæſtionis; *An ſpectent
2 ad Epiſcopum, vel potiùs ad Parochum, vel Canonicos,
oblationes illæ, quæ fiunt miraculoſis Imaginibus, in aliqua Eccleſia exiſtentibus*, quam egregiè de more tractant *Fagn. in cap. Paſtoralis à num. 14. de His, quæ fiunt à Prælatis Lotter.
3 de re Benefic. lib. 1. quæſt. 30. à num. 30. Mareſcott. Var. Reſolut. lib. 2. cap. 32. Amoſt. de Cauſ. piis lib. 4. cap. 1. à num. 23. Rot. cor. Pamphil. deciſ. 272.* ibique *adden. num. 6. & cor. Merlin. dec. 257. num. 2. & per tot.* & latè *Zaul. ad Statut Favent. tom. 1. rubric. 21. lib. 3. num. 56. uſque ad num. 76. & Torr. de Pact. futur. Succeſſion. lib. 3. cap. 1. à num 241. uſque ad n. 253.*

Quia præſens quæſtio toto Cœlo diſtat à dicta generali inſpectione, quam tractant præfati Authores; Sumus enim in
4 terminis Eleemoſynarum, ſtrictè, & præcisè à Summ. Pontificibus occaſione particularis Jubilæi applicandis, & erogandis Perſonis miſerabilibus, ſeu Pauperibus, juxta verba, quibus uti ſolent Summ. Pontifices, & quibus in ſpecie uſus
5 fuit SS. D. N. in Bulla Indictionis dicti Jubilæi, ibi: *Peccata ſua confeſſi, SS. Euchariſtiæ Sacramentum &c. reverenter ſumpſerint, ac Pauperibus aliquam Eleemoſynam, prout unicuique ſuggeret devotio, erogaverint &c.* & ibi: *SS. Com-
6 munione refecti fuerint, & Pauperibus aliquam Eleemoſynam,
ut præmittitur, erogaverint.*

Ex quibus patet, quòd ſumus in terminis Eleemoſyna-
7 rum, deſtinatarum, & applicatarum, tam à Sum. Pon-
tifice, illas injungente, quàm à piis Benefactoribus ſe uniformantibus in hac parte claræ voluntati ejuſdem Sum. Pontificis, illas facientibus, in ſpecie, & præcisè Perſonis pauperibus non autem cum arbitrio, & libertate illas applicandi Sacriſtiæ Canonicorum. In quibus circumſtantiis, & terminis omnes DD. concordant, quòd circa illas nullum omninò
8 Jus habent Capitulum, Parochus, Rector, & ſub quocum-
que alio nomine adminiſtrans Eccleſiam illam, in qua eædem Eleemoſynæ colliguntur, ut in ſpecie obſervant *Barboſ. in canon. Quia Sacerdotes num. 4. cauſ. 10. quæſt. 1 & de Jur. Eccleſiaſt. lib. 5 cap. 23. num. 30. Fagn. in cap. Paſtoralis num. 29. de His, quæ fiunt à Prælatis, Lotter. de Re Benefic. lib. 1.
9 quæſt. 30. num. 31. Torr.* loquens in ſpecie pro excludendo Pa-
rocho, ſeu Capitulo Cathedralis Lucanæ, eundem Parochum repræſentante, ab adminiſtratione, & diſtributione ſimilium Eleemoſynarum *in Tract. de Pact. futur. Succeſſion. lib. 3. cap. 1. num. 243. & 244. Pax. Jordan. variar. Lucubr.*

*lib. 10. tit. 13. num. 2. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 3. rubric. 21. num. 65. fol. 282. & Rot. deciſ. 286. num. 3. coram Pamphil.*

Imò, quod in illis terminis, in quibus ſermo eſt de Obla-
tionibus, præcisè factis intuitu alicujus Sac. Imaginis, abſ- 10
que ulla particulari deſtinatione vera, vel præſumpta, illarum diſpoſitio, & diſtributio arbitrio Epiſcopi repoſita ſit, in terminis obſervant *Mantic. de Tacit. lib. 13. num. 21. tit. 38. verſ. Sed hoc ſane Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 30. ſub num. 33. lib. 1.* ubi reprobat *Mareſcottum*, contrarium ſentientem, & *Lotterium* refert, & ſequitur *Zaul. loco ſupracitato num. 71.* & concordant adducti per *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. formul. 10. num. 20.*

Fortiùs quando, ut in præſenti verificatur, concurrit fa-
vore Epiſcopi antiqua conſuetudo, quæ in noſtris terminis 11
concludentiſſimè probatur in facto ex adductis in Summario. In Jure verò illam magnifaciunt, & attendendam eſſe obſervant adducti *per Barboſ. de Paroch. part. 3. cap. 24. num. 31. Bonacin. Oper. Moral. tom. 1. tit. de Præcept. Eccl. punct. ult. propoſ. 2. num. 6. Torr. de Pact. futur. Succeſſion. lib. 3. cap. 1. num. 248. Zaul. ubi ſupra num. 68. & Rot. deciſ. 257. num. 13. coram Merlin.*

Nec dicatur, quòd prædicta applicari non poſſint noſtræ
Civitati, in qua ex attentione, & providentia nimis com- 12
mendabili ſupremorum Magiſtratuum interdicta eſt Pauperibus mendicatio, non ſolùm in Eccleſiis, ſed etiam in publicis Viis, ut in illa notorium eſt, & teſtatur Archiepiſcopus in ejus Relatione, data in Sum. in quo aſſerit, Mendicantes noſtræ Civitatis de præſenti in numero nimis conſiderabili 1800. detineri in magnifico Hoſpitio, appellato *l'Al-
bergo*, in quo à providentia dictorum ſupremorum Magiſtra- 13
ruum omnia eis ſubminiſtrantur neceſſaria, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus.

Hujuſmodi enim Pauperum ſeparatio ad hoc, ut per Ci-
vitatem non mendicent, illorumque reſtrictio in particulari 14
Loco, (optimo fine introducta, non ſolùm in Civitate Januæ, ſed in multis aliis Italiæ Civitatibus, ut ſequendo *Mut. ad Pragm. Regni tit. 54. de Vagabund. num. 3 & ſeqq. Bobadill. Polit. lib 2. cap. 13. num 28. & Pignatell. conſult. 64. n 15. tom. 8.* obſervavi in *Inſtit. Criminal. lib. 2. tit. 8. à num. 171.* & notat *Paſcucc. ad Pignatell. tit. de Pauper & Mendic. in fine fol. mihi 223.* ubi quòd id introducere in Urbe procuravit s.
m. Innocent. XII.) nullatenus operatur, ut Papæ intentio 15
in demandando dd. Eleemoſynas directa non fuerit in eoſdem verè, & propriè Pauperes, ubicumque moram faciant; Minuſque intentio Fidelium, Eleemoſynas largentium, cohærenter ad dictam Claram, & indubitatam Summi Pontificis voluntatem, directa dici poteſt ad Sacriſtiam Canonicorum, ut Conſideranti patet.

Attenta præcipuè perfecta notitia quæ habetur in Civitate
Januæ, non ſolum circa exiſtentiam, ſed etiam circa Lo- 16
cum, in quo dd. Pauperes moram faciunt, quæ operatur, ut eò magis intentio dd. Benefactorum cohærenter ad voluntatem Summi Pontificis directa ſit in eoſdem Pauperes, à quibus non ſine manifeſta injuſtitia tolli poſſunt, & Sacriſtiæ Canonicorum, inſignes habenti redditus, applicari, ut egregiè obſervat *Lotter. de Re Benefic. lib 1. quæſt. 30. num. 33.*
ibi: *Aliud eſt, quòd arceatur Laicus à perceptione, & longè 17
aliud, quòd eas capiat Parochus contra manifeſtam intentionem Offerentis, quod ſaperet manifeſtam iniquitatem, & propterea dum non poteſt inferri ab uno ad aliud, pertinent ad diſtributionem Epiſcopi, canon. Præter hoc §. Præcipientes diſtinct. 32.*

Abſque ulla prorſus difficultate ad impediendum illud ab- 18
ſurdum, quod ex contraria prætenſione oriretur ex difformitate applicationis Eleemoſynarum, mediante unico verbo, ſeu actu injunctarum in Bulla Jubilæi; Eò quia illæ, quæ recollectæ fuerunt in Eccleſia S. Mariæ de Vireis, & in alia Eccleſia S. Syri, juxta Summi Pontificis voluntatem, & intentionem applicatæ dicerentur veris Pauperibus; Aliæ verò, quæ fuerunt recollectæ in Eccleſiæ Cathedrali,
uti non applicatæ veris Pauperibus in ſpecie, ſed Sacriſtiæ 19
Canonicorum, vel abſolutè non poſſent deſervire ad lucrandum Jubilæum, ad quem effectum taliter neceſſaria eſt Eleemoſyna acta Pauperibus, ut non deſint Authores aſſerentes, Monachum, Monialem, Servum, & ſimiles, quibus illa non ſubminiſtratur à Superioribus, poſſe illam rectè accipere ex bonis Monaſteriis, & Dominorum, ut videri poteſt apud *Homobon. de Jubil. lib. 4. quæſt. 57. Jordan. de Indulgent. tit. de Jubil. Extraordinar. num. 29. Quintanaduen. de Jubil. cap 9. num. 8. Ledan. in Summ. tom 4. verb. Jubileum num. 4. & Dian. coordin. tom. 4. tit 4. de Jubil. reſol. 30. per tot.*

Vel ſaltem non leve adeſſet dubium, ad quod evitandum, & ad inducendam perfectam uniformitatem inter eleemonſynas, in tribus quidem diſtinctis Eccleſiis recolle-
20 ctas, ſed ſub uno, eodemque verborum tenore injunctas, dicendum eſt, non poſſe difformiter erogari, juxta ea, quæ notant communiter *Repetentes in leg. Jam hoc Jure ff. de Vulgar. & pupillar.* cum concordantibus, citatis *in dec. 138. num. 19. cor. Bich. & deciſ. 145. num. 27. coram Carill. & deciſ. 593. numer. 5. coram Emer. jun.* ibi: *Una, & eadem determinatio reſpiciens plura determinabilia, omnia pariformiter determinat.*

Quæ omnia comprobantur ex communiter recepta concluſione, quòd etiam in illis terminis, in quibus datus fuit cer-
21 tus Diſpenſator Eleemoſynarum, ſi iſte nolit, vel non poſſit ſuum munus exercere, poteſtas id faciendi devolvitur ad Epiſcopum, ut teſtando de opinione veriore, & receptiore, probant citati *à Barboſa de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 27. num. 45. & ab Amoſtaz. de Cauſis piis lib. 4. cap. 4. num. 24. & ſeqq. & Dian. coordin. tom. 6. tract. 8. reſol. 54.*

Omniumquè prædictorum illa aſſignatur congrua, & ſtrin-
22 gens ratio ab omnibus Doctoribus, quòd ſimilium eleemoſynarum, & piorum Legatorum primus Diſpenſator, & principalis ſeù unicus Exequutor, Adminiſtrator, & Diſtributor eſt Loci Epiſcopus, ut ſtatuitur *in can. Præter hoc*
23 *diſtinct. 32.* ibi: *Ut & ipſæ in diſpoſitione Epiſcoporum ſint*; *& in Clem. Quia contingit de Relig. Domib. & in lege Nulli licere Cod. de Epiſc. & Cleric.* & juxta literalem diſpoſitionem *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de Refor. cap. 8.*

Quibus non contradicunt Authores, longa manu exadverſo citati, aſſerentes, oblationes, quæ fiunt Eccleſiæ Ca-
24 thedrali deberi illius Parocho, ſeu illi Dignitati, cui annexa eſt animarum cura, non autem ſpectare ad Epiſcopos.

Id enim verum eſt de illis oblationibus, quæ fiunt ex mera voluntate, & ſimplici devotione Fidelium; Prout etiam id
25 procedit quoad illarum acquiſitionem, & dominium; Ea ratione, quia cùm Parochus habeat annexum onus curæ animarum, dignum, & juſtum eſt, ut ſentiat etiam commodum illarum oblationum, quæ ſuæ Eccleſiæ ſponte à Fidelibus fiunt & à Summo Pontifice alteri perſonæ deſtinatæ non
26 ſunt; In quibus terminis non ſolùm loquuntur Authores omnes, qui videntur contrarii, ſed etiam intelligendæ ſunt atteſtationes, & Scripturæ, quæ exadverſo adductæ fuerunt ad probandum, quòd Capitulum reperiatur in poſſeſſione ſibi applicandi eaſdem oblationes, & eleemoſynas.

Secus autem diſcurrendum eſt circa ſolam, & ſimplicem adminiſtrationem, & diſtributionem illarum eleemoſyna-
27 rum, quæ non ſpontè, & ex ſola devotione Fidelium relinquuntur alicui Eccleſiæ, ſed in executionem claræ, & innegabilis voluntatis Summi Pontificis elargiri debent verè, & propriè Pauperibus; Quia iſtarum reſpectu intentio illas dantium famulatur, & regulari debet à voluntate Pontificis,
28 illas injungentis; Cùmque non agatur de illorum dominio, acquirendo potius uni, quàm alteri Perſonæ, ex quo præcisè deſtinatæ ſunt veris Pauperibus, circa illarum adminiſtrationem, & diſtributionem in concurſu Parochi, & Epiſcopi, ſemper iſte præferendus eſt, ex allegatis ſupra, &
29 addo *Ventrigl. in Prax. par. 2. annot. 27. §. unico num. 31.* ibi: *In ſuprapoſitis omnibus caſibus, & in aliis, qui afferri poſſunt, ſemper addenda eſt declaratio, ſupra poſita, nempe, quòd tunc oblationes cedant Parocho, quando non apparet ex conjecturis, illas fuiſſe datas, vel oblatas, ſive deſtinatas ad certum uſum &c. Tunc enim, non Parocho, ſed cui oblatæ fue-*
30 *runt, vel deſtinato Operi pio cedunt.* Ibique *Carol. Ant. de Luc. num. 4.* ibi: *Regula, aſſiſtens Parocho, plures patitur exceptiones; Prima ubi expreſsè, vel etiam adminiculativè, & conjectualiter conſtet de voluntate facientium oblationes*, cum aliis, citatis ſupra *diſcept. 17. à num. 76.*

In noſtris autem terminis non ex conjecturis, & admini-
31 culis, ſed ex clara, & indubitata mente Summi Pontificis conſtat de præciſa applicatione dictarum Eleemoſynarum, facta veris, & propriis Pauperibus; Et proindè nullus remanet dubitationi locus, quod eadem Summi Pontificis voluntas præcisè, & ad unguem ſervanda ſit, benè *Rot. dec. 3.*
32 *num. 6. coram Anſald.* ibi: *Non erat ampliùs contra Bullam tam ſanctam, & expreſſam ſuper generalitatibus, conjecturis, & diſcurſibus in oppoſitum excitatis immorandum, ſed eadem Bulla adamuſſim, & præcisè veniebat ſervanda.*

Et meliùs *Gruther. de Arte benè deſider. reſol. 15. §. 9. numer. 177. fol. 330.* ubi, quòd Sacri Canones, non ſolùm ex-
33 preſſa verba, ſed puros nutus, & umbras volantatis Summorum Pontificum in his terminis adorandos eſſe mandant: ibi: *Sacri Canones puros nutus, & umbras voluntatis Pontificis eſſe feſtinanter, & inoffenſo pede executioni mandandos, & aderandos, ſuadent.*

Pro quorum omnium faciliori admiſſione ſupplicamus obſervare, quòd præſens quæſtio non agitatur propter Ieſum 34
tantùm, ſeu propter ſimplicem diſtributionem eleemoſynarum, de quibus diſputamus, quia Archiepiſcopus ex una parte inſiſtit dumtaxat pro dicta diſtributione facienda in executionem præcisè voluntatis Summi Pontificis, & cohærenter ad veriſimilem voluntatem illorum, qui circa dictas eleemoſynas pro lucrando Jubilæo ſe conformarunt voluntati 35
ejuſdem Summi Pontificis; Ex alia verò parte Canonici fortiter inſiſtunt pro applicatione dictarum eleemoſynarum, nominetenus quidem favore propriæ Sacriſtiæ, ſed in rei veritate ad proprium commodum, & particularem utilitatem, eò quia, quatenus Sacriſtia proprios non habeat redditus, ipſi tenentur de proprio ad illi providendum de Sa- 36
cris Supellectilibus, in quibus terminis etiam ſi aliquod ſupereſſet dubium, in iſto ſemper inclinandum eſſet favore Pauperum, quorum partes propriis ſumptibus fovet, & tuetur Archiepiſcopus, ut in terminis, non laudando ſimile deſiderium ſibi appropriandi eleemoſynas, in Pauperes diſtribuendas, obſervat *Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. par. 2.* 37
*annot. 27. §. unico numer. 4.* ibi: *Certis caſibus applicari debeant, non autem ut ipſe Rector impinguetur, & ſic in privatos uſus, & in privatam utilitatem Parochus convertat &c.* In qua parte adeſt celebre illud dictum *Caſſiodori lib. 13. epiſt. 13 Ultra omnes crudelitates eſt divitem velle fieri de exiguitate Mendici*; Anteaque opportunè præmiſerat, nimis im- 38
proprium eſſe, *Pauperibus aliquid tollere, dum illis jubemur offerre.*

Nec inſiſtatur in prætenſa quaſi poſſeſſione diſtribuendi Eleemoſynas, de quibus agitur, cum ſuppoſito, quòd illa 39
militet favore Canonicorum.

Tum quia illa poterit forſan verificari circa illas Eleemoſynas, quæ fiunt in diverſis Capſulis, à Canonicis in Cathedrali Eccleſia retentis, de quibus non diſputamus, ex 40
quo dubium ſtrictè verſatur circa illas Eleemoſynas, quæ fiunt occaſione particularis Jubilæi, & in determinato Loco Eccleſiæ, hoc eſt propè Imaginem SS. Crucifixi, quæ dicto tempore publicæ adorationi Fidelium exponi ſolet, vel alter actus exadverſo expenſus ignorante Archiep.

Tum etiam, quia in omnem caſum unus, vel conniven-
te aliquo ex Archiepiſcopis Januenſibus, non poteſt colora- 41
re abuſum, qui exadverſo hodie canonizari prætenditur: *Multa enim per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in judicium, exigente juſtitia, tolerari non debent*, juxta præciſa verba *Innoc. Tertii in cap. Cùm jam dudum de Præbend.* & notant *Abb. in cap. ultim. num. 8. de Conſuet. Vi-*
*dal. Caſu Conſcient. in Appendic. miſcellan. inquiſit. 5. num.* 42
*12. & ſeqq & Rot. deciſ. 1552. num. 23. cor. Coccin. & deciſ. 2. à num. 12. par 18. rec.*

In his enim terminis, detecta veritate, abuſus tollendi
ſunt, non autem fovendi juxta auream ſententiam *D. Gre-* 43
*gor. in Epiſtol. ad Guilimund. Epiſcopum Averſan.* ibi: *Si conſuetudinem fortaſſis opponas, advertendum eſt, quòd Dominus dicit: Ego ſum via, veritas, & vita; Non dixit: Ego ſum conſuetudo, ſed veritas, & certè quævis conſuetudo quantumvis vulgata, veritati omninò eſt poſtponenda, & uſus, qui verit. eſt contrar. eſt abolend.* cum citatis *à Graff. Deciſ. Aurear. par. 2. lib. 3. cap 19. num. 48. & Rot. in Terraconen. Præcedentiæ 28. Junii 1697. §. Non obſtat. coram Cardin. Caprara.*

Cùmque iidem prætenſi actus referri ulteriùs poſſint, & attribui meræ voluntati, & arbitrio alicujus ex Archiepiſco-
copis pro tempore, in illis favore Canonicorum uti faculta- 44
tivis, nullum omnino fieri poteſt fundamentum pro inducendo, & canonizando ſolito in futurum, juxta theoricam *Rip. in cap. Cum Eccleſia Sutrina à num. 49. de Cauſ. poſſeſ. & propriet.* quam ſequuntur adducti per *Capiblanc. de Baronib. pragm. 1. num. 26. & ſeqq. & Rot. deciſ. 104. numer. 37. coram Priol. & deciſ. 136. num. 10. coram Cerro, & deciſ. 12. in fine coram Anſaldo.*

Ex quibus, probato Jure adminiſtrandi, & diſtribuen. 45
præfatas eleemoſynas apud Archiepiſcopum, duo ſequuntur.

Primum, quod canonizanda ſit diſtributio, ab ipſo æqua-
li prudentia, ac providentia facta P. P. Cappucinis, & 46
Theatinis, nec non Monialibus Convertitis, Puelliſque quatuor miſerabilium Conſervatororium Civitatis Januæ, juxta animadverſa per *Trullenk in Decalog. libr. 6. capitul. 14. dub 4. numer. 2. Azzor Inſtitution. Moral. part. 3. lib. 4. capit. 26. part. 3. & Reginald. in Praxi foro Pœnitentiæ*

lib. 10.

*lib.10. tract.2. num.196. & Monacel. in Formul. tom.1. tit.10. formul.19. num.13.*

Secundum verò, quod obligandi veniunt Canonici ad reſtitutionem illius ſummæ, quam propria authoritate à Capſula Elemoſynarum aſtulerunt, eorunque Sacriſtiæ abſque ulla facultate applicarunt, juxta ea, quæ obſervat Ar-
47 chiepiſcopus in dicta Relatione, data in Summario, ubi quod ab uno tantùm pio Benefactore accepit una vice appoſitam fuiſſe conſiderabilem eleemoſynam unius ſcuti aurei, quod deinde in illius aperitione coram teſtibus ab eodem Archiepiſcopo facto, nullatenus repertum fuit; Arguendo
48 exinde, longè majorem fuiſſe quantitatem elemoſynarum, ab eadem Capſula extractarum à dictis Canonicis, attento maximo concurſu Populi in Eccleſia Cathedrali occaſione fe-
49 ſtivitatis S. Joannis Baptiſtæ ibi: *Perche in detta Chieſa nel giorno di 24. vi era ſtato un concorſo grandiſſimo di Popolo per ſolennizzare la Feſta di S. Gio: Battiſta, e viſitare le SS. Ceneri, che ſi conſervano in una maeſtoſa Cappella.*

Sequitur pariter, quòd omni Jure ſuſtineatur relaxatio
50 mandati de capiendo contra tres ex contumacioribus Canonicis, cum effectiva carceratione unius ex eiſdem; Nec non ſubſtineatur itidem ſuſpenſio à divinis, contra eoſdem promulgata, utì notorios Delinquentes ex informata conſcientia Eminentiſſimi Archiepiſcopi, ut ipſemet teſtatur in Sum-
51 mario; Quod omni Jure permiſſum erat in noſtris circumſtantiis, & terminis, in quibus ex una parte notoria delicta Canonicorum eodem tempore fuerunt mali exempli, & publici ſcandali, & alia verò erant difficilis probationis, juxta magiſtralem reſolutionem *Congr. Concil. in Bononien. 14. No-*
52 *vembris* 1654. quam per extenſum refert, & ſequitur *Criſpin. nella Viſit. Paſtor. par.3. §.5. num.5.* ibi: *Supplicat declarari; An Ordinariis Locorum, facultate ſibi conceſſa à Sac. Concil. Tridentino ſeſſ.14. cap.1. de Reform. liceat, ob legitimas cauſas, ſuſpendere etiam extrajudicialiter Clericos, & Presbyteros ſæculares, etiam Parochos, ſibi ſubditos, ſublata eis poteſtate appellandi. Congr. Concil. cenſuit, ut ſupra, licere Ordinario*; & concordat *Monacell. in Formul. legal. tom. 3. tit.2. form.6. num.5.*

Licèt autem concordent in hac parte Doctores, Ordinarios in his terminis teneri, & obligatos eſſe cauſas illas expri-
53 mere, & aperire, quas in promulgatione dictarum cenſurarum non expreſſerunt; quando Rei recurrunt ad Apoſtolicam Sedem, juxta aliam magiſtralem reſolutionem dictæ *Congr. Concil. in Vercellen. 27. Martii* 1643. ibi: *Epiſcopum teneri exprimere delictum, ſeu Cauſam Sedi Apoſtolicæ, ad quam Reus recurſum habuerit*, ut videre eſt *in Tom.27. Decret. ejuſdem Sacræ Congreg. fol.170.*

Punctualiter huic obligationi parendo, aſſeruit Archie-
54 piſcopus, ad id deveniſſe attento Canonicorum recurſu ad Laicam Poteſtatem, qui ſolus operatur, ut iidem non ſolùm audiendi non ſint, ſed ab omni Jure, quod eis forſan competere poſſet, cecidiſſent, repellendi què ſint à limine noſtri Judicii, ut notant communiter *Repetentes in cap. Exceptionem de Except.* & quotidiè reſolvit *Rota*, ut videre eſt *in decif.23. num.9. & 10. coram Buratt. & deciſ.425. num.3. coram Coccin. & deciſ.221. num.2. coram Cerro, & deciſ.5. eodem num. coram Priolo.*

Obſervando præcipuè qualitatem Canonicorum, quorum
55 reſpectu longè creſcit idem delictum, cum dicantur Eccleſiæ Senatus, & Fratres Epiſcopi, cum quo unum Corpus conſtituunt, ex adductis *à Caſſan. in Cathal. glor. Mund. part.4. conſ.33. §.3. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib.1. cap.4. nu.18. & Rot.*
56 *deciſ.251. à num.1. uſque ad not.5. par.19. rec.* Quibus attentis cum omni ſermonis proprietate applicantur noſtris terminis ea, quæ æquè doctus ac pius, & Eccleſiaſticæ Juriſdictionis acerrimus Propugnator *Paulus Æmil. Sanctor.* ſcripta reli-
57 quit. *in Hiſtor. Carbonenſ. fol. mihi* 164. his verbis: *Fruſtra de Poteſtatibus Sæcularibus querimur, dum telo ipſi noſtro occidimur.*

Die 5. Martii 1722. propoſita Cauſa in Congr. Epiſc. per
58 Card. Corſin. reſponſum fuit: *Competiiſſe, & competere diſtributionem eleemoſynarum Eminentiſſimo Archiepiſcopo in Capſulis, expoſitis occaſione Jubilæi, etiam in Eccleſia Metropolitana*, cum addito, ut Cauſa ampliùs non proponeretur.

# DISCEPTATIO X.

## Romana Viſitationis Puellarum.

*PRO*

Archiconf. Suffragii Urbis.

*CUM*

Gaſpare Mola.

## ARGUMENTUM.

*Quibus concurrentibus Subſidia dotalia præſtari debeant ab Officialibus Locorum piorum Puellis, non præcedente iſtarum Viſitatione.*

Reliquit Iſabella Moroni Loca 90. Montium Cameralium non vocabilium Archiconfraternitati Suffragii
Urbis, ut ex eorum fructibus (adimpletis priùs quolibet an- 1
no aliis oneribus) reliquum ſolveret in dotandis Puellis, nominandis ab ejus Executoribus teſtamentariis, & poſt eorum obitum eligendis ab ipſius hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, his verbis. *Che detta Archiconfraternità ſia tenuta applicare quella ſomma, che reſterà &c. in maritaggio di Zi-*
*telle ogn'anno a nominazione de' miei Eſſecutori teſtamentarj*, 2
*e ſeguita la morte di detti Eſſecutori, l'elezzione di dette Zitelle ſpetti, & appartenga al mio Erede, ed a ſuoi Succeſſori in perpetuo &c.* Prætendit hodiè Gaſpar Mola hæres dictæ Iſabellæ, ad quem ſpectat eligere Puellas, quòd ab ipſo, ac ejus Succeſſoribus eligendæ Puellæ, ſubeſſe non debeant legi Viſitationis contra ſolitum ejuſdem Sodalitatis Suffragii, ac cœterarum Sodalitatum Urbis, quæ per ſuos deſtinatos Viſitatores indiſtinctè viſitant Puellas, etiam à particularibus Perſonis electas, priuſquam illas admittant ad ſubſidia do-
talia: Cùmque dictus Mola prætenſionem hanc detulerit ad 3
Congregat. Concil. placuit eidem juxta ejus laudabilem ſolitum Relationem cum Voto exquirere ab Eminentiſſimo Domino Cardinali de Alteriis ejuſdem Sodalitatis Suffragii Protectore.

Relationem edidit dicto Eminentiſſimus Protector, unà
cum ejus Voto, in quo ſolidas ac fundatas deduxit rationes, 4
ex quibus credit non expedire, ut dicto Gaſpari, ejuſque Hæredibus, & Succeſſoribus relinquatur plena libertas in collatione iſtarum Dotium, prout ex illis verbis Voti. *Sed his non obſtantibus, ſuperiori judicio, ac prudentiæ EE. PP. perpendendum propono, & neceſſarium exiſtimo, ſi ob bonum*
*publicum effugiendi jurgia, & timorem alicujus ſcandali ſecu-* 5
*turi, ſi non in præſenti, ſaltem venturo tempore, & cum moleſtia, periculo, & dedecore dictæ Archiconfraternitatis, & aliarum Urbis, adversùs quas quidquid decernetur in caſu præſenti, adduceretur pro norma, & exemplo, Oratori indulgendo precibus expediat eidem non relinquere expetitam ple-*
*nam libertatem in collatione Dotium &c.* Verùm inſtante eodem 6
Gaſpare pro obtinenda expetita exemptione à Viſitatione; Idcirco Sodalitas Suffragii ad ſatisfaciendum propriæ obligationi in hac Cauſa exemplari etiam cœteris Sodalitatibus Urbis, humillimè ſupplicat reſcribi. *Puellas, eligendas à*
*Gaſpare Mola, ejuſque ſucceſſivè Hæredibus ad pium Subſi-* 7
*dium Dotium eſſe viſitandas à Viſitatoribus Archiconfraternitatis Suffragii, priuſquàm illis Cedula dotalis tradatur ab eadem Archiconfraternitate.*

Conſonare videtur hujuſmodi reſcriptum voluntati Teſta-
trici, quæ facultatem eligendi Puellas ad hæc Subſidia dota- 8
lia non reliquit ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus purè, & ſimpliciter necnon cum verbo - *liberè*; Quotieſcumque autem poteſtas electionis relinquitur purè, & ſine verbo liberè, aut alia dictione æquipollenti, ut hic, tunc abſolutum in Jure eſt, quòd facultas illa electionis ex voluntate Diſponentis præſumitur, ac intelligitur Eligenti conceſſa non illimitatè, & effrænatè, ut poſſit ad ejus libitum eligere quamli-
bet perſonam, ſibi magis bene viſam; Sed, prout Juris eſt, 9
arbitrio boni, ac prudentis Viri, juxtà ſubjectam materiam, ex originali doctrina *Bartol. in leg. Alio hærede numer.5.*
*ff. de Aliment. & cib. leg.* quam in his terminis Legati pii la- 10
tè probavit *Amoſtaz. de Cauſ. Piis libr.4. cap.4. à numer. 7. ad 9.*

Soli profectò dictioni *liberè*, ſi quæ adjecta fuiſſet, datum eſt quandoque tribuere prærogativam, ut nominare debens, valeat ad nominationem devenire ſinè conſenſu,

ſcientia, requiſitione, aut contradictione alterius, notant
11 congeſti per *Barboſ. de dict.*190. *à numer.* . *ad* 9. & quidem
cum moderamine non excedendi Juris diſpoſitionem, ut ex
*Rebuff. in Concord. Rubr. de Collat.* §. *Præfatique verb. Libe-*
12 *rè ſub verſ. & an verbum* ibi: *Et tamen ſi libertatem habeat
conferendi, tamen debet conferre juxta Juris diſpoſitionem,
ut dicit Text. &c.* & *Menoch. de Arbitr. lib.*1. *quæſt.*7. *num.*36.
& 47. ſequitur *Barboſ. ubi ſupra num.*11. non autem puræ,
& ſimplici diſpoſitioni ſupra expreſſæ; In qua etiam ſi Te-
13 ſtatrix dixiſſet, prout ſuis Hæredibus, *placebit*, & *vide-
bitur*, non ideò tamen majus arbitirum contuliſſet, quàm
illud regulatum, & boni Viri, ut ex theorica *Bart. in leg. Si
quis arbitratu num.*7. *ff. de Verb. obligat. & in l. prima num.*15.
*C. de Sacroſ. Eccleſ.* notat *Menoch. de Arbitr. lib.*1. *quæſt* 8.
14 & 9. *utrobique per tot.* quod arbitrium viri boni nil aliud im-
portaret, quàm facultatem ſolam faciendi ea omnia, quæ
jure, ratione, & æquitate fieri deberent, ut obſerva *Menoch.
eod. tract. lib.*1. *quæſt.*6. *num.*2.

Æqui verò, bonique ratio non patitur, quòd favore no-
minare debentium ſint adeò relaxandæ habenæ, ut ipſi quibus
licitum non eſt voluntatem ſuorum Authorum in aliquo vio-
lare, eandem voluntatem infringant, eidemque de directo ſeſe
15 opponant, conferendo, ſcilicet, annualem ſubſidium uni, quæ,
aut non ſit Virgo, aut morum careat honeſtate, aut ad ætatem
nubilem perventa non ſit, aut tandem miſerabili paupertatis
privilegio non gaudeat, & ſic per effrænatum arbitrium,
quod ſibi adſciri ſatagunt, controveniant veriſimili menti
diſponentis, prout in his terminis exclamat *Rot. coram Bu-
16 ratt. deciſ.*129. *num.*13. ibi: *Et quòd hæres non abutatur in
eligendo poteſtate ſibi conceſſa. Propterea eligatur Virgo, &
non Vidua, ut importare videntur illa verba Puella, quæ
non ſit malis imbuta moribus, Virum petens, & demum pau-
per, juxta veriſimilem mentem Teſtatricis, & ſolitum in hu-
juſmodi Legatis Piis reliquerentur pro eleemoſyna &c.*

Dum igitur Gaſpar, & alii hæredes debent eligere non li-
17 berè, & effrænatè quaſcumque Perſonas, ſibi beneviſas,
ſed habentes prænarratas qualitates, jure meritò Sodalitas
Suffragii, ad quam ſpectat ſolvere dotes Puellis electis, po-
teſt per ſuos Viſitatores, antequam dotes ſolvat, inquirere
prævia Electarum viſitatione, an eligentes dignas eligerint
Puellas, præditas debitis qualitatibus, vel potiùs abuſi fue-
rint poteſtate eligendi; Nam in hoc ſtandum non eſt Judi-
cio, dicto, aut facto ipſorum Eligentium, cùm Judices eſſe
non debeant in facto proprio, ſed eorum factum ab aliis eſt
18 examinandum, ex regula *Text. in leg. unica C. Ne quis in
Cauſ. prop. Bero. con.*22. *num.*72. *lib.*2. *Camarel. de Legat.
lib.*14. *quæſt.*7. *num.*58. cum cœteris, cumulatis *in dec.*21.
*poſt. Novar. in Summ. Bull.*

Quibus jungitur illa ſolida reflexio, quòd Sodalitas Suf-
fragii, quæ ex fructibus Locorum Montium ſolvere debet
19 onera, à Teſtatrice injuncta, & inter cœtera hæc Subſidia
dotalia Puellis, ab ejus hæredibus eligendis, intelligitur re-
licta Executrix particularis iſtius diſpoſitionis, ut notat *Sa-
bell. in Summ. verb. Executor. num.*7 §. *Quod Executor par-
ticularis datus ad ſolvendum &c.* Et quidem non eſt ſimplex,
& mera Executrix, tanquam ſimplex miniſtra ſolutionis,
ſed eſt vera, & propria Executrix, non ſolùm quia habet
20 commodum fructuum Locorum Montium eidem Societati
relictorum, uſquedum veniat tempus ſolutionis illorum, ſed
fortiùs, quia pro executione iſtius particularis diſpoſitionis
eadem Societas exigit quolibet anno ad proprium favorem
ſcuta decem, & octo, ut eſt in confeſſo, quæ commoda
habere non poſſet, ſi eſſet ſimplex Miniſtra ſolutionis, non
21 autem vera, & propria Executrix, prout in alia ſodalitate
Urbis, & in pari caſu conſideravit *Rot. in deciſ.*433. *num.*7.
*coram Buratt.*

Idcircò ſodalitas Suffragii tanquam vera, & propria Exe-
cutrix voluntatis Teſtatricis in hac particulari ſolutione Do-
22 tium Puellis, eligendis à Gaſpare, ejuſque Succeſſoribus,
utique ex proprio munere Executricis tenetur inquirere per
ſuos Viſitatores, ut electiones legitimè expleantur ab Hære-
dibus Teſtatricis, utque illius Hæredes non abutantur po-
teſtate eligendi per *Tex. in leg. Alios hæredes ff. de Alim. & Cib.
Speculat. de Inſtrum. ædit.* § *Nunc verò ſub num.*5. ubi ait,
Executores eſſe debere obſervatores actionum hæredum, ac
23 vigiles Cuſtodes, ut ab hæredibus voluntates morientium
legitimè exquantur, *Valenz. conſ.*35 *num.*9. & *conſ.*60. *nu-
mer.*6 *tom.*1. *Rot. dec.*1048. *num.*3. *cor. Seraph.*

Ob quas rationes dixit S. Rota, quòd habentes facultatem
à Teſtatore eligendi Puellas ad Subſidia dotalia, ſolvenda
24 à Sodalitate, debeant congruo tempore notificare Officiali-
bus Sodalitatis Perſonas electas, ut antè Dotium præſtatio-
nem poſſint à Viſitatoribus ejuſdem Sodalitatis viſitari, &
quas legitimè, & dignè electas invenerint, admittant ad
Dotes, indignas repellant, ſicuti favore Archiconfraterni-
tati S. Rocchi Urbis deciſum fuit in *deciſ.*131. *num.*6. & 8.
*par.*5. *rec.*

Atque in terminis durioribus, Partibus acerrimè informan-
tibus idem deciſum fuit à Congr. Concil. in caſu, quo electio
Alumnorum ad Seminarium fuit relicta certæ Familiæ, & 25
ſimplex extractio ab Urna aliquorum ex Electis commiſſa
Epiſcopo, quòd ſcilicet in his terminis Epiſcopus poſſit in-
quirere, an Eligentes, perſonas elegerint habentes in illa
ſubjecta materia debitas qualitates, ut videre eſt in *Romana,
ſeù Narnien.* 14. *Aprilis* 1714. *Lib.*64. *Decret. fol.*182. Quòd
ſi hæc inquiſitio convenit Epiſcopo, cui à Teſtatore com-
miſſa fuit ſola, & ſimplex extractio Electorum ab Urna,
quod plerumque à Pueris expleri ſolet, à fortiori competere 26
debet Solidalitati Suffragii, quæ ſolvere debet Dotes, Jus
examinandi per ſuos Viſitatores qualitates Puellarum ele-
ctarum.

Nec ſubſiſtit, quòd uſque adhùc Puellæ electæ à Gaſpa-
re non fuerint viſitatæ à Viſitatoribus Archiconfraternitatis
Suffragii; Quoniam hæc negativa aſſeritur, ſed non pro-
batur, prout eſſet ab allegante probanda; Imò præſumun- 27
tur viſitatæ, ex quo quolibet anno fuerunt electi Viſitatores,
& iſti viſitaverint alias Puellas, pariformiter ab aliis ele-
ctas, juxta ſolitum Sodalitatis, prout non controvertitur;
Et ideò præſumendum eſt, & has quoque electas à Mola vi-
ſitaſſe; Parùm relevante, quòd illarum Viſitationes non 28
appareant ex Libris Sodalitatis; Eò quia Sodalitas Suffra-
gii non ſolet adnotare in ſuis Libris, quæ, & quales Puellæ
fuerunt viſitatæ; In omnem verò caſum, quatenùs Viſita-
tores, electi ad viſitandas Puellas, ex urbanitate vel ex
alio particulari motivo, una vel alia vice, non viſitaverint
Electas à Mola, id nequit præjudicare juribus Sodalitatis,
ex adductis per *Rot. deciſ.*180. *num.*11. *cor. Cerr. & deciſ* 302.
*num.*29. *par.*9. *rec.* Vel tanquam actus voluntarius, & facul-
tativus, nullum facit ſtatum, nullamque inducit obſervan-
tiam favore ejuſdem Gaſparis, ex firmatis per *Rot. in Roma- 29
na Funerum ſuper bono Jure* 7. *Junii* 1720. §. *Præter verò,
cor. Rovavult. de Gamaches.*

Ultra quòd ad magis, magiſque oſtendendam inſubſiſten-
tiam hujus prætenſæ obſervantiæ urget in facto reflexio illa,
quòd Gaſpar obtinuit à ſanct. mem Innoc. XII. Indultum,
ut unicum hoc Subſidium dotale ſcut. 40. quod ſingulis annis
ſolvebatur à Sodalitate Suffragii Puellæ, ab eo eligendæ,
ſolveretur deinceps duabus Filiabus ejuſdem uſque ad inte-
gram ſummam ſcut.600. Undè per plures annos, durante
hac ſolutione, certum eſt, quòd Viſitatio non fuit expleta,
ex quo ſolutio erat facienda ad formam Indulti Perſonis cer-
tis, & determinatis à Papa. Cùmque anno 1706. idem Gaſ- 30
par exoraverit Sodalitatem pro licentia mutandi factam ele-
ctionem in Perſonam alterius Puellæ extraneæ; fuit quidem
talis licentia ejuſdem conceſſa, ſed cum decreto. *Quod Puel-
la de novo eligenda viſitaretur à Viſitatoribus Archiconſ.* & in
ſequelam iſtius licentiæ, & Decreti fuit ab eodem expleta
nova electio, ex quo facto apertè conſtat de ſolito Archicon-
fraternitatis viſitandi Puellas extraneas ab eodem electas.

Agnoſcit Gaſpar neceſſitatem Viſitationis, & ideò illam
excludere ſatagit, offerendo probationem qualitatis Puellæ
electæ cum fide Parochi, ſed fruſtra, quia Iſabella Teſta- 31
trix demandando ſulutionem Dotis Sodalitati Suffragii, vi-
detur confidiſſe de diligentia Officialium ejuſdem Sodalita-
tis, non verò Parochi, ex allegatis per *Gratian. diſcept.*522.
*num.*8. & ideò communiter Sodalitates Urbis viſitant Puellas
per ſuos Officiales, neque contentantur fide Parochorum, ut
eſt notorium; Et congrua ratio hæc eſt quòd circa qualitates
Perſonarum non eſt, multum credendum Fidibus Parocho- 32
rum, cùm ad illas faciendas, ſive propter proprium verum,
ſeu propter familiarum, & Puellarum exſtimationes ſint nimis
faciles, ut in debilioribus terminis reſolvit *Cong. Refor. Urbis*
cum approbatione Papæ apud *de Luc. de Credit, & debit. diſc.*
153. *in fine*, & notat *Seta de Offic. Lorumten. cap.*26. *num.*12.
quem ſequtus ſui *tom.*3. *par.*2. *diſcept* 2. *num.*39.

Die 11. Jan. 1721. propoſita Cauſa in Congr. Concil. fuit
reſcriptum: *Puellas non eſſe ſubjectas Viſitationi Archicon- 33
fraternitatis, ſed ſufficere exhibitionem atteſtationis Parochi
de honeſtate, quæ exhibitio fiat Archiconf.* Adverſus quam
die 8. Febr. ejuſdem anni neque etiam concedere voluit no-
vam audientiam.

## DISCEPTATIO XI.

### Spoletana Funerum.

PRO

Parochis Civitatis Spoleti.

CUM

PP. Barnabitis ejuſdem Civitatis.

### ARGUMENTUM.

*Parochi quando poſsint ingredi Eccleſias Regularium occaſione aſsociationis Cadaverum ad illorum Eccleſias, cum Superpelliceo, Stola, & Cruce elevata.*

COnſueverunt à tempore immemorabili Parochi, tàm
Sæculares, quàm Regulares Civitatis Spoleti in aſſo-
ciatione Codaverum Defunctorum Parochianorum, qui ſe-
1 pulturam elegerunt in Eccleſiis, ſivè Secularibus, ſivè Re-
gularibus ingredi eaſdem Eccleſias, & præſertim illam PP.
Barnabitarum cùm Superpelliceo, Stola, & Cruce elevata,
ibique Officio Funerali ſimpliciter aſſiſtere, ut deponunt
teſtes, dati in Summario nec non deponunt etiam omnes Pa-
rochi, tàm Sæculares, quàm Regulares juxta documenta
exhibita in eodem Summario.

Verùm defuncta Magdalena Votalarcha, prævia electio-
ne Sepulturæ in d. Eccleſia Barnabitarum, iſti cœperunt
prætendere, quòd illius Parochus ingredi non poterat eorum
Eccleſiam cum Superpelliceo, Stola, & Cruce, ibique
2 Exequiis aſſiſtere, quocirca Epiſcopus mandavit, prædi-
ctum Cadaver deponi in Eccleſia S. Philippi Nerii, donec
controverſia finiretur.

Hinc remiſſa Cauſa ad hanc S. C. ad Inſtantiam dd. Reli-
3 gioſorum contra omnes Parochos Civitatis, superventaque
Informatione dicti Epiſcopi, contingit hodiè duo dubia diſ-
putare, quæ affirmativè videntur reſolvenda.

Quoad primum dubium videtur clara illius affirmativa re-
4 ſolutio; Habemus enim caſum punctualiſſimè deciſum à S.
C. Epiſc. *in Firmana 29. Nov.* ibi: *Parochi occaſione funerum
poſſunt ingredi Eccleſias Regularium cum Superpelliceo, & Sto-
la, dummodò Officium ſuper Cadavera peragant ipſi Regul. &
in Placentina 9. Nov. 1663. & 7. Dec. 1668.* Nec non idem
ſemper reſolvit hæc S. C. & ſignanter *in Eugubina 12. Maii
& 5. Julii 1613. in Placentina 23. Maii 1619. & in Catanien.
Civitatis Platiæ 12. Oct. ejuſdem anni*, teſte *Pignatell. con-
ſult. 48. à num. 26. tom. 3.* & in terminis Barnabitarum Urbis
habemus reſolutionem hujus S. C. 20. *Maii* 1604. quam refe-
runt, & ſequuntur adducti per *Barboſ. in Summ. Apoſtol. dec.
5 collect. 558. nu. 7. & de Offic. & poteſt. Parochi cap. 26. nu. 80. &
Panimol. dec. 1. annot. 10. num. 30.* Quamvis autem in prædi-
ctis reſolutionibus non fiat mentio Crucis, attamen ſi licet
ingredi cùm Stola, multò magis licebit ingredi cum Cruce,
ut advertit *Pignatell. cit. conſult. 48. num. 41.* ibi: *Quinimmò
ſi licet ingredi cum Stola, multò magis licebit ingredi cum Cruce.*

Et ratio eſt, quia Stola ſinè illius exercitio actuali non eſt
ſignum juriſdictionis, ſed Veſtis Sacerdotalis *Can. Eccleſia-
6 ſtica diſt. 23. Concil. Bracarenſ. 3. cap. 3. & Toletan. 4. cap. 39.
Nicol. Ploruit. de Sacrific. Miſſæ cap. 1. num. 5. & 6. Theodoſ.
Rub. in ejus Reſponſ. impreſſ.* apud *Gratian. cap. 298. num. 61.
Pignatel. concluſ. 48. num. 26. tom. 3.* quos in terminis duriori-
bus ſequuta fuit *Rot. in Savonen. Aggreg. 15. Junii 1699. §.
Non obſtat cor. Pio* ibi: *Non obſtat, quòd Stola ſit ſignum Ju-
riſdictionis, ideoque non concedenda ſimplici Sacerdoti &c.
7 Quippè aliud Stola ſignificat in Epiſcopo, aliud in ſimplici
Sacerdote; Nàm in primo circumdat collum, quaſi haſtam vi-
bret contra hoſtem; In ſecundo verò ſignificat ligamen, quo
Chriſtus ligatus fuit ad collum &c. Et propterea eſſe ſignum
æquivocum, nec importare juriſdictionem, niſi illam deferens
expeat Parentialia, firmat modern. Pignatell. conſult. 48. nu-
mer. 26. 40. & ſeqq. tom. 3.*

Et per conſequens illius delatio licita eſt cuicumque ſimpli-
8 ci Sacerdotl in quacumque Eccleſia, quia utitur habitu, ipſi
conceſſo, ac proinde etiam Parochis in Eccleſia Barnabita-
rum, ut in præciſis terminis ratiocinatur *Pignatel. conſult. 48.
num. 40. tom. 3.*

Idem dicimus de Cruce; Etenim illius delatio non eſt actus
9 Juriſdictionis, ut de Cruce Archiepiſcopi, quod ſcilicet il-
lius delatio in Diœceſi exempta ſinè benedictione, non ſit
actus juriſdictionis, tradunt *DD. in clement. Archiepiſcopo, de
Privil. in 6.* inter quos *Anchar. num. 6. & Imol. num. 4. & 10.
Gratian. cap. 467. nu. 25. & 29. Quarant. in Sum. Bullar. verb.
Archiepiſc. num 28. Burat. dec. 321. num. 3.* & proſequitur *Pi-
gnat. d. conſult. 48. nu. 40. & 41. tom. 3.* ibi: *Stola ſinè ſuo exer-
citio non eſt ſignum præcipuum Juriſdictionis, ſed Veſtis Sa-
cerdotalis &c. neque Crucis delatio, ut de Cruce Archiepiſcopi* 10
*in Diœceſi exempta ſinè benedictione, quod ſcilicet ejus delatio
ſine benedictione non ſit actus juriſdictionis tradunt Doctores in
clem. &c.* & docet *Rot. in Trojana Delationis Crucis ſuper bo-
no Jure 10. Decembr. 1708. cor. Aldrobando §. Quicquid ſit* 11
ibi: *Contrarium teneant, quod ſcilicet ſit devotionis ſignum,
ſub quo defunctus vivens militavit Vitalin. in clem. Archiepiſc.
nu. 5. de Privil. Paſſer. de Stat. homin. q. 187. art. 4. ſub n. 186.
n. 2. Pax. Jord. var. lucubr. lib. 11. tit. 2. quæſt. 91. tom. 2.*

Decreta verò S. C. de facili in contrarium alleganda, nil
aliud decernunt, niſi quòd Parochus non poſſit ingredi Ec- 12
cleſiam Regularium cum Superpelliceo, Stola, & Cruce,
ibique Officium peragere ſuper Cadaver Defuncti, non au-
tem, quod nequeat ingredi ſi velit cum eadem Stola, Cruce,
& Superpelliceo, dummodo Officium non peragat ut explicat
*Pignatell. in d. conſult. 48. num. 42. tom. 3.* ibi: *Decreta verò S.
C. tàm Rituum, quàm ſuper Epiſcopis, & Regularibus, quæ* 13
*videntur eſſe contraria, nil aliud decernunt, niſi quòd Paro-
chus non teneatur, nevè poſſit ingredi cùm Stola, Cruce, &
Superpelliceo Eccleſiam Regularium, ibique etiam Officium pe-
ragere ſuper Cadaver Defuncti, non verò quod nequeat ingre-
di, ſi velit, cùm eadem Stola, Cruce, & Superpelliceo, dum-
modò Officium non peragat.*

Quamvis autem prædicta exuberare videantur pro favo-
rabili reſolutione, adhuc ex abundanti addimus inconcuſſam,
& immemorabilem conſuetudinem, vigentem favore Paro- 14
chorum ingrediendi Eccleſias Regularinm, & præſertim il-
lam Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, & Cruce ele-
vata, ibique aſſiſtendi exequiis Defunctorum Parochiano-
rum, de qua teſtis, omni exceptione major, eſt Epiſcopus
in ejus Relatione, & concordant omnes Parochi Civitatis
Spoleti, tàm Sæculares, quàm Regulares in authentica at-
teſtatione data in Summario.

Eademque veritas comprobatur ulteriùs ex depoſitionibus
ſex teſtium, quorum quatuor ſunt Sacerdotali Dignitate in-
ſigniti, & ſupra annum ſeptuageſimum eorum ætatis, Vi-
gore enim hujuſmodi immemorabilis conſuetudinis allegare
poſſumus ſolemnem Partium conventionem, Apoſtólica au-
thoritate roboratam, omnemque alium meliorem titulum
de Mundo juxta nimis notam efficaciam immemoralis con-
ſuetudinis, de qua *Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. num.* 15
*71. Rot. deciſ. 318. num. 28. cor. Priol. & in rec. dec. 11. per tot.
part. 2. & deciſ. 671. num. 16. par. 18.* & ad ornatum *Card. de
Luc. lib. 4. deciſ. 12. num. 6. & ſeqq. in Mantiſſa*, & in noſtris
præciſis terminis notant *Gob. conſult. 118. num. 6. & conſultat.
119. num. 27. Ventrigl. in Praxi tit. de Defun. & exequ. annot.
31. num. 37. & Rot. in d. Trojana* 10. *Decembr.* 1708. *§. Neque,
& per tot. cor. Aldobr.*

Et in debilioribus terminis conſuetudinis minoris temporis,
& levioribus documentis probatæ, reſolvit hæc Sac. Congr.
favore Parochi Caſtri Viſſii adverſus PP. Minores Conven- 16
tuales S. Franciſci *in Spoletana Juris deferendi Stolam* 1. *Ju-
lii* 1702. *Ponente Card. Gabriellio* ibi: *An Parocho Terræ
Viſſi liceat deferre Stolam in Eccleſiis Regularium occaſione Ca-
daverum in caſu &c. Sac. Congreg. reſpondit affirmativè, dum-
modò non peragat Officium.*

Non relevante quadam atteſtatione Rectoris Jeſuitarum
Spoleti, quòd Parochi in aſſociatione Cadaverum ad eorum 17
Eccleſiam ingreſſi fuerunt ſinè Cruce, & Stola, *diebus* 15.
*Decembr.* 1707. & 3. *Aprilis* 1709.

Tum quia non percutit caſum controverſum, neque reſpi-
cit Eccleſiam PP. Barnabitarum, ſuper qua unicè, & præ-
ciſè præſens vertitur controverſia, adeoque ad illam non eſt
trahenda. Tum etiam quia eſt ſimplex fides, & extrajudi- 18
cialis atteſtatio, lite pendente, & ſinè noſtra citatione men-
dicata, adeoquè nullam facit probationem *Rot. deciſ. 700. nu-
mer. 27. par. 2. & deciſ. 39. num. 44. & deciſ. 395. num 4. par. 12.* 19
*rec. & cor. Priol. deciſ. 395. num. 9.* Inſuper eſt unicus, & ſo-
lus teſtis, ſicque nil probat juxta *Text. in cap. Licet, de Te-
ſtib. l. Juris Jurandi C. eodem*, cum aliis cumulatis per *Pax.
Jord. var. lucur. tom. 3. lib. 14. tit. 18. de Teſtib.* & quod magis 20
eſt illius atteſtatio concernit proprium, ejuſque Eccleſiæ
commodum, & per conſequens venit omninò rejicienda,
ut in ſimilibus terminis firmavit *Rot. deciſ. 179. num. 6. coram
Royas, & deciſ. 284. num. 2. cor. Celſ. & in rec. deciſ. 180. nu-
mer. 9. part. 15.*

Ejuſdem farinæ ſunt atteſtationes quorundam Ruſticorum. Quia, præſcindendo ab eò, quod non coarctant negativam, dum duo ex illis ſimpliciter dicunt, aliquoties fuiſſe aſportata Cadavera ad Eccleſiam Barnabitarum, abſquè
21 eo quod Parochi ingreſſi fuerint cùm Stola, & Cruce, quod non præjudicat noſtræ conſuetudini, ex notiſſima regula, quòd obſervantia interpretativa, ut in præſenti, non deſtruitur ex aliquibus actibus negativis, *Rot. deciſ.674. nu-*
22 *mer.21. par.19. rec.* Reliqui autem duo ſimpliciter referunt oppoſitionem Bernabitarum occaſione aſportationis Hippolytæ Roſariæ Spadæ de menſe Martii ſuperioris anni, qui caſus eſt unus ex illis, qui cauſam dederunt præſenti controverſiæ.

Adhuc facillimè reſpondetur; quod illi teſtes ſunt ruſtici,
23 & viles, & prorſus ſuſpecti, tanquàm laboratores Barnabitarum, & ab ipſis ſaliariati, ſicque eo minùs probant, ut, cœteris relatis, notant *Gabr. lib.1. tit. de Teſtib. concluſ.10. nu.4. Rot. ad ornat. Card. de Luc. lib.16. dec.32. nu.33. in Mantiſſa.* Verſa autem vice noſtri teſtes ſunt plures numero, nempè 17. deponunt de viſu, deque facto proprio, & de re ad eorum officium ſpectante, ſuntque tandem omni exceptione majores.

I. Nempè Epiſcopus in ejus Relatione, cui tanquàm veriſimiliter informato de ſtatu, & conſuetudinibus ſuarum
24 Eccleſiarum maxima fides debetur, *Rot. cor. Ludov. dec.482. num.6. & cor. Cerr. deciſ.524. num.5.* ubi, quòd in materia conſuetudinis atteſtatio Ordinarii plenam conſtituit probationem etiam ſine adminiculo aliorum teſtium, & in *rec. dec. 305. nu.12. par.19. & dec.469. nu.18. par.19.* ibi: *Quibus, utì veriſimiliter informatis de ſtatu, & qualitate Eccleſiarum, de-*
25 *ferri conſuevit:* & *num.68.* ibi: *Et etiam tanquam Ordinarius, cujus judicio, utì veriſimiliter informati de ſtatu, & conſuetudinibus ſuarum Eccleſiarum totaliter deferendum eſſe: & in Pampilonen. Exemptionis 25. Junii 1706. §. Vel ſi ad omne cor. Anſald.*

II. Decem Parochi, qui perſonaliter intervenerunt aſſociationi Cadaverum, & ingreſſi fuerunt Eccleſiam Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, & Cruce, ibi: *Nell' ac-*
26 *compagnare i Cadaveri delle noſtre Cure, e Parrocchie &c. ſempre l'abbiamo accompagnati con Cotta, Stola, e Croce eretta, e nell'iſteſſo modo, cioè con Cotta, Croce, e Stola ſiamo entrati ad aſſiſtere alli funerali, & eſequie de medemi Cadaveri in qualſivoglia Chieſa di queſta Città, e fuori di eſſa ſenza alcuna differenza, o contraſto de Regolari &c. e particolarmente quando ci è occorſo portarli alla Chieſa &c. de PP. Barnabiti &c. perche queſto è lo ſtile, e conſuetudine immemorabile di queſta Città &c.* Itaut de noſtris teſtibus, ad illorum fidem augendam, verificentur ea, quæ leguntur apud *D. Jo:*
27 *Epiſt.1. in princ.* ibi: *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt &c. teſtamur, & annunciamus.*

III. Quatuor teſtes Sacerdotes, uno ore deponentes de
28 conſuetudine immemorabili ingrediendi Eccleſiam Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, & Cruce erecta, ibique aſſiſtendi exequiis, quorum fides ex qualitate Sacerdotali multùm augetur, *Capyc. Latr. deciſ.12. num.14. & Rot. deciſ.276. num.16. par.10* cum aliis, citatis *in tom.1. part.1. diſcept.3. num.41.*

IV. Demum duo alii teſtes nobiles, atteſtantes, ibi: *Del*
29 *meſe di Novembre dell'anno 1708 fu dal Paroco della Chieſa di S. Salvatore &c del fu Sig. Camillo Glandi alla Chieſa de PP. Barnabiti, aſſieme con li Fratelli della V. Compagnia di Santa Catarina, dove io ſui preſente, come uno delli Confratelli, e con tal'occaſione viddi, & oſſervai beniſſimo, che detto Curato entrò in detta Chieſa, e vi ſtiede con Cotta, Stola, e Croce eretta, & aſſiſtè all'eſſequie di detto Cadavere.* Necnon idem deponit alter teſtis, æquè nobilis, quibus tanquam nobilibus, & de viſu deponentibus multùm eſt deferendum, ex adductis *in tom.1. par.1. diſcept.4. num.64.*

Addentes pro favorabili reſolutione præſentis dubii, quod noſtra conſuetudo uniformatur *Statuto Cleri Urbis*, in his materiis omnium inferiorum Civitatum normæ, & magi-
30 ſtræ, ex adductis per *Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. allegat.76. num.35. Card. de Luc. de Judic. diſc.37. num.20. & Rot. deciſ.469. num.62 & deciſ.560. num.2. & 3. part.19. rec.* Illud enim *in cap 5. § 9 in addit.* diſponit, quod Parochi aſſiſtere poſſint cum Stola Officio funerali in Eccleſiis Regularium, ibi: *Aſſiſtentibus quoque, ſi velint, cum Stola Parochis ſupradictis.* Obſervantes ulteriùs, quod aliàs monſtruoſum eſſet, ac membra majori pollerent prærogativa, ac gaudeat Caput,
31 dùm Eccleſia Barnabitarum Urbis, in qua P. Generalis reſidet, ex punctuali reſolutione hujus Sacr Congr. ſequutæ à *Barboſa, & Panimolla locis ſupra citatis*, non habet exemptionem illam, quam prætendit Eccleſia Spoletana, quod abſurdum egregiè comprobat *Rot. deciſ.295. num.9. & 10. cor. Priol. & dec.70. num.50. par.13. rec.*

Ex quibus promanat affirmativa reſolutio 2. *Dubii* eſſe reſtituendum Cadaver ad effectum ſcilicet ſepeliendi in dicta 32
Eccleſia cum Aſſiſtentia Parochi illius exequiis cum Superpelliceo, Stola, & Cruce elevata.

Die 19. Julii 1710. propoſita Cauſa in C. R. per Cardin. Capraram ſub duobus dub.

*I. An liceat Parochis in aſſociatione Cadaverum ingredi Eccleſiam PP. Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, &* 33
*Cruce, ibique Exequiis aſſiſtere.*

*II. An ſit reſtituendum Cadaver Magdalenæ ad effectum ſe-* 34
*peliendi in dicta Eccleſia.*

Ad primum reſponſum fuit: *Negativè, ſalvo Jure proban-* 35
*di immemorabilem conſuetudinem.*

Ad ſecundum *Affirmativè.*

Longè diverſum exitum habuit alia ſimilis Cauſa *Parmen. Funerum*, de qua in *ſequenti par. diſcept.6.* ea ratione, quam 36
his verbis adducitur. *Faber. in Epiſtol. ad Lector. ſui Codic. Idem planè Senatus eſt, ſed non iidem Senatores*, quem ſequutus ſui *in Inſtit. Crimin. lib.2. tit.20. num.78. & Rot. deciſ.* 37
*183. in princ. cor. Emer. jun.*

---

# DISCEPTATIO XII.

## Nullius Diſpenſationis.

*INTER*

Hyacinthum.

*ET*

Ceciliam.

### ARGUMENTUM.

*An, ad evitanda ſcandala, vitæquè periculum concedenda ſit diſpenſatio contrahendi Matrimonium cum illa Matre, quam aliquis carnaliter cognovit antequam ſervatis ſervandis Matrimonium contraheret, & conſumaret cum ejus Filia.*

MAtrimonialibus ſolutus legibus uſque de menſe Junii 1711. Hyacinthus, Veneris tractus illecebris, ac furenti captus amore Ceciliæ, Uxoris tunc viventis Antonii, eam ità perditè adamavit, ut non ſemel copulam cum ea habuerit; At zelotypus prædictus Ceciliæ legitimus Vir, cum 1
quadam die dictum Hyacinthum in propria domo ſolum cum ſolo dicta Cecilia reperiiſſet, juſto commotus furore, ambos necare tentavit, quod periculum evadere ſatagens Hyacinthus, ſe declaravit ibidem adeſſe Matrimonii ineundi cauſa cum eorum filia Eliſabetha, quibus verbis pacatior factus dictus bonus Vir Antonius, effectuationem Matrimonii prædicti cum Eliſabetha omnino procuravit, reluctantibus animo, & factis, tàm Hyacintho, quàm Eliſabetha, antecedentis copulæ ejuſdem Hyacinthi cum Cecilia Matre optimè conſcia; Verùm nullum inventum fuit diffugium ad declinandum juſtum furorem, & minas præfati Antonii, propterea que ſub die 7. Februarii 1712. Matrimonium per verba de præſenti in faciem Eccleſiæ ratum, & paulò poſt conſumatum fuit inter dictum Hyacinthum, & Eliſabetham, prout hæc omnia conſtat ex Summ.

Defuncto autem de menſe Novembr. anni 1712. ſupradicto Antonio, ceſſavit timor, qui cauſam dederat ſupradicto Matrimonio, nullo, tam propter dictum metum, quàm; & fortiùs, ob impedimentum affinitatis in primo gradu ex copula illicità, priùs habita cùm Cecilia, matre Eliſabethæ, 2
qua attenta, Hyacinthus conſcientiæ ſtimulis agitatus nullitatem prædictam propoſuit in Curia Archiepiſcopali, in qua aſſumpto formali judicio, ac attenta ponderatione, re maturè diſcuſſa in plena Congr. coram Card. Archiepiſcopo, conſtitit de nullitate aſſerti Matrimonii, & proptereà ſub die 8. Auguſti 1714. eadem Curia Sententiam protulit, declarando dictum Matrimonium fuiſſe, & eſſe nullum, ac liberum Conjungibus, eum, vel revalidare Apoſtolica diſpenſatione, vel ad alias nuptias cum aliis Perſonis convolare. In cujus ſententiæ ſequelam die 25. ejuſdem menſis, & 3
anni prædicta Eliſabetha Matrimonium in faciem Eccleſiæ contraxit cum Nicolao Franciſco, fueruntque datæ atteſta-

atteſtationes de ſtatu libero, tàm dicti Hyacinthi de menſe
Octobris 1714. quàm etiam ſupradictæ Ceciliæ de menſe De-
cembris ejuſdem anni.

Poſt hæc, juxta æquè ſolitum, ac deteſtabilem Aman-
tium morem priſtino cum Cecilia carnali reintegrato illicito
affectu, Veneris ſtimulis, ac veſana libidine victus præfatus
Hyacinthus, eandem Ceciliam iterùm carnaliter cognovit,
& ex copula ejus uterus intumuit. Redeuntes verò ad Patriam
4 profugi quinque Ceciliæ fratres, reperierunt eorum ſtemma
in diverſo ſtatu, noviſque armis ornatum, quòd indignè fe-
rentes, non ſemel quæſiverunt ad necem Hyacinthum, &
Ceciliam, morte utriuſque injuriam vindicare minitantes,
quod contigiſſet utique, cùm alioquin ſint ſoliti minas, exe-
qui, & homicidia perpatrare aſſueti, ut fuit juſtificatum in
Summ. niſi in tali vitæ diſcrimine conſtituti, incommodo
graviditatis Ceciliæ non parcentes, unà cum legitimis filio,
& filia pubertatem egreſſi, Romam veniſſent, ſperando
à clementia Summi Pontificis obtinere diſpenſationem, ut
poſſint invicem Matrimonialiter jungi, tàm ad evitandum
5 æquè evidens, ac proximum periculum eorum vitæ, ac rein-
tegrandum honorem Ceciliæ, ſuæque Familiæ, quàm ad legi-
timam prolem in Urbe natam, & conſulendum honori alterius
filiæ nubilis, & filii legitimi, maxima miſeria oppreſſi, & for-
tiùs ut gratia Sacramenti naturalem illum amorem perficeret,
ac indiſſolubilem unitatem confirmaret, ut què liberarentur
ab illo imfeliciſſimo damnationis ſtatu, inquo miſerè vivunt.

Porrexerunt proindè ſupplicationem SS. prædicta omnia
candidè narrando, quæ de more remiſſa fuit ad Datariam,
quæ ſolitam expedivit facultatem pro peragenda pœnitentia
6 in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris; Inimicus autem humani
generis hoſtis, ſaluti Animarum eorundem miſerabilium
Supplicantium invidens, ſuperſeminavit zizaniam, inſiſten-
do apud Curiam Archiepiſc. ut tali diſpenſationi ſe oppone-
ret, cum ſuppoſito, quòd illa eſſet productiva ſcandalorum
in Civitate, effectu ſubſecuto, mediante Epiſtola ſcripta
Card. Prodatario, qui nè omnem clauderet portam, om-
nemque obſtrueret viam ſpiritualis ſalutis Oratorum, Cau-
ſam remiſit ad hanc Sacr. Congreg. pro Voto, & in ea ſub
die 4. Maii proximè præteriti 1715. fuit dictum *Audiatur E-
minentiſſimus Archiepiſcopus*, ejuſque Relatione perventa,
7 ſub die 19. Julii fuit dictum: *Deſcribatur in Folio:* Hinc pro-
ponitur hodiè d. dubium, cui ſicuti juſtitia non videtur con-
tradicere pro favorabili affirmativo reſponſo, ità, & for-
tiùs ex nota miſericordia, voti compotes fieri ſperant oratores
ex gratiá ſpeciali.

Ad quem effectum præmittimus, quòd hodiè proceden-
dum eſt cum illo ſuppoſito, quòd Matrimonium inter Hya-
8 cinthum, & Eliſabetham fuerit à principio nullum, pro-
ruſque inſubſiſtens juxtà Sententiam Curiæ Archiepiſcopa-
lis, quæ cum nihil aliud fecerit, quàm declarare idem Ma-
trimonium nullum, operatur, ut talis nullitas dicatur à
9 principio extitiſſe, juxtà *Text. in leg. Hæredes palam* §. *Sed
ſi quid ff. de Teſtamen.* cum concordantibus apud *Priol. deciſ.*
334. *num.* 25. & in noſtris terminis *dec.* 405. *à num* 9. *par.* 18.
*rec.* loquente in terminis Matrimonii, conſumati diuturna
Conjugum cohabitatione.

Hoc autem poſito in neceſſariam venit conſequentiam,
quòd diſpenſatio, pro qua ſupplicamus, cadit ſuper primo
10 publicæ honeſtatis, & affinitatis gradu, proveniente ex co-
pula cum Eliſabetha, in ſtatu quidem apparentis Matrimo-
nii, ſed in rei veritate nulliter à Hyacintho contracti, ne-
dum per vim, & metum, ſed etiam ob dictum dirimens im-
pedimentum cum eadem Eliſabetha, propter copulam, priùs
habitam cum Cecilia ejus Matre, ex adductis per *Rot. dec.* 8.
*per tot. cor. Arguell.* & *dec.* 262. pariter *per tot. cor. Otthob.* In
11 Impedimento autem primi affinitatis gradus, ex actu nulla-
tenùs legitimo, notum eſt paſſim Datariam diſpenſare, ſicu-
ti etiam in primo publicæ honeſtatis, concurrentibus præſer-
tim cauſis, quæ graviſſimæ, & multæ in præſenti caſu con-
currùnt.

Inter quas primo loco ſupplicamus præ oculis habere evi-
dens periculum mortis Oratorum, & infamiæ Ceciliæ, to-
tiuſque ejus Familiæ, & parentelæ, eò quia quinque fratres
ejuſdem Ceciliæ ſenſibiliter offenſi ſunt, ex proinde non ſo-
lùm dicere poſſumus Oratoribus mortem probabiliter immi-
12 nere, ſed certò certiùs, ſpectata conditione, & moribus eo-
rundem Fratrum, mortem quotidiè præ oculis habere, pro-
pter quas cauſas in fortioribus terminis Matrimonii validè
contracti Sacra hæc Congregat. benignè Inclinavit pro diſ-
penſatione in primo publicæ honeſtatis *in Cajetana* 27 *Julii*
13 1629. & *in Caven.* 17. *Novem. ejuſdem anni*, teſte *Barboſ.
ad Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de Ref. matr. cap.* 3. *num.* 12. & 13. & *in*
*Summ. Apoſt. dec. collect.* 257. *num.* 11. Et in durioribus termi-
nis conſanguinitatis *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.* 8. *cap.* 7. *nu-
mer.* 21. & *lib.* 7. *cap.* 2. *ſub num.* 73. *verſ. Et ibi*, ait: *Et ubi
adſunt graves inimicitiæ cum periculo vitæ, diſpenſatur in
gradibus propinquioribus, proùt annis retro lapſis in primo,
& ſecundo conſanguinitatis à communi ſtipite gradu diſpenſa-* 14
*tum fuit*, ut in formula, quam ibidem regiſtravit; Propte-
rea ex eiſdem cauſis, cum longè majori, & æquè evidenti
periculo in noſtris terminis concurrentibus, exaudiri beni-
gnè confidimus, ut ad conſilia pacis reducantur animi Fra- 15
trum Ceciliæ ad vindictam maximè concitati; Pro pace enim
inducenda Juris rigor relaxari ſolet, ut, pluribus cumulatis,
notat idem *Corrad. ubi ſupra num.* 77. ubi adducit verſum il-
lum: *Pax ut ſervetur, moderamen Juris habetur.*

Concurrunt prætereà aliæ æquè principales cauſæ, evi-
tandi ſcandala, fugiendi peccata, & alendi tres Filios Ce- 16
ciliæ cum eadem miſerrima Matre hic in Urbe degentes,
quæ ſolent in his terminis præ oculis haberi ex adductis per
*Coninch. de Sacram. diſp.* 33. *dub.* 5. *num.* 45. & *de Juſtis de Di-
ſpenſ. matr. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 22. ibi: *Aliquod grave pericu-* 17
*lum animæ, quod Oratores, niſi contrahant, certò incur-
rent, quia Papa, utì Pater univerſalis, tenetur ſtudere, &
invigilare, nè ſcandala, & peccata ſequantur.*

Quæ omnia, ut faciliùs percipiantur dignentur benignè
ponderare, quòd propter dictorum verè miſerabilem ſtatum,
eoſdem omnes, unà cum Hyacintho, unum continet Cubi- 18
culum, & quidem anguſtiſſimum nempè Ceciliam, Hya-
cinthum, Filiam pubertati nimis proximam, filiumque
puberem, & Infantulam, ultimo loco in Urbe natam:
Hæc autem multa, & magna ſcandala non aliter evitari
poſſunt, quàm ſalubri remedio diſpenſationis, quo Apoſto-
lica Sedes ſaluti Animarum intendens eiſdem prudentiſſimè
obviare ſolet; Undè *Corrad. lib.* 9. *cap* 2. *ſub numer.* 6. *verſ.
Poſſent* ait, quòd ad diſpenſationem imperrandam ſufficit, 19
quòd timeantur futura ſcandala, utpote periculum inimici-
tiæ, & necis Oratorum, vel quotiès timetur fornicationis,
ſivè inceſtus periculum ratione carnalis affectus inter ipſos;
*Felin.* verò *conſ.* 26. *num.* 19. *verſic. Non conſideran.* relatus
per *Sanchez lib* 8. *diſp.* 19. *num.* 9. & 10. docet, quòd ad ſcan- 20
dali veritatem ſufficit, vel probabilis timor inimicitiarum
Oratorum, vel concubinatus inter ſe, vel quòd mulier ra-
tione infamiæ non poterit nubere, atque incontinentiæ peri-
culum patiatur: Ob ſcandala enim evitanda, tolerantur multa
prohibita, ait *Pariſ. conſ.* 68. *num.* 232. *vol.* 4. & de cauſa alen- 21
di filios Viduæ idem *Corrad. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 80.

Et in terminis matrimonii validi, in facie Eccleſiæ con-
tracti, & deindè per Sententiam Eccleſiaſtici Judicis diſſo- 22
luti ob arctitudinem mulieris, quæ tractu temporis apparuit
non fuiſſe veram, habemus punctualem reſolutionem hujus
Sacr. Congreg. *in Oriolen.* 16. *Maii* 1711. in qua *ad evitandam
ſcandala, & diſſidia*, juxta præciſa verba Folii dicta die di-
ſtributi, reſpondit; *Concedendam eſſe diſpenſationem à vin-
culo Matrimonii rati*, quòd ex motivo impedimenti perpetui 23
nullatenùs ſubſiſtentis fuerat diſſolutum, permittendo utri-
que Conjugi, ut permanerent cum novo Conjuge, renovato
conſenſu ad formam Concilii.

Maximoperè ulteriùs influere videntur ad finem, quem
precibus reportare ſperamus, legitimatio prolis, in Urbe
natæ, & in poſterum forſan naſcituræ, nec non promptum 24
remedium conſulendi honeſtati alterius legitimæ filiæ Ceci-
liæ, cui evidens imminet periculum amittendæ pudicitiæ,
niſi ejus miſeriæ, qua laborat unà cum matre, promptè ſucur-
ratur; Sequuto enim Matrimonio cum Cecilia ejus Matre,
ex gratia, quam enixis precibus imploramus, induſtria Hya-
cinthi, paterno affectu eam tractantis, neceſſaria de facili
providebit, & ejus honeſtæ collocationi conſulet ſimul, &
alterius in Urbe natæ, quæ omnia non aliter ſperari poſſunt,
quàm à legitimo Matrimonio, inter Oratores contrahendo,
ut de ſe patet.

Benignè etiam ſupplicamus advertere, quod ultrò admit-
tentes, copulam à Hyacintho cum Cecilia habitam, fuiſſe
admodùm deteſtabilem, ad effectum diſpenſationis, de qua 25
agimus, non videtur poſſe illam retardare, eò quia ad eam
deventum fuit non animo faciliorem reddendi S. Sedem ad
diſpenſandum, ſed ex veſana libidine, atque ex priſtino car-
nali illicito affectu cum eadem Cecilia, ad recidivam fuit
idem Hyacinthus incitatus.

Nec dicatur, quod copula Hyacinthi cum Eliſabetha
habita tempore quo Matrimonium non fuerat declaratum
nullum, ſed in ſtatu validitatis, illa dicatur produxiſſe 26
impedimentum in primo affinitatis ex copula licita, in
quo diſpenſari non ſolet, niſi inter magnos Principes, &

ex publica cauſa, ut dicitur *in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Ref. matrim. cap. 5.*

Objectum enim non ſubſiſtit, quia poſita declaratione nullitatis Matrimonii, hæc retrotrahitur ad illius principium, & operatur idem, ac ſi ab initio non fuiſſet, ex ſupra adductis, & proinde quicquid fit ad effectum evitandi peccata,
27 certum videtur, quòd ad inducendum impedimentum ex copula licita, id non ſubſiſtit, eo quia poſita nullitate Matrimonii, copula inter Conjuges habita non poteſt dici licita, ad hoc ut ex illa oriatur illud idem impedimentum, quod unicè oritur ex Matrimonio à principio valido, & nunquam declarato nullo, ut de ſe patet.

Demum non obſtat grave, horrendumque ſcandalum, quod ex hujuſmodi diſpenſatione oriri aſſeritur, ut refert Archiepiſcopus, ubi ulteriùs aſſerit, per Sententiam nullitatis præfati Matrimonii rumorem invaluiſſe, quòd teſtes fal-
28 ſum in Judicio depoſuerint, & quòd Orator quando contraxit Matrimonium cum Eliſabetha diſpenſationem obtinuerit à Sacra Pœnitentiaria; Non enim omnia hæc inter ſe videntur cohærere, quia ſi verum fuiſſet, quòd teſtes falſum dixerant circa copulam, habitam à Hyacintho cum Cecilia, ad quid recurrere ad Pœnitentiariam pro obtinenda diſpenſatione? quæ non erat neceſſaria, poſita negativa copulæ inter dictos Hyacinthum, & Ceciliam.

Et tamen ſtrictè dicimus, quòd exageratus timor dicti rumoris in præſenti nullo modo obſtat, eo quia ſervatis ſervandis jam declaratum fuit nullum dictum Matrimonium Eliſa-
29 bethæ, quæ ſervatis pariter ſervandis tranſivit ad ſecundas nuptias cum N. cum quo conjugaliter vivit, ſuſcepta prole; Et proindè nullum omninò ſcandalum oriri poterit ex dicta diſpenſatione, quam ex motivis, & cauſis adeò urgentibus, & efficacibus obtinere ſperamus; Imò non ſine fundamento ſperare poſſumus, quòd in caſu noſtro ſumma ædificatio Populi eveniet ob vitationem dictorum maximorum ſcandalorum, ad quæ evitanda pia Mater Eccleſia ſuum fontem gra-
30 tiarum nunquam ſolita eſt claudere; Unicum verò ſcandalum, quod forſan poſſet oriri verificaretur tunc, quando Oratores reverterentur ad illam Civitatem, ubi moratur Eliſabetha, ſed huic poſſibili malo facillimè occurri poteſt cum clauſula, ſeu præcepto de nunquam accedendo ad dictam Civitatem, ut in terminis obſervat æquè doctus, ac in his
31 materiis exercitatus *Corrad. in Prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 7. cap. 3. num. 25.* Cui perpetuo exilio è propria patria, quamvis duriſſimo, æquè ac graviſſimo, ultrò ſe ſubjiciunt Oratores, id unum intendentes diſpenſationem benignè reportare pro æterna eorum ſalute, & ad obvian. imminentibus malis, ſupra recenſitis.

Die 28. Martii 1716. propoſita Cauſa in Congr. Concilii
32 ſub dubio; *An ſit concedenda Diſpenſatio*, reſponſum fuit: *Negativè & ad D. Secretarium juxta mentem, & mens eſt, ut incumbat collocationi Mulieris, Filiarum, & Filii in Conſervatoriis, communicato conſilio cum D. Eleemoſynario.*

## DISCEPTATIO XIII.

### Ariminen. Matrimonii.

*INTER*

Danielem,

*ET*

Elenam.

### ARGUMENTUM.

*Ex motivo impotentiæ Viri, quibus concurrentibus locus ſit Matrimonii diſſolutioni, non præcedente triennali cohabitatione; Et quando locus ſit recognitioni Mulieris ad cognoſcendum illius Virginitatem, cujus aliqua ſigna oſtenduntur nullius efficaciæ ad illam demonſtrandam.*

CUM pro juſta Cauſarum notione oporteat quandoque caſtiſſimas Judicum aures, non ſolùm impudica ver-
1 ba, ſed pejora etiam audire, ut obſervat *Amen. in Prax. Crim. fol. 423. num. 38.* ubi, quòd commune eſt hoc incommodum etiam Theologis, & Moralibus, cum aliis, cumulatis *in tom. 3. par. 2. diſcept. 9. à num. 9* ubi ex *Zacch. Quæſt. Medic. Leg. tom. 1. lib. 7. tit. 1. quæſt. 8. num. 37.* obſervavimus, *nullam eſſe in illis verbis indecentiam, quæ ad laudabilem finem, propalandamque rei veritatem proferuntur,* Ideò ſupplica- 2
mus, Nobis ignoſci, verba facientibus de diſſolutione illius Matrimonii ob Viri aſſ. impotentiam, quod in facie Eccleſiæ ſolemniter fuit contractum, ſervatis omnibus ſervandis, à Daniele cum Helena die 8. Octobr. 1713. pro cujus proindè validitate omnis militat præſumptio, ex vulgatis.

Quia verò prætenditur ex adverſo illius nullitas ex aſſ. perpetua impotentia ejuſdem Danielis ad demonſtrandam inſub- 3
ſiſtentiam contrariæ prætenſionis.

In Jure præmittimus, quòad ad Matrimonii diſſolutionem nunquam devenitur ex capite perpetuæ impotentiæ Viri, niſi illa adeò evidens ſit, adeoquè certa, & indubitata, ut nullo velamine, nulloque colore & exceptione offuſcari poſſit; Ea ratione, quia in circumſtantiis defectus viſibilis, & ex ſola Peritorum viſione, & recognitione apparentis, Matrimonium nullo temporis momento validum fuit, & proindè, deficientibus titulo, & ſubſtantia Sacramenti matrimonii, permitti à Judicibus non debet, ut Conjuges invicem matrimonialem vitam ducant, ſed illud ſtatim declarandum eſt nullum, ut notant *Pont. de Matrim. lib. 7. diſput. 107. nu-* 4
*mer. 3. Panimol. deciſ. 52. num. 2. De Juſt. de Diſp. Matrimon. lib. 2. cap. 17. num. 26. De Angel. de Confeſſ. lib. 2. quæſt. 47. numer. 7. & 8.* cum aliis, cumulatis *in tom. 1. par. 1. diſcept. 12. num. 29. & per tot.*

Quòd communiter ampliant Theologi, & Canoniſtæ, ut ſine ulla difficultate procedat in eo caſu (qui eſt noſter præ- 5
ciſus) quando Mulier non reclamat ſtatim, ſed poſt annum & per multum temporis ſpatium tacet, & Viri prætenſam impotentiam in judicium non deducit. Idque duplici ratione: Prima quia mulier, in his circumſtantiis allegans 6
Viri impotentiam, duas contra ſe præſumptiones habet: Primam, deſumptam ex ejus longa taciturnitate. Secundam verò ex contraria aſſertione Viri; quæ adducitur in punctuali *Textu in cap. 1. de Frigid. & Malef.* ibi: *Illa autem ſi* 7
*prior poſt annum, aut dimidium ad Epiſcopum, aut ejus Miſſum proclamaverit, dicens, quòd non cognoviſſes eam; Tu autem contrarium affirmes; Tibi credendum eſt, quòd caput es mulieris, quia ſi reclamare voluit, cur tamdiù tacuit? Citò enim, & in parvo tempore ſcire potuit, ſi ſecum coire potuiſſes,* ubi communiter *Repetentes*, cum aliis, citatis *à Pi-* 8
*rhing. in Jus Can. lib. 4. tit. 15. de Frig. & Malef. §. 3. num. 14. fol. 145. Sanch. de Matr. lib. 7. diſp. 109. num. 2. 10. & ſeqq. & Pont. eodem Tract. lib. 1. cap. 66. num. 7. & 11.*

In facto verò præmittimus, quòd circa d. prætenſam impotentiam nullo modo concordant Periti, de mandato hujus S. C. deputati. Prout nec etiam concordes ſunt Obſtetrices circa Helenæ prætenſam virginitatem.

Quoad Peritos N. N. primus Medicus Civitatis Urbini, & Prothomedicus generalis ejuſdem Status, attentiſſimè conſideratis omnibus partibus, generationi dicatis reſpectu 9
Danielis, illiuſque complexione, temperamento, omnibuſque aliis, ad effectum de quo, agimus, conſiderandis, in ea fuit opinione, *che tale impedimento non ſi può dirſi, nè deve dirſi mai perpetuo, & inſanabile, ma bensì guaribile,* Cujus fundatæ opinioni ſe ſubſcripſerunt pariter primus Medicus Civitatis Fani, necnon quinque alii inſignes Profeſſores: Quibus, uti reſtantibus de re, ad eorum profeſſionem ſpectante, omnis adhibenda eſt fides, ex adductis in noſtris terminis per *Baron. de Corp. tit. 17. de Viril. nu. 48. Layman. Theol. Mor. lib. 5. tract. 10. quæſt. 4. cap. 11. de Imped. ſub* 10
*num. 4. fol. 1012. De Angel. de Confeſſ. tom. 2. quæſt. 49. num. 8. Card. de Luc. de Matr. diſc. 9. num. 13. & Rot. dec. 80. num. 4. poſt Zacch. Quæſt. Med. Leg.* cum aliis, citatis *in Tom. 1. par. 1. diſcept. 12. num. 45.*

Et quòd magis eſt tertiùs etiam Peritus ab hac Sacr. Congregat. pariter deputatus, neque etiam ſecundùm præſen- 11
tem ſtatum Danielis habet illius prætenſam impotentiam pro perpetua, & inſanabili, dum præſcribit ei multa medicamina, experienda per ſpatium duorum, aut trium menſium, ut ex ejus Peritia.

Quò verò ad Obſtetrices, de mandato hujus Sacr. Congregat. deputatas, conſtans in facto eſt, quod una ex eis poſtquam attentiſſimè conſideravat Helenam ejuſq; partes gene- 12
rationi inſervientes, debita diligentia, & replicatis recognitionibus perluſtraverat, prima vice, nedum juratam emiſerat atteſtationem, eandem N. non eſſe virginem, illam adducendo bonam rationem, quia in ejuſdem ſecretoribus partibus propriis oculis viderat hiatum quen- 13
dam, propriiſque manibus recognoverat quoddam foramen capacitatis unius digiti, quòd in Virginibus nullatenus reperitur; Sed ulterius eandem facti verita-
tem

tem æquali ingenuitate, & candore ſequentibus cubitalibus
literis ejus Genitrici aperuerat, ibi: *Diſſi alla Signora I.
Madre della Signora E. che la det. ſua Figlia non era Vergine*.
Non attento, quod deinde contrarium depoſuerit, il-
lammet ipſam adducendo rationem, ad colorandum dictum
14 hiatum, æquè inſolitum, ac incompatibilem cum virginita-
te, quia recognoverat dictas partes tempore menſtruarum
purgationum, quando illæ ſolent eſſe laxiores: Tum quia
nimis inveriſimile, ferèque incredibile videtur, quod æquè
attenta, annoſa, ac prudens Mater Helenæ, permittere
voluerit, ut ad oſtendendam ejus Filiæ virginitatem, illius
recognitio fieret dicto tempore, quod ineptum videtur
ad ſimilia peragenda: Tum, & fortiùs, quia ſicuti ad-
mittimus, purgationes Mulierum poteſt illarum partes, gene-
rationi dicatas, aliquantulùm laxiores, humidioreſq; red-
15 dere, ita negari non poteſt, quod nullo modo apta ſint ad
operandum illum effectum, quem his verbis deſcripſit eadem
Obſtetrix. *Trovai, che il buco della natura era capace di un
deto*. Videtur enim nimis inſubſiſtens prætenſio, ut ſolidæ
illæ partes per quas transeunt Mulierum purgationes, à ſim-
plici, fluidoque humore taliter dilatari poſſint, ut relinquant
hiatum, permanentem, & fixum, ſola viſione apparentem
capacitatis unius digiti, ut de ſe notum eſt.
Ultra quod ſi veriſimilitudinis ſpeciem haberet inſulſa illa
conſideratio ejuſdem Obſtetricis, quod dictus hiatus, in
partibus generationi dicatis in Fœminis, ortum habere poſ-
ſet à menſtruis purgationibus Mulierum, ibi: *Era un poco
16 dilatato &c. come ſopra ſuole accadere, quando le Donne hanno
li meſtrui*, in neceſſariam conſequentiam ſequeretur, quod
illæ ſolùm puellæ virgines judicari poſſent, quæ dictæ pur-
gationes non habent, quod qnantùm abſonum ſit, de ſe
patet.
Alia verò Obſtetrix A. N. N. quæ non ſine magna affe-
ctatione, & præviis inutilibus expenſis, traducta fuit à Ci-
vitate Bononiæ, concordat etiam cum prima circa dictum
hiatum, ibi: *Si vede però intorno nelle parti eſteriori della
Natura, eſſer qualche picciola apertura*.
Neglecta prorſus divinatoria illa detorſione ejuſdem Ob-
ſtetricis, aſſerentis, *Poſſo giudicare, eſſer detta apertura cau-
17 ſata dalle dita*; Cum enim habeamus nimis veriſimilem, &
æque naturalem, ad propriam cauſam dicti hiatus, prove-
nientis à copula, pluries, à Daniele in figura matrimonii
tentata, & procurata cum He. eſt mera vanitas recurrere ad
purgationes menſtruas, & improprias, pueriliſque operatio-
nes cum digitis, ad obumbrandam veram, & naturalem cau-
ſam defectus virginitatis in eadem Helena: Omnis enim
actus ſemper referendus eſt ad ſuam naturalem, propriam,
præexiſtentem, & veriſimilem cauſam, non autem detor-
18 quendus eſt ad improprios, peccaminoſos, & futiles præ-
textus, ex adductis *in dec. 286. num. 17. cor. Cerr. & dec. 100.
num 56. cor. Anſald.*
Videntur hæc ſuperabundare ad effectum, de quo diſputa-
mus, eo quia inauditum eſt in Jure, quod ob prætenſam Vi-
ri impotentiam, non præmiſſo triennali experimento, à die
19 decreti Judicis computando, ſtatim deveniri poſſit ad diſſo-
lutionem illius Matrimonii, quod à Muliere ſer. ſer. in facie
Eccleſiæ contractum fuit cum Viro, *minimè valetudina-
riam ducente vitam, & in Virilibus, non ſolùm à Peritis
electis, verùm etiam hic Romæ ab expertiſſimo Anatomico,
me præſente, recognito, juxta Naturæ, & propriæ conſtitu-
tionis exigentiam formato*: Sunt verba tertii Periti, ab hac
20 Sac. Congreg. ut ſupra deputati; Ut enim obſervavi *in meo
Tract. de Matr. §. ultimo num. 6.* materia non poteſt eſſe deli-
catior, magiſque periculoſa, eo quia agitur de valore unius
ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, quod magnum appellat
*Apoſtol. ad Epheſ. 2. 52.* quodque alia Sacramenta præcellere
ratione inſtitutionis, loci, temporis, & ſignificationis, ob-
21 ſervant *D. Auguſt. de Bon. coniug. cap. 18. Dionyſ. Carthuſ. in
Summ. Orthod. Fid. lib. 4. cap. 162. & Sylveſt. Prier. in Sum.
verb. Matrimonium 1. num. 3. & ſeq. & Coccin. adnotat. 74. in
fine*, ubi, quod in hac materia (loquendo in punctualibus
terminis noſtri caſus,) *omnis modus quærendus eſt pro ve-
ritate habenda, quia Judex nimis oneratus eſt*.
Quibus additur, quod circa interna vitia Penis Danielis,
quæ exadverſo plus juſto exagerantur, ex noſtro Summario
concludenter conſtat, non unum, vel alium, ſed duos Pe-
22 ritos, multoſque inſignes Medicos, & quidem ex primariis
Status Eccleſiaſtici, non eſſe inter ſe concordes in ordine ad
prætenſam impotentiam ejuſdem Danielis, cum qualitate
inſanabilis, & perpetuæ. Unde eo magis procedendum non
videtur ad diſſolutionem matrimonii, de quo agimus, ſed
omnino videtur demandanda cohabitatio triennalis, ut in
terminis longè durioribus diſſenſus unius tantùm ex octo Pe-
ritis, ab hac Sac. Congr. deputatis, habemus caſum, pun-
ctualiſſimè deciſum in illa *Romana Matrimonii de Senſinis*, 23
in qua hæc Sacr. Congreg. attenta diſcordia unius dumtaxat
ex octo Peritis, re maturè perpenſa, die 10. Maii 1698. re-
ſcripſit: *Eſſe locum cohabitationi triennali*, & re maturè per-
penſa reſcriptum confirmavit die 16. Novemb. ejuſdem anni,
cum addito, ut Cauſa amplius non proponeretur, ut videre
eſt in *Tom. 1. par. 1. diſcep. 12. per tot.* & ſignanter 255. 24
Habemus pariter alium caſum in *Abulen. Matrimonii 9.
Aprilis 1718.* in qua hæc Sacr. Congregat. nullatenus habuit
pro perpetua impotentiam Viri, prætenſam ex eodem pror- 25
ſus motivo præproperæ ſeminis effuſionis, quæ in præſenti
exageratur: Demandando, ut ſuperſederetur in conceſſio-
ne licentię contrahendi ſecundum matrimonium reſpectu Vi-
ri, qui poſtquam declaratus fuerat impotens à Curia Eccle-
ſiaſtica Abulæ, reliquerat primam Uxorem, & cum alia
matrimonium contraxerat, & conſumaverat, Imo in dicto
caſu uniſona voce concordabant Periti in illa propoſitione,
his verbis regiſtrata *in Folio dict. die diſtributo §. Contraxit:
Periti, à Judice electi, eum habilem, & idoneum dixerunt
ad contrahendum, & conſumandum cum Virgine matrimonium,
ex quo potiſſimum temporis beneficio, immodicus ille calor, à
quo præpropera ſeminatio ortum ducebat, ceſſaverit*, quam
habent pro certa in noſtris terminis Periti, ab hac Sac. Con- 26
greg. in noſtro caſu deputati; Quod ſcilicet temporis benefi-
cio, & creſcentibus annis, immodicus ille calor, à quo re-
ſpectu Danielis præpropera ſeminis effuſio ortum ducit, ceſ-
ſare facilè poteſt, ut pro veritate, & conſcientia requiſitus,
cum juramento teſtatur dictus Prothomedicus N. N. in ejus
Peritia, ibi: *Replico, atteſto, e depongo ſecondo la mia pe-
rizia, che il detto difetto della ſollecita ſeminazione può emen-
darſi dal tempo*, Præcipuè ſi juxta Receptas eorundem Me-
dicorum utatur Daniel medicamentis refrigerantibus, &
Balneorum uſibus, loco aliorum calidiſſimorum, quibus uſus
fuit de præterito, & à quibus loco beneficii, maxima ex-
pertus fuit ſanitatis præjudicia, teſte ipſamet Helena in ejus
Poſition. 17.
Et nihilominus ad ſolius materiæ ornatum breviter percur-
rendo obiecta, quæ exadverſo fiunt, illa reducuntur ad qua-
tuor; Ad prætenſam nimirum confeſſionem Danielis, in 27
Poſitionibus emiſſam: Ad affectatam depoſitionem duarum
inhoneſtarum mulierum, teſtantium de copula, cum eis at-
tentata, ſed non perfecta: Ad medicamenta, quibus uſus
fuit idem Daniel, & à quibus aſſeritur exadverſo, nullam
omnino utilitatem conſequutum fuiſſe: Et demum ad alio-
rum Phyſicorum atteſtationes, aſſerentium, eundem eſſe
impotentem ad matrimonii conſumationem.
Conſtanter dicimus, quod non ſolùm omnia hæc, ſed
multò majora concurrebant *in dicta Rom. Matrim. de Senſi-
nis*, & tamen in nulla prorſus conſideratione habita fuerunt, 28
& meritò; Quia triennalis cohabitatio tunc ſolùm præcede-
re non debet diſſolutionem matrimonii, ob prætenſam Viri
impotentiam, quando hæc fidelibus Peritorum oculis taliter
ſubiecta eſt, vel per Virilium ariditatem, deficientiam, tor-
tuoſitatem, vel ſimilem defectum, æquè patentem, ac vi-
ſibilem, ut nulla tergiverſatione valeat excuſari; Secus ve-
rò qrando Vir habet omnes partes, generationi dicatas, be-
nè formatas, & constructas, ſed ejus impotentia deducitur,
& prætenditur ex ratiociniis, diſcurſibus, & ſpeculationibus
Phyſicorum: Tunc enim eo ipſo, quod dantur depoſitiones
aliorum Phyſicorum, mediantibus ſimilibus ratiociniis, &
diſcurſibus, inclinantibus in contrariam opinionem, ſemper
verum eſt, quod impotentia eſt ſolùm dubia, vel ad ſum-
mum conjecturalis, & probabilis, in quibus circumſtantiis 29
nunquam deveniendum eſt ad matrimonii diſſolutionem ſine
triennali experimento, incipiendo à die decreti Judicis, non
autem à tempore contracti matrimonii, juxta communem, 30
& receptam opinionem, cum qua proceſſit *hæc S. C.* in ſæpè
citata *Rom. Matr. de Senſinis*.
Quoad Danielis aſſertam confeſſionem, innixam reſpon-
ſionibus, datis contrariis Poſitionibus, illa non regit in fa- 31
cto, dum ipſe non negavit Penis erectionem, & ſeminis ja-
culationem, ſed faſſus fuit ſolam præproperam ſeminationem
in Venereis attentatis.
In qua parte concordat ipſamet Helena in ſuis Poſitioni-
bus, in quibus certum eſt, quod fateri dicitur id, quod in il-
lis ponitur, ex adductis *in dec. 326. num. 10 par. 19.* In illis
enim non negat Penis erectionem, ſed prætendit ſolùm, il-
lam non eſſe ſtabilis durationis: *Poſit. 9.* ibi: *Vedendo di non
poter avere la neceſſaria, e ferma erezzione: & Poſit. 16.* ibi:
*Non aveva l' erezzione durabile, & Poſit. 19.* ibi: *Per non
aver*

*averſerma, e durabile la neceſſaria erezzione*; Longè autem inter ſe diſtant, Virum nullam habere Penis erectionem, vel illam habere minùs ſtabilem, & brevis perdurationis; Eo quia in primo caſu defectus ejuſdem erectionis dicitur reſidere in partibus ſolidis, ſeu muſculis, & nervis, quæ juxta Medicorum prima principia difficillimæ ſunt curationis: In ſecundo verò ille dicitur conſiſtere in fluido, ſeu in humoribus, qui emendari facile poteſt, vel temporis curſu, & ætatis beneficio, vel refrigerantium medicamentorum uſu, quando provenit ab immoderato calore, vel à medicamentis calidis, quando ex contraria cauſa procedit.

Quoad affectatas Atteſtationes duarum inhoneſtarum Mulierum, reſpondemus, illis in hac parte nullam eſſe præſtandam fidem, non ſolùm ex multiplicibus defectibus contradi-
32 ctionis, inveriſimilitudinis, falſitatis, mendacii, periurii, exilii, & aliis exceptionibus, in facto comprobatis, *ad Tex. in can. Conſtituimus 3. q. 5.* ibi: *Conſtituimus, cum omnibus, qui nobiſcum ſunt Epiſcopis, ut homines &c. adulteri, inceſti, &c. Criminoſi, vel qui falſum teſtimonium dixerunt &c. nullatenus ad teſtimonium ſint admittendi, quia infames ſunt, & juſtè repellendi, quia funeſta eſt vox eorum*, cum aliis, ſequutis *à Rot. in Avend. Succeſ. 5. Junii* 1676. *§. Minus coram Bourlem.*

Sed etiam, quia ex copula de præterito ſemel, vel bis attentata, & non completa cum una, vel altera Muliere, non benè infertur ad concludentem probationem perpetuæ, & inſanabilis impotentiæ, quæ omninò præcedere debet ad ma-
33 trimonii diſſolutionem, ut in terminis practicatum fuit *ab Sac. Congreg. in d. Rom. Matrim. de Senſinis*, & patet *ex Tom. 1. par. 1. diſcept. 15. num. 5. & numer. 55.* In cujus caſu datæ fuerunt in Summario duæ authenticæ depoſitiones totidem æquè famoſarum, & pulchrarum Meretricium, quarum reſpectu verificabantur ea, quæ *ex Neviz. in Sylv. Nupt. libr. 4. verb. Eſt nubendum num.* 33. obſervavi *in Inſtit. Crim. libr. 2. tit. 7. num.* 62. Cum illo addito, quod eædem inhoneſtæ Mulieres teſtabantur de irrito conatu per longum ſpatium
34 duorum annorum cum omni commoditate, & facilitate ex parte earundem.

Et quod magis eſt ex Summario conſtat, eſſe meram calumniam id, quod una ex dictis vilibus Mulieribus auſa fuit aſſerere adverſus Danielis honeſtatem, concludenter demonſtratam ex juratis Atteſtationibus multarum nobilium Perſonarum Cæſenæ, & Cancellarii Curiæ Gubernatoris
35 ejuſdem Civitatis, qui coarctant etiam negativam acceſſus dictæ viliſſimæ fœminæ ad ejus Domum: In dicta verò *Cauſa Romana de Senſinis* atteſtationes duarum inhoneſtarum Mulierum ad unguem concordabant cum ſeria, & clara confeſſione ejuſdem Senſini, ibi: *Diſſe di aver anco cercato di*
36 *aver commercio carnale con varie Giovani belle, e di ſuo genio e con le medeme anco dormitoci con tutto il ſuo commodo, ne tampoco aver potuto conſumate l'atto venereo, benche dalle ſteſſe li foſſero ſtati fatti tutti li vezzi immaginabili per tal effetto*, de qua *in dicto tom. 1. part. 1. diſceptat. 12. numer.* 148.

Et tamen *in dicta Cauſa Senſini*, his omnibus non attentis, neque in minima conſideratione habitis, prorſus neglectæ fuerunt atteſtationes dictarum inhoneſtarum Mulierum,
37 concordantium cum depoſitione, & confeſſione ejuſdem Senſini: Unde eò minùs attendendæ videntur in præſenti dictæ affectatæ depoſitiones duarum viliſſimarum Fœminarum, non ſemel criminaliter proceſſatarum, in quibus continentur plura mendacia, & contradictiones, ac reperiantur ſyllabę, & quæ, non ſolùm concordant cum aſſertionibus Danielis, ſed ex diametro opponuntur ingenuæ, & literali ejuſdem ju-
38 ratæ confeſſioni, comprobatæ ex ſeria, & jurata depoſitione Cancellarii, & multarum Perſonarum nobilium Civitatis Cæſenæ, per ea, quæ notant adducti *in dec. 401. numer. 9. coram Emer. jun. & deciſ. 83. numer. 26. coram Anſald. &*
39 *in Roman. Hæredit. 1. Februarii 1715. §. Hæc teſtamentaria coram Criſpo.*

Quibus additur, quod, conſcientia ducta, una ex dictis viliſſimis Mulieribus primam depoſitionem retractavit, quod non ſolùm eidem Mulieri omnnem fidem adimit circa dictam atteſtationem, primo loco factam, ſed præjudicat
40 etiam alteri, quæ præſumitur pariter ſubornata, per ea, quę obſervant adducti *in Inſtit. Crim. lib. 4. titul. 2. num.* 96. quibus addo *Rot. in Capuana Juriſpatr. 16. Junii 1709. §. Fortiùs cor. Aldrov.*

Reſpectu medicamentorum, abſque maxima utilitate Danielis uſque adhuc adhibitorum, ex illo motivo, quod præſcripta ei fuerunt medicamina cum ſuppoſito, quod defectus proveniret à frigiditate, eo tempore quo provenit ab exceſſivo calore, clarè admiſit Helena in Poſit. 17. ibi: *Che li rimedj &c. li cauſorono una sì grave accidentale riſcaldazione nelli* 41
*Reni, che fù neceſſità &c. di farli medicare con medicamenti refrigeranti*, adeſt illa differentia inter præſentem, & alium caſum, diſputatum coram hac Sacr. Congreg. *in illa Roman. Matr. de Senſinis*, quæ reperitur inter maximam facilitatem illa inveniendi in hac Alma Urbe, & difficultatem illorum uſus in Civitate Ariminenſi, eo quia Senſinus nullum Empiricum, quem non conſulviſſet, & à quo non reportaſſet Receptam aliquam, adhibendam pro curanda ejus impo- 42
tentia, nullamque Aromatariam Urbis intactam reliquerat, à qua aliqua medicamenta non recepiſſet, ut fuit concluden- 43
ter probatum in Summario, exhibito in dicta Cauſa, & indicatur *in d. diſcep. 12. n. 53. tom. 1. par. 1.*

Et nihilominus prorsùs neglecta fuerunt omnia hæc, & multa alia medicamenta, quæ exagerabantur *in dict. Roman. Matrim.* ab hac Sac. Congreg. quæ *die 10. Maii* 1698. reſpon- 44
dit, *Eſſe locum cohabitationi triennali, non autem diſſolutioni Matrimonii*, & reſolutionem confirmavit *die 15. Novemb. ejuſdem anni* 1698. ea ratione, quia quando impotentia prætenditur probari à medicamentis, abſque fructu adhibitis, aliiſque atteſtationibus, & ratiociniis Medicorum, ſemper verum eſt, quod illa non eſt certa, evidens, & indubitata, ſed ad ſummum dici poteſt probabilis, & conjecturalis, in 45
quibus terminis nunquam locus eſt diſſolutioni Matrimonii ante cohabitationem triennalem, ex hucuſque animadverſis.

Pluſquam tacitè admiſſa fuerunt hæc ex parte Helenæ, quæ proindè non omiſit æquè inſolitos, ac improprios adhibere modos ad colorandam ſuam prætenſionem, mediante depoſitione duorum teſtium, aſſerentium audiviſſe à Danie- 46
le in confidentialibus diſcurſibus, habitis cum qualificato Religioſo, ipſum eſſe impotentem.

Ultra verò illam inhumanitatis notam quæ *à Cicer. Philippic.* 2. attribuitur illis, qui procurant, ut confidentiales diſcurſus publicentur, ſtrictè dicimus, quod eiſdem teſtibus nulla eſt præſtanda fides, nedum quia conteſtes nullatenus 47
ſunt in omnibus, & per omnia de loco, verbis, & tempore; Sed etiam quia idem qualificatus Religioſus contrarium ſerv. ſerv. depoſuit, & ingenuè faſſus fuit, Teſtimonium ſiquidem dicti Religioſi, Sacerdotis, graduati in ſua Religione, & nullum omninò habentis in hac Cauſa etiam minimum intereſſe, multi ponderis eſt, & omni Jure præferendum venit dictæ depoſitioni contrariorum teſtium, per ea, quæ obſervando qualitatem Sacerdotalem, & Religioſam notant addu- 48
cti *in Rom. prætenſi Matr. 20. Aprilis 1668. §. Et licet coram Card. Carpineo: & in Cajet. Matr. 18. Junii 1683. §. In præſenti cor. Cardin. Matthæjo, & in Peruſina Filiat. 13. Martii 1690. §. Non obſtat cor. Card. Capr.*

In conflictu præcipuè teſtium contrariorum, de quorum legalitate, & probitate non coſtat; Imò docemus de oppoſito in Summario, in quo idem digniſſimus, & qualificatus 49
Religioſus, poſtquam aſſeruit, unum ex eiſdem fuiſſe inquiſitum, & criminaliter proceſſatum, nullam habuit difficultatem ſequenti Interrogatorio: *An credat, quod dicti Presbyteri ſint homines cum juramento aliquid dicturi, quod verum non ſit*, ingenuè reſpondere non dubitavit. *Poſſo ſoſpettare, che per aderire à qualche loro Parziale poſſano dire con giuramento coſa, che non ſia.*

Quoad prætenſam Virginitatem Puellæ, ultra ea, quæ obſervavimus ſupra ſubjungimus; Obſtetrices, quæ de illa auſæ ſunt deponere, nullam mereri fidem, dum adducunt pro motivo eorum dicti rationem, prorſus ineptam, ibi: *Non* 50
*ho trovato laceratura, ne sù le labra della Natura, ne tampoco nell' Orificio della medema.* Eſt enim hodie inter Anatomicos communiter receptum, virginitatem non amitti per rupturam aliquam, vel illius panniculi, vocati Hymen, quod nullo modo datur, eſtque ens rationis chimericum: Vel per lacerationem aliarum partium ſolidarum, ut notat *Raynald.* 51
*tom. 3. cap. 31. num. 15.* ibi: *Anzi dice il Fontanella &c. che non ſi poſſa conoſcere dalla rottura del Pannicolo, chiamato Hymen per eſſere una chimera*, & concordant *Reyner. de Graff. in Tract. de Mulier. organ. generat. inſervien. par. 1. tit. de Hymen. Ver. Cum itaque*, impreſſo *in Bibliotec. anatom. part. 1. tit. de Infim. ventr. fol. mihi 592. Valeſ. de Sacra Philoſ. capit.* 52
25. ibi: *Nulla pars eſt in uteri ore, aut cervice, quæ virginitatis cuſtodia ſit, & in corruptione pereat, & Riolan. libr. 2. Anatom cap. 35. & Fernel. lib. 1. cap. 7.* ibi: *Ac potiùs cenſeo cervicis latera nondum Venerem expertis dumtaxat quaſi conglutinata connivere, quæ primus concubitus magna ex parte divellit*; cum aliis, citatis *in tom. 1. par. 2. diſcept. 29. num.* 2.

Teſti

Teſti autem, adducenti ineptam rationem ſui dicti, non
eſſe credendum, notant communiter Doctores, ut videre eſt
53 apud *Bald. in cap. Cum cauſam numer. 25. de Teſtib. Farinac.*
*eodem Tract. quæſt. 70. numer. 8. & ſeqq.* ubi, quod hæc con-
cluſio communiter recepta eſt inter Doctores, *Vermigl. conſ.*
*26. num. 6. Caren. de Offic. Inquiſit. par. 3. tit. 6. num. 82.* ubi,
quod tantùm probat teſtis, quantùm ratio, per eum addu-
54 cta, *Rub. de Valid. legal. cap. 43. n. 27. & Conciol. Reſol. Cri-*
*min. Verbo Teſtis quoad d. reſol. 15. n. 5.* ubi teſtatur de opinio-
ne communi, & ab omnibus recepta.
Quo demùm ad extrajudiciales, & affectatas atteſtationes
aliorum Medicorum, in quibus ex adverſo fit magnum fun-
55 damentum ad proban Danielis aſſertam impotentiam, dici-
mus, eaſdem atteſtationes poni poſſe ad partes, eo quia illi
non fuerunt deputati in Peritos ab hac Sacra Congreg. ſed eo-
rum atteſtationes eſſe æqualiter ultroneas, & affectatas, &
56 proinde nullo modo attendendæ ſunt ad ſingularem effectum
diſſolutionis matrimonii, juxta theoricam *Felin. in cap. Pro-*
*poſuiſti num. 6. de Probat.* ibi: *Et ſis cautus, quia non ſufficit,*
*quod Pars conducat Medicum per viam teſtimonii, ſed opus*
*eſt, ut Judex imponat Relationem, & Felinum* ſequuntur
57 *Peregr. conſ. 11. num. 6. lib. 3. Baron. de Corp. tit. 17. de Viril.*
*à num. 100. Ricc. Collect. 3065 verſ. Et licet par. 7.* ibi: *Non*
*valent Fides, factæ à Medicis, non deſtinatis à Superiore ad*
*illum proprium actum.*
Cum quibus, citatis *in d. tom. 1. par. 1. diſcept. 12. nu. 72.*
58 proceſſit *hæc Sacr. Congr. in dicta Rom. Matr. de Senſinis*, in
qua ad probandam Viri impotentiam adducebantur atteſta-
tiones 30. Medicorum Urbis, inter quos aderant duo Ponti-
ficii Archiatri, cum quibus concordabant tria Medica Col-
legia, Patavinum nimirum, Salernitanum, & Bononien-
ſe, quorum atteſtationes, & fundatæ Scripturæ exhibitæ
fuerunt in Summario: Et tamen, quia ex octo Peritis, quo-
rum 4. erant Chirurgi, & totidem Medici, unus ex Peritis Me-
dicis aſſerebat, impotentiam Senſini non eſſe perpetuam, &
incurabilem, proceſſum fuit cum illa opinione, quod impo-
tentia non poterat dici certa, evidens, & innegabilis, ſed
ad ſummum conjecturalis, probabilis, & dubia, quodque
in hoc dubio, favore matrimonii procedendum eſt cum opi-
59 nione *Hoſt. in cap. Super eo de Eo qui cognovit Conſang. Uxor.*
*ſuæ*, ubi, quod favore matrimonii opinio unius Doctoris
præfertur multis, contrarium ſentientibus, *& Hoſtienſem* ſe-
quitur *Rot. dec. 40. n. 8. par. 16. rec.*
Quæ omnia ſupplicamus unitim ponderari, juxta regulam,
60 de qua in noſtris terminis *Rota in Romana Diſſolut. Matr. 25.*
*Junii 1685. §. Impotentia verſ. Et ſi de per ſe cor. Paulut. &*
*in Viennen. Matrim. 25. Junii 1703. §. Et quamvis cor. Scot-*
*to;* eo quia contraria prætenſio videtur nimis exorbitans, &
æqualiter inaudita, ut ſcilicet abſque triennali cohabitatio-
ne, ex motivo prætenſæ impotentiæ ſtatim declaretur nul-
lum matrimonium illud, quod, ſervatis omnibus ſervandis,
contractum fuit à Viro, *minimè valetudinariam ducente vi-*
*tam, & in Virilibus, non ſolùm à Peritis electis, verùm etiam*
*hìc Romæ ab expertiſſimo Anatomico, me præſente, recognito,*
*juxtà naturæ, & propriæ conſtitutionis exigentiam formato*,
61 juxta præciſa verba tertii Periti, ab hac Sac. Congr. deputa-
ti; Contractum, inquam, cum illa muliere, cum qua per
multos menſes opus conjugii, quantùm in ſe fuit, perficere
curavit, quævè ab una ex duabus Obſtetricibus, electis pa-
riter ab hac Sac. Congr. rotundis literis declarata fuit pro non
virgine, & ab ambabus in illius partibus, generationi dica-
tis, repertus fuit conſiderabilis hiatus, qui ab eiſdem ex ſim-
plici illarum viſione reputatus fuit capax unius digiti, juxta
illarum præciſa verba.
Quando in terminis exiguioris foraminis, vix piſum ca-
pientis, & quod magis eſt, ab ipſa Natura, non autem à di-
gitis, vel à menſtruis purgationibus facti, juxta ſomnia illa-
62 rum Obſtetricum, quæ recognoverunt Helenam, habemus
modernum caſum Puellæ Romanæ, quæ tali arctitudine,
talique exiguitate foraminis non obſtante, filium peperit,
63 quem his verbis deſcripſit *Henric. Molnicben in obſervat Ly-*
*ſeri Cultello anatomico adjunctis, obſervat. 13. Puella Roma-*
*na à primo ortu clauſa, niſi quod exiguum eſſet foramen, vix*
*piſum capiens &c. Quinto à concepto menſe tumentem Puellæ*
*ventrem advertens Mater, Joannem Trullium adit, & poſt-*
*quam omnia ipſi expoſuiſſet, opem illius implorat, ne in par-*
*tu tandem gravius vitæ periculum ſubiret filia &c. Dum itaque*
*inviſens Trullius, cunctis perſpectis, & examinatis &c. de-*
*bito tempore filium peperit, nec abſimile dum Venetiis eſſem*
*contigit.*
64 Quorum omnium congruam rationem aſſignat *Tex. in cap.*
*Cauſam 14. de Probat.* ibi: *Sæpe manus fallitur, & oculus Ob-*
*ſtetricum*, quod utinam experientia verum non comprobaret,
ut notat *Bajard. ad Clar. § Final. quæſt. 4. num. 7.* ibi: *Et*
*hoc mihi contingit in facto dum eram Gubernator Civitatis Spo-*
*letanæ, ubi quædam Puella fuit tradita duabus Obſtetricibus,*
*ex improviſo vocatis, qua inſpecta, cum juramento retulerunt,*
*eam eſſe virginem, & poſtea fuit reperta prægnans, Verricel.*
*quæſt. moral. & legal. tom... quæſt. 14. ſub numer. 4.* ubi quod
inter Turcas adeo certa habentur medicamina ad coloran- 65
dam virginitatem, ut Puellæ conſtupratæ, tanquam integre
publicè vendantur, præcedente illarum viſitatione, & reco-
gnitione, taliter quod neque etiam cognoſci valeat vitium
corruptæ Puellæ, *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib. 2. §. 7. cap.*
*2. num. 8. fol. mihi 294.* ubi proindè *num. 8.* concludit non ſi- 66
ne magna cautela admittendas eſſe Obſtetrices ad virginita-
tem dignoſcendam, quodque ipſis non facilè credendum ſit,
& ex Medicis *Eugen. Epiſtol. Medic. tom. 2. lib. 1. cap. 5.* ubi,
quod à ſex probatæ famæ Obſtetricibus Puella quædam judi- 67
cata fuit Virgo, quæ per ſeptem menſes ante puerum pepe-
rerat; cum aliis, citatis *in Inſtit. Crimin. libr. 2. tit. 7.* ubi ex
*Præpoſito in cap. Conſultationi de Frigid. & malefic.* obſerva- 68
vi, quando Mulierem, nomine Caracoſſam, tantùm me-
dicaminibus proprium naturale Inſtrumentum feciſſe reſtrin-
gere, quod ejus Maritus non potuit amplius eam cognoſcere,
quem caſum refert etiam *Hoſt. in cap. Cauſam num. 4. in med.*
*de Probat.* ubi, quod ead. Mulier erat Pedemontana, quod- 69
que taliter medicamentis ſe coarctavit, ut poſtea à nullo Vi-
ro cognoſci amplius potuerit, & à nullo Medico coadiuvari.
Ex quo apud Suprema Tribunalia uſus invaluit in his ter-
minis demandare inſpectionem, & recognitionem Puellarum
poſt replicatum uſum Balneorum aquæ calidæ, juxta origi- 70
nalem theoricam *Hoſt. in cap. Fraternitatis ante numer. 1. de*
*Frigid. & malefic.* quem ibidem ſequuntur communiter *Repe-* 71
*tentes*, & ſignanter *Abb. numer. 4. verſ. Et conſuluit, Butr.*
*num. 8. ad med. Joann. Andr. num. 4. Anchar. eodem n. Præ-*
*poſit. num.., verſ. Et propter meliorem, & Alex. de Neu. num.*
*5. circa med. & Lopez ad leges Partit. partit. 4. titul. 8. leg. 5.*
*gloſſ. 9. verſ. Et quia, Brunell. de Sponſal. concluſ. 28. num. 23.*
*pag. 30. col. 3. num. 37. in fine pag. 31. col. 1. inter Tract. magn.*
*tom 9. Caranz. de Medic. quæſt. 4 num. 166. Zacch. quæſt. Me-*
*dicolegal. lib. 3. tit. 2. quæſt. 7. num 6.* ubi docet modum facien- 72
di dictum balneum. *Horat. Græc. in Medico fiſcal. ſect. 1. cap.*
*4. num. 3. & 4. in fine,* impreſſo poſt *Sarn. Prax. Crim. par. 3.*
*fol mihi 369. Pacian. de Probat. lib. 1. cap. 47. numer. 129. &*
*lib. 2. cap. 2. num. 32. & duobus ſeq.* loquens de filia Ducis Par- 73
mæ, nupta Mantuæ Duci, *Sanch. de Matrim. lib. 7. diſput.*
*113. num 11. Riſicat. de Stat. Homin. cap. 2. verſ. Tertio venit,*
ubi teſtatur de praxi *fol. 35. & verſ. Quinta folio 36. tom.... &*
*Rot. dec. 1377. num. 16. cor. Coccin. 1. & in annot. 74. num. 16.*
*& ad ornat. Card. de Luc. tom. 2. dec. 10. num. 28. verſ. His om-*
*nibus, & dec. 11. nu. 27. verſ. Convenit hìc denique* Quod ex-
perimentum ad praxim deductum fuit in Curia Card. Vica-
rii, *in Rom. Recognit. Puellæ 27. Januarii 1712.* cum reſcrip- 74
to: *Fiat nova recognitio per alias tres Obſtetrices, cum facul-*
*tate eiſdem Obſtetricibus utendi etiam balneo, quatenus hoc ip-*
*ſis neceſſarium videatur*, & ultimo loco ad praxim pariter re-
ductum fuit in quadam graviſſima Cauſa de mandato Sacr.
Congreg Conc.
Repetentes hìc ea, quæ adnotavimus in principio, & ſub-
dentes cum *Annæo Roberto Rerum judic. lib. 4. cap. 10. fol. mi-* 75
*hi 786. Parcite pudicæ aures, ſi quid in re obſcæna lapſa fuit*
*verecundi ſermonis modeſtia.*
Propoſita Cauſa in Congr. Concil. die 20. Martii 1720. ſub
dubio *An conſtet de validitate matrimonii, ſeu potiùs ſit locus*
*illius diſſolutioni?* reſponſum fuit *Dilata, & fiat experimen-*
*tum triennalis cohabitationis, vel alterius brevioris temporis* 76
*arbitrio Sac. Congr., & ad mentem*, quæ fuit, quod *antece-*
*denter fieret à Daniele experimentum medicamentorum, pro-*
*poſitorum à D. de Paulis, & quod probatio medicamentorum*
*adhibitorum exhiberetur Sac. Congr. ut deinde determinaretur*
*tempus cohabitationis.*
Repropoſita verò ſub die 8. Mart. 1721. ſub dicto 1. dubio,
cum additione 2. *An ſit locus cohabitationi triennali, vel alte-* 77
*rius brevioris temporis.*
Ad primum reſponſum fuit: *Dilata.*
*Ad 2. Affirmativè pro tempore, Sac. Congreg. beneviſo.* 78

# DISCEPTATIO XIV.

## Tudertina Funerum.

*PRO*

PP. Tertii Ordinis S. Franciſci Terræ Maſſæ.

*CUM*

Archipresbytero ejuſdem Loci.

## ARGUMENTUM.

*Appellatione Quartæ Funeralis quid contineatur, & quæ veniant. Vela, Sudariola, & ſimiles panni, non ſolum peti, ſed neque etiam à ſpontè dantibus occaſione Funerum accipi poſſunt à Parochis.*

OCcaſione, qua die 8. Auguſt. 1716. *Diſputatum fuit dub.*
*An PP. Tertii Ord. S. Franciſci Conventus S. Mariæ de*
1 *Pace Terra Maſſæ, Tudertinæ Diœceſis, tenerentur ſolvere*
*Quartam funeralem Archipresbytero dictæ Terræ* pro illis fu-
neribus mortuorum, qui in eorum Eccleſia ſepeliebantur,
acriter inſtetit Archippresbyter quod quatenus idem dubium
negativè reſolveretur, ut ſequutum fuit, eſſet ſaltem reſpon-
dendum, eidem deberi quatuor ſpecies emolumentorum ſub
prætextu, quod iſta non veniebant ſub nomine quartæ, pri-
mo nempè frumentum quod in certa quantitate cum funere
2 portatur, præcedendo cadavera, quæ deferuntur ad noſtram
Eccleſiam, cum præſuppoſito, quod illud dici debebat deci-
ma. 2. Sudariolum, quod in præſenti dubio exadverſo de-
nominatur pannum, & in ſubſtantia nil aliud eſt, quam lin-
teum telæ albæ, appenſum in Cruce Parochi, qua aſſocian-
tur Cadavera ſub motivo, quod ſicuti tradebatur tale pannum
omnibus aliis Crucibus, tam Confraternitatum, quàm no-
ſtrorum Religioſorum, dicta Cadavera aſſociantibus, ità
3 pari modo tradendum erat ejus Cruci 3. Alterum Sudariolum
quod apponitur ſuprà manus junctas in pectore Cadaverum,
cum quo illa ad eandem Eccleſiam aſportantur, ſub funda-
mento, quod dictum Sudariolum debebatur ipſi Archipreſ-
bytero occaſione adminiſtrationis Sacramenti Extremæ Un-
4 ctionis. IV. Denique faces, intorſtitia, ceraque, quæ ac-
cenditur extra noſtram Eccleſiam, & cum qua datur per
Parochum *ultimum vale*, ſeù, ut dicunt, *l'Aſperges*, &
aſſociabantur Cadavera uſque ad januam d. Eccleſiæ, ibique
propria authoritate per Archipresbyterum extinguebantur,
ſecumque aſportabat in præjudicium hæredum defuncti, id-
5 que ſub eo prætextu, quod d. Cera erat ei rtadenda loco fu-
neris, quod antiquitùs peragebatur in Eccleſia Parochiali,
priuſquàm tranſportarentur Cadavera ad Eccleſiam Regu-
larium, adducendo ad hunc effectum probationes ad oſten-
dendam antiquiſſimam conſuetudinem, ejus favore vigen-
6 tem, ut narratur in Folio hujus Sacr. Congr. diſtributo die 3.
Julii 1716. ibi: *Prætereà Parochus prætendit faces omnes,*
*& intorſitia, quæ ad aſſociationem Cadaveris acceduntur,*
*ea adducta ratione, quia antiquitùs Cadavera priùs ad Paro-*
7 *chiam deferebantur, ibique, exequiis paractis, ſepelienda,*
*ad Eccleſiam Regularium tranſportabantur, ut ex Libris Pa-*
*rochiæ eveniſſe probat anno 1644. & 1651. & confirmat fide Te-*
*ſtis nonnagenarii, & antiqua Relatio Cardinalis Alterii Epi-*
*ſcopi Tudertini.*
Solità autem maturitate recognito per hanc Sacr. Congr.
quòd ſicuti non debebatur Archipresbit. quarta funeralis ità
pariter ei non debebatur dicta Cera, dum etiam illa veniebat
ſub nomine Quartæ, neque illa erat Parocho tradenda in lo-
cum funeris, quòd juxtà ejus prætenſionem in facto nul-
8 latenus probatam, priùs peragebatur in Parochia ante
tranſportationem Cadaverum ad noſtram Eccleſiam, dùm
id expreſsè prohibebatur à literali Conſtit. *Sixti IV.* la
*6. §. 6. tom. 1. novi Bullari*, cum qua procedere ſolent
omnes Sacræ Congregation. ad evitandum illud inconve-
niens, ne Fideles à dicta prætenſione deterriti retrahan-
9 tur ab electione Sepulturæ in Eccleſiis Regularium, cir-
cà quod habemus aliam æquè claram *Conſtitut.* Urban.
VIII. in *Bullar. nov. tom. 4. Conſtitution. 22. §.* ibi: *Et*
*quòd multi, duplicis hujuſmodi funerum impenſæ difficulta-*
*te deterriti, in dictis Regularibus Eccleſiis ſepulturam eli-*
10 *gere non poterant; Unde fiebat, ut dicti Ordinis Eccleſias*
*mortuorum ſepulturis, ac conſequenter eleemoſynis, & quæ*
*in ſuffragium animarum fieri conſueverant, paulatim deſtitutas*
*iri verendum erat.* Cum quo in præciſis terminis favore no-
ſtræ Religionis, Patribus acerrimè informantibus, proceſſit
Cong. Ep. *in Senogallien. 23. Dec. 1707.* ut videre eſt *in tom. 1. p.*
*2. diſc. 28. n. 151.* ubi à nu. 3. *ad n. 18.* innumeræ aliæ referuntur 11
uniformes reſolutiones Sacrarum Congr.
Ex quibus proindè hæc Sacr. Congr. dicta die 8. Auguſti
1716. non obſtantibus omnibus exadverſo deductis, denega-
vit eidem Archipresbytero nedùm quartam funeralem, ſed
etiam Ceram, ab ipſo prætenſam ſub nomine dictæ quartæ, 12
ſecundo dubio, his verbis concepto; *An teneantur iidem*
*Fratres ſolvere Archipresbytero Curato quartam funeralem,*
*& in qua quota in caſu &c.* rotundis literis reſpondendo *Ne-*
*gativè, & quoad Sudariolum, & Frumentum detur dubium:*
Ex quo reſcribendi modo clarè patet, hanc Sacr. Congreg.
diſputandam unicè reliquiſſe ſolam, & ſimplicem prætenſio-
nem Archipresbyteris circa Sudariolum, & Frumentum.
Quòd eſt adeò verùm, ut acquieſcens Archipresb. eidem
reſolutioni, numquàm amplius exindè petiit quartam fune-
ralem, minuſque dictam Ceram antè noſtram Eccleſiam ex-
tinguere ampliùs fecit, ſecumque aſportare, ſed *ne tempi*
*correnti doppo acceſa, non ſi ſmorza più, ma così acceſa entra* 13
*dentro le ſudette Chieſe col Cadavere, & arde fino a tanto,*
*che è finita la funzione del morto, e doppo la prendono detti*
*Padri*, ut per hac præciſa verba Teſtium docemus in Sum-
mar.
Credebant proindè pauperes Religioſi, quod reſpectu di-
ctæ Ceræ terminatum eſſet omne litigium, attenta dicta fa-
vorabili reſolutione, exadverſo acceptatà, & per lapſum duo-
rum annorum abſque ulla reclamatione obſervata, ſed exitus
demonſtravit oppoſitum; eo quià Archipresbyterat. fingens
ſe longiùs ire, ac ſi ageretur de controverſia, nullatenùs
deciſa, novum excitavit dubium, de quo in fine cujus re- 14
ſpectu dicimus frumentum venire ſub nomine quartæ, ea ra-
tione, quia illud cum funere portatur, præcedendo Cada-
vera, ut in facto concludenter probant teſtes, ibi: *Avvanti*
*il Cadavere ſi porta, accompagnando quello, una certa quan-* 15
*tità di grano, cioè ſe il defonto è Uomo, ſi porta mezzo quar-*
*tegno di grano, che vuol dire l'ottava parte d'un rubbio, e ſi*
*dà per eleemoſina a chi lo porta quatrini quattro, ed una pa-*
*gnotta &c. & il detto grano, che accompagna il Morto, ſi dà*
*per eleemoſina alle Chieſe ſepellienti:* In Jure verò uno ore
probant Doctores, nedum, nomine quartæ funeralis veni-
re omnia illa emolumenta, quæ cum funere portantur, 16
ſed ulteriùs comprendi omnia alia, quæ occaſione funeris
præſtantur, quæquè in honorem defuncti, & funeris cau-
ſa fiunt, etiamſi remotiſſimè, & per accidens reſpiciant
funera, cujuſcumque qualitatis, & ſpeciei exiſtant, quæ
omnia vera ſunt, ſi omnia illa præſtentur, nedùm ante-
quam corpus ſit in terra reconditum, ſed etiam poſt, &
uſque ad 30. dies, ut originaliter tradit *Cardinal. Zaba-* 17
*rel. in clem. Dudum §. verùm ſub numer. 4. verſic. ſed ut dicit*
*de Sepultur.* & eundem ſequentes, uno ore advertunt ad-
ducti *à Riec. in Prax. for. Eccleſiaſt. reſul. 581 numer. 4. &*
*5. part. 1. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 13. quæſt. 13.*
*verſ. Funeralia fol. mihi 1038. Pignatel. conſul. 215. per tot.*
*Anſald. in addit. ad deciſ. 49. numer. 63.* ubi quòd quarta de-
betur de omnibus iis, quæ etiam largo modo funus con-
comitantur, & *Rot. apud Antonell. de Oner. Cleric. deciſ.* 18
*2. numer. 14.* ubi, quòd ſub quarta funerali veniunt non ſo-
lùm omnia, quæ cum funere deferuntur ſed etiam omnia
alia emolumenta, ibi: *Quæ Eccleſiæ obveniunt ratione*
*ipſius funeris, & deciſ. 931. num. 2. cor. Cer.* ibi: *Quarta*
*funeralis non ſolùm procedit in iis obventionibus, quæ dan-*
*tur Eccleſiæ, in qua priùs quis ſibi eligit ſepulturam in ipſa*
*die funeris, à tempore, quo corpus eſt in funeribus extra*
*terram, ſed etiam de quibuſcumque, & quomodocumque reli-*
*ctis &c. quæ dantur etiam poſtquam corpus Terræ reconditum* 19
*eſt, ſi cauſa, & occaſione funeris largita ſunt.*
Non ſubſiſtente, quòd dictum frumentum non portetur
cum Cadavere ad Eccleſiam tumulantem, ſed tranſmitta-
tur ad domum Parochi, & interdum toleretur illius præ- 20
ſtatio uſque ad tempus recollectionis, Sicque illud venire
non poſſit ſub nomine Quartæ, & emolumentorum funeris,
ſed potiùs venire debeat ſub nomine Decimæ Sacramentalis,
Parocho de jure debitæ.
Contrarium enim aſſumptum non regit in facto, in quo
conſtans eſt, quòd idem frumentum, una cum Cadavere de-
ferri ſolet ad Eccleſiam tumulantem, ex authenticis docu- 21
mentis, adductis in Summar. ubi datæ fuerunt partitæ, ex-
tractæ à Libris noſtri Conventus, ex quibus habetur,
fuiſſe hujuſmodi frumentum conſignatum noſtris Religio-

ſis

ſis ibi: *Fu portato retto tramite, & aveſſimo la ſolita offerta del grano, cera, & altre elemoſine &c.* Quo caſu dici nequit,
22 frumentum ſpectare ad Parochum, tanquam Decimam Sacramentalem, quia Decima in Terra Maſſæ ſolvitur in pecunia, ut admittitur in Folio, diſtributo die 8. Auguſti 1716. in fine ibi: *Cùm cæteroquin Decimæ in pecunia exigantur*, & quot annis punctualiſſimè exigitur à Parocho, ut deponunt teſtes, qui fuerunt deputati Exactores dict. Decimæ
23 per Archipresbyterum qui cum de facto proprio teſtentur, plenam faciunt probationem, ex adductis à *Rot. dec.* 21. *n.* 3. *apud Poſth. de Manut. & dec.* 312. *n.*4. *cor. Celſ. & dec.* 288. *n.* 10. *coram Beninc.*

Fortiùs quià controverſum frumentum offertur tempore funeris, & tumulationis Cadaverum, in quibus terminis indubitati Juris eſt, illud eſſe funebre emolumentum, adeoque venire ſub nomine Quartæ funeralis, ſub qua, ut diximus, venit totum id quod occaſione funeris, tam antè, quam poſt
24 Cadaveris tumulationem ab hæredibus defunctorum præſtatur, ut ultrà ſuprà allegatos eſt, *Textus in Extravag. Inter cunctas §. Porrò, verſ. Funeralia verò de Privil. Tamburin. de Jur. Abb. tom* 1. *diſp.* 15. *q.* 17. *n.*4. *Antonel. de Regim. Eccl. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 2. & latè *Panimol. dec* 5. *adnot.* 4. *à n.* 24.

Minùs nocet, quòd licèt in præteritum noſter Conventus receperit dictum frumentum, adhùc poſt annum 1650. non reperiatur deſcripta in noſtris Libris hujuſmodi frumenti exa-
25 ctio. Quatenùs enim id in facto verificaretur, quod uſque adhùc ex adverſo probatum nullatenus fuit, ſemper verum eſſet, quòd negligentia Sacriſtæ, aut alterius ex Religioſis, ad quem ſpectabat deſcribere dictam exactionem in Libris, præjudicare non potuit noſtro Conventui, ut firmavit *Rot coram Royas dec.* 179. *n.*7. cum concordantibus, de quibus *in tom.* 1. *p.* 2. *diſcept.* 10. *n.* 12. Quod eſt adeò verùm, ut procedat, etiam-
26 ſi adeſſet conſuetudo in contrarium, Adhùc enim illa nullatenùs eſſet attendenda in præjudicium noſtræ Religionis, ut probavimus ſuprà. Et in fortioribus terminis conſuetudinis
27 immemorabilis reſpondit *in Baren.* 7. *Maii* 1672. & *in Mantuana Funerum* 16. *Januarii* 1694. de quibus apud *D Piton. diſcept. Eccl. tom.* 2. *fol.* 55.

Cæterùm tollitur in præſenti omnis difficultas ex innegabili facto Parochi, dum ipſemet occaſione, quà voluit exigere frumentum pro ſepultura, data Cadaveri Felicis Balleo-
28 ni, judicialiter egit contra illius hæredes, & Manum regiam obtinuit, in qua apertis literis faſſus fuit, quod dictum frumentum erat Quarta funeralis, ibi: *Si faccia eſſecuzione &c. Manu Regia &c. contro gli Eredi del q. Felice Baglioni &c. per la ſomma, e quantità d' un tinello di grano, dovuto per la Quarta funerale del detto Felice.* Iterùmque alia vice idem Parochus eandem veritatem ingenuè faſſus fuit, quando egit contra hæredes alterius defuncti, hoc eſt Petri Montorii pro conſimili frumento. Adeoque cum habeamus in hac parte
29 claram ejus confeſſionem, petentis frumentum, tanquam Quartam funeralem, non autem, tanquam Decimam, non eſt ulteriùs ſuper hoc inſiſtendum, ex regula *Text. in leg. Cum precum Cod. de Lib. cauſ & in l. Generalitèr verſ. Nimis enim C. de Non num. pecun.* ubi quod nimis incivile reputatur, proprio Teſtimonio reſiſtere, cum aliis apud *Rot. dec.* 150. *in fine, cor. Ottbob. & dec.* 231. *n.*9. *cor. Priol.*

Quoverò ad pannum, ſeù Linteolum telæ albæ, quod ap-
30 penditur Cruci Parochi, ex parte noſtrorum Religioſorum nulla fit oppoſitio eidem Parocho.

Quoverò ad Sudariolum, poſitum ſuprà manus junctas in
31 pectore defunctorum, videtur indubitatum, quod illud ſpectet ad noſtros Religioſos, dùm portatur cum funere, & datur occaſione dicti funeris, noſtræ Eccleſiæ tumulanti, ut clarè probatur in Summ. & propterea comprehænditur ſub nomine Quartæ, ex allegatis ſuprà.

Nec dicatur, quòd dictum Sudariolum ei debeatur occaſio-
32 ne adminiſtrationis Sacramenti Extremæ Unctionis, ut refert Epiſcopus in ejus informatione, ibi: *Ad Parochum privativè ſpectare, quemadmodum, & Sudariolum, quod in adminiſtratione Extremæ Unctionis dari affirmatur.*

Contraria ſiquidem prætenſio diametralitèr in hac parte opponitur literalitèr diſpoſitis in *Taxa Innocentiana*, quam
33 per extenſum impreſſit *Paſcucc. ad Pignatell tom.* 1. *fol.* 259. & pro cujus obſervantia quotidiè reſpondere ſolent Sacr. Congr. ut ſignanter practicavit hæc Sacra Congr. *in Amalphitana* 8. *Julii* 1699. *ad* 13. *dub. lib.* 49. *Decret. fol.* 293. & Congr. Epiſcop. *in Acheruntina* 18. *Martii* 1706. *Ponente Card. Collored.* de qua *in tom.* 2. *p.* 1. *diſc.* 16. *n.* 95. In illa enim *§. Parimente* per
34 viam regulæ, & legis generalis *da non ſoggiacere a limitazione alcuna*, determinatur, nullo modo, nulloque prætextu poſſe Parochum ſibi appropriare dictum Sudariolum, ibi: *Non potrà eſigere, e ricevere emolumento alcuno &c. in tutto quello che riguarda l' amminiſtrazione de' Sagramenti, dell' Eſtrema Unzione &c. Anzi s' incarica a' Veſcovi, e Prelati, & a' loro Vicarii &c. che non lo permettano a Curati &c. particolarmente nel prenderſi un Panno &c. overo Tovaglie, fazzoletti, & altre coſe &c. dichiarandoſi tutto illecito &c* ut in ſpecie pro punctuali executione ejuſdem Taxæ in illa parte, in qua loquitur de dicto Sudariolo, reſpondit *Cong. Viſit. Apoſt. in Romana* 14. *Maii* 1699 de qua in *Inſt. Crim. lib.* 1. *tit.* 9. *de Simon. n.* 18. cum qua proceſſit hæc *Sac. Cong. in Senogallien.* 2. *Maii* 35
1711 *ad* 2. *dub.* ibi: *An debeatur Velum, ſeu illius pretium in adminiſtratione Olei Sancti, Negativè, neque etiam à ſpontè dantibus*, de qua in *Tom.* 2. *p.* 2. *diſ.* 18. *n.* 42

Deſcendendo denique ad Ceram, quæ accenditur ante noſtram Eccleſiam, ex adverſo prętenſam in locum funeralis, quod antiquitùs fiebat in Eccleſia Parochiali, antequam Cadavera ad Eccleſias Regularium tranſportarentur, pro excluſione contrarię prętenſionis ſat eſſet obſervare, quòd illa rejecta fuit ab hac Sac. Cong. *die* 8. *Auguſti* 1716. ut obſervavimus in principio, quam reſolutionem ipſemet Parochus acceptavit, dum poſt illam nunquam ampliùs dictam ceram extinxit, ſecumque aſportavit, ut ante dictam reſolutionem peragebat, ſed eam ultrò reliquit in manibus noſtrorum Religioſorum, & cum ea celebratę fuerunt exequię, ut conſtat ex adductis in Summario, & proinde illa venire dicitur ſub nomine Quartę funeralis, dum omnes faces, omnia intorſtitia, totaque cera, quę cum funere portantur, illiuſque occaſione traduntur, omniaque alia, dicta occaſione tradita, veniunt ſub nomine dictę Quartę, ex ſupra allegatis. 36 37 38

Non negat Parochus hanc veritatem, ſolùmque aſſerit, quòd hujuſmodi cera ei debeatur in locum funeris, quod in ejus Parochia antiquitùs peragebatur, antequam cadavera ad regularium Eccleſias tranſportarentur; Sed talis prętenſio nullam meretur animadverſionem, uti ex diametro oppoſita cubitali *Conſtit.* 6. *Sixti IV. in Bullar. nov. tom.* 1. in cujus *§.* 5. omninò prohibentur ſimiles duplicatæ exequiæ ibi: *Nec cogantur &c. etiam prætextu cujuſvis conſuetudinis &c. Defunctorum Conſanguinei illa* (nempè Cadavera) *ad Parochiales Eccleſias &c. & inibi celebrare, vel celebrari facere pro iiſdem Defunctis aliqua &c. Officia antè, vel poſt Sepulturam eorundem:* Idemque demandavit etiam Urb. VIII. in ejus *Conſtit.* 22. *§.* 1. *in Bullar. nov tom.* 4. cujus verba regiſtravimus ſupra *num.* 10. cum quibus Papalibus Conſtitutionibus quotidie procedere ſolent omnes Sacræ Congregationes, ex ſupra allegatis. 39 40

Quoad Sudariolum reſpondetur, illud non eſſe neceſſariò unitum cum adminiſtratione Sacramenti extremæ Unctionis ex quo illius uſus practicatur in noſtra Terra, etiam cum Infantibus, aliiſque repentina morte defunctis, abſq; receptione Sacramenti extremæ Unctionis. 41

Nos autem replicamus, quod iſte eſt ſolemnis, & ſolemniſſimus abuſus, ex firmatis *per Rot. in deciſ.* 10. *nu.* 40. *apud Pacion. de Locat.* prorſus eliminandus, non autem fovendus in præjudicium pauperum Parochianorum, quodque ita diſcurrere eſt adducere inconveniens, ſemper evitandum, & de medio tollendum, ex vulgatis apud *Rot deciſ.* 1178. *num.* 1. *cor. Emer. jun.* Neque poteſt idem abuſus meliùs eradicari, quàm mediante reſcripto: *Servetur Taxa Innocentiana:* Si enim ad illius tenorem non extorquetur ab illis, quibus Sacramentum extremæ Unctionis miniſtratur, multò minùs prætendi poterit ab Infantibus, & repentina morte ſublatis, quorum reſpectu nullus omninò verificatur prætextus uſus ejuſdem Sudarioli, & conſequenter nulla congruentia illud petendi. 42 43 44

Die 13. Auguſti 1718. propoſito dubio in Congregatione Concilii, *An ſub Quarta comprehendantur Frumentum, Pannum, Sudariolum, & Cera, quæ accenditur, & extinguitur ante Eccleſiam Fratrum?* reſponſum fuit. *Comprehendi ſub Quarta Funerali Frumentum, & Ceram, Non autem Pannum, & Sudariolum. Et quoad Sudariolum Sac. Congregatio mandavit, illud amplius non afferri cum Cadavere, nec ab Hæredibus Parocho conſignari.*

DISCE-

# DISCEPTATIO XV.

## Caſalen. Educationis Filiorum

*PRO*

Filiis Hieronymi Nattæ.

## ARGUMENTUM.

*Pater, relictis Filiis in minori, & pupillari ætate reſpectivè, an poſſit Religionem ingredi, & in ea Profeſſionem emittere, eiſdem Filiis reclamantibus.*

PRæſens caſus unus eſt ex illorum numero, qui forſan
nunquam forenſi more tractatus fuit; Ex una enim par-
1 te clamat pietas educationis novem propriorum Filiorum,
in infantili, pupillari, & minori ætate reſpectivè conſtitu-
torum, cujus reſpectu ſcriptum reliquit *D.Paul. 1.ad Timoth.*
*5.8. Si quis Suorum, & maximè domeſticorum, curam non ha-
bet, fidem negavit, & eſt Infideli deterior*: Ex alia verò par-
2 te militat Religionis favor, de quo *S.Luc.14.26.* hæc ait: *Si
quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & Matrem, ac Uxo-
rem, & Filios, ac Fratres, & Sorores, non poteſt meus eſſe di-
ſcipulus*: Ideòque maximus Eccleſiæ Doctor *Divus Hier. in
Ep.ad Herodot.* non dubitavit filiis, volentibus, Parentibus
3 invitis, aliquam Religionem ingredi, ſequens optimum præ-
bere conſilium: *Percalcatum perge Patrem, percalcatam per-
ge Matrem, ad vexilla Crucis evola, ſummum genus pietatis
eſt hac in re eſſe crudelem.*

Cùmquè, tam Religio, quàm pietas virtutes ſint, & una
virtus alteri contraria eſſe non poſſit, ut ad rem noſtram
4 obſervavit *D.Thom. 2. 2. qu. 101. in corp.* Hinc utramquè ad
concordiam, ex inferiùs allegandis, reducere conabimur,
poſitaquè bona conſonantia inter illas, non dubitamus,
exaudiendos eſſe clamores, & admittendas lacrymas novem
innocentium Puerorum, nil aliud expetentium à proprio
Genitore, præter propriam educationem, quam ipſamet
Natura omnia animalia docuit, ut notatur *in §. 1.Inſtit. de*
5 *Jur.Nat.Gent.& Civil.* ibi: *Jus naturale eſt, quod Natura
omnia animalia docuit. Hinc deſcendit &c.Liberorum procrea-
tio &c. hinc educatio &c.* & concordant adducti *à Paſchal. de
Patr.poteſt.p.2.c.3.n.1.*

Ad hujuſmodi autem effectum dicimus, quòd ex Matri-
monio, contracto inter Hieronymum Nattam Caſalenſem,
6 & Mathildem Pelettam, quæ obiit de menſe Maii 1718.
quindecim nati fuerunt Filii, ex quibus de præſenti novem
dumtaxat in humanis ſunt, ſex nimirum maſculi, & tres
fœminæ, inter quos alii conſtituti reperiuntur in ætate in-
fantili, & alii in ætate pupillari, & omnes minores ſunt an.20.

Sequuto obitu Matris, cura, & educatio eorundem tota
conſolidata fuit in Hieronymo Patre, qui de menſe Nov.
1718. à Patria ex improviſo diſcedens, ſe contulit ad Civi-
tatem Faventiæ, in qua die 6. Dec. ejuſdem anni receptus,
& admiſſus fuit ad habitum S. Dominici, ſub nomine Fr.
Hyacinthi; Neglecta penitus à ſuperioribus dictæ Provin-
ciæ, & Conventus punctuali exequutione celebris *Conſtit.*
7 *83.§.23.Clem.VIII.in Bullar.nov.tom.3.* in qua rotundis li-
teris ſtrictè Superioribus injugitur, ut *diligenter exquirant,
quo ſpiritu, qua mente, ac voluntate* (illi ſcilicet, qui ad Re-
ligionem admitti petunt) *id regularis vitæ genus elegerint?
quem ſibi finem propoſuerint? num zelo melioris frugis, ac per-
fectionis vitæ, & ut Deo liberiùs famulari poſſint, an potiùs le-
vitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu
ducantur, & an eorum Parentes ope, & ſubſidio ipſorum indi-
gentes, deſtituantur.*

Poſt multum temporis ſpatium perventa notitia hujuſmo-
di novitatis ad Marchionem Virginium Nattam, Patrem
Hieronymi, & Avum reſpectivè dictorum novem Filio-
rum, conſtitutum in ætate 73. annorum, & multis, variiſ-
8 què ægritudinibus obnoxium, non omiſit omnes præmittere
diligentias pro revocando eodem Hieronymo, ad conti-
nuandam curam dictorum ſuorum novem Filiorum, cùm-
què illæ nullum habuerint effectum, recurſum habuit ad
hanc Sac. Cong. quæ illius preces pro Informatione, & Vo-
to remiſit ad Archiepiſcopum Mediolanenſem, à quo die
14. Junii 1719. illa tranſmiſſa fuit.

Relatæ deindè fuerunt noſtræ preces in Cong. habita die
26 Aug. 1719. Cùmque illæ admiſſæ nullatenùs fuerint, ſed
9 reſcriptum, *Lectum, & ampliùs*; Supplices hodiè adver-
sùs dictum reſcriptum novam petimus audientiam, cum
neceſſario addito, ut interim idem Hieronymus non ad-
mittatur ad ſolemnem Profeſſionem, & exaudiri ſpe-
ramus.

Ad hunc autem effectum præmittimus cum *Donat. Rer.re-
gul. tom. 2. tract. 3. de Qual. Recip. q. 20. n. 19.* obſervante, 10
hoc eſſe commune omnibus Theologis, ſequentibus eorum
*Principem D.Thomam*, quòd ea, quæ aſſerunt Doctores
de ingreſſu Religionis Filiorum, Parentibus invitis, qui
eſt caſus frequentior, à fortiori applicantur caſui, æquè
raro, ac omni commiſeratione digno, qualis eſt præ-
ſens, quando Pater Religionem ingreditur, Filiis dere-
lictis, ibiquè iſtam adducit ſtringentem rationem, *quia Pa-
ter magis tenetur Filii, quàm Fili Patri*, & concor- 11
dant adducti *à Felin. in cap. In præſentia numer. 39. de Pro-
bat. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 42. dub. 3. numer. 34. verſ.
Idem dicendum de Parente, & Surd. de Alim. tit. 1. quæſt. 29.
num. 12.*

Hoc præmiſſo, convincens ratio, noſtrum intentum ad
hominem probans, his verbis adducitur *ab eodem Donato*,
Dominicanæ familiæ Alumno, teſtante in hoc, concorda-
re omnes Theologos ſuæ Religionis, *dicto tom. 2. tract. 4.* 12
*de Qualit. Recip. quæſt. 20. numer. 4. Non debent prætermitti
præcepta ob conſilia; Honorare Parentes, quòd nedum ex-
ternam reverentiam, ſed exibitionem neceſſariorum ad vitæ
ſuſtentationem includit, eſt Dei mandatum, & Naturæ, Er-
go non poteſt licitè violari ob ingreſſum Religionis, quod eſt
opus ſupererogationis, & de conſilio*, & concordant *S. Anto-
nin. par. 3. tit 16. cap. 2. in princ. Felin. in cap. In præſentia
num. 39. de Probat. Barboſ. in can. Si quis filii num. 1. & ſeqq.
diſtinct.* 30. ubi, quòd in his terminis, non ſolùm id non
permittitur, ſed contrafacientes peccant mortaliter, quod 13
admittunt etiam *Navar. in Manual. cap. 14. numer. 1. Sylve-
ſter. in Summ. Verb. Religio num. 4. Angles in Florib. Theolog.
tit. de Voto fol. 94. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 5. cap. 5. numer.
11. Rodriqu quæſt. Regul. tom. 3. q. 13. art. 5. verſ. Tertiò dico,
Mirand. in Man. Prælat. tom. 1. q. 17. art. 8. concl. 1. Azor. Inſtit.
moral. p. 2. lib. 2. c. 3. qu. 5. & lib. 12. cap. 1. qu. 8. à S. Fauſto in
Theſ. Relig. lib. 5. quæſt. 143 Sayr. in Clar. Reg. lib. 7. cap. 6.
numer. 2. Medic. in Summ. peccator. par. 1. tit. 3. quæſt. 11. verſ.* 14
*Quintò, Leſs. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 41. dub. 3. numer. 34.
& Card. de Laur. in Epitom. Canon. verb. Parentes*, ubi re-
fert, & ſequitur plura generalia Concilia, in quibus expreſ-
sè id determinatur.

Nec minoris ponderis eſt celebre illud factum Salvatoris
D.N.J.C. quod legitur *Matth. 15.* ubi redarguit Phariſeos, qui
intuitu Religionis docebant, poſſe ſubtrahi debitum hono-
rem Parentibus, ut ad noſtrum individualem effectum ob-
ſervat *D.Th. 2. 2. qu. 102. art. 4 in corp.* quem, aliis adductis, 15
ſequitur *Donat. Rer. Regul. dict. tom. 2. tract. 3. de Qualit. Recip.
qu. 20. nu. 3.*

In qua parte habemus *Textum*, qui non poteſt eſſe rotun-
dior *in Can. Si qui filii diſt. 30.* ibi: *Si qui filii Parentes, ma-
ximè fideles, deſeruerint occaſione Dei cultus, hoc juſtum eſſe* 16
*judicantes, & non potiùs debitum honorem Parentibus red-
diderint, ut hoc ipſum in eis venerentur, quòd fideles ſunt,
anathema ſint.*

Quæ omnia vera ſunt etiam in illis terminis in quibus Pa-
ter Votum emiſerit ingrediendi Religionem, ea viva ratio-
ne, quia Votum debet eſſe de meliori bono, & emiſſum
contra præcepta, nullatenus eſt obligatorium, ut latè pro-
bant *Barboſ. in can. Si qui filii 30. diſt. numer. 3. Sanch. ad* 17
*Præcepta Decal. tom. 1. lib. 4. c. 20. num. 3. Suar. de Relig. to.
3. lib. 5 cap. 58. num. 16. Mirand. in Man. Prælat. qu. 17. art.
8. Sayr. in Clar. Reg. lib. 7. cap. 6. per tot Rodriq quæſt. Regul.
tom. 1. quæſt. 13 art. 5. à S. Fauſt in Theſ. Relig lib. 5 quæſt.
13?. Laym. Theolog. mor. lib. 4. tract. 5 cap. 6. de Stat. Relig.
qu. 2. per tot Peyrin. Oper moral. tom. 2. tit. de Prælat. qu. 3. c. 1.
§. 2. n. 69. & Donat. Rer. Regul. tom. 2. Tract. 3. de Qualit. Recip q.
26. à num. 5.*

Quibus non adverſantur verba Evangelii *D.Lucæ*, relata
*ſupra num.* 1. Illis enim punctualiſſimè occurrit *D. Thom.
2. 2. quæſt. 101. art. 4. ad* 1. aſſerendo, eſſe Intelligenda in il-
lis terminis, in quibus Filius experitur ſuos Parentes, Fi-
lios, Fratres, & Uxorem adverſarios in via ſalutis, & 18
obſervantia mandatorum Dei, non autem quando id
non verificatur, quia tunc nullo modo propter Religio-
nem deſerere debemus Parentes, & Filios, eà ratione,
quia pietas erga Parentes refertur etiam ad Deum, nec
proindè opponi poteſt virtuti Religionis, juxta illa verba
ejuſdem *D. Thomæ ubi ſupra. Hoc, quòd Parentibus carna-* 19
*libus ex pietate exhibemus, in Deum referimus, ſicut, & alia
miſericordiæ Opera, quæ quibuſcumquè Proximis impendimus,*

Deo

*Deo exhibita videntur &c. Et ideo ſi carnalibus Parentibus noſtra obſequia ſint neceſſaria, ac ſine his ſuſtentari non poſſint, nec Nos ad aliquid contra Deum inducunt, non debemus intuitu Religionis eos deſerere*, & concordant adducti per *Donat. Rerum Regul. tom. 2. tract. 3. de Qualit. Recip. quæſt. 20. num. 15* ibi: *Et hoc modo ſunt intelligenda verba illa Jeſu Chriſti noſtri*
20 *Redemptoris Lucæ* 14. ibique multos alios citat concordantes, quod facit etiam *Barboſ. in canon. Si qui filii 30. diſtinct. numer.* 1.

Comprobatur hæc ex diſpoſitis in celebri *Conſtit. 71. §. 4. Sixti V. in Bullario novo Tom. 2.* ibi: *Omnes autem, & quoſcumque &c. æri alieno, vel rationibus reddendis obligatos, ad*
21 *Religionem perpetuò inhabiles declaramus*; Supplicantes obſervare poſteriora hæc verba, inhabilitantia in perpetuum dictas Perſonas ad ingrediendum, & profitendum in Religionibus, à Sede Apoſtolica approbatis; Quod confirmavit *Clemen. VIII. in ejus Conſtit. 83 §. 21.* & notat *Fontanell. ad Conſtit. Ordin. Prædic. titul. de Recip. num. 11. fol. 539.* Certum eſt enim, quod longè major, longèque ſtrictior obliga-
22 tio eſt illa, qua Pater tenetur Filios educare, ortum habens à Jure Naturæ, *ut vidimus ſupra*, & addimus *Leſſ. de Juſt.*
23 *& Jur. libr. 2. cap. 41. dub. 3. numer. 34. verſ. Ratio*, ac ſit civilis illa obligatio, qua quis tenetur denſum lutum alicui ſolvere, ut de ſe patet: Si igitur ex dictis Pontificiis Conſtitutionibus inhabilis in perpetuum eſt Debitor, civiliter obligatus ad aliquid ſolvendum, ad ingrediendam Religionem, multò magis erit inhabilis ad ingrediendam Religionem Pater, novem habens Filios, quibus longè ſtrictiori, non civili, ſed naturali obligatione tenetur bonam Educationem procurare, non quidem in perpetuum, quod nullatenus petimus, ſed ſolùm ad tempus, hoc eſt quouſque durat neceſſitas dictæ educationis Filiorum, ut in durioribus terminis Voventis ingredi Religionem, obſervant adduct. *per Donat. Rer. Reg. Tom. 2. tract. 3. de Qualit. Recip. qu. 20. num. 8.* ubi,
24 quod Vovens Religionem intrare, tenetur differre ingreſſum quouſque ceſſet Patris ægeſtas, quæ ſi nunquam ceſſaverit, obligatio ex Voto conſurgens, deſinere debet ex toto, cum aliis, citatis ſupra.

Et ex hac reflexione alia inſurgit bona conſideratio pro præmiſſorum comprobatione, quia communiter receptum eſt inter Doctores, & à Sac. Congreg. paſsim permittitur Religio-
25 ſis, ad ſubveniendum Parentibus, in maximis anguſtiis conſtitutis, exercere Animarum Curam extra Clauſtra, & etiam extra illa degere, dummodo tamen in illis pernoctent, ex adductis *à Donat. Rer. Regul. tom. 2. Tract. 3. de Qualit. Recip. §. 21. à n. 1. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. ca. 41. dub. 3. n. 34. verſ.*
26 *Si Filius*, & *Nicol. in Floſc. verb. Auxilium ſub n. 1.* referens, ità deciſum *à Congreg. Epiſcop. 19. Novemb.* 1649. quæ anno 1709. idem reſolvit favore Religioſi Strictioris Obſervantiæ S. Franciſci, ut obſervavi *in Tom. 3. par. 2. diſcep. 1. §. 22. nu-*
27 *mer. 66.* Idemque reſolvit hæc *Sacr. Congr. in Romana Indulti 27. Aug. 1695.* ut videre eſt *in Libr. 45. Decretor. folio 317.* Et propterea à fortiori dicendum eſt, in his terminis permittendum non eſſe ingreſſum in Religionem, illis derelictis, ad quorum ſubventionem permittitur Religioſo, jam Profeſſo, extra Clauſtra morari.

Nec dicatur, quod omnia hæc procedant in illis circumſtantiis, in quibus neceſſitati Filiorum non poteſt aliter ſuccurri; Secus autem in noſtris terminis, in quibus educationi
28 DD. Filiorum poſſunt perfectam operam dare Marchiones Virginius, illorum Avus, & Carolus Antonius, & Jo: Franciſcus Nicolaus, illorum Patrui.

Reſponſio enim in promptu eſt, quod ſcilicet omnes hi non ſine legali fundamento recuſant acceptare curam, & operam dare d. educationi, & propterea perinde eſt, ac ſi ad noſtrum
29 effectum non exiſterent, juxta regulam, de qua *Barboſ. axiom. 162. num. 1.* Quod huic Sac. Congr. manifeſtum fecit Archiepiſcopus Mediolanenſis in Relatione, ibi: *Non eſt propterea, qui eorum Educationem, Curam, aut Tutelam ſuſcipere valeat*; Cui omnis in hac parte adhibenda eſt fides,
30 juxta *Tex. in can. Nobiliſſimus 97. diſt.* cum concordantibus, ſequutis *à Rot. dec. 401. num. 9. cor. Emer. jun. & dec. 83. num. 26. cor. Anſald. & in Rom. Hæreditatis 1. Febr. 1715. §. Hæc teſtamentaria cor. Criſpo.*

Cauſæ autem recuſandi dictam Curam, & Educationem Nepotum reſpectu March. Vincentii Avi, illa eſt, quia conſtitutus reperitur in ætate annorum trium ſupra 70. variis periculoſiſque ſubiectus ægritudinibus, & præcipuè optalmiæ incommodis quotidiè afflictus, ut teſtatur dictus Archiepiſcopus Mediolanen. quæ ſufficiens reputatur in Jure, ut de adverſa valetudine habemus *Text. in §. Item propter Inſtit. de*
31 *Excuſat. Tutor.* ibi: *Propter adverſam valetudinem, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet*; Et de ætate ſeptuagenaria *in §. Item major Inſtit. eod. titul.* ibi: *Item major 70. annis à Tutela, & Cura ſe poteſt excuſare*; Et de utroque caſu concordantes cumulat *D. Gaſparr. in Inſtit. Civil. lib. 1. tit. 10. de Excuſat. Tutor. num. 26. & num. 35.* ubi: *num. 46.* ſolidè probat, hujuſmodi cauſas admitti ad excuſandos non ſolùm Tutores teſtamentarios, & 32
dativos, ſed etiam legitimos, circa quod habemus *Text. literales in leg. Libertos, & leg. Frater Codic. de Excuſat. Tutor. & in leg. Non ſolum, & in leg. Si libertas Cod. de legitim. Tutel.*

Reſpectu verò Caroli Antonii, & Jo: Franciſci Nicolai Patruorum, eadem cauſa non acceptandi Tutelam, & Curam duplici innititur fundamento: Primò, quia poſſident 33
duo nobilia Feuda, diſtantia à Civitate Caſalis per ſpatium 12. milliariorum, nimirum Carolus Ant. poſſidet Feudum nuncupatum *Il Tonco*, & Jo: Franciſcus Nicolaus Feudum appellatum *l' Iſola*; Et propterea, reſidentes in dd. eorum Feudis, non poſſunt dictis Curæ, & Tutelæ incumbere, ut ſolemniter proprium animum declararunt in publico Inſtrumento, dato in Summ.

Secundò ratione duplicatæ Litis, quæ inter ipſos, & eoſdem fratris Filios in promptu eſt, ſive ratione hæreditatis Victoriæ Irenes, Uxoris Marchionis Virginii, communis Matris Hieronymi, Caroli Ant. & Jo: Franc. Nicolai; Sive ratione contractus mutui, eis facti à Marchioniſſa Ignatia Metilde Peretta, Uxore Hieronymi, & Matre dd. Fi- 34
liorum, quæ omnia refert Archiepiſcopus Mediolanenſis, & latius conprobatur in facto, & omni Jure obſtant acceptationi, & exercitio Tutelæ, & Curæ, ut de Lite inter Pupillos, & Tutorem habemus *Tex. literales*, in ſpecie loquentes de Tutela Patrui erga Nepotem, *in leg. Idem fiat §. Cum* 35
*autem ff. de Teſtament. Tutela*, & generaliter alios *Tex in §. Hæc omnia Authent. Ut qui obligat hab. res min. & in §. Quod ſi quis*, ubi *Gloſſ. verb. Videre*, cum concordan. apud *Cyriac. contr. 93. num. 15. & Rot. dec. 208. num. 4. par. 16. rec.* ubi hanc adducit bonam rationem, quia cum Tutor habeat adminiſtrationem omnium rerum Pupilli, poteſt illas perſcrutari, & ſubtrahere Scripturas, ſpectantes ad Pupillum, & ſic illum opprimere, quod permittendum nullo modo videtur.

Cumque omnia hæc procedant in illis terminis, in quibus verificetur cauſa neceſſaria, puta, quod Pater mortuus ſit, vel ſit mentis non ſanæ, aut ex ſimilibus motivis, juxta authoritates, ſupra citatas, multò magis locum habebunt in præſenti, in quo Pater voluntariè ſe ipſum exonerare vult à naturali obligatione educandi proprios filios; Non enim de- 36
bet eſſe in illius poteſtate obligare alios, ad ſe ipſum exonerandum, juxta firmata per *Rot. dec. 291. n. 10 p. 18. rec.*

In omnem verò caſum, attento quod hujuſmodi cauſæ excuſationis, tàm Avi, quàm Patruorum requirunt ad omne 37
pejus legalem indaginem, cum illis incommodis, & expenſis, quæ Litibus annexæ ſunt, experientia teſte, & id obſervante *Rot. deciſion. 325. numer. 11. par. 14. & deciſion. 527. numer. 2. par. 18 & deciſion. 479. numer. 17. par. 19. recentior.* 38
Hujuſmodi Lite durante, non videtur dignum, neque juſtum, ut iidem Filii, habentes eorum Genitorem à Natura, & ab omnibus legibus obligatum ad ipſorum educationem, voluntariè Deum tentando, ab ipſo relinquantur diſcretioni & Curæ extraneorum, à Judice ex Officio deputandorum, quod nedum legalibus principiis, ſed ipſimet humanitati opponi videtur, ut in terminis exclamat *D. Th. 2. 2. quæſt. 101. art. 4. ad 4.* ibi: *Quamvis quidam dicant, quod in hoc caſu licitè poſſet eos deſerere, eorum curam Deo committens; Sed ſi* 39
*quis rectè conſideret, hoc eſſet tentare Deum, cum habens ex humano conſilio quid ageret, periculo Parentes exponeret, ſub ſpe Divini auxilii*: Et meliùs *quæſt. 189. artic. 6. in corp.* ibi: *Reſpondeo dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, cum de pietate ageretur, Parentes habent rationem principii, in quantum hujuſmodi, & ideò per ſe eis convenit, ut Filiorum curam habeant, & propter hoc non liceret alicui, Filios habenti, Religionem ingredi, omninò prætermiſſa cura Filiorum*, & latè *Bonacin. Oper. Mor. tom. 2. circa 4. Decal. Præc. diſput. 6. qu. unica punct. 1. per tot.*

Fortiùs, quia ſub generali titulo educationis tria continentur; Cura nimirum bonorum, Cura perſonæ, & pia educa- 40
tio, quæ licet, tàm ab Extraneis, quàm à parentibus præſtari poſſint, nemo eſt, qui negare poſſit, & ipſamet increata Veritas docuit *Joann. 10. 11. & 12.* longè meliùs, longeq; utilius præſtari à Parentibus, quàm à Mercenariis, & Extraneis, eò quia nullus amor vincit paternum, ut dicitur *in leg. fin. Cod. de Curat. furioſ.* cum concordantibus, de quibus *in tom. 2. par. 1. diſcept. 21. num. 154.*

Quæ

Quæ cum ſufficientia ex omni parte videantur, etiam ad obtinendum receſſum à deciſis, multò magis, videntur ſuperabundare ad effectum ſolius novæ Audientiæ, quam ho-
41 die humiliter petimus adverſus unicum Reſcriptum hujus Sacr. Congr. cum addito, ut hoc interim Hieronymus Profeſſionem nullatenus emittat, ad evitandas majores illas difficultates, quas *idem Angelicus Doctor loco ſupra citato*, ad rem egregiè conſiderat inter illum, qui Profeſſionem jam
42 emiſit, quem Mundo mortuum vocat, & inter alium, qui dictam Profeſſionem non emiſit, quem ſolidè probat, non poſſe illam emittere, illis derelictis, quorum cura ſibi à Natura commiſſa fuit.

Die 26. Aug. 1719. propoſita Cauſa in Cong. Concilii, reſcriptum fuit *Lectum:* Repropoſita verò die 18. Nov. dictum fuit: *Proponatur omnino in ultima Congr. Decembr. ſuſpenſa Profeſſione*. Repropoſita demum die 16. Decembris ejuſdem anni 1719. reſponſum fuit: *Indeciſis*.

## DISCEPTATIO XVI.

### Romana Translationis Penſionis.

Ad petitionem N. N.

ARGUMENTUM.

*Habens ampliſsimum Indultum transferendi Penſiones, an illas poſsit transferre in Laicos Uxoratos, & Infantes.*

SUppoſta per indubitata la Pratica, e Stile della Curia,
1 che ſenza Apoſtolico Indulto i Laici, & Ammogliati ſiano incapaci di Penſioni Eccleſiaſtiche, come prova *Ferentil ad Buratt. dec. 791. n. 5. & ſeqq. Card. de Luc. de Penſion. diſc. 2. n. 3. Verſic. Attamen de Stylo, & diſc. 78. n. 11 & D. Piton. diſcept. Eccleſ. 47. n. 13. & 14.* dove aſſeriſce, che *Stylus iſte facit jus ſicut Lex Canonica, aut Conſtitutio Papalis*: An-
2 zi afferma ancora, determinarſi lo ſteſſo *dalla Conſt. 73. di S. Pio V. e 92. di Siſto V. & Rot dec. 593 n. 4. & 5. p. 5. rec.*

Pare, non ſuſſiſta la Translatione della medema fatta da N. N. nelle Perſone di tre ſuoi Famigliari ammogliati, o Lai-
3 ci, come alle dottrine ſeguitate *dal Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 6. num. 26.*

Ne oſta la riffleſſione, che il medemo aveſſe ampliſſima facoltà di traſferirli (ſono parole dell' Indulto) *uni, vel plu-*
4 *ribus Perſonis Eccleſiaſticis &c. & aliis, Clericali ſaltem charactere inſignitis, ac etiam Laicis, & Uxoratis, & in pupillari ætate conſtitutis*.

Perche la diſpoſizione di d. Indulto non termina con queſte parole, compreenſive de' Laici, & Ammogliati, ma ſuppone li medemi per Privilegio Apoſtolico capaci di dd. Penſio-
5 ni, ſoggiongendo. *Aliàs tamen ex diſpenſatione Apoſtolica penſionis, ſeù penſionum hujuſmodi capacibus, & habilibus,*
6 *etiam Tibi quocumque conſanguinitatis vinculo conjunctis &c.* Il che ſi replica in altra parte con queſte parole. *In unam, vel plures Perſonas ſupra expreſſas, ac aliàs Clericali ſaltem*
7 *charactere inſignitas, vel aliàs penſionis, ſeu penſionum hujuſmodi, ut ſupra dictum eſt, capaces*. Qual capacità, che ſempre ſi preſume ricercata dal Papa, *ex deductis in deciſion. 539. nu. 8. par. 2. rec.* in dette Perſone ſi può verificare in più
8 modi, cioè per eſſere ſtati Conclaviſti, o Scalchi de' Conclavi, per avere in teſta Cavalierati Lauretani, Pii, e San Pietro come fermò la *Rota dec. 215. numer. 5. & 6. par. 10. rec.* e con ſimili altri Titoli, e Indulti ſpeciali, che molto diffi-
9 cilmente ſogliono concederſi dalla Sede Apoſtolica, come oſſerva la b. m. di Monſig. *Anſald. dec. 30. ſub num. 31.*

Ne oſta, che ſuppoſta la capacità di detti Laici, & Ammogliati per uno di dd. Titoli, la facoltà ſud. ſarebbe ſuper-
10 flua, perche in quel caſo non ſarebbe ſtata conceſſa Grazia alcuna al detto Sig. N. N.

Perche l'Indulto, del quale ſi tratta, non riguarda principalmente il favore di quelli, a' quali potevano traſferirſi le
11 Penſioni, ma unicamente il favore proprio del Traſferente, perche al medemo come Laico ſi concede la facoltà di ritenere, e traſferir dette penſioni.

E ſiccome detto Indulto non è ſuperfluo in riguardo de' Sacerdoti, e Chierici, a favore de' quali in primo luogo ſi con-
12 cede al medemo la facoltà di traſferire la Penſione, nell' iſteſſa maniera non è ſuperfluo in riguardo de' Laici, & Ammogliati: Con queſta differenza, che la capacità de' primi
13 ſi ſuppone in detto Indulto per la qualità di Perſone Eccleſiaſtiche, e nel ſecondo caſo vi ſi ricerca con titolo di Privilegio particolare, dal che oſſervano *il Corradin. in Prax. benefic. lib. 5. cap. 6. num. 25. e Lotter. de Re benefic. libr. 1. quæſt. 40. num. 131.* che atteſo detto ſtile non ſi concede mai facoltà di 14
traſferire penſioni ne' Laici, ſe non con la ſeguente clauſula: *Ex nunc prout ex tunc cum fuerit Clericali charactere inſignitus*: Di modo tale che fino a tanto, che non ſia ordinato 15
Chierico, non poſſa il Translatario domandare termine alcunò, anzi ſe in queſto tempo moriſſe il Traſferente, la Penſione reſtarebbe nulla, come provano detti Autori, a' quali ſi può aggiongere il *Tondut. de Penſion. capit. 31. à numer. 1.*

Molto meno oſta la rifleſſione, che trattaſi d. Indulto conceſſo ad un Nipote di Papa, il quale perciò debba in- 16
tenderſi, & interpretarſi ampiamente, come fermò *la Rota nella deciſ. 242. numer. 10. & dec. 900. num. 2. coram Emerix. jun.*

Perche queſt' ampiezza d' Indulto ſi verifica a favore del ſolo Traſferente, il di cui commodo principalmente contiene, & al quale, come a mero Laico, ſi riſerva la Penſione, 17
con facoltà di poterla traſferire come ſopra.

Anzi tanto è lontano, che detto Indulto ſia munito con ampiezza di parole a riguardo de' Traslatarj, che a favore de' medemi nè pure vi ſi legge la clauſola, per altro ſolita metterſi in ſimili Indulti, che poſſa traſferirſi la Penſione, non ſolamente a quelli, che in tempo della traslazione ſono 18
attualmente Chierici, ma anche a quelli, che hanno volontà di ordinarſi tali in appreſſo, con quelle parole: *Ex nunc, prout ex tunc, cum fuerit Clericali charactere inſignitus*, come alle autorità, citate di ſopra.

## DISCEPTATIO XVII.

### Squillacen. Proceſſionum.

*INTER*

Monaſterium Omnium Sanctorum Squillacii

*ET*

Monaſterium S. Claræ ejuſdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

*Epiſcopus omnem habet à Jure facultatem determinandi, & mutandi Vias, per quas Proceſsiones tranſire debent. Præcipuè juſta accedente cauſa, & rebus in eodem ſtatu non permanentibus.*

EX quinque Proceſſionibus, quæ quot annis fieri ſolent in Civitate Squillaci, nimirum Santiſſimi Roſarii, San- 1
tiſſimæ Conceptionis, B. M. de Monte Carmelo, Santiſſimi Corporis Chriſti, & Sancti Agatii Protectoris, tres priores poſt egreſſum à Cathedrali versùs partem ſuperiorem Civitatis, primo loco ingredi ſolitæ ſunt Eccleſiam Monaſterii omnium Sanctorum: Reliquæ verò duæ poſteriores ſolitæ fuerunt à parte inferiori ejuſdem Civitatis circuitionem inchoare, & proinde ingredi priùs Eccleſiam Monaſterii Sanctæ Claræ, quod primo loco reperiebatur ſituatum, Verùm quia modernis temporibus à Monialibus Convertitis conſtru- 2
cta reperitur propria Eccleſia, exiſtens inter Cathedralem, & eandem Eccleſiam Sanctæ Claræ, hinc ordine recto conſuevit Proceſſio priùs intrare in eandem Eccleſiam Convertitarum, & deinde in ſui proſequutione in dicta Eccleſia Sanctæ Claræ, & ultimo loco in Eccleſia Monaſter. omnium Sanctorum.

Egrè ferentes autem Moniales S. Claræ, ſeipſas poſtponi Monaſt. Convertitarum, atq; forſan non attendentes præciſam neceſſitatem, derivantem à conſtructione novæ Eccle- 3
ſiæ, preces porrexerunt huic Sac. Congr. pro manutentione in earum poſſeſſione, pro qua etiam hodie inſtant; E contra verò Moniales Monaſterii omnium Sanctorum humiliter ſupplicant reſponderi, ſervandam eſſe Viam, & modum ab Epiſcopo præſcriptum.

Pro favorabili autem reſolutione ſat eſt præ oculis habere Relationem ejuſdem Epiſcopi, ex rationibus enim in eadem deductis manifeſtè conſtat de præciſa neceſſitate Viæ, ab eodem determinatæ, quod Epiſcopi judi- 4
cium, in hac materia totum facit, & pro lege ſervan-
dum

dum eſt, ut in individuo caſus noſtri obſervant *Vener in E-*
5 *examin. Epiſcop. lib 6. c. 18. n. 6. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 28. de Regular. c. 13 num. 14. Quart. de Proceſſion punct. 3 de Circumſtant. Proceſſion circumſtant. 3. verſ. 13. & Bellet. Diſquiſ. Cleric. tit. de favor. Cler. reali §. 2. n. 5 in fin.*

Certiùs quia cum eodem Epiſcopi judicio concordat, nedum illud Capituli, quòd petere, & exquirere, ſed ſequi
6 non debebat idem Epiſcopus, ut referendo reſolutionem hujus Sac. Congr. probat *Quart. de Proceſſ. in partic. extraord. ſect. 3. punct. 1. verſ. Colligitur fol. mihi* 51. Sed etiam conſenſus, & judicium Magiſtratuum Viarum, & Regiminis no-
7 ſtræ Civitatis, quod poſt exactam deſcriptionem Viarum, per quas Proceſſiones decenter tranſire debent, in verbo veritatis teſtatur, non adeſſe ad evitanda incovenientia, & ſcandala, aliam Viam, aptiorem illa, quam præſcripſit Epiſcopus.

In idem quoque confluit antiquitas erectionis noſtri Mo-
8 naſterii, quod ſicuti præcedit in fundatione, tam illud Sanctæ Claræ, quàm illud Convertitarum, ita eandem præcedentiam habere debet in ingreſſu Proceſſionum primo loco in propria Eccleſia *ad Textum in leg. Tyrones C. de Tyronib. lib. 12. Gloſſ. in can. Statuimus Verb. Novi diſt. 61. Rot. dec. 718. nu. 1. p. 4. diverſ. & in Oppiden. Proceſſionum 18. Maii 1646. §. 1. & ſeqq. cor. Veroſpio.*

Non refragante contraria conſuetudine, quia, ea non obſtante, & legitima accedente cauſa, permiſſum eſt Epiſ-
9 copis novum modum, novamque Viam determinare, ut reiiciendo conſuetudinem immemorabilem, reſolvit *Sac. hæc Cong. de anno* 1619. teſte *Adden. ad Gavant. in Manual. Epiſcop. verb. Proceſſio nu.* 4. Quod ſi procedit, rebus in eodem ſtatu manentibus, juxta terminos, in quibus loquuntur citati Authores, multò magis admitti debent in præ-
10 ſenti, in quo in tantum Epiſcopus cum conſilio Capituli, & Conſenſu Regiminis Squillacen. diverſam præſcripſit Viam, in quantum ſiſtema antiquæ Viæ per conſtructionem novæ Eccleſiæ immutatum eſt, & Monaſterium S.
11 Claræ, quod antea primum occupabat locum, modò reperitur in medio poſitum, ad quod proinde nunquam Poterit deveniri, niſi per tranſitum unius ex extremis, vel ſcilicet novæ Eccleſiæ Convertitarum, vel antiquæ Monaſterii omnium Sanctorum, ut de ſe patet.

Nec credimus inſiſtendum in quadam informi Planta, proprio marte exadverſo conficta; Illa enim, utì facta ſine
12 debitis ſolemnitatibus, & non citatis intereſſe habentibus, in nulla conſideratione eſt habenda, latè *Poſt. de Manut. obſer. 101. à num. 7. Add. ad Burat. dec. 33. nu. 12. Rot. apud eundem Poſt. de Manut. dec. 184. numer. 13. & apud Pacichell. de Diſtant. deciſ. 7. numer. 7. & cor. Bich. deciſ. 97. n. 20. & deciſ. 169. n. 23.*

Et tamen etiam ſi illa conſtructa eſſet ſervatis ſervandis,
13 & à quolibet excellenti Architecto, ſemper eſſet poſtponenda judicio Epiſcopi; Quia juxta Sacrorum Canonum diſpoſitiones, veri Architecti modi, & Viæ Proceſſionum ſunt Locorum Ordinarii, privativè quoad qnemcumque alium,
14 ut proſequuntur Doctores, allegati ſupra, & optima ratione, quia in hujuſmodi ſacris Functionibus non attenditur capacitas, & aptitudo phyſica, & ſecundum principia architecturæ, ſed moralis, & juxta regulas prudentiæ; Non enim mordicus inſiſtendum eſt in eo, an per aliquam Viam quomodocumque tranſitus permittatur, ſed unicè videndum eſt, an id conveniat, decorumque ſit, quod excedit quidem limites, & facultates mechanicorum Architectorum, ſed unicè repoſitum eſt in benè fundato arbitrio Epiſ-
15 copi, ut in individuo probat *Quart. de Proceſſionib. tit. de Circumſtant. Proceſſ. circumſt. 3. verſic. Dico ſecundo fol. mihi* 63.

Generalitates autem exadverſo adductæ circa ſolitum Proceſſionum, de quibus agitur, habere forſan poſſent lo-
16 cum, rebus in eodem ſtatu manentibus, & quando Epiſcopus proprio marte ſolitum alterare tentaſſet, nullo autem modo admittendæ videntur in caſu præſenti, quo ſiſtema noſtrorum Monaſteriorum mutatum eſt per conſtructionem Eccleſiæ Monaſterii Convertitarum, quo ſtante licitum omni Jure eſt Epiſcopo antiquam Viam mutare, etiamſi contraria conſuetudo eſſet immemorabilis, juxta reſolutionem hujus Sac. Cong. ſupra adductam.

Et tamen exagerata hæc conſuetudo exadverſo non probatur, ut neceſſarium eſſet, tanquam fundamentum inten-
17 tionis, imò ad ſuperabundantiam ex hac parte excluditur, mediante atteſtatione ferè omnium Canonicorum, & Sacerdotum noſtræ Civitatis, data in Summ. qui deponunt, Proceſſionem Sanctiſs. Corporis Chriſti ſolitam fuiſſe ingredi priùs Eccleſiam Monaſterii omnium Sanctorum, & deinde illam Monaſterii S. Claræ quibus utì teſtantibus de facto,



cujus plenam habent notitiam, omnis fides eſt adhibenda, 18
ex adductis *in tom. 1. p. 2. diſcept. 26. n. 52.*

Ultrò concedimus, nullam urgere præciſam neceſſitatem, quòd Proceſſiones ingrediantur in Eccleſia Monaſterii Convertitarum; Dicimus tamen aſſiſtere eidem Monaſte- 19
rio Convertitarum illam numero congruentiam, quæ verificatur reſpectu Monaſterii S. Claræ, quòd ſcilicet pium,
æquumquè videtur, ut tota plaudente Civitate in diebus 20
hujuſmodi ſolemnium Proceſſionum, etiam ipſæ Moniales, quantum fieri poteſt, de tali ſolemnitate participent, ſaltem mediante benedictione, in his caſibus per Celebrantem impartiri ſolita, que congruentia, ſeu ratio cùm æquè benè militet reſpectu Monaſterii S. Claræ, & illius Convertitarum, reſpectu omnium militare debeat eadem diſpoſitio, 21
per ea quæ tradunt *Bald. in leg. De quibus ff. de Legib. Alex. conſ. 5. in fine Cravet. conſ. 118. nu. 15. & Rot. cor. Priol. dec. 229. num* 28.

Mirum eſt, quòd exadverſo magnificetur Eccleſia cujuſdam miſerabilis Hoſpitalis, quæ reperitur in eadem Via,
dum illius qualitas vix excedit limites neceſſariæ capacita- 22
tis ad audiendum Sacrum, Abſque eo, quod fundamentum aliquod conſtitui poſſit in informi Planta, contra quam, ultra reſponſiones ſupra allegatas, urget illa, quod non eſt in noſtra poteſtate tam facilè ædificia conſtruere, quàm illa in 23
Chartis delineare, ut ad propoſitum obſervat *Rot. in Rom. Prælationis 28. Jan. 1692. §. Quatenus verò cor. Card. Cavallerin.* ibi: *Laudarunt ingenium Artificis, eamque fortaſſe facillimè admiſiſſent, ſi tam in noſtra poteſtate eſſet ædificare, quàm delineare;* Sed adhuc per hypotheſim admiſſo, quòd eadem Eccleſia eſſet undequaque aptiſſima, ex hoc nil poſſet infer- 24
ri dùm illius reſpectu non verificaretur urgens motivum, militans circa Monaſteria Monialium, in quarum Eccleſiis intrare ſolent Proceſſiones, non propter ſimplicem materialem Eccleſiæ, ſed ob ſpirituale conſolationem Monia- 25
lium, ibidem exiſtentium.

Die 9. Maii 1693. propoſita Cauſa in Congr. Rituum per Car. Coſtagutum, reſcriptum fuit: *Arbitrio Epiſcopi.* 26

---

# DISCEPTATIO XVIII.

## Taurinen. Reductionis Miſſarum.

INTER

PP. Carmelitas Excalceatos Albagnæ,

ET

Carmelitas Excalceatos Taurini.

### ARGUMENTUM.

*Reductioni Miſſarum, quando locus ſit, ſivè illæ relictæ fuerint in Teſtamento, ſivè acceptatæ per Contractum, ſeu actum inter Vivos.*

BEernardinus Gambinus in Teſtamento, condito die 4. Junii 1704. ità diſpoſuit favore Patrum Carmelitarum Excalceatorum Taurini: *Per raggione di Legato &c. laſcia* 1
*alli Padri &c. nel Convento di S. Tereſa &c. la ſomma di lire* 2000. (quæ ſunt ſcuta 400. monetæ Romanæ) *incaricando l' infraſcritti ſuoi Eredi univerſali di quelle pagare del più liquido di detta Eredità frà meſi tre, dopo ſeguito il ſuo deceſſo, ove li medeſimi Padri non elegeſsero di prendere la Caſa di lui Sig.* 2
*Teſtatore a giuſto eſtimo &c. e quelle impiegare in luogo, e fondo ſicuro, idoneo, e ſufficiente, & anco nel caſo, che elegeſsero tal Caſa, che veniſsero indi ad alienarla, acciò reſtino in fondo perpetuo, per potere co' proventi di eſſo farli celebrare due Meſſe, in cadauna ſettimana, & in perpetuo.*

Multa alia pariter pia Legata idem Teſtator reliquit uſque ad ſummam ſc. 1050. Monetæ; Cùmque ejus facultates impares eſſent ad ſatisfacienda omnia onera, ab ipſo relicta jux- 2
ta ſolitum Teſtatorum: *Sæpè enim de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperant homines* ſunt verba *Text. in §. Prævaluiſſe Inſtitut. Quibus ex cauſ. manumit. non licet*, & juxta animadverſa *per Marant. reſponſ. 46. numer. 1. par. 5. & Rot. in Maceraten. Legatorum 18. Junii 1710. §. finali cor. Anſal. & in Vot. ab eodem edito in Neapolitana Aſſignamenti 3. Junii 1712. §. Poſt hæc*; Idcirco ejus hæres ex motivo deficientiæ bonorum nollet ejus hæreditatem adire,

tandèm ex Sapientum , Amicorumque conſilio factus fuit
diligentiſſimus Calculus omnium Legatariorum , & aliorum
Creditorum ejuſdem Teſtatoris, unà cum exactiſſima deſ-
criptione omnium ejus bonorum , & ex Peritorum accurato
judicio facta fuit proportionabilis diminutio, ex qua dictum
Legatum ſcut. 400. favore Carmelitarum Excalceatorum
reductum fuit ad ſola ſcut. 247. 71. ut refert Vicarius Capi-
4 tularis in Relatione, data in Summ. quam compoſuit me-
diante recognitione *del Teſtamento*, *Inſtromento*, *Scritture*,
*Conti*, *e delle depoſizioni giurate de' Teſtimonj eſperti degni
di fede*, juxtà illius præciſa verba.

Inter Teſtatoris bona Corpus magis conſpicuum erat quę-
dam domus, extimata à peritis in ſcutis 500. quam nemo ex
Legatariis, vel aliis Creditoribus emere volebat, eò quia
erant Creditores reſpectu parvæ ſummæ, neque habebant in
promptu reſiduum, ſolvendum dictis aliis Legatariis, &
Creditoribus; Cùmque PP. Carmelitæ Excalceati Alba-
gnæ Taurinen. Diœceſis deberent inveſtire ſummam ſcut.
5 208. ipſis relictam à Bernardo Bovio, propoſitum fuit, quòd
PP. Taurini illis cederent Jura Legati, de quo eſt quæſtio;
Qua ſequuta, fuit tandèm ab hæredibus dicti Gambini cum
eiſdem concluſa venditio ejuſdem domus pro dictis ſcutis
6 500. hoc eſt pro ſcutis 247. 71. vigore dicti Legati, eis ceſ-
ſi à PP. Carmelitis Diſcalceatis Taurini; pro ſcutis 208.
quæ retinebant otioſa, & erant inveſtienda vigore diſpoſi-
tionis dictis Bovii, & pro ſcutis 44. 38. ex eorum pecuniis
liberis.

Attenta proinde ceſſione dicti Legati cum ſolemnitatibus
neceſſariis die 10. Janar. 1709. paulò poſt, nempe die 15. Fe-
7 br. ejuſdem anni, deventum fuit ad actum ſtipulationis In-
ſtrumenti, in quo *ſi obligarono gli Oratori* (hoc eſt PP. Al-
bagnæ) *in perſona del P. Procuratore del loro Convento di
ſoddisfare al ſudetto Legato la rata de' predetti ſcuti*
247. 71.

Poſt hæc cæpit eadem domus minari ruinam, ad quam
reparandam opus fuit in neceſſariis reaptamentis impendere
ſc. 70. illaque ſub uſuris accipere à diverſis Perſonis, qua-
8 rum major pars neque etiam hodiè ſatisfacta eſt, attenta Re-
ligioſorum paupertate, & quòd magis eſt, alia longè major
impenſa ſcut. 130. æquali neceſſitate hodiè facienda eſt *per
9 puro mantenimento della Caſa*, juxta præciſa verba Vicarii
in dicta Relatione.

Ex quibus moti fuerunt iidem Religioſi ad petendam di-
ctorum onerum remiſſionem, ſeu reductionem, non perpe-
tuam, ſed temporaneam tantùm, hoc eſt uſque ad reinte-
grationem ſummæ dictorum ſc. 70. ab eiſdem uſque ad hodie,
ut ſupra impenſæ, & alterius ſcut. 130. neceſſariò impen-
10 dendæ pro reaptatione dictæ domus, comprobat. à Teſtibus,
& Peritis à Vicario Capitulari Taurini examinatis, de qui-
bus in dicta Relatione: Cùmque illorum precibus, per Sum-
marium relatis in Cong. habita die 5. Sept. 1715. reſcriptum
11 fuerit, ut Cauſa poneretur in Folio; hodie humillimas rei-
terant preces iidem Religioſi pro eadem Gratia, quam cum
omni fundamento à ſolita benignitate hujus Sac. Congr. ob-
tinere ſperant.

Ad quem effectum præmittimus, quòd deficientia ſc. 152.
29. pro integro adimplemento Legati, in ſua origine ſc. 400.
non provenit ab aliqua cauſa, vel accidenti, ſequuto poſt
12 mortem pii Teſtatoris, ſed ex intrinſeco, & reali defectu
bonorum ejuſdem in ejus vita, & antequàm factus eſſet lo-
cus Legato, ut indicavimus ſupra, & latiùs probatur in
Summar. Itaut reſpectu hujus ſummæ, neque etiam appli-
centur termini veræ, & propriæ reductionis antecedentis
oneris Miſſarum, ea ratione, quia reductio oneris ſupponit
13 illius acceptationem, quæ non fuit practicata pro tota ſum-
ma, juxta ea, quæ notant *Tondut. quæſt. beneſ. tom. 2 par.
3. cap. 162. num. 3. Nicol. Lucubrat. Canonic. lib. 3. tit. 41.
de Celebrat. Miſſar. num. 10. verſ. Deinde Dian. Oper. moral.
par. 6. tract. 6. reſol. 10. & Monacell. in Formul. tom. 1. titul.
14 6. formul. 9. num. 7. & 8. fol. mihi* 146. ubi tamen ſe in hac
parte remittit ſapientiſſimo judicio hujus Sac. Congr. eique
me ſubſcribo.

Reſpectu verò alteriùs ſummæ ſcutorum 247. 71. quot in
rei veritate pervenerunt ad manus PP. Carmelitarum Al-
bagnæ, reductio oneris Miſſarum innititur illi legali funda-
15 mento, quòd ſermo eſt de Legato, quod incipit à quantita-
te, & deindè ſequitur onus Miſſarum; In quibus terminis,
deficientibus redditibus aſſignatis, ſemper locus eſt redu-
ctioni quia tunc ſumma legata dicitur ſtare taxativè, non
16 autem demonſtrativè, juxta theoricam *Felin. in cap. Su-
per literis num. 4. de Reſcript.* quam, omiſſis generalibus,
in noſtris terminis ſequuntur *Monacell. in formul. tom. 1. tit.
10. formul. 19. num. 21. fol. mihi* 219. & *Criſpin. nella Viſit.
Paſtoral. par. 2. §. 18. num. 6. Bertacchin. vot. deciſ.* 145. *nu.*
1. & 2. ubi refert, & ſequitur punctualem reſolutionem hu-
jus Sac. Congr. in *Rom. Celebr. Miſſarum 31. Martii* 1696.
quam refert paritèr, & ſequitur *Monacell. ubi ſupra*, & *n.*
24. refert etiam alias moderniores in *Æſina Legati 4. Maii*
1697. & *in Comen. 17. Aug. ejuſdem anni*, & *in Romana 19.
Febr. & 18. Junii* 1701.

Fortiùs quia eadem ſumma ex pii Benefactoris clara vo-
luntate debet inveſtiri in certo fundo, *per potere con proventi
di eſſo farli celebrare due Meſſe in cadauna ſettimana &c.* qui 17
ulteriùs clarè expreſſit ſuum deſiderium, ut iſte fundus eſſet
domus; de qua agitur; Et proindè à tali onere detrahendæ
omni Jure ſunt expenſæ omnes neceſſariæ pro manutentio-
ne ejuſdem fundi, ſeù domus, ea ratione, quia non poſſunt
dici redditus, ſeu *proventi*, niſi illis fructus, ſeu penſiones, 18
quæ percipiuntur ex domo, omnibus oneribus, & expenſis
priùs detractis, juxta animadverſa per *Barboſ. in cap. Gravis
num 6. & 7. de Reſtit. ſpoliator. & Tanchred. conſult. 73. nu.*
19. & firmata per *Rot. deciſ. 273. num. 3. coram Ludoviſ. &
deciſ. 88. num. 5. coram Anſaldo & deciſ. 611. num. 1. par.*
18. *recent.*

Indèque, coherentèr ad hujuſmodi propoſitiones, ſolidè
in Jure fundatas, non petunt noſtri Religioſi perpetuam di-
cti oneris reductionem, ſed ſolùm ſtrictè preces fundunt pro 19
illius ſuſpenſione, uſquequò reintegrentur de dictis neceſſa-
riis expenſis, quæ reſpectu jam factarum, non poterant
omitti, nec poſſunt aliæ de præſenti faciendæ, fieri minu-
tatim ex penſionibus ejuſdem domus, eo quia hæc non red-
dit in fructu, niſi annua ſcuta 20. & neceſſitas domus exi-
git, ut fiant in longè majori ſumma ſcut. 130. ne totalitèr
pereat; Undè eo faciliùs videntur exaudiendæ noſtræ pre-
ces, quò tendunt ad manutentionem domus, ſeu fundi Miſ- 20
ſarum, quem propriis expenſis unica vice faciendis, repa-
rare coguntur, cum hoc, quòd deindè minuatim quolibet
anno de illis reintegrari poſſint pro ſola rata ſcut. 20. dum- 21
taxat.

Quibus non obſtat, quòd ſummus in onere Miſſarum, ac-
ceptato à noſtris Religioſis per viam contractus; In quibus
terminis nunquàm ſit locus reductioni, juxtà laudabilem 22
praxim hujus Sac. Congr. de qua *Monacell. in Formul. tom. 4.
in addit. num 466. fol.* 83.

Tùm quia factum in hac parte non regit, eò quia onus
Miſſarum, de quibus diſputamus, non fuit injunctum in ali-
quo contractu, ſed per viam Legati relictum fuit in Teſta- 23
mento Bernardini Gambini; Conventio autèm ſequuta in-
ter Religioſos Taurini, & Albagnæ, non reſpicit, niſi
exequutionem ejuſdem Legati, hoc eſt illius facilius adim-
plementum, quod cùm ſequi non poſſet in Civitate Tauri-
ni, ceſſum Nobis ſuit idem Legatum, utì ſubrogatis in lo-
cum eorundem Religioſorum Taurini, qui proindè reputa-
ri debent in omnibus, & per omnia, utì Legatarii, qua-
les erant Patres Taurinenſes illorum Ceſſionarii, ex egula, 24
de qua *Surd. dec. 35. num. 9. & dec. 306. num. 5. Monet. de
Decim. c. 9. n. 75. & Rot. cor. Cerr. dec. 33. n. 12.*

Tùm etiam, quia in illis etiam terminis, in quibus agitur
de onere, originalitèr proveniente à contractu, qui non ſunt
noſtri, adhuc ex benignitate hujus Supremi Senatus, cogni-
ta illius læſione, ſemper admittitur reductio ejuſdem contra- 25
ctus ad æqualitatem, juxta caſus, relatos à *Monacell. in For-
mular. tom. 2. tit. 16. formul. 10. num. 17 & tom. 4. num. 466. verſic.
Et in alia fol.* 83. & concordat *Rot. dec. 593. num 9. cor. Cer.* ubi,
quòd hoc multò magis procedit, quando agitur de præjudi-
cio, quod habet tractum ſucceſſivum; Et meritò Cùm enim
Eccleſia ſit cultrix juſtitiæ, & æquitatis, ex adductis *in to.
1. par. 1. diſcept. 16. num.* 41. Omnis ratio, omniſque æquitas 26
expoſcere videntur, ut, demonſtrata læſione contractus, il-
le ad æqualitatem reducatur, quæ intèr Contrahentes ſem-
per procuranda eſt in omnibus rebus, & negotiis, per ea,
quæ notant *Cyriac. contr. 592. n. 40. Fontanel. dec. 261. n. 8. &
9. & Rot. cor. Anſald. dec. 19. n.* 14.

Pro quorum faciliori admiſſione dignentur præ oculis ha-
bere noſtrorum Religioſorum paupertatem, & promptam
voluntatem omnibus modis procurandi, effectu ſubſequuto,
ut fundus Miſſarum, ſeu Domus Teſtatoris manuteneatur 27
in ſtatu adimplendi pium Legatum, idque propriis eorum
impenſis, ut teſtatur dictus Vicarius Gener. Taurini in Re-
latione.

Die 25. Maii 1717. propoſita Cauſa in Congr. Conc. reſ- 28
criptum fuit: *Dilata*, nec poſtea fuit ampliùs in eadem
Congr. repopoſita.

DISCE-

# DISCEPTATIO XIX.

## Romana Funerum.

### ARGUMENTUM.

*Merces duplicata quando debeatur Parochis, vel ratione laboris, vel ratione ſituationis Eccleſiæ, in qua ſepeliendus eſt Defunctus, poſitæ extra fines Eccleſiæ Parochialis.*

ESſendo nata controverſia l'anno 1709. ſopra la quantità della mercede, dovuta a Parochi, e Sacerdoti, che accompagnano li Funerali, quando ciò ſegue in Chieſa, 1 poſta fuori delli limiti della propria Parrocchia, pretendendo in queſto caſo detti Parochi, e Sacerdoti duplicati emolumenti, la ch. m. del Sig. Card. Carpegna, allora Vicario, li 2. Genn. 1710. doppo matura rifleſſione, conſiderata attentamente la diſpoſizione del *nuovo Statuto del Clero cap. 6.* 2 §. 2. determinò non eſſer dovuta, come *nel tom. 1. par. 2. diſcet. 28. num.* 172.

Ma perchè d. ſantiſſimo Decreto forſe non è noto a tutti li Parochi, e perciò da medemi non è puntualmente oſſervato, 3 con pregiudizio ugualmente notabile, e continuo de Parrocchiani, ſi ſupplica umilmente l' E. V. ad ordinare al Sig. Camerlengo del Clero, che lo faccia onninamente oſſervare, per quella ſoda raggione, addotta da *Caſſiodor. Var. lib. 4. epiſt. 14. In ipſis initiis comprimendus exceſſus eſt, nè paulatim reliquos comprehendat*. Il che fu confermato dalla ch. m. del Sig. Car. Paracciani con le ſeguenti parole: *Sig. Camerlengo del Clero faccia oſſervare puntualmente il Statuto nel taſſare la mercede de Viatici, o accompagnature ne' Funerali, regolandoſi ſempre dalla diſtanza, preſcritta nel medemo Statuto cap. 6. §. 11. e dalla mercede parimente ivi aſſegnata, tanto* 4 *ſe le Chieſe, dove ſi porta a ſepellire il Cadavere, ſiano dentro, quanto fuori della Parrocchia, alla quale appartiene il Cadavere, come parimente fù ordinato dalla chiara me. dell' Eminentiſſimo Carpegna noſtro Predeceſſore ſotto li 2. Genn. 1710. al Sig. Camerlengo del Clero di detto anno. Dato in Roma dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto di 9. Aprile* 1720. G. D. Cardinal Vicario.

In queſti termini, caminandoſi con la puntuale oſſervanza 5 di queſti due Decreti di altrettanti Cardinali Vicarii, noti à Roma, & al Mondo tutto per la loro ſcienza, & integrità, & eſperienza, naſce il dubio, ſe debanſi emolumenti doppii a Parochi, e Sacerdoti in quelle circonſtanze, nelle quali le Caſe de Defonti ſono poſte ne limiti della Parrocchia, & in diſtanza minore di quella, che ſi preſcrive nel d. Statuto 6 del Clero, ma detta diſtanza viene uguagliata, e delle volte anche ſuperata, dal longo giro, che ad inſtanza delli Eredi, e Congionti fanno detti Parochi nell' accompagnare li Defonti alle Chieſe Parrocchiali; Giacchè a tempi noſtri è gionto a tal eceſſo il luſſo, che non ſenza ammirazione ſi verifica ancora nell'andare a ſepelirſi.

Intorno al quale crederei foſſe dovuta d. mercede doppia, tanto a Parochi, quanto a Sacerdoti per la ſoda ragione, 7 che trattandoſi di mercede, dovuta a titolo di fatiga, & incommodo perſonale nell'accompagnare li Defonti alla Sepoltura ogni volta, che queſt' incommodo, e fatiga ſi verifica in detto accompagnamento, benchè ſegua dentro la Parrocchia, ſempre è luogo la diſpoſizione dello Statuto eſſendo materialmente diverſo, che l'accompagnamento ſia nella diſtanza, preſcritta dallo Statuto per neceſſità di ſtrada 8 longa, o per volontà dell' Eredi nel fare accompagnare dentro l'iſteſſa Parrocchia per tanta diſtanza di ſtrada, quanta è neceſſaria, perchè ſia luogo alla diſpoſizione ſtatutaria; In quella maniera appunto che ſi pratica in quelle Parrocchie, nelle quali per la loro vaſtità, & ampiezza, ſi verifica la diſtanza, preſcritta in d. Statuto, come ſono quelle 9 vicino alle Porte, di S. Cecilia, di S. Franceſco da Paola a Monti, e ſimili, il che fu oſſervato *nel tom. 1. par. 2. diſcet. numer.* 166.

Dum hæc impreſſa erant occcaſione, quà Defunctus in Parochia S. Andreę de Fractis ſepeliri debebat in Sepulchro 10 ſuorum Majorum, poſito in Eccleſia S. Franciſci ad Ripas, more ſolito Parochorum, tres excitatæ fuerunt prætenſiones.

I. Quòd cuilibet Sacerdoti, aſſocianti Funus, deberetur 11 merces quinquiès repetita & major ſolitæ ratione diſtantiæ.

II. Quòd deberentur Parocho Intortitia viginti, ob Funus 12 non factum.

Et III. Quòd idem Sepulchrum non poterat dici ſuorum Majorum, attento quòd Defunctus deſcendebat à Fundatore, 13 mediante ejus Matre, & ſic per lineam Fœminarum, adducendo ad dictum effectum diſpoſitionem *Statuti Cleri Urbis cap. 3. §. 5.* ubi determinatur, quòd Majorum Sepul- 14 chrum dicatur illud, quod à Patre, Avo, ſeu aliis per rectam lineam Aſcendentium Maſculinam conſtructum fuit.

Ad tollendam primam difficultatem procedendo cum diſpoſitione ejuſdem *Statuti cap. 6. §. 11.* in quo reſpectu diſtantiæ Domus Defuncti ab Eccleſia ſepeliente ita diſpo- 15 nitur -- *Merces ordinaria Preſbyterorum, Funus aſſociantium, ſit unius Julii; Quod ſi contingat, progredi cum funere ad Eccleſias, mediocriter diſtantes, videlicet ab Eccleſia S. Laurentii in Damaſo, ad S. Mariæ de Aracœli; Vel ad S. Lau-* 16 *rentii in Lucina, & ſimiles, ſit duorum Juliorum; Si verò ad Eccleſias remotiores notabiliter, ut ad S. Joannis Laterani, S. Gregorii, S. Petri in Vaticano, & ſimiles, ab Urbis centro, vel circitèr diſtantes, ſit trium juliorum, & plus, vel minùs, juxtà longitudinem itineris, & temporis qualitatem.*

Opus fuit menſurare d. diſtantiam, quæ ab Eccleſia S. Laurentii in Damaſo uſque ad illam S. Mariæ de Aracœli eſt 17 paſſuum ordinariorum 1675. Ab hac verò Eccleſia uſque ad Baſilicam S. Joannis in Laterano, eſt paſſuum 3250. & ſic in totum paſſuum currentium, ſeu ordinariorum 4925. Menſurata verò diſtantia inter Eccleſias S. Andreæ de Fractis, & illam S. Franciſci ad Ripas, reperta fuit paſſuum num. 3845. qui detractis à dd. paſſibus 4925. pro mercede trium juliorum ſuperſunt paſſus 1080. Itaut dando cuilibet Sacerdoti Julios tres, quæ eſt illa merces, quam taxat Statutum Cleri ab Eccleſia S. Laurentii in Damaſo ad illam S. 18 Joannis in Laterano, recipiebat Parochus pluſquam ſufficientem mercedem, juxta terminos Statuti, ab ipſo allegati.

Reſpectu 2. difficultatis, ad quam comprobandam allegabat Parochus diſpoſitionem ejuſdem *Statuti Cleri Urbis* 19 *cap. 4. §. 2. in Addition. verſ. Quotiès* ibi. *Pro Canonicis Collegiatarum &c. Mercatoribus, aliiſue Perſonis opulentis, viginti Intortitia ejuſdem ponderis*, dictum fuit, Statutum nullatenus applicari, quia Defunctus non erat Mercator, neque Perſona opulenta, quo termino utitur Statutum, quivè in tranſlatione vulgari non benè diminutivè explicatur 20 pro *Facoltoſa*. Quia Perſona opulenta, ſecundùm ſuam proprietatem, explicari debet pro Perſona, *opibus abundante*, ut explicat *Calep. d. verb.* qui pro Cauſarum deciſione allegari valet, ut obſervavimus *in Inſtit. Crimin. lib. 2. tit. 10. num.* 123.

Licèt autem replicaſſet idem Parochus, quòd Defunctus venire poterat ſub titulo *opulenti*, eò, quia unà cum ejus Fratre poſſidebat 60. circiter Loca Montium, unà cum aliquibus Domunculis; Reſponſio in promptu erat, quòd ſcilicet omnia dd. Loca Montium, nedum erant pluribus vincu- 21 lis obnoxia, ſed quod magis eſt, erant ſubjecta duplici arctiſſimo Fideicommiſſo, itaut de illorum proprietate diſponere nullo modo poterant, & fructus nullatenus erant ſufficientes pro congrua manutentione dictorum duorum Fratrum, quod ictu oculi reſultabat ex Computis illius, qui il- 22 lorum redditus exigebat, & ex redditionibus rationum, à Judicibus approbatis, ex quibus conſtabat etiam, quòd quolibet anno opus erat ſer. omnibus ſer. cum Judicis mandato aliquam Capitalium portionem diſtrahere pro illorum neceſſaria manutentione.

Reſpectu demum 3. inſpectionis, licèt admitteretur, Sepulchrum Majorum primariò, & principaliter eſſe illud, 23 quod conſtruitur à Patre, & aliis per rectam lineam maſculinam, ut loquitur Statutum; Negari tamen non poterat, ſecundariò venire etiam illud, quod fuit conſtructum per Aſcendentem ex parte Matris, ex allegatis in *to. 3. par. 1. diſc. 23. n. 5. & 6.* quibus addo *Bellett. Diſquiſit. Clerical tit. de Cleric. debit. §. 3. n. 19.* ibi -- *Sepeliendus eſt in loco Majorum &c. Majorum autem appellatione veniunt, tam Aſcendentes ex linea* 24 *Materna, quàm Paterna*, alioſque allegatos ab *Amoſtaz. de Cauſ. piis par. 2. c. 8. de Funerib. n. 39.* ibi - *Advertendum eſt circa Sepulchra Majorum, nullam in illis differentiam eſſe faciendam inter Cognatos, & Agnatos &c. ſicut nec Aſcendentium, an ſint ex linea Paterna, vel Materna, Marchett. de Sepult. §. 38 tract. 9. num. 185. in fine, & Matthæucc. in Official.* 25 *Cur. Eccleſiaſt. cap. 48. num. 23. verſ. In caſu vero, & R. P. D. Petr. ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 2. fol. mihi 393. num. 25.* 26 ibi: *Sed quomodo intelligitur Sepulchrum Majorum?*

*Certum eſt intelligi de Aſcendentibus paternis &c. Et etiam de Maternis in ſubſidium, prout in materia indifferenti veniunt ex utroque latere.*

---

## DISCEPTATIO XX.

### Melphiĉten.

*PRO*

Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis,

*CUM*

N. N. Clerico Beneficiato.

### ARGUMENTUM.

*Subſtinetur Edictum Epiſcopi, prohibitivum adſcititii Capillitii, cujus uſus, ſeu veriùs abuſus, nullatenus tolerandus eſt in Perſonis Eccleſiaſticis,*

Quia nihil eſt, quod alios magis, ad pietatem, & dei Cultum aſſiduè inſtruat, quàm vita, & exemplum illorum, qui ſe Divinis Miniſteriis dedicarunt; Decet pro-
1 inde Clericos, in ſortem Domini vocatos, Vitam, moreſque ſuos taliter componere, ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone, aliiſque omnibus rebus, nil, niſi grave, moderatum, vel Religione plenum præſeferant, ut ferè per hæc numero verba monet *in ſeſſ. 22. de Reform. cap. 1.* generale illud Concilium, à quo, teſte *Cabaſſut. in Notit. Concil. in*
2 *Not. ad Concil. Trid. fol. mihi* 471. *in princ.* plura Catholica Eccleſia conſequuta eſt commoda, quàm ab omnibus aliis generalibus Conciliis ſimul unitis.

Cohærentèr ad hujuſmodi ſalubrem Tridentini ſanctionem, teſte Epiſcopo in Relatione, in Secretaria exiſtente, talitèr in præteritum ſe geſſit, præcipuè reſpectu adſcititii
3 Capillitii, vulgò *Perucca*, Clerus Melphictenſis: *Che ne in tempo de miei Predeceſſori, ne del mio Preſulato, niſſuno, ne de Benefiziati, ne de ſemplici Chierici, ne de Succollettori di Monſig. Nunzio, ha preteſo mai di porſi quì la Perucca, ſtimandoſi anche eceſſo il portare li propri Capelli longhi fin dall' anno 1677 quando coteſta Sag. Congr. decretò, eſſere tenuti queſti Chierici, quantunque Poſſeſſori di tenui Benefici, a portare la Tonſura Clericale, reſtando talmente impreſſo queſto Decreto nella mente di queſto Clero, che tutti,* nemine excepto, *anche li Nobili, e quelli, che hanno avuta Moglie, e poi reaſſunto l'Abito, hanno portato ſempre li loro Capelli corti, & alcuni di eſſi il Capo toſato, con una perfetta raſſegnazione all'uſo antico, e Decreto del Sinodo; Di modo che, ſe vi è ſtato qualche-*
4 *duno, che in queſti ultimi tempi abbia quì portato la Perucca da Paeſe foraſtiero, o l'ha depoſta, conforme hanno fatto li due Chierici N. N. e N. N. ultimamente venuti da Napoli, o ha proſeguito il ſuo viaggio per quella Città.*

Verum tamen eſt, quòd ultimo loco N. N. Clericus Beneficiatus, extortà quadam Commiſſione ab Auditore Con-
5 fidentiarum ſub futilii prætextu imaginariæ exemptionis à Juriſdictione Epiſcopi Melphicten. non obſtantibus Canonicis Sanctionibus, & hujus Sac. Cong. Reſolutionibus, de quibus infrà, neque attentis paternis monitionibus ejuſdem Epiſcopi, laudabilem uſum, & Eccleſiaſticorum exemplares mores immutare tentavit, fictitiam Comam, ciprio pulvere, odoribuſque aſperſam, publicè, & palàm geſtando.

Hinc Epiſcopus ad praxim reducendo celebre illud dictum
6 *Caſſiodor. Variar. lib. 4. epiſt. 14.* ibi: *In ipſis initiis comprimendus exceſſus eſt, ne paulatim reliquos comprehendat*, inhærendo Sac. Canonum diſpoſitioni, & hujus Sac. Congr. Oraculo, ad occurrendum novitatibus, & impediendum, ne idem abuſus rebrobatus alios de ſuo Clero paulatim comprehenderet, ſuo ſpeciali Edicto, publicato die 2. Dec. 1721. decrevit, ne aliquis Sacerdos, vel Clericus Beneficiatus Capillitium, ſeù fictitiam Comam, vulgò *Perucca*, deferret, ibi: *Ordiniamo, e comandiamo ſotto pena a noſtro arbitrio,*
7 *anche della Scommunica, che neſſun Chierico Beneficiato, o conſtituito in Ordine Sagro, porti Perucca, aſſegnando due Meſi di tempo a deporla per Chi ſe l'abbia già poſta, ſotto le ſudette pene, e quanto a Chierici di prima Tonſura, o di Ordini Minori, glie la proibiamo con pena a noſtro arbitrio, e ſpecialmente ſi procederà contro di eſſi ſecondo la diſpoſizione de Sagri Canoni, e del Sagro Concilio di Trento.*

Videns autem, quòd poſt lapſum dd. duorum menſium, ut ſupra præfixorum ad dimittendum dictum aſcititium Capillitium, dictus N. N. Clericus Beneficiatus in evidens vilipendium Epiſcopalis Juriſdictionis, uſum concinnatæ 8
Perucchæ continuabat, fecit illum arreſtare. Verum tamen eſt, quòd vim inferendo Epiſcopalis Curiæ Inſervientibus, in locum tutum ſe recepit, faciendo poſtmodùm Curiæ Epiſcopali notificare duas Inhibitiones, unam Auditoris Confidentiarum, aliam verò Tribunalis A. C. & ſucceſſivè aſſociatus à multis armatis Hominibus, non ſine ſpretu ſui Superioris, publicè, & palàm cum concinnato Capillitio, undiquè ciprio pulvere, & fragrantibus odoribus conſperſo, magno faſtu, nec ſine Bonorum ad- 9
miratione, per Civitatem deambulare cæpit, data opera tranſeundo etiam ante Palatium Epiſcopi, ut deponunt multi Teſtes.

Et licèt idem Epiſcopus potuiſſet ad ulteriorem exemplarem cohibitionem dicti Clerici contumacis, tàm de facto, quàm de jure procedere, non obſtantibus Inhibitionibus prędictis, juxta claram diſpoſitionem Conc. Trid. *in ſeſſ. 24 de Refor. c. 20.* in quo literalitèr diſponitur, quòd: *Ubi de Viſita-* 10
*tione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla Inhibitio, appellatio, ſeù querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, exequutioni eorum &c. quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.*

Imirando in hac parte Epiſcopum Anglonen. qui in longè durioribus terminis Monachi Ciſtercienſis, notoriè exempti, & de facto turbantis ejus Juriſdictionem, ipſum forti 11
brachio ex conſilio *Car. de Luc.* tunc Advocati, carcerare fecit, ut ipſemet teſtatur *de Juriſdict. diſc. 36. in princ.* ibi: *Quendam Monachum Ordinis Ciſtercienſis &c. de facto turbantem Juriſdictionem Epiſcopi &c. Epiſcopus prædictus de meo conſilio carceravit, quamvis non cum ea arcta cuſtodia, & aſperitate, quam utpotè loco pœnæ in aliorum exemplum, at-* 12
*que ad hujuſmodi Exemptorum conſuetam petulantiam coercendam, ex dicto conſilio facere debuiſſet.*

Necnon ſequendo veſtigia Archiepiſcopi Florentini, qui anno 1685. carcerare fecit Priorem S. Auguſtini, de facto paritèr turbantem ejus Juriſdictionem, cujus Captura fuit qui- 13
dem declarata nulla, ſed poſtquàm per menſem cum dimidio in ſummis anguſtiis in Carceribus Epiſcopalibus moram fecit, juxta animadverſa *in meis Inſtit. Crim. lib. 1. tit. 3. n. 38. in fine.*

Summa nihilominùs patientia, & eximia tolerantia noluit aliquid innovare, ſed, legalitèr procedendo, Cauſam reaſſumi facere curavit à dictis Judicibus, illamque remitti 14
huic Sacroſancto Senatui, prout in effectu Auditor SS. in ipſamet Citatione Partis, dictis Inhibitionibus non obſtantibus, conſtantiſſimè declaravit, Cauſam ſpectare ad hanc Sac. Congr.

Exhibitis poſtmodùm hinc indè Juribus in Secretaria, in acerrimo Partium Contradictorio, à notoria Juſtitia R. P. 15
D. Secretarii uſque ſub die 30. Junii proximè præteriti obtinuimus Decretum pro exequutione ejuſdem Edicti, datum in Summ. ſed non dum acquieſcens d. N. N. duo Dubia diſceptanda proponit in hodierna Congregatione, quorum primum videtur *Affirmativè* reſolvendum, & *Negativè* ſecundum.

Quòd enim ad primum Dub. de Edicti ſubſiſtentia dubitari non poteſt, dum illud emanavit ad conſervandam antiquam laudabilem conſuetudinem, & continendos Clericos 16
ſuæ Diæceſis intra limites Eccleſiaſticæ modeſtiæ, cohærentèr ad Sac. Canonum diſpoſitiones, generalium Conciliorum Decreta, SS. PP. authoritatem, & hujus Sacr. Congr. Oracula, quibus attentis, non ſolùm Capillitia adſcititia, ſed propria Coma Clericis prohibetur, ut videre eſt *in Can. Probibete diſtinct. 23.* ibi: *Prohibete Fratres per univerſas Regionum veſtrarum Eccleſias, ut Clerici juxta Apoſtolum, Comam non nutriant, ſed deſuper Caput in modum ſpheræ radant, & in can. Duo ſunt 12. quæſt. 1.* ibi: *Hoc de-* 17
*ſignat Corona in capite, hanc Coronam habent ab inſtitutione Romanæ Eccleſiæ, & in cap. Si quis 4. de Vit. & honeſt. Cleric.* ibi: *Si quis ex Clericis Comam relaxaverit, anathema ſit*, & in *Conc. Salisburgenſ. ſub Gregor. X anno* 1274. coadunato, ibi: *Edicto perpetuo prohibemus, nè Clerici Comam nutriant, maximè Sacerdotes, qui talitèr tondeantur, ut pateant eis aures,* 18
*& in Conc. Toletan. 4 can. 41.* ibi: *Omnes Clerici &c. & Sacerdotes detonſo ſuperiùs toto capite, inferiùs ſolam circuli Coronam relinquant, non ſicuti &c. qui prolixis, ac Laici Comis in ſolo capitis apice modicum circulum tondent, & in Concil. Barchinon. can. 6.* ibi: *Ut nullus Clericus Comam nutriat, & in Concil. Roman. can. 8* ibi: *Ut, ſi ullus Clericus, aut Monachus Comam laxare preſumpſerit, anathema ſit, & in Concil. Oxonienſ. can. 23.* ibi: *Et nec ipſi, nec alii Clerici Comam nutriant,*

*triant, ſed honeſtè tonſi, & coronati incedant, & in Concil. 3. Conſtantinopol. can. 96. ibi: Qui Capillos in perniciem Intuen-*
19 *tium quadam implicatione digerunt, intentique ornant &c. interiorem potiùs, quàm exteriorem hominem Virtutibus ornent, & nullas ſecum reliquias ferant adverſæ ſtoliditatis: Qui ſecùs ſe geſſerit excommunicetur*, cum aliis lato calamo cumulatis à *Gonzal. in dict. cap. Si quis à num. 2. de Vit. & honeſt. Cleric*

Reſpectu verò authoritatum SS. PP. poſſent facili negotio componi Volumina; Nos autem gratia brevitatis remiſ-
20 ſivè nos habemus ad *D. Hieron. in Epiſtol.* cui titulus *de Duobus generib. Hominum*, ad *Ven. Bed. lib. 5. Hiſtor. Anglor. cap. 22.* ibi: *In Eccleſia, vel in univerſo hominum genere tonſuram nullam magis ſequendam, amplectandamque Jure dixerim, ea, quam in capite ſuo geſtabat ille, cui ſe confitenti Dominus ait: Tu es Petrus &c. Nec ob id tantùm in coronam attondemur, quia attonſus eſt Petrus, in memoriam Dominicæ Paſſionis attonſus eſt*, cum aliis, ſequutis à *Germano Patriarcha Conſtantinopolitano in Theorica rer. Eccleſiaſt.* ibi. *Duplex corona circumpoſita capiti Sacerdotis, & capillorum ſignificatione Imaginem refert venerandi capitis Apoſtoli Petri, qui cùm miſſus eſſet ad prædicationem Domini, & Magiſtri, ei tonſa eſt ab iis, qui ejus ſermonem non credebant ut illuderetur ab ipſis, eique Magiſter Chriſtus benedixit, & infamiam in honorem, illuſionem verò in gloriam convertit, & poſuit ſuper caput ejus coronam, non ex lapidibus pretioſis &c. Ludovic. Abelly in Append. de Stat. Cler. art. 2.* ibi: *Ut Clerici Comam non relaxent, aut nutriant in plurimis Comitiis ſub anathema prohibitum eſt, nominatimque in Concilio Barcinonenſe &c. Brun. de His, ad quæ Beneficiati obligantur diſp. 2.* ibi: *Læthalis eſt ergò culpa Comæ ad cervices relaxatio, cum anathema nulli dicatur niſi Reo mortalis peccati &c. Dian. coordinat. tom. 8. tr. 4. reſol. 28. num. 4. Thiers nell' Iſtorie delle Perucche &c. fol 191. verſic. Li Padri della Chieſa*, ubi innumeros citat, *Macry in Hierolexic. Verb. Tonſura, Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. par. 1. alleg. 9. num. 10.* ibi: *Aſſerit, S. Petrum in memoriam ſpineæ &c. Coronæ Chriſti Coronam Capillorum geſtaſſe toto reliquo capite detonſo*, & id alios Clericos
21 fuiſſe imitatos, additque, univerſum Clerum, honoris cauſa, ob reverentiam illius raſuræ in capite S. Petri à Judæis contumelioſè factæ, coronam deferre *Durand. in Ration. divin. lib. 2. par. 1. §. 17. num. 20.* ibi: *Tonſura autem abradent in memoriam ſpineæ Coronæ, quam Judæi Chriſti Redemptoris noſtri Capiti impoſuerunt, atque ejus abraſionis, quam D. Petrus Apoſtolus ab Antiochenis eſt paſſus, & de Graſſ. de Effect. Cleric. in præludio num. 280.* ubi inter alios Authores, cum laude mentionem facientes de dicta Corona Clericorum, annumerat *Port. conſ. 164. num. 31. &*
22 *Pacian. de Probat cap. 34. num. 27.* qui cùm non eſſent, neque Clerici, neque Religioſi, aſſeruerunt per tonſuram *in capite Clericorum intelligi, quòd Clerici in Deo Regnum habent, & dum ſe, & alios virtutibus regunt, poſſunt dici Reges in ſignum Regni, quod in Chriſto expectatur, & S. Bernard. Senenſ. to. 4. de Amor. delect. Serm. 40 fer. 6. in Paraſc.* ſequutus *à Sarnell nel Diſc. contro le Perucche delli Eccleſ. §. 13. verſ. Ma non vi ſiano* ibi: *Omnis Capillus alienus, quem portas, eſt una ſpina Chriſti; Penſate, penſate quę culpa ſit Eccleſiaſticos appetere à quo curavit Paſtor Eccleſię & fęminas prohibere.*

Reſpectu demum Oraculorum hujus Sac. Congregationis celebris eſt reſolutio in *Vigilien-Synodi 28. Maii 1699. ad dub. 28. lib. 219. Decr. fol. 206. §. 26.* quam refert, & ſequitur *Monacell. in Formul. tom 1. in appendic. in lit.* in Notis encyclitæ
23 *Epiſt. S. Congr. Epiſc. tom. 1. fol. 359. num. 19. & ſeqq.* & de qua mentio habetur in *Inſtit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 53. & 54.*

Et in ſpecie pro noſtra Civitate, Diæceſi, & Clero habemus aliud individuale Oraculum hujus Sac. Congr., anno
24 1677. emanatum, de quo in *lib. 29. Decr. fol. 147.* & impreſſum à *Sarnell. in ſuis Epiſt. Eccl. ep. 16. & in Tom. 3. ejuſd. fol. mihi 278.* hoc eſt poſt *§. 13.* cui titulus *Diſcurſus contra abuſum Perucchæ*, in qua prohibitum fuit Clericis, Comam propriam, ſeù prolixos Capillos deferre ibi: *Aliàs 13. Sept. 1675. in una Bituntina Sac. Congr. cenſuit, Clericos, Poſſeſſores Beneficiorum tenuium infra ſummam duc. 60. auri de Camera teneri habitum, & tonſuram Clericalem deferre,*
25 *juxta Conſtit. Sixti V. la 92. & quia &c. opponunt, quòd talis Conſtitutio revocata fuerit ab alia Conſtit. ejuſdem Pontificis, incipien.* Paſtoralis *anno 1580 licèt illa non videatur loqui de Beneficiatis, ſed de his, qui penſiones, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica ſibi reſervata, & conceſſa percipiunt &c. Supplicat Epiſcopus declarari, an Poſſeſſores dd. Beneficiorum tenuium, ut ſupra, teneantur habitum, & tonſuram Clericalem deferre &c. Die 10. Septembris 1677. Sac. Cong. &c. reſpondit Affirmativè*, & patet ex *lib. 29. Decret. fol. 500.*

Multò igitur magis idem dicendum erit in terminis Capillitii fictitii, & adulterini, cujus uſus in Perſonis, Dei cul-
tui deſtinatis, ſemper ab Eccleſia damnatus fuit, ferèque infamis reputatus, ut laté probat *Epiſcopus Tullenſ. in Panopl. Clerical par. 2. lib. 5. c 1. in fine*, ibi: *Capillamenti, ſeu adulterinæ, appoſititiæ, & alienæ Comæ uſus, ſemper infamis in Eccleſiæ habitus eſt, quamobrem nullo modo unquam licitus fuit Sacerdoti, aut Clerico*, ſequutus *a Sarnellio in Diſcurſu delle Perucche &c. §. 14. in fine.* 26

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo agitur de conſtituendo in hac parte magnum exemplum in noſtra Civitate, & Diæceſi, ut in ſpecie obſervat Epiſcopus in ejus Relatio-
ne, data in Summ. ibi: *Si perderà affatto quella unione, & uniformità, goduta con tanta pace in tanti anni, ne naſceranno li diſordini, le gare, e le bizzarie, & altri inconvenienti, che rimetto alla prudente conſiderazione dell' EE. VV., & infallantemente uno di queſti due; O la mia continua inquietitudine con l'altri Chierici, ſpecialmente nobili, regnando in eſſi un emulazione non ordinaria, che tutta rinfronderebbe ſopra di me; O l'abbandonamento totale del buon coſtu-* 27
*me, e Tonſura clericale, la dicui perdita apportarebbe, non ſolo a Me, che a queſto Clero, un diſpiacere notabiliſſimo, come quella, che è una delle antiche prerogative, che lo rende eſſemplare in queſta Provincia.* 28

Et autem communiter approbatum celebre illud dictum *Politicorum Principis lib. 14. Annal. ante fin.* tacito nomine ſequutum à *Rot. dec. 308. num. 20. cor. Dunoz. ſen.* ibi: *Et via*
*aperiretur fraudibus &c. Habere ſiquidem videtur ſpeciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra ſingulos utilitate publica rependitur.* 29

Quibus non adverſantur *Gobat. in Theol. experim. tract. 8. num 680.* Quia ſupponit id practicatum fuiſſe cum licentia Superioris Eccleſiaſtici. Neque opponitur *Paſqualig. de Sacrif. Miſſæ q. 332. num. 4.* non ſolùm, quia nihil circa dictam quæſtionem poſitivè affirmavit, aſſerens in fine ibi: *Hęc pro*
*parte affirmativa deduci poſſunt, quæ conſideranda relinquo, nihil decernens in hac nova difficultate.* Verùm etiam quia illius authoritas reprobata fuit à Congreg. particulari anno 1690. ut retuli *in Inſtit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 51.* 30

Deveniendo ad 2. dub. illius negativa reſolutio videtur clarè inferri ex huc uſque animadverſis, non attento contrario prætextu cauſæ infirmitatis. 31

Mirum ſiquidem in rei veritate eſt, quod ex 300. Eccleſiaſticis Perſonis noſtræ Civitatis, & ex longè majori numero totius Diæceſis, tàm de pręterito, quam de pręſenti, nullus
alter tali ſubjectus fuerit morbo, qui de præterito non admiſerit, nec de præſenti admittat aliud ſpecificum medicamentum, & particulare antidotum, præter uſum Perucchæ, ut Conſideranti patet, & ad rem exclamat *Thiers de Uſu Perucch. fol. mihi 552.* ibi: *Donde viene dunque, che Noi ſiamo più delicati de noſtri Padri?* omnibuſque aliis Aſcendentibus, Conſanguineis, & Conterraneis, quorum morbi per tot ſæcula antecedentia ſanati fuerunt ab aliis medicamentis. 32

Nulla prorſus habita ratione affectatæ Fidei Medici N. N., illiuſque Subſtituti Non ſolùm quia de illa verificatur
lepidum dictum Pii II. ſequuti *in Tom. 1. par. 1. diſcept. 17. n. 59.*, quod ſcilicèt illa tranſiverit per Placentiam, non autem per Veronam. 33

Sed etiam, quia uti ultronea nullam meretur fidem, juxta
theoricam *Felin. in cap. Propoſuiſti num. 6. de Probat.* ibi: *Et ſis cautus, quia non ſufficit, quòd Pars conducat Medicum per viam teſtimonii; Sed opus eſt, ut Judex imponat Relationem, & Felinum* ſequuntur *Peregr. conſ. 11. n. 6. lib. 3. Baron. de Corpor. tit. 17. de Viril. à n. 110. Ricc. collect. 3065. Verſ Et licèt par. 7* ibi: *Non valent Fides, factæ à Medicis, non deſtinatis à Superiore ad illum proprium actum.* 34

Quibus additur illa conſiderabilis facti circumſtantia, quòd idem Medicus, tanquam conductus actualiter inſervit
noſtræ Civitati, fuitque deputatus ab illius Regimine, quod componitur ex corpore Nobilium, & propterea ex hoc etiam motivo illius affectata atteſtatio nullam meretur fidem, ut in durioribus terminis ſimilis extrajudicialis atteſtationis multor. inſignium Medicorum Civitatis Neapolis, concordantibus cumulatis, firmavit *Rota in Neapolit. Fabricæ 22. Jan. 1700. §. Non adverſante cor. Muto* ibi: *Non adverſante in contrarium mendicata Fide nonnullorum Me-* 35
*dicorum, quia iſti actualiter inſerviunt Canonicis S. Spiritus,* 36

*tus, & deponunt extrajudicialiter, & lite pendente &c. & conſequenter nihil probant.*

Utque EE. PP. manibus palpent miram facilitatem ejuſdem Medici ad faciendas atteſtationes, etiam juratas, ſibi ipſi contrarias, dignentur id recognoſcere ex Summ. ex quo patet, quòd die 14. Martii 1722. cum juramento aſſervit, Reveren. Monialem N. N. ex cauſa infirmitatis *non po-*
37 *ter eſſer eletta ad Officij, ne per la ſalute affatto perduta eſſere abile à governare*; Die verò 29. Maij ejuſdem anni cum ſimili juramento teſtatus fuit, *che ſe bene la Mona-*
38 *ca N. N. &c. abbia alcune ſue indiſpoſizioni abituali, non però per dd. indiſpoſizioni la ſtimo inabile alla Carica di Abadeſſa, che eſſercita.*

Relinquentes proinde EE. PP. judicandum, an reſpectu earundem contradictoriarum propoſitionum verificentur ea,
39 quæ *de Soave* notat *Card. Pallav. nell' Iſtor. del Conc. lib. 24. cap. 12. num. 8.* ſequentibus verbis: *Or il Soave ha trovata la maniera di far vedere, che egli non ſempre mentiſce, poiche eſſendo impoſſibile, che di due contradizzioni una non ſia vera, certo è, che egli dicendole ambedue, in una di eſſe è verace.*

Strictè dicimus, quod ex atteſtatione, data in Summ. ad hominem patet inſubſiſtentia dictæ affectatæ atteſta-
40 tionis ejuſdem Medici reſpectu dictæ prætenſæ ægritudinis Monialis N. N. Ex aliis verò atteſtationibus ad hominem conſtare, eundem Clericum: *eſſer Giovane di buona compleſſione, e che gode perfetta ſalute*, juxta atteſtationem
41 Doctoris Phyſici N. N. cum quo concordant Superiores Religionum noſtræ Civitatis ibi: *Atteſtiamo col giuramento ancora &c. eſſere il medeſimo Chierico Giovane di ottima, e robuſta compleſſione, di aver goduto, e godere buona, e perfetta ſalute per quanto vediamo, e ſappiamo*; Quibus omnis adhibenda eſt fides, ſivè conſideretur illorum quali-
42 tas Sacerdotalis, de qua *Coſt. conſil. 20. num... & Rot. deciſ. 384 num. 2. coram Priol.*; Sivè conſideretur alia Religioſi, de qua eadem *Rot. apud Zuff. de Legit Proceſ. deciſ. 84. num. 11. & 12. & deciſ. 815. num. 6. par. 18. rec.* Sivè conſideretur illorum multiplicitas, unita cum remotione cujuslibet intereſſe in re, omnibus notoria, circa quam teſtimonium perhibent, juxta firmata per eandem *Rot. dec. 135. n.*
43 *7. cor. Merlin. dec. 408 num. 10. cor. Priol., & dec. 1251. nu. 7. cor. Emer., & dec. 11. n. 13. par. 18.*

Cum quibus concordat Epiſcopus in Relatione ibi: *E vivamente le ſupplico à credermi queſta verità* (notentur quæſo ſequentia verba) *che confeſſo avanti a Dio, e coteſta Sagra Congregazione, eſſere detto Chierico Giovane*
44 *di ottima, e robuſta compleſſione, di aver goduto, e godere perfetta ſalute, e non aver di biſogno di Perucca, poiche in trent' anni della ſua età, che ha portato ſempre li ſuoi capelli, ſi può dire, che è ſtato ſempre bene; Et in ſette anni, e cinque meſi della mia reſidenza, non è ſtato mai ammalato; Eſſere puro preteſto la neceſſità addotta, e mera bizzaria il portarla per renderſi ſingolare, e far pompa della ſua preteſa eſſenzione.*

Toto ſpiritu ſupplicantes hic obſervare, quòd ille, qui hæc teſtatur coram Deo, & hac Sacra Congreg. eſt ille,
45 quem Spiritus Sanctus poſuit regere noſtram Eccleſiam, quivè, attentis ejus zelo, charitate, & juſtitia, quibus mediantibus ſuam rexit, & regit Eccleſiam, raro exemplo abſque ulla jactantia dicere potuit in ejus Relatione: *Doppo ſette anni, e cinque meſi, che mi trovo in queſta Reſidenza, la prima volta è queſta, che ſono aſtretto di dare incommodo all' EE. VV.* Quodque Sac. Congr. ad evitandum exemplum cum omni rigore meritò in his terminis procedere ſemper
46 ſolent, prorsùs rejectis prætextibus frigiditatis aeris, aliiſque excogitatis cauſis, ut ſignantèr practicavit die 19. Decembris 1690. reiiciendo ſimilem inſtantiam, quam ſub titulo Gratiæ prætendebat Abbas Petrus Nigronus Canonicus Bergomenſis, ut videre eſt *in lib. 40. Decret. fol. 765.* ſuntque EE. PP. notoriæ aliæ rejectiones ſimilium Gratiarum.

Pro quorum omnium faciliori admiſſione dignentur obſervare, quòd Authores Ultramontani exclamare non ceſ-
47 ſant adverſus abuſus conterraneorum Eccleſiaſticorum, circa criſpantes Capillos, & fragantia Capillitia, quibus utuntur, ut videre eſt apud ſæpè, ſed nunquam ſatis citatum *Thiers* in Libro, cui titulus *Iſtorie delle Perucche, in cui ſi fa vedere l' uſo l' origine, e la forma di eſſe, e l' irregolarità di quelle dell' Eccleſiaſtici*, in cujus *cap. 24. fol. mihi 588.* inter opportuna remedia adverſus dictum abuſum,
48 tanquam efficaciſſimum, primo loco proponit ſequens. *Il primo ſarebbe una Bolla del Papa &c. pubblicata per tutto, con la quale foſſe proibito* (notetur quæſo ſequens adverbium) *eſpreſſimamente, & ſotto pene gravi a tutti gli Eccleſiaſtici &c. il portare le Perucche, ne piccole, ne grandi, e dicerchi, o mezzi cerchi, e di ſerze di capelli ſtranieri*, & concordat Epiſcopus *Sarnell. in tom 3. Epiſt. in* diſcurſu, cui titulus: *Diſcorſo Iſtorico, e morale contro l' abuſo delle Perucche negli Eccleſiaſtici.*

Uſquequo igitur, vel dictum remedium, vel aliquod aliud, ab eodem Authore ibidem æquali zelo, ac modeſtia inſinuatum, reducatur ad praxim, non videtur ſaltem idem 49
uſus Perucchæ ab hoc Sacroſancto Senatu approbandus, eo quia illius *reſolutiones habent vim legis, omnes obligant, & adverſus illas recalcitrare non licet, quod fas eſt adverſus aliorum Doctorum ſententias*, juxta præciſa verba *Raynaud. in Heteroclit. Pietat. tom. 16. ſect. 1. punct 14. num. 12. fol. 178.* 50
cum aliis in ſimilibus terminis a me adductis *in Tract. de Matrim. §. 6. n. 48. & ſeq.*

Nec dicatur, quòd in noſtra Provincia, & Locis circumvicinis introductus fuerit uſus adſcititii Capillitii inter Eccleſiaſticos; Objectum enim non ſubſiſtit in facto, & qua- 51
tenus per falſam hypotheſim verum eſſet, retorqueretur potiùs, quia abuſus contra Sacros Canones, Sacroſancta Concilia, & SS. Patrum authoritatem non ſunt fovendi, & dilatandi, neque introducendi, ubi non ſunt, ſed potiùs eliminandi, & eradicandi ſunt, ubi de facto introducti re- 52
periuntur, ut exclamant Doctores illi, quos refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 10. nu. 40 apud Pacion. de Locat.* cum aliis, à me relatis *in Tomo 3. par. 1. diſcept. 5. num. 14. & 15.* & reſolvit *Sac. Cong. Epiſc. in Provincia S. Angeli 16. Sept. 1718.* 53
*Ponente cl. me. Card. Caſono*, in qua dicta S. Cong de medio ſubſtulit ſimilem abuſum, non obſtante, quòd prætenderetur immemorabilis, ut videre eſt ibidem *n. fin.*

Et in terminis terminantibus egregiè *Clericat. in Miſcell. Deciſ. dec. 109. num. 5.* ibi. *Neque ſuffragari poteſt contraria conſuetudo particularium Perſonarum, vel Locorum; Quia hæc tanquam abuſus, & corruptela ubique Terrarum declarata eſt, ac damnata infinitis propemodum Conſtitutionibus, quas collegit Caſton. Chamillard. in Tractatu de Corona, Tonſura, & Habitu Clericorum, in quo leguntur Decreta 16. Bul-* 54
*larum Apoſtolicarum, 10. Conciliorum Generalium; Provincialium 136. Synodalium 252. & ulteriùs referuntur plurimæ SS. Patrum ſententie, Principium, ac Senatuum Edicta; Theologorum, ac Canoniſtarum allegationes in condemnationem Clericorum, relaxantium Comam. Neminem verò latet, invalidam,* 55
*nulliuſque roboris eſſe conſuetudinem (quamvis centenariam, & immemorabilem) quæ declarata eſt abuſus, & corruptela.*

Semperque adverſus hujuſmodi prætextum uſus, ſeu veriùs abuſus Perucchæ, urgeret literalis illa diſpoſitio *Sac.* 56
*Concil. Trid. ſeſſ. 22. de Reform. cap. 1.* ibi: *Statuit S. Synodus, ut quæ aliàs à Summ. Pontificibus, & à Sac. Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu &c. copioſè, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem impoſterum iiſdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, obſerventur &c. Si quæ ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, &c. quàm primum in uſum revocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri, ſtudeant, non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcumque.*

Quia ſemper eſt in voluntate, & poteſtate Epiſcoporum in exequutionem d. conciliaris Sanctionis procurare, ut Clerici vivant ad tenorem Sac. Canonum, ut in ſpecie reſpondendum hujuſmodi prætextui abuſus, ſeu conſuetudini, benè advertit æquè doctus, pius, & in Eccleſiaſticis ma- 57
teriis exercitatus *Clericat. de Sacrific. Miſſæ dec. 48. à num. 21. uſque ad num. 27.* ubi, non ſolum probat, id eſſe conſonum Sac. Canonum diſpoſitioni, Summorumque Pontifi- 58
cum Urbani VIII. Clementis IX. Innocentii XI. & Innocentii XII. repetitis Edictis, ſed reprobando inclinantes in oppoſitum reſpondet omnibus contrariis, optimum dando conſi- 59
lium Confeſſariis, ne abſolvant Clericos, adulterinos capillos geſtantes; eo quia id involuit læthalem culpam ibi *Utinam criniti Clerici, & eorum Confeſſarii ſeriò conſiderarent, delationem Comæ in Miniſtris ſacris eſſe peccatum mortale, ut probant &c. Hi enim non impenderent ipſis Sacramentalem abſolutionem, & illi meliùs conſulerent Animabus ſuis.*

Et in terminis exclamando contra ſimilem abuſum, & junctis manibus Deum exorando, ut noſtrorum temporum Confeſſarii imitarentur Confeſſarios illos, qui abſolutionem negabant Clericis, ad ipſos accedentes cum fictitia Coma, 60
inter quos piæ memoriæ vir *P. Joannes Maria Monſrubeus* Sacerdos Cong. Oratorii Patavii egregiè *P. Joannes Marianus in Hiſtoria PP. Congr. Oratorii Neapolis to. 4. lib. 3. c. 9.* ibi: *Foſſe in piacere di Dio, che in queſti noſtri tempi, ne' quali li Eccleſiaſtici, anche Sacerdoti, non contenti de' proprii*

cape-

*capelli, li prendono in preſtito da altri, comprandoli a caro*
61 *prezzo, per vanamente ornare il loro venerando Capo, vi*
*foſſero molti imitatori del Monteroſſo, che con petto conſtante*
*latraſſero come Cani fedeli contro queſto intolerabile abuſo, e*
*come giuſti, e ſeveri Giudici negaſſero a Traſgreſſori l'aſſolu-*
*zione, che ben toſto ſi vedrebbe tolta la vanità de Cappelli, e*
*delle Veſti corte, e quaſi ſecolareſche, che con sì poca edifica-*
62 *zione ſi uſano oggi da molti Eccleſiaſtici*, & *Clericat. de Sa-*
*crament. Ordinat. deciſ.* 10. *num.* 28. ubi quod idem
Pater Monſrubeus ( ſunt ejus preciſa verba ) *adeo ze-*
*labat obſervantiam Sacrorum Canonum circa clericalem ton-*
*ſuram, ut cuicumque Clerico, Comam, capilloſvè prolixos*
*deferenti, conſtanter abſolutionem Sacramentalem negaret;*
*Et quadam die Cappellano cujuſdam exteri Epiſcopi, ac Prin-*
*cipis, probibuit celebrare in Eccleſia ſui Oratorij, quia coma-*
*tus erat, & eidem Cappellano dicenti ſibi, uſum ferenti Co-*
*mam ab Eccleſiaſticis eſſe univerſalem, pius Pater reſpondit,*
*abuſum fore, & corruptelam, inceſſanter ab Eccleſia, & à*
*Summis Pontificibus damnatam &c. Quapropter Cappellanus*
*ille confuſus & ejus Herus convictus, abſque miſſæ celebratio-*
63 *ne diſceſſerunt.* Quæ commendabilia exempla ſi renovaren-
tur hodiè, brevi tempore evellerentur abuſus *delle Peruc-*
*che* ab Eccleſiaſticis Perſonis, ut Conſideranti manife-
ſtum eſt.

Ex quibus non credimus ex adverſo adducenda eſſe aliqua
exempla, quæ forsan tolerata fuerunt in aliquo particulari
64 caſu, & ex ſpecialibus facti circumſtantiis, Non ſolùm,
quia non exemplis, ſed legibus judicandum eſt, ut dicit *Tex-*
*tus in leg. Nemo Cod. de Sen. & interloquut.* Sed etiam,
quia opus eſſet videre, & attentè recognoſcere illas parti-
culares circumſtantias, & præciſos terminos, in quibus id
toleratum fuit; Quia authoritates Doctorum, & reſolutio-
nes Sacr. Congr. attenduntur dumtaxàt in illis circumſtan-
65 tiis, in quibus emanarunt, ut in ſpecie advertunt *Caram.*
*in Theol. fund. lib. 3. tit. de Matrim. fundam.* 30. *num.* 3711.
*verſic. Hinc patet*, ubi quòd, ut plurimùm tales concurrunt
in aliquo caſu circumſtantiæ, ut reſolutio, quæ unicum ca-
ſum reſpicit, ad reliquos extendi non poſſit, cum aliis cita-
tis *infra par. 2. diſc. 19. §. 1. n.* 178.

Meritò proinde admittunt contrarii Scribentes, Edictum
Epiſcopi, de quo in primo dubio, ſubſtineri, & eſſe exe-
66 quendum quia revera illud conforme eſt 16. Bullis Apoſtoli-
cis, 10. Conciliis Generalibus 136. Provincialibus, 152.
Synodalibus, & omnium SS. PP. Theologorum, & Cano-
niſtarum opinioni, teſte *Clericat. in Miſcellan. Deciſ. deciſ.*
100. *num.* 5. Prætendunt verò circa 2. dub. quòd uſus Peruc-
67 chæ, in noſtro caſu tolerandus ſit ex cauſa infirmitatis, cui
N. N. ſubjectus eſt, & cui in toto genere medicinalium non
reperiatur medicamentum magis aptum, magiſque efficax,
quàm *un Perrucchino d'Abbate*, juxta phraſim contrariorum
Teſtium citando ad dictum effectum aliquos Authores, &
tranſcribendo ea, quæ ſcripſi *in l. 1. tit. 10. §. 4. num. 51. &*
*ſeqq. Inſtit. crim.*

Reſtringentes proindè ſermonem ad concurſum hujuſmo-
68 di juſtæ cauſæ, conſtanter dicimus, quòd illa non regit in
facto, & quatenùs per modum falſæ hypotheſis ſupponere-
tur probata in facto, non relevaret in Jure.

Non regit in facto dictus prætextus juſtæ cauſæ, idque
manibus palpatur ex eo, quia non ſolùm non fuit probatus,
ſed nec etiam allegatus coram Epiſcopo, dum omnes con-
69 trariæ mendicatæ atteſtationes exaratæ fuerunt diebus 9.
Maii 2. & 3. Junii 1722. ut ex confrontatione illarum Data-
rum in contrario Summ. Ex hujuſmodi enim tarda allega-
tione dicti prætextus concludens deſumitur argumentum, &
convincens demonſtratio ejuſdem inſubſiſtentiæ ad *Text. li-*
*teralem in leg. Si quis fortè l. 1. ff de Pœn.* ibi: *Non enim de-*
70 *bebat tam megnam rem tandiù reticere:* cum concordantibus
apud *Rot. dec. 59 n. 9. p. 13. rec.*

71 Secundò excluditur in facto idem prætextus ex atteſtatio-
nibus, datis in Sum.

Quibus non adverſatur ſecunda mendicata atteſtatio Me-
dici N. N. & compoſita die 4. Julii 1722. Non ſolùm quia il-
la non fuit Nobis communicata, ut erat ſimpliciter neceſſa-
rium, juxta *l'Ordini, da oſſervarſi indiſpenſabilmente nelle*
72 *propoſizioni delle Cauſe contentioſe, dette di Foglio, nella Sa-*
*cra Congregazione del Concilio* impreſſis *in Bullariol. ſ. m. In-*
*noc. XII. conſtit. 73. §. 3. fol.* 244.

Sed etiam quia uno ore receptum eſt inter DD. quòd in
conflictu duarum atteſtationum, inter ſe contrariarum, ſtatur
73 priori, poſtpoſita ſecunda, ut obſervant *Camerar. in conſil Ma-*
*tr. apud Zabarel. n 9. ante fin. & n. 31. & Rot. dec* impreſſa *apud*
*Card. de Albic. de Inconſt. in Judic. q. 35. n. 16. & in Pi.*
*ſauren. Hæreditatis* 10. *Dec.* 1696. *§. Ab hac tamen coram Car-*
*din. Priol.*

Ultra quod, ſi verum eſt id, quod communiter dici ſolet,
quodq; experientia notum eſt, *che la Perucca ſi gode, quando*
*non ſi tiene in Teſta*, pro eo tempore, quo N. N. moram facit
in propria Domo, tunc experire poteſt omnes illas aſſertas 74
tranſpirationes vaporis, qui ejus prętenſę infirmitati pro-
ſunt, quive à proprijs capillis, ſive *da un Perucchino d'Abba-*
*te*, impediuntur. Pro eo verò parvo tempore, quo moram
facit extra propriam Domum, cùm obligatus non ſit perma-
nere per multas horas in Choro, vel Eccleſia, humiditati-
bus ſubjecta, facili negocio poteſt ejus prætenſæ indigentiæ
ſupplere bonns Pileolus, Eccleſiaſticæ modeſtiæ correſpon- 75
dens, ut notat *Thiers in Tract. de Perucch. fol.* 490 ad rem ob-
ſervans, Innocent. IV. ad avertendos morbos ex humiditate
Eccleſiæ Cantuarienſis permiſiſſe illius Canonici, ut Pileo-
lis tempore Divinorum Officiorum uti poſſent, uti quotidiè
practicari videmus in Baſilicis, aliiſque Eccleſiis Urbis, ex
ſpeciali pręcepto ſ. m. Clem. XI. de quo infra n. 115.

Non omittentes hic enixè rogare, ut dignentur reflectere,
non ſolum ad maximam illam facilitatem, quam habet N.
N. ad extorquendas atteſtationes ad ſui libitum, ſed etiam ad 76
obligandos illos, qui fecerunt atteſtationes pro veritate, &
conſcientia, ad illas retractandas, quod certè nimia conſide-
ratione dignum videtur.

Prout etiam non minns urgens argumentum, excluſivum
dictę juſtę cauſę, deducitur ex illo actu, qui non poteſt eſſe ma-
gis exorbitans, dum ſtatim ac ſe exemit à fortiis Curię, publi-
cè, & palam auſus fuit incedere per Civitatem, in qua evul- 77
gatum fuerat illius attentatum, aſſociatus ab armatis Homi-
nibus, tranſeundo etiam antè Palatium Epiſcopi. Mirumque
in rei veritate eſt, quòd in ejus Summario non adduxerit ali-
quam atteſtationem Medicorum, aſſerentium pro illius aſ-
ſertis morbis, non ſolùm ei neceſſarium eſſe uſum *di un Pe-*
*rucchino d'Abbate*, ſed ulteriùs conferre *alle traſpirazioni de*
*ſuoi ſudori* deambulando tranſire per Civitatem, aſſociatus 78
ab armatis Hominibus, idque in faciem ſui Superioris Eccle-
ſiaſtici, cujus paternas monitiones contempſerat, & cujus
Edictum ſe declaraverat nolle obſervare, cum tali, tanto-
que ſcandalo totius Populi.

Itaut ex hoc unico actu, quando nihil aliud adduceremus,
nullatenus ejus preces eſſent exaudiendæ, ad *Text. in can. Si-*
*cut 1. q. 6.* ibi: *Qui ultro ambit, vel importunè ſe ingerit, eſt pro-*
*cul dubio repellendus*: & concordat *D. Thom 2. 2. q. 10. art. 5. ad* 79
3. ibi: *Ex ipſa pręſumptione redditur indignus, & ſic preces*
*ſunt pro indigno*: cum concordantibus apud *Peyrin. de Offic.*
*Prælat. Regul. q. 1. c. 6. n. 11. & Grutb de Art. benè deſideran.*
*reſolut. 1. n. 1. & 5 & reſolut. 25. §. 2. n.* 103.

Quibus additur cauſa nimis inepta, quæ adducitur ab
eiſdem Medicis, ad oſtendendam neceſſitatem Perucchæ,
& quæ operatur, ut nulla fides eiſdem Teſtibus danda ſit, 80
juxta Authores illos, quos refert, & ſequitur *Rot. dec.* 153.
*num. 4. coram Benincaſ.* ibi: *Certum eſt, quòd dicta Teſtium*
*de Jure veniunt regulanda à ratione, quam reddunt, itaut*
*ſi ea ſit inefficax, talis quoque reputari debeat illorum depoſi-*
*tio.*

Quòd enim dd. Teſtes aſſerant, *eſſerli neceſſario il taglio*
*de Capelli per ſollievo de ſuoi mali*, ut dicit unus ex contra-
riis Medicis, *& eſſerli neceſſario toſarſi allo ſpeſſo li Cappelli*
*per aver più libera, e inſenſibile tranſpirazione*, poteſt per- 81
mitti dd. Medicis, quibus poſſumus dicere: Ipſi videant
circa dictam aſſertam neceſſitatem; Cæterùm, quòd deinde
ſubjungant ad dictum effectum unicè neceſſarium eſſe uſum
adſcititii Capillitii, ſibi ipſis contradicunt, quia ſi eſt ne-
ceſſaria tranſpiratio mediante inciſione Capillorum,
certum eſt, quod eadem tranſpiratio impeditur potiùs,
quàm faciliteтur *da Perucchini d'Abbate*, quibus utitur N. 82
N. Poſſetque proinde eidem malo occurrere cum ſimplici
Pileolo, geſtando per publicas Vias, & ſine illo permanen-
do in ejus Domo. Hoc modo eodem tempore occurrendo
ejus prætenſis morbis, & ſervando Clericalem honeſta-
tem, juxta temperamentum illud, quod in his terminis
reſpectu Clericorum laudat *Thiers in Tract. de Perucch.*
*pag.* 490.

Neque oppoſitum dicunt Authores, in contrarium cita-
ti, minuſque Ego in *Inſtit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num.* 51.
*& ſeqq.* Omnes enim Authores, de hac materia differentes,
in hoc conconcordant, quòd exiſtentia, & ſufficientia juſtæ 83
cauſę non eſt repoſita in voluntate Clericorum, ſed in arbitrio
& conſcientia Epiſcopi, juxta verba illa *dd. Inſtit. Crim. Ju-*
*ſta concurrente cauſa &c. arbitrio Epiſcop. & aliorum Eccleſia-*
*ſticorum Superiorum ponderanda*, & juxta firmata per *Rot.*

dec.426.num.9.par.5.rec.ibi : *Ob illam clauſulam arbitrio tuo, quæ æquippollet clauſulæ conſcientię tuæ, vel ſi tibi videbitur:*
84 & iſti ſunt termini, in quibus emanavit reſolutio *Sac Cong. Epiſc.die* 20.*Febr.*1682.de qua in contrario Sum. ibi : *Et quoad Clericum, geſtantem Capillitium, vulgò* Perucca, *arbitrio Epiſcopi*.

In noſtro autem caſu Epiſcopus, non ſolùm in conſcientia hujuſmodi arbitrio uti non poſſe ſolemnitèr atteſtatus
85 fuit coram Deo, & hac Sac. Cong. ſed ulteriùs eadem ſolemnitate teſtatur, N. N. *eſſer Giouane di ottima, e robuſta compleſſione, e di auergoduto, e godere perfetta ſalute, e non auer biſogno di Perucca*.

Eſt autem mera vanitas prætendere, quòd dicta clauſula *arbitrio Epiſcopi* importet neceſſitatem, quia oppoſitum indubitatum eſt in Jure, ex latè animadverſis per *Barboſ. de Clauſul.clauſul.*10.*&* 11.*per tot.*Et in terminis reſcripti Sac. Cong. Epiſc. cum ſimili Clauſula *arbitrio* practicatum fuit *in Ord. S. Baſilij* 7. *Decemb.*1718.*Ponente cl. mem. Card.Caſino*, Ea viva ratione, quia arbitrium regulatur à Jure, juxta notum axioma, de quo *Priol.dec.*16.*n.*1.Eſtque EE. PP.
86 probè notum, quod quando Sacrę Congr.exquirere volunt ab Epiſcopis exequutionem propriorum Oraculorum, non ſolùm id expreſſè demandare ſolent, ſed ulteriùs addunt, *Et de exequutione certioret*.

Retorquetur ad hominem contraria illa reflexio, quòd ad-
87 ſint aliqua Loca, & Civitates in noſtra Provincia, in quibus abuſus Capillitii adſcititii toleretur.

Aut enim loquimur de Civitate, finitima noſtræ Diœceſi, quales ſunt Vigiliæ vulgò *Biſceglia*; & in hac Civitate, &
88 Diœceſi nullus omninò reperitur Clericus, qui uſum Perucchæ habeat, eo quia in illa uſque ab Anno 1677. reperitur impoſita pœna excommunicationis, ab hac Sac. Congregat. approbata in *Viglien.Synodi* 28.*Maii* 1699.*ad dub.*28.

Aut verò loquimur de Civitate dominante, & notiſſimus eſt in hac parte verè Eccleſiaſticus Zelus Archiepiſcopi Neapolitani, qui nemini uſum adſcititii Capillitii in ſua Metropoli permittit. In iſtis autem terminis argumenta
89 non ſunt deſumenda à ſolito illarum Civitatum, in qua aliquis viget abuſus, ſed potiùs ab illis, in quibus Eccleſiaſtica modeſtia, & Eccleſiaſticorum honeſta vita, Sæcularibus ædificationis exemplum præbet, ut exclamat
90 *Cardinal de Laur. in Epiſt. ad Lector Epitome Sacræ Canonum*, ubi, quod in his terminis non ſunt Sacroſanctæ Leges ad placitum Subditorum trahendæ, ſed iſtorum voluntates legibus ſubiiciendę ſunt.

Ultra quod concluſio, quòd ſolitum vicinarum Civitatum attenditur pro interpretatione alicujus legis, ſeù conſuetudinis vera eſt, & procedit in illis terminis, in
91 quibus ſermo eſt de interpretatione legis alterius vicinæ Civitatis dubiæ, & obſcuræ, ex adductis *per Prat. reſponſ. criminal* 46. *numer.* 56. & firmatis *per Rota in Romana Præcedent.* 5. *Maii* 1710. *§. Sed ab ea coram Criſpo*.

Cæterùm prætendere, quòd clara lex unius Civitatis, & Diœceſis, non ſervanda, ſed abolenda ſit, eo quia per merum abuſum in alia vicina Civitate practicatur contra-
92 rium, eſt propoſitio, omnibus Legibus, omnibuſque congruentiis oppoſita, ut in terminis longè durioribus ſoliti centenarii, & immemorabilis in noſtris terminis exclamat doctiſſimus *Clericat. in Miſcellan. deciſ.* 109. *num.* 5 ibi : *Neminem verò latet, invalidam, nulliuſque roboris eſſe conſuetudinem, quamvis centenariam, & immemorabilem, quæ declarata eſt abuſus, & corruptela*.

Quantò igitur magis procedunt hæc in noſtris terminis, in quibus abuſus Perucchæ inter Eccleſiaſticos recentiſſimus
93 eſt, ut obſervant *Sarnell. in fin. tom* 3. *Epiſtol. in diſcurſ. cui tit. Diſcorſo Iſtorico, e Morale contro l' abuſo delle Perucche negli Eccleſiaſtici, & Thiers in particular. Lib. cui tit. Iſtoria delle Perucche, in cui ſi fa vedere l' uſo, l' origine, e l' irregolarità di quelle delli Eccleſiaſtici*, itaut niſi magna, & Suprema Tribunalia in hac parte porrigant manus adjutrices illis Epiſcopis, qui faciunt quantum in ſe eſt ad impediendum, ne ſimilis abuſus introducatur in eorum Diœceſibus, utque eradicetur in illis, in quibus introductus de facto ab uno, vel altero Eccleſiaſtico reperitur, in qua parte laude dignus eſt Epiſcopus Oppidenſis, qui die 9. Maii 1720.
94 ſimile fecit Edictum pro ſua Civitate, & Diœceſi, in quibus in viridi eſt obſervantia ibi : *Non eſſendo ancora per la Dio mercè introdotto l'abuſo delle Perucche nell' Eccleſiaſtici in queſta noſtra Dioceſi, in maniera che in eſſa ne pur' uno ſi trova, che la porti ancorchè Chierico egli foſſe, eſſendoci riferito, che un Sacerdote di queſta Dioceſi, ſtato più anni fuori, e che da più d' un anno ſtiede in Santa Criſtina ardiſce d'andare continuamente con la Perucca, e temendo, che da queſto ſuo pernicioſo eſempio ne poſſa naſcere ſcandalo, e forſe ancora pernicioſa imitazione in altri Dioceſani noſtri Sudditi; Perciò Inerendo alla dichiarazione della Sagra Congregazione del Concilio a' 20. di Maggio 1699. ordiniamo col preſente noſtro Editto, che ſotto pena di Scommunica niun Chierico Beneficiato, overo niun' altro conſtitutio nell' Ordine Sacro porti la Perucca ſotto qualſivoglia preteſto. Oppido dal noſtro Epiſcopato 9. Maggio 1720.* Actum erit in hac parte de Eccleſiaſtica tonſura, & 95
poni poſſunt ad partes; Imò deleri à Libris Eccleſiaſticis 16. illæ Apoſtolicæ Bullæ, 10. Concilia Generalia, 136. Provincialia, & 252. Synodalia, in quibus Comæ relaxatio etiam ſub anathemate Clericis prohibetur, juxta animadverſa *per Caſton. in lib.* cui tit. de *Corona Tonſur. & Habit. Cleric.* ſequutum *à Cleric. in Miſcellan. deciſ deciſ.* 109. *num.* 5.
Quia nimia facilitate Clerici, obtinentes Fides Medicorum 96
circa ſomniatos morbos, ac aerea mala, ortum habentia à propriis capillis; poſſent allegare exemplum Adverſarii quod quantum diſſonum ſit, quantarumque conſequentiarum productivum, de ſe patet.

Non eſt verum, quòd in noſtra Civitate toleretur etiam hodiè uſus Perucchæ in Clericis. Licèt autem individuantur in Summario duo Clerici, qui illa de præſenti utuntur, quive à paucis menſibus redierunt ad Patriam, unus paratus 97
eſt illam deponere intra terminum, illi præfixum ab Epiſcopo, ut ipſemet teſtatur in Relat. data in Summ. Alter verò in præſenti moram facit in Urbe, non autem, in noſtra Civitate, in qua Adverſarius *unico, e ſolo continua nella ſua oſtinazione di portarla nella medeſima Città frà* 300. *Eccleſiaſtici in circa, che quì ſono*, juxta præciſa verba d. Epiſc. ubi ſup.

Ejuſdem pariter inſubſiſtentiæ ſunt ea, quæ gratìs pariter ex adverſo aſſeruntur de Capillitio ejuſdem Adverſarii, appenſo in Carceribus de ordine Epiſcopi; Hujuſmodi enim 98
factum nullatenus probatur ex affectata illa Fide, quæ exhibita fuit in contrario Summ.

Ultra quod difficile erit oſtendere, quòd dicta appenſio Capillitii, in Carceribus à Curſoribus forſan facta, aliquam mereatur animadverſionem, eo quia non aderat in praxi legalis aliquis modus coercendi potentiam ejuſdem Adverſarii; 99
teſte Epiſcopo in Juſtificationibus, exhibitis in Secretaria.

Et tamen in his terminis non eſt novum, neque inauditum, quòd adverſus Clericos potentes, & vanos, Epiſcopi
ad aliorum exemplum, ad ſimiles actus procedant, ut vide- 100
re eſt apud *Clericat. de Sacrific. Miſ. deciſ.* 48. *num.* 24. ubi refert cum laude, & Bonorum approbatione id practicaſſe Epiſcopum Patavinum, priùs Sacræ Rotæ Auditorem, ibi: *Ut*
*fecit vigilantiſſimus Epiſcopus Georgeus Cornelius, qui Preſ-* 101
*byterum ſatis divitem, ſed vanum, Comam degentem, Carcere mancipavit, mulctavit &c. ipſamque Comam appendere juſſit in Cancellaria ad aliorum terrorem*.

Poterant proindè, & debebant omitti contrariæ exagerationes hujuſmodi facti, ac ſi ageretur de aliquo magno facinore, & debebat pariter Adverſarius majorem veneratio- 102
nem exhibere erga unum ex illis, qui in *Clem.*1.*§. Nec ſuper de Pęn.* vocantur *Sanctiſſimi, Chriſti Legati, Spirituales Patres, Papæ Fratres, & Eccleſiæ Columnæ*, & in *Conſtit.* 22. §.22. *Leonis X.* aſſeritur, eſſe ſubrogatos loco Sanctorum A-
poſtolorum; Non autem magno faſtu, ante illius Palatium 103
data opera tranſire cum concinnato Capillitio, tota Civitate pluſquam ſubmiſſa voce, & non ſine admiratione, talem operandi modum deteſtante.

Die 8. Aug. 1722. propoſita Cauſa in Congr. Conc. ſub duobus ſequentibus Dub.

I. *An Edictum Reverendiſſ. Epiſcopi ſubſtineatur*, & qua-
tenus *affirmativè*. II *An ſit toleranda geſtatio Perucchæ in* 104
*caſu, de quo agitur*. Ad I. reſponſum fuit *Affirmativè*. Ad II. *Negativè in caſu, de quo agitur*.

VErba Edicti ſ. m. Clementis IX. ſub die 29. Junii 1663. *Comanda, che non ſia permeſſo &c. Con aver la Chierica, corona Eccleſiaſtica &c. e ſenza Zazzara, o Capigliatura, e queſto ſotto pena di ſcudi dieci, d'applicarſi ad Opere, e Luoghi pii, conforme al ſolito*.

Verba Edicti Ven. Servi Dei Innoc. XI. ſub die 8. Octobris 1681. de quo mentio habita fuit ſupra *num.* 58. ſunt ſequen-
tia: *Che la Chierica ſi veda, e li capelli ſiano corti, acciò* 105
*non reſti coperta, e ſi diſtingua il Sacerdote per la tonſura, & abito*.

Verba Edicti ſ. m. Inn. XII. diei 20. Nov. 1691. de quo pa-
riter habita fuit mentio ubi ſupra *num.* 58. *Si ordina pa-* 106
*rimente, e comanda, che neſſun Sacerdote, o Chierico*

*anco-*

*ancora di prima tonſura, come ſopra porti Zazzara, o Capi-
gliatura; E meno Zazzara, o capelli finti, chiamata volgar-
mente* Perucca, *che copra la fronte, e l'orecchie, ſotto pena
107 &c. per qualſivoglia volta ſi traſgredirà, della Carcere, e di
ſcudi dieci, d' applicarſi ad Opere, e Luoghi Pii.*

Verba Edicti ejuſdem ſa. me. Innoc. XII. ſub die 31. Mar.
108 1699. ſunt hæc; *Che verun Sacerdote, o ordinato in Sacris,
o ancora Chierico di prima tonſura, come ſopra, porti Zaz-
zara, o Capigliatura, che cuopra la fronte, e l'orrecchie, ſot-
to pena in ciaſcheduno di dd. caſi, e per qualſivoglia volta, che
ſi traſgredirà di dieci ſcudi, d'applicarſi ſubito ad Opere, e
Luoghi pii, & altrettanti giorni di Carcere. Che non permet-
tano &c. che il Sacerdote celebri con Capigliatura finta, detta
109 comunemente* Perucca, *ſotto pena, tanto a medemi Deputati,
e Sagreſtani, come ſopra, quanto a Sacerdoti, che celebrano
in qualſivoglia di detti caſi, della ſoſpenſione da Diuini Offizj,
da incorrerſi ipſo facto, ſenza altra dichiarazione.*

Quæ Edicta confirmata fuerunt à ſa. me. Clem. XI. die 7.
Dec. 1706. ſequentibus verbis. *Primieramente col preſente
110 Editto ſi rinovano gl'altri, ſopra tal materia pubblicati, ed
in ſpecie li 29 Giugno 1667. e li 10. Ottobre 1681. e li 20. No-
111 vembre 1691. e li 22. Novembre 1696. e li 31. Marzo 1699. dal-
li Sommi Pontefici Clemen. IX. Innocenzio XI. ed Innocen-
zio XII. &c.*

IV. *Si ordina parimente, e comanda, che verun Sacerdo-
te, ed ordinato in ſacris, o ancora Chierico di prima tonſura,
come ſopra, porti Zazzara, o Capigliatura, che copra la
fronte, e l'orecchie, ſotto pena in ciaſcheduno di detti caſi, e
112 per qualſiuoglia volta, che ſi traſgredirà, di dieci ſcudi, d'ap-
plicarſi ſubito all'Opere, e Luoghi pii, e di altretanti giorni di
Carcere; Potendo inoltre eſſere certi quelli, che contraveran-
no, che la loro diſobedienza ſarà ad eſſi di totale impedimento
per conſeguire qualſivoglia Benefizio, o Offizio Eccleſiaſtico.*
113 Nec non die 18. Junii 1714. ſequentibus verbis: *Che non ſi
permetta, che alcun Sacerdote Celebri con Capigliatura finta,
detta comunemente Perucca &c. Altrimente incorreranno nel-
la ſoſpenſione ipſo facto ſecondo l'ultimo Editto.*

Imò idem ſ. m. Clem. XI. quo ad obligatos ad Chorum
114 in Urbis Baſilicis, & Collegiatis Eccleſiis die 4. Maii 1701.
per organum Congr. Viſitat. Apoſtolicæ ſequens publicavit
præceptum, punctualiſſimæ exequutioni uſque ad hodiè de-
mandatum, & regiſtratum in *Libr. Decr. ejuſdem Sac. Congr.
ab anno 1693. uſque ad annum 1705. fol. 154.*

*Conſiderando la Santità di N. S. Papa Clemen. XI. quello,
che da Sagri Canoni, dal Sagro Concilio di Trento, e da* 115
*altre Ordinazioni Apoſtoliche ſi preſcrive ſopra la modera-
zione, e congrua Tonſura di Capelli delle Perſone Eccleſiaſti-
che, e riconoſcendoſi dalla S. S. quanto repugni alla diſpoſizio-
ne de medeſimi Sagri Canoni, e ſia diſconveniente, ed inde-
cente a chiunque profeſſa Stato Clericale, uſare Capelliere fin-
te, dette volgarmente* Perucche, *e ſpecialmente a quelli, che
eſſendo obbligati al ſervizio delle Chieſe, deuono aſſiſtere alli* 116
*divini Offizj nel Coro; D'ordine eſpreſſo, datoci a bocca, co-
manda, che in avvenire, principiando dal primo giorno d'
Agoſto dell'anno corrente, niuno, che in qualſivoglia Baſilica,
e Chieſa di Roma godi Vicariati, Dignità, Canonicati, Be-
neficiati, Chiericati Beneficiati, Manſionariati, Cappella-
nie perpetue, o annuali, Prebende, ed ogni altro Offizio, che
con qualunque titolo abbia anneſſo il ſeruizio della Chieſa, e
l'aſſiſtenza del Coro, non interuenga con Cappelli finti, girel-* 117
*li poſticci, o Perucche, benche queſte foſſero liſcie, corte, e
moderate, o con Barettini di artifizio ſtraordinario, ed inſo-
lito pratticarſi, e la S. S. eſpreſſamente comanda, che ciaſche-
duno de' ſopra nominati, che ardiſſe d'interuenire, ed aſſiſtere
alle Meſſe, diuini Offizj, Proceſſioni, ed ogni altra fonzione
Eccleſiaſtica, con Capelli finti, girelli, Perucche, overo Ba-
rettini di artifizio ſtraordinario, ed inſolito a pratticarſi, co-
me ſopra, terminato il meſe di Luglio proſſimo venturo, ſia te-* 118
*nuto, e riputato come aſſente, e dalli Puntatori ſi punti, come
ſe non foſſe in modo alcuno intervenuto, e preſente, laſcian-
do in ſuo vigore tutte le ordinazioni, proibizioni, e pene,
reſpettivamente altre volte decretate contro gl'Eccleſiaſtici, che
&c. uſaſſero Capelli finti, e Perucche.*

Quod præceptum, mediante novo oraculo ejuſdem Sum-
mi Pontificis, extenſum pariter fuit *alli Muſici, benche am-* 119
*mogliati, ed ogni altro, che ſia obligato al ſervizio del Coro,*
ut videre eſt *in eodem Libro fol. 157.*

In dicto autem primo Edicto ſpeciali animadverſione vi-
dentur verba illa *portare Perucche, benche queſte foſſero
liſcie, corte, e moderate,* ex quibus videtur evidens, quod 120
idem Summus Pontifex omnem omnino ſpeciem Capil-
lamentorum adſcitiorum comprehendere voluit, ad tol-
lendum fundamentum Doctoribus illis, qui inſiſtere ſo-
lent in dicta qualitate Perucchæ, juxta ea, quæ ego ipſe
obſervaveram in *Inſtitut. Criminal. lib. 1. tit. 10. §. 4.
num. 51.*

## *Finis Partis I. Tomi IV.*

# DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
## *ADVOCATI*
# DOMINICI URSAYÆ.
## Tomus Quartus.

## PARS SECUNDA.

### DISCEPTATIO I.

### Dubium Abſolutionis Juramenti.

### ARGUMENTUM.

*An expediat à Summo Pontifice aboleri uſum exigendi à Reis Juramentum de veritate dicenda.*

### §. I.

CUm propter periculum perjurii viſa fuerit aliqui-
bus pernicioſa praxis totius Italiæ (excepto do-
1 minio Magni Ducis, qui juſſit eam immutari)
exigendi juramentum à Reis ante illorum exa-
men, dubium excitatum ſit: *An expediat ab
eo recedere*; Obſervo duas in hac parte adeſſe contrarias
Sententias.

Primam negativam, quam tenet *S. Auguſtinus in Serm.*
180. aliàs 28. *de Verb. Apoſtol. cap.* 10. ibi: *Qui exigit jura-
tionem multum intereſt, ſi neſcit, illum falſum juraturum, an
2 ſcit; Si enim neſcit, & ideo dicit, jura mibi ut fides ei fiat,
non audeo dicere, non eſſe peccatum, tamen humana tenta-
tio eſt; ſi enim ſcit eum feciſſe, novit feciſſe, credit feciſſe: &
cogit jurare, homicida eſt: Ille enim ſuo perjurio ſe perimit;
ſed iſte manum interficientis, & expreſſit, & preſſit:* Quod
pariter confirmat: *Serm.* 308. *in Decollat. S. Jo. Baptiſtæ
cap.* 4. ibi: *Ille, qui hominem provocavit ad jurationem, &
ſcit, eum falſum eſſe juraturum, vincit homicidam, quia ho-
cidam corpus occiſurus eſt, ille animam, imò duas animas, &
3 ejus, quem jurare provocavit, & ſuam: Scis verum eſſe,
quod dicis, & falſum quod ille dicit, & jurare compellis;
Ecce jurat, ecce pejerat, ecce perit, tu quid inveniſti? Imò
& tu periſti, qui de illius morte te ſatiare voluiſti*: Et refert
quendam Civem Hipponenſem acriter extraordinariè puni-
tum, quia necem ſibi debitam perderat, juramentum à per-
juraturo exegerat.

Itaque *D. Auguſtini* ſententia relata legitur *in Decreto
Gratiani can. Ille qui* 22. *quæſt.* 5. cui conſonat reſponſum
4 Gelaſii Papæ in præced. *can. Si quis pejeraverit*, ubi pariter
pœna jejunii 40. dierum in pane, & aqua, & ſeptennalis
pœnitentia imponitur pejeranti, & illum ſcienter in perju-
rium ducenti.

Eique adhærent *Eſtius in Comment. ſent. tom.* 1. *lib.* 3. *diſt.*
39 §. 5. ibi: *Cæterùm ſi ſciamus, vel probabiliter putemus
5 eum pejeraturum, tunc propter reverentiam Divini nominis,
non eſt à nobis cogendus ad jurandum. Fagnan. in cap. Con-
ſtitutus num.* 7. *Natal. ab Alex. in Theol. dogmat. tom.* 9. *cap.* 4.
*de ſecundo præcept. Decal ar.* 1. *reg.* 21. qui reſpondet difficul-
tati deſumptæ ex *Tex. in can. Qui pejerare eadem cauſa* 22. 6
*quæſt.* 5. quod ſcilicet, qui paratus eſt pejerare, antequam
juret, videatur eſſe perjurus, & ita cogens ad jurandum,
talem illum non reddat, ſed ſolùm detegat, aſſerens, quod
externo actu iſte perjurum efficit jurantem, qui non ſemper
voluntatem habet pejerandi, ſed ut plurimùm illam conci-
pit, dum jurare cogitur.

Ex eademque ratione, quod perjurium prævіſum, ſive
probabiliter timendum ſit, omninò vitandum, reſcripſit 7
Summus Pontifex Alex. III. Salernitano Archiepiſcopo,
non eſſe à Clericis concubinariis exigendum juramentum de
abſtinendo à Commercio cum Concubinis, ut legitur *in cap.
Clericos de Cohabit. Cleric. & mulier.* ibi: *Clericos in Sacris
Ordinibus conſtitutos, qui publicè tenent Concubinas, ad eas
abjurandas, nolumus à tua Fraternitate compelli, ne in ean-
dem fornicationem inſtinctu Diabolicæ fraudis redeuntes, per-
jurii reatum incurrant*: ubi *Gloſs. in verb. Abjurandas*, ait:
*Ne contempto juramento revertantur ad eas propter præſum-
ptionem*: & conciliando jura, juramentum præſtari decer-
nentia, concludit: *Vel hoc intellige de ſuſpectis, & illud* 8
*cap. Ex tuarum de non ſuſpectis, de quibus veriſimile eſt, quod
debeant juramentum ſervare*: quod repetit ſequens *Gloſs. in
verb. Redeuntes*, ibi: *Colligitur ex hac litera, quod non eſt
injungendum alicui per juramentum, quod veriſimile eſt, quod
non debeat illud obſervare*: Ex quo Textu monet ibidem *Ab-
bas num.* 2. generaliter deferendum non eſſe juramentum illi,
contra quem vehementer præſumitur de tranſgreſſione, imò
quod deferens peccat, quem ſequitur *Fagn. in d. cap. Conſtitu-* 9
*tus, Gonzales in d. cap. Clericos in fin. & in cap. Si autem Cle-
ric num.* 1. *& num.* 10. *circa fin.* ibi: *Non tamen coguntur Cle-
rici Concubinas abjurare propter periculum perjurii, & lapſus
facilitatem, ſæpe enim Legislatores curaverunt à periculo pe-
jerandi homines arcere, unde conditio juris jurandi ultimis
voluntatibus adjecta à Prætore remittitur.*

Conferre quoque poteſt pro improbanda praxi deferendi 10
juramentum reſolutio Congreg. Conc. in *Zamoren.* 17. Julii
1592. prohibens Epiſcopo in Viſitatione juramentum defer-
re per hæc verba: *Neque verò licere in Viſitatione, quæ præ-
paratoria vacatur, exigere juramentum à Viſitatis*: qua re-
lata, idem firmant *Gavant. in Prax. Viſit.* §. 3. *num.* 8. *&* 9.
*Pax. Jordan. elucubr. Can. tom.* 2 *lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 12. *Criſpinus
nella Viſita paſtorale par.* 5. §. 11. *n.* 4.

Contrariam tamen ſententiam tuetur *S. Thom.* 2. 2. *queſt.* 98.
*artic* 4. ſic diſtinguens: *Aut enim exigit juramentum pro ſe*

*ipſo*

12 *ipſo, & propria ſponte, aut exigit juramentum pro alio ex neceſſitate Officii, ſibi commiſſi. Et ſiquidem aliquis pro ſe ipſo exigit juramentum, tanquam perſona privata; diſtinguendum videtur, ut Auguſtinus dicit in Sermone de Perjuriis. Si enim neſcit, eum juraturum falſum, & ideo dicit, jura mihi, ut fides ei fiat, non eſt peccatum, tamen eſt humana tentatio, quia ſcilicet procedit ex quadam infirmitate, qua homo dubitat, alium eſſe verum dicturum. Et hoc eſt illud juramentum, de quo Dominus dicit. Matth. 5 quod amplius eſt, à malo eſt. Si autem ſciat, eum feciſſe, ſcilicet contrarium ejus, quod jurat, & cogit eum jurare, homicida eſt. Ille enim de ſuo perjuro, ſe interimit, ſed iſte manum interficientis impreſſit.*
13 *Si autem aliquis exigat juramentum, tanquam perſona publica ſecundùm quod exigit ordo ipſius ad petitionem alterius, non videtur eſſe in culpa, ſi ipſe juramentum exigat, ſive ſciat falſum jurare, ſive verum, quia non videtur ille exigère, ſed ille, ad cujus inſtantiam exigit.* Quam
14 ſententiam communi calculo ſequuntur, tam Morales, quàm Juriſtæ, eique conformis eſt omnium Tribunalium, nedum Laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum praxis.

Inter Morales ſiquidem ei adhærent *Suarez de Relig. tom. 2 lib. 3. de Juram. cap. 14. num. 10. & 17.* ubi *ſub lit. B.* rationem
15 affert, quia publica Perſona, ut eſt Judex, utitur jure ſuo, & per ſe, ac ratione officii habet legitimam cauſam, & tale juramentum, publicè datum, habet ſuum finem, & efficaciam in ordine ad ſcientiam publicam, quam Judex ſequi tenetur, nec abſtinere debet à petendo actum cum gravi damno, quem quis benè, aut malè præſtare poteſt, quamvis ex ſua malitia ſit malè præſtiturus; *Bonac. Oper. moral. to. 2. diſp. 4. quæſt. 1. punct. 11. num. 1.* requirens juſtam cauſam
16 hujuſmodi juramentum petendi, quam *num. 2.* ait concurrere in Judice, juramentum exigente ratione officii Subdens *num. 3.* ſufficere dubium, quod juramentum præſtiturus non ſit pejeraturus, quia in dubio præſumendum non eſt, alterum velle peccare *Tabien. in Summ. verb. Juramentum nu. 34.*
17 limitans in Judiciis concluſionem, quod juramentum non ſit exigendum à probabiliter pejeraturo, quia tunc non tantum exhibetur propter Judicem, ſed propter alios *Sanchez in Summ. lib. 3. cap. 3 num 2. & conſil. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 34.* ubi ſuppoſita praxi Hiſpaniæ, de qua teſtatur *Gregorius Lopez in lib. 4. verſ. Jurare in princ. & diſpoſit. legis 4. tit. 29.*
18 *par. 7.* quærit, an poſſit Reo deferri juramentum, & cum diſtinctione reſpondet, quod ab initio, & ſtatim poſt capturam, non poteſt cum juramento interrogari de particulari delicto, ſed generaliter deferri juramentum de dicenda veritate *Marant. in Praxi Judic. par. 6. de Juram. & ejus uſu nu. 29. pag. mihi 447. Pax Jordan. Elucubr Can tom. 3. lib. 14. tit.*
19 *22. num. 55.* ubi concluſionem, quod non ſit exigendum juramentum à pejeraturo, limitat in Judice, vel alia publica Perſona *nu. 57.* ubi aliam tradit limitationem, quoties ſubſit ſpes illum, cui defertur juramentum, reverentia Numinis non auſurum pejerare, & ait, quod juramentum in ſe conſideratum, & in ratione finis, qui eſt veritatis manifeſtatio, eſt licitum *Reginald. in Praxi lib. 18. num. 76. Filliuc. tract. 25. cap. 11. quæſt. 8. & 9. Dian. Coordin. tom. 7. tract. 5. reſol. 56.*
20 *num. 2.* ſolum reprobans, ſi juramentum directè petatur, ut Reus juret falſum, *Matthæus Rentius lib. 2. tract. 2. in ſecundum præcept. Decal. cap. 1. ſect. 2. quæſt. 13. §. Sed dicendum,*
21 hoc utitur argumento; Licitum eſt exigere ab altero id, quod licitè facere poteſt, etiamſi ſciam, illum in ea actione peccaturum, dummodo neceſſitas cogat, & non petatur actio ipſa peccaminoſa; At jurare licitum eſt, ergo & juramentum exigere ab eo, quem ſcio pejeraturum, rationem reddens, quia tali caſu non petitur pejurium, ſed tantum permittitur, & dum cauſa ſubeſt, peccatum proximi per-
22 mitti poteſt, quia Charitas neminem obligat cum incommodo peccatum alterius vitare, & paulò poſt explicat, qualis neceſſitas, & utilitas requiratur ad hoc, ut quis poſſit à pejeraturo juramentum exigere, & ait, ſufficere quamlibet ad ſtatus decentiam ſpectantem, neque requiri extremam,
23 vel gravem: *Sot. de Juſtit. & jur. lib. 8. quæſt. 2. art. 4.* qui refert, & ſequitur diſtinctionem, traditam per *D. Thom. Jo: Valer. de Different. utriuſque fori verb. Juramentum differ. 2.* ubi ſupponit, juramentum Reis deferri, & quærit, an teneantur dicere veritatem, etiam in Cauſa capitali, ac poſt allatam negativam ſententiam eam reprobat, aſſerens, il-
24 lam eſſe contra omnes ferè Theologos, & deinde ſubdit: *Verum eſt, multos Judices nolle jam exigere juramentum à Reis in Criminalibus de dicenda veritate, ſed ſimpliciter eos interrogare, & hoc, ut tollant ab eis occaſionem pejerandi, quam quidem praxim utinam omnes ſervarent*, ut ſentit etiam *Jul. Clar. quæſt. 45. num. 9* quamvis contraria eſt communiter admiſſa, teſte *Clar.* poſt alios ibidem quos refert *Coton Controv lib. 1. controv. 11. de Juram. num. 16. Leſſius de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 42. tit. de Juram. dub. 10. num. 49.* expli- 25
cans caſus, in quibus permiſſa eſt juramenti exactio, ſcilicet in Judice, petente Parte, ac ratione officii, ut in examine Teſtium, vel Inquiſitione; Addita ratione, quod Judex ſequi non debet privatam ſcientiam, ſed præſcriptum juris, adhibendo ea, quibus ſolet elici veritas, alioquin daret juſtam occaſionem ſcandali, quod illis magis cavendum eſt, quàm peccatum privati.

Verum quidem eſt, quod nonnulli ex præfatis Doctoribus hanc facultatem cogendi ad jurandum reſpectu Judicis non niſi cum temperamento ſtatuunt, quoties ſcilicet ab ejus uſu 26
abſtinere non poteſt, niſi proprio muneri deficiendo, ut tradunt idem *Leſſ. loc. cit.* abſtinendum inſinuans ab exigendo juramento, quando poteſt non deficiendo ſuo muneri vitare 27
petitionem ejuſdem, quod etiam monet *Alenſ. in 3 par. quæſt. 31. membr. 2. art. 6. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 3. tit. de Iuram cit. cap. 14. num. 17. lit. C. Rodriq. quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 19 ar 11.* cautelam ſuadens abſtinendi ab ejus petitione, ſi crimen evidentibus indiciis, idoneiſque teſtibus probari poteſt, quia tunc non ſolum jus, ſed ratio ſuadet, ut qui apud Judicem in probabilem ſuſpicionem venerit de perjurio, ad jurandum neque cogatur, neque ulla ratione permittatur.

Nec minus communis eſt Juriſtarum ſententia, à quibus ſigillatim referendi abſtineo, cum vix ullus allegari poſſit, qui contrariam opinionem ſectetur, unde omnes illos referre 28
opus non eſt pro adſtruenda communi omnium Tribunalium praxi, de qua ipſi teſtantur, eam approbando, & quæ pariter probatione non indigeret, cum notoria ſit, & extra controverſiam

De hac itaque univerſali praxi teſtantur *Bartol in l. Inter omnes §. Rectè in fin. ff. de Furt. Bertrand. conſ. 321. num. 2. lib. 3. Anton. Gomez de Delict. cap 1 num 65. Clar. in prax. §. fin.* 29
*quæſt 45. num. 9.* qui licet eam ſibi diſplicere aſſerat, ex quo præbeat manifeſtam occaſionem perjurii, cùm nunquam rei delicta fateri ſoleant ex metu juramenti, tamen ſubdit, quod nemo auderet à d. Praxi recedere, & ideo in locis, ubi obſervatur, ut Reo deferatur juramentum Judex debet illud deferre. *Bovadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 15. num. 61. & 62.* ubi poſt ſtatutam obligationem Rei reſpondendi cum jura- 30
mento, & excitatam difficultatem ex ſententia *D. Auguſtini* deſumptam, reſpondet *Todavia por ſe la fuerza del juramento tan grande que obliga a dezir la verdad es practica commun tomarſe el juramento*, refertque quamplurimos, de illa teſtantes, 31
*Farin. quæſt. 160. num. 297. Carthar. in Prax. interrog. Reos lib. 3. cap. 3. num. 12. Buccaron. de Differ. inter Jud. Civil. & Crimin. differ. 23. nu. 10. Valer. de Differ. utriuſque fori verb. Juramentum differ. 2. num. 2. Matt. de Re crim. contr. 25. nu. 68* referens, id cautum eſſe per leges Partitarum.

Solumque ab hujuſmodi praxi, ut in principio dixi, receſſum fuit in Tribunalibus Florentiæ, ac Status Magni Ducis, ea tamen præſervata in caſu, quo Reus interrogetur 32
tanquam teſtis quoad alios, vel in caput abſentium, ut refert *Sabell. in Summ. diverſ. tractat. verb. Juramentum num. 59.*

Quæ profectò praxis nedum generaliter viget, & inconcuſſa ſervatur in Curiis ac Tribunalibus Laicis, ſed etiam in Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus quàm Regularibus, & præſertim in Supremo Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis, 33
adeout nimis ardua videatur provincia illam redarguendi, tanquam peccati, vel ſcandali nutritivam, dum Eccleſiaſticæ Curiæ, & præſertim Suprema dictæ Sanctiſſimæ Inquiſitionis, quæ Fidei eſt, bonorumque morum magiſtra, & tutrix, eandem ſervant, quod utique non facerent, ſi aliquod exinde periculum timeri poſſet.

Hanc autem praxim in iiſdem Eccleſiaſticis Curiis ſervari, non eſt ambigendum, ut facilè recognoſci poſſet ex revo- 34
lutione Proceſſuum, qui per appellationem à Curiis Eccleſiaſticis ad Tribunal A.C. vel ad Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. deferuntur, ac eorum, qui confecti fuerunt in Urbe per Curiam Card. Vicarii, eamque præſupponit *Pellegr. in Prax. Vicar. par. 4 practic. crimin ſect. 9. de Exam deliq. num* 35
*13. & ſeqq.* ubi ſolùm reprobat, ſpecialiter Reum cum juramento interrogari ſuper delicto abſque indiciis, & poſt *num. 58.* refert praxim Reos interrogandi, & juramenti præſtationem ſupponit per verba. *Delato ſibi juramento veritatis dicendæ, ſuper quibus interrogabitur, prout tactis &c.*

Similis quoque praxis ſervatur à Regularibus in confeſſione Proceſſuum criminalium, ut teſtatur *Paſſerin in Prax. forman. proceſſ quæſt 11. num. 33.* ubi prius aſſerit, juramentum Rei non eſſe de ſubſtantia, & poſtea addit. *Nihilominus* 36

*nus*

*nus, quia Praxis eſt, ut Reus examinetur ſub juramento, be nè faciet Judex ſi praxim obſervet;* Quod repetit *quæſt.22. nu.4.* ibi: *Juramentum ſemper præcedere debet depoſitionem Rei, etiamſi 2. vel 3. examen ſit continuativum præcedentis examinis.*

Majoriſque profectò authoritatis eſt praxis ſupremi Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis, in quo Reis juramentum defertur, ut conſtat ex formula examinis, tradita in moder-
37 na praxi, cui titulus, *Sagro Arſenale*, edita per *Paſqualonum* ejuſdem S. Tribunalis Procuratorem Fiſcalem, prævia diligenti reviſione DD. Conſultorum.

In ea enim *par.2. pag.130.* ſub rubrica, explicante modum examinis Reorum ita habetur. *Et delato ſibi juramento veritatis dicendæ, & per eum ſuſcepto tactis Sacris Euange-*
38 *liis*, quæ formula repetita legitur *pag. 136. in princ.* in norma ſecundi Conſtituti, quando jam Reus in negativa perſiſtens, juramenti vim parvipendere incæpit. Quæ ſanè praxis omnem tollit difficultatem, cùm credibile non ſit in tanto Tribunali quidquam ſervari, quod ſcandalum, vel ejus periculum parere poſſit.

His pro utraque parte adductis, facilis eſt reſolutio propoſitæ quæſtionis; An ſcilicet, vel expediat praxim hacte-
39 nus ſervatam impoſterum quoque ſervare, vel potiùs ab ea ſit recedendum. Dum enim ea nititur communi graviſſimorum Doctorum authoritati, & generali obſervantiæ omnium Curiarum, tam Licalium, quàm Eccleſiaſticarum, & præſertim Sanctiſſimæ Inquiſitionis, utique affirmandum videtur eam eſſe omninò licitam, & non poſſe ſine periculo gravis ſcandali ab illa recedi. Maxima enim inureretur nota tot Religioſiſſimis Judicibus, qui hactenus eam ſervarunt,
40 & Principibus, qui eam permiſerunt, redarguendo præſertim Romanæ Curiæ omnium Magiſtræ, ac Sanctiſs. Inquiſitionis inconcuſſum ſtylum, à quo pro publico ſcandalo magis cavendum eſt, quàm à peccato privati ex poſſibili perjurio reſultante, ut in propoſito monet *Leſ. de Juſtit. &*
41 *jur. lib.2. cap.42. tit. de juram. dub.10. num.49. Pax Jordan cit. lib.14. tit. 21. num.55* Ob periculum autem ſcandali eſſe à novitiatibus abſtinendum tradit *S. Auguſtinus Epiſt.128.* ibi:
42 *Ipſa mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*: Et ante eum *Ariſt. Polit. lib.5.* dicens: *Haud facile neque ſine magno motu mutari poſſe, quod longo tempore radices egit*: *Cornel. Tacit. lib. 15. Annal. Super omnibus*
43 *negotiis melius, atque rectius olim proviſum, & quæ convertuntur in deterius mutari*: *Juſtus Lypſius lib.4 polit. cap.9. & lib.6. cap.3.* referens poſt *Dion. Caſſium lib. 52.* ſaluberrimum
44 Mecenatis monitum ad Auguſtum, ibi: *Optimum eſſe inimicitias, & ambitioſa certamina prorſus exſcindere, atque adeo, nec nomina nova, aut aliud quid permittere, ex quo poſſint oriri diſcordiæ*: & *Lucian. lib.1. var. Hiſtor. fol.125.*
45 *Sæpe numero etiam mutatio in melius majorum malorum conſuevit eſſe principium.*

Nec obſtant in contrarium adducta de obligatione vitandi perjurium, & ob id non exigend juramentum à pejeraturo,
46 ex ejuſdem S. Auguſtini ſententia; Quia procedunt in illud exigente authoritate privata, ut explicant DD. pro noſtra ſententia relati, pro quo viget diverſa ratio, cùm deficiat cauſa publici boni, ex qua movetur Judex, quæ ſoli privatæ utilitati præferri debet, ut per *Tex. in l. Si quis §. Utrum ff. ad Syllam*, monent *Bartol. in l. Quemadmodum num.4 C. de*
47 *Agric. & Cenſ. lib.11. Jaſon. in l. Cætera §. Si quis num 2. ff. de Leg.1. Gaill. obſerv. lib.2. obſerv.56. num.4. Rot. dec.413 nu.27. & ſeq par.12. rec.*

Prout etiam non applicatur diſpoſitio *Tex. in cap. Clericos de Cohabit. Cleric. & mulier.* In eo enim agitur de juramento
48 promiſſorio, non exigendo ab eo, qui propter conſuetudinem delinquendi non eſſet illud de facili ſervaturus, in quo pariter viget diverſa ratio, cùm poſſit Clericus concubinarius arceri à relapſu in crimen alia via, quàm per juramenti præſtationem, ſcilicet per comminationem pœnarum, adeoque non debet exponi periculo non ſervandi juramentum; Et adhuc in Urbe viget praxis exigendi juramentum à Carcera-
49 tis pro debito Civili, certam ſummam non excedente dimittendis in vim Decreti generalis Sac. Viſitationis in honorem Feſtivitatum Nativitas, & Paſchatis Reſurrectionis D. N. Jeſu Chriſti, de redeundo ad Carceres poſt eaſdem abſolutas, quod fortè nullus obſervat, nec illud obſervandi animum habet. Et tamen hujuſmodi praxis non improbatur, & innititur Decreto, edito in Viſitatione de an.1613. rela-
50 to per *Scannar de Viſit. Carcer. lib.1 §.16. num.35. §. Ita concepta cum ſeqq.*

Tandem non obſtat exemplum Viſitationis, In qua prohibetur Epiſcopis revelationem criminum, abuſuum, vel ſcandalorum exigere ſub juramento, vel illud Viſitandis deferre. Id enim provenit ex qualitate modi procedendi, 51
ſcilicet extrajudicialiter, & per modum fraternæ correctionis per generalem Inquiſitionem, quæ tamen ſi fiat ſpecialiter contra particulares Perſonas, non improbatur ejus delatio, ut ex authoritate gravium Doctorum tradit *Criſpin. nella Viſita paſtorale par.1. §.11. num.4.* ibi: *E' ben vero, come è parere di gran Autori, che quando il Veſcovo procede* 52
*contro qualche perſona in particolare, è lecito di dare il giuramento*: cujus proinde aſſertio comprobat praxim Curiarum Epiſcopalium deferendi juramentum.

## §. II.

### *In eadem Cauſa.*

Antiquiſſimum fuiſſe uſum, etiam apud Æthnicos ſolò rationis lumine juriſiurandi religionem agnoſcentes, illud adhibendi pro eruenda veritate, quoties alio pro- 1
bationis genere pervia non erat, profitentur multi Authores, quod propterea in Civilibus Cauſis ſuppletorium appellatur; At major certè neceſſitas adhibendi occurrit in Criminalibus, tùm propter inſitam Reis calliditatem crimina occultandi, qui enim malè agit, odit lucem, & nemo Teſtes convocat ad delictum, id profectò ſuadente natura, 2
cùm perditiſſimus quiſque adeò impudens non ſit, ut palam audeat ſcelera patrare, eorumque impunitatem ſpondeat ſtudium occultè peccandi; Tùm ob publicam utilitatem, quæ criminum ultionem expoſcit, ut humana ſocietas conſerve- 3
tur, & pœnæ terrore perditi homines à flagitiis arceantur. Hinc ſuppletiva probatio, quæ per exhibitionem Juramenti à Legum Conditoribus eſt introducta, & in Judiciis civilibus ſemper in uſu fuit, multò magis in Criminalibus neceſſaria viſa eſt, & uſu recepta, ne in perniciem Reipublicæ veritas lateret in tenebris, & ſceleratorum hominum callidi- 4
tas criminum impunitatem pareret. Quod ſi teſte *Apoſtolo ad Hæbr.6. verſ.16. Omnis controverſiæ finis ad confirmationem eſt juramentum*, ejuſque maxima reverentia, nedùm Chriſtianorum propria eſt, ſed etiam Gentilibus inſita fuit, ut ejus religionem propriæ vitæ prætulerit M. Attilius Regulus, *à Cicerone* ob hoc meritò commendatus *Offic. lib. 3. ante* 5
*fin.* vix ex hac præmiſſa inferri poſſe credibile eſt legitimum conſequens, abolendam eſſe antiquiſſimam, & ferè univerſalem conſuetudinem ipſam, Reis præſtandi propter periculum nè illud violetur.

Retento igitur hujuſmodi principio, quod Reipublicæ intersſit, ut delicta non remaneant impunita, eorumque ultio- 6
nem in Dei quoque gloriam tendere, & quod ea ſæpiſſimè committuntur ſine Teſtibus, eò potiſſimè cenſerem reducendam præſentem inſpectionem, num ſcilicet, quæ modo ſervatur praxis Reis deferendi Juramentum, inoleverit ſolùm modernioribus Sæculis, itaut ex tolerantia Principum paulatim irrepſerit, vel potiùs eidem authoritatem conciliet antiquitas, eo quod ſit ipſius Divinæ Legis exordio coeva, & Divini Spiritus infallibili teſtimonio approbata. Quis enim conſuetudinem hanc reprobare auſus fuerit quandocumque obvium ſit, illam ab ipſa Dei Lege fluxiſſe, & hactenus fuiſſe inconcuſsè ſervatam?

Hoc autem pluribus Sacræ Paginæ Textibus facili negotio probatur. Præcepit quippe Deus Hebræis *Exod.22. num.* 7
*7.* Quod *Si quis commodaverit pecuniam, aut Vas in cuſtodiam, & ab eo, qui ſuſceperat, furto ablata fuerit, ſi invenitur fur, duplum reddat, ſi fur latet, Dominus Domus applicabitur ad Deos* (ideſt ad Judices, ut exponunt Interpre- 8
tes, præſertim *Liran. nu.4. & Abulen quæſt.6.* proppè finem) *Et jurabit quod non extenderit manum ad rem proximi ſui, ad perpetrandam fraudem*; & infra: *Si quis commodaverit proximo ſuo Aſinum, Bovem, & omne Jumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, ac debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque hoc viderit, juſiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi ſui*: quem Sacrum textum ita explicat *Toſtat. par.1. q.7.* Hoc Juramentum eſt ad 9
dirimendas lites, ſi enim alia convenientia documenta Cauſę haberi non poſſunt quia ſcilicet haberi non poſſunt legitimi Teſtes, defertur Juramentum ipſi Depoſitario in defectum probationum, ut Juramento ſuo ſtetur, & definiatur Cauſa, ut ait *Apoſt. ad Hebr.6. Omnis controverſię finis ad confirmationem eſt Juramentum, & Janſen. ibidem ver. Applicabitur* ſic habet: *Ideſt Depoſitarius accedet ad Judices, & purgabit ſe jurando ſe non eſſe, vel conſcium, vel participem in furto.* & 10
*Cornel. à Lapid. ibid. num. 8.* ait: *Vocatus veniet in Jus ad Judi-*

*Judices, & Juramento purgabit ſe, probabitque ſuam à furto innocentiam.*

Hanc quoque legem impoſuit Deus in *Lib. Numer. cap. 5.* Suſpicante enim Marito de Adulterio Uxoris, & deficientibus Teſtibus ad delictum comprobandum, adducebat eam
11 ad Sacerdotem, qui duplici Juramento utebatur. Primò, ſtatuebat illam coram Domino diſcooperto capite, & adjurabat, hoc eſt jurare cogebat, nihil nocuiſſe Viro, ex his, quæ ſibi obiiciebantur. Si negabat, & Vir non acquieſcebat, ſubdebat maledictiones, & Juramenta execratoria, quæ Mulier tenebatur ratificare per duplex Amen, dicente Sa-
12 cro Textu: *Et reſpondit Mulier Amen, Amen.* Sic exponunt Sacrum hunc Textum, *Magiſt. Sac. Hiſt. num. cap. 6. Joſeph 3. de Antiquit. cap. 10. Suar de Relig. tom. 2. lib. 3. cap. 13. Lorin ſuper dicto cap. 5. num. 19. ibique Toſtat.* ſubdens, *tenebatur hoc reſpondere Mulier ad iſtas maledictiones, ſicut qui jurat de veritate dicenda.* Et licet hæc ſecunda experientia
13 illicita ſit, utpotè involvens Dei tentationem, ſcilicet Juramentum deprecatorium cum potione aquæ maledictæ, attamen prima benè continuari potuit, cùm præcepta judicialia, quamvis ſint mortua, poſt Aventum Chriſti non ſunt mortifera, ſicut ceremonialia, ut monet *D. Thom. 1. 2. queſt*
14 *104. ar. 3. corp.* idemque ſtatutum legitur *Deuteronom. cap. 21.* ubi Deus jubet quod commiſſa in agro cæde, & ignoto manente Authore, cæſa Vitula, majores omnes vicinæ Civitatis conveniant, & manus lavantes ſuper eam jurent ſe criminis immunes, & Authoris ignaros. Quæ juramenta licet potius purgativa videantur, quam ad eruendam delicti confeſſionem ordinata, & quibus omninò deferendum erat, nec
15 ultra contra ſuſpectos procedendum; Tamen exinde major inſurgere poterat perjurii timor, ob majorem facilitatem unico medio Juramenti pœnam vitandi, & abſolutionem, ac innocentiæ opinionem captandi, quo timore non attento fuit in præfatis Sacris Textibus deferri juſſum.

Nec deeſt in Sacris Literis magis præciſum exemplum Juramenti, delati pro detegendo ſcelere, graviſſima pœna plectendo, quod legimus clarè relatum *cap. 7. Joſue verſ. 19.*
16 *& ſeqq.* ubi narratur, quod pro detegendo crimine inobedientiæ, commiſſo per Achan, ſubripiendo, & occultando prædam vetitam, fuit à Joſue cum Juramento interrogatus ibi: *Et ait Joſuè ad Achan: Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris,*
17 *nè abſcondas; Reſponditque Achan Joſue, & dixit ei, verè ego peccavi Domino Deo Iſrael, & ſic feci, vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum, & 200. ſiclos argenteos, regulamque auream 50. ſiclorum, & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium Tabernaculi mei, argentumque foſſa humo operui; Miſit ergo Joſue miniſtros, qui currentes ad Tabernaculum illius repererunt cuncta in eodem loco, & argentum ſimul, auferenteſque de Tentorio, tulerunt ea ad Joſue, & ad omnes filios Iſrael, projeceruntque ante Dominum. Tollens itaque Joſue Achan. filium Zaræ, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque, & filias ejus, Boves, & Aſinos, & Oves, ipſum Tabernaculum, & cunctam ſupellectilem, & omnis Iſrael cum eo duxerunt eos ad Vallem Achor, ubi dixit Joſue, quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac, lapidavitque eum omnis Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt, congregaveruntque ſuper eum magnum acervum lapidum, qui permanet uſque in præſentem diem.*

Quodque per dicta verba: *Da gloria Domino Deo Iſrael:* delatum fuerit à Joſue Juramentum, tradunt communiter
18 Expoſitores, aſſerentes hanc eſſe formam apud Hebræos uſitatam illud deferendi, & inter alios *Menoch. in Joſue in Bibl. max. tom. 3. p 627.* & optimè *Cornel. à Lapid. ibidem*
19 *pag. 36.* dicta verba explicans: *Da veritatis, ſive veracitatis honorem primæ, & æternæ Veritati, ideſt Judicio Divino fortè hac oſtenſo, confitendo ſcilicet rectum, verumque eſſe hoc Dei de te judicium, teque verè eſſe fontem, nocentem, & reum ſacrilegii, ut tam nobis, totique Iſraeli, quàm tibi, tuique ſaluti æternæ per pœnitentiam, & confeſſionem conſulas, & proſis. Confiteri ergo veritatem, quæ Deum minimè latet, ac mihi Dei vices gerenti, teque juridicè interroganti, & conſtringenti, indica, quid feceris; Sic enim ſi veritatem, verumque tuum ſacrilegium, quod latet, manifeſtaris, Deum*
20 *glorificabis;* Idemque tradit *Gonzal. in cap. Etſi Chriſtus num. 12. de Jur. juran.* ibi: *Hæc igitur Dei invocatio eſt illi valdè honorifica, & ob hanc cauſam in ipſa quoque Sac. Scriptura, dare gloriam Deo, eſt Juramentum præſtare de veritate enuncianda. Joſue cap. 7. Fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, ideſt, jura per Deum.*

Ex quibus profectò Sac. Scripturæ Textibus patet, impe-
ratum à Deo pluries fuiſſe exigi Juramentum ab omnibus ſuſpectis de quolibet crimine, & quidem graviſſimo, quale 21
eſt furtum, adulterium, homicidium, & inobedientia præcepto Dei, & Regis, quamvis ex confeſſione maxima inſtaret Reo famæ bonorum, & quandoque vitæ jactura, ad quam avertendam timeri prudenter poterat, Reum pejeraturum, nè illius periculo ſe exponeret; Si igitur perjurii timor in tali caſu non impedit juramenti delationem ſuſpecti de furto, adulterio, vel homicidio, imò Deus, qui eſt prima Charitas, eam pręcipit ad veritatem detegendam, potuerunt utique Judices ob eundem finem, & ob publicum bonum ſequi conſuetudinem exigendi à Reis juramentum, & Principes eam conſervare, non obſtante prævisa perjuriorum frequentia, quæ nunquam ipſis imputanda erunt, dum Jure ſuo uruntur, & licitè Juramentum exigunt ex juſta cauſa, ſed Reis pejerantibus, ſicuti non poterat Deo jubenti deferri jura- 22
mentum, perjurium adſcribi, quod in Lege veteri non minus frequens, & obvium exiſtimari debet, cùm Judaicus Populus eſſet depravatiſſimus, & duræ cervicis, & apud quem ut ait *Chriſoſt. ſuper Matth.* relatus per *D. Thom.* ubi ſupra *ar.* 23
*4. ad 7.* immitigabile malum erat mors, & qui pro præſenti vita omnia faciebat; Vereri ergo non potuerunt Principes Catholici Dei exemplum in hoc imitando, quia *Judicia Domini vera juſtificata in ſemetipſa; Pſal. 8.* ubi *S. Aug. Verè juſtificata incommutabiliter.* 24

Nec propterea redargui unquam poterunt Chriſtiani Principes, quod ſequendo exemplum Joſue permittant ſervari conſuetudinem exigendi à Reis Juramentum, ille ſiquidem fuit, ut monet *D Hieron. in Epiſtola ad Paulinum*, relatus à 25
*Cornel. à Lapid.* in Prologo, & argumento ſuper ejus Libro, *qui typum Domini non tantum geſtis, ſed & nomine præfert Moyſis Succeſſor à Deo deſignatus, ut Populum ſuum in terram promiſſam duceret,* ut habetur in *Eccleſiaſt cap. 45. in princ. Fuit magnus, & maximus in ſalutem Electorum Dei,* proindeque conſiderandus, ut Idea perfecti Principis, optimè tam in bello, quàm in Pace Rempublicam gubernantis, Propheta Deo familiaris, Zelator Legis, Cultuſque Divini, 26
ut docet *Cornel. à Lapid.* in eodem Prologo § *Porro quis cum ſeqq.* & §. *Moralis cauſa,* ubi cum *Tertulliano lib. 3. contra Marcionem cap. 16.* cenſet illum fuiſſe Angelum, at Ducem, quem promiſerat Deus *Exod. 23.* Adeoque illius exemplum, nedùm undique tutum, ſed omnino imitandum exiſtimari debet, cùm fuerit à Deo ſpecialiter deſignatus, ut monet *Cornel. à Lapid. ibidem §. Quæritur ergo primo,* dicens: 27
*Voluit enim Deus in Joſue dare exemplar optimi Imperatoris, Ducis, & Principis, quod proinde meritò omnes Chriſtiani Principes ſibi ob oculos ponere, ac jugiter intueri, & imitari debeant.*

In primitiva pariter Eccleſia viguiſſe uſum deferendi juramentum, colligi poteſt ex *Synodo Epheſina* in cauſa Neſtorii, in qua præſtitum fuit Juramentum de dicenda veritate ab Acacio Melitinenſi, & Theodoro Ancitano, utpotè Ami- 28
cis Neſtorii, ut monet *Saleron. in Commen. in Euangel. hiſtor. & Acta Apoſtol. tom 5. tract. 4. & Lupus in Decr. Concil. par. 1. fol. 850.* ita concludens: *Et hinc vides ad Sancta Euangelia Juramentum eſſe in Eccleſia vetuſtiſſimum,* quod repetit *par. 2. fol. 1502.* ibi: *Super Sancta Euangelia jurare eſt vetuſtiſſima Chriſtianorum conſuetudo* Et comprobat *S. Cirillus*, 29
relatus per eundem *Lupum par 1. fol. 840.* Iſtaque conſuetudo fuit etiam in uſu apud Romanos, teſte *Plutarco*, relato per eundem *Saleronem* ubi ſupra §. *In primis igitur fol. 244.* ibi: *Juramentum pro tormento homini libero eſſe Romani etiam dicerent, à ſervis veritatem per tormenta extorquendam, à* 30
*Cive juramento, à Sacerdote ſolo verbo.* Alias Ditiones extra Italiam indicat *Treviſan. in Epiſtol. anno 1698. Venetiis impreſſa ar. 4. num. 14. fol. 66.*

Sacri quoque Canones Juramentum quandoque deferri præcipiunt in Cauſis Criminalibus, ut conſtat ex *cap. Ex literis de Jurejurando,* ubi Honorius Papa illud exigi jubet in Cauſa uſurarum ibi: *Ne igitur ex hujuſmodi juramenti defectu juſtitia (occultata veritate) ſuccumbat: mandamus quatenus Partes ad præſtandum hujuſmodi juramentum per cen-* 31
*ſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, compellatis,* ubi *Gloſſ. in verb. Occultata veritate* monet: *Hæc eſt cauſa quare hoc juramentum exigit, ut ſcilicet veritas reveletur timore juramenti;* ex quo ſanè Textu manifeſtum redditur, juſtitiam expoſcere, ut juramentum deferatur pro detegenda veritate; 32
cùm autem ejus religioſiſſimus Cuſtos Princeps eſſe debeat, imperceptibile redditur, quod ipſum deceat, multòque magis, quod teneatur conſuetudinem deferendi juramentum abrogare pro bono publico, & juſtitiæ adminiſtrandæ faciliori praxi inductam.

Dela-

Delatio pariter Juramenti approbata legitur *in cap. Cum dilecti filii de Accuſ.* ubi Innoc. III. exquiſivit, ſub qua for-
33 ma delatum eſſet Juramentum à ſuis Delegatis Epiſcopo Agathenſi, ſuper graviſſimis criminibus dilapidationis Eccleſiæ, ſubtractionis bonorum ex naufragio, & ſimoniæ, an ſcilicet de plena, & mera veritate dicenda, vel ſolùm, ut ad inquiſita veraciter reſponderet? Decernendo in primo caſu non eſſe admittendas excuſationes ab eodem propoſitas, ſecus in ſecundo, & ita licitam Juramenti delationem præſupponendo, licet quoad diverſos effectus ejus forma examinanda proponeretur.

Similiter purgatio Canonica, de qua legitur totus Titulus in *Decretal.* involvit Juramentum, quo quis ſe immunem ſceleris ſibi objecti, teſte in Deum vocato, affirmat, & tamen, tam in Cauſa uſurarum, quàm in illis, pro quibus purgatio indicitur, ſubeſt pariter perjurii timor ob inſitum
34 à natura ſtudium vitandi noxia, ſcilicet pœnas, quæ Reis crimina fatentibus imminerent, præſertim ſi crimina graviſſima ſint, ut ſunt ea, pro quibus purgatio indicitur Archiepiſcopo Biſuntino in *cap. fin. eod. tit. ſcilicet Simonia, venditio Juſtitiæ, & incontinentia*; Qui ſanè perjurii timor
35 etiam colligitur ex modo purgationis, dum ultra Juramentum ejus, qui ſe purgare debet, illud quoque defertur Compurgatoribus, qui eum ab objecto crimine immunem jurare debent, ut in *cap. 1. eod. tit.* ubi duodecim ingenui Compurgatores exiguntur, ut monet ibi *Gloſs. verb. Duodecim*, advertens, quod numerus Compurgatorum eſt Judici arbitrarius, & in *c. Quoties §. fin.* ubi purgationis forma traditur, & in *cap. Cùm P. Monacella de Accuſ.* ubi Compurgatorum ido-
36 neitas præſcribitur, ibi: *Purgatores illius honeſtatis, & opinionis eſſe volumus, quod veriſimile ſit, eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu pecuniæ, pejerare, ut autem idonei appareant, neceſſe eſt, ut ejus, quem purgare debent, vitam, & converſationem agnoſcant*; Idque repetitum legitur in *cap. Cùm dilectus*. Quæ profectò diligentia tot Compurgatores adhibendi honeſtos, & bonæ opinionis, inſpecta criminis gravitate, ut obſervat *Gloſ. in cap. Inter ſollicitudines ver. Quar-*
37 *tæ decimæ manus*, ibi: *Et habitu reſpectu ad criminis enormitatem, indicenda eſt purgatio, quandoque cum pluribus, quandoque cum paucioribus, ſecundum quod viſum fuerit imponenti Ordinario*, ſuperflua foret, niſi ſubeſſet perjurii timor reſpectu Rei, qui medio juramento ſe ipſum purgare compellitur. Dum igitur, eo non attento, purgatio indicitur, & quidem per juramentum explicitè præſtitum, & reſecatis omnibus amphibologiis, ut ſtatuitur in *d. cap. fin. §. fin.* evidens redditur, quod timor perjurii non impedit Reis deferri juramentum.

Urgetur tamen contra: pro utilitate talem conſuetudinem abrogandi ſtatuenda præcipuum, ac ferè unicum jacere fundamentum, certum aſſerendo juramenti ſpretum, cùm vix
38 ullus ejus religione, authoritate propria crimina fateatur; Præſertim ſi eorum confeſſionem mors ſit ſecutura fatentis, quod comprobat diuturna, perpetua, & quotidiana experientia, ejuſque in teſtem aſſumitur Terentinus Fantonus Aſſeſſor Criminalis Archiepiſcopalis Curiæ Florentinæ in diſcurſu ſuper hoc edito, aſſerens, ſe ex viginti millibus Reis, quos præ manibus habuit, vix unum inveniſſe, qui horruerit jurare ad tuendam Vitam, honorem, vel ſubſtantiam in Cauſis Criminalibus, quod etiam antea tradiderunt
39 *Marſil. in Prax. crimin. §. Poſtquam, num. 4.* ab eod. *Fantono* adductus, & *Clar. in Prax. §. fin. quæſt. 45. num. 9. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 12. num. 9.* Quo jacto fundamento conſurgit tota moles ſententiæ hanc conſuetudinem abolendam ſuadentis, quia ex illa nullum, vel minimum bonum, ſed innumerabiles offenſæ Deis, & Animarum ruinæ oriuntur.

Reſponſio autem in promptu eſt. Quod ſcilicet, vel non omninò tutum eſt præfatum fundamentum, vel non abſolutè neceſſaria illatio, ex dictis præmiſſis deducta. Et quate-
40 nus pertinet ad aſſumpti veritatem, quod ſcilicet, experientia teſte, nemo religione Juramenti patrata crimina fateatur, licet arduum ſit contra experientiam agere, id facilè negari poſſe putarem; Et quoniam experientia in teſtem aſſumitur, rogarem libenter Fantonum, an ex viginti millibus Reis ab ipſo interrogatis, aliqui etiam abſque tormentis delicta faſſi fuerint, & an ulli de plano? & certè diffiteri pro ſua ingenuitate non poſſet, plurimos ſpontè faſſos fuiſſe. Quod ſi hoc negaret, facili negotio convinci poſſet ex Actis Criminalibus, quæ mille fatentium exempla, tam in Urbe, quàm extra exhibebunt. Cur autem cum tanta in-
41 juria Juramenti faſſum fuiſſe ex tot propria delicta etiam ſpontè fatentibus? quamvis enim, vel conſcientiæ criminis, vel interrogantis callidiati confeſſio tribui poſſit, non eſt tamen cur etiam Juramenti religioni non ſit quandoque, & ut plurimùm adſcribenda, Deo ſui Teſtimonii authoritatem, quæ major eſt hominum teſtimonio *S. Jo. 5. nu. 9.* occulta tuente; Multi quippe reperiuntur, qui in patratorum
ſcelerum pœnitentiam magis animæ, quam corporis ſaluti 42
conſulere curant, & tanta eſt vis Juramenti, ut veluti quædam Spiritualis tortura jurantis animum angat ad veritatem propalandam, *Abb. in c. Per tuas de Prob.* & vidimus in *tom. 2. par. 2. diſcept. 23 num. 22.* & de ſpontanea confeſſione vi Ju-
ramenti eruta, quamvis eam ſequi potuiſſet, prout ſequuta 43
fuit, acerrima punitio, inſigne habemus exemplum ſupra relatum *Joſue cap. 7. verſ. 19 & ſeqq.* Adeoque non videtur
fundata aſſertio, quod ex tot Reis, propria delicta fatenti- 44
bus, nemo id agat religione Juramenti, & ex ipſa experientia, quod multi fateantur, neceſſe eſt, quod corruat contraria experientia, quæ conſtituitur pro baſe, & fundamento inutilitatis hujus conſuetudinis, & perjurii, ex illa perneceſſè ſequuturi.

Hæc profectò neceſſitas perjurii, à Reis etiam propria de-
licta fatentibus patrandi, non cohæret maximæ reverentiæ, 45
Juramento debitæ, & quam ipſos Ethnicos propriæ vitæ, ac ſaluti prætuliſſe affirmatur, plura exempla ex Hiſtoris deſumpta comprobare poſſent.

Quod ſi adhuc admittenda eſſet propoſitio, hanc experientiam aſſerens pro inutilitate Juramenti potiùs præſupponenda, quàm probanda, non tamen neceſſaria dici poſſet illatio, quod talis conſuetudo Reos cum juramento interrogan-
di ſit abroganda, & prius quidem interrogarem Fantonum, 46
an ea ſit recens, & nuper detecta, vel potiùs antiqua, & longo uſu comprobata? Primùm certè affirmare non poterit, cùm Authores ipſi, quibus utuntur ad eam confirmandam, valdè antiqui ſint, & illam tanquam notam præſupponant, & præſertim *Marſilius*, cùmque illius præſuppoſitio fundetur in ſtudio, à natura inſito propriam Vitam tuendi, &
noxia, tam corpori, quàm honori, ac bonis vitandi, quod 47
Rei aſſequi putant negando delicta, & ita religionem Juramento debitam parvi pendendo; Nihil autem antiquiùs, & magis notum, quàm quod cuique à natura inſitum præſupponitur, nam juxta principium, omnibus Philoſophis pervium, quod convenit naturæ ſecundum ſe, in omni ſtatu, & tempore convenit; adeoque ſi periculum perjurii naſcitur ex amore conſervandi vitam, & noxia vitandi, & hic convenit naturæ ſecundùm ſe, ſemper illud extitiſſe affirmandum eſt. Hoc verò ſecundo admiſſo, prout negari non poteſt, quis abſque maxima tot Principum, & præſertim Eccleſiaſticorum, Summorum Pontificum, Generalium Concilio-
rum, & Sacrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium 48
Conſeſſuum, qui nimirum reformationi, & ſanæ doctrinæ illibatæ conſervationi ſedulò invigilant, & qui hanc conſuetudinem præſtandi Juramentum tolerarunt, affirmare audeat, eam eſſe perneceſſe abolendam, utpote Reipublicæ inutilem, Dei offenſionem, & Animarum ruinam inducentem; jam enim eos inſimularemus, quod propriæ obligationi defeciſſent in re tanti momenti, quo majus dari non poteſt, cùm ab eo pendeat Dei gloria, ejuſque Nomini debita reverentia, & ſalutis tot Animarum, Chriſti Sanguine redemptarum, diſpendium, atque jactura; Et dùm contra-
rium aſſerentes fatentur, eam potiùs verſari circa debitum, 49
quam circa convenientiam, cujus termino, uti profitentur ob reverentiam Principibus debitam, diſſimulari non poteſt, tot Principes in dicta Sententia jam proprio debito defeciſſe, cùmque notiſſima præſupponatur hujus conſuetudinis inutilitas, & periculum, ex illa reſultans offenſæ Dei, & animarum ruinæ, vel ſaltem præſupponi debeat ex mox dictis, inexcuſabilis eſſet defectus, tam Principum cujuſcunque Status, quàm Miniſtrorum, ipſis inſervientium, qui ſaltem de hac obligatione illos præmonere debuiſſent, quorum cùm plures Sapientia præditi, & Sanctitate inſignes fuerint, ac inter Sanctos relati, ab hac profectò nota immunes cenſendi ſunt. Quæ ſola ratio apud me ſufficiens eſt, vel ad oſtenden-
dam inſubſiſtentiam præmiſſarum, quibus innititur contra- 50
riæ ſententiæ fundamentum, vel earum irrelevantiam, ad deducendam ex ipſis illationem convenientiæ, aut neceſſitatis abolendi conſuetudinem.

Eademque irrelevantia clariùs detegitur ex validiſſima ratione, cui præfata innititur conſuetudo, ſcilicet quod Principes tale Juramentum à Reis exigendo, nedùm utuntur jure ſuo, ſed propriæ obligationi ſatisfaciunt, quæ præcipuè ver-
ſatur in adminiſtratione Juſtitiæ, ac præſertim punitivæ, 51
nedùm ut Dei offenſam ulciſcatur, ſed ut Subditorum ſaluti, & incolumitati conſulant, ſceleſtos homines diſtrictè coercendo, pro qua obligatione plura poſſent Sacri Textus Oracula,

cula, & Sanctorum Patrum adduci teſtimonia, quæ utpotè
notiſſima, prætereo. Cùm autem perditorum hominum
protervia, & calliditas, & inſitus à natura pudor, edoceat
52 omni ſtudio delicta tegere, & occultè patrare, ut probatio-
nis difficultas illis impunitatem præbeat, nè propria malitia,
quæ nemini prodeſſe debet, cum maximo Reipublicę damno
illis præſidium afferrat; inventum propterea eſt, ut ſicut in
Civilibus Cauſis pandendæ veritatis ſubſidiarium ex Jura-
mento auxilium ſuppeditatur, ita in Criminalibus, in qui-
bus publica utilitas, & Principis obligatio magis verſatur,
illud fuerit ſemper uſu receptum, quod cùm ex ſe bonum ſit,
& ad bonum finem adminiſtrandi Juſtitiam ordinatum, ma-
lum effici non poteſt ex inordinata malitia illud ſuſcipientis,
53 nec periculum perjurii, ab ipſo patrandi, pro crimine occul-
tando, privare poteſt Principem jure ſuo veritatem eruendi
pro puniendis delictis, nec ipſe dicitur conſentire perjuro,
quamvis prævìſo, cùm tamen hæc neceſſaria, & infallibi-
lis prævìſio non ſit præſupponenda; Poteſt enim etiam cre-
dere, vel Reos non ſpreturos religionem, Juramento debi-
tam, quamvis de vitæ diſcrimine agatur, cùm eam etiam
54 Æthnici quandoque iſti prætulerint, vel Deum ſpeciali gra-
tia proprii nominis authoritatem, per juramentum implora-
tam, defenſurum. Aliàs enim ſit timor abuſus Juramenti
ex privata Rei malitia præferendus eſſet obligationi verita-
tem eruendi pro adminiſtranda Juſtitia, & criminibus ulci-
ſcendis, dicendum quoque eſſet Principem abſtinere debere à
ſupplicio delinquentis, licet juſtè imperato, quoties ſcit,
illum impœnitentem moriturum, quia Judicis ſententiæ ſe
ſubmittere recuſat, quod certè non eſt affirmandum, quia
55 virtus clementię, ad quam pertinere diceretur talis abſtinen-
tia, tunc non eſſet vera virtus, nam clementia eſt virtus
moderativa pœnarum ſecundùm legem, ideſt ſecundùm in-
tentionem legis, ut docet *S. Th.* 2. 2 *quæſt.* 157. *& quæſt.* 158.
Et dato, quod eſſet talis, cedere debet Juſtitiæ debitam cri-
56 minum pœnam in ſolatium Partis læſæ, & Reipublicæ uti-
litatem inductam, exigentis.

Nec ſolum periculum perjurii reddere debet malam con-
ſuetudinem deferendi juramentum, pro bono publico indu-
57 ctam, quia nihil prohibet aliquid eſſe ſecundùm ſe bonum,
licet cedat in malum ejus, qui eo utitur non convenienter,
ſicut ſumere Euchariſtiam bonum eſt, & tamen qui indignè
ſumit, judicium ſibi manducat, & bibit, ſic dicendum eſt,
quod Iuramentum ex juſta cauſa præſtitum, ſit licitum, &
honeſtum, licet cedat in perniciem illius, qui eo abutitur
pejerando, ut docet *D. Thom.* 2. 2. *q.* 89. *ar.* 2. *in corp.* At qui
Juramentum, quod exigitur per ſe licitum eſt, & finis, qui
58 ſperatur bonus, & juſta neceſſitas intervenit, ut monet
*Leſſ de Juſt. & Jur. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 10. *num.* 49. Adeòque li-
citè exigitur, quamvis Reus ab illo abutatur, idemque ſua-
59 dent communiter DD. pro hac conſuetudine ſupra adducti, &
infra pro majori confirmatione afferendi.

Majus certè peccatum eſt jurare, quia in primo caſu com-
mittitur idolatriæ ſpecies, exhibendo falſo Deo cultum, ei-
60 que ſummæ veracitatis virtutem tribuendo, quæ vero tan-
tùm Deo convenit, ut habetur Deuter. 6. *Dominum Deum
tuum timebis, & in illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jura-
bis*: & in Pſalm. 62. *Laudabuntur omnes, qui jurant in eo*:
61 & Iſaiæ 45. *Mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis
lingua*. Ipſeque Deus in Geneſi 22. ait: *Per metipſum jura-
vi dicit Dominus*. Et monent *Leſſ. de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 42.
*dub.* 10. *num.* 51. *& Suarez de Relig. tom.* 2. *lib.* 3 *cap.* 14 *nu.* 11.
62 Et adhùc quamvis delato juramento Idololatris, & Infide-
libus prudenter timeri poteſt, ne illo abutantur, jurando per
falſos Deos, quos colunt uti veros Deos.

Non tamen propterea vetitum eſt illis juramentum deſer-
re, quod Jacob exegit, & recepit à Labaam pro quiete Po-
63 ſteritatis ſuæ, & Judas à Romanis Gentilibus pro pace Po-
puli ſui. Quibus exemplis juramentum illis deferri poſſe tra-
dit *S. Auguſt. ad Publicolam epiſt.* 153. *& D. Bonavent. in* 3.
*Sent. diſt.* 39. *quæſt* 3. *Leſs.* ubi ſupra *num.* 50. *Et Suar. parit.*
64 ubi ſupra, & meliùs *cap.* 13. Idque omninò licitum ideò dici
debet, nam Chriſtianus, recipiens Juramentum ab Infide-
li, non habet reſpectum venerationem falſi Dei, per quem
65 iſte jurat, neque illam intendit, ſed ſolùm exigit, & cupit
confirmationem, & manifeſtationem veritatis, & majorem
ſecuritatem promiſſorum per juramentum, quod ſi Infidelis
exhibet cum indebito cultu erga falſum Deum, hoc impu-
tatur malitiæ jurantis, qui poterat & ipſe licitè præſtare ju-
rando per verum Deum; Si igitur licitum eſt juramentum
66 ab Infidelibus exigere, quamvis cum periculo gravioris of-
fenſæ Dei, qualis eſt cultus, falſo Deo exhibitus per ju-
rantem, quæ potuit à deferente juramentum prævideri,
quantò magis licitum erit exigere juramentum à Reo, qui
timeri poteſt pejeraturus, dum perjurium eſt non ſolum
præter, ſed contrà intentionem exigentis, qui ſolùm quæ-
rit manifeſtationem veritatis, perjurio directè oppoſitæ,
ut hoc argumento utuntur *Suar.* loco mox citato, *& Sot. de
Juſt. & Jur. lib.* 8. *q.* 2. *art.* 4.

Poſſet quidem aliqua excogitari differentia inter juramen-
tum, Infideli delatum, licet juraturo per falſum Deum, ac
illud, quod exibetur falſum per Deum verum juraturo, quam
inſinuat *D Auguſt.* & ex eo *D. Thom.* locis citatis, quod ſcili- 67
cet in primo conſiderari poſſit aliquod bonum ex parte finis,
nempe utilitas ex eo reſultans, ut patet exemplis Judæ, ac
Jacobi, qui juramentum exegerunt pro pace Poſteritatis, ac
Gentis ſuæ, quæ ratio ceſſat in exigente Juramentum à per-
juraturo, licet juret per Deum verum, itaut non verifice-
tur bonum, propter quod debeat permitti prævìſum perju-
rium; Sed hujuſmodi ratio diverſitatis utique procedit juxta 68
ſenſum *Div. Auguſt. & Angelici Doctoris* in juramento, quod
privatus exigit cùm certa, vel valdè probabili præſcientia
perjurii, reſpectu cujus nulla conſiderari poteſt utilitas, nec
verificatur cauſa publici boni, propter quod exigatur; Se-
cùs verò dicendum eſt de juramento, quod Judex defert Reis
authoritate publica, & ſecundùm formam Juris, quia id fa-
cit pro bono publico, quod expoſcit, ut omnibus mediis ve-
ritas eruatur, nè, illa, occultata, juſtitia periclitetur, &
crimina impunita remaneant, ut optimè pro permittenda 69
delatione juramenti, cogendo Reos etiam per Cenſuras ad
illud ſuſcipiendum, monet *Tex. in d. cap. Ex literis §. Ne
igitur de Jur. Juran.* ibique *Gloſs. verſ. Occultata veritate*.
Omnium autem mediorum æquè convenientiſſimum, ac
efficaciſſimum eſt juramentum, quo controverſiam om-
nem apud Hebræos finem, & confirmationem accepiſſe
monet *Apoſtolus ad Hebræos* 6. & ex ſacris Textibus alla-
tis conſtat, Judex proinde illo uti debet, quia cùm Dei
Judicium ſit *Deuteron.* 1. *verſ.* 17. Judex in judicando vi- 70
cem Dei habet, & ſedem Dei obtinet, adeoque rectè per
Deum, qui eſt veritas prima, cæteras veritates ejus no-
mine debet perquirere, ut docet *Alenſ.* 3. *par. quæſt.* 31. 71
*artic.* 6. *§.* 1. Quod ſi vis, & efficacia juramenti quando-
que eluditur per malitiam Reorum pejerantium, ut mor-
tem evadant, & pœnam, crimini patrato debitam, effu-
giant, negari ſaltem non poterit, quod aliqui etiam igro-
ta quadam religionis vi, ac reverentia Numini divinitùs
inſpirata, & horrore perjurii, qui apud Æthnicos quoque
potiſſimè viguit, & conſcientiam torſit, urgeantur ad ve-
ritatem fatendam, ex qua, licet rariſſima illius manifeſta- 72
tione, talis reſultat Reipublicæ utilitas, ob ſeveram, &
publicam ſcelerum vindictam. quæ plures ab iis patrandis
coercet, ut profectò Princeps hoc bonum publicum præpo-
nere debeat particulari ruinæ illorum, qui ex propria malitia
pejerare non timent.

Præterea licèt rariſſimi ſint, qui horrore perjurii poſt cri-
men patratum veritatem fateri cogantur, multi tamen ab 73
eis patrandis arceri poſſunt, ſi benè noſcunt, vel pęnam
ſe ſubdituros ſi ea fateantur, vel perjurii graviorem ultio-
nem à Deo inferendam ipſis imminere, ſi pro pœna vi-
tanda pejerare non deſinant, quo timore carerent, ſi con-
ſuetudo juramentum Reis deferendi per Principem abroga-
retur, & perditi homines magis proni redderentur ad de-
linquendum, ſublato periculo perjurii, & veritatis eruen-
dæ præſidio, à Deo, & Sacris Canonibus invento, quia
faciliùs cum Juſtitiæ, & Reipublicæ pernicie ſperare poſ-
ſent criminum impunitatem. Maxima proinde eſt jura-
menti, ac conſuetudinis illud à Reis exigendi utilitas, ut 74
omninò urgeat argumentum, ſolidè deſumptum à permiſ-
ſa illius delatione Infidelibus, per falſum Deum juratu-
ris cum majori veri Dei ſpretu, & prorsùs corruat fun-
damentum, cui nititur tota moles impugnationis ejuſdem
conſuetudinis, ſcilicet ejus inutilitas, ob certum perjurii
periculum, inferens innumerabiles Dei offenſas, & ani-
marum ruinas.

Hæc autem publica utilitas, cùm reſpiciat bonum com-
mune Reipublicæ, præferri debet bono privato Reorum,
qui pejeraturi prævidentur, nam ordo Charitatis non exi-
git, ut ad vitandam proximi ruinam, qui proprium ſta- 75
tum, & honorem negligat, ut tradunt communiter Theo-
logi apud *Sanchez in Pręcept. Decalogi lib.* 3. *cap.* 9. *num* 12.
Et de facto excuſatur ob ſolam privatam utilitatem ſuc- 76
currendi propriæ indigentiæ petens pecuniam ab Uſurario,
licet ob uſurariam pravitatem exindè reſultet ſpiritualis
ſœnerantis ruina, quam etiam prævidens adhuc poteſt, ut
ſuæ conſulat ægeſtati, mutuas pecunias petere, ut docet
Div.

*Div.Th* 2. 2. *quæſt.*78.*art.*4. *Quia ille, qui accipit pecuniam*
77 *mutuam ſub uſuris, non dat occaſionem Uſurario uſuras acci-*
*piendi, ſed mutuandi, ipſe autem Uſurarius ſumit occaſionem*
*peccandi ex malitia cordis ſui, unde ſcandalum paſſivum ex*
*parte ſua, non autem activum ex parte petentis, nec propter*
*hujuſmodi ſcandalum paſſivum debet alius à mutuo petendo de-*
*ſiſtere, ſi indigeat, quia hujuſmodi ſcandalum non provenit*
*ex infirmitate, ſeu ignorantia, ſed ex malitia.*

Prout etiam, ſi licitum eſt à Malefico petere ſolutionem
maleficii, quamvis ipſe ſua malitia novo maleficio utatur,
ut probavimus in *Inſtit.crim.lib.*3. *tit.*2.*num.*45. quod gravius
perjurio peccatum eſt, utpotè tribuens Dæmoni cultum,
78 Deo debitum; Propterea multò minus exigere poteſt Cha-
ritas, ut privata utilitas vitandi Reorum pejerantium rui-
nam impedire valeat uſum, ipſis deferri juramentum in con-
curſu publici boni, erga quod ea magis fertur, & cui Prin-
ceps ex debito ſui ſtatus magis conſulere tenetur, præſertim
dum agitur de adminiſtranda juſtitia, cujus à Deo ſibi com-
miſſa eſt cuſtodia; Hanc autem periclitari, ſublato jura-
mento, propter occultatam veritatem monet *Tex. in d. cap.*
*Ex literis de Jur. Juran.* jubens propterea deferri juramen-
79 tum. Et ideò Charitatis ordo poſtulat, ut conſervetur con-
ſuetudo, pro bono publico inducta pro defendenda tranquil-
litate ſtatus politici, quæ tendit etiam in bonum ſpirituale
Subditorum, qui terrore juramenti arcentur à criminibus
perpetrandis, in quo publica ſalus conſiſtit. Cùmque ju-
ramentum inventum ſit, & in lege veteri à Deo pluries pre-
ſtari juſſum ad detegendam veritatem, quæ indifferens eſt
ad innocentiam, & ad delictum, curandum non eſt ſcan-
dalum, quod ex ejus abuſu oriri poteſt, ut docet *Div. Greg.*
80 *hom.*7.*ſuper Ezechiell.* aſſerens: *Utilius naſci permittitur ſcan-*
*dalum quàm, quod veritas relinquatur.* Hunc autem eſſe
primarium juramenti finem tradit *Uueſembec. in Pandect.*
*lib.*12. *ff. de Jur. Juran. tit.*2.*num.*4. ibi: *Videtur autem con-*
*ſuetudine quadam in uſum veniſſe, Authore Cajo in l. Lege*
*tit. de Jur. Jur. - Juris jurandi Religio in remedium expedien-*
*darum litium, ut veritas, quæ humano ingenio erui non po-*
*teſt, ad Deum, omnium rerum conſcium, referatur, eoque*
*teſte, atque Judice, obſcura explicentur. Poſtea Prætor ſuo*
*Edicto ejuſmodi religionem confirmavit, & ſanctam eſſe*
*voluit.*

## §. III.

*In eadem Cauſa.*

Reſpondendo autem contrariis objectionibus, dico pri-
mò, quod non obſtat reflexio, deſumpta ex inſito uni-
cuique à natura Vitæ amore, ut gratia extraordinaria opus
1 ſit ad excipiendam mortem, cùm declinari poteſt, quamvis
non ſine peccato: Quod comprobatur exemplo deficientium
in Martyrio, exindè inferendo facilius perditos homines
ſpreturos juramenti religionem, ne fatendo crimina morti ſe
ſubiiciant, ac propterea juramentum non profuturum, &
inevitabile ex illo reddi periculum perjurii, à Principe vi-
tandum.

Illa enim potiùs retorquetur, quia amor Vitæ, utpotè à
natura inſitus, uſque adhuc ignotus eſſe non potuit, & ta-
2 men tot Principes, dùm hanc conſuetudinem tolerarunt,
& toto facto approbarunt, & præſertim Summi Pontifices
in propria temporali Ditione, omneſque Epiſcopi in ſuis
Diœceſibus, eos proinde exiſtimaſſe affirmandum eſt, vel
talem amorem non eſſe impeditivum ſemper, & abſolutè
majoris boni, qualis eſt reverentia, juramento debita,
ſcientes, qui non odit Animam ſuam, non poteſt Dei eſſe
diſcipulus, & ideò ſalutem animæ, Vitæ corporali præpo-
nendam, nec timendos, qui animam non poſſunt occidere,
ſed ſolum corpus; Vel quod ſi aliquando, & etiam frequen-
3 tiùs, perditi homines tali obligationi deficiunt, non propte-
rea deſerenda eſt publica utilitas, atque privatæ præferenda,
deſinendo uti jure ſuo pro eruenda veritate.

Nimis etiam probaret argumentum: Cùm enim Rei ve-
ritatem fateri cogantur, nec Judici legitimè interroganti il-
lam occultare valeant ex magis recepta ſententia, de qua in
*Inſtit crim. lib.*3.*tit.*2. *num.*33. æquè Amor à natura inſitus
4 noxia, & præcipuè mortem vitandi, Reos inducet ad defi-
ciendum propriæ obligationi pandendi veritatem, ac ad
frangendam religionem, juramento debitam; quod ſi pro-
pterea, abroganda eſt conſuetudo præſtandi juramentum,
utpotè obligans ad impoſſibilia, vel ſummoperè difficilia,
reſiſtente inſtinctu naturæ, abroganda quoque eſſet obliga-
tio fatendi delictum, quoties Judex legitimè interrogat, ut-
potè nimis aſpera; jugum enim Dei ſuave, & onus leve:
Unde ſi non obſtante naturæ impulſu, & inſito ab eodem vitę
amore, coguntur Rei veritatem fateri, quia ſalus animæ
corporis bonis, & ipſi vitæ eſt præponenda; Cur non etiam
eadem obligatio Juramenti religionem immunem à perjurio
ſervare poterit, vel privata pejerantium malitia ſufficiens
exiſtimanda non erit ad abolendam conſuetudinem præſtan-
di Juramentum? Par quippè eſt obligatio fatendi, ac juran-
di, ut advertit *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.*2.*cap.*31.*dubit.*3.*nu* 15. 5
Multis Martyribus deficiebat animus in tormentis, non ta-
men exinde ſequitur, quod tolli debeat præceptum exteriùs
confitendi fidem, imò nec poteſt, nè debiles illi peccarent,
ſibi enim imputent, ſi ex inordinato appetitu corpus, & vi-
tam caducam, animæ, atque æternæ ſaluti præponunt.

Secundum objectum deſumitur ex numero ferè infinito
perjuriorum, quæ ex hac praxi reſultant, cùm Rei de plu-
ribus cum juramento interrogentur, & falsò reſpondeant; At
eodem modo tot ſequuntur mendacia, quoties Rei falſum 6
reſpondent Judici, legitimè interroganti, nec propterea tol-
lenda eſt obligatio non mentiendi, quod nullo modo poteſt,
nec in utroque caſu mendacium Judici interroganti, aut per-
jurium, juramentum præbenti, vel Principi permittenti
adſcribitur, quia uterque utitur Jure ſuo, ſuæque obligatio-
ni ſatisfacit juſtitiam adminiſtrando, ſolumque conſenſus
perjurio, & participatio pravitatis ejuſdem conſiderari po-
teſt in privato, juramentum exigente à ſcienter pejeratu-
ro, niſi juſta cauſa interveniat, vel neceſſitas exigat, quia
tunc, ſi perjurium ſequatur, ſoli malitiæ pejerantis, non
etiam petentis adſcribitur, qui nec moraliter cenſetur illius
cauſa, cùm utatur Jure ſuo, quod tamen extra Judicium 7
rarò locum habet in privatis perſonis. Sicut licet ex juſta
cauſa petere mutuum ab Uſurario, qui ſub uſuris mutuet,
ſuæ malitiæ adſcribat, de qua petens non participat, cùm
poſſet licitè mutuari. Ac etiam poſſum à Malefico petere
ſolutionem maleficii, quando ſcio illam poſſe fieri ſine novo
maleficio, probabiliter credere poſſum, licet enim malefi-
cio novo utatur, ſibi eſt imputandum, non petenti ſolutio-
nem, & ſimiliter peti poteſt ex juſta cauſa juramentum ad
illud præſtituro per falſos Deos, ut hoc argumento utitur
*Suarez de Relig. tom.*2.*lib.*3.*cap.*14.*num.*11. ibi: *Et hoc pro-* 8
*batur exemplo de petitione mutui ab Uſurario, & deſtructione*
*maleficii à Mago. Denique hæc maximè videntur convince-*
*re nuper dicta de petente juramentum ab Idolatra. Non enim*
*eſt minus malum, imò majus, jurare per Deos falſos, quàm*
*pejerare per Deum verum, ut in ſuperioribus dictum eſt, ſed*
*hoc non obſtante abſolutè ponitur regula, licere petere juramen-*
*tum ab eo, quem ſcimus juraturum per falſos Deos, Cur ergo*
*non eadem, ſed contraria regula in perjurio conſtituitur?*

Dicere autem, quod petens juramentum, & Judex, il-
lud deferens, ſciat, Reum certè pejeraturum, gratìs aſſe-
ritur. *Nam non quæcumque ſuſpicio, quæ eſt tenuis aſſenſus,* 9
*vel dubietas, quæ eſt formidoloſa, ſufficit adimere jus peten-*
*di, aliàs vix unquam juramentum petere liceret, ſed proba-*
*biliſſima conjectura, quæ intellectum vincat, ut humano more*
*credat. Nam hoc, quod fortè illi rectè jurabit, eſt jus aliquod* 10
*in altero, ut petat,* ut in fortioribus terminis Privati, jura-
mentum petentis monet *Sot. de Juſt. & Jur. l.* 8. *quæſt.* 2.
*art.* 4.

Tertium. In idem recurrit; Aſſerendo non poſſe illos,
qui perjurio mortem evaſerunt, dolere de perjurio, ac pro-
ponere non pejerare de cætero, qui ſummum bonum putant
illo mortem evaſiſſe. Hunc autem dolorem, nec habere po-
terunt ad mortem damnati, cùm pauci ſint, qui adducantur,
ut Divinæ voluntati ſe ſubiiciant. Sed hoc quoque argumen- 11
tum nimis probat, ſublato quippe juramento, vel Rei mor-
tem evaſerunt mentiendo Judici, legitimè interroganti, vel
adhuc illam ſubeunt, probato aliunde delicto, aut ſuperve-
niente ipſorum confeſſione, an non. In primo caſu neceſſa-
rius eſt dolor de mendacio, planè non impoſſibilis, licet illo
mortem evaſerint, lex Dei namque, dolorem imperans de
peccatis, impoſſibilis dici non poteſt, imò facilior in tali
caſu exiſtimari debet dolor, tam de mendacio, quàm de per- 12
jurio, dum mortis, quam evaſerunt periculum, illos ad
meliorem frugem reducere valet, & in viam ſalutis revocare.
In ſecundo caſu æquè recurrit inſtantia, & ſolutio, quod
Dei lex non eſt impoſſibilis, & non impoſſibilia præcipit, ſed
perfecta, ut monet *S. Hieronym. lib.*1.*Coment. in c.*5. *Matthæi:*
*Sciendum eſt ergo Chriſtum non impoſſibilia præcipere, ſed per-*
*fecta;* Et tot ſuppetunt auxilia poſt intimatam Reis ad mor-
tem damnatis ſententiam, ut ſaltem amore Gehennam eva-
dendi, ſe Divinæ voluntati ſubiiciant, ut pluries audivi ab
iis, qui eiſdem in tali ſtatu, & vitæ diſcrimine miniſtrant.

Quar-

Quartum. De imcompatibilitate charitatis erga Deum, & proximum cum tolerantia conſuetudinis, inferentis innumerabiles divinas offenſas, & ruinas complurium ani-
14 marum, abſque ulla, vel cùm tenuiſſima utilitate, cùm, vel nullus ex Reis cum juramento interrogatis fateatur, vel certè vix unus, aut alter cæteris pejerantibus. Poſtulat proptereà charitas ergà Deum, ut vitetur ſpretus Nominis ejuſdem, prout charitas erga proximum, nè adducatur in neceſſitatem pejerandi.

Eadem ſuprà allata reſponſione tolli poteſt; Vel non adeò certam eſſe perjurii neceſſitatem, cum plures fatean-
15 tur, ipſa experientia teſte, ac etiam plures à patrandis delictis arceantur metu juramenti ſuſcipiendi, ſi de illis legitimè interrogentur; Vel adhuc, ea tranſmiſſa, non exindè ſequi abolendam conſuetudinem, aliàs tolli deberent omnia præcepta Eccleſiaſtica, & Divina, quæ à malis hominibus non ſervantur, & præſertim illud exterius confitendi fidem, & aliud non mentiendi Judici, legitimè in-
16 terroganti. Sciebat Deus Adam peccaturum, & cum illo totum genus humanum, & tamen poſuit præceptum de non comedendo pomum vetitum. Prout etiam ſciebat, Caim negaturum, ſi eum de fraterna nece interrogaret, & tamen ab eo exquiſivit, ubi eſſet Abel, eique reſpondenti. *Nunquid cuſtos fratris mei ſum? Geneſ. 4. 9.* magis præciſè objecit ejus ſanguinem clamare, quæ erat quaſi judicialis delicti conteſtatio.

Quintum. Deſumitur ex gravitate perjurii, quod Deus ſemper, aut certè ſæpiſſimè ſeveris pœnis ulciſcitur, non modo ejus authores, ſed etiam adiutores conſiliarios, omneſque denique conſentientes, & negligentes, feriendo,
17 ut pluribus Sacræ Paginæ Textibus comprobari poteſt exclamante *Apoſtolo ad Rom. 1. verſ. ult.* dignos morte non ſolùm, qui ea faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus, eoſque conſentire, qui cùm impedire poſſint, ac debeant, non impediunt; Exindequè inferendo, expedire Reipublicæ,
18 ut extirpentur perjuria, præcipuè illa, quæ in Judiciis committuntur, quia Dei judicium eſt *Deuteronom. primo verſ. 17.*

Verùm argumentum quidem probat, quod debeat Reus vitare perjurium, quod proptereà severè corripitur, quia juridicè, delatum eſt juramentum, non etiam quod illud tollendum ſit, Judex enim exigendo, & Princeps imperando, & tolerando conſuetudinem deferendi, utitur jure ſuo,
19 & ex juſta cauſa id facit, nec ullo pacto conſentit perjurio, quod ſolum malitiæ pejerantis, & parvi pendentis obligationem non mentiendi, ac non pejerandi adſcribi debet, ſolumquè conſenſus perjurio poſſet aliquo modo conſiderari, ſi cùm teneretur illud impedire, eſſet in hoc negligens, Tantùm autem abeſt, ut in hoc ſenſu Judex, vel princeps impedire teneantur abſtinendo à deferendo Juramentum,
20 vel hanc conſuetudinem abrogando, ut potiùs teneantur illud exigere pro eruenda veritate, & puniendis delictis; Imò ex ipſa malitia perjurii; & Divina ultione credere poterit Princeps, & Judex, Reos non fore pejeraturos. Sacri autem Textus allata teſtimonia, vel procedunt de pejurio extra Judicium, & de facilitate jurandi, vel reſpiciunt perſo-
21 nam pejerantis, ejuſque bona in ultionem propriæ malitiæ; non etiam legitimè juramentum deferentes, qui non dicuntur conſentire periurio; quamvis ſciant, Reum peieraturum, ut ex D. Thoma vidimus ſupra, multoquè minùs, ſi hoc neſciant, quia tunc nec privatus illud exigens dicitur conſentire periurio ex ſententia D. Auguſt. ſupra allata; Non ſunt igitur Principes, hanc conſuetudinem tolerantes, tot periuriorum Rei, quia illis conſentiant, nec Divi-
22 nam proptereà ultionem timere debent, aliàs uſque adhuc Rei fuiſſent tot Principes, atque Summi Pontifices, virtute, ac Sanctitate prædicti, qui eam tolerarunt.

Sextum utitur eodem medio malitiæ, ſcilicet periurii, quæ à gravitate, vel diuturnitate pœnæ, contra illud impoſitæ, ab Eccleſia dignoſcitur; Eademque proptereà recurrit ſolutio, quod utraque ſuos feriat authores, non Judi-
23 cem, vel Principem qui nullo modo periurio conſentit. Quod autem pœna periurii impoſita in *can. Si quis pejeraverit 22.*
24 *qu. 5.* teneat etiam conſcios periurii, quibus indicitur pœnitentia, vel id intelligendum eſt de periurio, ad inſtantiam privati commiſſo delato Juramento à ſciente eum, cui de-
25 fertur peieraturum; vel non applicatur caſui noſtro, quia Princeps, & Judex exigendo Juramentum utuntur iure ſuo,
26 nec ullo modo periurio conſentiunt, vel eius conſcii ſunt, cum obligatione vitandi, vel cum ſcientia complicitatem, & malitiæ participationem inferente, qua ceſſante, dari non poteſt obligatio pænitendi, quia pænitentia ſupponit culpam.

Septimum. Deductum ex authoritate *S. Auguſt. ſerm 28. aliàs 30. de Verb. Apoſtol. cap. 10. & ſerm. 2. in Decol. S. Jo:* 27
*Baptiſt. cap. 14.* fuit prævenrivè ſolutum, diſtinctione per S. Thom. adductam, inter Privatum, iure proprio Juramentum exigentem, & Judicem, illud deferentem iure publico, & ex debito adminiſtrandi Juſtitiam, ut vidimus ſupra §. 1.

Octavum. Ex eadem authoritate derivatum, tendit ad eius confirmationem, & retundendam diſtinctionem, quia ſcilicet S. Doct. eam non adhibeat, & nihil excipiantur, 28
ubi nihil diſtinguitur, ut ait *S. Bernar. de Conſider. lib. 2. c. 8.* Et ſolùm ſi quę eſſet adhibenda exceptio inter iuramenta Judicialia, tamen ea non compræhenderet cauſas Criminales, ut monet *Natal. Alexan. tom. 9. Theolog. dogmat. & moral. cap. 4.* ita ſubdiſtinguens inter Cauſas Civiles, & 29
Criminales, & negans, Reo poſſe deferri Juramentum, ſi accuſator in probatione deficiat.

At nimis dura provincia eſt redarguere *S. Thom.* illam ex profeſſo aſſerentem, cuius authoritatem ſequuntur DD. ſupra citati, & alii mox referendi. Si enim Doctori diſtin- 30
guenti magis creditur, ut monent Juriſtæ, quia proximus eſt veritati, qui diſtinguere novit ex adductis *in d. 32. num. 45. coram Anſald.* cur impugnanda eſt S. Doct. Angelici diſtinctio? Mihi certè nunquam indecorum erit cum illo errare. Non autem ſemper vetita eſt diſtinctio, & exceptio, ex illa reſultans, ſed tunc ſolum, quando ſenſus Doctoris, aliquid generaliter aſſerentis, eam non patitur, & ita intelligenda eſt *D. Bernardi* aſſertio, quod nihil excipitur ubi nihil diſtinguitur. Non ità profectò locutus fuit *S. Auguſtinus*, imò potiùs de Privato iuramentum exigente ſolum intellexit, ut conſtat ex verbis eiuſdem, & ex contextu ſermonis, potiùs Privato, quàm Judici accommodati; Expli- 31
cando enim verba illa Apoſtoli *S. Jacobi: Ante omnia nolite jurare*, declamat contra conſuetudinem, & facilitatem iurandi, etiam nemine exigente, & deindè improbat iuramenti petitionem, ſemper tamen privatam, cum allata diſtinctione inter ſcientem, & ignarum, & concludit: *Iſtam ergo conſuetudinem quotidianam, crebram, ſine cauſa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi avertite à Vobis.* Idque magis clarè præſupponit reſponſio provo- 32
cati ad iuramentum præſtandum, quia Chriſtiano iurare non liceat, quæ verificari non poteſt de iuramento, in Judicio delato, nam Reus obedire tenetur Judici interroganti.

Eademque diſtinctione utitur *D. Bonaventura in 3. Sent. diſtinct. 39. in expoſitione literæ dub. 5.* Nam proponens quæſtionem, an Judex, ſciens aliquem iuraturum eſſe 33
falſum, adhuc poſſit ex officio exigere iuramentum? Reſpondet: *Quod, aut exigens juramentum eſt Perſona publica, aut privata. Si publica, tenetur exigere juxta juris ordinem, ſive ſciat, ſive neſciat, ipſum falſum jurare, quia non imputatur ſibi. Verbum autem Auguſtini (ſcilicet in ſerm 28. de Verb. Apoſt.) intelligitur de perſona privata, quæ non compellitur ex juris ordine juramentum exigere, ſed ex propria voluntate.* D. Anton. 2. par tit 10 cap. 7. eidem inhæret diſtinctioni, & 34
ſatis eſt, quòd *D. Auguſtinum* ita intellexerit *S. Thom.* ejus fideliſſimus Interpres.

Subdiſtinctio verò, per *Natal Alexandr.* excogitata, inter Cauſas Civiles, & Criminales, non videtur attendenda, 35
nam *S. Thom.* aſſerendo, licitè à Judice iuramentum exigi, non diſtinguit inter Cauſas civiles, & criminales, adeoque nec licet *Natali ab Alexandro* diſtinguere, prout tot alii DD. non faciunt, indiſtinctè cum eo tranſeuntes, & forſan eius aſſertio intelligi poteſt, quandò Actor in ea probatione deficit, quæ requiritur ad legitimè interrogandum. Prædictaque ſubdiſtinctio inter Cauſas civiles, & criminales prorſùs repugnat authoritati, atque rationi.

Prima ſiquidem deſumitur ex Textu *Apoſtoli ad Hebræos 6. verſ. 16. Omnis controverſiæ finis ad confirmationem eſt juramentum*. Quo nihil clarius, & urgentius: Nullam planè 36
controverſiam excipit Apoſtolus, dum omnem iuramento terminandam docet, qui enim dicit omnem, nullam excludit, ex receptiſſima ſententia, tam apud Theologos, quàm apud Juriſtas, de qua latè *Barboſ. axiom. 168.* & dum utitur verbo *eſt*, quòd ſtat aſſertivè, & veritatem facti ſupponit, certò ſtatuit indefinitam iuramenti præſtationem pro dirimenda quacumque controverſia, & generaliter quoque id aſſerit *Cornel. à Lapide ſuper d. cto Textu*, ibi: *Docet exem-*
*plo hominum, apud quos omnis lex, & omne dubium terminatur, & firmatur juramento, Deum ſuam promiſſionem voluiſſe firmare juramento.* Notetur verbum, *docet*, quia plurimùm confert. Quinimò in veteri lege, nedùm permiſſum, ſed demandatum fuiſſe iuramentum in Cauſis cri- 37

minalibus ſuadet ſupra relatum præceptum, traditum *in Exodo cap. 22. num. 8. in Deuter. cap. 21.* & aliis Sacris Te-
38 xtibus ſupra allatis, quod etiam præſupponunt Sacri Canones *in cap. Ex literis de Jur juran. & tot. tit. de Purgat. Canon. & cap. Cum dilecti de Accuſat.*

Secunda, & quidem validiſſima ſuppetit ex majori neceſſitate præſtandi juramentum in Cauſis criminalibus pro eruenda veritate, ſicut enim, legitimis concurrentibus indiciis tortura infertur corpori, ſic eſt animæ inferenda per
39 juramentum, quod eſt ſpecies, torturæ ſpiritualis, ut præter *Abbatem* ſupra relatum monet *Leſſ. de Juſt. & Jur. lib. 2. cap. 31 dubit. 3. num. 15.* ibi: *Quia juramentum eſt ſpi-*
40 *ritualis quædam tortura, cùm non peſſimam mentem non minùs urgeat ad veritatem dicendam, quàm tortura.* Et ex *Plutarco in lib. Problem. Roman.* tradit *Barradas in Commentar. quatuor Evangeliſt. tom. 2. lib. 7. cap. 20. §. Quinta quia.* Idque nè propria malitia, qua perditi homines delicta tegere
41 ſtudent, illis impunitatem præbeat in perniciem Reipublicæ, cujus bono magis conſulere debet Judex, ac Princeps, quàm privatæ ſceleſtorum conſcientiæ, nè perjurio ſe obſtringant, quòd propriæ malitiæ imputare debent, non Judici, deferenti juramentum ſeu Principi, illud deferri approbanti, qui jure proprio utuntur juſtitiam miniſtrando.

Majorque ex eo etiam viget ratio illud exigendi in Cauſis criminalibus, quòd ultra difficultatem probationis, eam requirunt planiorem, & ut plurimùm ex ore Rei profluen-
42 tem per confeſſionem delicti, ut illius ordinaria pœna infligi poſſit, vix enim unquam dari poteſt caſus, quòd plenè convictus dici valeat, vel ob defectum Teſtium in ſufficienti numero, vel ob eorum qualitatem, cùm ad convincendum omninò idonei requirantur. Publica propterea uti-
43 litas expoſcit, ut non præcludatur in Judiciis criminalibus via veritatem aſſequendi, quæ in Civilibus permiſſa eſt.

Nonum, deſumptum ex authoritate *P. Joannis de Avila Epiſt. 11.* declamantis contra perjuria, & facilitatem pejerandi etiam in Judiciis civilibus, & quoties agitur de
44 re viliſſimi pretii, nimis probat, ſcilicet tollendum quoque juramentum etiam in Cauſis civilibus, quod contrarii Authores non aſſerunt, & Jura tam civilia, quàm canonica illud permittentia huic aſſumpto repugnant. Digna profectò eſt tanti Viri pietate declamatio in eadem Epiſtola
45 contenta, quæ Pejerantes terrere deberet, eoſque facilius diſponere ad fatendum, ſed non exindè infertur, quòd abolenda ſit juramentum deferendi conſuetudo, quia perditi homines eo abutuntur; Id enim propriæ malitiæ, non Judici deferenti, nec Principi permittenti adſcribitur, & dum ipſe agit de gravitate perjurii, quòd in civilibus ex nimia facilitate deferendi juramentum contingere ſolet, non propterea conſuetudinem damnat, vel abolendam ſuadet illud deferendi, de qua non eſt queſtio.

Decimum in eo verſatur, quòd licet multi Theologi doceant, debere Judicem ſequi conſuetudinem, Reis juramentum deferendi, nemò autem neget conſultò Principem facturum, ſi eam abroget, poſtquam inutilis evaſit ad eli-
46 ciendam à Reis veritatem criminum, & præſertim capitalium, nullusque eam utpotè laudabilem commendet. At dum Theologi docent Judicem illam ſequi debere, jam, vel bonam, vel ſaltem non improbam agnoſcunt, & præſupponunt; Non poſſent enim cogere Judicem ad ſequendam conſuetudinem, quæ mala ſit, imò nec excuſare, cùm
47 malum ſit ſemper vitandum, & exindè ſequitur, eos nec etiam exiſtimare conſultò facturum Principem, ſi eam abroget; Si enim bona eſt, conſulenda non eſt ejus abrogatio, imò etſi tantùm in ſe mala non ſit, cùm abrogatio conſuetudinis, & præſertim antiquiſſimæ, & ferè univerſalis non ſit facilè inducenda, niſi perniciosa evaſerit, & malitiam involvat, quæ publico bono adverſetur.

Mirum propterea non eſt, quòd nullus Theologus, Judicem conſulens ad ſequendam conſuetudinem, vel ſaltem ex-
48 cuſans non neget, conſultò facturum Principem, ſi eam abroget, quia vel contrarium præſupponit, dùm ſtatuit obligationem illam ſequendi: Vel id prætermiſit aſſerere, quia non cogitavit, movendam eſſe ſuper hoc quæſtionem, quòd certè non omiſiſſet, ſi agnoviſſet expedire illius abolitionem; multoquè minus, ſi eam neceſſariam exiſtimaſſet, utpotè inferentem innumerabiles Divinæ Majeſtati offenſas, & quamplurium animarum ruinam. Quod planè aſſerere, eſt redarguere tot Theologos, quòd in tanta cla-
49 ritate, quam experientia conſtituit, cæcutierint; Imò ipſam Eccleſiam, quod hactenus fuerit negligens in ſalute tot animarum, & Dei Gloria tuenda, quo nihil animoſius, & Romanæ Curiæ exiſtimationi injurioſius. Quæ ſanè nota vitari non poteſt, ex quo conſuetudo inutilis evaſerit ad eliciendam ex ore Rei veritatem: Recurrit enim ineluctabilis inſtantia, num ſupposita inutilitas ſit ipſi conſuetudini 50
coæva, vel potiùs recens, ut ea modò ſit abroganda ex ſupervenientia inutilitate abſque redargutione Eccleſiæ, quæ illam tolleravit; Hoc profectò aſſerere pugnat cum allatis authoritatibus, illam antiquiſſimam præſupponentibus, & cum ratione deſumpta ex inſito à natura ſtudio noxia, & præcipuè mortem vitandi, quòd porrò, nec novum eſt, nec modò detectum.

Undecimum, deductum ex rationibus, & cautelis, per Theologos excogitatis ad excuſanda, vel minuenda perjuria planè inutilibus, vel quia partim falſæ ſint, vel quia 51
Reus metu mortis, & deſiderio illius vitandæ occupatus, illas perpendere non valeat, non ſatis probat, conſultius eſſe juramentum tollere. Meum profectò non eſt de veritate rationum, vel de uſu æquivocæ reſponſionis diſſerere, aut quæſtionem aſſumere, an turbato propter metum mortis, ejuſque vitandæ deſiderium intellectu Rei, ut diſcernere nequeat totalem malitiam perjurii, vel quomodò poſſit illam vitari, ſeu minui, plena illius pravitas incurratur ab eo. Id certè abſque audaciæ nota mihi aſſeri poſſe videtur, non ideò tollendum juramentum, quia periculum ſubſit, quod 52
Reus illo abutatur, & parùm tutæ ſint, tam in theorica, quam in praxi rationes, ejus malitiam excuſantes, aut minuentes, hæc quippè tota reſidet in Reo, abſque ulla participatione Judicis, juramentum deferentis, vel Principis illud permittentis: & æquè hoc periculum ſubeſt firmo manente præcepto, non mentiendi Judici, legitimè interroganti, quod tolli non debet.

Duodecimum, derivatum à paritate inter torturam corpori non inferendam, quoties ſubeſt periculum mortis, & juramentum non exigendum propter periculum perjurii certè prævisi, quod animam necat, faciliſſimè ſolvitur. Judex 53
enim, qui Reum animo deficientem torquere proſequeretur, vel debilem, aut impeditum, illum exponendo periculo mortis, eſſet cauſa ejuſdem, & daret operam rei illicitæ, ſcilicet crudelitati, à qua ſemper abſtinere debet, ſicuti cavere tenetur à fallacibus, & captioſis interrogationibus, cùm ſit Dei miniſter, cujus eſt judicium. At Judex deferendo juramentum, licèt ſciret Reum pejeraturum, quod tamen aſſeri non poteſt, cum certò ſcire, cum experientia do- 54
ceat plures fateri, & divinare ſit, quod potiùs ex aliis cauſis, quàm ex religione juramenti fateantur, nullo modo eſt cauſa perjurii, quod unicè adſcribitur malitiæ pejerantis, nec dat operam rei illicitæ, imò utitur jure ſuo, ſuæque obligationi ſatisfacit, adeoque paritas undique claudicat.

Ex his ſatis ſoluta videntur argumenta pro contraria ſententia adducta, ex quibus contrariæ opinionis Authores aſſerunt Juri Divino, ac naturali, quibus Theologi moventur ad dirimendas controverſias, conſentaneum eſſe, ut 55
Principes cum debita reverentia moniti, abrogent juramenti à Reis exigendi conſuetudinem, quam illationem ſine reſponſione transmittendam non exiſtimo; Cùm jus Divinum & naturale immutabile ſit, & nedùm ipſi conſuetudini coævum, ſed longè illam præcedens, jamdiù ipſa fuiſſet abolenda, imò nec permittenda illius introductio, ſi ab utriuſq; dictamine diſſona eſſet, nec tandiù Theologi diſtuliſſent hoc conſilium præbere, nec Eccleſia neglexiſſet ſaluti animarum ex dicta conſuetudine periclitantium, & Dei gloriæ per ipſam violatæ proſpicere, quod ſæpè quidem hactenus inſinuatum eſt, nunquam tamen ſatis.

## §. IV.

*In eadem cauſa.*

POſtquam ex principiis Juris Divini, ac naturalis, quibus Theologi quæſtiones dirimunt oſtenſum eſt, non eſſe abolendam conſuetudinem, de qua agitur, idem omnino dicendū 1
eſt attentis Canonicis ſanctionibus, & legibus Civilibus.

Non enim obſtat primò, quod nullus Canon, nullave Civilis Lex jubeat, à Reis exigi juramentum, à quo imperan- 2
do deſtitum fuiſſe aſſeritur ob perjurii periculum, ut monet *Scacc. de Judic. lib. 1 cap. 12. num. 9.* ibi: *Quare lege non reperitur cautum, quod Reo ſit deferendum juramentum ſecun-* 3
*dùm Marc. Anton. Blanc. tractat. de Judic. num. 384.* Facilis enim eſt ſolutio: ſufficere namq; poteſt pro lege juramenti delationem jubente, vel approbante, quod in Sacra Scriptura, per oraculum Divini Spiritus in Textibus ſupra relatis, hoc juramentum fuerit introductum, ultra quod certum eſt, non omnia in jure cauta expreſsè reperiri, & plura

& plura Jus non ſcriptum ſupplere; Conſuetudo proinde eſt eſt altera lex, ejuſque vim obtinet, & ideò poſt titulum de Conſtitutionibus ſubnecti alium de conſuetudine, quia jus
4 ſcriptum ſubſequitur jus non ſcriptum, monet *Abbas Siculus*; Et non levem eſſe conſuetudinis, uſuſque longævi authoritatem, ac plerumque diſcordiam parere novitates, reſcripſit Honorius III. Epiſc. Pariſienſis in *cap. Cùm conſuetudinis, de Conſuetud. & D. Auguſt. ad Caſulanum Epiſt. 86.* relatus in *can. In his diſt. 11.* ait: *In his rebus, de quibus
5 nihil certi ſtatuit Divina Scriptura, mos populi, Dei, & inſtituta Majorum pro lege tenenda ſunt, & ſicuti prævaricatores Divinarum Legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt*, ubi *Gloſſ. in verb. Conſuetudinum*, obſervat, parem eſſe authoritatem legis, & conſuetudinis.

Satis eſt autem, ut retinenda ſit conſuetudo, quòd juri non repugnet, ut monet *Gloſſ. in cap. finali verſic. Rationa-
6 bilis de Conſuet.* quòd certè de noſtro eſt aſſerendum, ex ſupra relatis Sacræ Scripturæ locis, & Apoſtoli textu, docentis humanam omnem controverſiam juramento dirimi, & confirmari: Et confert *Text. in Can. Quamvis 22. qu. 1.* ubi ſic habetur: *Quamvis dictum ſit, ne juremus, nuſquam,
7 me in Scripturis ſanctis legiſſe memini, ne ab aliquo jurationem recipiamus*, qui deſumptus eſt *ex Auguſt. ad Publicolam Epiſt. 154.* & meliùs noſtram ſententiam confovet alius textus ſupra relatus *in cap. Ex Literis de Jur. jurand.* ubi ſummus Pontifex in cauſa uſurarum præcipit deferri juramentum, ibique *Gloſſ. in verſic. Occultata veritate*. Et ob eandem cauſam eruendi veritatem permiſſum eſt jurare *in c. Et ſi Chriſtus eod. tit.*

Cùm itaque antiquiſſima, & ferè univerſalis vigeat con-
8 ſuetudo exigendi juramentum à Reis, nulluſque Canon, nullave lex Civilis id vetet, & potiùs Sac. Scripturæ illi adſiſtat authoritas, ea non eſt abroganda, quia non ſit in jure cautum illud exigi poſſe, vel debere.

Quod ſi ideò cautum non eſſe dicatur, quia per ſe malum ſit tale juramentum exigere, ex quo per hujuſmodi juramen-
9 tum Reus exponatur periculo perjurii, ſatis erit reſpondere, quod ſi ita eſſet, reperiretur in jure expreſſe prohibitum, prout vetitum eſt *in cap. Clericos de Cohabit. Cleric. &
10 mul.* illud deferre Clericis Concubinariis, *& in l. 2. §. Quorum C. de Indict. viduit. tollen.* tollitur juramentum de Nuptiis non repetendis; Ex omiſſa propterea prohibitione juramentum à Reis exigendi potiùs argui valet conſuetudinem non eſſe abolendam, utpotè Juſtitiæ, ac Juri conſonam, nec ſubſiſtere illationem, quod ideò non reperiatur in jure cautum tale juramentum, quia perjurii periculum inferat.
11 Nec tale quid firmat *Scacc. loc. cit.* quia loquitur de juramento, per Reum emiſſo circa Votum ingrediendi Religionem, quo ſe abſtrinxiſſe aſſerit ante patratum delictum, affirmans illi non eſſe abſolutè ſtandum, quia Rei, ut pœnam evaderent millies, & eò amplius pejerarent, & lege cautum non reperiri, quod Reo deferendum ſit juramentum. Quinimò abſolutè negare, quòd juramentum ſit licitum, eſſet error
12 Pelagianorum, ut monet *S. Auguſt. Epiſt. 89. quæſt. 9.* & Vvaldenſium, atque Anabatiſtarum, qui in Judicio jurare omninò renuebant, qui ſanè fuit perpetuò Eccleſiæ uſu damnatus, ut exemplo Pauli, & S.S. Petrum docet *Corn. à Lap. in Matth. c. 5.*

Cæterùm non eſt abſolutè admittenda propoſitio, quòd lege cautum non ſit, Reis deferendum eſſe juramentum,
13 cum contrarium conſtet ex ſupra relato Divino præcepto in Sacris Paginis, & Pontificio in Canonicis Sanctionibus, quibus etiam Civiles conſonant, nam in *l. Furti §. Qui juſſu ff. de His qui notant. infam* præſupponitur in uſu eſſe delationem juramenti ibi: *Sed etſi jurejurando deleto, jurave-
14 rit quis, non deliquiſſe, non erit notatus, nam quodamodo innocentiam ſuam jure juran. approbavit, & in l. Si duo Patroni §. Item ff. de Jur. juran.* ibi: *Item Julianus ſcribit, eum, qui juraverit furtum ſe non feciſſe, videri de toto juraſſe, atque, ideo neque furti, neque condictione teneri*. Et ſane conſuetudinem in Legem Prætoriam tranſiiſſe tradit *Vveſembec.* ſupra relatus.

Exindeque ſolvitur, ſeù retorquetur ſecundum argumentum, deſumptum ex dictis juribus, vetantibus deferri
15 juramentum Clericis Concubinariis, de Concubinis abjurandis, & Viduis de non repetendis nuptiis: Si enim ratio vitandi perjurium, ejuſque periculum æquè id expoſceret in Reis interrogandis, vetitum quoque in iis fuiſſet, ſed quia juſtitiæ adminiſtrandæ debitum, & publici boni ratio exigit, ut veritas pateat pro criminibus expiandis, ideò nullo jure vetitum Legibus Reis Juramentum deferri, cujus religione, vel à delinquendo coerceri, vel ad fatendam veritatem faciliùs diſponi poſſunt, & ſi quandoque, & etiam ut plurimum, id facere detrectant, perjurio ſe fœdando, id propriæ malitiæ adſcribendum eſt, non Judici deferenti. En ergo, quod aliquando noxia eſt juramenti delatio, & in jure 16
vetita, arguere potiùs licet, quod ubi vetita non eſt, cenſeri debeat permiſſa, nec propterea prohibenda.

Tertiò. Urget. ex eo quòd nullus ex Authoribus, approbantibus hanc conſuetudinem illam laudabilem appellet, imò plures profitentur eam ipſis diſplicere, & expediens eſ- 17
ſe, ut à Principe abrogetur ſcilicet *Clar. in Prax. §. fin. qu. 45. num. 9. Marant. in Specul. Aur. ſeu Prax. Advoc. par. 6. tit. de Juram. num. 11 Joann. Valer. de Differ. utriuſque for. diff. 2.* aſſerens ob id multos Judices à Juramento exigendo abſtinere, *Gomez var reſol. tom. 3. cap. 12. num. 5. Leſſ. de Juſt. & jur. lib. 2. cap. 3. dub. 3. n. 21. Del Ben. de Juramento dub. 17. object. 2. n. 4. Gaill. pract. obſerv. lib. 1. obſerv. 85. n.* 18
4. ubi putat ſuſtineri poſſe conſuetudinem juramentum calumniæ remittentem *Barb. in cap. Clericos, de Cohabit. Cler. & mulier. n. 2. Farin. in Prax. q. 160. n. 297.*

Verùm ſi certandum eſſet authoritatibus jam in tuto foret victoria, nec conſuetudo ultra periclitaretur, cùm longè plures ſuppetant, eam approbantes, & licitam juramenti delationem ſuadentes, & cuilibet eam improbanti, vel de illa dubitandi quam plurimos opponere facile ſit, & 19
idcircò præter ſupra citatos *n. 36.* plures magni nominis Doctores, inferiùs recenſere non pigebit, poſtquam reſponſum fuerit authoritatibus, in contrarium adductis.

Quòd autem nullus aſſignari poſſit Doctor, qui hanc conſuetudinem laudabilem appellet, non probat eam eſſe abolendam Abrogatio quidem conſuetudinis, præſertim antiquiſſimæ, & ferè univerſalis, ut noſtra profectò, eſt tantum 20
permittenda non videtur, ſi illa ſit turpis, vel noxia, itaut potiùs abuſus vel corruptelæ nomen mereatur, qualem eſſe oſtendere conantur oppoſitæ ſententiæ Defenſores, utpotè innumerabiles Dei offenſas, & animarum ruinas inferentem. Quod ſi ita eſſet, utique tot Authores, quorum plerique Theologi ſunt, & quidem graviſſimi, pro ea non ſtarent, nec Judicem eam ſequi debere affirmarent, vel ſaltem eam à Principe abolendam conſulerent, prout aliqui ex ſupra citatis oppoſitum exiſtimant, ſcilicet *Gomez*, 21
*Leſſ. & Del Ben.* Adeoque dum communiter conſuetudo approbatur, & juramentum Reis deferri licitum à Theologis, & Juriſtis exiſtimatur, curandum non eſt, quòd aliquibus ea diſpliceat, vel aliqui optarent, eam à Principe abrogari, vel Judicem à juramento deferendo abſtinere, quia receptior, & magis communis ſententia præferenda eſt, & hactenus conſuetudo ſervata fuit.

Quinimò argumentum ex contrariis authoritatibus deſumptum potiùs retorquetur. Si enim adhùc viget hujuſmodi conſuetudo, quamvis ipſis diſplicuerit, & expediens exi- 22
ſtimaverint, ut à Principe aboleatur, jam exindè infertur, eorum ſententiam cæteris omnibus non arriſiſſe, & Principes, quos veriſimile non eſt, vel ab ipſis, vel ab eorum Miniſtris de abolenda conſuetudine, monitos non fuiſſe, id non approbaſſe. Vix enim credibile eſt, quòd ſi ea dici poſſet adeò noxia ſaluti animarum, & Reipublicæ inu- 23
tilis, numquam de illa abroganda fuiſſet actum, & tot Doctores, communi calculo eam ſequendam ſtatuentes, non excitaſſe quæſtionem, an ſaltem expediret illam à Principe tolli, in quo controverſiæ cardo hodie conſtituitur.

Superfluum propterea eſt, ſingulas auctoritates contrarias expendere, quod tamen, ne quid intactum relinquatur, breviter faciemus.

*Clar. itaque loc. cit.* licèt aſſerat hanc praxim Reos cum juramento interrogandi ſibi non placere, fatetur tamen ab ea non recedendum, & refert, quendam Moncinum fuiſ- 24
ſe juſſu Senatus publicè tortum, quia legitimè interrogatus, noluit reſpondere, ac jurare, & deindè reductum ad Carceres cum juramento reſpondiſſe.

*Maranta* licèt *num. 7.* aſſerat, quòd in cauſa criminali non defertur juramentum ſuppletorium, tamen *num. 14.* limi- 25
tat, quoties concurrit pluſquam ſemiplena probatio, ut notat etiam *lit. E. & n. 28. & 29.* admittit eſſe juramentum purgationis canonicæ præſtandum.

*Valer. de Different. utriuſque for.* loquitur contra commu- 26
nem praxim.

*Gomez* præmittit obligationem juramentum ſuſcipiendi, & deindè infert, quòd cùm licitè, & juſtè petatur à Reo tale juramentum, tenetur in Foro conſcientiæ dicere ve- 27
ritatem, licèt ex hoc incurrat pœnam mortis, aliàs peccat mortaliter, ita *S. Tho. 2. 2. qu. 69. art. 1.* Et quamvis

poſtea ſubdat, quòd conſuleret Imperatori, ut publica
lege juramenti præſtationem prohiberet in Cauſis crimi-
nalibus ingerentibus pęnam ſanguinis non propterea ex in-
dè inferri poteſt, quod ferenda ſit lex abrogativa conſue-
tudinis ſemper toleratæ, & quam communi calculo DD. ſe-
quendam exiſtimant.

*Leſſ. de Juſt. & jur.* loco ſupra citato nil ultra dicit, quàm
quòd expediret tolli per Principem juramentum calumniæ,
28 quatenus involvit obligationem dicendi veritatem fatendo
delictum, pro quo ſit imponenda pęna ſanguinis per te-
xtum in *cap. Clericos de Cohabit. Cler. & Mulier.* quem non
applicari infra oſtendam. Cæterùm ipſe *cap. 42. dubit. 10.*
quærens, an fas ſit deferre juramentum ei, quem putas pe-
jeraturum? aſſerit, id licitum eſſe ex juſta cauſa qualis veri-
29 ficatur in Judice, qui non debet ſequi ſcientiam privatam,
ſed præceptum juris, adhibendo ea, quibus ſolet elici veritas,
alioquin daret juſtam occaſionem ſcandali, quod illi magis
cavendum, quàm peccatum privati.

Ita quoque intelligendus eſt *Del Ben cum Gomez* affirmans
expedire, ut hæc conſuetudo contraria lege tollatur; At
ſemper adhùc viguit conſuetudo, tàm Summis Pontifici-
30 bus, quàm Principibus illam tolerantibus, quod utiq; fa-
ctum non eſſet, ſi expediens fuiſſet illam abrogare, nec ſo-
li præfati Authores hanc convenientiam agnoviſſent, cæ-
teris omnibus eam diſſimulantibus, cùm tamen ipſis quo-
que per via fuerit ratio, ex qua illa moventur, vitandi ſcili-
cet occaſionem perjurii, ea idcircò non eſt propter eorum au-
thoritatem tollenda.

*Gaill.* agit de alia quæſtione, an ſcilicet poſſit per conſue-
tudinem tolli juramentum de calumnia? & affirmativè re-
31 ſpondet, propter facilitatem contemptus ejuſdem, ob ma-
litiam hominum, apud quos hodiè ne obulum quidem exi-
ſtimatur, quia facti ſumus contemptores Dei, & Religio-
nis, ut monet *Bald. in l Si poſt perfectum num 1. ff. de Evi-
ction.* & præſertim ſi talis conſuetudo ſit immemorabilis,
quia tunc æquiparatur reſcripto Principis, per quod tale ju-
ramentum tolli poteſt, & tamen non deſunt graviſſimi Au-
thores, exiſtimantes talem conſuetudinem non valere, re-
lati per *Scacc. de Judic. lib. 6. capit. 1. numer.* 128. ubi teſtatur
32 de communi, qui licèt *num. 131. & ſeqq.* ſentiat poſſe per
conſuetudinem tale juramentum remitti, non propterea
exindè inferri poteſt abrogandam eſſe conſuetudinem jura-
mentum Reis deferendi, quæ pariter fundata dici poteſt in
præcepto divino Hebræis tradito in *Exod. 22. 8.* deferendi
Juramentum ſuſpecto de furto domeſtico, aliiſque relatis
33 Sacræ ſcripturæ locis, & in textu *Apoſt.* dicentis; *Omnis
controverſiæ finem ad terminationem eſſe juramentum.*

*Barboſ. in d cap. Clericos* potiùs retorquetur, cùm ſolam
rationem vitandi perjurium non exiſtimet ſufficere pro ſub-
ſtinenda prohibitione in dicto Textu emiſſa, ait enim *num.*
34 3. *Rejectis igitur ibi, & aliis ad hunc Textum intellectibus,
vera illius ratio ex eo colligi poteſt, quia juramentum eſt reme-
dium ſubſidiarium. & periculoſum, & ideò ad illud non eſt
reccurrendum, quando adſunt alia remedia, æquè accomo-
data ad finem prætenſum aſſequendum cap. Et ſi Chriſtus prop.
fin. de Jur. juran. Conſtat autem in ſpecie hujus Textus æqui-
valentia dari remedia magis accommodata, ut Clerici à Con-
cubinis abſtineant, nempè per ſuſpenſionis aut depoſitionis
ſententiam, ac proindè per excommunicationem, ut ipſe Te-
xtus docet: Secus verò dicendum eſt, quando prædicta re-
media æquivalentia non adſunt, quia nunc tanti eſſe debet pe-
riculum, & timor ille perjurii, ut propter illud deferendum non
ſit juramentum à Judice, vel publica Perſona, quando fuerit
neceſſarium, ut reſolvunt Navarr in Manual. cap. 12. nu. 20.*
35 *Covar. in cap. Quamvis pactum §. 6. num. 2. in fin.* & multi
alii, quos refert, & ſequitur *Suar d. cap. 14. n. 10. de Reli-
gione.* Favet itaque *Barboſa* conſuetudini deferendi juramen-
tum prò eruenda veritate, quæ aliter, quàm ex ore Rei le-
gitimè interrogati, haberi non poteſt. Id enim expoſcit pu-
blica utilitas, & Juſtitiæ adminiſtrandæ obligatio, ne de-
licta impunita remaneant, & ob eam rationem vetitum eſſe
36 in dicto Textu juramentum tradit *Leſſ. de Juſt. & jur. lib.
2. cap. 42. dubit. 10. num.* 49. ibi: *Quia metuendum, eſt
ne perjurium incurrat, & alia remedia ſuppetant.*

*Farin.* denique nullatenus hanc conſuetudinem improbat.
37 Nam licet *d. qu. 160. num.* 296. referat Authores, quibus ea
diſplicet, in fine tamen aſſerit, Adrianum Papam, con-
trarium ſentiſſe, ut indicant verba illa. *Licèt Adrianus Pa-
pa in locum per eum relato contrarium dixerit*, & deindè *num.*
297. aſſerit, quòd contrarium ſervatur in practica, & refert
DD. pro conſuetudine pugnantes, & ità contra illam addu-
duci non poteſt authoritas Farinacci.

Quoniam autem tota Juridica impugnatio hujus conſue-
tudinis nititur allatis Authoritatibus, illam improbantibus,
ultra peculiares reſponſiones, eiſdem modò traditas, ge-
neralem addere confutationem non abs re cenſeo deſum- 38
ptam ex longè majori earumdem calculo, quæ ipſi favet,
ut agnoſci poſſit magis communis ſententia ſolidioribuſque
rationibus innixa; Hanc itaque ſectantur.

*Abulen. in c. 5. Matth. qu. 298. per tot.*

*Alex. de Aleſ. 3. par. qu. 31. art. 6.*

*D. Antonin. in Summa 2. p. tit. 10. c. 7.*

*Aſteſan. lib. 1. tit. 19. art. 3.*

*Bald. in l. in Omnibus num. 8. cap. de Jur. juran. propt. ca-
lum.* ubi propoſita objectione, quòd in Cauſis criminalibus 39
licitum ſit pejerare, & ideò juramentum fruſtratorium
evadat, ſic eam limitat: *Sed rectiùs dici poteſt, quod
ſit jurandum de veritate dicenda, ut extra de Accuſac. capit.
Cùm dilecti; Nam in criminali reſpondendum eſt de verita-
te, non de credulitate, & ita eſt jurandum, & ita ſervat con-
ſuetudo.*

*Barradas in Comment. 4. Evangeliſt. tom. 2. lib. 7. cap. 20.
§ Ex Scriptura.*

*Baſſæus to. 2. verſ. Juramentum 39. n. 9.*

*D. Bonavent. in 3. Senten. diſt. 39. in expoſit. literæ
dub. 5.*

*Jo. Bapt. Corrad. in Reſp. caſuum conſcientiæ n. 22.*

*Caſtropal Oper. Moral. to 2. tit. de Natur. & eſſent. juran.
in pu. 10. diſp 1. n. 8.*

*Covarr. in capit. Quamvis pactum §. 6. numer. 2. de
Pact.*

*Durand. in 3. diſt. 39. q 5. in reſponſ. ad 2.*

*Fran. Marc. dec. Delphinat. par. 1. dec. 674. n. 11.*

*Maſtr. in Theol. Moral diſp. 11. quæſt. 9. art. 2. n. 182.*

*Navar. in Manual. Confeſſarior. tit. de 2. Præcepto Decal. c.
11. n 20.*

*Piſtach. de Vot. tom. 2. c... tit. De alium inducente ad juran-
dum, reſponſ. 11. per tot. & reſponſ. 17.* amplians etiam in pri-
vato, petente juramentum, qui credere poteſt, eum, cui 40
defertur, non juraturum falſum, & ideò requiri proba-
bilitatem, vel vehementem ſuſpicionem perjurii.

*Riccard. in 3. Sent. art. 3 q. 3. corp.*

*Eſt. in 3. Sent. diſt. 39. §. 5. in fin.*

*Raynald. in Syntax. rer. crim. tom. 2 cap. 20. & in ſuppletio-
ne 1. per tot.*

*Tolet. Inſtr. 2. lib. 3. c. 21. num. 10.*

*Turrecremat. in can. Quamvis 22. q. 8.*

Et licèt aliqui ex præfatis Authoribus concluſionem li-
mitent, ut Judici tunc liceat ſolùm juramentum à pejeratu- 41
ro exigere, quando ad Partis inſtantiam defertur, quia
tunc non videtur Judex exigere, ſed Pars inſtans *ex D. Th.
loc. cit.* eadem tamen, imò fortior eſt ratio in Judice, ex
officio procedente juxta juris ordinem juramentum defe- 42
rente, ac ad inſtantiam Partis, ut monet *Sanch. ad Præce-
ptum Decal. lib. 3. cap. 8. num. 3.* ubi exemplum ponit in Cau-
ſis criminalibus, ibi: *Ut contingit in cauſis criminalibus, quan-
do Judex etiam ex officio procedit.*

Si enim ſolus reſpectus privati boni excuſat à culpa Par-
tem, inſtante Reo, deferri juramentum, & Judicem defe-
rentem, licet cùm prævißione perjurii, quantò magis excu-
ſabitur Judex, dùm illud exigit ob publicam utilitatem, de- 43
licta corripi expoſcentem; Semper quippè publica utilita-
tas eſt privatę præferenda, eademque ratio militat in Prin-
cipe juramentum deferri permittente, inhærendo ferè uni-
verſali, & antiquiſſimæ conſuetudini, quia cum ipſe ſit
Juſtitiæ Cuſtos, ejuſque adminiſtrandæ præcipua obligatio
eidem incumbat, eaque expoſcat, deferri juramentum
pro eruenda veritate, quæ aliàs lateret, cum impuni-
tate criminum in perniciem Reipublicæ, quæ illorum pu- 44
nitionem; exigit ad coercendam ipſam patrandi licen-
tiam, exinde perneceſſè ſequitur, quòd Principem non de-
ceat, conſuetudinem juramentum deferendi abolere, mul-
toque minus ad id cogi propter obligationem extirpandi tot
perjuriorum radicem qualis præfata conſuetudo ſupponitur,
quoniam ſi ideò abroganda eſſet, quia noxia, & nutritiva
peccati, corruptela potiùs, quàm conſuetudo dicenda eſſet,
nec poſſent Judices illam ſequi. Dum ergo DD. commu-
niter aſſerunt. Judices ab ea recedere non poſſe manifeſtè
preſupponunt, eam non eſſe pernicioſam, & iniquam, ut-
potè habentem pro objecto publicum bonum, conſiſtens in
aperienda veritate, quòd cùm æquè ad Principes ſpectet,
imò magis ipſos urgeat, cùm ſint à Deo propterea ſupra cæ-
teros collocati, potiùs tenentur hanc conſuetudinem con-
ſervare, quàm abrogare.

§. V.

§. V.

*In eadem Cauſa.*

EX quibus nullius ſubſiſtentiæ ſunt criticationes adverſus ea, quæ in primo paragrapho adduximus ad proban. continuationem uſus juramenti.

Primò enim non obſtat, quòd termini præſentis quæſtio-
1 nis videantur diverſi, ex quo examinanda non ſit obligatio Iudicis ſequendi conſuetudinem, ſed convenientia, ut per Principem abrogetur; Verùm ex illius præſuppoſitione, quòd eadem conſuetudo pro bono publico inducta ſit, ut veritas detegatur, & delicta impunita non maneant, & eo, quòd per ſe bona ſit, & hactenus tolerata ſequitur eam non eſſe à Principe abrogandam, ut ſuprà fuit obſtenſum.

Secundò; Inter DD. hanc conſuetudinem approbantes
2 civitati *D. Thom.* qui tamen teſte *Paſſerino*, *in Regular Tribun. quæſt.* 11. *art.* 2. *num.* 32. nunquam locutus fuerit de Juramento à Reis exigendo. At dum *S. Doct.* inſtinctè aſſerit, poſſe Juramentum à Judice deferri, licèt ſciat, jurantem eſſe pejeraturum, nulla diſtinctione adhibita inter Judicia civilia; & criminalia, certè potuit afferri pro Sententia, approbante conſuetudinem, Juramentum Reis deferendi, prout illum tamquàm Anteſignanum adducunt Doctores omnes, eam tuentes; Si enim prævisio, & præſcientia perjurii ab eodem *S. Doct.* præſuppoſita ſufficiens, ab illo exiſtimata non fuit, nè Judex, Parte inſtante, juramen-
3 tum exigeret, multò minùs timor, atque periculum ejuſdem ab eodem exiſtimata fuiſſet impeditivum Juramenti Reis deferendi.

Tertiò. Aliquæ ex dictis authoritatibus non loquuntur de Principe, ſed de Judice, & aliquæ conſuetudinem potiùs damnant, nullúſque aſſerat, eam non eſſe à Principe abro-
4 gandam, etiamſi evaſiſſet inutilis, & pernicioſa; Sed jam fuit præventivè oſtenſum, DD. ſtatuentes obligationem Judicis ſe conformandi conſuetudini, circa quam omnes conveniunt, implicitè præſupponere, illam non eſſe pernicioſam, & à Principe abrogandam, nec hanc quæſtionem præcipuè examinandam aſſumpſiſſe, quià ſuper hoc controverſia mota non fuit.

Quartò. Adverſus illius univerſalem ferè praxim, aſſeritur,
5 quòd fruſtrà ex illa præſidium quæratur; Quia nemo exiſtimabit ſolvi argumentum ex univerſalitate conſuetudinis deſumptum, quod quidem validiſſimum eſt, ex quo ea non negatur. Affirmandum quippè eſt, vel omnia Tribunalia, in quibus hæc conſuetudo viget, errare, omneſque Principes eam permittentes propriæ obligationi deficere, quan-
6 doquidem contrarii Authores probare conantur, eam potiùs ex debito, quàm ex convenientia eſſe abrogandam, vel hujus univerſalis conſuetudinis vim pro ea conſervanda fateri coguntur.

Quintò. Impugnatur ratio, ſupra tradita, non poſſe ſcilicet ſine periculo gravis ſcandali ab hac conſuetudine rece-
7 di, aſſerendo, quod plures Leges, & Canones abſque ullo ſcandalo immutantur, abrogationem bono publico exigente, quod Legis condendæ, vel inducendæ conſuetudinis cauſa fuerat, quod comprobare contenditur authoritate *Creſpi de Valdaur. obſerv.* 1. *numer.* 170. & *Claudii Cantiun-*
8 *culæ de offic. Jud. lib.* 1. *cap.* 7. *numer.* 5. & 6. At impugnatio præſupponit mutationem ſtatus, conſuetudinem ſcilicet, ab initio pro bono publico introductam, in publicam perniciem degeneraſse, quod ſanè ſuppoſitum corruit. Nàm quatenùs mutatio deſumitur ex certo periculo perjurii, vel hæc certitudo non eſt abſolutè admittenda, vel non eſt recentèr inducta ob ſupervenientem Reorum malitiam, qui Vitæ, ac bonorum conſervationem Religioni Juramenti præferunt, cum tale ſtudium à natura inſitum, adeoque antiquiſſimum præſupponatur. Adeoque inutilitas hujus conſuetudinis, vel ipſius pernicies ob ruinam tot animarum ſi eſſet juſta cauſa illam abolendi, jamdiù ejus abrogatio-
9 nem exegiſſet, & propriæ obligationi defeciſſent Principes, eam tolerantes, & Sacra Tribunalia, ipſam permittentia.

Aſſerendum propterea eſt, vel adhuc cum tali periculo rationem vigere publici boni, pro quo talis conſuetudo
10 introducta fuit, quia Religio Juramenti quandoque veritatem extorqueat, & ſæpe arceat à patrandis delictis: Aut quia magis pernicioſum eſſet ſublato Juramento Reis opinandum relinquere, quod licitum ipſis ſit Judici legitimè interroganti veritatem non aperire, quod certè timendum eſſet, dum viderent, illum à deferendo Juramento, quod hactenus delatum eſt, deſiſtere, Principe ità jubente; Vel non ſubſiſtere obligationem conſuetudinem abrogandi ad vitandam perniciem ex illa reſultantem pejerantibus, quia jam illam non evaderent, veritatem celando quoties legitimè interrogantur, licèt Juramentum non deferretur, ut
monet *Raynald. in ſupplet.* 1. *n.* 13. & 14. 11

Sextò. Maximam authoritatem Supremi Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, Curiarum Eccleſiaſticarum, & Re-
gularium, effugere conantur ſubtili reſponſione, ob notam illius clementiam, ex quo nemo damnatur ad mortem, niſi Hæretici obſtinate errantes, & errorum tuentes, & propterea facilius Rei veritatem fateantur, quàmvis poſſe occultare ſperent ob maximam interrogantium induſtriam quibus plura ſuppetunt eruendæ veritatis adjumenta, & ideò in d. Sacro Tribunali faciliùs retentum uſum deferendi Juramentum, qui per ſe malus non eſt. Regulares autem, quibus magis perfecta eſt perjurii gravitas, ab eo faciliùs ſe abſtinere, & ideò ceſſare periculum, ob quod ſit pernicioſa conſuetudo illud deferendi. 12

Verùm nimis debile detegitur effugium, conſiderando,
quod plures alii ſunt caſus, quibus Sacr. Tribunal hæreticos ad mortem damnat, & quod inſitum à natura ſtudium vitandi noxia non ſiſtit in ſola conſervatione vitæ, ſed fertur etiam ad effugienda mala, quæ homini obveniunt circa bona, & honorem; Non ſatis ergo conſultum periculo perjurii, quia pauci ad mortem damnentur; Prout etiam facilitas eruendi veritatem propter Interrogantium peri- 13
tiam, & alia, quæ illis ſuppetunt adjumenta, non probat meliori jure retentam in dicto Sacr. Tribunali praxim deferendi juramentum, cum enim illud ſit inventum in ſupplementum probationis, potiùs ab eo abſtinendum fuiſſet, quia veritas faciliùs poſſet aliundè abtineri: Hæc quoque admittitur aliis mediis à Reis extorqueri, quàm religione 14
ne Juramenti, quod propterea licitum quoque erit in aliis Tribunalibus; Et magis urgere videtur hujus Supremi Tribunalis Praxis Reos ad jurandum cogentis, etiam per torturam, quamvis legitima non præcedant indicia pro illa inferenda, ut monet *Caren. de S. Offic. p.* 3. *de Indit. & tortur.* §. 18. *num.* 119. eoque relato *D. Raynald. obſervat. Crimin.* 15
*par.* 3. *cap.* 34. §. 12. *num.* 136 *verſ.* 2. Quo verò ad Regulares magis juſtam ſuadere non valet praxim Juramentum exigendi, quia melius norunt perjurii gravitatem, Hæc quippè omnibus nota ſupponitur ex ipſa ſua malitia, nec 16
meliùs ſentiendum eſt de Regularibus, enormia Crimina patrantibus, quò ſcilicet ea fateri velint ob religionem Juramenti, quàm ſceleſtis quibuſcumque, quinimò, cùm corruptio optimi ſæpè, imò ſemper, peſſima ſit, nil meliùs ab illis ſperandum. 17

Quoniam verò ne Supremi Sanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunalis, omniumque Curiarum Eccleſiaſticarum praxim
carpere videantur contrariæ opinionis Sectatores fateri coguntur, uſum deferendi Juramentum per ſe malum non eſſe & quia tunc cùm inductus fuit, viſus eſt utilis, ex hoc ipſo tantùm dignoſci poterit, an nomen demonſtrationis mereatur contra aſſertam conſuetudinem, ex qua, vel nullum, vel minimum bonum, ſed innumerabiles offenſæ Dei 18
& animarum ruinæ oriuntur, eſſe abolendam. Talem eſſe conſuetudinem exigendi à Reis Juramenti de veritate dicenda circa Crimina, de quibus accuſati ſunt, ergo hanc eſſe abolendam. 19

Si enim talis uſus per ſe malus non eſt, & ideò per Sacrum Tribunal, & omnes Eccleſiaſticas Curias, licitè retentus, ſecunda utique propoſitio falſa per neceſſe dici debet, multoque magis, ſi bonus ſit, ſolaque malitia ſe tenet ex parte 20
Pejerantis, ut ſupra probatum fuit, & alia probatione non indiget, quàm ea, quæ deſumitur ex eodem univerſali uſu; Cùm credibile non ſit omnia Tribunalia, in quibus illa conſtanter viguit; & Principes omnes, & præcipuè Summos Pontifices, & Sacros Cardinalium Conſeſſus, hanc evidentiam, quæ pro demonſtratione ſtatuenda requiritur, non agnoviſſe, ac propriæ obligationi, conſuetudinem adeò pernicioſam non abrogando, hactenus, defeciſſe, advertit *Caſtropal. d. diſp.* 1. *pu.* 3. *n.* 1.

Supereſt reſpondere exemplis aliquorum Principatuum, in quibus abrogata fuit hujuſmodi conſuetudo, priùs ſcilicet in Ducatu Mantuæ, in quo teſte *Cyriaco controv.* 322.
*n.* 35. ſublata omnia Juramenta fuerunt, ſubrogando illorum loco verbum *ſincerè*, ac etiam in Ducatu Sabaudiæ, ut refert *Sola in Conſtit. Sabaud. tit. de Juram. fol.* 396. relatus per *Fantonum* in diſcurſu ſuper hac materia edito *n.* 72. & 73. ubi *num.* 74. recenſet proviſionem circa hoc captam, & demum per Hetruriæ Magnum Ducem in tota ſua Ditione, ut ex Edicto emanato de anno 1679 & per 21

eundem *Fantonum* regiſtrato in fine præfati Diſcurſus .

Quibus facili negocio reſpondetur , quamvis enim commendanda ſit pietas præſtantiſſimorum Principum quo idem indulgendo, cenſuerunt, in Statibus Juramentum Reis de-
22 ferendi uſum abrogare, non tamen exinde ſequitur , quod Romana Curia , quæ omnium hactenus Magiſtra fuit exiſtimata , debeat illorum exemplo ſe ſubmittere , quod dum ſequi uſque adhuc omiſit , nec talis innovatio placuit Ven.
23 Servo Dei Innocentio XI. quo Eccleſiam regente , id contigit in Ditione Florentina , quæ illi non potuit ignota
24 eſſe ,eamque omni ſtudio promovit Pater Segnerus è Societate Jeſu, quem, credibile, eſt, omnem moviſſe lapidem, ut in Romana quoque Curia eadem proviſio ſumeretur, non eſt modò propter authoritatem,à dictis exemplis deſumptam à conſtanti , & antiquiſſima ejuſdem praxi recedendum .

Magiſque urgere debent exempla tot aliorum Principatuum, in quibus vetuſtiſſimus uſus deferendi Juramentum
25 conſervatur, qui ferè univerſalis eſt, & propterea particulari dictorum Principatuum novæ praxi præferendus ; Eoque fortiùs, dum in iiſdem, & præſertim in Ditione Flo-
26 rentina talis innovatio recepta non fuit per Curias Eccleſiaſticas , & præſertim Nunciaturæ Apoſtolicæ, apud quas illibata viget conſuetudo deferendi Reis Juramentum , adeout in conflictu obſervantiæ circa illius præſtationem majoris utique authoritatis exiſtimanda ſit ea, quæ viget in Curiis Eccleſiaſticis, cùm agatur de materia ſpirituali, quæ ad illas ſpectat, nec credibile ſit quod , ſi retentio antiquæ conſuetudinis eſſet adeò pernicioſa , ut Princeps Laicus potiùs ex debito , quàm ex convenientia motus fuerit ad illam abolendam , voluiſſent tot vigilantiſſimi Præſules,
27 & Miniſtri Sedis Apoſtolicæ illam conſervare , nec ſaltem Pontificium Oraculum ſuper hoc exquiſiviſſent, quæ negligentia, cùm præſumenda non ſit, ne maxima illis nota inuratur, & præſertim vigilantiſſimis Præſulibus, qui Eccleſiæ Florentinæ præfuerunt, pietatate , atque doctrina præſtantiſſimis, utique affirmandum eſt , talem conſuetudinem non eſſe damnandam, quia ex illa innumerabiles Dei offenſæ, & ruinæ Animarum oriantur , ſed potiùs exinde contraria reſultat illatio , ut ex hactenùs dictis conſtat .

## §. VI.

*In eadem cauſa.*

REmanent diluenda alia objecta non minùs Theologicis rationibus , quàm Juriſperitorum , & Sacrorum
1 Canonum Authoritatibus fulcita aſſerendo primo Juramentum eſſe actum Virtutis non tamen ſemper bonum , & fre-
2 quenter exercendum, ſed tantùm ſi habeat comites Veritatem, Juſtitiam, atque Judicium ex Sacro Textu *Jerem.* 4. quibus deficientibus, Jurumentum illicò malum evadit, exindeque infertur , quod cùm Legiſlatores præviderent, citò abfuturum tertium requiſitum Judicii prudentiæ ſcilicet, ob probabilem abuſum Sacramenti, quamvis de innumeris Juramentorum judicialium ſpeciebus leges condiderint, nullam tamen præceptivam , vel approbativam Juramenti juramenti veritatis dicendæ tulerunt .

Fatentur contrariæ opinionis Sectatores uſque ab initio
3 naſcentis Eccleſiæ invaluiſſe uſum illud deferendi , quia non adhuc frigeſcente pietate Fidelium utile erat , eumque paſſim in legem tranſiviſſe, & de illo actum eſſe in Bulla *Inter cunctas in* 13. interrogatorio edita in Concilio Con-
4 ſtantienſi per Martinum V. contra Errores Vicleffi, qui damnabat Juramenta, ad corroborandos contractus , & commercia civilia uſitatum , ſed ab ipſa hujus conſuetudinis antiquitate , ejuſque perſeverantia ſatis elucet ipſius authoritas , vim legis obtinens, qua etiam cautum dici poſſe hujuſmodi Juramenti præſtationem, tàm ex Sacris Paginis, quàm ex Pontificiis, & Civilibus Sanctionibus oſtenſum fuit . Adeoque corruit illatio circa defectum requiſiti Judicii , ſivè prudentiæ, ob illius inutilitatem, quia hæc non minùs conſiderari debet in ipſo conſuetudinis initio, quàm in ejus progreſſu , & continuatione , nam inſitum à natura ſtu-
5 dium mortem, & noxia vitandi ſemper , & in omni ſtatu probabilem reddere poterat Sacramenti abuſum nec tandiù tolerata fuiſſet conſuetudo Juramentum deferendi , ſi ex hujus requiſiti defectu malum evaſiſſet, hic enim, vel nunquam eſt verificabilis, vel ſemper , & ab initio .

Fatentur quoque Impugnatores, rationes ſuadentes con-
6 venientiam abrogationis conſuetudinis non excedere fines probabilitatis, & ideò Judicem eam ſequi teneri, & quod ejus malitia non ſit intrinſeca , & originaria , ex quo ab initio bona fuit , ſed accidentalis, & extrinſeca , ob diminutam Fidelium pietatem . At eadem recurit reſponſio, quod , vel ſuppoſita malitia eſt ipſi conſuetudini coeva , quatenus de- 7
ſumitur ex periculo perjurii, & ſaltem adeò antiqua , ut jamdiù fuiſſet abroganda. Imò nec etiam permittenda illius introductio, vel æque tollenda eſſet obligatio fatendi veritatem, quam communiter DD. & Theologi admittunt ob periculum mendacii. Sufficit ergo utilitas, quæ reſultat, 8
ex quo plures fateantur vi Juramenti ſpirituali , vel utì tortura veritatem extorquente, vel non deficit Judicii requiſitum , ex quo malitia hominum finis conſecutionem eludat, dum adhuc prudenter media ad illud ordinantur .

Inſiſtitur deindè in defectu requiſitorum , quia ad hoc , ut lex bona ſit , & ſuſtineatur . Primò debet eſſe neceſſa- 9
ria, vel utilis ad aliquem finem. Secundò moraliter poſſibilis, & adaptabilis circumſtantiis perſonarum, & temporum. Tertiò, honeſta, ſeù non repugnans Legi Divinæ . Quartò promovens publicam utilitatem , Quintò denique juſta, quæ omnia aſſeritur in præſenti deficere. Primum quidem quia cùm finis hujus conſuetudinis ſit manifeſtatio ve- 10
ritatis, id in præſenti humanorum morum relaxatione obtineri ampliùs non poſſit, nam , experientia teſte major pars Reorum , ſaltem ab initio eſt negativa, & qui fatentur , id potiùs metu , aut vi tormentorum, quàm juramenti Religione peragunt, nec utilitas legis bonum univerſale reſpicientis, ſalvatur ex eo, quod unus, vel alter fateatur, ſed finis debet univerſaliter obtineri . Verùm non deficit ordinatio Legis , vel conſuetudinis ad finem manifeſtandi veritatem, ex quo univerſaliter , & ut plurimùm ob hominum malitiam non obtineatur . Nam aliàs omnia Divina 11
Præcepta, quorum innumerabilis eſt tranſgreſſio, utilitate, & honeſto fine carerent , nec proindè illa abroganda ſunt, ſicuti aboleri non debet Præceptum de veritate dicenda, quotiès Judex legitimè interrogat , quia ut plurimum Rei mentiantur, licèt æquè illud ſit ordinatum ad manifeſtam veritatem , & finis non obtineantur univerſaliter .

Secundi requiſiti, ſcilicet poſſibilitatis, inſpectis perſonarum, & temporum circumſtantiis , defectus probari prætenditur ax arduitate tranſitus de lapidibus in Filios A- 12
brahæ, non niſi per victricem gratiam obtinendi, cum non minor virtus requiratur ad fatendum cum certo diſcrimine vitæ, quàm ad Martyrium ſubeundum , quæ Virtus operari non poteſt in criminoſis hominibus, & in noſtro ævo adeò corrupto . Sed eadem redit reſponſio , quod æquè impoſſibile dici deberet Præceptum, obligans ad fatendum , quod adhuc maneret , ſublato juramento . Cùm autem 13
Deus impoſſibilia non præcipiat, ut ſupra fuit oſtenſum , nec etiam impoſſibilis dici poterit reverentia juramento debita, ſicut impoſſibilis cenſenda non eſt obſervantia Præcepti fatendi veritatem, ex eo, quod, aut par , imò major requiratur virtus, & gratia pro illa obtinenda, quàm in ſubeundo Martyrio, non ideò redditur impoſſibilis conſecutio finis manifeſtandæ veritatis , quia plerumque in pœnam ſcelerum, Rei occulta quadam vi coguntur ad illam 14
fatendam , Deo illorum ultionem , ità promovente, & ideò ſine conſtantia, & virtute, ſolis Martyribus conceſſa, adhuc obtineri poteſt finis hujus Legis non ſcriptæ ; Nec illius impoſſibilitas augetur ex circumſtantiis perſonarum, & temporum, quia, vel æquè pugnarent contrà Præceptum fatendi veritatem , non ideò abrogandum , quia 15
impoſſibilis ſit ejus obſervantia , vel potiùs qualitas criminoſa Reorum , juſto Dei judicio ſcelerum penam expoſcente, illos cogit ad fatendum. Quocumque autem tempore eadem viguit naturalis repugnantia mortem, & noxia ſubeundi .

Defectus tertii requiſiti, ſcilicet honeſtatis, probari prætenditur eodem medio deficientiæ finis ob inutilitatem ju- 16
ramenti, cùm inhoneſtum ſit, nulla urgente neceſſitate , vel utilitate, Deum teſtem invocare agendo cum ipſo, quod fieri non permitteretur cum minimo Terræ Principe , ut monet *S. Jo: Chriſoſt. hom. 5. in act. & homil. 4. uſque ad* 10. 17
*ad Populum Antiochen.* Eademque propterea reſponſione ſolvitur argumentum, quod non deficit finis, ſcilicet manifeſtatio veritatis, & publica utilitas , atque neceſſitas conſiſtens in adminiſtratione Juſtitiæ, atque ultione criminum, & ideò non applicatur authoritas S. Jo: Chriſoſtomi, verificabilis de nimia jurandi frequentia , vel ex facilitate jurantis , vel ex privata juramentum deferentis authoritate .

In idem reincidit probatio defectus quarti Requiſiti, ſcilicet promovendi publicam utilitatem , quia potiùs ob perjurii periculum noxia ſit, utpotè præbens occaſionem 18

peccandi, quod licèt ſit ſcandalum paſſivum, deficiente intentione alieni peccati in deferente juramentum, tamen illud eſt æquè illicitum, ac læſivum charitatis, ac activum, ſi juſta cauſa ipſum permittendi deficiat, ut verificatur in Muliere ſuprà qualitatem ſui gradus ſe ornante, & ſciente aliquem juvenem ideò peccaturum, vel ſe frequentiùs in feneſtris ſpectandam præbente cum alieno periculo, ad differentiam ſcandali merè paſſivi, ex juſta cauſa orti, ut contingit in exigente juramentum in contractu ſibi valdè utili à juraturo per falſos Deos, & in petente pecuniam mutuam ab Uſurario mutuaturo. Verùm argumentum potiùs retorqueri poſſe videtur, permiſſio enim ſcan-
19 dali paſſivi, quod oriri poteſt ex abuſu juramenti, procedit ex juſta cauſa publici boni, & adminiſtrandæ Juſtitiæ, ne illa occultata veritate periclitetur, ut ad rem monet *Text. in ſæpè citato cap. ex Literis de Jurejuran.* præcipiens deferri
20 ri juramentum etiam cum cenſurarum comminatione; Quod ſi ſola ratio privati boni ſpernendum ſuadet ſcandalum paſſivum in exemplis allatis, quantò magis id præſtare poterit ratio publici boni, quod privato prævalet? Longè autem diſpar eſt ratio ſcandali, reſultantis ex ni-
21 mio Mulieris ornatu, vel mora in feneſtris, cum prævi-ſione lapſus eam intuentium, quia ſupponit motivum deordinatum, & inſufficiens ad cohoneſtandam permiſſionem in proximo tanti mali, quo certè affirmari non poteſt de tolerantia hujus conſuetudinis, niſi redarguere velimus Principes etiam Eccleſiaſticos, qui eam hactenùs conſervarunt, & cujus motivum deordinatum dici non valet.

Defenſio hujus conſuetudinis non indiget præſidio liciti uſus amphibologiæ, vel æquivocæ reſponſionis, vel quia parum tuta ſit poſt Innocentianam condemnationem ſententia, illum permittens, vel quia ferè impoſſibilis evadat
22 practicus illius uſus ob turbatam Reorum, ut plurimum rudium, & illiteratorum, mentem timore pœnæ, & ex Judicum ſagacitate, omne ſtudium adhibentium in extor-
3 quenda veritate, & ideò remedium præbere non poſſit ſcandalo, quod oritur ex delatione juramenti. Quidquid enim ſit de licito æquivocationis, nullam mentalem reſtrictionem involventis, uſu, vel de perjurii excuſatione ob ignorantiam invincibilem ex actuali inadvertentia, vel aliunde conſtituta, de qua nihil certum affirmare audeo, ſa-
23 tis eſt pro permiſſibilitate ſcandali paſſivi, quod juſta cauſa concurrat, ſcilicet finis manifeſtandi veritatem, & Juſtitiam, adminiſtrandi. Nam utiliùs naſci permittitur ſcan-
25 dalum, quàm quod veritas relinquatur, ut monet *D. Gregor. homil. 7. ſuper Ezechiel.* relatus *in t. 1. p. 1. diſc. 13. n. 37.*

Juſtitiæ, ultimum requiſitum Legis conſtituentis, defectus probatur, quià non poteſt exigi, quod debitum non eſt, cùm dare, & exigere dicant relationem ad invicem, & ideò quia Reus non tenetur fateri, ſub culpa, ſed tantùm
24 ſub pœna, Judex poteſt quidem exigere ſub pœna, ideſt per torturam, & alia media pęnalia, non etiam ſub culpa, ut exigitur per Juramentum, Reum exponens culpæ perjurii, quam ſubire non cogitur, ac propterea injuriam eidem irrogat, injuſtè petendo; Idque comprobatur exemplo Legis vetantis Judici examen Teſtium in gradu prohibito, Patris ſcilicet, Fratrum, atque Sororum reſpectivè, qui non teneantur ad invicem in mutuam perniciem teſtimonium ferre.

At facilis eſt reſponſio; Judex enim nullo modo intendit culpam, dum Reum cum Juramento interrogat, ſed
26 imò cupit manifeſtari veritatem, quod culpam avertit, & ſicut intentio Judicis non fertur in mendacium, quod culpa non caret, ità nec in perjurium; Nec injuriam infert Reo deferendo Juramentum, ſicuti eam non infert ſimpliciter interrogando, quamvis Reus negans, mendax evadat, & culpam contrahat; Aliàs aſſerendum eſſet, quod hactenùs injuſtè fuiſſet Reis delatum Juramentum, ex quo non teneantur reſpondere ſub culpa, nam ab hac obligatione modo ſoluti non ſunt, firma priùs ea manente, nec injuſta tunc dici non poteſt Lex non ſcripta, jubens deferri Juramentum cum injuria Reorum, qui talis ante a fuerit, quod
27 certè aſſerere compatibile non eſt cum ab initio conceſſis, ſcilicet rationes ſuadentes convenientiam abrogationis hujus conſuetudinis non excedere fines probabilitatis, & propterea Judicem eam ſequi teneri, quia in ſe, & ab initio bona quippè eſſe non poſſet, ſi deficeret in requiſito Juſtitiæ.

Nec ſatisfacit replicatio, quod exigere ſub culpa cum injuria Reorum non ſit petere aliquod opus, ex quo per ac-
28 cidens, & contra intentionem petentis oriatur peccatum, ſed eſt intendere poſitivè peccatum recuſantis dare id, quod exigitur, tanquam medium ad aſſequendum ſuum finem, & ideò cùm Judex interrogando Reum non intendat uti horore mendacii, ut delictum fateatur, ſed tantùm deveniat ad examen, ut conſulrat Juſtitiæ non dicitur interrogare ſub culpa, prout facit deferendo Juramentum, eoque utendo tamquam medio pro confeſſione extorquenda, quo caſu de illius intentione eſt, ut Reus fateatur ſua culpa perjurii, quæ imputanda eſt Judici confeſſionem, injurioſè ſub Juramento exigenti.

Quoniam nullo modo Judex intendit perjurium, & culpam, Reo ex illo reſultantem, imò veritatis manifeſtatio-
nem, quæ perjurio adverſatur, quod autem cùm injuria exigat Juramentum, & ipſi quoque imputanda ſit culpa Rei pejerantis, eſt contrà vetuſtiſſimam, & univerſalem ferè praxim illud deferendi, quæ tolerata non fuiſſet, ſi eſſet Reis injurioſa, & contra communiſſimam aſſertionem omnium Authorum, quod malitia perjurii ſiſtit tantum in Reo pejerante, nec ullo modo ferit Judicem, Juramentum deferentem, ſemperque urget paritas mendacii, atq; perjurii cum diſcrimine tantùm gravioris, vel levioris culpæ. Prohibitio verò legalis examinandi Teſtes, arctà conſangui-
nitate inter ſe conjunctos, non probat, quod injurioſa ſit 30 delatio Juramenti, quę hactenùs prohibita non fuit, ſemperque tolerata, quod ſi ea quoque injuriam inferret, non minus prohibita fuiſſet. 29

Non minùs inſubſiſtens eſt alia reflexio ad ſuadendam
convenientiam abrogationis hujus conſuetudinis, ex quo 31
nulla ſit aſſignabilis Canonica Sanctio, illam approbans, plures verò Canones eam improbant, & ultrà allatos ſupra additur *Text. in cap. 1. de Purgat. Canon. & in can. Pres-
byter 17. quæſt. 4* Juramentum deferri prohibentes vilibus, 32
& crimin oſis Perſonis, de perjurio ſuſpectis. Sed jam fuit ſupra præventivè reſponſum, vel non deficere Sanctiones, Juramenti delationem approbantes, vel non minoris authoritatis eſſe vetuſtiſſimam, & univerſalem conſuetudinem, quæ in Legem tranſivit; Nec obſtare *Textus* allatos in contrarium, utpotè loquentes de Juramento, quod à
Privatis defertur, vel quando alia ſuppetunt remedia pro 33
fine aſſequendo; Quæ reſponſiones licet impugnentur, tamen cum validis authoritatibus, & rationibus fulciuntur ſupra relatis. Juramentum autem purgativum tantum abeſt, quod huic conſuetudini adverſetur, ut potius illi faveat, & in tantum illud non defertur Criminoſis, & de perjurio ſuſpectis, quia ex purgatione ſequebatur abſolutio, quæ per abuſum Juramenti captari non debet.

Quod autem magnus ſit numerus Doctorum, hoc Juramentum reprobantium gratis aſſeritur, & contrarium pa-
tet ex ſupra relatis authoritatibus, & ex conſtanti praxi 34
ſemper retenta illud deferendi, quæ cum adeò communi reprobatione non convenit. Si enim non obſtantibus tot Authorum exclamationibus contra conſuetudinem, eo quod inferat periculum perjurii, Principes, & præſertim Eccleſiaſtici, eam ſemper conſervarunt, etiam quando Sæculares de illa tollenda deliberarunt in aliquibus Ditionibus, & Romana præſertim Curia, quam latere non potuit dictorum Doctorum reprobatio, utique ab extrinſeco clarum evadit, quod inconveniens, ab Authoribus conſuetudinem reprobantibus exageratum, nullius ponderis
eſt pro ſuadenda convenientia, vel neceſſitate abrogationis 35
ejuſdem, licèt cordibus piis maximum videatur, quæ tamen pietas irrogare non debet injuriam tot Principibus, & Curiæ Romanæ, quibus hactenus conſuetudo iſta viſa non eſt abroganda.

Hoc planè abſurdum ſcandali, quod potiùs ex abroga-
tione oriretur, vitari non poteſt ex eo, quod illa ex juſtis 36
cauſis modò contingen. non argueret Curias erraſſe, illam ſequendo, quia cum ejus malitia non tranſiret fines probabilitatis, & illius obſervantia communi Doctorum calculo præciperetur, non poterant ab ea recedere, & quatenùs etiam cognita eſſet illius malitia, eam ſequi debuiſſent, vel de ejus obſervantia corripi non valent, antequam per
Principem abrogetur. Nullum autem ſcandalum oriri po- 37
teſt ex abolitione à Principe decernenda, non quidem ex præterita tolerantia, quia, cùm fuerit merè permiſſiva, nec conſtet, unquam de abrogatione actum fuiſſe, nec expenſas rationes pro illa pugnantes benè poterit abſque ulla injuria Principum, & Supremorum Tribunalium modo detecta illius malitia, conſuetudo aboleri abſque nota imprudentiæ præteritæ tolerantiæ, ſicuti eam non incurrit Miles, Principi ſerviens in bello injuſto, ſi poſteà detegatur ejus injuſtitia, quià pugnavit in fide Principis bellum inferentis, non examinatis ejus rationibus. In cujus com-

probationem ſequens aſſumitur dilemma; quod, aut poteſt permitti continuatio delationis Juramenti, & jam ceſſat
38 ſcandalum, quamvis tollatur, aut permitti non valet ex propria malitia, & abrogationi conſuetudinis reſiſtere non poterit ſcandalum, quod ex illa oriturum timetur, aliàs nimis recederetur ab antiquo Eccleſiæ more, pravas, & abuſivas conſuetudines, quantumcumque in præteritum toleratas, reformandi, cujus exemplum exhibet in abolitione purgationis vulgaris, ut in *cap.* 2. *toto tit. de Purgat. vulgar.*
39 nullo habitu reſpectu ad ſcandalum, quod ex illa inſurgere poterat, quia fuiſſet diù tolerata, & in aliis abuſibus extirpatis.

At longè diſpar eſt ratio Militum, pro Principe pugnantium, non examinata juſtitia belli, ac Tribunalium, & præſertim Supremorum Romanæ Curiæ, ac ipſius Sanctiſſimæ Inquiſitionis, quæ hanc conſuetudinem uſq; adhuc re-
40 tinuerunt, Ipſis ignota eſſe non poterat ejus malitia, ſi ea reſultaret ex præviſo abuſu juramenti, ob quam rationem à Doctoribus reprobatur pro contraria Sententia pugnantibus. Quod ſi excuſari poſſunt, quia non poterat ante illius abrogationem ab ea recedere, certè inexcuſabilis eſſet
41 negligentia, ob non inſinuatam Summo Pontifici ejus convenientiam, vel neceſſitatem; Minuſque excuſabiles eſſent Summi Pontifices, aliique Principes, ſi toleraſſent conſuetudinem, cognita ipſius malitia, quæ illis ignota eſſe non poterat, & præcipuè poſtquam ab aliquibus videbant hunc uſum abrogari. Prorſùs quippè incredibile eſt, quod ſequuta innovatione in Ditione Magni Ducis per illius abolitionem, Nuncius Apoſtolicus certiorem de ea non reddiderit Summ. Pont. & quid agendum eſſet in ejus Curia non exquiſiverit; Adeoque cum adhuc, tam in Tribunali Nunciaturæ, quàm Archiep. retentus fuerit antiquus uſus deferendi Juramentum, id actum fuiſſe Summo Pontifice Innocent. XI. approbante, valde probabiliter eſt affirmandum; Et parum ſubſiſtens detegitur reſponſio, quod tolerantia fuit merè negativa, quia non ſe præbuerit
42 occaſio illius malitiam examinandi, ſemper enim per abrogationem maxima induceretur nota Magiſtratibus, atq; Principibus, tolerantibus uſum adeò pernicioſum. Dilemma verò facili negotio ſolvitur concedendo primam partem, quod permitti poſſit continuatio delationis Juramenti ex qua tamen infertur, quod non ſit abolenda paxis antiquiſſima, & ferè univerſalis illud deferendi; Si enim rationes abrogationis, convenientiam ſuadentes, non excedunt fines probabilitatis urgere non poterunt ad hanc innovationem promovendam; Sola enim probabilitas majoris boni non ſufficit pro abolenda conſuetudine antiquiſſima, & ferè univerſali. Et negando ſecundam partem, ſcilicet, quod continua-
43 tio permitti non poſſit, & proindè applicationem omnium exemplorum, in comprobationem adductorm, in quorum caſu conſuetudo ſupponebatur pernicioſa, & abuſiva, ideoque abolenda, nullo habito reſpectu ad ſcandalum, quod ex abrogatione timeri poterat, redarguendi præteritam tolerantiam, quibus propterea peculiarem tradere reſponſionem opus non eſt. Hoc unum affirmari poteſt, quod cùm hæc conſuetudo fuerit ſemper tolerata, & per Romanam Curiam, & Sedis Apoſtolicæ Tribunalia obſer-
44 vata, etiam ſequuta illius abrogatione in aliquo Principatu, dici non poterit reprehenſibilis, & mala, itaut redarguenda tot Pontificum Prædeceſſorum tolerantia, & approbatio per illius abolitionem.

Superfluumque videtur reſpondere duobus abſurdis ſi abolenda eſſet conſuetudo Reis deferendi Juramentum, dum
45 vice Teſtium funguntur, ipſiſque Teſtibus, cum non percutiant ſtatum quæſtionis, & Doctores, conſuetudinem reprobantes, ſolum eam pernicioſam exiſtiment, quoties Reus de proprio crimine interogatur, ut eos percurrendo obvium erit, nec damnant Juramentum, quod illi defertur tanquam Teſti, minuſq; reſpectu ſimplicium Teſtium.

Ex his itaque ſatis conſtare videtur abrogandam non eſſe Legem non ſcriptam Reis deferendi Juramentum, quia
46 pollet omnibus requiſitis, quæ juſtam, & validam Legem conſtituunt, eique, vel Sacræ Scripturæ, Sacrorumque Canonum, & Imperialium Sanctionum authoritatem aſſiſtere, vel quod ſatis eſſet, nullam ſaltem ei obſtare Legem Civilem, aut Canonicam, & propterea non abo-
47 lendam, nullumque abuſum, propter quem tolli debeat involvere; Adeoque licèt poſſit à Principe, qui legibus ſolutus eſt, aboleri, non tamen exindè inferri poſſe, quod abroganda ſit, nec eam redargui poſſe, utì plurium inconvenientium nutritivam, & à prudentibus reprobatam, atque adeò à Principe eliminadam abſque ullius inconvenientis timore.

Minoris demum efficaciæ eſt exemplum Juſtiniani, qui ſubſtulit Juramentum de ſervanda Viduitate, quia diſpar eſt ratio; cùm enim ejus obſervantia ſit de meliori bono, non debet Mulier ad illam Juramento adſtringi cum 48
periculo perjurii, vel quod uti cogatur, quod ſi adhuc pernicioſum exiſtimaſſet Juſtinianus Juramentum, quod Reis defertur, illud quoque ſubſtuliſſet. Et tandem non obſtat præceptum non jurandi, traditum *Matth* 5. quia reſpicit 49
Juramenta voluntaria, & ſine cauſa, non judicialia, pro quibus adſunt contraria præcepta, ex Sacris Paginis deſumpta, ut optimè reſpondet *Gonzal. in dict. cap. Et ſi Chriſtus numer.* 13. *de Jure jur.* ubi poſt allata plura Sanctorum Patrum dicta ſic concludit: *Spectant ergo prædicta* 50
*Patrum Teſtimonia, non ad qualemcumque uſum Juramenti, ſed ad abuſum, per nimis facilem, & irreverentem uſum, ac conſuetudinem ejus. Sot. de Juſtit. & Jur. lib.* 8. *quæſt. prima art.* 2. ubi poſtquam probavit, Juramentum, nedum eſſe licitum, ſed quandoque debitum, & de præcepto, id ex- 51
plicans in Juramento, quod ex publica poteſtate defertur ad detegenda, coercendaque delicta, reſpondet præfato *Textui Evangelico, & Epiſtolis D. Jacobi*; Juramentum vetanti, aſſerens cum *D. Auguſtino lib. de Mendacio cap.* 15. prohibitionem intelligi de conſuetudine jurandi ſine cauſa, ibi: 52
*Unde quod dictum eſt: Non jurate omninò ſub intelligendum eſt abſque urgente neceſſitate*, Subdens: *Ad cujus intellectum notandum, utramque partem eſſe præceptum naturale ſcilicet, & jurare quando ratio id admonent, & neutiquam jurare, quando neceſſitas, neque utilitas adeſt* Et nimiam jurandi conſuetudinem non etiam juramenti præſtationem, quæ fit ex neceſ- 53
ſitate vel juſta cauſa per Evangelicum Præceptum improbari monet *D. Thom.* in expoſitione ejuſdem, obſervans, 54
quod ſi illud ſumi deberet abſolutè, ut omninò Juramentum prohiberet, violati præcepti redarguendus eſſet Apoſtolus, qui pluriès juravit, quod ſanè impium eſſet aſſerere, ibi: *Sed quia Præcepti violati Reum Paulum, præſertim in Epiſtolis conſcriptis, nefas eſt dicere, intelligendum eſt illud, quod poſitum eſt omninò ad hoc poſitum, ut quantum in re eſt non affectes, utiquè ſi pro bono eum aliqua delectatione appetas jusjurandum.* Et cum *Auguſtino* concludit: *Quapropter* 55
*qui intelligit non in bonis, ſed in neceſſariis jurationem habendam, refrænet ſe quantum poteſt, ut non ea utatur, niſi in neceſſitate cùm videt pigros eſſe homines ad credendum, quod utile eſt credere, niſi juratione firmetur Quæ ratio de quacumque neceſſitate eſt intelligenda.*

Die 6. Julii 1697. de mandato ſan. mem. Inn. XII. propoſito in Congr. Concilii Dubio. An expediret uſum exigendi à Reis juramentum de veritate dicenda, antequam inter- 56
rogetur de Criminibus, de quibus accuſati ſunt, à Summo Pontifice abrogari Reſponſum fuit: *Dilata, & ſcribant Theologi, & Canoniſtæ*, neque amplius Cauſa propoſita fuit, ut notavimus *in Inſt. Crim. lib.* 3. *tit.* 2. *à n.* 31.

# DISCEPTATIO II.

## Fulginat. Prioratus quoad Curam Animarum.

*INTER*

Promotorem Fiſcalem Epiſcopalis Fulginei.

*ET*

Canonicum Aſcanium Jacobillum.

### ARGUMENTUM.

*Actualis Cura Animarum quando dicatur reſidere apud primam Dignitatem Cathedralis: Adducuntur plura argumenta, id demonſtrantia.*

IN Cathedrali Fulginaten. tres adſunt Dignitates, quarum prima denominatur Prior, eique primò, ac principaliter Animarum curam actualiter imminere, & per ſe ipſum illam adminiſtrare debere, indubitanter præſupponitur, & literaliter determinatur in antiqua Viſitatione ejuſdem Eccleſiæ Fulginaten. anno 1573. de ſpeciali mandato 1
ſan. mem. Gregorii XIII. facta per Petrum Camajanum Epiſcopum Aſculanum, juxtà clara illa verba antedictæ Viſitationis.

*Facta interrogatione ab eodem R. P. D. Epiſcopo Delegato Apo-*

*Apoſtolico, quiſnam in dicta Cathedrali Eccleſia haberet Curam Animarum? Fuit reſponſum à R.P.D.Epiſcopo Loci, &*
2 *Rev.D.Priore ejuſdem Eccleſiæ, illam habere Priorem ipſum, & eſſe conſuetudinem adminiſtrandi Curam prædictam à Sacriſtis dictæ Eccleſiæ, utì Coadjutoribus.*

*Sed cùm* (ſunt verba ejuſdem Viſitationis) *Populus Parochianorum ſit adeò numeroſus, ut unus Curatus non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis adminiſtrandis, idem Reveren-*
3 *diſſimus Epiſcopus Delegatus Apoſtolicus exiſtimavit, ac præcepit, laudabilem conſuetudinem retinendam eſſe, ut ſaltem duo ex prædictis quatuor Sacriſtis, veluti Coadjutores, in ipſa Animarum Cura præfato Rev.Priori &c.deberent ipſi auxiliari in his, quæ ipſe non poteſt perficere, dummodò prædicti duo Coadjutores Sacriſtæ prævio ſubiiciantur diligenti examini, ſintque approbati à R.P.D.Epiſcopo Loci Ordinario, unà cum Examinatoribus in forma cap.18.ſeſſ.24.Sacri Concilii Tridentini*. Prout omnia hæc clarè patent ex particula ejuſdem Viſitationis, in forma probanti mihi exhibita. Ex
4 qua ceſſant hodiè in radice ea omnia, quæ ex parte moderni Prioris adducta fuerunt, ad oſtendendam illegalitatem Copiæ ejuſdem Viſitationis Camajanæ, exiſtentis in Cancellaria Fulginaten.eo quia hodiernus Epiſcopus, commendabili attentione, & zelo, in ultimo acceſſu ad Urbem procuravit obtinere à Secretario Congregationis Epiſcoporum authenticam Copiam ejuſdem Viſitationis ſolemnitèr collationatam cum ſuo Originali, in eadem Secretaria exiſtente.

Concordant cum diſpoſitis in dicta Viſitatione omnes ſequentes Apoſtolicæ proviſiones, de dicto Prioratu pro
5 tempore factæ, in quibus omnibus, nulla penitùs excepta, legitur eadem aſſertio, quod Animarum Cura eidem Prioratui annexa ſit, mediantibus ſequentibus verbis: *Eique* (ideſt Prioratui) *Cura etiam juriſdictionalis immineat Animarum*.

Obſervando efficaciam, & vim illius dictionis: *Etiam*, quæ non reſtringitur ad ſolam Curam Juriſdictionalem, in illis expreſſam, ſed utì augumentativa, & extenſiva, com-
6 prehendit alios caſus, ultrà expreſſos, ex adductis *à Barboſ. de Diction dict.* 112. *num.* 9. & firmatis per *Rotam deciſ.* 239.*num.*13.*coram Priol.& deciſ.* 191. *num.*21.*& deciſ.* 239. *num.*5.*coram Bich.& deciſ.*762.*num.*10.*part.*18.*recent.*

Imò in multis ex dd.Apoſtolicis proviſionibus legitur etiam injunctum prævium examen, ad cognoſcendam habilitatem Priorum, pro dicta Curam Animarum exercen-
7 da, & ſignanter in Apoſtolica proviſione ejuſdem Prioratus, facta anno 1570.in perſona Vincentii Flavii, & ſic per tres annos antè dictam Viſitationem Epiſcopi Camajani, in qua hæc leguntur: *Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs, ſi per diligentem examinationem dictum Vincentium ad hoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, Prioratum prædictum, qui inibi Dignitas major poſt Pontificalem exiſtit &c. eique Cura etiam juriſdictionalis immineat Animarum &c.* quæ ad literam repetita fuerunt in proviſione Prioris Joannis Baptiſtæ Juſti anni 1691. cui ſucceſſit hodiernus Prior Chriſpoldus de Gregoriis.

Verùm quia in controverſiam hodiè adducitur eadem annexio actualis Curæ Animarum dict. Prioratui occaſione
8 Gratiæ Coadjutoriæ, à ſan. mem. Clemente XI. petitæ ab Aſcanio Jacobillo, Epiſcopus, qui nullum alium in hac parte finem habet, præter illum occurrendi periculis Animarum, pretioſiſſimo Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſanguine redemptarum, ejuſque Curæ commiſſarum, æquali attentione, ac maturitate procedendo meum dignatus fuit exquirere ſenſum, ad dictum effectum mihi communicando Jura omnia ex parte ejuſdem Jacobili exhibita.

Omnibus autem maturè penſatis, in ſenſu veritatis cenſeo, actualem Curam Animarum primò, & principaliter
9 ſpectare, & pertinere ad eundem Priorem, ipſoque impedito, vel ex legitima cauſa non valente per ſe ipſum Sacramenta adminiſtrare, exerceri poſſe per Sacriſtas, tanquam ipſius Coadjutores, & Auxiliatores.

Moveor à dicta Relatione Apoſtolici Viſitatoris anni 1573.in qua ad dictum effectum adducuntur in Teſtes, om-
10 ni exceptione majores, tunc temporis Epiſcopus Fulginatenſis, & Prior noſtræ Cathedralis, quibus omnis in hac parte adhibenda eſt fides, eò quia ſerium perhibuerunt teſtimonium circa ea, quæ ipſis probè nota erant, itaut ad augendam illorum fidem de dicta aſſertione, pro veritate, & conſcientia à dictis Epiſcopo, & Priore coram dicto Apoſtolico Exequutore facta, verificentur ea, quæ de ſe
11 ipſo ſcripta reliquit *Sanctus Joannes Apoſtolus Epiſt. prima*, ibi: *Quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt, hoc teſtamur, & annunciamus*; Quodque ſimilibus Relationibus pleniſſima ſit adhibenda fides, uno ore notant Doctores, adducti à *Card. de Luca de Benefic. diſc.*90. *num.* 12. & in *Miſcell. Eccleſ. diſc.* 7. *num.* 16.
12 *& à Bertacchin. vot. deciſiv.* 100. *num.* 16. & quotidiè firmavit *Rota*, ut videre eſt *in deciſ.*234.*num.*16.*part.* 16 *& deciſ.* 305.*num.*12 *&* 13.*part.*18.*& deciſ.*685.*num.*9.*coram Cerr.& deciſ.* 14.*num.* 17.*coram Anſaldo*, & in *Herbhipolen. Monaſterii* 10.*Junii* 1707.*§. Conſtare coram Caffarello*.

Inter alias autem demonſtrationes, hanc veritatem com- 13
probantes, quæ ad dict. effectum adduci poſſunt, mirabiliter urgere videntur ſex ſequentes reflexiones.

Prima, reſultans ex innegabili, & univoca confeſſione omnium Priorum, qui in parvis Pagellis, impreſſis tempore Paſcatis, vulgò appellatis *Bolletini della Communione*, quolibet anno diſtributis omnibus Civibus Fulginaten- 14
ſibus, publicè, & palam ſemper ſe inſcripſerunt, & denominarunt Curatos, his verbis: *Communicatus in Paſchate in Eccleſia Parochiali Cathedrali S. Feliciani, Fulginei Patroni, anno Domini* 1620. *Chriſpoldus de Gregoriis Prior, & Curatus*, juxtà tenorem multorum ex eiſdem Bollettinis, mihi in authentica forma exhibitis. Difficilè proindè erit, poſſe adduci aliam concludentiorem, melioremque probationem hujus veritatis, eo quia non poteſt dari melior probatio illa, quæ reſultat ex propria confeſſione, ad *Text. leg.* 15
*Cum precum Cod. de Liberal.cauſ.* cum concordantibus ſequutis à *Rota deciſ.*7. *num.*4. *coram Bich.* & in *Spoletana Oblationis Ceræ* 18.*Maii* 1705.*§. Diximus coram Anſaldo*.

Neque in facto regit reſponſio, quod id faciat Prior, utì Caput Capituli, non autem utì Curatus. Verba enim illa *N.N Prior, & Curatus*, quibus in hac parte ſemper uſi fue- 16
runt, & de præſenti utuntur Priores, ſunt adeò clara, ut nullatenus admittant dictam interpretationem, ut patet Conſideranti.

Proùt etiam retorquetur potiùs ad hominem, quàm obſtet reflexio, quòd vacante Prioratu, eædem Pagellæ ſubſcribantur à Decano Capituli, quia hoc facit, utì *Decanus* non utì *Curatus*, ut patet ex illa longè diverſa formula ſub- 17
ſcribendi, ex Parte Prioris adducta, ibi: *Chriſpoldus de Gregoriis Decanus*. Nemo enim non videt, quod ſi idem Decanus, mortuo Priore, ſuccederet in actuali Curæ exercitio, deberet imitari Priorem, ſe ſubſcribentem, uti *Curatum*, non utì *Decanum*.

Cum dicta ingenua confeſſione Priorum ſecundo loco concordat ſimilis confeſſio ſuorum Coadjutorum, ſeù Sacriſtarum, à moderno Priore exhibita in Sacra Congrega- 18
tione Concilii anno 1704. Quibus utì teſtantibus de re, ad proprium officium ſpectante, omnis in hac parte præſtanda eſt fides, per ea, quæ notant *Gratian. diſcept.* 481. *num.* 8. *Panimoll. deciſ.*36. *num.*23. *& Rot deciſ.*761. *num.*13 *coram Cerr.& deciſ.*451. *num.*4. *coram Emerix. jun.* & in *Plocen. ſeu* 19
*Luceorien. Matrimonii* 13. *Martii* 1690. *§. Nec obſtare coram Card. Caprara*.

Tertia æqualiter evidens demonſtratio ejuſdem veritatis deſumitur ex eo, quod, factis diligentiis in Libris matrimoniorum, contractorum in Civitate Fulginei, omnia 20
illa apparent contracta, vel coram ipſomet Priore, vel coram Sacriſtis, ſeù Vice Curatis, & Coadjutoribus ejuſdem, ſed ſemper prævia licentia ipſius Prioris; Cùm enim vigore notoriæ diſpoſitionis Sacri Concilii Tridentini *Seſſ.* 24. *de Reformat. Matrim. cap.* 1. ſub pœna expreſsæ nullitatis non poſſint matrimonia contrahi, niſi in præſentia proprii Parochi: Eo ipſo, quòd coram Priore contracta fuerunt, remanet manifeſtum, ipſum eſſe verè, & propriè Parochum, per ea, quæ notant *Sanchez de Matrim. lib.* 3. *diſp.*17. *num.*4. *& ſeqq. Barboſ. de Paroch. cap.*21. *num* 61. *& Card. de Luc. de Matrim. diſc.* 3. *num.* 14. cum innumeris aliis 21
concordantibus, citatis in *tom.* 3. *part.* 1. *diſcept.* 1. *§.* 17. *per totam*.

Nequè ad rem facit, quòd matrimonia, nedùm validè contrahi poſſunt coram proprio Parocho, ſed etiam coram Vicario Epiſcopi, & poſſet addi etiam coram ipſo Epi- 22
ſcopo. Id enim verum eſt, ſed retorquetur potiùs, quàm obſtet, eo quia in hoc caſu idem Epiſcopus, utì Parochorum Parochus, ejuſque Vicarius, Epiſcopum repræſentans, imò Archiepiſcopus etiam, & Legatus in ſua Provincia, dicuntur facere figuram proprii Parochi, ut in ſpecie advertunt *Ugolin. de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. part.* 23
*prima cap.* 15. *§.* 10. *num.* 2. *Ventrigl. de Juriſdict. Archiepiſcop. cap.* 148. *per totam Rent. in Encyclopod. univerſ. Theolog. moral. tom* 2. *lib primo tract.* 8. *de Matrim. lect.* 4. *ſeſſ.* 5.

*ſeſſ. 5. per totam* aliique cumulati in *tom. 2 par. 2. diſcept. 2. num.* 156.

Augetur vis hujus reflexionis ex eo, quòd omnes Epiſcopi Fulginatenſes ſemper in præteritum direxerunt, & de præſenti dirigunt ſolis Prioribus pro tempore licentias con-
24 trahendi Matrimonia, non concedendo illis novam facultatem, mediante ſpeciali delegatione, ſed tanquam veris, & propriis Parochis, juxtà formulam, mihi exhibitam, quæ proindè ad hominem ſpecificat, & digito oſtendit, ipſos eſſe verè, & propriè Parochos, ut generalibus omiſſis, noviſſimè firmavit *Rot. in Romana Matrim.* 3. *Julii*
25 1719. §. *Nihilominùs coram Corio*, ibi: *Neceſſe idcircò eſt concludere, eandem licentiam impertitam fuiſſe eo modo, quo impertiri ſolet occaſione cujuſcumquè matrimonii, coram vero, & proprio Parocho contrahendi:* confirmata die 11. Decembris ejuſdem anni §. *Hinc parum coram eodem* ubi concordantes allegantur.

Quarta non minùs juridica demonſtratio qualitatis veri, proprii, & actualis Parochi reſpectu dictorum Priorum deſumitur ex eo, quòd abſque ullo examine, ullaque ſpeciali prævia licentia Epiſcoporum, Priores pro tempore
26 ſemper adminiſtrarunt, & de præſenti adminiſtrant Pœnitentiæ Sacramentum, quod ſolis Parochis de Jure competit, nullo autem modo permiſſum eſt aliis Sacerdotibus, animarum Cura actualiter non exercentibus, juxtà rotundam diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *de Reform. cap.* 15. ibi: *Decernit S. Synodus, nullum &c. poſſe con-*
27 *feſſiones Sæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad idoneum reputari, niſi, aut Parochiale Beneficium obtineat, aut ab Epiſcopis per examen &c. idoneus judicetur:* ubi latè *Barboſ num.* 17. & 18. ad rem obſervans, eandem Conciliarem diſpoſitionem locum habere etiam in Dignitatibus Cathedralium, quibus animarum Cura commiſſa eſt, circà quod concordant etiam *Fernand in Exam. Theolog. moral. part.* 3.
28 *cap.* 9. §. 8. *num.* 1. *Fagundez ad Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap* 2. *num.* 41. *Filliuc. Oper Moral. tom* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num* 257. *Stephan. Dalvin. de Poteſtat. Epiſcop. & Abbas cap.* 23. *num.* 6. & *Dian Coordin. tom.* 4. *tract.* 3. *de Bull. Cruciat. reſol.* 18. *num.* 5.

Eòque magis hæc procedunt in noſtra Cathedrali Fulginatenſi, in qua cum dicta Juris Communis diſpoſitione
29 concordat ſpecialis inhibitio, ab Epiſcopo Camajano Apoſtolico Viſitatore anno 1573. facta omnibus Sacerdotibus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus, ne abſque ſpeciali examine, & licentia Epiſcopi, conceden. ad formam diſpoſitorum in Sacro Concilio Tridentino, in Sacramentorum adminiſtratione ſe poſſent ingerere, quam inhibitionem modernus D. Prior exhibuit in ejus Summario num. 7. in Cauſa, anno 1704. agitata in Congregatione Concilii; Si enim idem Prior, uti verus, & proprius Curatus, dictam facultatem à Jure non haberet, non eſt præſumendum, quòd adverſus dictam Juris diſpoſitionem, particulari inhibitione Apoſtolici Viſitatoris fulcitam, voluerit ſe ingerere in eadem Sacramentorum adminiſtratione, & multò minus id permiſiſſent tot Epiſcopi, ſcientia, & conſcientia inſignes, qui à dicto anno 1574. uſque ad hodiè eandem Fulginatenſem Eccleſiam laudabiliter rexerunt, & gubernarunt, juxtà animadverſa per *Rotam in deciſ.* 84.
30 *num.* 9 *apud Antonell de Jurib. Clericor. & in Nullius, ſeu Senogallien.* 13. *Junii* 1695. §. *Nec hujuſmodi, coram Muto, & in Legionen. Parochialis* 11. *Januarii* 1705. §. *Iſteque coram Kaunitz.*

Quinta ex Viſitationibus Eccleſiæ Cathedralis, ab Epiſcopis pro tempore factis, & in quibus animarum cura re-
31 cognita, & canonizata fuit apud Priorem, ut ſignanter videre eſt in Viſitatione Epiſcopi Montecatini anni 1646. ibi: *Præfato Domino Priori incumbit onus adminiſtrandi Sacramenta:* Et ex alia ſimili Viſitatione anni 1666. ibi: *Prima Dignitas eſt Prior Cathedralis, cui incumbit onus Curæ animarum:* Quanta autem fides danda aſſertionibus Epiſcoporum in actu Sanctæ Viſitationis, ſivè ex illa veriſimili notitia, quam habent qualitatum Dignitatum propriarum Cathedralium, ſivè ex illa præciſa, & neceſſaria ſcientia, quam acquirunt occaſione ejuſdem Viſitationis, de ſe
32 patet, & notant *Fagnan. in cap. Ego N. Epiſcopus num.* 1. & *ſeqq.* & ſignanter *à num.* 75. *de Jure jurand. Bertacchin. vot. deciſiv.* 100. *num.* 16. & *Rot deciſ.* 685. *num* 9. *coram Cerr. & deciſ.* 14. *num.* 17. *coram Anſaldo, & in Bituntina Juriſpatronatus* 20. *Februarii* 1705. §. *Nec dicti coram Card. Priolo.*

Sexta demùm (aliis levioribus, gratia brevitatis, omiſſis) innititur Juribus, exhibitis ab ipſomet moderno Priore de Gregoriis in dicta Congregatione Concilii die 5. Aprilis, & 9. Auguſti 1704. in lite, tùnc temporis agitata cum
ſuo Capitulo, in quibus probavit, ſe eſſe verum, pro- 33
prium, & actualem Curatum, eique, tanquàm tali, privativè quoad omnes alios competere Jus Sacramenta adminiſtrandi ſuis Parochianis, ut legitur in Folio, dicta die diſtributo his verbis.

*Super Jure exercendi curam animarum Cathedralis Eccleſiæ Fulginatenſis exorta controverſia inter Priorem, prætendentem, illius exercitium ad ſe privativè ſpectare, utpotè*
*ſuæ Dignitati Priorali ſpecificè annexum, & Canonicos ejuſ-* 34
*dem Cathedralis, aſſerentes, ſibi ipſis incumbere onus illam exercendi, cum facultate adminiſtrandi Sacramenta, & præcipuè Baptiſmatis, nulla requiſita licentia, ac independenter à dict. Priore, remiſſa Cauſa cognitione &c.*

In qua non fuit in dubium revocata ampla facultas Priori, uti actualis Curati, adminiſtrandi per ſe ipſum, vel per Sacriſtas ſuos Coadjutores omnia Sacramenta, ſed dubium reſtrictum fuit ad adminiſtrationem ſolius Sacramenti
Baptiſmi, ibi: *An Canonici Eccleſiæ Cathedralis Fulgina-* 35
*tenſis poſſint miniſtrare in eadem Eccleſia Sacramentum Baptiſmi, abſque licentia Prioris in caſu &c.* quod dicta die fuit *negativè* reſolutum. Licèt autem repropoſita cauſa die 9. Auguſti ejuſdem anni 1704. receſſum fuerit à deciſis, id tamen evenit ex motivo immemorabilis conſuetudinis, quæ aſſiſtebat Canonicis, non autem ex defectu ampliſſimæ poteſtatis adminiſtrandi omnia Sacramenta reſpectu Prioris, quæ potiùs per neceſſarium antecedens præſuppoſita fuit in illis verbis dicti dubii *abſque licentia Prioris*, eò quia aliàs omninò ſuperflua, & prorſus impropria fuiſſent, per ea,
quæ notant adducti in *deciſ.* 982. *num* 3. *coram Dunozet. Jun.* 36
& *deciſ* 723. *num.* 6. *coram Cerr. & in Derthuſen. Juriſpatronatus* 26. *Aprilis* 1694. §. *Et his accedit coram Card Caprara.*

Ex hac autem facultate baptizandi, cumulativè admiſſa in Canonicis, & Priore, nulla omninò illatio fieri valet ad excluſionem qualitatis veri Parochi, & actualis Curati
reſpectu dicti Prioris, quia nullo modo implicat, quod Jus 37
baptizandi, de Jure competens proprio Parocho, ex immemorabili conſuetudine ſpectare etiam poſſit ad illos, qui Parochi proprii non ſunt, ut, materia fundiùs examinata, & Partibus acriter ſua Jura deducentibus, reſolutum fuit à Sacra Congregatione Conciliis *in Romana Juris Baptizandi* 15. *Maii* 1700. *lib.* 50. *Decret. fol.* 225. in qua affirma-
tivè reſolutum fuit ſequens dubium: *An Curato Sancti Petri* 38
*in Vaticano liceat baptizare commorantes in omnibus aliis Parochiis Urbis:* Idque vigore conſuetudinis juxta verba dicti Folii, ibi: *Vigore conſuetudinis etiam legitimè præſcriptæ*, quæ in dicta Cauſa concludenter probata fuerat à Curato Sancti Petri, eodem prorſus modo, quo probata fuit à Canonicis in dicta Fulginatenſis, ut conſtat ex Summario, in eadem Sacra Congregatione Concilii exhibito, & in forma authentica mihi tradito.

Ea, quæ dicuntur de ultimo ſtatu, videntur potiùs retorqueri, quia in Apoſtolica proviſione Chriſpoldi de Gregoriis moderni Prioris, legitur pariter aſſertio illa, appoſita in omnibus aliis Apoſtolicis proviſionibus, quòd Prio-
ratui annexa ſit etiam cura Juriſdictionalis, ex iis, quæ 39
obſervavimus ſuprà: Licèt autem non præſcribatur in eiſdem Literis Apoſtolicis ipſius examen, ut practicatum fuit in aliis antecedentibus, id mihi ſupponitur eveniſſe ex eo, quòd antecedenter obtinuerat ab Epiſcopo amplam approbationem ad obtinenda quæcumque Beneficia, etiam curata.

Ultra quod concluſiones, ex parte Prioris adductæ, nullo modo applicantur noſtris terminis, in quibus ſermo eſt
de immutando antiquo ſtatu beneficii Curati, jam legiti- 40
mè impreſſo, ad quem effectum non ultimus ſtatus tantùm, ſed legitima præſcriptio probanda eſſet, ut egregiè obſervant *Lotter. de Re benefic lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 38. & *ſeqq.* &
*Adden ad Ludoviſ deciſ.* 77 *num.* 11. *verſ. Prædictis*, & firma- 41
vit *Rot in Mediolanen. Beneficii*, quæ in materia ultimi ſtatus eſt magiſtralis 1. *Aprilis* 1707. §. *Et quoniam coram Anſaldo.* Et convincentem adducit rationem eadem *Rot. deciſ.* 910. *num.* 11. *coram Coccin.* his verbis: *Quia qualitas beneficii non eſt fructus Juris conferendi, qui ſpectat ad poſſeſſorem bonæ fidei, ſed reſpicit ſubſtantiam beneficii, quæ non eſt in fructo collationis.*

Quæ omnia, præcipuè ſimul unita, ut in his caſibus faciendum eſſe monent *Ciarlin. controv.* 108. *ſub num.* 68. *Sperel. deciſ.* 79. *num.* 30. & *Rota in Firmana, ſeù Senogallien.* 27. *Ju-*
*nii* 1718. §. *Præmiſſa coram Corio*, non probabiliter tantùm, 42
ſed ferè evidenter probare videntur, Priorem Cathedralis Ful-

lis Fulginei teneri per ſe ipſum Animarum Curam exerce-
re, Sacramenta miniſtrare, eſſeque verè, & propriè actua-
lem Curatum, cum ſolo adjutorio Sacriſtarum, tanquàm
ſuorum Coadjutorum. Ettamen, quatenùs etiam in hac
parte dubium aliquod remaneret, quod apud me in ſenſu
veritatis nullum omninò remanet, adhuc in tali dubio ſem-
per pro tali actuali cura inclinandum eſſet, idque in favo-
43 rem Animarum, & Divini cultus intuitu, *Textus eſt litera-
lis in cap. Quia per ambitioſam, de Reſcript. in 6.* ibi: *Minuitur
cultus divinus, quem deſideramus augeri;* quem ſequuntur
adducti in *deciſ. 847. num. 3. coram Seraphin. & deciſ. 685. num.
5 coram Cerro, & deciſ. 258. num. 23. & 24 part. 7. recent. & in
Romana Ornatus 6 Junii 1708. §. Verùm coram Omanna.*
Videtur enim abſurdum, nullatenus tolerandum, ut ex
una parte Sacriſtæ, ſeù ſimplices Coadjutores dicti Prioris,
non ſolùm quando tales deputantur, rigoroſum teneantur
44 ſubire examen pro detegenda illorum idoneitate ad exercen-
dam Animarum Curam, ſed quolibet anno, eodem adhi-
bito rigore, eidem examini ſubiici debeant, quæ omnia
punctualiter, & præcisè ſemper practicata fuerunt, & pra-
cticantur, ut ſtatuitur in dicta Viſitatione Epiſcopi Cama-
jani, & eſt notorium in Civitate Fulginei; Ex alia verò
parte Prior, qui illorum Caput eſt, quivè, attento magno
numero Parochianorum, eoſdem habet in ſolos Coadjuto-
45 res Curæ, ſibi præcisè, & ſpecialiter incumbentis, nec
etiam oſtendere debeat ſemel tantùm ſuam habilitatem, &
idoneitatem, quando ſcilicèt de eodem Prioratu provide-
tur, ſed permittendum eidem ſit ab Epiſcopis pro tempore
46 exercitium ejuſdem Curæ in propriis Parochorum muneri-
bus, & præcipuè circa adminiſtrationem Sacramentorum
Euchariſtiæ tempore Paſchatis, & Pœnitentiæ, ac Matri-
monii toto anni tempore, abſque eo, quòd eis nota ſit illo-
rum idoneitas, & habilitas, renovando noſtra ætate ea,
quæ ſuo tempore exclamando reprobavit *P. Segner nella Pre-
47 dic. 18. in fine*, reſpectu illius Parochi, qui in Porta pro-
priæ habitationis ſcribi fecerat verba illa *Virgilii Eglog. 1.
Deus nobis hæc otia fecit.*
Ex quibus tantùm abeſt, quòd in noſtris terminis non
verificentur omnia requiſita Beneficii Curati, enumerata à
*Gonzal. ad Regul. Cancell. gloſſ. 6. à num. 34. uſque ad num 47.
48 à Barboſ. de Poteſt. Paroch. part. 1. cap. 1. num. 27. & Zerol. in
prax. Epiſcop. verb. Parochia §. 1.* Primò nempè poteſtas Fo-
ri Pœnitentialis, ſecundò certus Populus cum Parochia,
certis finibus deſignata, tertiò, ut Curatus curam exerceat
nomine ſuo; non autem alieno, & quartò, ut ille ſit uni-
cus, quin potiùs ad unguem omnia innegabiliter Priori
conveniant.
Conveniunt enim eidem primum, & ſecundum, quia
de poteſtate Fori pœnitentialis, de quo Populo Eccleſiæ
Cathedrali certis finibus dinſtincto, & ſubjecto eidem Ec-
49 cleſiæ, nulla unquam adfuit, neque de præſenti adeſt dif-
ficultas, eò quia abſque ulla Epiſcopi approbatione, vel
examine confeſſiones audit ſuorum Pœnitentium, & ex
Inſtrumento diviſionis Parochiarum, anno 1591. factæ,
& datæ in Summario, conſtat de finibus, ejus Parochiæ
aſſignatis.
Convenit etiam tertium, quia in exercitio Curæ Anima-
rum à nemine dependet, eiq; ab Epiſcopo, tanquàm Capiti,
& verò Parocho, diriguntur omnes Commiſſiones, con-
50 cernentes Matrimoniorum publicationes, alioſque actus,
veris Parochis competentes ex ſupra animadverſis.
Convenit demum quartum, quia quidquid ſit reſpectu
Curæ animarum, habitu competentis Capitulo, & Cano-
nicis, certum eſt, quòd actualiter eidem Capitulo nullate-
nùs convenit, ſed ſoli, & unico Priori, ut fuit utrinque
51 admiſſum in dicta Cauſa, deciſa à Congregatione Conci-
lii, de qua ſupra, & quod magis eſt, Canonicis videnti-
bus, ſcientibus, & ſumma pace id admittentibus, ipſemet,
uti talis, ſe qualificat, & denominat in Pagellis Sanctiſſi-
mæ Communionis, ibi: *Chriſpoldus de Gregoriis Prior,
& Curatos.*
Licèt autem in exercitio dictæ Curæ utatur opera duo-
rum, vel trium Sacriſtarum, iſti nullam aliam faciunt fi-
52 guram, quàm illius Coadjutorum, & Vice Parochorum,
quæ qualitas nullatenùs excludit, quòd Parochus non di-
catur unicus, quia dicti Coadjutores exercent curam no-
mine Prioris, non autem proprio, implicaretque manife-
ſtam contradictionem, & eſſet intolerabile abſurdum,
quòd actualis Cura eſſet pœnes plures Sacriſtas, ut in ter-
minis obſervat, *Gonzal. ad Regul. Cancellar. gloſſ. 6. num.
22. & ſeqq.* Et propterea ex hac reflexione excluditur qui-
53 dem qualitas verorum Parochorum reſpectu dictorum Sa-
criſtarum, non autem reſpectu Prioris, ut Conſideranti
manifeſtum eſt.
Prout etiam nihil ad rem facere videtur, quòd dicti Sa-
criſtæ ab immemorabili tempore ſemper electi fuerint à
Capitulo, & ultimo loco idem eligendi Jus approbatum
fuerit à Congreg. Epiſcop. & Regul. Ponente Card. Gualte-
rio: Vis enim in hac parte non eſt facienda in Jure eligen-
di, ſeù nominandi dictos Sacriſtas, quod poſſet etiam ſpe-
ctare ad Perſonas Laicas, ut practicari videmus in multis 54
Parochiis de Jurepatronatus; Sed ſtrictè videndum eſt,
quam facultatem habeant circa animarum curam, & Sa-
cramentorum adminiſtrationem; Cùmque hæc facere ne-
queant ſine examine, & approbatione Epiſcopi, & quoli-
bet anno approbare iterùm debeant, ex hoc ſequitur, quòd
illi nullo modo dici poſſunt, neque ſunt Parochi actuales,
quia iſtis à Jure, & clara diſpoſitione Concilii, ſtatim ac
electi fuerunt in Parochos, ſemper competit Jus admi-
niſtrandi Sacramenta abſque ullo novo examine, ulla-
que repetita approbatione, juxta authoritates, allgatas
ſupra.
Ejuſdem levitatis eſt alia reflexio innixa Conſtitutioni-
bus Synodalibus, in quibus præſcribitur, eſſe eligendos
in Sacriſtas eos, qui præſtantiores ſunt, ea adducta ratio- 55
ne, quia curam habent Animarum. Hoc enim verum eſt,
ſed cum dependentia à Prioribus, & tanquam illorum Co-
adjutores, ex hucuſque animadverſis. Quod evidens fit
ex contextu earundem Conſtitutionum Synodalium, in
quibus dicitur: *Quam animarum curam non exerceant, niſi* 56
*fuerint à Nobis approbati &c. quam approbationem anno quo-
libet petere debeant;* Inauditum enim eſt, quod veri, &
actualies Parochi anno quolibet approbari debeant ab Epi-
ſcopis pro exercitio propriæ Curæ, & Sacramentorum
adminiſtratione; Quod verum eſt, etiamſi amovibiles
ſint, quia Parochi amovibiles uſquequò non amoventur,
pro eo tempore, quo eorum Officium exercent, in nihilo
differunt à perpetuis, juxta magiſtralem reſolutionem Con- 57
greg. Concil. in *Comen. 7. Februarii 1705. tom. 2. part. 1. di-
ſcept. 18. per tot.*
Generali regulæ, quod in dubio Beneficium non præſu-
matur curatum, ſed ſimplex, reſpondet *Barboſ. de Poteſt.
Paroch. part. 1. cap. 1. num. 37.* ut illa non procedat, quan-
do, ut in noſtris terminis ad unguem verificatur, ſermo 58
eſt de Eccleſia, quæ ſub ſe habet Populum, quia tunc
præſumitur curata, quam limitationem in Facto inne-
gabilem, in Jure approbant etiam, & ſequuntur *Rebuff.
in Prax. Benefic. tit. Sæcular. Benefic quotuplex Garz. de Be-
nefic. part. 1. cap. 6. num. 8. & Rota deciſ. 1227. num. 1. coram* 59
*Seraphin.*
Mirum denique videtur, quod ad excludendam actua-
lem curam apud Priorem Cathedralis Fulginei inſiſtatur
in Atteſtatione moderni Epiſcopi, die 3. Junii anni 1720. 60
facta favore Canonici Jacobilli; Quia in illa potiùs aſſeri-
tur oppoſitum, juxta clara illa verba, nullam admitten-
tia detorſionem, vel criticationem; *Quatenus tamen Priora-
tui ipſi actualis cura animarum non immineat* (notentur ſe- 61
quentia verba) *prout imminere certò credimus*; Quæ ſunt
adeò cubitalia, ut mera vanitas videatur contrarium ex an-
tecedentibus verbis prætendere.
Uſurpando proinde verba magni Juris Conſulti *Dec conſ.
394. num. 10. Si Judex eſſem, ità conſtanti animo judicarem,*
ſalvo tamen &c.

## In eadem Cauſa.

ÆQuè pius, ac doctus modernus Epiſcopus Fulginei 62
(mihi ſtricta amicitia junctus ab anno 1683. quan-
do ipſe erat à ſtudiis Archiepiſcopi Bottini, ego verò Car-
dinalis Sacripantis, de illorum Amicorum numero, qui
erga illos, qui melioris ſunt famæ, quàm fortunæ, non
ſolent ad praxim reducere ea, quæ notat *Gloſſ. in Canon.
Prophetavit verb. Non novi prima quæſt. 1.*) anno 1720.
meum ſenſum pro veritate exquiſivit circa dubium; *An* 63
*Prioratus Fulginei*, quæ prima Dignitas in illius Cathe-
drali exiſtit, *habeat annexam actualem Curam Animarum?*
Cui tunc affirmativè reſpondi, viſis, & attentè conſide-
ratis omnibus Scripturis, tunc temporis mihi exhibitis, ex
motivis, & animadverſionibus, latè expenſis ſupra.
Hodie verò majori attentione conſideratis aliis Scriptu-
ris favore Canonici Aſcanii Jacobilli, doctiſſimè compoſi-
tis, in eodem ſenſu confirmor, eo quia baſes facti, ex quo 64
Jus oritur, quibus innititur dicta prima Scriptura, in ſuo
robore permanere videntur.

Omiſſa

Omiſſa enim inſpectione ultimi ſtatus, manutentionis,
65 & ſimilium quæſtionum, concernentium judicia poſſeſſoria, quæ in Sacroſanctis EE.PP.Conſeſſibus (in uno in quibus hodie pendet controverſia circa relaxationem Supplicationis ſignatæ in favorem dict. Canonici Jacobili) nullam merentur attentionem, ex illorum moderna praxi, de qua *in tom.1. part.2. diſc. 16. num.152. & par.2. diſcept. 14. num.6.*
66 Præcipuè quia in circumſtantiis præſentis caſus neque etiam applicati videntur termini ultimi ſtatus ex animadverſis ſupra.

Firmum, ac ſtabile remanet primum fundamentum, innixum claræ, ſeriæ, ac literali confeſſioni Epiſcopi, &
67 Prioris noſtræ Eccleſiæ, factæ Petro Camajano Epiſcopo Aſculano, & Apoſtolico Delegato à Gregorio XIII. anno 1573. cujus verba opportunè ſunt regiſtrata ſupra *num.* 2.

In comprobationem hujuſmodi Apoſtolicæ Viſitationis
68 adducitur in præſenti particula, extracta ex Codice manuſcripto, aſſervato in Bibliotheca Seminarii Fulginei, in quo ſermo habetur ejuſdem Viſitatoris Apoſtolici, & Viſitationis, ab eo factæ in noſtra Civitate dict. anno 1573.

Adducitur ſecundò particula Libri, Fulginei impreſſi,
69 anno 1636. cui titulus *Vita del Servo di Dio Giov. Battiſta Vitelli*, in cujus *lib. 1. cap* 14. *pag.* 55. habetur ſimilis mentio ejuſdem Viſitatoris, & Viſitationis.

Adducitur tertiò authoritas *Ughelii In Italia Sacra tom.*
70 1. *fol.* 534. in quo inter Epiſcopos Aſculanos annumerat eumdem Petrum Camajanum, noſtrum Apoſtolicum viſitatorem.

Adducitur quartò particula Viſitationis Societatis Sancti
71 Hieronymi Fulginei, in qua habetur mentio ejuſdem Viſitatoris, & Viſitationis.

Adducitur quintò particula Epiſtolæ Cardinalis Montal-
72 ti, anno 1575. ſcripta Epiſcopo Fulginei, in qua habetur ſimilis mentio ejuſdem Viſitatoris, eademque Epiſtola per extenſum reperitur regiſtrata in *lib. Statut. ſeù Regul. ejuſdem Confraternitatis Sancti Hieronymi.*

Adducitur ſextò particula examinis Antonii Ugolini
73 Agrimenſoris Fulginei facti de mandato ejuſdem Epiſcopi Aſculani, & Viſitatoris Apoſtolici.

Adducitur ſeptimò particula Libri, cui titulus *Rifor-*
74 *manze delli anni* 1572. *e* 1573. ex cujus *pag* 186. *à tergo* patet, fuiſſe concluſum in Conſilio noſtræ Civitatis, viſitandum eſſe Epiſcopum Aſculanum Apoſtolicum Viſitatorem.

Adducitur octavò particula alterius Libri, cui titulus
75 *Magiſtrati dell'anno* 1564. *al* 1576. *in cujus pag.* 148. *à tergo* leguntur nomina trium Deputatorum ad viſitandum dict. Epiſcopum Aſculanum, eique tradendum munus valoris quatuor, vel quinque ſcutorum.

Adducitur nonò Breve Viſitationis Gregorii XIII. in quo
76 inter ſeptem Civitates, quarum Viſitatio commiſſa fuit eidem Petro Camajano Epiſcopo Aſculano, tertio loco annumeratur noſtra Eccleſia Fulginaten.

Adducitur demum intimatio earundem Litterarum Apo-
77 ſtolicarum deputationis in Viſitatorem, facta tunc temporis Epiſcopo Fulginaten. necnon ejuſdem Civitatis Gubernatori, & Prioribus.

Ex quibus, unitis cum aliis probationibus ſupra addu-
78 ctis, necnon cum Copia ejuſdem Viſitationis, per extenſum regiſtratæ in antiquiſſimo Libro, in Cancellaria Epiſcopali exiſtente, & quod magis eſt cum alia ſimili Copia in Archivio Congreg. Epiſcop. & Regul. ab annis centum, & quinquaginta exhibita, & à qua, ſervatis ſervandis, extracta fuit, & ad literam collationata die 20. Maii 1720. illa, quæ mihi exhibita fuit, tali claritate videtur conſtare de eadem Viſitatione, ut nullum omninò dubium remanere videatur circa exiſtentiam, & legalitatem ejuſdem Apoſtolicæ Viſitationis.

Præcipuè poſt decurſum unius Seculi cum dimidio alterius, qui longiſſimus temporis lapſus faciliorem ſternit viam fidei, dandæ antiquiſſimis Scripturis, juxta animad-
79 verſa per *Rot. in magiſtralibus deciſ.* 37. & 38. *per tot. apud Novar. in Summ. Bullar.* in quibus in ſpecie ad augendam fidem antiquis Scripturis conſiderat Rota illarum exhibitionem, factam tempore non ſuſpecto, aliaque adminicula, & præcipuè exiſtentiam in Archiviis Congregationum, ac Relationes, ſeu Atteſtationes Ordinariorum circa legalitatem dd. Scripturarum, quæ omnia nullatenus deſiderantur in præſenti caſu.

Cùmque ex parte Jacobilli non adducatur alia diverſa Vi-
80 ſitatio ejuſdem Epiſcopi Camajani, in qua non contineatur eadem clara, & ſeria confeſſio Epiſcopi, & Prioris, comprætenſiva, & declarativa annexionis actualis Curæ Animarum Dignitati Prioratus, applicari videtur noſtro caſui nobilis illa animadverſio *Lactant. de Falſ. Relig. lib.* 1. *cap.* 2. ibi: *Qui Nos mentiri putat, proferat aliam, cui credamus.*

Non attentis reſponſionibus, quod eadem Viſitatio, uti non habens ſigillum, minuſque ſubſcriptionem Viſitatoris, illiuſque Secretarii, habenda non ſit in aliqua conſi- 81
deratione, ex regularibus illis propoſitionibus, & generalibus regulis, quòd exhibitio Scripturæ informis non addat illi authenticam qualitatem.

Reſponſio ſiquidem procedit in illis terminis, in quibus ſermo eſt de ſola, & ſimplici informi Scriptura, moderno tempore exhibita, ſecùs verò in noſtris circumſtantiis, 82
in quibus à tempore unius ſæculi cum dimidio alterius eadem Viſitatio exhibita reperitur in proprio Tribunali, & quidem tempore non ſuſpecto, non ſolum in Archivio Curiæ Epiſcopalis, in qua aſſervari ſolent, ſed etiam in illo Congreg. Epiſcop. & Regul. & quod omni conſideratione dignum videtur, concordat ulteriùs eadem Viſitatio cum tot aliis probationibus, de quibus ſupra, in quibus circumſtantiis concludentiſſimè probat ex authoritatibus, ſupra citatis.

Quibus opponi non meretur authoritas *Rotæ in Pennen. Abbatiæ* 6. *Maii* 1720. Quia illa loquitur de exhibitione
Scripturæ, facta à moderniſſimo tempore, hoc eſt, à 83
quinque tantùm annis, nempè ab anno 1715. dumtaxat, ut ex lectura.

Sola hæc probatio, ſolidè deducta à dict. clara, & ſeria confeſſione Epiſcop. & Prioris, de qua in eadem Camajana Viſitatione pluſquam ſuperabundare videtur ad noſtrum intentum, eo quia illa admiſſa, ad hominem concordant 84
circa eandem annexionem actualis Curæ Animarum Dignitati Prioratus Civitatis Fulginei omnes ſequentes Apoſtolicæ proviſiones, poſtea ſequutæ uſque ad ultimam Prioris de Gregoriis, in quibus leguntur verba illa; *Cura etiam juriſdictionalis imminet Animarum*, quorum naturalis, & obvius ſenſus ille eſt, quod eidem Prioratui, nedum annexa eſt actualis Cura Animarum Fori pœnitentialis, ſed etiam Cura Juriſdictionalis, attenta efficacia, & natura illius dictione ampliativæ *etiam* ex adductis *ſupra num.* 6. quibus addo alios plena manu citatos *à Piton de controv. Patron. alleg.* 32. *num.* 14. in qua ſolidè probat, verba hæc: *Sia*
*legato Pio, che ſi poſſa ritenere etiam per perſone Laiche, in-* 85
*cludere non ſolum Perſonas laicas, ſed etiam Clericos per viam extenſionis, & ampliationis* (ſunt ejus præciſa verba) *Ita ſuadente natura ejus diſtinctionis, etiam, quæ ſtat augmentativè ad Perſonas, de quibus magis dubitari poterat, & implicat, ſeu includit alias Perſonas, ſeu Clericos &c. perindè ac ſi dictum fuiſſet, Non ſolo per Chierici, ma etiam per Perſone laiche, ita, & taliter quod Clerici ſemper dicuntur priori loco oliti, ſeù nominati, ſecundariò autem Laici.* Itaut ſenſus illorum verborum, *eique* (idest Prioratui) *cura etiam juriſdictionalis immineat Animarum*, idem importet, 86
ac ſi dictum fuiſſet, *eique Prioratui, non ſolùm cura Fori pœnitentialis, ſed etiam Juriſdictionalis, imminet Animarum.*

Obſervando ulteriùs, quòd in dicta Controverſia aperit ſuum ſenſum pro veritate, ut teſtatur in fine, & propte- 87
rea ex animadverſis per *Card. de Luc. de Teſtam. diſc.* 53. *num.* 7. *ac diſc.* 74. *eodem num.* ibidem firmata præferenda ſunt ſcriptis ab eodem favore Clientis, qui ad excitandam illius ſolitam diligentiam ad praxim reduxit Conſilium *Alciat. lib.* 12. *Parergon. cap.* 12. *ante medium* de quo in *Inſtit. Crimin. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 98. ibi: *Liberalis ſit Litigator, &* 88
*honorarii magnitudine diligentiam Advocati provocet*, & concordat *Reverendiſſimus Zaul. ad Statut Favent. tom.* 1. *fol.* 392. *num.* 8.

Neque hìc facienda eſt vis in deficientia Concurſus, quo mediante in aliquibus antecedentibus Vacationibus nullate- 89
nus fuit collatus Prioratus, de quo eſt quæſtio.

Ultra quod enim talis Concurſus ſervatus dignoſcitur in proviſione, facta anno 1570. & ſic poſt Concilium Tridentinum ut fuit probatum in Summ. & ultra diligentem il- 90
lam examinationem, quam præmittendam ſemper mandarunt Summi Pontifices in collatione dicti Prioratus, ut videre eſt in illa Prioris de Juſtis.

Reſponſio deſumitur ex ſolidè animadverſis, per eumdem *Pitonium de Controv. Patron. allegat.* 5. *per totam* in 91
qua nervosè de more latè probat, Parochiales Eccleſias hodiè providendas ſemper eſſe mediante concurſu in exequtione diſpoſitionis *Sacr. Concil. Tridentini ſeſſ.* 24. *de Reform. c.* 18. etiamſi ab immemorabili (cujus termini longè diſtant in

præ-

præſenti caſu) idem concurſus ſervatus non fuerit, ut videre eſt *ibidem à num.* 2. *& per tot.* in qua declarat omnes authoritates, quæ in contrarium allegari poſſunt, *& num.* 2. *verſic. Quià verò*, refert pariter pro Veritate conſultum ejuſdem opinionis fuiſſe R. P. D. Lambertinum, Sacræ Con-
92 gregationis Concilii digniſſimum Secretarium, ſemper cum laude nominandum, ob inſignem eruditionem, merita, virtutes, Theologiæ, & Juris prudentiæ pleniſſimam cognitionem, ac inceſſantes labores, quibus Romanam illuſtrat Curiam.

Addita alia æquè cathegorica reſponſione, quòd antè Pontificatum Clementis XI. primæ dignitates, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum, quibus innegabiliter anne-
93 xa erat Cura Animarum, nunquam conferebantur per Concurſum, ſed prævio duntaxàt examine habilitatis illorum, qui ad illam aſpirabant, ſolùmque à dicto tempore meritò introducta fuit laudabilis praxis *ut vacantibus Dignitatibus, quibus annexa eſt cura Animarum, & quarum collatio ſpectat ad Datarium, fiat ab Ordinario Concurſus, qui tranſmittitur pro inſtructione animi Sanctitatis ſuæ*, ut his verbis advertitur *in Folio Congr. Concilii diei* 8. *Martii* 1721.
94 *in una Sanctæ Agathæ Gothorum*, eſtquè in Urbe notorium. Et propterea ex eo, quod antè dictum Pontificatum non fuerit collatus Prioratus Fulginei prævio Concurſu ad formam *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform cap.* 18. nullum poteſt inferri argumentum, excluſivum annexionis Curæ Animarum, dum ille in omnibus aliis ſimilibus Dignitatibus, actualem Curam Animarum innegabilitèr habentibus, nullatenù ſervabatur, ut patet Conſideranti.

Minùſque hodiè inſiſtendum eſt in antiquato ſtylo Datariæ, circà diverſam formulam providendi primas Dignitates Cathedralium, & Collegiatarum, habentium annexam Curam Animarum, quæ ante dictum Pontificatum Clementis XI. ſervabatur, ſed precedendum eſt cum regula, quod poſteriora derogant prioribus, de qua in præciſis terminis
95 egregiè *Rota in lauden. Vic.* 14. *Junii* 1694. *§. Fuit enim cor. Card. Caprara* impreſſa apud *Piton. diſcep.* 27. *n.* 44. & generaliter in *Melevitana Decretorum* 2. *Martii* 1707. *§. fin. cor. Anſaldo*.

Et tamèn urget ulteriùs illud diſtinctum quidem, ſed urgentiſſimum motivum facultatis aſſiſtendi Matrimoniis, quæ unicè reſervata eſt Priori noſtræ Eccleſiæ ex admiſſis per Jacobillum, & animadverſis ſupra.

Vis, & efficacia hujus motivi non poteſt meliùs cognoſci, quàm præoculis habendo verba illa *Sacroſancti Concilii Tridentini ſeſſ.* 24 *cap.* 1. *de Reform.* ibi: *Ter. à proprio Con-*
96 *trahentium Parocho &c. publicè denuncietur &c.* & ibi: *Qui aliter quàm præſente Parocho, vel Sacerdote de ipſius Parochi, ſeù Ordinarii licentia &c. Matrimonium contrahere attentabunt &c.* & ibi: *Bededictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, niſi ab ipſo Parocho &c.* Ex quibus, aliiſque in eodem capite contentis, & brevitatis cauſa hìc omiſſis, clarè patet, quòd ex cubitali diſpoſitione ejuſdem Sacri Concilii non datur majus, neque magis ſpecificum diſtinctivum proprii Parochi, quàm facultas aſſiſtendi Matrimoniis, ex adductis ſupra *num.* 20. *&* 21.

Adversùs quæ non obſtat, quòd eadem facultas reſideat etiàm pœnès Sacriſtas, quia id non faciunt iidem Sacriſtæ
97 Jure proprio, ſed utì Coadiutores Prioris, juxtà verba illa Camajanæ Viſitationis *Curam Animarum habere Priorem ipſum, & eſſe conſuetudinem adminiſtrandi curam prædictam à Sacriſtis d. Eccleſiæ, utì Coadiutoribus*, quàm laudabilem conſuetudinem idem Apoſtolicus Viſitator præcepit retinendam eſſe, ut ſcilicèt iidem Sacriſtæ, veluti ipſius Coadjutores, in ipſa Animarum Cura præfato Priori deberent auxiliari.

Minùs videtur refragari aſſertio illa, quod Jus aſſiſtendi Matrimoniis translatum fuerit à Capitulo, vero, & proprio Parocho, in ſolam perſonam Prioris, qui illud non exerceat nomine proprio, ſed nomine Capituli, ad quod colorandum adducta fuit authoritas *Sac. Rot. in dec.* 58. *n.* 13.
98 *&* 14. *cor. Otthobon.* Quia in eadem deciſione non eſt ſermo de facultate aſſiſtendi Matrimoniis, quæ eſt ſpecificativum proprii Parochi, ſed de audiendis confeſſionibus, aliiſque ad ſalutem Animarum pertinentibus, ut dicitur *in cad. dec.* 58. *n.* 15. quæ omnia competere poſſunt, & committi ſolent
99 etiam non Parochis, ut experientia notum eſt, & advertitur *in d. dec.* 58. *n.* 13. *& ſeq. cor. Otthob.*

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt aliud argumentum, innixum promiſcuæ adminiſtrationi ejuſdem Sacramenti Matrimo-
101 nii, competenti nimirum Priori, Decano, & Archipresbytero; Ego enim non ſemel volvendo, & revolvendo Summarium Jacobilli, non potui invenire ullum miſerabilem actum, ullumque caſum, in quo Matrimonii Sacramentum, proprio nomine, & independenter à Priore, adminiſtratum fuerit à Decano, & Archipresbytero Cathedralis Fulginei; E contrà verò in Summario illius Promotoris Fiſcalis reperii concludentes probationes, ex quibus apparet: *Nullum Matrimonium in Libro Matrimoniorum deſcriptum legi, quod ab ullo alio celebratum fuerit, niſi ab ipſomet Priore; Vel à Vice Curatis Sacriſtis de ipſius mandato, & ordine*, & ibi: *Matrimonia, aſcendentia ad numerum tercentum circà, omnia celebrata, & contracta fuiſſe coram ipſomet Priore, & omnes partitas ab eodem fuiſſe ſubſcriptas*, & ibi: *Trà gli atti Parrochiali, che privativamente ſpettono ai Priori di queſta Cathedrale, uno in primo luogo è quello del Sagramento del Matrimonio, il quale ſempre, & in ogni tempo è ſtato amminiſtrato, come di preſente anche ſi amminiſtra da i Priori della medeſima, ne altri del Capitolo ſi è mai intruſo, ne può intruderſi nell' amminiſtrazione di eſſo ſenza licenza, e conſenſo de' medeſimi Priori*, quæ Atteſtatio, utì facta à duobus Ca- 101
nonicis noſtræ Cathædralis, perfectam habentibus notitiam propriorum Jurium, quorum eſt deſtructiva, concludentiſſimè probat, ex adductis *in t.* 2. *p.* 1. *diſcep.* 16. *n.* 16. quibus addo *Rot. in dec.* 380 *nu.* 5. *coram Emerix Jun. & dec.* 78. *n.* 81. *cor. Anſaldo, & in Tyburtina Succeſſ ſeù Recadentiam* 11. *Maii* 1716. *§ Talemque coram eodem.*

Nec contrarium determinatur in particula Viſitationis Epiſcepi Montecatini anni 1646. in qua hæc leguntur: *Sacriſtis imminet onus adminiſtrandi omnia Sacramenta, excepto Sacramento Matrimonii, quod onus ſpectat ad D. Priorem,* 102
*& in ejus abſentia ad D. Decanum, & Archipresbyterum per ordinem.*

Hujuſmodi enim verba confirmant potius, quàm excludunt in Priore privativam facultatem aſſiſtendi Matrimoniis. Licèt autem in ejus abſentià, ipſius loco ſurbogati fuerint a dicto Epiſcopo Montecatino primo loco Decanus, & ſecundo Archipresbyter. Ex hac tamen ſuppeletiva ſubroga- 103
tione, facta ex legitimo motivo abſentiæ, in caſu particularis impedimenti Prioris, ab Epiſcopo, qui Matrimoniis validè aſſiſtere poteſt, tàm per ſe ipſum, quam mediante ejus Vicario, & quocumque alio Sacerdote, ab ipſo ſubrogato, & deputato, nullum omninò argumentum deſumi valet ad probandum, quòd dicatur verus Parochus ille, qui ex ſpeciali Epiſcopi facultate loco Parochi abſentis in particulari caſu Matrimoniis aſſiſtit, ex animadverſis per *Ventrigl. de* 104
*Juriſdict. Archiepiſcop. cap.* 148. *per tot. Amic. in Curſ. Theolog. tom.* 9. *diſput.* 4. *ſect.* 10. *numer.* 80. *& ſeqq.* & alios citatos *in tom.* 3. *part.* 1. *diſceptat.* 1. *§.* 16. *numer.* 15. *& ſeqq.*

Et quidem optima ratione ad ità diſponendum adductus fuit dictus Epiſcopus Montecatinus, ad occurrendum nimirùm illis inconvenientibus, quæ leguntur *in dec.* 308. *coram Dunozet. ſen.* ut ſcilicèt non obſtante abſentia Prioris poſſent 105
illius Parochiani Matrimonia contrahere, quod in nihilo diminuit Curam, penès Priorem exiſtentem, ut in terminis punctualibus probat *Gratian. diſcep.* 865. *n.* 20. *&* 21.

Fortiùs quia facultas privativè aſſiſtendi Matrimoniis non eſt unica, & ſola probatio, quæ militat pro demonſtranda annexione Curæ actualis Dignitati Prioratus, itaut applicetur diſcurſus, qui fit ex parte Jacobilli, quod adminiſtratio unius Sacramenti non faciat, quod illud adminiſtrans ſit Parochus.

Conſtans enim in facto eſt, quod Prior Cathedralis Fulginei omnia alia Sacramenta adminiſtrat, vel per ſe, privativè quoad omnes alios, ut eſt Sacramentum Ma- 107
trimonii, vel per tres Sacriſtas, utì ejus Coadjutores, & proptereà verificantur omnia illa requiſita, quæ verum Parochum conſtituunt, ex animadverſis ſupra quibus addo *Gratian. diſcep.* 865. *n.* 14. *&* 15. loquentem in præciſis terminis noſtri caſus.

Prout etiam non videtur ſubſiſtere, quod Dignitas Prioratus Cathedralis Fulginei non adminiſtret Sacramentum Matrimonii ex proprio ſpecifico Jure, ſed ex Jure tantùm 108
honorifico, in eum à Capitulo translato, cum hoc tamen, quod etiam Decanus, & Archipresbyter ejuſdem Cathedralis poſſint illud adminiſtrare, & hæc ſit ratio, quarè iidem Decanus, & Archipresbyter validè Matrimoniis aſſiſtere poſſint.

Ultrà enim ea quæ ſuprà adnotavimus prò reſponſione ad hujuſmodi cumulativam facultatem aſſiſtendi Matrimoniis, ſtrictè dicimus, quod hujuſmodi diſcurſus non videtur contrarium intentum probare, eo quia in longè debi- 109
lioribus terminis habemus à Doctoribus communiter admiſſum,

ſum, quod illi, qui habent Curam habitualem, & pro exercitio ejuſdem Curæ deputant Vicarium perpetuum, non poſſunt deindè in exercitio ejuſdem Curæ ſe intromittere, juxta theoricam *Abb.in cap. Extirpandæ §.Si qui vero*
110 *num.16.de Præbend.* ubi *Ancharan.num.6.in fine*, ibi: *Vicarii à Canonicis in Cura dependentiam non habent ullo modo, ſed authoritate Juris habent Curæ exercitium de per ſe, quam principalis Canonicus impedire non poteſt, nec in ipſa ſe intromittere, Azzor.Inſtit.Moral.part.2 lib.3.cap.6.quæſt.2.in fine Barboſ.de Paroch.part.1.cap.1.num.58. & Rot. deciſ.* 1009. *num 5.verſ. Non enim coram Seraphin. & deciſ.224. num.16. & ſeqq. part 19. recent.* ibi: *Compertum eſt in Jure, quod habeant omnimodum Jus, privativè quo, ad omnes, etiam quoad illum, cui adhæret Cura radicalis, qui nequit ſe in aliquo ingerere &c. & dato, quod cura radicalis extaret penès Canonicos &c. iſti nequeunt ſe in Cura Animarum intromittere &c.*

Si igitur admittitur ex parte Jacobilli, quod Jus aſſiſtendi Matrimoniis translatum fuerit in primam Dignitatem, ſeù Priorem Cathedralis Fulginei ab illius Canonicis, ha-
111 bentibus curam habitualem, videtur neceſſariò ſequi, quod exindè iidem Canonici mediantibus Decano, vel Archipresbytero, vel quocumque alio Canonico, non poſſint ſe in eodem curæ exercitio intromittere, ea ratione, quia Vicarii, ſeù alii, quibus curæ exercitium committitur ab habentibus curam habitualem, poſt actum dictæ translationis curæ, dicuntur illam exercere authoritate Juris, non autem dependenter ab illis, qui curam habitualem habent,
112 quam adducunt Doctores illi, quos refert, & ſequitur *Rota in dict.magiſtrali deciſ.224. num 18.part.19.recent.*

Neque vis fieri poteſt in facultate baptizandi, competente Canonicis Fulginei, juxtà reſolutionem *Sacræ Con-*
113 *gregationis Concilii 9.Auguſti* 1704. quia ex adductis in *Inſtit. Crimin.lib.1.tit.10.§.2.num.* 193. hujuſmodi facultas baptizandi competere poteſt, vel ex præſcriptione, vel ex alio particulari titulo alteri, quàm proprio Parocho, & conſequenter ab eadem facultate baptizandi, competente Canonicis, nullum omninò deſumi poteſt adminiculum, excluſivum qualitatis veri Parochi reſpectu Prioris noſtræ Eccleſiæ, ex adductis ſupra, quibus addo æquè modernam, ac punctualem reſolutionem dictæ *Congreg. Concilii in alia Fulginaten. 20.Junii* 1720.de qua in *lib.70. Decret fol.*
114 317. ibi: *An ſuſtineatur erectio Fontis baptiſmalis in Eccleſia Parochialis Sanctæ Mariæ Novæ Caſtri Serronis in Caſu &c. Affirmativè, relicta libertate Parochianis Sanctæ Mariæ Caſtri Serronis deferendi filios baptizandos etiam ad alias Parochias.*

Adversùs reflexionem illam, Juri communi, & Concilio *Tridentino ſeſſ.23 cap.25. de Reform.* ſolidè innixam,
115 quod Parochi nulla indigent ſpeciali approbatione ad audiendas Confeſſiones, quàm in Jure comprobant authoritates, ſupra citatæ, quibus addo *Rot.deciſ.60.num.7.coram Ca-*
116 *rill.* ibi: *Siquidem ſi ipſi eſſent Curati, non indigerent particulari approbatione ad audiendas Confeſſiones, ſed requireretur inſtitutio authorizabilis Ordinarii &c. & eo ipſo haberent facultatem adminiſtrandi Sacramenta, proùt habet Archipresbyter, abſque alia ſpeciali approbatione, & licentia, tam attenta diſpoſitione Juris communis &c. quàm ex diſpoſitione Sac. Concil. Trident. &c.*

In facto verò reſpectu Prioris Fulginei concludenter probant duo Sacerdotes, omni fide digni, quorum atteſtationes datæ fuerunt in Summario, in quo ulteriùs adducitur ſolemnis atteſtatio Epiſcopi, eandem veritatem intrà evidentiæ fines ponens, ex firmatis per *Rot. deciſ.200. num.11.*
117 *part.18. recent.* ibi: *Quibus ob qualitatem Epiſcopalis Dignitatis reſpectu unius, & Sacerdotis reſpectu aliorum, maximè annuendum, tanquam Teſtibus omni exceptione majoribus.*

Reſpondetur ex parte Prioris, eiſdem qualificatiſſimis Teſtibus nullam eſſe adhibendam fidem: Non Epiſcopo, cum ſuppoſito, quod gerat partes Oppoſitoris; Minuſ-
118 que dd. qualificatis Sacerdotibus, quorum unus eſt etiam Canonicus, ex quo id affirmant per ſimplicem fidem, quæ nullum probationis gradum conſtituit, in conflictu præſertim contrariæ atteſtationis Prioris Criſpoldi de Gregoriis.

Reſponſio autem nullam meretur attentionem: Tùm quia idem Prior de Gregoriis deponit pariter per viam ſim-
119 plicis atteſtationis, & propterea ſi, juxta prætenſionem Jacobili, non eſt credendum probationi, innixæ fidei dictorum duorum Sacerdotum, neque etiam ex eodem motivo credendum eſt dictæ fidei Prioris Criſpoldi; Tum etiam quia non benè ex parte Jacobilli aſſeritur, Epiſcopum in hac parte facere figuram Oppoſitoris. Quia idem Epiſcopus teſtatur, & reteſtatur, nullam aliam partem feciſſe, nec facere velle, quam ejus obligationi ſatisfacere, ad dictum effectum propriis ſumptibus pro ſui animi directione, & conſcientiæ ſecuritate exquirendo illam veritatem, quæ ei videtur clara; Non enim ſemel, eo tempore, quo in Urbe fuit, aſſeruit, & repetiit, magnum ſibi videri inconveniens & revera tale abſque dubio mihi etiam videtur, quod tres illi Sacriſtæ, qui nullam aliam faciunt figuram, quàm ſimplicium Coadjutorum Prioris, ſingulis annis teneantur ſub- 120
ire rigoroſum examen pro detegenda illorum idoneitate ad exercendam Animarum curam, quodque Prior, qui eſt illorum Caput, nec etiam ſemel in vita eamdem idoneitatem ad exercendam animarum curam teneatur oſtendere, eo ſcilicet tempore, quo de eadem Dignitate Prioratus providetur.

Ad minuendam improprietatem hujuſmodi verè maximi abſurdi non benè aſſeritur, quod ille, qui habilis eſt ad 121
aſſequendam Dignitatem in Eccleſia Cathedrali, abſque ullo alio experimento ſuæ habilitatis, idoneus etiam ſit ad præſtandam materialem præſentiam Matrimoniis cum ſuppoſito, quod pro illorum validitate ſatis ſit ſola phyſica, ſeù materialis præſentia. Hujuſmodi enim opinio de ſpeciali mandato Innocentii XII. examinata, ac attentiſſimè ponderatis omnibus rationibus, & congruentiis, hinc indè militantibus, fuit ſolemniter reprobata à *Congreg. Concilii in Romana Matrimonii die 7.Martii* 1700. raro exemplo 122
ſuffragantibus viginti, & uno ex EE. PP. cum Reſcripto *Reprobata opinione, quod ſufficiat præſentia Parochi purè phyſica, ſeù materialis, cenſuit providendum eſſe in caſibus particularibus*, ut videre eſt in *Tom.1. part.2. diſc 2. per* 123
*totam* & ſignanter *num.214. & in lib. 50. Decret. Sacræ Congreg. Concilii fol* 181.

Ultrà quòd ex ſupra animadverſis Prior Cathedralis Fulginei non ſolum poteſt validè aſſiſtere Matrimoniis, ſed omnia alia Sacramenta adminiſtrant Sacriſtæ illius Coadjutores, ut omiſſis antiquioribus Authoritatibus, de facili 124
cumulandis, reſolvit *eadem Sacra Congregatio Concilii in Florentina Præeminentiarum 9. Aprilis* 1718. *ad primum dubium*, ut videre eſt *in lb.68. Decretorum ejuſdem Sacr. Con-* 125
*greg.fol.* 197. Et propterea illius idoneitas, & habilitas ad illa adminiſtranda nullo modo ſuppleri poteſt per illas generalitates, & regulares propoſitiones, quòd Dignitates Cathedralis præſumantur habiles, ſed talis habilitas apparere debet per illum optimum modum, illamque regiam viam, quam præſcripſit *Sacrum Concilium Tridentinum in ſeſſ.24. de Reform.cap.*18. quamve per viam invariabilis re- 126
gulæ ſan. mem. Clementis XI. ex ſuprà animadverſis extendit ad primas Dignitates, tàm Cathedralium, quàm Collegiatarum.

Cæterùm inſubſiſtentia dictæ atteſtationis Prioris de Gregoriis ad hominem demonſtrari videtur ex ejus innegabili facto, in quo conſtans eſt, quod ipſe in Pagellis Sanctiſſimæ Communionis ſemper ſe ſubſcripſit, cum addito, 127
quod eſſet etiam *Curatus*, quæ qualitas digito demonſtrat, ipſum nulla indiguiſſe licentia ad audiendas Confeſſiones, ex allegatis ſupra. Hoc etiam æquali claritate oſtendit, ipſum eſſe verè, & propriè Curatum, & Parochum, ut in terminis debilioribus ſolius diſtributionis Bollettinorum tempore Paſchatis, quod illa denotet qualitatem Parochi reſpectu diſtribuentis, firmavit *Rot. deciſ. 226. num.2. part.*
*1.recent.* ibi: *Matrimonia fuiſſe ſemper in toto Caſtro, illiuſ-* 128
*que diſtrictu celebrata de licentia Archipresbyteri, eumdemque diſtribuiſſe Bolletinos tempore Paſchatis: & deciſ. 258. num.1 eadem part.* ibi: *Præcipuè illud factum, quod ſpecificè Teſtes ſignificant, videlicèt D. Archipresbyterum quotannis diſtribuiſſe Signa, ſeù, ut ipſi dicunt, Bollettinos tempore Paſchatis Reſurrectionis pro recognitione eorum, qui Præceptum Eccleſiæ adimpleviſſent, quæ res propriè ſpectant ad Parochum.*

In qua parte non benè ſuppoſitum fuit, quod talis additio *Curati* in præfatis Bollettinis nunquàm anteà uſurpata 129
fuerit ab aliis Prioribus, ibi: *In Pagellis &c emiſſa tantùm fuit à moderno Priori &c. nunquam tamen ab aliis ejus Anteceſſoribus, qui ſolum uti Priores ſeſe ſubſcripſerunt, &* ibi: *Quod in aliquibus Bollettinis Communionis in Paſchate ſubſcriptus reperiatur ultimus Prior titulo Curati, nam conſtat in facto. quod Priores Anteceſſores nunquam ſe ſe ſubſcripſerunt hujuſmodi Pagellis, niſi ſimplici titulo Prioris.*

Contrarium enim deſumitur ex ſola, & ſimplici lectura, & recognitione Summarii, impreſſi, & coram Con-

greg.

130 greg. Concilii pro parte Prioris de Gregoriis, exhibiti die
5 Aprilis 1704. in cujus *Num.* 3. hæc habentur.

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginei 1671. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginei 1672. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginei 1673. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginei 1674. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fnlginei 1675. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginei 1676. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

*Communicatus in Eccleſia Cathedrali Fulginci 1677. Diomedes Frenſanellus Prior, & Curatus.*

Et quod magis eſt hujuſmodi qualitas non eſt aliquid no-
vitèr adinventum, vel à dicto moderno Priore de Grego-
131 riis, vel ab ejus Anteceſſoribus, ſed uſurpara ſemper fuit ab
omnibus Epiſcopis Fulginatenſibus ab annis ſuprà centum,
ut idem Prior de Gregoriis coram dicta Sac. Congr. Concilii probavit in alio ejus Summario impreſſo, & dato die 9. Auguſti 7041. ibi;

*Decius Donnula &c. Vicarius Generalis Fulginei &c. Rev. D. Chriſtiano de Rubeis Priori Cathedralis, Parocho &c. Datum Fulginei die 15. Julii 1619.*

*Hippolytus Corſettus &c R. D. Chriſtiano de Rubeis Priori, & Cathedralis Fulginaten. Parocho &c. Datum die 20. Septembris 1619.*

*Hipppolytus Corſettus &c. Fulginei Vicarius Generalis &c. R. D. Priori Cathedralis Parocho, & Curato &c. Datum &c die 22. Januarii 1620.*

*Hippolytus Corſettus &c. Fulginei Vicarius Generalis Rev. D. Chriſtiano de Rubeis Priori Cathedralis Curato &c. Datum &c. die 29 Februarii 1620.*

*Porphirius Felicianus &c. Epiſcopus Fulginei D. Priori Curato Eccleſiæ Cathedralis Fulginaten. &c. Datum die 13. Januarii 1624*

*Abbas Angelus Felicianus &c. Fulginei Vicarius Generalis R. D. Priori Curato Eccleſiæ Cathedralis Fulginei &c. Datum &c. die 2. Maii 1632.*

*Abbas Angelus Felicianus &c. Epiſcopi Fulginei Vicarius Generalis &c. R. D. Priori, & Curato Eccleſiæ Cathedralis Fulginei &c. Datum &c. die 24. Aprilis 1633.*

*Antonius Comes Montecatinus &c. Epeſcopus Fulginei &c. R. D. Diomedi Frenſanello Priori, & Curato Eccleſiæ Cathedralis Fulginei &c. Datum die 1. Septembris 1665.*

*Franceſco Baldaſſini Vicario Generale &c. concediamo licenza al Priore Franſanelli Curato di S. Feliciano &c. Dato in Foligno li 24. Gennaro 1690.*

*Franceſco Baldaſſini &c. Vicario Generale concediamo licenza al Sig. Priore Frenſanelli Curato di S. Feliciano &c. Dato in Foligno li 28. Gennaro 1690.*

*Franceſco Baldaſſini Vicario Generale &c. concediamo licenza al Sig. Priore Diomede Frenſanelli Curato della Chieſa Cathedrale di S. Feliciana di Foligno &c. Dato in Foligno li 10. Marzo 1690.*

Ex quibus, & aliis ſimilibus enunciativis, quæ de faci-
li in hac parte cumulari poſſunt, nulla videtur habenda
132 conſideratio illarum expreſſionum, in quibus moderni
Priores Frenſanellus, & de Juſtis, vel ex cauſa brevitatis, vel ex alio motivo, quod divinari facile non poteſt, omiſerint ſimilem expreſſionem Curati in una, vel altera ex Pagellis tranſcriptis in Summario Jacobili.

Tum quia illæ remanent ſuffocatæ ab antiquis, imò an-
tiquiſſimis, mediis, modernis, & moderniſſimis contra-
riis enunciativis omnium dictorum antecedentium Prio-
rum, juxtà ea, quæ notant Doctores de Teſtibus in ma-
133 gno numero in conflictu numeri minoris, ut videre eſt
apud *Parlador. lib. 3. quæſt. 9. ſub num. 10. Barboſ de Poteſtat. Epiſcop. allegat. 57. ſub num. 186. & Rot. deciſ. 19 num. 7. coram Celſo.*

Tum etiam quia qualitas veri Parochi deſumitur etiam
ex ſola diſtributione dictarum Pagellarum, ſeù Bollettino-
134 rum Communionis, ſemper, privativè quoad omnes alios,
facta ab omnibus Prioribus non impeditis, neque abſenti-
bus, etiamſi careant additione *Curati*, ſeù *Parochi*, ex
allegaris ſupra, quibus addo *æquè magiſtralem, ac punctualem deciſionem Rotæ in deciſ. 60. num. 8. coram Carill.* ibi: *Qui-
bus accedit, quod ſolus Archipresbyter tempore Paſchatis di-
135 ſtribuit, & colligit Bollettinos, impreſſos cum ſuo nomine,
contrahit Matrimonia, deſcribit Baptizatorum, & Morientium nomina, quæ omnia probant ad illum, non ad Presbyteros, animarum Curam ſpectare Gloſſ. &c.*

Ex quibus videtur adequatè reſponſum regulari illi pro-
poſitioni, quod prima Dignitas Cathedralis non præſu-
mitur curata, niſi probetur talis, eo quia omnia prædicta,
præcipuè ſimul unita, ut in qualibet materia faciendum
eſſe monent adducti in *deciſ. 60 num. 25. coram Buratt. &* 136
*deciſ. 732. num. 2. coram Emerix. jun.* videntur concludenter
probare annexionem Curæ actualis penes Priorem Cathedralis Fulginei. Dicta igitur generalis præſumptio cedere debet in noſtro caſu veritati, ut ſupra concludenter probatæ, juxtà regulam, de qua *Rota deciſ. 416. ſub num. 6. coram Ludoviſ & deciſ. 23. num. 19. & 20. coram Priolo.*

Videtur pariter adequatè reſponſum alteri propoſitioni,
quod in his terminis Cura actualis non reſideat penè Sacri- 137
ſtas nominatos à Capitulo, ſed penès ipſum Capitulum
nominans reſidere videatur Cura actu, & habitu juxta
theoricam *Jun. in cap. Cum non ignores num 2. de Præben.*

Quia in hac parte proceditur cum æquivoco, in eo con-
ſiſtente, quod Sacriſtæ ſint Coadjutores Capituli in exer-
citio Curæ animarum, quod non ſubſiſtit in facto, dum il- 138
li dicuntur, & ſunt Coadjutores Prioris, non autem Ca-
pituli, juxtà animadverſa ſuprà. Et propterea, licèt ve-
rum ſit, quod illi non ſint veri Paruchi, & proprii Cura-
ti reſpectu Capituli, illos nominantis, minuſque in ordi-
ne ad Priorem, cujus ſunt ſimplices Coadjutores, ad evi-
tandam monſtruoſitatem plurium capitum in eodem Cor-
pore, ſeù Parochia, quam conſiderant *Gonzal. ad Regul. 8.*
*Cancell. gloſſ. 6. num 47. Gomez ad Regul de Idiomat. quæſt.* 139
*11. num 6. verſ. Requiritur, & Gratian. diſcept. for. cap. 865. num. 24. & 25.* Eſt tamen verè, & propriè Curatus idem Prior, uti habens eoſdem tres Sacriſtas ſub ſe, tanquàm Coadjutores in exercitio Curæ animarum, & uti obligatus ad reddendam rationem adminiſtrationis omnium Sacramentorum, eodem prorsùs modo, ac ad id obligati ſunt tres Sacriſtæ ejus Coadjutores, ut in ſpecie demandatum fuit in Viſitatione Epiſcopi Montecatini anni 1646. ibi; *Inſuper fuit monitus Perilluſtris D. Prior Cathedralis, nec-non Sacriſtæ ejuſdem, ut accedant ad Ædem Epiſcopi coram D. S. I. ut per D. S. I. interrogentur circà adminiſtrationem Sacramentorum.*

Aliàs enim manifeſtam involveret implicantiam, & pal-
pabile abſurdum, quod Prior, non habens qualitatem, &
denominationem veri, & proprii Curati, ſeù Parochi,
juxtà aſſertionem Jacobill., ſed exercens animarum Cu- 140
ram, non proprio Jure, ſed nomine Capituli, in tali ſub-
alterno, & dependenti exercitio, non unum, vel alium,
ſed tres haberet Coadjutores, quod ex ſe unicè conſidera-
tum, videtur adeò repugnans, adeòque improprium, ut
nulla opus ſit Doctorum authoritate ad talem repugnan-
tiam, & improprietatem oſtendendam ex animadverſis per
*Card. Pallavic. in Hiſt. Concil. Trident. lib. 3. cap. 13. num. 8.*
cum aliis, citatis à *Pignatel. conſul. 6. num. 14 tom 1. & Rota* 141
*in Romana Pecuniaria 11. Junii 1706. §. Quin obſtat coram Molines.*

Omnia hæc, præcipuè ſimul unita, videntur clarè oſten-
dere, quod Prioratus Cathedralis Fulginei habeat anne-
xam actualem Curam, animarum, tàm Fori Pœnitentialis, 142
quàm Juriſdictionalis, & tamen etiamſi aliquod in hac par-
te remaneret dubium, illud penitùs ſublatum diceretur ab
obſervantia, quæ potens eſt in hac parre declarare, cuinam
ſpectet curam animarum, ut, omiſſis generalibus, in noſtris
præciſis terminis obſervat *Panimoll. deciſ 5. annot. 2. num.* 143
*1.* & firmavit *Rota deciſ. 135. num. 2. coram Celſo.*

Quæ obſervantia ex probatis in Summario deſumpta ex
Scripturis exhibitis à Priore de Gregoriis coram Congreg.
Concil. *diebus 5. Aprilis, & 9. Auguſti* 1704. innegabilis eſt 144
quoad diſtributionem Bollettinorum Communionis tempore Paſchatis, quoad declarationem, quod Priores erant Curati, quoad privativam facultatem aſſiſtendi Matrimoniis, quoad poteſtatem audiendi Confeſſiones abſque ullo præcedente examine, & quoad adminiſtrationem omnium aliorum Samentorum, quæ perindè habentur ac ſi eſſent adminiſtrata à Priore, dum adminiſtrata fuerunt, ac adminiſtrantur à tribus Sacriſtis in figura illius Coadjutorum, juxtà clara verba Viſitationis Camajanæ, regiſtrata ſupra num. 2. & 3.

Poſtquam fuerat ſignata Supplicatio favore Jacobilli, ſe 145
opponente illius relaxationi Promotore Fiſcale, cum exhibitione primæ Scripturæ in Congregatione Datariæ, ab hac fuit remiſſa Inſtantia ad Congregationem Concilii pro Voto, in qua die 2. Octobris 1721. quando fuit exhibita alia

Scri-

Scriptura, de qua ſupra à num. 62. propopoſitum fuit dubium: *An ſit r laxada Supplicatio*, reſolutum cum reſcripto: *Non eſſe relaxandam Supplicationem*. Repropoſita verò Cauſa in Congreg. habita die 27. Februarii ſub conſueto dubio: *An eſſet ſtandum, vel recedendum à deciſis*, fuit reſponſum, ut videbimus in fine hujus Libri.

## DISCEPTATIO III.

### Ordinis Sancti Auguſtini Magiſterii.

*INTER*

Regentes, & Prædicatores.

### ARGUMENTI.

*Loco ſubnectuntur ſequentia Dubia.*

Dub. I. *An, cum PP. Regentes expleverint quinquennium, & Prædicatores decennium, ad formam Conſtit Ordin. ſeu Decreti Capituli Generalis, ſint præferendi qui primò expleverint in caſu &c.*

Dub. II. *An omnia illa Loca, ad quæ mittuntur Concionatores à P. Generali Ordinis, ſint conſideranda, & connumeranda inter principaliores Civitates Italiæ, in caſu, & ad effectum de quo agitur.*

FActum hujus Cauſæ ſatis, ſuperque deſumitur ex dictis Dubiis, inter quæ ex voluntate Prædicatorum omiſſum fuit primum, quando ſcilicèt, tam Regentes, quàm
1 Concionatores eodem anno explent tempus Lecturæ, & Concionum; Eo quia in iſtis terminis iidem Prædicatores ultrò concedunt, Regentes præferendos eſſe Concionatoribus.

Fuit proindè ex parte eorundem Concionatorum dumtaxàt prætenſum, quòd quando ipſi tempus decennii Concionum explent, antequam Regentes compleant tempus quinquennii Lecturæ, in his circumſtantiis Concionato-
2 res præferendi veniant Regentibus, etiamſi dicto tempore P. Generalis non obtinuerit à Summo Pontifice Gratiam declarandi Magiſtros in Sacra Theologia: Tempore autem quo illam obtinet, Regentes pariter ſuum tempus Lecturæ, ſeu Regentiæ expleverint.

Pro congrua autem hujus Dubii reſolutione enixis precibus ſupplicamus præ oculis habere circumſtantiam illam, à qua deſumi poteſt illius ſolidum fundamentum, in eo conſiſtentem, quòd P. Generalis noſtræ Religionis non habet
3 in ſuis ordinariis facultatibus poteſtatem quolibet anno, & ad ſui libitum, creandi Magiſtros in Sacra Theologia, neque Regentes, neque Concionatores, neque ante, neque poſtquam illorum Curſus conſumarunt, ſed illam ſummis precibus petere ſolet, & ex mera gratia à Summis Pontificibus obtinere, quorum aliqui, ut fecit Ven. Dei Servus Innoc. XI. toto tempore ejus glorioſiſſimi Pontificatus illam nunquam concedere voluit; Aliqui verò in determinato numero candem Gratiam conceſſerunt, vel concedere ſolent, ſed quando ipſis videtur, & placet, & cum illis conditionibus, quas apponere eis congruum videtur, & regulariter, prævio Voto Congreg. Concil. vel alterius
4 Sac. Congreg. Epiſcop. & Regul. Idque, vel in primo, vel in ſecundo, vel in quolibet alio ex ſex annis Generalatus.

Hoc præmiſſo, quia ſolet ſæpè evenire, quod tempore conceſſionis hujus Gratiæ reperiantur, tam Regentes, quàm Concionatores, qui eorum Curſum antea conſumarunt; Propterea in his circumſtantiis ſtrictè quæritur, an
5 illi Regentes, qui tempore Gratiæ, à Summo Pontifice P. Generali conceſſæ pro Magiſteriis, compleverunt tempus quinquenni Lecturæ, præferendi ſint Concionatoribus illis, qui ante dict Gratiam Summi Pontificis terminarunt decennium Concionum.

Pro hujus igitur Dubii, juxta hunc proprium ſenſum, congrua reſolutione, præmittenda videntur plura, &

I. Quòd non vigore Conſtit. alicujus Summi Pontificis, neque ad terminos noſtræ Conſtitutionis ſed in exequutionem dumtaxat diſpoſitionis Cap. Generalis anno 1685. non
6 in tota noſtra Religione, ſed in ſola Italia: Itaut in Hiſpaniarum Regnis, in Luſitania, in Belgio, & indiis, in quibus non defuerunt unquàm, neque de præſenti deſunt inſignes verbi Dei Concionatores, prorsùs inauditum ſit, incognitumque nomen Magiſtri ad titulum Concionatoris generalis; Atquè in ipſamet Italia, neque omnes Prædicatores generales in quacumque illius Civitate, utcumque verbum Dei prædicantes, tali Magiſterio decorari ſolent, & poſſunt; Sed ſolum illi, qui cum plauſu, & juſta fama, per decennium in principalioribus ejuſdem Italiæ Civitatibus verbum Dei deprædicaverint, ex mera gratia habilitati fuerunt ad Magiſterium aſſequendum, ſequentibus verbis: *Magiſtri Laurea illi tantummodò in Italia decorentur, qui probitatis, & doctrinæ laude præfulſerint, & quinquennio munus Regentis obierint; Vel in PRINCIPALIORIBUS Italiæ Urbibus verbum Dei decennio cum plauſu, juſtaque fama deprædicaverint*, & notant P. Mengarellus, 7
olim noſtræ Religionis Secretarius Generalis *in Opuſc* cui titulus: *Cronologia della Promozione al Magiſtero fol. 7. verſ. Così parlando*, ibi: *Così parlando de' Predicatori generali, ogn'uno può ben comprendere quanto vi voglia per renderſi capace di predicare nelle Città con applauſo &c. prima di renderſi capace del Magiſtero, al quale poi non ſi promovono ne anco tutti, ma li migliori, e di maggior applauſo*. Quæ poſteriora verba ſupplicamus præ oculis habere pro congrua reſponſione ad Notulam Prædicatorum, exhibitam in hac Sac. Congreg. die 5. Auguſti 1719. in qua abſque ullo delectu pro Laurea Magiſterii adnotantur omnes omninò Prædicatores illi, quibus expeditæ fuerunt Literæ Patentes concionandi, cum ſpecificatione illius Datæ, & ſequenti Apoſtilla: *Nota de' Predicatori, che nella Religione di S. Agoſtino dall'hanno che furono deputati, indicato dal milleſimo, hanno terminato il ſuo decennio, e però degni del premio, e Laurea Magiſtrale*; Itaut ad tenorem hujus Apoſtillæ in futurum in noſtra Religione pro obtinendo Magiſterio ad titulum Concionatoris, ſatis ſit extrahere Fidem deputationis in Concionatorem, & deinde computare decennium à tempore illius Datæ, quod quantum abſonum ſit, de ſe patet.

Non ſic autem reſpectu Regentium, quibus de Jure, ſeu ad formam noſtrarum Conſtit debetur Magiſterium, eo ipſo, quod poſt Lecturam, prævio ſolito examine, conſtat de illorum idoneitate, juxta illa verba *noſtr. Conſtit. Reform.* 8
*anni 1551. Qui in Lectoria munus ſuum diligenter, & cum profectu Diſcipulorum exercitati fuerint, ad Baccalaureatum primùm promoveantur, deindè ab eodem Priore Generali, (ſi poteſtatem à SS. D. N. habuerit) Magiſtri in Sac. Theologia creentur*, quod nullum relinquit arbitrium P. Generali (habenti à Papa poteſtatem) non creandi Magiſtrum Regentem illum, in quo concurrant omnia requiſita, & illius loco graduandi Concionatorem, ſibi beneviſum, juxta animad- 9
verſa per *Altogr. conſ. 58. ſub. num. 54.* & firmata per *Rot. deciſ. 188. num. 28. part. 17. & deciſ. 9. num. 10. & 11. deciſ. 327. num. 20. part. 18. recent.*

II. Præmittendum eſt, quod Magiſterium illud, de quo diſputamus, nihil aliud eſt, quàm Laurea Sac. Theologiæ, ſeu ſolemne, & authenticum teſtimonium excellentiæ in tali Theologica Facultate, circa cujus quæſtiones examinari priùs debent omnes illi, qui laureari cupiunt, juxta di- 10
ſpoſita *in Conſtit S. M. Urbano VIII.* quæ unicè directa ſunt Regentibus, nullo autem modo apta ſunt Concionatores directè comprehendere, ut, ex illius recognitione remaner manifeſtum.

Et propterea in illius aſſequutione ex juſtitia primò, & principalitèr præferendi ſunt Regentes, qui in eadem Theologica Facultate per integrum quinquennium portarunt pondus diei, & æſtus; Secundariò verò, ac minùs principalitèr, & ex gratia Concionatores, qui ex profeſſo eidem Exercitio nullatenùs incumbunt, ſed alteri Facultati, ſeu Concionibus operam dant, ut benè advertit *Brancaccin. de Jur. Doct. lib. 2. cap. 1. num. 1. in fine*; Et rationem adducit *D. Thom 1. par. quæſt. 1. art 5.* quia ſcillcet aliæ Profeſſiones di- 11
cuntur ancillæ Sac. Theologiæ, juxta id, quod legitur *Prov. 9. 3 Miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem*, inter quas ancillas non dedignatur annumerari concionandi Facultas, latè *Mend de Jur. Accad. lib. 1. quæſt. 1. per tot.* & ſignanter *num. 8. 12. & 350.*

III. Præmittendum eſt, quod non benè exageratur ex adverſo qualitas Concionatoris generalis, uti diſtincta, & ſeparata à munere Regentis, ad ſuadendum, quod ſi illi in Magiſterio aſſequendo non præferantur Regentibus, in fu- 12
turum vix reperietur Religioſus, qui Concionatoris munus aſſumere velit.

Ultrà quod enim pro adequata reſponſione ſat eſt oculos convertere ad noſtram Religionem in toto Catholico Orbe diffuſam, Italia excepta, in quo non deſunt inſignes verbi Dei Concionnatores, licèt extra Italiam nulla adſit 13
ſpes, neque à remotiſſimis, conſequendi Magiſterium per medium prædicationis, ut obſervavimus ſupra. Strictè reſpondemus, notorium eſſe in noſtra Religione, quod excel-

excellentiores fuerunt, longeque major eſt numerus illorum Concionatorum, qui ſunt, vel fuerunt pariter Regentes, ac ſint alii Prædicatores, qui non fuerunt tales: Ita ut in Eccleſia S. Auguſtini Urbis ab anno 1695. uſque ad cadentem annum 1719. ex 25. Concionatoribus, qui in Urbe verbum Dei cum plauſu, & juſta fama per integros Curſus quadrageſimales annunciarunt, quinque dumtaxat, non fuerunt Regentes.

Imò notorium pariter eſt, quod inter celebriores Concionatores, qui hodiè noſtram Religionem illuſtrant, quivè cum plauſu, & juſta fama Conciones habue-
14 runt, nedum in principalioribus Italiæ Civitatibus, ſed etiam in principaliſſimis extra illam, & præcipuè apud S.C. & C.M. quivè aſcendunt ad numerus 26. unus dumtaxat reperitur, qui non per viam Regentis, ſed ſolius Concionatoris generalis, Magiſterium obtinuit.

IV. Eſt præmittendum, quod non ſine myſterio in contr. Summ. deſcripti fuerunt aliqui Concionatores generales, qui utì tales Magiſterium fuerint conſequuti, confuſim, ſeù
15 promiſcuè, & indiſcriminatim cum Regentibus, quorum nomina, non ſolum colore brevitatis omiſſa fuerunt ſub hac myſterioſa phraſi, *cæteris omiſſis*, *cæteris prætermiſſis*, nè ictu oculi detegeretur maximus numerus Regentium, qui ad excluſionem Prædicatorum generalium prælationem ſemper obtinuerunt in conſequutione Magiſterii; Sed ulterius data opera in eadem Atteſtatione gratis ubique fuerunt poſtpoſiti aliqui Regentes Prædicatoribus, ut ſignanter practicatum fuit reſpectu Graduatorum à P. Generali Serano: Dicitur enim ibi: Reverendiſſimus P. Seranus. Concionator Valenti, ultimò Regens Memmola. Et tamen ex publico Inſtrumento, quod datur, conſtat evidenter, id nullam habere in facto ſubſiſtentiam, quia innegabilis veritas
16 hæc eſt, quod ultimus promotus non fuit Regens Memmola, ſed Concionator Valenti, ut cantat Regeſtum, ex quo deſumpta fuit contraria Fides, ibi *Die* 14. *Magiſtros declaravimus &c. P. Baccalaureum, & Regentem Fr. Thomam Memmolam ab Aquaviva, qui per quinquennium Regentis munus laudabiliter obivit, & P. Baccalaureum, & Concionatorem generalem Fr. Leopoldum Valenti Florentinum &c.*

Cum illo addito, omnem in hac parte excuſationem excludente, quod in margine ejuſdem Libri, ubi deſcribuntur dd. duo Graduati, apoſtilla pariter prælationem dat Regenti in concurſu Prædicatoris generalis, ibi: *In marginæ d. partitæ adeſt ſequens adnotatio, videlicèt Magiſtri declaratio P. Regentis Memmola, & P. Concionatoris Valentis.*

In hac autem parte omnem merentur Regentes compaſſionem; Cùm enim exponenda eſſet huic Sacroſancto Senatui pura veritas circa electiones Magiſtrorum, factas à
17 PP. Generalibus noſtræ Religionis poſt d. annum 1685. in dicta contraria Atteſtatione, quæ in Congreg. habita die 30. Sept. 1719. exhibita fuit, cum ſuppoſito, quod Regentes non deducerent propria Jura, ad proiiciendum pulverem ante oculos ſapientiſſimorum Judicantium, & ad demonſtrandum, quod, promiſcuè, cum Regentibus, promoti fuerunt etiam Prædicatores, ſub dictis myſterioſis verbis, *cæteris omiſſis*, *cæteris prætermiſſis*, relictæ fuerunt illæ promotiones Magiſtrorum, in quibus nullus fuit admiſſus Prædicator Generalis, In aliis verò, inaudita facilitate, Prædicatores præpoſiti fuerunt Regentibus, adversùs literam illorum Regeſtorum, à quibus Fides deſumpta fuit;
18 Quantum verò modus iſte operandi opponatur illi candori, cum quo procedi ſolet in Tribunalibus, & præcipuè in ſacroſanctis EE. PP. Conſeſſibus de ſe patet.

Poſita proindè d. evidentiſſima diverſitate Fidei ab illis Regeſtis, ex quibus deſumpta fuit, atque Nobis, enixè ſupplicantibus, denegata fuit permiſſio, eamdem Fidem confrontandi cum ſuo originali, eo tempore, quo exadverſo
19 repetitæ fuerunt importunæ inſtantiæ pro celeri Cauſæ propoſitione; Hoc unum addere poſſumus, quod eadem Atteſtatio, ſeù ſpecioſa Fides, utì in una parte evidentiſſimè inſubſiſtens in totum reiicienda eſt, & in reliquis ſuis partibus nullam meretur fidem, ex regula, de qua *Rota Aven dec.* 33 *num.* 1. & 2. ubi refert, & ſequitur illud *Virgilii*
20 *Crimine ab uno Diſce omnes*, *Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.* 28. *c.* 13. *n.* 17. ubi refert, & ſequitur illud *D. Jacobi Apoſtoli: Qui in uno delinquit factus eſt omnium reus*, cum aliis concordantibus, de quibus *in Inſtit. Crim. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 23. quibus addo *Rot. cor. Beninc. dec.* 268. *n.* 10.

His opportunè præmiſſis, pro favorabili reſolutione noſtri primi dubii videtur ſuperabundare ſolus tenor diſpoſitionis Capituli generalis anni 1685. quæ omnem excludit contrariam criticationem, ſeù detorſionem: In illo enim diſponitur, quod *Magiſterii laurea illi tantùm in Italia decorentur, qui probitatis, & doctrinæ laude præfulſerint, &* 21
*quinquennio munus Regentis objerint; Vel in principalioribus Italiæ Urbibus Verbum Dei decennio cum plauſu, juſtaque fama deprædicaverint*. Ex quibus remanet maniſeſtum, quod, poſita facultate graduandi in P. Generali, obtinenda à Summis Pontificibus, primus, & principalis locus attribuitur 22
Regentibus, deindè verò in horum defectum, & in ſubſidium, mediante particula illa *Vel*, datur locus non omnibus, ſed aliquibus tantum ex Concionatoribus generalibus, hoc eſt illis, qui cum plauſu, & juſta fama *In principalioribus Italiæ Civitatibus verbum Dei deprædicaverint*.

Et proindè applicatur aurea illa diſtinctio, uno ore à Doctoribus recepta, & à magnis Tribunalibus canonizata, quod dictio *Vel*, aut ponitur inter Perſonas ejuſdem profeſſionis, 23
& qualitatis, & importat alternativam; Aut ponitur inter Perſonas diverſæ profeſſionis, & qualitatis, juxta terminos noſtri caſus, in quo poſita fuit inter Regentes, & Concionatores, & tunc importat prælationem, ordinem, ſeù præcedentiam primò nominatorum: *Textus* utriuſque Juris recognoſci poſſunt *in can. Metropolitani* 63. *diſt.* ubi *Glo. Verbo Et Presbyterum*, ibi: *Presbyterum præmittit, qui enim* 24
*prior eſt in ordine, erit Prior in electione &c. hæc dictio Vel, non dat illis optionem ſic, ſed ordo verborum oſtendit, quo ordine debeant eligere, & in l. Hæredes mei §. finali, ff. ad Tre-* 25
*bel. & in l. Cum Pater* §. *per ult ff. de Legat.* 2. quos ſequuntur doctiſſimus Canoniſta *Fagnanus* olim hujus S. Cong. Secretarius *in cap. Inter cæteros num.* 27 *& ſeqq de Reſcript.* ibi: *Et ſi alternativa regulariter electionem tribuat, & alteram ejus partem adimplere ſufficiat &c. Tamen, quando eſt poſita inter* 26
*perſonas, habentes diverſas qualitates, & in primò nominatis ſubeſt major ratio, quàm in poſterioribus, in ſecunda parte alternativæ comprehenſis, tunc alternativa ordinem inducit, non electionem, & ad ſecundam partem alternativæ perveniri non debet, niſi in ſubſidium, & in defectum primæ: Barboſ. dict.* 415. *numer.* 2. *in fine*, *Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 379. *num.* 26. *Card. de Luca de Jurepatr. diſc* 88. *numer.* 4. *& Rota dec.* 558. *numer.* 5. *par.* 5. *rec. & coram Arguel. dec.* 62. *numer.* 8. *in Derthuſen. Juriſdict.* 28. *Jan.* 1697. §. *Præfatis* 27
*cor. Pio*, ibi: *Ubi, prout hic, alternativa legitur expreſſa inter illos, in quibus ordo Juris conſideratur, tunc per eandem dicitur præſcriptus ordo, priùs primum, in quo ſubeſt major ratio, deindè ſucceſſivè alios in ſubſidium deſignans, & in Gerunden. Juriſdiction.* 14. *Junii* 1702. §. 3. *coram Cardinal. Priolo, & in Mediolanen. Præeminen.* 2. *Decembr.* 1705. §. *Accedebat coram Anſaldo*, ibi: *Cum ipſe ordo an-* 28
*tepoſitionis importet præcedentiam, & ſuaptè natura antelationem*, cum aliis, ſequutis *à D. Piton. in Parerg. poſt ejus Diſcept. Eccleſ. n.* 3. & 4.

Habemus hoc ſolemniter deciſum à Sacr. Rit. Congregat. utraquè Parte acerrimè informante in celebri *Romana* 26. *Aprilis* 1704. *ad relat. Cardin. Barberini*: In illa enim quæſtio erat circa impoſitionem, & depoſitionem Mitræ, & Gremialis, uno ex DD. Cardinalibus celebrante coram Summo Pontifice, impedito Diacono, an 29
ſcilicet idem munus ſpectaret ad Subdiaconum, vel ad Magiſtrum Cæremoniarum: Ad demonſtrandam autem quòd ſpectare poterat ad Cæremoniarum Magiſtros, ex iſtorum parte adducebantur verba *celeberrimi Cæremoniarum Magiſtri Parid. de Graſ. lib.* 1. *cap.* 25. *de Uſu Mitr. pretioſ.* ibi: *Officium Diaconi eſt ponere; & deponere Mitram, niſi quando eſt occupatus, &c. quia illo caſu pro Diacono ſupplet Subdiaconus, aut Aſſiſtens Cappellanus, vel Cæremoniarius*, & acerrimè inſiſtebatur in efficacia, atque virtute dictionis disjunctivæ *vel*, in alternativum ſenſum interpretatæ, & comprobatæ ab immemorabili conſuetudine, practicata ſub oculis Summi Pontificis, & coram toto cætu S. R. E. Cardinalium: Et nihilominus, tali conſuetudine non attenta, reſponſum fuit dictam dictionem *vel*, utì poſitam inter Perſonas diverſæ qualitatis, importare ordinem, non autem alternativam, & proindè Cæremoniarum Magiſtros in dicta functione non poſſe concurrere cum Subdiacono, ſed debere ei locum cedere; Et adverſus hujuſmodi fundatiſſimam reſolutionem Eadem Sacr. Congreg. novam etiam Audientiam Magiſtris Cæremoniarum Cappellæ Pontificiæ inexorabilitèr denegavit, prout hæc omnia latiùs referuntur in *Tom.* 2. *par.* 1. *diſc.* 28. *per tot.* & ſignanter *à n.* 94. *uſque ad* 104. 30

Hujuſmodi autem legalis, & obvius ſenſus dd. verborum Decreti Capituli generalis anni 1685. ad hominem comprobatur ex pluribus.

Et primo ex eo, quod repugnat omni veriſimilitudini, quod

quòd Religioſi illi, deputati à Capitulo generali anni 1685.
qui omnes fuerunt Regentes, in æternum præjudicium Re-
gentiæ, non ſolùm voluerint gratioſè admittere ad con-
31 curſum Magiſterii Prædicatores generales in ſubſidium,
ſeù in defectum Regentium, qui non adhuc compleverant
eorum quinquennium, ſed etiam ad excluſionem eorun-
dem Regentium, decernere voluerint, quòd illis præferri
poſſent Prædicatores, quam inveriſimilitudinem extollunt
*Afflict. dec.* 319. *n.* 9. *& Rot. dec.* 369. *num.* 42. *par.* 19. *rec. & in*
32 *Conſtantien. Juriſdict. ſuper bono Jure* 4. *Junii* 1717. *§. Ac
indubitanter cor. Anſald.*

Secundò ex punctualiſſima authoritate *P. Mengarelli*,
olim noſtræ Religionis Secretarii generalis *in Opuſc.* cui ti-
titulus, *Cronologia della Promozione al Magiſtero fol.* 6. ubi
33 perinde ac ſi pro veritate requiſitus fuiſſet in noſtro caſu, in
quo P. Vicar. Generali conceſſa fuit facultas laureandi de-
cem Magiſtros, hæc ait: *Se vi è il Breve per dieci ſoli Mae-
ſtri &c. e vi ſono &c. Regenti, che hanno fatto il ſuo quinquen-
nio aſſiſte alli dieci PP. Reggenti anteriori il dritto di eſſere pro-
moſſi, e non ha luogo la controverſia, ſe delli dieci ſi abbiano da
promovere otto Regenti, e due Predicatori, perche prima ſi
hanno da promovere li Reggenti, poi qualcheduno de Predi-
catori, li migliori, e li più applauditi, ſe vi reſtano luoghi,
Così fece il Generale Pacini, come ſi vede da Regiſtri, Così han-
no fatto gl'altri PP. Generali ſucceſſori &c.* Quantæ autem ef-
ficaciæ ſit punctualis authoritas, non habens Contradicto-
34 rem, notant adducti *à Card. de Luc. in Miſcel. diſc.* 47. *nu.* 26
*in fine & Rot. in Legion. Paroch.* 2. *Julii* 1706. *§. Admiſſa coram
Kaunitz*, aſſerentes, vim legis habere.

Tertiò ex ſolito Priorum Gener. noſtræ Religionis, inter
quos mirabiliter urget innegabile factum Travalloni, pri-
mi Generalis poſt d. decretum Capituli Generalis an. 1685.
Iſte enim in quinto an. ſui Generalatus obtinuit ab Alex.
35 VIII. facultatem creandi 50. Magiſtros in Italia. Non ſo-
lùm autem tempore dict. ſui Generalatus nullum reliquit
Regentem, quem Laurea Magiſtrali non decoraverit,
retinendo, & conſervando Brevia pro illis Regentibus,
qui terminare debeant quinquennium in fine ſui Genera-
latus, ut eſt in noſtra Religione notorium; Sed in prima
promotione, quando multi aderant Concionatores, qui non
ſolùm expleverant decennium, ſed etiam quindennium
prædicationis; Et nihilominus nullum ex ipſis promo-
vit, ſed declaravit Magiſtros omnes illos Regentes, qui ter-
36 minaverant Regentiæ Curſum, qui fuerant decem, nempè
PP. Ciogni, Seranus poſteà Generalis, Mengarellus, Au-
thor Opuſculi Cronologiæ Magiſterii, Querrus Vicarius
Generalis, Joſeph Crippa, Caly, Benania, Avvolia, &
Auguſtinus Felix Canalis.

Hoc autem innegabile factum in noſtra Religione noto-
rium, & pluſquam notorium P. Vicario Generali, qui in
dicta prima promotione fuit unus ex promotis ad Magiſte-
37 rium, digito oſtendit, & manibus palpare facit verum ſen-
ſum, & veriorem intelligentiam dictæ particulæ *Vel*, ap-
poſitæ inter Regentes, & Prædicatores, quia tunc tempo-
ris vivebat major pars illorum Religioſorum, qui dictum
Capitulum Generale compoſuerunt: Eiſque proinde per-
fectè notus erat ſenſus dictæ particulæ, & notior erat mens
Vocalium; Et tamen adversùs dictam primam promotio-
nem Regentium dumtaxat, nullus omninò Prædicator re-
clamavit, ſed omnia in pace tranſierunt: Eſſe autem ma-
gnifacienda facta illarum perſonarum, quæ, vel interve-
nerunt in condenda aliqua lege, vel vixerunt tempore, pro-
ximo editioni ejuſdem legis, notat egregiè *Card de Luca de*
38 *Juriſd. diſc.* 41. *nu.* 1. ibi: *Ex illa conſideratione &c. quod ſci-
licet tunc in S. Congr. veriſimiliter ſederent plures ex Cardi-
nalibus, qui intervenerunt in eodem Conſilio, &c. Unde ve-
riſimiliter erant informati de vero ſenſu, ac intentione ejuſ-
dem Concilii, &c. & de Matr. diſc.* 5. *num.* 11. ubi alios citat
Concordantes.

Non negamus tamen, quòd in aliis duabus intermediis
promotionibus, unà cum Regentibus, idem Generalis Tra-
vallonus declaraverit Magiſtros etiam aliquos Prædicatores
Sed id evenit ex eo, quia tunc temporis non omnes Regen-
tes terminaverant ſuum quinquennium, ut evenit in ultima
promotione, quando, terminato quinquennio à ſex Re-
39 gentibus, omnes illos creavit Magiſtros, & nullum Præ-
dicatorem, qui Regentes fuerunt Aſtallius, Viganegus,
Nuptius, Salvatorius, Tortolinus, & Arrighus.

Idem ſequutus fuit exemplum Generalis Pacinus, Succeſ-
ſor ejuſdem P. Travalloni, qui anno quarto ſui Generala-
tus obtinuit facultatem creandi 40. Magiſtros; In prima
40 enim promotione creavit 18. Regentes, & nullum Præ-
dicatorem, Regentes fuerunt P. Cinquini, Bonaguerra,
Bandini, Barberius, Matthis, de Vecchis, Gianotti, Deo-
datus Summanticus, poſtea Generalis, Gragnettus, Tra-
vallonus, Bartholoccius, Lavazzolius, Cluſchius, Arpe,
Gorus, Bugata, Ceppius, & Simeoni; In ſecunda verò
promotione creavit pariter ſex Regentes, nempè Onu-
phrium, Auguſtinum de Aquario, Florum, Marchettum,
Bandinum, & Cyriacum, & nullum Prædicatorem: In ul-
tima demùm promotione, unà cum ſeptem Regentibus, qui
tunc temporis quinquennium compleverant, creavit Magi-
ſtros etiam aliquos Prædicatores.

P. Seranus idem practicavit in prima promotione, quando
creavit tres Regentes, & nullum Prædicatorem, Regentes
fuerunt PP. Zuffus, poſtea Procurator Gener. Cæleſtinus
Summanticus, & Michael Auguſtinus Milliarius; Idemque 41
pariter practicarunt illius Succeſſores, nempè Generales
Nuptius, & Summanticus, à quibus nullus Regens reli-
ctus fuit ſine Laurea, licèt aliquos Prædicatores etiam decla-
raverint Magiſtros, quando non adhuc Regentes eorum quin-
quennium compleverant.

Ex quibus remanet manifeſtum, quòd ſolitum noſtræ Re-
ligionis in Italia ab anno 1685. hoc fuit, & eſt, ut, obtenta à
Generali pro tempore gratia à Summo Pontifice declarandi 42
Magiſtros, priùs graduentur omnes illi Regentes, qui tem-
pore dictæ gratiæ quinquennium compleverunt, & deindè,
quatenùs remaneant alia Brevia, graduentur etiam aliqui
Prædicatores, ex illis, in quibus concurrant requiſita, præ-
ſcripta in Decreto Capituli generalis ann. 1685.

Contorquetur nimis exadverſo Scribens pro adæquata re-
ſponſione adversùs hujuſmodi innegabile ſolitum illorum
Priorum Generalium, qui fuerunt præſentes Capitulo Ge-
nerali anni 1685. & quibus perfectiſſimè notus erat ſenſus 43
Vocalium, & tandem non ſinè magna injuria eiſdem Ve-
nerabilibus Viri ſcientia, & integritate præclaris, aſſerit,
dicta facta, ſeù prelationes, ab eis conceſſas Regentibus,
referendas eſſe ad merum arbitrium dictorum Priorum Ge-
neralium, neque dubitat ſerena fronte aſſerere, dictos actus
fuiſſe abuſus. Quantum verò arbitraria, ſit, quantumque
frivola hujuſmodi reſponſio, de ſe patet, quia vim facit
ſano intellectui conſideratio hæc, quòd dicti integerrimi
Priores Generales, abſque ulla eorum utilitate, inferre
voluerint adeò inſigne præjudicium Prædicatoribus, ut ex-
clamant *Rol. conſ.* 38. *n.* 38. *& ſeqq. lib.* 1. ubi quod hoc patet ra- 44
tione naturali, quam ſolam allegare ſufficit, *Rot. dec.* 211.
*n.* 31. *p.* 19. *rec.* cum aliis Concordantibus, citatis *in to.* 3. *p.*
2. *diſcep.* 1. *§.* 4. *n.* 4.

Omnia hęc quarto loco mirabiliter comprobantur ex inne-
gabili facto Vicarii Generalis, qui licèt probè ſciret, P. Ba-
gnolum terminaſſe quinquennium Regentię anno præteri- 45
to 1718. & non unum, vel alium, ſed decem Prædicatores
Generales ante dictum annum 1718. terminaſſe decenium
prædicationis, ut omnia hæc ictu oculi patent ex Notula, ab
ipſo exhibita, in qua accurata temporum diſtinctione, adno-
tantur omnes Regentes, & omnes Prędicatores Generales,
cum præciſo anno, quo dictis Prædicatoribus expeditæ fue-
runt Literæ patentes concionandi, cum ſuppoſito, quòd
eodem tempore eorum muneribus dare operam incæpe-
rint, ex quo infertur ibidem tempus, in quo proprios Cur-
ſus terminarunt: His nihilominus non attentis, vocavit
eundem P. Bagnolum ad Magiſterium, cum ſequenti con-
ditione. *Quando non vi ſiano Reggenti più anziani di V. P.
da promoverſi al Magiſtero non ſarà per mancare a Lei la Lau-
rea, in cui ſi trova ogni debito requiſito.*

Supplicantur hic obſervare, non ſcripſiſſe eidem P. Ba-
gnolo tunc Regenti, *quando non vi ſiano Predicatori Genera-
li più anziani*, quorum numerus uſque ad decem erat eidem
perfectiſſimè notus, ut patet ex dicta Notula, ſed, *quando
non vi ſiano Reggenti più anziani*. Igitur ad ſenſum, & ver- 46
ba Vicarii Generalis, Regentibus, qui compleverunt quin-
quennium tempore Gratiæ, à Summo Pontifice obtentæ,
non poteſt retardari Magiſterium à Prædicatoribus, licèt
magis antianis, ſed ſemper præferendi ſunt Regentes illi, qui
tempore facultatis, à SS. obtentę, eorum Regentiæ quinquen-
nium compleverunt.

Licèt autem deindè Vicarius Generalis recuſaverit eidem
P. Bagnolo Magiſterium conferre, ex eodem præte- 47
xtu exiſtentiæ multorum Prædicatorum Generalium,
qui jam compleverant decennium, ex hoc tamen fa-
ctò.

Quinto loco deſumitur potiùs alia concludens probatio
noſtri aſſumpti, quia in hac Sac. Congreg. habita die 5. Au-
guſti 1719. non obſtantibus omnibus exadverſo deductis, 48
tam

tam in voce, quàm in ſcriptis, reſponſum fuit: *In caſu, de*
*quo agitur, conferendum eſſe Magiſterium P. Bagnolo.*
Caſus autem, qui tunc temporis controvertebatur, erat
inter dictum Regentem Bagnolum, qui Regentiæ quin-
quennium terminaverat anno 1718., & inter decem Præ-
dicatores Generales, qui decennium eorum prædicationis
49 reſpectivè terminaverant annis 1715. 1716., & 1717. ut pa-
tet ex dicta Notula, in qua exadverſo ſequens appoſita fue-
rat Apoſtilla: *Nota de' Predicatori &c. che hanno termina-*
*to il loro decennio, e però degni del premio, e Laurea Ma-*
*giſtrale.* Et proindè ad terminos dictæ reſolutionis non po-
teſt ampliùs in dubium revocari, quod, ad tenorem oracu-
li hujus Sacræ Congregationis Regentes præferendi ſint Præ-
dicatoribus, etiamſi iſti ante Regentes eorum decennium
compleverint, dummodò in Regentibus, tempore Gratiæ,
à Summo Pontifice obtentæ, concurrant omnia requiſita de-
creti anni 1685.
Sextò. Ex majori proximitate, maximaque connexione
ad gradum Magiſterii, quæ non reperitur in Prædicatoribus,
& mirabiliter emicat in Regentibus, qui non ex abuſu, vel
50 adulatione, ſed vigore literalis diſpoſitionis *noſtr. Conſtit.*
*part. 5. capit 2.* ſtatim ac declarati ſunt Regentes vocantur
etiam Magiſtri, hoc eſt Magiſtri Regentes; Et propterea
nimis congruum videtur, ut ipſi præferantur Prædicatoribus,
qui tali nomine non decorantur à Conſtitutionibus; Eſſet
enim verè monſtruoſum per ſaltum permittere eiſdem Prædi-
catoribus gradum Magiſterii in præjudicium Regentium, qui
eò ipſo quod approbati ſunt ad Regentias, Magiſtri vocantur
toto tempore quinquennii Regentatus, primumq; & imme-
diatum locum poſt ultimum Magiſtrum ſemper obtinet.
Septimò. Ex longè rigoroſiori examine, quod præcedere
debet admiſſionem Regentium in concurſu Prædicatorum;
51 Iſti enim examinantur à duobus dumtaxat Examinatoribus
circa ſenſum Sacræ Scripturæ; Non ſic autem Regentes,
qui examinari debent ab omnibus Examinatoribus, præſen-
ſente P. Generali, circa quæſtiones Theologicas, cum ar-
bitrio Examinatorum illos interrogandi circa quamlibet
Theologicam quæſtionem; Imò Alex. VIII. in prima con-
ceſſione facultatis laureandi, quam conceſſit Pat. Generali
Travallono, mandavit, examen Regentium fieri debere
ab omnibus Examinatoribus coram Card. Protectore, quod
tunc punctualiter adimpletum fuit; Videtur proindè nimis
conſonum, & æqualiter in Jure fundatum, ut Regen-
tes, qui per medium talis rigoroſioris examinis debent ſuum
gradum acquirere, præferantur Prædicatoribus, qui cum mi-
nori ſtudio propriam poſſunt adimplere profeſſionem.
Neque hic juvat exagerare longius tempus annorum de-
cem, quibus concionatores debent Verbum Dei annunciare,
in conflictu Regentium, qui per ſolum quinquennium eo-
rum curſum conſumant; Cathegorica enim reſponſio hæc
52 eſt, quod Prædicatoribus admittitur pro requiſito unius anni
prædicatio annualis, ut dicitur in noſtra Religione, quæ in-
cipit à feſto Omnium Sanctorum, & terminat in feſtivitate
S. Joannis Evangeliſtæ, non omnibus diebus, ſed feſtivis
dumtaxat, ut notorium eſt in noſtra Religione, & admitti-
tur in Fide, exadverſò data die 30. Sepemb. 17 9. Et proin-
dè annus Concionatorum reducitur ad 150. circiter dies, ſeù
Conciones, non ſic autem annus Regentium, qui non aliam
habent vacationem præter dies feſtivos, niſi ſolam Quadra-
geſimam. Itaut ducto calculo, abſque ulla neceſſitate ope-
rarum Ratiocinatoris, decennium Concionatorum in ſub-
ſtantia reducitur ad dies 150. & ſic neq; extenditur ad dimi-
dium anni continui.
Octavo loco ad noſtrum effectum nimis conſiderabiles ſunt
aliæ qualitates, quæ ad terminos noſtrarum Conſtit. Regen-
tibus conveniunt, & Prædicatoribus nullatenus communes
53 ſunt; Omiſſis enim aliis minoribus, *in par. 3. cap. 3. §. 1. nu.*
*3. fol. 181. §. 12.* datur eis Votum activum in electione Provin-
cialis; *Et ex eadem par. 3. cap. 9. §. 6.* habiles declarantur iid.
Regentes ad aſſequendum Provincialatus conſiderabile Offi-
cium, etiamſi Priores antea non fuerint: In citato ſiquidem
loco, à generali regula, ibidem ſtabilita, quod non poſſit eli-
gi in Provincialem ille, qui priùs non fuit Prior alicujus Con-
ventus, ſequens adducitur limitatio: *Excipimus verò in hac*
*parte Venerabiles Gymnaſiorum Regentes, qui ſua opera Ordi-*
54 *nem noſtrum plurimùm quidem juvant, atque illuſtrant, haud*
*obſcurum interim de ſeipſis periculum facientes, ſeque hujuſmo-*
*di Præfecturis non indignos eſſe, re ipſa oſtendentes: Cum*
*enim Sapientes dominantur, Reſpublicæ rectè, & fideliter ad-*
*miniſtrantur:* Quæ habilitas ad dict. Provincialatus munus
ante Prioratus Officium, facultas votandi in Capitulis Pro-
vincialibus, ſolemniſque declaratio favore Regentium, in



eiſdem Conſtitutionibus appoſita, in ordine ad Prædicato-
res generales nullibi repetita legitur, neque proindè fuit un-
quam electus in Provincialem aliquis Prædicator generalis,
dum è contra multi Regentes ad tale munus electi fuerunt,
licet anteà non fuiſſent Priores, ut eſt in noſtra Religione
notorium.
Nono. Quia longè magis laborioſum, majoriſque appli-
cationis eſt Officium Regentis, obligati ad quotidie docen-
dum Theologiam per integrum quinquennium, quàm Præ-
dicatoris munus, qui cum uno Annuali in noſtra Religione
incipiente circa principium menſis Novembris, & terminan- 55
te in Feſtis Natalitiis, per totum decennium poteſt in diver-
ſis Locis Verbum Dei annunciare; Quod ex eo ulteriùs ad
hominem comprobatur, quia longè major eſt facilitas, lon-
gèq; facilis via aſſequendi Magiſterium in Italia per viam
Prædicationis generalis, ac ſit aliud medium per viam lectio-
nis Sac. Theologiæ.
Et propterea applicatur in præſenti Textualis illa propoſi-
tio, quod in conſequendis præmiis ſemper anteferendi ſunt
illi, qui majore inſudant labore, de quo habemus *Tex. in leg.* 56
*Contra publicam in fine, Codic. de Re milit. lib. 11.* ibi: *Quia*
*honoris augumentum, non ambitione, ſed labore ad unumquem-*
*que convenit devenire*, quem ſequuntur adducti à *Pignatell.*
*conſult. 12. num. 30. tom 1.* ibi: *Similiter preferendus ille eſt*,
*qui alium ſuperat comparatione laborum, quos ex munere ſibi*
*injuncto ſubiturus eſt*, & *Rot. in Mediol. Præeminent. 2. Dec.* 57
*1701. §. Eoque magis coram Anſald.* ibi: *Semper merentur*
*anteferentiam illi, qui majore inſudant labore.*
Decimo. Tandem omnia hæc comprobantur à ſolito no-
ſtræ Religionis, extrà Italiam non admittendi ad Magiſte-
rium, niſi per viam Regentiæ, & ab evidenti abſurdo, quod
ex contraria prætenſione innegabiliter ſequeretur, quia hu- 58
juſmodi Magiſtri per medium Prædicationis in ſola Italia no-
ti ſunt, in qua ex mera gratia obtinuerunt anno 1685. ut poſt
decennium Prædicationis concurrere poſſent ad Magiſterium,
non ad excluſionem Regentium, ſed in horum ſubſidium, &
defectum.
Ex una autē parte videtur nimis durum, ut Regentes in Ita-
lia pejoris ſint conditionis, ac ſint omnes omninò Regentes in 59
aliis Provinciis noſtræ Religionis; neque etiam excluſis no-
vi Mundi, ſeù Indiarum octo Provinciis; Ex alia verò vi-
detur æqualiter durum, ut Prædicatores, qui ex gratia in
Italia fruuntur dicto Jure concurrendi ad Magiſterium, imi-
tantes Herinaceum, velint excludere ipſoſmet Regentes,
qui noſtra ætate in ipſorum conſortium eoſdem Prædicatores
gratioſè admiſerunt.
Toto ſpiritu ſupplicantur hic obſervare, quòd caſus præ-
ſentis quæſtionis eſt nimis rarus, & verificatur ſolùm, quan-
do noſtra Religio, ut in præſenti contingit, regitur à Su- 60
periore cum qualitate Vicarii Generalis, quando non ſo-
let illi concedi magnus numerus Graduandorum, ut de
facto practicavit Sanctiſſimus concedendo duabus vicibus
moderno Patri Vicario Generali Brevia pro decem dum-
taxat Magiſtris. Quando enim præeſt noſtræ Religioni
Superior, cum titulo Prioris Generalis, tunc iſti ſolent à
Summis Pontificibus obtinere gratiam pro 40. & aliquan-
dò etiam 50. Magiſtris in ſola Italia, juxtà caſus, regi-
ſtratos in Atteſtatione diei 30. Septembris 1719. Et tunc,
graduatis omnibus Regentibus, adeſſe ſolent etiam loca
pro Prædicatoribus, juxtà exempla, adducta ſuprà.
Qui tamen pluſquam ſuperabundanter graduati fuerunt
etiam in præſenti Vicariali Gubernio, eo quia in conflictu
decem Regentium, qui vigore Brevis Pontificii creati fue-
runt in Sacra Theologia Magiſtri, non unus, vel alter, ſed 61
ſeptem alii Religioſi titulo prædicationis fuerunt tales decla-
rati vigore particularium Brevium nempè PP. Ferocius,
Marionellus, Duſſius, Pujus, Accetta, Federici, & In-
contrius; Itaut quando de præterito PP. Generales cum in-
ſigni numero Regentium uniebant unum, vel alium Prædi-
catorem, ut fecit P. Generalis Travallonus, qui in ſecunda
graduatione promovit 15. Regentes, & 3. Prædicatores, qui
Regentes fuerunt PP. Ceccarelli, Madernus, Davia, Mau-
ri, Sandrius, Cavichius, Foſchius, Cereſanus, Franceſ-
chinus, Michelinus, Vantius, Provenzalis, Caſtamanus,
Ferrarius, ac Ruffinus: Prædicatores verò PP. Marazzius, 62
Baſtremus, & Zenus; Idemque fecit P. Generalis Seranus,
qui in quarta promotione declaravit Magiſtros 13. Regentes,
& 2. ſolùm Prædicatores, nempè ex Regentibus Contenus,
Piſcitellius, Roſſius, Archangelus, Antonius Baſti, Barba-
roſſa, Squarcia, Corradinus, Bertinus, Colangelus, Riſius,
Viannellus, & Ajellus; Ex Prædicatoribus verò Lomellinus,
& Sarteſchius; Habemus hodie in Italia 17. Magiſtros in
præ-

præſenti Gubernio creatos, inter quos decem fuerunt Regen-
tes, & ſeptem Prædicatores generales.
Et ex hac reflexione, quæ innegabilis in facto eſt, rema-
net abundè reſponſum eidem affectatæ Atteſtationi, exad-
versò exhibitæ in Congregatione diei 30. Septembris 1719.
in qua uſque ad nauſeam repetita fuit dictio illa, *Promiſcuè*,
& alia, *Indiſcriminatim*, ad oſtendendum, quod unà cum
Regentibus graduati etiam fuerint Prædicatores, ante aliquos
63 ex illis. Id enim evenit ex eo, quia tempore dd. promotio-
num ex una parte non aderant tot Regentes, qui, completo
quinquennio, concurrere poterant ad Magiſterium, ex alia
verò reperiebantur Prædicatores, qui compleverant decen-
nium, & propterea verè dignum, & juſtum fuit, in dd. cir-
cumſtantiis poſt omnes Regentes laureare etiam aliquos ex
Prædicatoribus generalibus.
Exadversò autem oſtendi nunquam poterit miſerabilis ca-
ſus, in quo à P. Generali noſtri Ordinis promotus fuerit ali-
quis Prædicator, omiſſis Regentibus, qui Curſum quinquen-
nii compleverant, tempore promotionis, quæ circumſtan-
64 tia in facto innegabilis, & pluſquam notoria Vicario, ac
Procuratori Generalibus noſtræ Religionis, qui electi fue-
runt Magiſtri in illis promotionibus, in quibus nullus fuit
admiſſus Prædicator, ut vidimus ſupra, omnem omninò
difficultatem in hac parte tollere videtur, quia non eſt veriſi-
mile, quod per ſpatium annorum 34. quot effluxerunt ab an-
no 1686. uſque ad hodie, non fuerit datus concurſus inter
Regentes, & Prædicatores Generales, quodque, deficien-
te facultate pro omnibus Laureandis, fuerit factus Magiſter
Concionator omiſſo Regente; Sed potiùs in terminis fortio-
ribus verificatum fuit oppoſitum, & inter alios cum P. Aſſi-
ſtente Italiæ Caſanova; Notorium eſt enim in noſtra Reli-
gione, & obſervat *P. Mengarelli in d. Opuſculo §. Le liti*, quod
65 cum eidem digniſſimo Religioſo deeſſent pauci menſes pro
terminando quinquennio Regentatus, P. Generalis Pacinus
retinuit pro eodem unum ex Brevibus, quæ habebat, ut ſuo
tempore creari poſſet Magiſter, ut factum fuit, & hæc eſt
ratio, quare in Regeſtis appareat ultimò promotus, quia ſci-
licet antea promoveri non poterat, non terminato quinquen-
nio Regentiæ.
Poterat autem omitti *Text. in l. Cum quidam C. de Verb. &
rer. ſignif.* ad probandum, quod particula, *Vel*, aliquando
accipiatur pro conjunctiva; Id enim procedit favore Pupil-
66 lorum, *quando ſcilicet illa poſita eſt inter perſonas gravatas
favore Pupillorum*, juxtà præciſa verba *Salyceti* in ſumma
ejuſdem Textus; Quod quantùm diſtet à caſu præſenti adeò
notum eſt, ut nulla indigeat majori confutatione, dùm in
noſtris terminis non reſpicit favorem Subſtitutorum, ſed uti
appoſita inter perſonas diverſæ qualitatis, ordinem, & præ-
lationem importat, ex authoritatibus allegatis ſupra à nu-
mer. 24.
Neque adversùs prædicta urgere videtur reflexio illa, quod
eo tempore, quo Prædicatores terminant decennium ante
Regentes, illorum favore militat Juris præſumptio pro illo-
rum potiori Jure ad obtinendum Magiſterium, juxtà regu-
67 lam *Tex. in l. Potior ff. Qui potior in p gn. hab.* de qua *Rot. dec.*
652. *n.* 3. *par* 18. *rec.* Quia pro adequata reſponſione adversùs
hujuſmodi obiectum applicatur diſtinctio, communiter à
Doctoribus recepta, quod ſcilicet, *vel ſermo eſt de iis, quæ
illicò, facto caſu vacationis, Juris miniſterio deferuntur, &
requiritur habilitas de tempore, quo illa ſequitur; Aut de iis,
quæ exigunt extrinſecum factum hominis, puta electionem
68 &c. & iſtud tempus attendendum eſt*, ſunt verba *Card. de Lu-
ca de Fideic. diſc.* 30. *num.* 11. & concordant *Repet. omnes, in
cap. Dudum, & cap. Cum in cunctis §. Inferiora, de Elect.*,
& alii adducti *ab Antonell. de Temp. legal. lib.* 1. *c.* 71. *n.* 11. *Rot.
dec.* 628. *num.* 8 *& ſeqq. cor Burat.*
Applicando autem hujuſmodi diſtinctionem ad noſtrum ca-
ſum, ſumus in terminis ſecundæ illius partis, quia non unum,
ſed duplex factum hominis requiritur pro Magiſterio in noſtra
69 Religione obtinendo: Summi nimirùm Pontificis, qui det
P. Generali facultatem creandi Magiſtros, & factum P. Ge-
neralis, eligere debentis Regentes, vel Prædicatores ad di-
ctum gradum, poſito, quod in illis concurrant requiſita de-
creti Capituli generalis anni 1685. & proindè attendendum
eſt tempus facultatis Summi Pontificis, & electionis P. Ge-
neralis, non autem tempus terminationis decennii Prædicato-
rum, ut benè diſcurrunt Authores ſup. cit.
Minùs exagerari debebat, *quod Roma agnovit in ſuperiori-
bus annis, quot inſignibus Concionatoribus Auguſtiniana Reli-
70 gio ornata eſſet*, quia eodem tempore, quo Roma agnovit
dictos inſignes Concionatores, ſcivit etiam illos obtinuiſſe
gradum Magiſterii per medium Regentiæ, non autem Con-
cionatoris generalis, ut patet ex Summario, ubi demonſtra-
vimus, quatuor ex quinque partibus illorum Concionatorum,
qui in Urbe Verbum Dei ſpatio annorum 25. annunciarunt,
fuiſſe egregios Regentes, qui ut plurimum ſolent primas Ca-
thedras principaliorum Italiæ Civitatum occupare, & etiam
extrà illam, in Imperiali Civitate Viennæ ann. 1715. &
1717. cum magno plauſu annunciavit, & proximo anno
1720. Verbum Dei annunciaturus eſt unus ex illis, qui fuit
Regens, non ſimplex Concionator. Non enim in noſtra
Religione diſtinctum eſt munus Regentis à munere Concio-
natoris, ut vidimus ſupra, ſed potiùs valet hæc conſequen-
tia: *Talis Religioſus eſt Regens; Ergò eſt etiam Concionator;*
Sed non tenet è converſo. Maximas proindè nomine PP. 71
Regentium gratias agimus contrario Defenſori pro magnis
laudibus, attributis Verbi Dei Concionatoribus, quia illæ
ſecundo modo, ut Philoſophi dicunt, omnibus Regentibus
noſtræ Religionis conveniunt, ex modo animadverſis, &
notat *Pat. Gavard.* noſtræ Religionis Alumnus *in Philoſoph.
vindic. quæſt.* 3. *art.* 4. *num.* 1.
Quoad 2. dub. in Atteſtatione, data in contrario Summa-
rio gratis ubique, inaudita generoſitate dictum fuit, nomi- 72
ne *principaliorum Italiæ Civitatum* venire omnes Civitates
Metropolitanas, & Cathedrales ejuſdem Italiæ, necnon
24. alia Loca, ad quæ mitti ſolent Concionatores à Pa-
tre Generali noſtri Ordinis, quæ omnia prorſus inſubſiſten-
tia ſunt.
Non ſubſiſtit primum, Imò implicat in terminis dare com-
parativum ſine ſuo poſitivo, eò quia notum eſt, proprium
eſſe comparativi ſuperare poſitivum in qualitate, quam ob-
tinet: Verba enim decreti Capituli Generalis ſunt in hac par-
te nimis cubitalia, ibi: *In principalioribus Italiæ Urbibus*; 73
Prætendere autem, quod omnes Civitates Metropolitanæ;
& Cathedrales Italiæ, quæ non ſunt in minori numero, quàm
415. dicantur, & ſint principaliores, & nulla ex eis dicatur,
& ſit minùs principalis, eſt una ex illis propoſitionibus, de
quibus loquens *D. Athanaſius*, ſequutus *in Inſtit. Crim lib.* 4.
*tit.* 8. *num.* 123. ait, *Nimis falſa non ſunt refellenda, nè ha-
bita fuiſſe credibilia videantur.*
Minùs ſubſiſtit 2. quia decretum non dicit, qui Verbum
Dei cum plauſu, & juſta fama deprædicaverint in Locis, ad 74
quæ P. Generalis mittere vult Concionatores, *ſed in princi-
palioribus Italiæ Urbibus*: Igitur eſt mera vanitas prætende-
re, ut P. Generalis, qui eſt Cuſtos, & Exequutor decretorum
Capituli generalis, non autem illius Corrector, & deſtru-
ctor, ut obſervant *Lezzan. Oper. mor. tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 14. 75
*Bonett. in Viridar. de Statu Regular. dub.* 6. *per tot.* cum aliis
citatis *in tom* 2. *par.* 2. *diſcep.* 23. *num.* 14 *&* 15. poſſit admit-
tere pro requiſito Prædicatorum conciones in illis Locis, quæ
non ſunt Italiæ principaliores Civitates.
Quibus additur, quod idem Decretum Capituli generalis
anni 1685 de verbo ad verbum, neque uno jota, vel minimo
apice mutato, confirmatum fuit ab hac Sac. Congreg die 4.
Martii 1719. Imò inſertum pariter fuit ad literam in Breve fa-
cultativo, à Papa conceſſo P. Vicario Generali pro laurean-
dis decem Religioſis: Et proindè videtur ſapere neſcio quid,
contraria prætenſio, ut adversùs rotundum oraculum hujus 76
Sac. Congreg., & non attento rotundiori Breve Papæ viven-
tis, poſſint à P. Generali ad ſui libitum admitti pro requiſito
conciones in illis Locis, quæ non comprehenduntur in dd.
Oraculo, & Breve.
Nec omittimus obſervare, quod Oppidum Foggiæ, quod
inter Civitates gratis annumeratur in dicta contraria Fide,
neque etiam eſt Civitas, ut eſt notorium: Ad alias verò mi- 77
nùs principales Civitates, ibidem deſcriptas, quales ſunt
Andria, Averſa Bituntum, Campania, & aliæ tempore
Capituli generalis anni 1685. P. Generalis non erat ſolitus
mittere Concionatores; Et proindè nullo modo comprehen-
di poſſunt ſub dicta diſpoſitione, ex vulgatis Juris regulis,
quod voluntas Vocalium dicti Capituli generalis anni 1685.
ferri nullatenus potuit in tunc temporis incognitam volunta-
tem Succeſſorum PP. Generalium mittendi ad illas Prædi-
catores, ex animadverſis per *Altogr. conſil.* 80. *numer.* 12. *lib.*
1. *Actolin. reſp.* 111. *numer* 58. *& Gobius conſult.* 122. *num.* 78
42. & firmatis per *Rot. in Novar. Penſionis* 24 *Martii* 1710.
*§. Confeſſio, coram Falconerio.* Quodque omnis diſpoſitio in-
telligitur juxtà circumſtantias illius temporis, quo publica-
tur, de qua *Antonell. de Loco legal. lib.* 1. *capit.* 35. *numer.* 1.
*& Rot. deciſion.* 1084 *numer.* 5. *&* 6. *coram Emerix. junior.*
cum concordantibus, citatis *in tom.* 3. *part.* 2. *diſcept.* 1. *§.*
16. *numer.* 9.
Neque proindè exagerari merebatur authoritas P. Prio-
ris Generalis noſtræ Religionis; Iſte enim ſolùm facere non 79
poteſt,

poteſt, ut Italiæ Civitates minùs principales denominentur, & habeantur uti principaliores; Sed neque etiam poteſt declarare alios Conventus generales, ultra deſcriptos in dictis Conſtitutionibus Minuſque illos ſibi ſubiicere, ad illos transmittendo Prædicatores, & alios de familia, ad ſui libitum, ſine conſenſu, & voluntate Capituli generalis, ut diſponi-
80 tur *in noſtris Conſtitut.* impreſſis anno 1627. *par.* 3. *cap.* 4. *fol.* 174. & reimpreſſis anno 1686. *par.* 3. *cap.* 5. *§.* 20. *fol.* 197.

Supplicamus proindè, huic dubio reſponderi, nomine *principaliorum Italiæ Civitatum* ad noſtrum effectum venire illas duntaxat Civitates, ad quas ann. 1685. mittebantur Concionatores generales, de quibus in Regeſtis, quorum particulæ exhibentur in Summ.

Subnectendum tandem erat aliud dubium circa Emolumenta prætenſa ab Officialibus P. Generalis occaſione collationis Magiſterii, tam à Regentibus, quàm à Concionatoribus. Cæterùm morem in hac parte gerentes contrario De-
81 fenſori, illud in forma dubii omiſſum fuit; Cum permiſſione tamen exquirendi in hac parte oraculum hujus Sac. Cong. An ſcilicet in hac parte ſervanda ſit Conſtitutio *S. Pii V.* Quæ incipit: *Quoniam in reparanda*: & reperitur impreſſa *in*
82 *Bull. Auguſt. f. mihi* 311. in cujus §§. 16. & 17. loquendo in ſpecie de dd. Emolumentis, ita diſponit: *Nullus ad aliquem Gradum promoveatur, niſi ætate, vita, probitate, & literatura præſtans &c. A' Promovendis verò ad Gradus nihil omninò exigatur, nec etiam ſpontè oblatum accipiatur*.

Et propterea ſupplicamus in hac parte reſponderi: *In reliquis Ad mentem*, & mens eſt, quod circa dicta prætenſa Emolumenta ſerventur omninò diſpoſita in dicta Piana Conſtitut. Et voti compotes fieri ſperant, tam Regentes, quàm Prædicatores, dùm præſens inſtantia Religioſos omnes tangit, ſive illi Regentes ſint, ſive Prædicatores, il-
83 liuſque deciſio, & reſolutio ab omnibus dictis Religioſis junctis manibus deſideratur, & ſummis precibus exoratur; Nec poteſt eſſe magis ſolidè fundata, quàm in dicta literali Conſtitutione ejuſdem Sancti Pontificis, quæ cùm munita ſit decreto irritanti, ibi: *Decernentes irritum, & inane*
84 *quidquid ſecùs per quoſcumque ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*: ut in §. 31. omnem tollit prætextum Conſuetudinis, quæ in contrarium forſan allegari poſſet, juxta
85 animadverſa per *Cobell. ad Bull. bon. regim. cap.* 8. *num.* 72. & firmata per *Rot. dec.* 1279. *num.* 1 *cor. Emer. jun.* ubi quod decretum irritans tollit quamcumque obſervantiam antecedentem, & impedit, ne poſſit inchoari obſervantiam in futurum, cum aliis concordantibus, citatis in *Tom.* 1. *par.* 2. *diſc.* 14. *num.* 1.

Quæ omnia locum habent, etiamſi recognitiones, & munera prætendantur ratione Sigilli, Scripturæ, vel ſub quocumque alio prætextu, colore, & titulo, quià omnia iſta,
86 nedum literaliter improbantur in dicta ſanctiſſima Conſtitutione, ſed pecunias, & munera accipientes ſub dictis titulis, & prætextibus puniri poſſunt pœnis in illius §. 3. expreſſis.

## In eadem Cauſa.

IN Memoriali exadverſò dato in Cong. diei 30. Sept. 1719 ſequens dubium diſputandum propoſitum fuit: *An in Magiſteriis conferendis; æquè cum Regentibus concurrere valeant, & admitti Concionatores, habentes requiſita præſcripta?* Et
87 videtur *affirmativa determinatio capienda*; Ad quem effectum cum litteris majuſculis exagerata fuit diſpoſitio *Textus in leg. Cum quidam ff. de Verb. & Rer. ſignificat.* ad oſtendendum, quod Prædicatores, & Regentes, uti vocati cum particula *Vel* in decreto Capituli generalis anni 1685. dicebantur æqua lance comprehenſi, & proinde æqualiter admittendi erant ad Magiſterium.

Agnitoque deindè bono Jure Regentium in æquali concurſu Prædicatorum, in uno ex Contradictoriis, habitis coram Secretario, commendabili ingenuitate receſſum fuit à dicta inſubſiſtenti prætenſione Prædicatorum, æquali concurrendi cum Regentibus, fuitque eiſdem Regentibus ultrò conceſſa prælatio, quando eodem anno eorum Curſus conſumant,
88 quod repetitur in præſenti contraria Facti §. 2. ibi: *Non impugnatur in æquali gradu ſeù tempore adimplementi; Maximè quia in memorato Decreto priùs memorati videntur*, hoc eſt Regentes, & §. 3. ibi: *Iiſdem Regentibus non controverſa, ut dixi, prælatione, in æquali linea, ſcilicet ubi quiſq; eod. anno opportuna requiſita compleverit*.

Ex hoc autem ad hominem infertur affirmativa reſolutio primi dub. favore illorum Regentium, qui tempore faculta-tis creandi Magiſtros, à Summo Pontifice conceſſæ P. Generali, quinquennium Regentiæ compleverunt; Quia ſi Capitulum Generale non diſtinguit tempora finis quinquennii 89
Regentium, ſed indefinitè dat illis prælationem, quando eorum quinquennium terminarunt, non eſt permiſſum Prædicatoribus dicta tempora diſtinguere, & criticare, ad *Tex. in leg. Non diſtinguamus ff. de Recept. arbitr.* Et ulterius ſi clarè 90
admittitur exadverſò, quod dictio *Vel*, appoſita in Decreto Capituli generalis anni 1685. non importat alternativam æqualitatem inter Regentes, & Prædicatores, juxtà antiquam contrariam prætenſionem, remanet manifeſtum, illam ſemper, & ad ſemper denotare ordinem, prælationem, & præcedentiam Regentium, primò nominatorum, quia in d. Decreto Capituli generalis abſque ulla reſtrictione Curſus, completi, vel contemporaneè, vel poſt Prædicatores, indefinita datur prælatio Regentibus; In quibus circumſtantiis certum eſt, quod ad ſecundam partem Concionatorum per- 91
veniri non debet, niſi in ſubſidium, & in defectum primæ partis, comprehenſivæ Regentium, jxtà punctualiſſimam authoritatem *Fagnani*, & *Sacræ Rotæ*, de quibus ſupra numer. 24.

Nulla habita ratione temporis, quo Regentes complent eorum quinquennium, an ſcilicet id ſequatur contemporaneè, vel poſtquam Prædicatores terminarunt eorum decennium; Quia non benè exadverſò prætenditur in noſtris terminis, prælationem regulandam eſſe à ſolo tempore terminationis 92
Curſus; Sed neceſſariò, unà cum dicto tempore ad illam ad praxim reducendam, indiſpenſabiliter requiritur in P. Generali facultas creandi Magiſtros, ut in ſpecie advertitur *in Conſt. noſtri Ordinis*, *reformatis* anno 1551. ibi: *Deindè ab eodem Priore Generali* (*ſi poteſtatem à SS. Dom. N. habuerit*) *Magiſtri in Sacra Theologia creentur*; Cumque eadem poteſtas pendeat à mera beneficentia, & libera voluntate Summorum Pontificum, quorum aliqui, ut fecit Ven. Dei Servus 93
Innoc. XI. nunquam illam concedere ſolent, tunc ſolùm intrare poſſunt termini prælationis, ordinis, & præcedentiæ, importatæ per dictionem *Vel*, quando P. Generalis habet dictam facultatem, quo tempore, quia, ut ſupponimus, tam Regentes, quàm Prædicatores eorum Curſum compleverunt in hoc concurſu ſemper præferendi ſunt Regentes, ſive ante, ſive contemporaneè, ut exadverſò admittitur, ſive etiam poſt Prædicatores eorum quinquennium terminarunt, ut latè probavimus ſupra.

Hujus veritatis claram demonſtrationem Nobis ſubminiſtrat recens factum P. Vicarii Generalis, tàm reſpectu Regentium, quàm Prædicatorum; Reſpectu Regentium, quia dum hæc ſcribimus declaravit Magiſtrum Patrem Regentem Patritium, qui ſuum quinquennium complevit poſt PP. Regentes Columbum, & Boccium, qui non adhuc declarati ſunt 94
Magiſtri; Reſpectu Prædicatorum, quia vocavit ad Urbem pro Magiſterio P. Camillum Sarti à Monte Ilcino, qui ſuum decennium complevit poſt octo alios Prædicatores Generales qui ad Magiſterium aſſequendum nullatenus vocati fuerunt, prout omnia hæc notoria ſunt in noſtra Religione, & reſultant ex Notula exhibita in Cong. habita die 5. Auguſti 1719. Ex quibus palpatur manibus, quod pro aſſequendo Magiſterio in noſtra Religione nil aliud attenditur, quam finis quin- 95
quennii reſpectu Regentium, & finis decennii reſpectu Prædicatorum pro eo tempore, quo P. Generalis facultatem habet creandi Magiſtros, neglectis momentis temporum, quibus terminata fuerunt quinquennium, & decennium reſpectivè.

Eligere viam Lecturæ, vel Concionum ad aſſequendum Magiſterium in noſtra Religione non pendet à Sortibus, minuſque ab imperio Superiorum, ſed unicè repoſitum eſt in mera voluntate Religioſorum ante talem electionem, non 96
ſine provido conſilio, reducentium ad praxim vulgatum illud; *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus & verſate diù quid ferre recuſent*; *Quid valeant humeri*; Et propterea poterant omitti contrariæ exclamationes temporis longioris, præſcripti Prædicatoribus, quia ipſi non habent, de quo conqueri poſſint, quando ſpontè eligunt viam Concionum; Longiorem quidem, habito reſpectu ad materialem annorum numerationem, ſed longè faciliorem, attento quod non tranſeunt per rigoroſum duplicatum examen illorum duodecim Examinatorum, qui diſtinctè enumerantur in contrariis Scripturis, eo quia hujuſmodi rigoroſum examen, omniaque illa ſcholaſtica Exercitia, ibidem indicata, Regentibus tertio modo conveniunt, & nullo modo Prędicatoribus; Itaut mirum in rei veritate ſit, quod oppoſitum exadverſò tanta facilitate aſſeratur, dum non ſolùm id notorium eſt in noſtra Religione, ſed contrarium ictu oculi 97
reſul-

reſultat ex ſola pervolutione Regeſtorum, in quibus adnotantur ſcholaſtica Officia; à Studentibus exercita, & examina, quibus ſubiecti fuerunt, in quibus difficile erit invenire nomina illorum, qui prima occupant loca inter Prædicatores, deſcriptos in Notula, exhibita in Congr. *diei 5. Auguſti* 1719.

Licet autem admittamus, unum, vel alium ex Prædicatoribus aliqua ſcholaſtica exercuiſſe Officia, ex illorum numero, quæ præcedere debent dictum rigoroſum examen pro Regentia, hoc evenit, quia à principio iid. Religioſi habebant bonam intentionem obtinendi Magiſterium, mediante Curſu Regentiæ, ſed quia exindè nullatenus voluerunt
98 ſe exponere dicto rigoroſo examini; Vel in illo non fuerunt approbati pro Regentibus, qui non eſt caſus metaphyſicus: Tunc relicta dextera Regentiæ, declinantes ad ſiniſtram, elegerunt viam Prædicationis generalis, ſub ſpe obtinendi Magiſterium ad d. diverſum, facilioremque titulum; Quæ omnia notoria ſunt in noſtra Religione.

Quoad 2. dub. habemus legem, ſeù diſpoſitionem Capituli generalis nimis cubitalem, roboratam oraculo hujus Sacræ Congregationis, & Breve SS. ut ſcilicet illi Prædicatores admittantur ad Magiſterium, *qui in principalioribus Urbi-*
99 *bus Italiæ Verbum Dei cum plauſu, & juſta fama deprædicaverint:* Poſita proinde hujuſmodi clara lege, eſt intellectus, debilitas recurrere ad authoritates DD. ut dicebant *Gratian. dec. Marcb. 85. num. 16. & Anſald. dec. 71. num.* 14. Quamvis eadem Lex videatur dura, *Tex. eſt in leg. Proſpexit ff. Qui, & à quibus*, ibi: *Per quàm durum eſt, ſed lex ità ſcripta eſt*, & concordat *D. Auguſtin. de Relig.* citatus *in can. 3. diſt.* 4. ibi:
100 *Cum leges fuerint inſtitutæ, & firmatæ, non de ipſis, ſed ſecundùm ipſas judicandum eſt*, quem ſequitur *Rot. dec. 568. n. 18. par. 19. rec.*

Neque hinc intrant facultates P. Generalis interpretandi verba dubia noſtrarum Conſtit. Licet enim nihil in Jure adeò pacificum reperiatur, ut aliqua criticatione obumbrari non poſſit, ut deplorando Facultatis legalis infortunium, me ci-
101 tato *in Inſtit. Crim. lib. 3. titul. 5. num.* 185. exclamaverit *Rot. cor. Anſald. in Firmana Fideicommiſſi* 4. *Maii* 1705. § *Verùm;* Adhuc difficile erit hoc applicare literali diſpoſitioni Capituli general. anni 1685. quæ eſt adeò clara, adeòque ſonora, & cubitalis, cujus pariter qualitatis ſunt ſpecifica confirmatio hujus Sac. C. & individualiſſimum Breve SS. ut de mero poſſibili nullatenus criticari poſſit, niſi Solem ipſum in controverſiam deduci velit.

Minùs in facto ſubſiſtit, quod in hunc ſenſum ſemper fuerit interpretatum dictum decretum anni 1685. Mihi enim nedum conſtantiſſimè ſupponitur oppoſitum, ſed æquali con-
102 ſtantia aſſeritur, eſſe merum abuſum, à paucis annis introductum, & mihi etiam ſupponitur, veritatem hanc ſola Regeſtorum pervolutione, quæ nobis denegata fuit, eſſe adeò patentem, ut nullo velamine valeat offuſcari.

Remanet inſpectio circa Emolumenta Laureandorum, cujus reſpectu verificantur ea, quæ his verbis obſervavit *Joann. XXII. in Extravag. 2. de Verbor. & Rer. ſignific.* ibi:
103 *Nonnunquam, quod conjectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nocivum oſtendit;* Quia antiquis temporibus noſtri Religioſi Lauream ſuſcipiebant in publicis Univerſitatibus, cum illis expenſis, quæ notoriæ ſunt; Summi autem Pontifices ad eximendos noſtros pauperes Religioſos à dictis magnis expenſis, compaſſione moti, facultatem laureandi Priori Generali concedere voluerunt, ut videre
104 eſt *in Conſtit. Gregorii XIII.* quæ incipit: *Cum ſicut accepimus*, regiſtrata *in Bullario Ordin. Eremitarum Sancti Auguſtini folio* 133. ibi: *Verè ob eorum paupertatem in aliqua Univerſitate, aut publico Collegio promoveri nequeant;* Hodie autem aſſerunt Religioſi (circa quod ſuum locum veritati relinquimus) quod pro minori impenſa eiſdem Religioſis ultrò expediret Lauream in publicis Univerſitatibus ſuſcipere, dum expenſæ Laureæ magiſtralis in Sacra Theologia in Romana Sapientiæ Archigymnaſio, in quo prævio rigoroſo examine concedi ſolet, non excedit ſcut. 35., & in aliis Univerſitatibus Italiæ forsàn minùs impenditur: Et proptereà, adhoc, ut omnia in hac parte benè procedant,
105 ſervanda omninò videtur ſanctiſſima Conſtitutio Sancti Pii V.

Si prælatio *non impugnatur Regentibus in æquali gradu, ſeu tempore adimplementi*; juxtà clara verba contrarii Facti, & juxtà clariora §. 3. *Iiſdemque Regentibus non controverſa prælatione in æquali linea, ſcilicet ubi quiſque eodem anno op-*
106 *portuna requiſita compleverit*, non æqualitas, ſed maxima reperitur inter utroſque diſtinctio; Quæ ad hominem ulterius comprobatur ex innegabili facto omnium ferè Priorum Generalium poſt annum 1685. qui in multis promotionibus Magiſtrorum nullum omninò Prædicatorem tali laurea decorarunt; Hujuſmodi autem circumſtantia, ad noſtrum effectum omni conſideratione digna, amico ſilentio involvitur in contraria Reſponſione, in qua nec jota unum, minimuſque apex legitur pro reſponſione ad idem ſolitum, quod ſi in omni materia magnifaciendum eſt, ex adductis per *Rot. deciſ. 99. num. 10. & ſeqq. part. 19. recentior.* Multò 107
magis in præſenti, dum agitur de ſolito illorum Priorum Generalium, qui intervenerunt in Capitulo generali anni 1685. Qui proindè optimè preſumuntur conſcii illius veri ſenſus, ut egregiè notat *Card. de Luca de Juriſd. diſc. 41. nu. 12. & de Matr. diſc. 5. num.* 11.

Cumque eadem prælatio admiſſa ulteriùs fuerit coram Secretario Sacr. Cong. ad impediendam ſubſcriptionem dubii, ex hac parte ſerv. ſerv. petiti, ea adducta ratione, quod talis prælatio in dictis terminis exadversò non impugnabatur, ut idem met in Folio teſtatus fuit claris verbis, non benè contro- 108
vertitur in contraria Reſponſione, ad quem effectum applicari videtur ſpectabilis authoritas *Caſſiodor. libr. 5. epiſtol.* 21. ibi: *Pondus eſt pudoris graviſſimi propria voce convinci*; Nec non clara diſpoſitio *Tex. in leg. Generaliter C. de Non nu. pec.* ibi: *Nimis enim indignum eſſe judicamus, quod ſua quiſque* 109
*voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum infirmare, teſtimonioq; proprio reſiſtere.*

Reſolutio *Sacr. Congregat. Rit. in Romana anni* 1704. non poteſt eſſe magis punctualis; Quia in illa proceſſum fuit cum aurea diſtinctione, quàm comprobant punctuales authoritates, allegatæ ſupra, quod dictio, *vel* poſita, ut in noſtris terminis verificatur, inter Perſonas diverſæ qualitatis, importat ordinem, & præcedentiam, quidquid ſit in alio diverſo caſu, quando ponitur inter perſonas ejuſdem qualitatis.

Non regit in facto, quod Capitulum generale anni 1685. non definiverit, quinam primò ad Magiſterium promovendi eſſent, dum expreſsè mandavit, ibi: *Ut Magiſterii laurea illi tantummodò in Italia decorentur, qui probitatis, & doctrinę laude præfulſerint, & quinquennio mu-* 110
*nus Regentis obierint*, quæ digito oſtendunt, illos eſſe priùs laureandos.

Licet enim poſt ſolemne punctum, novam indicans diſpoſitionem, immediatè ſubjunxerit: *Vel in principalioribus Italię Urbibus Verbum Dei decennio cum plauſu, juſtaque fama* 111
*deprædicaverint*; Hujuſmodi verba nil aliud important, quàm ſubſidariam vocationem Prædicatorum in eo caſu, quo non reperiantur tot Regentes, qui eorum quinquennium compleverint, quot Pater Generalis habuit à Summo Pontifice Brevia Laureandorum: Et iſti ſunt termini illi, in quibus in ſola Italia ex gratia habilitati fuerut Prædicatores ad Magiſterium aſſequendum, quia ante decretum anni 1685. omnia Brevia retineri, & conſervari debebant pro Regentibus pro eo tempore, quo in futurum eorum Curſum terminare debebant.

Verum eſt, quod hodie Magiſtri, creati ad titulum Prædicationis potiuntur anterioritate à die eorum promotionis: Sed æquè verum eſt, quod hoc procedit vigore decreti anni 1685. non autem vigore *Conſtit. part. 7. cap. 6. numer.* 4. exad- 112
versò allegatarum, quia Conſtitutiones factæ ſunt pro toto Ordine, & extrà Italiam, ut diximus, & repetere juvat, non dantur alii Magiſtri, niſi ad rigoroſum titulum Regentiæ, quæ praxis vigebat pariter in Italia ante annum 1685.

Difficile erit invenire bonum Theologum, qui nec à limine Rhetoricam ſalutaverit, ut exadversò gratis aſſeritur. Reſpondentes autem dubio, quod his verbis proponitur in contraria Reſponſione: *Quomodo Concionatores ſermonem* 113
*habere poſſunt circa Fidem, Spem, Charitatem, Prædeſtinationem, & ſimilia, niſi ea cognitio haberetur*, breviter dicimus, id poſſe commodè fieri, & ſæpè ad praxim reduci, memoriæ mandando Conciones, à doctiſſimis Theologis impreſſas, juxtà nimis frequentem, & æqualiter notam praxim.

Cohærenter ad Conſtitutionem noſtri Ordinis annorum 1551. 1587. 1621. & 1645. non negamus perpetuam praxim noſtræ Religionis admittendi ad Magiſterium illos Religio- 114
ſos, qui per biennium docuerunt Scientias inferiores, & per aliud biennium exercuerunt Officium Baccalaurei, quæ omnia etiam hodie requiruntur: Sed dicimus, iſta nunquam fuiſſe ſufficientia ad Magiſterium, ſed ulterius fuiſſe neceſſarium Officium Regentis, quod non confertur, niſi prævio rigoroſo examine 12. Examinatorum; Et hæc eſt ratio, quare multi Baccalaurei in Italia ab anno 1685. elegerunt viam Prædicationis, utì faciliorem.

Ultrò

Ultrò admittimus, titulum Magiſtri, qui competit Re-
gentibus durante eorum munere, deſignare Officium, non
115 autem honorem, vel Gradum Magiſterii, ſed negari non
poteſt, quod, hoc admiſſo, dignum, & juſtum videretur,
ut ad eundem Gradum Magiſterii præferatur Regens, qui
tali Officio gaudet, in concurſu Prædicatoris, qui illo non
potitur.

Si in ſuperiori Sæculo multi adfuerunt in noſtra Religione
Concionatores ad Magiſterium aſſumpti, id evenit, quia
erant etiam Regentes; Cæterùm ad ſolum titulum Prædica-
116 tionis nonniſi poſt annum 1690. vigore decreti anni 1685 &
facultatis Alexand. VIII. obtentæ, aliqui fuerunt creati Ma-
giſtri, quæ veritas ictu oculi deſumitur ex ſola Regeſtorum
pervolutione.

Quidquid dicendum ſit de poteſtate Capituli Generalis,
an in concurſu Regentium anno 1685. illis præferre potuerit
117 Prædicatores, hoc unum certum eſt, quod id nullatenus fecit,
ſed Regentes Prædicatoribus prætulit, ut vidimus ſup.

Decretum Capituli Generalis anno 1685. non fuit compo-
118 ſitum ab omnibus Vocalibus, ſed ab ipſis fuerunt electi non-
nulli digniſſimi Religioſi, ad illud componendum, ut factum
fuit, & iſti omnes fuerunt Regentes, ut notum eſt in noſtra
Religione.

Supponit contraria Reſponſio, quod P. Mengarellus ad-
119 huc vivat, quodq; ſit Defenſor P. Bagnoli, ad demendam fi-
dem Chronologiæ Magiſterii in noſtra Religione, ab eodem
Typis impreſſæ ab annis ſup. 30. quo ſuppoſito ceſſante, re-
manet illius authoritas in ſuo robore, ex firmatis per *Rot. d.
584. num. 11. cor. Dunoz. jun.*

Agnoſcimus in Pat. Generali noſtri Ordinis facultatem ex
juſta cauſa minuendi, vel augendi numerum Regentiarum,
quæ anno 1685. erant 52. Sed non poſſumus illi concedere
120 facultatem elevandi ad gradum principaliorum Italiæ Civi-
tatum illa Loca, quæ neque Civitates ſunt, & quatenus in-
ter iſtas reperiantur adnotatæ, principaliores nullo modo
poſſunt denominari.

B. Auguſtinus Novellius antequam fieret Religioſus, in
Sæculo fuit egregius Doctor, de quo hæc habet *Torell. in Sæ-
culo Auguſtin anno* 1310. § 32. *to.* 5. *Venne da Giovanetto a ſtu-
diare in queſta noſtra Univerſità di Bologna, quivi dunque
121 avendo per molti anni ſtudiato, divenne così dotto, che è tra-
dizione, che da Secolare diveniſſe nella medema Univerſità
Maeſtro, e Dottore, & §. 35.* ibi: *Quantunque ſi faceſſe Laico
per umiltà*, & concordat *Pamphil. in Cronic. Ord.* 536. *ſub
anno* 1306. ibi: *Auguſtinus Novellus olim V. I. Conſultiſſimus,
Doctor, & integerrimus Theologus, & Jordan. de Saxonia*, ci-
122 tatus ab eodem *Pamphil.* ibi: *Cum eſſet nobili genere ortus, &
utriuſq; juris Profeſſor celebris in Curia.*

Quod Sanct. Antonius de Padua admiſſus pariter fuerit utì
Converſus in ſua Religione, non legitur in Bulla Canoniza-
tionis ejuſdem, quæ eſt *la 4. Gregorii IX. in Bullar. novo to.*
123 1. Imò ad hominem excluditur ab iis, quæ refert *Card. Bel-
larmin. de Script. Eccleſ. fol. mihi* 321. ibi: *Vivente adhuc S.
Franciſco ejus Ordinem ingreſſus doctrina, & miraculis plu-
ribus convertit*, & legitur *in prima Lectione II. Nocturni ejus
Officii in Breviario Romano*, ibi: *Adoleſcens Inſtitutum Ca-
nonicorum Regularium ſuſcepit &c. ſed &c. martirii deſiderio
incenſus, ad Franciſcanum Ordinem tranſivit*, & notat *Vigle-
gas* in Libro, cui titulus *Flos Sanctorum ad diem 13. Junii*,
124 ibi: *Studiò diverſe Scienze, nelle quali fece gran profitto &c.
ma in particolare nella ſagra Scrittura, & ancorche in lui cre-
ſceſſe la ſcienza delle lettere, non però mancavano le virtù,
& entrò in un Monaſtero de Canonici Regolari, quivi ſtette
due anni &c.*

Quiſque igitur videt, quod quando etiam veriſimilitudinis
ſpeciem haberent ea, quæ exadversò aſſeruntur de hujuſmo-
di æquè ſanctiſſimis, ac doctiſſimis Viris; id referendum eſ-
125 ſet eorum humilitati, non autem ex iis poſſet inferri facilitas
elevandi ad ſtatum Magiſterii alios Religioſos Converſos, in
quibus prædict. motivum non verificatur.

Meliùs eſſe *millies examinare, quàm ſemel examinari*, ut
dicebat *D. Auguſtinus*, exadversò citatus, nemo negat: Sed
hoc mirabiliter applicatur Regentibus, qui cum omni rigo-
126 re non ſemel, ſed bis examinantur, non à duobus Exami-
natoribus circa ſenſum ſacræ Scripturæ, ut practicatur cum
Prædicatoribus, ſed in tota Theologia à 12. qualificatiſſimis
Religioſis, inter quos annumerantur prima Luminaria no-
ſtræ Religionis: Primò nempè quando admittuntur utì Stu-
dentes, ſeu Collegiales in Urbe: Et in ſecundò quando mit-
tuntur uti Regentes ad Studia generalia: Dignum proinde,
& juſtum videtur, ut attenta hujuſmodi maxima diverſitate,
maximoque rigore utriuſque examinis circa Magiſterii Lau-
ream, in concurſu Prædicatorum iſtis præferantur Regentes
ut probavimus ſupra.

Fortiùs, quia quatenus labores eorundem Prædicatorum,
exadversò plus juſto exagerati, in facto ſubſiſtant, illi ſuum
poſſunt conſequi præmium ſine ullo præjudicio Regentium, 127
hoc eſt per viam Brevis particularis, quæ obvia eſt, dum an-
no præterito ſeptem ex eiſdem per eandem viam electi fue-
runt Magiſtri, tribus autem Regentibus rotundè denegata
fuit eadem Gratia, nempè Patri Bagnolo, Patri Appollo-
nio, & P. Sibiliæ, ex illo motivo, quod pro iſtis ſolet Sedes
Apoſtolica concedere unum Breve pro omnibus, prout om-
nia hæc notoria ſunt in noſtra Religione.

Quoad Emolumenta Laureandorum, nullam aliam ſum-
mis precibus petimus proviſionem, niſi illam, ut ſervetur
Conſt. S. Pii V. Cujus diſpoſitio non ſine vehementi detorſio-
ne reſtringi prætenditur ad munera Prioris, & Provincialis, 128
quia illa expreſsè loquitur de Gradibus, ibi: *Nullus ad ali-
quem Gradum promoveatur, niſi ætate &c., & literatura
præſtans &c. A' Promovendis verò ad Gradus nihil omninò
exigatur, nec etiam ſponte oblatum recipiatur.* Quod autem
appellatione Gradus veniat Magiſterium, de ſe patet. *Du-
bia concordata.*

*I. An, cum PP. Regentes expleverint quinquennium, &
Prædicatores decennium, ad formam Conſtit Ordinis, ſeù* 129
*Decreti Capituli Generalis, ſint præferendi, qui primò exple-
verint in caſu &c.*

*II. An omnia illa Loca, ad quæ mittuntur Concionatores à
P. Generali Ordinis, ſint conſideranda, & connumeranda in-* 130
*ter principaliores Civitates Italiæ, in caſu, & ad effectum de
quo agitur.*

*Die 16. Decemb. 1719. Sacr. Congreg. Ad primum reſpondit
Negativè, & admittendos eſſe promiſcuè Regentes, & Con-* 131
*cionatores, arbitrio P. Generalis.*

Ad 2. *Negativè, & ad mentem.*

---

# DISCEPTATIO IV.

## Satrianen. Præeminentiarum.

*PRO*

Epiſcopo Satriani.

*CUM*

Marchione Cagiani.

### ARGUMENTUM.

*Quæ, & quales competant Præeminentiæ Dominis tempo-
ralibus, eorumq; Uxoribus, & Conſanguineis, in Ec-
cleſiis Terrarum, eorum Juriſdictioni ſubjectarum, tam
præſente, quàm abſente Epiſcopo.*

EXpleta 30. ab hinc annis per Principem Ludoviſium
venditione Feudi ſub titulo Marchionatus Terræ Ca-
giani favore Proſperi Pariſani, Nicolaus Emproris Filius 1
anno 1699. prætenſionem excitavit retinendi pro ſuo uſu Ge-
nuflexorium cum Pulvinari, & Sede in Eccleſia Parochiali
Sancti Salvatoris memorati Oppidi, cumque Præeminen-
tiæ ejuſmodi in diſcrimen revocatæ fuerint à Parocho tunc
temporis, cæteriſque Eccleſiaſticis ejuſdem Terræ; Ideò
expedivit in Tribunali A. C. Monitorium ſuper executione
nonnullorum aſſertorum decretorum hujus Sacr. Congrega-
tionis, quæ in hac præeminentiarum quæſtione circumferri
ſolent. Inter quas magiſtralis eſt illa in *Oſtunen.* 24. *Novemb.*
1703. ibi.

1. Dub. *An Duci Oſtuni liceat retinere Sedem Cameralem,
coopertam ſerico villoſo rubeo, cum Genuflexorio, tàm in Ca-
thedrali, quàm in aliis Eccleſiis Sæcularibus, & Regulari-
bus Civitatis extrà Presbyterium, ſive abſente, ſive præſen-
te Epiſcopo?* Et quatenus affirmativè: Nihil de Sede fixa,
& dentur Decreta.

2. *An idem liceat etiam ejus Fratribus?* Negativè.

3. *An dicto Duci debeatur Thurificatio triplici ductu per ali-
quem Magiſtrum Cæremoniarum, ſive alium Presbyterum,
Cotta indutum?* Duplici ductu per alium Cappellanum, ſive
Accolytum.

4. *An eadem debeatur etiam ejuſdem Fratribus?* Ne-
gativè.

5. *An dicto Duci debeatur Pax cum Inſtrumento per*

*aliquem Magiſtrum Cæremoniarum, ſive alium Presbyterum,
Cotta indutum?* Affirmativè.
6. *An ead. debeatur etiam Fratribus?* Affirmativè.
7. *An dicto Duci, accedenti ad Eccleſiam Cathedralem, debeat obviam ire Procurator Capituli, ſive alius Canonicus, ejuſd. nomine in habitu Canonicali, eidemq; in Janua Eccleſiæ porrigere Aſperſorium Aquæ benedictæ.*
8. *An idem debeatur etiam Fratribus?* Ad 7. & 8. Negativè, prout jacent.

Repropoſita verò Cauſa die 12. Julii 1704. per Card. Coloredum ſub ſequentibus duobus dubiis.
1. *An Fratribus Ducis Oſtuni inſtantibus liceat retinere Sedem Cameralem non fixam cum Genuflexorio inferioris ornatus, ac eſt illa, quæ juxtà antiqua Decreta conceditur dicto Duci, tàm in Cathedrali, quàm in aliis Eccleſiis Sæcularibus & Regularibus,* & *ejuſdem Civitatis, extrà tamen Presbyterium, ſive præſente, ſive abſente Epiſcopo?* Et quatenus affirmativè,
2. *An dictis Fratribus Ducis Oſtuni debeatur Thurificatio unico ductu per Cappellanum, ſivè Accolytum, Cotta indutum?*

Sac. Congregatio tàm in voce, quàm in ſcriptis, Partibus informantibus auditis, Ad utrumque: *Nihil* reſpondendum cenſuit.

Iterùm, & tertiò repropoſita eadem Cauſa die 4. Aprilis 1705. ad inſtantiam Epiſcopi, prætendentis denegare dictum Genuflexorium, reſponſum fuit: *In deciſis*, videlicet, *Nihil de Sede fixa, & dentur decreta*, quibus aliàs declaratum fuit, Domino Loci permitti poſſe Sedem cum Genuflexorio, & Tappeto, non tamen gradatam, neque fixam, ſed amovibilem, & extra Presbyterium.

Poſt expeditionem prænotati Monitorii nihil ultrà actum fuit; Verùm occaſione, qua acceſſit ad præfatum Oppi-
2 dum ob Nuptias contractas cum Filia Marchionis Sancti
Angeli Fractarum, alterius Baronis Diœceſis Satrianen. reaſſumpſit, imò ampliavit prætenſionem horum Jurium honorificorum, Jactans velle retinere in memorata Eccleſia Parochiali Genuflexorium cum Tapeto, faciente Stratum, ac Pulvinaribus, & Sede Appodiali fixa in medio Eccleſiæ, etiam præſente Epiſcopo, cujus novitiatis accepta notitia per Curiam Epiſcopalem promulgatum fuit per Epiſcopum Satrianen. Edictum prohibitiorum harum Preeminentiarum ſub pœna Interdicti in caſum contraventionis.

Secuta promulgatione Edicti Marchio recurſum habuit ad Tribunal A. C. expediendo alterum Monitorium cum Inhibitione pro executione nonnullorum decretorum Sac.
3 Congregat. Epiſcop. & Reg. eodemque Monitorio præſentato Vicario Generali Curiæ Epiſcopalis, violenter apponere fecit Genuflexorium, magnifico Strato ornatum in medio dictæ parochialis Eccleſiæ cum Pulvinaribus, & Sede appodiali, in eodemque Genuflexorio, dum auguſtiſſimum Sacramentum publicæ venerationi expoſitum erat, cum ſuperbo faſtu preces Deo obtulit, quamobrem videns Epiſcopus fuiſſe ſpretam authoritatem, & Juriſdictionem Curiæ Epiſcopalis, parvique penſam comminatam Interdicti pœnam, probata in Cancellaria Epiſcopali contraventione Edicti, cum examine Teſtium habita fuit dicta Eccleſia pro interdicta.

In hoc rerum ſtatu delato examine talis Controverſiæ ad
4 hanc Sacram Congregationem Marchio limitavit ſuam petitionem ad Genuflexorium cum Pulvinaribus, Tapeto, & Sede amovibili in medio Eccleſiæ retinen. etiam adſtante Epiſcopo, unà cum aliis dubiis, de quibus infrà, quæ reſolvenda videntur favore Epiſcopi.

Quo enim ad primum *An conſtet de Attentatis, & ad cujus favorem ſint purganda?* Videtur reſpondendum, conſtare de Attentatis, commiſſis à Marchione, illaque purganda
5 eſſe ad favorem Epiſcopi: Duplici enim æquè ſolido, ac ſeparato motivo eadem Attentata innituntur, præcepto nimirum, ſeù Edicto, dato in Summario, & legis diſpoſitioni, attenta lite pendente uſque ab anno 1699. circa retentionem prætenſi Genuflexorii, circa quam fuerat expeditum Monitorium, datum In Summario; Attentati enim dicuntur omnes illi actus, qui geſti fuerunt, pendente lite, & in ſpretum literalis præcepti Superioris, ut de prima ſpecie Attentatorum habemus integrum *Tit. Decretal. Ut lite pendente*, & concordant adducti per *Lancellott. de Atten-*
6 *tat. par. 2. cap. 15. numer. 130. & Rot. deciſ. 715. numer. 1. & dec. 1132. num. fin. Emer. jun. & dec. 308. num. 1. par. 15. recent.* Et de ſecunda notant citati per *Oldrad. conſ. 206 num. 2. & ſeqq. Lancellott. de Attentat. poſt Inhib. in præfat. num. 47. & Rot. deciſ. 90. num. 2. par. 9. recen.* Et de actibus, geſtis ab Impetrante Monitorium poſt illius expeditionem, & intimationem, ea viva ratione, quia poſt talem actum impetrans Monitorium quoad ſe eſt certus de Lite, & proinde 7
amplius certiorari non debeat, notant *Lancellott. de Attentat. lite pendente par. 2. cap. 4. numer. 35. & 40. Ubert. de Citation. capit. 2. numer. 95. & Rot. deciſion. 492. numer. 8. coram Coccin. & deciſion. 117. numer. 21. & ſequentibus coram Carill.*

Non attento prætextu poſſeſſionis, in qua aſſerit Marchio ſe fuiſſe retinendi dictorum Genuflexorium: Tum quia in
facto hujuſmodi poſſeſſio excluditur ex documentis, exhi- 8
bitis in Summario; Tum etiam, quia in omnem caſum cum non ſit ſermo de certa, & indubitata, & uniformi poſſeſſione circa particulares actus, qui in controverſiam adduci non poſſint, ſed contraria prætenſio ſit undique inſubſiſtens, diſputabilis, & maximè dubia; In his circumſtantiis non habet locum regularis illa propoſitio, *qui continuat non attentat*, ſed ſemper recurrendum eſt ad Superiorem, & Judicem pro obtinenda canonizatione illius poſſeſſionis, in qua quis aſſe-
rit ſe reperiri, & contrarium practicando, attentata ſunt 9
inexcuſabilia, & ante omnia ſemper purganda ſunt, ex animadverſis per *Bero. conſ. 118. num. 8. & Adden. ad Ludoviſ. dec. 557. num. 5.* & firmatis per *dec. 231. cor. Ubald. & deciſ. 627. num. 4. par. 1. rec.*

Quibus junguntur multi alii actus, æquè irregulares, ac Eccleſiaſt. Immunitati contrarii, pendente lite procurati, & geſti, concludenter in Summario juſtificati, inter quos emicat appoſitio non unius, vel alterius, ſed 4. Genuflexoriorum in Eccleſia PP. Reformatorum non ſine magno faſtu, & æquali contemptu eccleſiaſticæ Juriſdictionis, & Immu-
nitatis, in illa de facto appoſitorum, etiam poſt decretum 10
remiſſionis inſtantiæ ad hunc Sacroſanctum Conſeſſum, firmatamque in illo Juriſdictionem; Omnes enim hujuſmodi irregulares, & exorbitantes actus de medio omni Jure tolli debent per regiam viam purgationis attentatorum, Atque in his terminis, ne ſimilia attentantes commodum ſentiant ex propriis violentis operationibus, utque alii retrahantur ad idem practicandum, ſemper Eccleſiæ, & eccleſiaſticæ Perſonæ reintegrandæ ſunt, & reponendæ in illo primo ſtatu, in quo pacificè reperiebantur ante innovationes, & operationes de facto, contrà ipſas practicatas, juxta notoriam
praxim C. Imm. de *Ricc. in Synopſi Cong. Immun. verb. Abſo-* 11
*lutio num. 60, & verb. Cenſuræ num. 7.* In qua parte habemus individualem reſolutionem *dictæ Congregat. Immunit. in Iſernien. 1. Martii 1695.* ibi: *Reintegrata tamen Eccleſia cum remotione Banchi*, quæ eſt regiſtrata *in Libr. 1. Decr. Vallem fol. 175. à terg.*

Nec attentatum dici poteſt dictum præceptum Epiſcopi, utì emanatum in ſpretum dict. Monitorii A. C. Ultra quod enim in his materiis A. C. nullam juriſdictionem habet, quod comprobavit Papæ Auditor mediante remiſſione præſentis
Inſtantiæ ad hanc Sacram Congreg. Omnis difficultas remo- 12
vetur ex mero, innegabilique facto, in quo conſtans eſt, quod Edictum Epiſcopi emanavit die 28. Julii 1716. Monitorium verò fuit præſentatum longè poſt, hoc eſt die 14. Auguſti ejuſdem anni; Et proindè nullo colore, nulloque titulo attentatum dici poteſt idem Edictum, habito reſpectu ad ſequens Monitorium, eo quia illud non habet oculos retrò,
ut egregiè diſcurrendo, firmavit *Rot. in Verdien. Hæredit. de* 13
*Gomar. 4. Febr. 1705. §. Quod ſi cor. Anſald.* ubi quod nulla lex, nulla Inhibitio, nullum Monitorium, nullumq; factum habet oculos retrò, & in *Romana, ſeù Savonen. 8. Februarii 1706. §. Eoque fortiùs cor. eodem.*

Secundum dubium: *An Cenſuræ promulgatæ contrà Pat.
ſubſtineantur in caſu &c.* videtur reſolvendum *Affirmativè*, 14
quia ſi unquam aliàs cenſuræ licitè, & validè fulminatæ fuerunt pro defenſione Perſonarum Eccleſiaſticarum, ſanè in præſenti caſu omninò fulminari debebant: Ex latè enim animadverſis in facto, & concludenter juſtificatis in Summario, agitur de notorio inſultu, deque manifeſta verbali iniuria, & apertis minis, in proprio Palatio à dicto P. aſſociato ab armatis hominibus, facto, & illatis uni ex illis, quos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Satrianen. quoſvè, utì Apoſtolorum loco ſubrogatos, omni honore, &
reverentia venerandos eſſe ſtatuit *Leo X. Conſtit. 22. §. 23. in* 15
*Bullar. novo*, ibi: *Ut eoſdem Epiſcopos, loco SS. Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita, & noſtra, ac Apoſtolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti obſervantia venerentur:*
In quibus circumſtantiis omni Jure tenebatur Epiſcopus pro- 16
priam Dignitatem tueri eccleſiaſticis cenſuris, juxtà claram diſpoſitionem *Textuum in cap. Olim, cap. Venerabilis, &*

*cap.*

*cap. Dilecto de Sentent. excommun. in* 6. ubi *Barboſ.* his verbis:
*Prælatus contra nimiam potentiam hujus, qui eum vult ſuis
bonis mundanis injurioſè ſpoliare, vel illa violenter occupare,
poteſt &c. ſpiritualibus armis uti, & in clement. 1. de Pœniten.*
quos ſequuntur adducti à *Ricciull. de Jure perſ. lib. 4. cap. 61.
num. 1. & Card. de Luc. de Judic. diſcurſ. 9. num* 3.

Innegabilis inſultus in eo conſiſtit, quòd ad evitanda ma-
17 jora ſcandala, & effugiendam occaſionem contendendi ver-
bis cum verboſo, commendabili modeſtia Epiſcopus inju-
rioſis verbis publicè ab eodem impetitus, nil aliud fecit, quàm
ſe recipere in interiora Cubicula ſui Palatii, & præcisè in
illud, in quo caput reclinare ſolitus eſt, in quibus tamen, &
ſi illa propriis Dominis tuta refugia dicantur *in l. Pleriquè ff.
de in Jus vocan.* idem Epiſcopus tutus non fuit, quia non ſinè
manifeſta violentia in illa, aſſociatus ab armatis Viris,
per apertam vim intrare tentavit idem P. & intraſſet utiquè,
niſi nobiles Aulici Epiſcopi ejus conatui fortiter, & ſuaviter
ſe oppoſuiſſent.

Verbales verò injuriæ ſunt æqualiter notoriæ, dum non
18 erubuit idem P. coram multis Adſtantibus exclamare: *Che
Monſignore non aveva creanza; Che non aveva ſtudiato il Ga-
lateo; Che era Prelato, che parlava con ambiguità*, & ipſe
*era Galantuomo, e parlava ſempre con chiarezza*, cum aliis
ſimilibus injurioſis verbis, à Teſtibus ſpecificatis, quorum
atrocitas in immenſum aucta fuit ex qualitate Perſonæ in-
juriatæ, ex loco, in quo prolatæ fuerunt injuriæ, hoc eſt in
ipſo Palatio Epiſcopali, & ex præſentia multarum qualifi-
catarum Perſonarum, inter quas aderat etiam Vicarius Ge-
neralis, ex latè animadverſis *in Inſtit. crim. lib. 2. tit. 9. de In-
19 jur. à numer. 52. uſque ad num. 64.* & de qualitate Perſonæ
Epiſcopi, injuriis affecti, habemus *Clement. prim. §. Nec
ſuper de Pœnit.* & notant *Panimoll dec. 16. annot. 1. num. 43.
Cartar. dec. crim. 37 num. 13. & ſeq. & Raynald. Rer. Crim.
tom. 1. cap. 11. §. 4. num. 26.* Et conſiderando locum, ubi pro-
latæ fuerunt injuriæ, obſervant adducti per *Theſaur. dec. 224.
num. 2.* ubi de injuriis, illatis Guardiano S. Franciſci in ejus
Conventu, & latè *Baſil. dec. 14. per tot.* Et in terminis injuriæ,
20 illatæ coram multis Perſonis, habemus *Text. in cap. 1. de Ma-
led.* ibi: *Multis coram Adſtantibus, & in leg. Prætor §. finali,
& leg. Sed etſi ff. de Injur.* cum concordan. citatis à *Panimoll.
deciſ. 16. annot. 1. num. 28.*

Minæ demum non poſſunt eſſe clariores, dum idem P. auſus
21 fuit clara voce terminare ſuas verbales injurias minaci vultu,
terribiliquè voce, addendo, *che era Uomo a farſi portar ri-
ſpetto, come Rappreſentante il Marcheſe, e anche da ſe*.
Cùmque fuerit, & ſit perſona potens, & ſolita minas exe-
qui, ex adductis in Summario, eò magis eædem minæ ad
noſtrum effectum conſiderationem merentur, ex animadver-
22 ſis per *Farinac. quæſt. 50. num. 9. & ſeqq. Peguer. deciſ. Crim.
27. num. 11. Caren. de Offic. Inquiſ. par. 3. tit. 10. num. 26. &
Conciol. allegat. 93. num. 42.*

Ex quibus patet reſponſio ad aſſertam nullitatem earun-
23 dem Cenſurarum, ob non præmiſſas canonicas monitiones.
Objecto enim punctualiter occurrit *Sperell. deciſ. 48. num. 52*
his verbis: *Quando Cenſuræ feruntur pro defenſione violatæ
Juriſdictionis, & ad reſiſtendum exequutioni de facto, ſubſi-
ſtunt etiamſi de facto relaxentur, non ſervatis ſervandis &c.
Et poteſt Judex Eccleſiaſticus &c. ſinè monitione ad excommu-
nicationem procedere*, & concordant uno ore *Repetentes om-
nes in cap. Repræhenſibilis de Appellation.* necnon *Sayr. de
24 Cenſur. lib. 1. cap. 12. num. 26. Ricc. in Prax. par. 3. reſult. 23.
num. 1. & ſeqq. Panimol. dec. 90. num. 15. & ſeq.* egregiè *Card.
de Luca*, aſſerens, magnum eſſe errorem in his terminis ſer-
vatis ſervandis procedere, *in Miſcellan. Eccleſ. diſc. 15. num.*
9. ibi: *Adverſus Rebelles, & Contemptores, vel Turbantes
de facto, iſta arma, tanquam per ſpeciem defenſionis adhibere
25 oportet &c. Et tunc potiùs error eſt, adhibere formam Proceſ-
ſus judicialis, quoniam imò non debet adhiberi, ſed proceden-
dum eſt in forma extrajudiciali, & de facto.*

Cum quibus concordat laudabilis praxis *Cong. Immunit.* quę
ſemper approbare ſolet Cenſuras, etiam ſinè Canonicis mo-
26 nitionibus latas, quando illæ feruntur adverſus Contempto-
res, & Turbatores de facto, & præſertim quando iſti noto-
riè tales ſunt, juxta terminos noſtri caſus, ut practicavit in
27 *Minerbina* 30. *Jan.* 1685. *Lib. 3. Decretor. Altovit. pag.* 408.
& in *Neapolit.* 27. *Martii* 1687. *Lib. Decret. Martelli fol.* 106.
& in *Boven.* 18. *Martii* 1698. *Lib. 2. Decr. Vallemani fol.* 142.

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo in dd. anguſtiis
nullus alius ſupererat modus defendendi Epiſcopalem Digni-
tatem in loco, ſub temporali Juriſdictione Marchionis
28 exiſtente, in quo illius reſpectu ad unguem verificabantur
ea, quæ de ſeipſo aſſerebat Centurio ille apud *D. Matt. 8. 9.*
Quibus propterea attentis, æquè prudens, ac legale fuit tem-
peramentum, ab Epiſcopo præciſa urgente neceſſitate ad
praxim redactum, utendi armis ſpiritualibus, ad ſeipſum,
ſuoſquè Familiares eximendos ab illa defenſionis ſpecie, quæ
Eccleſiaſticis nullatenus convenit, quamvè improbavit *Div.* 29
*Thomas Cantuar. Archiepiſcopus*, ut indicatur in *Lect. 3.
ejus Officii.*

Neque ad rem facit *Textus in can. Inter querelas 23. quæſt.*
4. ad probandum, quòd malè faciunt Epiſcopi excommuni-
cando illos, qui ipſos injuriis afficiunt: Illius enim diſpoſi-
rio forſan locum habet in illis terminis, in quibus ſermo eſt
de injuriis, ſecretò prolatis; Cœterùm, quando agitur de
facto notorio, dequè temeritate manifeſta, non eſt in arbi-
trio Epiſcoporum propriam Dignitatem non defendere, ſed
omni Jure ad id tenentur, ut ſequendo, & laudando multas
SS. Patrum authoritates, firmavit in ſpecie *Rot. in deciſ. 19.* 30
*num. 1. poſt Antonell. de Jur Cleric.* ibi: *Propriiquè Juris de-
fenſioni, nedùm licitæ, ſed ex SS. Patrum teſtimonio de-
bitæ &c.*

Fortiùs, quia prædictas injurias Epiſcopus æquali inno-
centia, & modeſtia paſſus fuit, & ſumma patientia tolera-
vit propter defenſionem Jurium ſuæ Eccleſiæ, non autem 31
ex aliquo particulari reſpectu ad ejus individualem Perſo-
ſam: Et propterea eò minùs erat in ejus libertate condonare
id, quod reſpiciebat ſuam Dignitatem, quodquè ortum ha-
buerat ex eo, quia dilexerat decorem Domus Dei. ut, aliis
cumulatis, probat *Ricciull. de Jur perſ. lib. 4. cap. 61. num. 30.*
ubi iſtam adducit bonam rationem: *Injuria, facta Prælato,
dicitur facta Eccleſiæ*, juxtà *Text. in cap. Nullus de Foro* 32
*compet.* Et P. ſi prætendebat actus reverentiales, ex eo, quia
repræſentabat ejus temporalem Dominum, multò fortiùs
talis reverentia debebatur Epiſcopo, qui ſanctiſſimos repre-
ſentabat Apoſtolos.

Quæ omnia nullatenus debilitantur, à contrariis affecta-
tis Fidibus; Ultrà ſiquidem generalem reſponſionem, quòd 33
utì ſimplices Fides, lite pendente, Deus ſcit quibus mediis,
expiſcatæ, nullam merentur fidem, ex adductis per *Rotam
deciſ. 391. num. 1. cor. Priol.* & animadverſis per *Adden. ad
dec. rec. par. 4. tom. 3. in diſc. ad Scient. Amat. num. 95.* ubi le-
pidè obſervat, quòd ſimiles Fides dicantur tranſire per Pla-
centiam, non autem per Veronam.

Strictè reſpondemus, quod Authores earundem infor-
mium Atteſtationum non fuerunt præſentes injurioſis ver- 34
bis, à P. prolatis, & propterea nullam merentur attentio-
nem in concurſu noſtrorum Teſtium, de illis deponentium,
qui, nedum deponunt de proprio auditu, ſed utì conſtituti
in Sacerdotali Dignitate, magnam merentur fidem, ut de
Teſtibus, deponentibus de proprio auditu, notant *Odd. conſ.
21. num. 9. Sim. de Pret. de Interpr. ult. vol lib. 4 dub. 7. nu. 48.* 35
*& Rot. deciſ. 69. num. 9. cor. Anſald. & deciſ. 301. num. 7. & 8.
par. 18. rec.* Et de Teſtibus Sacerdotibus, quòd illorum depo-
ſitiones habeant vim duplicis Teſtis, omnemque proindè fi-
dem mereantur, advertunt *Franc. Anton. Coſt. conſ. 20. num
16. Caſtr. conſ. 114. ſub num. 3. lib. 2. & Rot. dec. 384. num. 2.* 36
*cor. Priolo, & in Viennen. prætenſ. Sponſal. 2. Jan. 1711. §.
Evidenter cor. Kaunitz.*

Non attenta familiaritate cum Epiſcopo, quia cùm ſermo
ſit de injuriis, coram ipſis prolatis, nequè adfuerint alii Te-
ſtes præſentes, illorum depoſitio attendi debet, ex animad-
verſis per *Farinac. quæſt. 12. num. 15. Ciarlin. contr. 12. num.
28. Set. de Offic. Locumtenen. cap. 17 num. 8. & Rot. in Firma-
na 27. Jun. 1718. §. Quia fidem cor. Corio.*

Præcipuè in concurſu Teſtium contrariorum, qui, vel
ſunt vilis conditionis, vel loquuntur de fama, non expri- 37
mentes illius Authorem, vel demum præſumuntur ejuſdem
farinæ, ac fuerunt alii, ex adverſo exhibiti in Congr Fabri-
cæ, in qua ad hominem demonſtrata fuit falſitas eorum de-
poſitionum, à dicta Congr. nullatenùs admiſſarum; Ut con-
ſiderando qualitatem vilem in Teſtibus notant adducti *in de-
ciſ. 262. num. 5. cor. Pamphil. & dec. 85. num 17. & ſeq. coram
Zarat. & deciſ. 61. num. 3 cor. Arguel.* Et reſpectu Teſtium, 38
deponentium de auditu alieno, & non exprimentium nomen
illorum, à quibus audiverunt ea, quæ deponunt, advertunt
citati in *deciſ. 307. num. 3. cor. Mantic. & deciſ. 132. num. 7.
cor. Priol.* Et de Teſtibus, quorum aliqui reprobati fuerunt, 39
videre eſt *in dec. 89. num. 7. & 8. cor. Priol. & dec. 129. num 15.
& 16. & dec. 514. num. 11. par. 18. rec.*

Ante diſcuſſionem reliquorum dubiorum, in quibus plura
gratioſa petit Marchio ab hac Sacr. Cong. præmitto, quòd
non ſolent, nequè debent Eccleſiæ benignitatem experiri 40
illi, qui ejus præcepta contemnunt, juxtà rotundam diſpo-
ſitionem *Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 5.* ibi:

Non

*Non enim dignus eſt Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, qui ejus ſalubria præcepta temerè contempſit*, cum concor-
41 dan. citatis ab *Oliver. de Matrim. nullit. par.1. fol.42. & Rot. dec.893. num.9. cor. Seraph.*

Præmitto ſecundò, quòd connumerari ſolent inter ſpecies irriſionis petitiones illarum Gratiarum, quas petit ille, qui
42 propriis irregularibus operationibus de facto occupavit id, quod deindè ex gratia petit, juxta celebre dictum *Tacit. lib. 15. Annal.* ibi: *Tum intellecto Barbarorum irriſu, qui peterent, quod eripuerant*, de quo *in Tom.2. p.2. diſcept.29. n.27.*

Quibus præmiſſis, videtur (recedendum à deciſis quoad 3. dub. in quo quæritur. *An Baroni Terræ Caggiani debeatur*
43 *uſus Genuflexorii cum Pulvinaribus, Tapeto, & Sede appodiali amòvibili extra Presbyterium, ſivè abſente, ſicè præſente Epiſcopo*, quod ipſo Barone tantùm informante die 3. Maii 1719. indefinitè reſolutum fuit cum reſcripto. *Affirmativè*

Ad quem effectum ſufficeret ſola, & ſimplex illa animadverſio, quod mediante hujuſmodi indefinita affirmativa reſolutione, uſus talis Genuflexorii, cum ſuis qualificatis an-
44 nexis, non permittitur d. Baroni ex mera indulgentia Epiſcoporum, ut loquuntur omnes Authores, tractantes de Sacris Ritibus, in illis terminis, in quibus ex particularibus facti circumſtantiis permitti ex benignitate ſolet, ex animadverſis per *Ciarlin. contr.119. num.1. & 2. Antonell. de Loco legal. lib.1. cap.3. quæſt.4. num.74. & Monacel. in Formul. tom.1. tit.5. form.8. num.5.* & reſolvit hæc Sac. Congr. *in Fundana 1. Octobris 1697. & in Verulana 6. Sept. 1698. ad relat. Card. Petrucii*, teſte *Monacel. ubi ſuprà* Sed canonizatur tanquam de
45 Jure debitus, abſque ulla dependentia à conſenſu, & voluntate Epiſcopi, juxtà verba illa dubii: *An debeatur uſus.*

Circa quod ſupplicamus obſervare, quòd in Regno Neapolitano innumeri alii adſunt Barones, Marchiones, Co-
46 mites, Principes, & Duces, nedùm æquales Marchioni Cagiani, ſed Magnatitiæ etiam qualitatis, quibus hujuſmodi uſus Genuflexorii, vel nullatenus competit, vel illis permittitur ex mera indulgentia, & tolerantia Epiſcoporum, ſine illis adjunctis, quæ continentur in noſtro dubio: Quibus proindè, allegantibus præſens exemplum, negari nullatenus poterit ſimilis uſus, cum eadem qualitate, & ex ti-
47 tulo juſtitiæ, & debito, non autem ex indulgentia, conſenſu, permiſſione, & tolerantia Epiſcoporum; Quod, an expediat, & permittendum ſit, noſtrum non eſt judicare: Hoc unum ſubjungentes, quod magna exempla, quantum fieri poteſt, ſemper evitanda ſunt, juxta celebre dictum il-
48 lius noti *Authoris*, quem tacito nomine refert, & ſequitur *Rot. in dec.308. num.20 cor. Dunoz. ſen.*

Et tamen deſcendendo ad ſingulas partes ejuſdem dubii, illa, in qua eidem Baroni permittitur uſus *Genuflexorii, cum Pulvinaribus, Tapeto, & Sede appodiali amovibili*, eſt res
49 prorſus nova in Terra Caggiani, in qua illius antiquus Dominus ex Nobiliſſima Familia Ludoviſia, qui ad illam nunquam acceſſit, neque ejus parietes à longè vidit, nunquam habuit tale qualificatum Genuflexorium; Prout etiam neque illud habuit modernus Baro, illiuſque Pater ab annis 30. circiter, quando dictum Feudum emit à Domo Ludoviſia.

Et propterea eò magis abſtinendum videtur à novitatibus, quæ ſemper evitandæ ſunt, ex animadverſis per *Ca-*
50 *pon. diſcep.86. à num.11. tom.2.* & firmatis per *Rot. in Aretina 13. Januarii 1703. §. Cæterum cor. Anſaldo, & in Pampilonen. Manut. 8. Maii 1706. in fine coram Caffarel.* Cujus receptæ opinionis bonam rationem aſſignat *Cardin. Garzias Mellinus* in Epiſtola, ſcripta Gregorio XV. quam per exten-
51 ſum impreſſit *Pignatell. conſult.9. num.18. tom.8.* ibi: *Le novità non dimoſtrano mai al primo aſpetto tutte le difficoltà, che poſſono produrre, vedendoſene tutto il dì molte, che promoſſe con ottimo fine, anno partorito mali effetti.*

Certiùs, quia uſus talis qualificati Genuflexorii neque etiam viget in aliis finitimis Locis, & Oppidis, Terræ Caggiani proximis, & ſignanter illum non habet Dux Campa-
52 niæ, quæ Civitas ſubeſt etiam Epiſcopo Satriani, cui eſt unita; Doctores enim ſolent in his caſibus recurrere ad ſolitum, & praxim finitimarum Civitatum ad agnoſcendam ſubſiſtentiam, vel exorbitantiam ſimilium prætenſionum,
53 per ea, quæ notant *Prat. reſponſ. crim.46. num.56. & ſeqq. Card. de Luc. de Regal. diſc.97. num.12. & 13. & Rot. dec.357. num.49. par.11. recent. & in Pampilonen. Præemin. 7. Martii 1701. §. Nec præadducta cor. Olmo, & 26. Junii 1702. §. Non obſtat cor. Molin. & in Romana Præced. 5. Maii 1710. §. Sed ab ea cor. Criſpo.*

Abſque ulla prorſus difficultate, dùm hæc *Sacr. Congreg. in Veliterna 6. Septembris 1698.* tale qualificatum Genuflexorium denegavit etiam Epiſcopo Titulari, Suffraganeo Cardinalis Decani in eadem Civitate Veliterna, teſte *Mo-* 54
*nacell. in Formular. tom.2. tit.3. formul.2. num 13.* ubi quòd, diſputato ſequenti ſecundo dubio: *An eidem Suffraganeo debeatur Genuflexorium cum Strato, & Pulvinaribus ad orandum &c.* reſpondit: *Ad ſecundum in Voto Magiſtri Cæremoniarum*: Quod Votum (*ſunt verba ejuſdem Monacelli ubi ſuprà num.14.) erat negativum, nempè, Genuflexorium, cum* 55
*Strato, & Pulvinari, non deberi Suffraganeo, ſed Pulvinar ſuper Genuflexorio nudo.* A fortiori igitur Genuflexorium cum Pulvinaribus, & Tapeto concedendum non videtur Perſonæ Laicæ, nullumque jus in Eccleſia habente, dum illud talis qualitatis denegatum fuit Suffraganeo Veliterno in illa Eccleſia, in qua gerebat vices proprii Epiſcopi, & ipſe conſtitutus reperiebatur in Epiſcopali Dignitate, licèt cum 56
ſolo titulo, qui operatur, ut omni Jure honorandi, & venerandi ſint, ex adductis per *Ricciull. var. lucubr. lib.2. tit. de Epiſc. titul. cap.6. per tot. Franc. de Eccleſ. Cathedr. cap.32. num.19. & ſeqq. & Pignatell. conſult.137. per tot. tom.2.* cum aliis concordantibus, citatis *in Inſtit. crim. lib.1. tit.10. §.1. num.39. & ſeqq.*

Et de Gratia ſimilis Genuflexorii in Eccleſia Collegiata, denegata ab hac Sacr. Congregat. die 24. Jan. 1665. Agenti, & Generali Gubernatori Principis Neoburgi, teſtis eſt *Cri-* 57
*ſpin. nella Viſit. Paſtoral. par.2 §.7. num.21. fol.171.* Et in hac parte æquè notum, ac celebre eſt factum Card. Gregorii Barbarici, eo tempore, quo erat Archiepiſcopus Corcyrienſis, qui tale qualificatum Genuflexorium noluit permittere qualificatiſſimæ Sæculari Perſonæ, ejuſque factum approbatum fuit à Ven. Dei Servo Innoc. XI.

Quæ omnia à fortiori procedunt, quando agitur de illis Eccleſiis, in quibus eodem tempore, unà cum Barone, reperitur etiam præſens Epiſcopus, quem caſum conprehen- 58
dit pariter dubium, de quo diſputamus; Tunc enim nimis incongruum reputatur videre eundem Dominum temporalem; cum Genuflexorio, pretioſis Tapeto, & Pulvinari ornato, in conſpectu alteriùs Genuflexorii Epiſcopi, cum longè minori ornatu: Inter Eccleſiaſticam ſiquidem, & Laicalem Poteſtates adeſſe debet illa proportio, illaque differentia, præcipuè in Eccleſiaſticis functionibus, & actibus, Divinum cultum concernentibus, quæ reperitur inter Solem, & Lunam, juxta ea, quæ leguntur: *in cap. Solitæ de Majorit. & obed.* ibi: *Ut quanta eſt inter Solem, & Lunam,* 59
*tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoſcatur*; quod ſequuntur *Caſſan. in Cathal. Glor. Mund. quæſt.4. conſid.2. & conſid.78. per tot. & Card. de Luc. de Præem. diſc.23. num.5.* Proùt etiam ſpiritualis Poteſtas terrenam tantò præcedere debet, quantò ſpiritualia antecellunt temporalia, ut dicitur 60
in *Extrav. Unam ſanctam eodem tit. de Major. & obed.*

Creſcitquè in immenſum exorbitantia contrariæ prætenſionis ex illa reflexione, quod omnia hæc prætendit Baro de 61
Jure ſibi competere, & ex titulo juſtitiæ debita eſſe, idquè adverſus omnium Jurium diſpoſitionem, quibus attentis, non invito, & reluctante Epiſcopo, ſed ipſo connivente; & ex ipſius gratia, & patientia dumtaxat, in Eccleſiis ſibi ſubjectis, in quibus, ut in præſenti verificatur, antea nunquam fuerunt, Laici ſedes, vel ſcamna retinere poſſunt, ut, præter ſupra citatos, obſervant adducti per *Gratian. diſcept. 110. à num.19. Franc. de Eccleſ. Cath. cap.5. num 60 & num.264.* 62
*Zerol. in Prax. cap.32. num.22. Cortiad. deciſ.159. numer.11. par.2. & Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. par.3. alleg.78. ſub num. 26. verſ. Licet.*

Quibus non opponitur *Cærem. Epiſcop. leg.1. par.13. in fine*, in quo diſponitur, ut Sedes pro Nobilibus, atque illuſtribus Viris Laicis in Eccleſiis extra Presbyterium tolerentur: 63
Sed potiùs idem Cæremoniale ad hominem retorquetur, dùm mandat, id eſſe faciendum ex permiſſione Epiſcoporum, habito reſpectu ad qualitates, & Dignitates uniuſcujuſque ex dd. *Principibus, quamtumlibet magnis, & excelſis, plus minuſque pro cujuſque Dignitate, & Gradu ornatas*, juxta præcita verba *Cærem.*

Licitum autem mihi ſit in hac parte petere, ubi verificari poſſet hujuſmodi differentia, illudque plus, vel minus, re- 64
ſpectu Genuflexorii illius qualitatis, quo uſus fuit Baro in acceſſu ad noſtram Eccleſiam, quando illa omnibus adorandum expoſitum reperiebatur SS. Euchariſtiæ Sacramentum? Si ad Oppidum Caggiani accederet non unus, vel alter ex illis Principibus, & Ducibus Regni Neapolitani, qui unà cum denominatione Magnatis primæ claſſis, vulgò *Grandi*, affinitatem, & conſanguinitatem derivant à Regiis Fa- 65
miliis; Imò ſi ad dictum Oppidum accederet ipſemet Prorex, non poſſet utique magnificentius, magiſque pompoſum

Genu-

Genuflexorium in Eccleſia collocari, ac ſit illud Baronis, de quo loquuntur Teſtes in Summario.

Non enim controvertimus Baroni diſtinctum locum in Eccleſia, ad terminos diſpoſitorum in *dict. Cærem.* ſed iſtud non loquitur de Genuflexorio, ſed de ſolis Sedibus, propor-
66 tionatis Statui, & Dignitati cujuſcumque Domini temporalis, cujus proinde ornatus menſurandus eſt à dictis qualitatibus, non autem à ſola, & ſimplici denominatione Baronis, vel alterius tituli, cum quo Feudum poſſident, ut in noſtris punctualibus terminis, pro veritate conſultus, egregiè obſervant *Card de Luc.* ex perfectiſſima illa cognitione, quam habebat diverſitatis, & differentiæ Baronum, & Ti-
67 tulatorum Regni Neapolitani, *in tract. de Præem. diſc. 54. n.* 10. ibi: *Attendenda quoque particulariter videtur qualitas Dominii, & Baroniæ, & etiam qualitas Perſonæ, in qua illud Feudum, vel Baronia reſideat &c.* Commendabili deindè candore, & ſoliditate obſervans, quòd æqualitas illa, quæ exagerari ſolet ab ementibus Feuda nobilia cum aliis Titulatis ejuſdem denominationis, *procedit* (ſunt ejus preciſa verba) *quoad Juriſdictionalia, aliaque Jura Feudi, ſed quoad
68 præminentia, & honorifica, magna exorbitantiæ ſpecies videretur, ita tractare hujuſmodi Principes, & alios ſimplices Feudatarios, & Barones; Quinimmò in eodem genere Feudatariorum, & Baronum idem intraret error ſuper æqualibus tractamentis alicujus Magnatis primi Ordinis, vulgò* Grande, & *qui magnam Statum haberet magnamque potentiam, cum ſimplici Barone, vel Titulato alicujus obſcuri Loci.* Et in ſpecie, quod diſpoſita in *Cærem Epiſc.* quoad Sedes pro Nobilibus,
69 in Eccleſiis collocandis, non habeat locum in Baronibus, & Feudatariis Regni Neapolitani, egregiè, & latè probat idem *Card. de Luc. de Præemin. diſc. 26. per tot.* & ſignantèr *à
70 num. 17. & 19.* ibi: *Undè propterea receptum, & abſolutum eſt, quòd diſpoſita in Cæremoniali de Principibus, & Ducibus, illis non conveniant.*

Quibus attentis poterit Baro in hac parte contentus eſſe uſu Sedis amovibilis, non in medio Eccleſiæ, ubi illam
71 collocari fecit, & de facto, quibuſcumque non obſtantibus, continuò permanere facit, ſed in una ex partibus lateralibus ejuſdem Eccleſiæ, cum ſuo Pulvinari: ità enim omnia rectè procedunt, quia non ſolùm à Populo diſtinguitur, ſed, ſalva proportione graduum, ipſe congruo honore tractatur in Eccleſia ſui Feudi, in qua nullus alius ſimilem habet prærogativam, ut proſequitur dict. *Card. de Luc. cit. diſc.
72 26. de Præem. ſub num. 5.* & reſolvit hæc *Sac. Congreg. in Neapolit 2. Septembris 1691.* quando reſcripſit: *Domino Loci, dùm Divinis aſſiſtit in Eccleſiis, permittendam eſſe Sedem Cameralem, collocandam extra Presbyterium, à parte ſiniſtra Eccleſiæ, & in Nuſcana 22. Novembris 1664.* ibi: *In qua parte Altaris erigi debeat Sedes pro Duce, & Barone Terræ in ſua Diœceſi in cornu Epiſtolæ.*

Neque contraria prætenſio robur ſumit à reſolutionibus Sac. Congreg. quæ ad hunc effectum allegari ſolent. Nulla
73 enim ex illis loquitur ex debito juſtitiæ, multoquè minus deſcendit ad terminos illius pretioſi ornatus Genuflexorii, qui exadversò prætenditur, & demùm non eſt in illis ſermo de loco fixo, & in digniori parte, ſeu in medio Eccleſiæ, etiamſi Epiſcopus in illa præſens ſit, juxtà terminos noſtræ controverſiæ; Et proindè ex dd. reſolutionibus neutra applicatur noſtro caſui, ut illas declarando obſervat *Card.
74 de Luc. de Præem diſc. 44. num. 9. verſ Et quo ad alias*, ubi ſequentem adducit æquè ſolidam, ac in jure fundatam rationem, quòd in *Eccleſiis, Laicalis Poteſtas nullam habet ju-
75 riſdictionem, ſeu præeminentiam Jure proprio, ſed ex commendabili ſtylo, ratione congruentiæ, & urbanitatis, honorificos tractatus recipit ab Epiſcopo, vel Prælato ratione Dominii, vel Dignitatis.*

Non omittentes hìc obſervare, quòd ſtylus ratione congruentiæ, & urbanitatis, in ſuis terminis undique commendabilis cum illis Baronibus, qui ſe dignos oſtendunt fa-
76 voribus, & tolerantiis Epiſcoporum, non videtur in præſenti ullo modo practicandus cum Barone, niſi juxta laudabilem praxim Sac. Congreg. Immunitatis, de qua ſupra num. 11. reintegrata ſcilicet noſtra Eccleſia ab illis irregularibus operationibus, quibus de facto ſubjecta fuit, & ſub quibus adhùc oppreſſam ſe videt, ex comprobatis in Summario.

In dictis autem terminis, poſt dictam reintegrationem noſtræ Eccleſiæ, neque etiam permittendum videtur Genuflexorium præſente Epiſcopo, ſaltem cum tali pompa,
77 talique ornatu, cum quibus exadversò magno faſtu omnium oculis exponi ſolet in noſtra Eccleſia, ut deponunt Teſtes de viſu; Eſſet enim verè monſtruoſum videre Epiſcopum, qui in ſua Eccleſia cuicumque ſæculari Principi major eſt, neminique locum cedit, ut uniformi calamo notant *Repetentes in cap. Omnes, & cap. Solitæ de Major & Obed.* aliique citati ab *Alvarez in Specul. Summ. Pontif. cap. 33. tit. de* 78
*Præſtant Epiſc. n. 1. & per tot.* orantem in una ex partibus lateralibus ſuæ Eccleſiæ in Genuflexorio, ſimplici, humilique panno viridis coloris ornato; Et in medio Eccleſiæ obſervare temporalem Dominum, non ſucceſſionis Jure, ſed emptionis titulo, denſique luti præſidio, à paucis annis Feudum poſſidentem, moram facere in Genuflexorio duplo longiori, ornatoquè holoſerico Tapeto, faciente Stratum coloris rubei, ſeu *cremeſino*, ut conſideranti patet, quam monſtruoſitatem in ſpecie reprobavit hæc *Sac. Congreg.* in *Peruſina 13. Octobris 1615.* teſte *Pignatell. conſult. 7. num. 29. tom 1.* ibi: *Solùm autem permittitur, quòd Sedes Laicorum* 79
*in Eccleſia collocari poſſit &c. quæ non ſit major, vel pulchrior Sede ipſius Epiſcopi.*

Neque ad probandum oppoſitum allegari merebatur idem *Pignatell. dict. conſult. 7. num. 18 tom. 1. Capon. diſc. 329. num 9. & Rot. in Taurinen. Scamni 26. Februarii 1666. coram Cerr.* im- 80
preſſa apud *Panimol. deciſ. 1. annot. 15. num. 34.* Quia *Pignatellus, & Caponus* non loquuntur de ſimplici Sede, ſed de uſu Baldacchini, circa quod hodiè nullus adeſt locus dubitandi, quia contrarium per viam legis generalis determinatum fuit ab *hac S. Congr. 13. Martii 1688. & 22. Aprilis 1690.* cum ſuc- 81
ceſſiva approbatione Alexand. VIII. ut referendo eaſdem magiſtrales, & celebres reſolutiones, notant *Monacell. in Formul. tom. 2. tit. 13 formul. 1. num. 10. & ſeq. & Matthæuc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 28. num. 4.* Itaut ſub Sole non poſſimus ponderoſiorem adducere authoritatem, ex animadverſis *per* 82
*Card. de Luc. de Benef. diſc. 89. ſub num. 2. Gruther. de Arte benè deſiderandi reſol. 15. §. 9. num. 177. & Rot in Mindonien. 3. Martii 1706. §. Verum cor. Anſald.* Imò eundem Baldachini uſum hæc *Sac. Congreg. die 16. Martii 1706.* negavit etiam Epiſcopo Titulari, teſte *Monacel. in formul. tom. 4. fol. 33 num. 26. Rota* autem in loco exadversò citato *apud Panimoll.* nunquam ſomniavit aſſerere, id quod *Panimoll. ubi ſupra* aſſeruit ut videre eſt in *deciſ. 843. inter alias Card Cerri*, ubi illa fideliter 83
regiſtratur, abſque §. 34. *à Panimol.* gratis citato, ac ſi eſſet pars deciſionis Sacræ Rotæ, eo tempore, quo eſt merum palpabile æquivocum Impreſſoris Deciſionum *Panimollæ.*

IV. dub. *An ſubſtineatur, tàm ſuſpenſio F. quàm Interdictum, ſeù ceſſatio à Divinis in Eccleſia S. Salvatoris in Terra Caggiani?* d. die 13. Maii 1719. reſolutum fuit cum reſcripto: 84
*Negativè*, exadversò nullatenus adimpleta conditione, præventivè adjecta in illius ſubſcriptione, ut ſcilicèt antè propoſitionem Cauſæ in hac Sac. Congr. exhiberetur mandatum procuræ ejuſdem, qui non vigore alicujus declarato- 85
riæ Epiſcopi, ſed à ſe ipſo ex propriæ conſcientiæ, ſtimulis ceſſavit à Divinorum celebratione poſt attentatam Genuflexorii appoſitionem in ſua Eccleſia, reſpicien. Edictum prohibitorium Epiſcopi cum illa veneratione, & obſequio, cum quibus à Subditis Superiorum præcepta exequi debent; Cùmque nequè etiam hodiè idem F. inſtet pro talis dubii diſputatione, vel reſolutione, ſuperfluum videtur ampliùs circa illud immorari.

Tranſeuntes proindè ad dub. 5. in quo quæritur; *An competat Uxori Baronis, ejuſque Conſanguineis, uſus Genuflexorii, cum Pulvinaribus, Tapeto, & Sede appodiali amovibili?* 86
quod reſolutum non fuit dicta die 13. Maii 1719. ſed reſcriptum: *Exquirantur exempla.* Videtur hodiè reſolven. *Negativè:* Mulieres enim nullam omninò Juriſdictionem habent viventibus Viris in eorum Feudis, nequè proindè in Eccleſiis illæ prærogativæ eis permittendæ ſunt, quæ earum Viris ratione dictæ Juriſdictionis ex urbanitate, vel congruentia ab Epſcopis permittuntur; Quod ultimo loco, materia funditùs examinata, determinatum fuit in Urbe reſpectu Uxorum qualificatiſſimarum Perſonarum, & ita hodiè punctualiter practicatur; Urbis autem ſolitum in his præeminentialibus inſpectionibus normam præbere univerſo Orbi, in ſpecie obſervant adducti *in deciſ. 469. num. 6. &* 87
*deciſ. 560. num. 2. & 3. part. 19. recent & in Conſtantien. Præcedentiæ 27. Januarii 1713. §. Idipſum coram Anſald.*

Neque allegari meretur abuſus unius, vel alterius Uxoris Baronis Regni Neapolitani, juxtà informes, & affectatas Fides, in Secretaria exhibitas, quæ juxtà animadverſa ſupra tranſierunt per Placentinam. Quando enim hæc Sacr. 88
Congr. die 13. Maii 1719. reſpondit: *Exquirantur exempla*, non fuit loquuta de illis exemplis, quæ cum omni ſermonis proprietate dicuntur abuſus, quales ſunt caſus, exadversò indicati, quatenùs in facto ſubſiſtant; Sed de exemplis reſolutionum hujus Sac. Congreg. in cujus Regeſtis, utrinque foliatim pervolutis, nullus omninò repertus fuit caſus,

caſus, in quo hæc Sacra Congregatio determinaverit,
Uxoribus Baronum permittendum eſſe uſum Genuflexo-
rii cum Pulvinaribus, & Tapeto, ſed potiùs oppoſitum
reſolutum fuiſſe patet in *Aſculana*, *Militen.* & *Toletana*, ibi:
89 *Aſculana in Apulia* 13. *Martii* 1688. *Cùm pro parte Duciſſæ*
*Civitatis Aſculi in Apulia expoſitum fuerit, ipſum eſſe in quaſi*
*poſſeſſione in Eccleſiis prædictæ Civitatis excepta Cathedrali,*
*uti Genuflexorio cum Strato, & Pulvinari, & de anno præ-*
*terito mota lite cor. A.C. ſuper Manutentione contra PP.S.*
*Franciſci ejuſdem Civitatis, & pendente indeciſa, illius E-*
*piſcopus reaſſumere fecerit hujuſmodi Cauſam à Sacr. Congreg.*
*quæ modo ad inſtantiam ipſius Duciſſæ ſupplicata fuit, vel il-*
*lam remittere ad A.C. vel declarare, Oratricem manutenendam*
*eſſe in dicta poſſeſſione ex pluribus exhibitis, atque deductis,*
*& eadem S. Congr. reſpondit: Nil de remiſſione dictæ Cauſæ,*
*& non licere uti Genuflexorio, & Strato in Eccleſiis Regula-*
*rium, & Epiſcopus prohibeat etiam Juris remediis, & ità de-*
*claravit, atquè decrevit &c.*

*Mileten.* 26. *Aprilis* 1704. *Obtento ab A C. adverſus Pro-*
*motorem Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Mileten. per Alphonſum*
90 *Toralba Baronem Calimeræ &c. Monitorio ſuper manutentio-*
*ne in poſſeſſione &c. detinendi in Parochiali dicti Caſtri Sedem,*
*Stratum, & Genuflexorium, & recipiendi Aquam benedictam*
*&c. & remiſſa &c. Cauſa &c. ad S R. Congreg. ſuper infraſcri-*
*ptis dubiis.*

Primò. *An liceat Alphonſo Toralba, Baroni Calimeræ re-*
*tinere in Eccleſia Matrici, ſeù Parochiali dicti Loci pro au-*
*diendis Divinis, Sedem fixam extrà Presbyterium, abſente,*
*& non reſidente Epiſcopo: Vel potiùs amovibilem cum Scabel-*
*lo, Tapeto, Suppedaneis, & Poſtergalibus in caſu &c.*

Secundò. *An eidem liceat retinere Genuflexorium cum Ta-*
*peto, & Pulvinaribus*, & quatenùs affirmativè.

Tertiò. *An eædem prærogativæ, in utroque dubio recenſi-*
*tæ, competant etiam Baroniſſæ ejus Matri in caſu &c.*

Ad primum: *Quoad Sedem fixam, Negativè; Quoad amo-*
*vibilem, & Cameralem tantùm Affirmativè, in reliquis verò*
*Negativè.*

Ad ſecundum: *Affirmativè juxta decreta in Larien.* 12.
*Septemb.* 1699. *in Oſtunen.* 24. *Novemb.* 1703.

Ad tertium. *Negativè.*

*Toletana. Capitulum, & Canonici Metropolit. Eccleſiæ To-*
*letanæ ad evitandos abuſus pomparum, & faſtus Nobilium ad*
*dictam Eccleſiam confluentium, qui Sellas, Strata, & Pul-*
*vinaria præmittebant, decreverunt, aliàs nemini licere*
*impoſterum ſupradictis commoditatibus, ſeù vanitatibus in d.*
*Eccleſia uti, exceptis dumtaxat Regalibus Perſonis, & Ma-*
*gnatibus, quod decretum fuit litteris Pii V. confirmatum ſub*
*anno* 1571. *ex quo Decreto cùm effectum eſſet, ut Nobiles re-*
*traxerint ſe à dicta Eccleſia, tandem dictum Capitulum, &*
*Canonici ad revocandos Nobiles decreverunt ampliare, & ex-*
*tendere dictum Decretum ad omnes Titulatos, & Magiſtratus,*
*& Officiales, eorumque Uxores, Filios, & alios narratos in*
*Libello ſupplici ipſius Capituli, quod cum per ſe facere nequi-*
*rent, ex quo Decretum illud erat authoritate Apoſtolica confir-*
*matum, ad S Congregation. recurſum habuerunt, quæ reſpon-*
*dit: Nihil; die* 28. *Martii* 1626.

Et proinde in noſtro caſu non eſt quærendum, quid ex me-
ro abuſu in angulo vaſtiſſimi Regni Neapolitani una, vel
91 alia Uxor Baronis de facto operetur, ſed quid de Jure fieri
debeat, quia multa per coactam patientiam tolerantur ab
Epiſcopis Catholici Orbis, & præcipuè ab illis Regni Nea-
politani, ad vitanda majora ſcandala, quæ ſi deducerentur
in Judicium, juſtitia mediante, tolerari non debent, ut
reſpondit *Innoc. III. in cap. Cùm jam dudum de Præben.* &
notant adducti *in Inſtit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10 *§.* 4. *num.* 239.

In hac etiam parte ſupplicantes obſervare, quod contra-
ria prætenſio unicè tendit ad augendas diſſenſiones inter Ec-
cleſiaſticam, & Sæcularem Poteſtates in magno Neapolita-
no Regno; Quia, firmato hujuſmodi exemplo favore Uxo-
ris Baronis Cagiani, aperta erit ampla via renovandi ſimi-
les petitiones ab Uxoribus aliorum Titulatorum, & Ma-
gnatum primæ Claſſis ejuſdem Regni Neapolitani, cum illo
inconvenienti, ſi omnibus concedatur, vel aliquibus dene-
getur eadem Gratia, quod faciliùs concipi, quàm exprimi
hìc poteſt.

Nequè ad hunc effectum applicantur regulares illæ propo-
ſitiones, quòd Uxores corruſcantur radiis Maritorum, quod-
92 que prærogativæ illæ, quæ competunt Maritis, denegari
non poſſunt eorum Uxoribus: illæ enim veræ ſunt, & pro-
cedunt in rebus profanis & in illis diverſis functionibus; quæ
fiunt extra Loca ſacra, & in quibus earum Mariti Juriſdi-
ctionem habent, in quibus terminis loquuntur ex adverſo al-
legari ſoliti: Non applicantur autem ad noſtrum caſum, in
quo ſermo eſt de prærogativis, prætenſis in Eccleſiis, in qui-
bus nec ipſæ, nec earum Mariti umbram aliquam juriſdictio-
nis habent, ſed ex ſupra animadverſis omnia pendet à beni-
gnitate, & arbitrio Epiſcoporum.

Deciſio autem *in Pampilonen. Præemin.* 3. *Febr.* 1700. *§.*
*Præmaximè cor. Olmo*, in qua allegantur aliæ authoritates, 93
loquitur ad effectum toto Cœlo diverſum, prorſuſque diſpa-
ratum a noſtro, offerendi nimirùm aliquid Sacerdotibus poſt
Miſſarum celebrationem, in quo actu benè dicit *Rota*, &
concordant *Authores*, in illa citati, quòd in facienda dicta
oblatione debeat dari prælatio, nedùm Domino temporali,
ſed etiam ejus Uxori, Conſanguineis, Familiaribus, &
Famulis, in concurſu omnium aliorum de Populo, ea ra-
tione, quia omnes de Domo Domini temporalis ſe habent
per modum unius, & non debet dari intermediario inter il- 94
los: Ex quo proindè diverſo caſu nihil omninò inferri poteſt
ad noſtrum, vulgata *leg. Papinianus ff. de Minor.* cum con-
cordan. *apud Anſald. dec* 29 *num.* 11.

Videmus hoc quotidiè practicari in Uxoribus illorum,
qui ſunt de Magiſtratibus, comprehenſis etiam Majoribus;
Inauditum enim prorſus eſt, quòd eorundem Uxoribus den-
tur in Eccleſia Genuflexoria illa, aliæque Sedes, & præe- 95
minentiæ, quibus eorum Mariti ex permiſſione Epiſcopo-
rum gaudent, & ratio deſumitur ex iis, quæ leguntur apud
*Div. Paulum* 1. *ad Corinth.* 14. 34.

Idque ultrò admiſit Pater Moderni Baronis, qui anno 1699.
quando ſimilem prætenſionem excitavit, mediante Moni- 96
torio, expedito coram A C. Thomato, licèt Uxorem ha-
beret, quæ erat Mater ejuſdem moderni Baronis, adhùc ne-
que etiam ſomniavit id petere pro eadem Uxore, quæ proin-
dè nequè per umbram legitur expreſſa in dicto Monitorio;
Prout etiam neque ulla miſerabilis ſyllaba concernens nomen
ejuſdem Uxoris, legitur in alio Monitorio, expedito anno
1716. quod potius reſtrictum eſt ad ſolum, & unicum mo-
dernum Baronem, ibi: *Et pro ejuſmodi effectu Genuflexo-*
*rium cum Tapeto &c. in ejſdem Eccleſiis paraſſe pro eodem D.*
*Marchione &c.*

Quæ omnia à fortiori procedunt reſpectu Conſanguineo-
rum ejuſdem Baronis, quorum reſpectu habemus ulteriùs
punctuales reſolutiones hujus Sacræ Congregat. in *Oſtunen.* 97
24. *Novembris* 1703. confirmatam 12. *Julii* 1704. quæ utì
punctualiter præſentem caſum decidentes, habentur pro ca-
ſu legis, ex firmatis per *Rot. dec.* 7. *numer.* 3. *apud Antonell. de* 98
*Jur. Cleric.*, & *dec.* 72. *num.* 4. *cor. Anſald* & *in Romana. Ma-*
*trim.* 3. *Julii* 1719. *§ Deſcendendo cor. Corio.*

Quod 6. dub ſequentibus verbis conceptum: *An prohibitio,*
*facta ab Epiſcopo Clero, & Eccleſiis circa diſtributionem Can-*
*delæ benedictæ in die Purificationis, non facien. per Domos* 99
*Sæcularium, ſubſtineatur? Negativè* reſolutum, videtur
hodiè à deciſis recedendum; Quia præceptum Epiſcopi in
hac parte, longè ante præſentationem contrarii Monitorii,
emanatum in ſancta Viſitatione anni 1715. in omnibus con-
cordat cum praxi totius Eccleſiæ Catholicæ, cum Rubricis
Miſſalis, & cum reſolutionibus hujus Sacr. Congreg. quibus
attentis, Candelarum benedictio, & diſtributio in die Pu-
rificationis B. Virginis fieri debent in Eccleſiis, ad quas con-
venire debent Laici, ad illas flexis genibus accipiendas de
manibus Sacerdotum, ut diſponitur in *Rubric. Miſſal.* ibi: 100
*Finitis orationibus &c. Celebrans ſtans in medio antè Altare,*
*verſus ad Populum, diſtribuit Candelas, primò Digniori &c.*
*ultimò Laicis, omnibus genuflectentibus, Candelam, & ma-*
*num Celebrantis oſculantibus: Et in Cær. Epiſc. lib.* 2. *cap.* 16.
*poſt princ.* ibi: *Similiter, & alii Canonici parati, ordine ſuo acci-*
*piant Candelas; Poſt hos, Magiſtratus; & Officiales Majo-*
*res Civitatis &c. demum alii Nobiles Civitatis &c.* In cujus 101
ſequelam ita faciendum eſſe notant adducti per *Barboſ. de*
*Paroch. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 5. *Nicol. in Floſc. Verb. Candela*
*num.* 3. *Verſ. In Eccleſia*, ubi refert, & ſequitur quatuor re-
ſolutiones *S. Congr. Epiſc. & Regul.* aliam verò refert ibidem
*Barboſ. in Summ. Apoſt. dec Verb Candela num.* 1. ibi: *Can-*
*delas benedictas in die Purificationis B. Virginis ad ædes Sæ-*
*cularium Parochi tranſmittere non debent ſed juxta laudabi-*
*lem, & obſervatam ab Eccleſiam univerſalem conſuetudinem,*
*in Eccleſia Populus eas recipere tenetur, & D. Piton. diſc.*
*Eccleſ.* 16. *num* 6. *Verſic. Nec repugnare.*

Neque meretur in hac parte allegari contrarius uſus; Tum
quia iſte in facto nullo modo concludenter probatur; Tum
etiam, quia etiamſi per falſam hypotheſim probari in facto 102
poſſet, diceretur potiùs ſolemnis abuſus omninò eliminan-
dus, ut ſequendo diſpoſitionem *Concilii Provincialis Medio-*
*lanen.* in terminis egregiè probat *Ricc. in Prax. p.* 4. *reſol.* 296.
*num.* 7.

*num.* 7. ibi: *Idcircò conſuetudo uſitata, quod ad Domos defe-*
103 *ratur, non eſt laudabilis eo quod hoc modo quaſi videntur Laici exigere Tributum ab Eccleſia, quod tolerandum non eſt, & talis, non uſus, ſed abuſus eſt, qui punitur*; Et generaliter advertunt *Paſſer. de Elect. cap.* 9. *num.* 48. *& Rot. dec.* 10. *num.* 40. *apud Pacion. de Loc.*

Reſpectu verò hujus Candelarum diſtributionis, faciendæ in Eccleſia, non habet de quo conqueri poſſit Baro, quia quatenus accedere velit ad Eccleſiam in d. Feſtivitate, ade-
104 rit ſemper congrua diſtinctio, ex quo ſemper erit primus in illarum receptione, ut in ſpecie practicandum eſſe notat *Lagunez. de Fruct. par* 1. *cap.* 3. §. 1. *num.* 127. ubi quòd prærogativa Dominorum temporalium in hac parte non conſiſtit in eo, quòd Presbyteri ad eorum Domos Candelas benedictas tranſmittant, ſed ut ſint primi in illarum receptione à
105 manibus Sacerdotis, ibi; *Ex quibus præeminentiis, & ex earum ratione aliæ ſimiles prærogativæ in favorem Baronum, vel Dominorum inferiorum inferri poterunt, ut nimirum primi &c. Candelas in feſtivitate Purificat. B. Virginis Mariæ &c. accipiant*. Ultra quod prohibitio, facta ab Epiſcopo, & dubium, non cantant pro uno, vel altero caſu, in quo Eccleſiaſtici, poſt expletam in Eccleſia benedictionem, & di-
106 ſtributionem Candelarum velint alicui particulari perſonæ Candelam benedictam domi deferre, circa quem particularem caſum non inſiſtimus, ſed concernit diſtributionem, facien. omnibus Sæcularibus ad eorum Domos, quod nullo modo permitten. videtur, ex hucuſque animadverſis.

VII. dub. *An in Eccleſia S. Salvatoris liceat erigere Altare particulare pro explendo baptiſmate Infantium Baronis?* nun-
107 quam fuit ex hac parte impugnatum minuſquè hodiè in controverſiam adducitur, in illis tamen terminis, in quibus ab hac Sacr. Congreg. deciſum fuit cum reſcripto: *Licere, permittente Epiſcopo*; qui in caſus contingentia id nunquam denegaturus erit.

Remanent poſteriora duo dubia, quorum reſolutio non
108 poteſt evitari, mediante proteſtatione, quòd Baro non prætendat ea, quæ in illis continentur: Expedit enim ut determinentur, ea de Jure permitten. non eſſe adhòc, ut omnes ſciant proprias obligationes, utquè Religioſæ præſertim Familiæ non audeant contrarium practicare, ut eventus demonſtravit in noſtra Terra Caggiani, etiam poſt dictam aſſertam renunciationem, & proteſtationem.

In 8. igitur dub. quæritur: *An eidem Baroni debeatur ſalu-*
109 *tatio à Concionatore, ſivè Sæculari, ſivè Regulari, cum titulo Illuſtriſſimi, vel Eccllentiſſimi?* Cujus negativa reſolutio innititur claræ diſpoſitioni *Cœrem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 22. *antè fin.* ubi quòd Concionator tenetur ſolùm profundè caput inclinare erga Epiſcopum, vel Legatum, & notat *Piſcar. in Prax. Sac. Cœrem. lib.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 6. *de Cœrem. à Concionat.*
110 *obſerv. num.* 4. ubi, nulla omninò facta mentione Domini Temporalis, ait. *Statim ac Concionator Suggeſtum aſcenderit, reverentiam faciat Crucifixo, verſus Altare collocato, mox Prælatos, ſi adſint, ac Primates, aperto capite, deindè Populum circumſtantem, ſalutabit, & concordat Bauldr. de Sac. Cœremon. par.* 1. *cap.* 10. *de Concionat. Offic. num.* 6. ibi: *Vadit ad Pulpitum, ubi ſtatim Cruci, vel Altari facit inclinationem profundam &c. mox ſalutat Clerum, & Populum &c.*

Et ita in ſpecie pluriès reſolvit *hæc Sac. Congreg.* & ſignan-
111 ter *in Satrianen. ſeu Campanien.* contra Ducem ejuſdem Civitatis *in reſp. ad* 1. *dub. & in Capuana* 23. *Jan.* 1700. *ad* 3. *dub.* ibi: *An abſente Archiepiſcopo Magiſtratus debeat ſalutari cum titulo Illuſtriſſimi? Negativè.*

IX. ac ultimum dub. *An in acceſſu Baronis ad Eccleſias Regularium, ſive Sæcularium, excipi poſſit cum ſonitu Campa-*
112 *narum? Negativè* pariter reſolvendum videtur; Quia Campanarum ſonitus in *Cœrem. Epiſc.* permittitur ſolùm Epiſcopis, & Legatis in acceſſu ad Eccleſias, non autem Perſonis Laicis, & ubi talis abuſus reperitur, ſemper ab hac *Sac. Congreg* reprobatus fuit, teſte *Card. Urſino in Synod. Provinc.*
113 *Benevent. anni* 1693. *ſub titulo de Regular. cap.* 2. ibi: *Caveant Regulares, caveant Parochi, vel alii, ad quos ſpectat, nè in ingreſſu Baronis, ſivè alteriùs cujuſvis Poteſtatis, Sæcularis ſivè Magiſtratus, Campanas faciant pulſare. Epiſcopi verò hujuſmodi Campanarum ſonitum permittere non poſſe advertant; cùm hoc ſit à Sancta Sede indiſtinctè prohibitum &c.* Campanæ enim non debent ad profanum uſum paſſim uſurpari, cum à Doctoribus nuncupentur Prædicatorum ſpecies, invitantes, & vocantes Populum ad aſſiſtendum Divinis, ut
114 notant *Lap. alleg.* 12. *num.* 4. ubi *Addens lit E. & Card. de Luc. Juriſd. diſc.* 32. *num.* 10.

Die 13. Maii 1719. propoſitis in C. R. per Card. Scottum
115 ſequentibus dubiis, reſoluta fuerunt ut infra.

1. *An Baroni Terræ Caggiani debeatur uſus Genuflexorii cum pulvinaribus, Tapeto, & Sede Appodiali amovibili extra Presbyterium, in quo loco, ſive abſente, ſivè præſente* 116 *Epiſcopo*. Affirmativè.

2. *An ſuſtineatur, tam ſuſpenſio F. I. quàm interdictum, ſivè ceſſatio à divinis in Eccleſia S. Salvatoris Terræ Caggia-* 117 *ni*. Negativè.

3. *An competat Uxori Baronis ejuſque Conſanguineis uſus Genuflexorii cum Pulvinaribus, Tapeto, & Sede Appodiali*. 118 Exequatur Exempla.

4. *An prohibitio, facta Clero, & Eccleſiaſticis à Reverendiſſimo Epiſcopo circa diſtributionem Candelæ benedictæ in die* 119 *Purificationis facien. per Domos Sæcularium ſubſtineatur*. Negativè.

5. *An in Eccleſia Parochiali S. Salvatoris liceat erigere Altare Particulare pro explendo Baptiſmate Infantium Baro-* 120 *nis*. Licere, permittente Epiſcopo, & ad mentem quæ fuit, ut id permitteret.

6. *An Baroni debeatur ſalutatio à Concionatore, ſivè Sæculari, ſivè Regulari cum Titulo Illuſtriſſimi vel Eccellentiæ*. 121 Non propoſitum.

7. *An in Acceſſu Baronis ad Eccleſias Regularium, ſivè Sæcularium excipi poſſit cum Sonitu Campanarum?* Non pro- 122 poſitum.

Repropoſita verò Cauſa per eundem Ponentem die 3. Fe- 123 bruari 1720. fuit reſponſum, ut infrà.

1. *An conſtet de Attentatis, & ad cujus favorem ſint purganda in caſu &c.* Non fuit eidem dubio reſponſum juxtà pra- 124 xim Sacr. Congreg. quando eodem tempore reſolvit dubia circà merita Cauſæ.

2. *An Cenſuræ promulgatæ contra P. ſubſtineantur?* Cenſuras non ſuſtineri, ſed P. petat humiliter veniam. ac cer- 125 tioretur Sacr. Congregatio infrà menſem poſt reditum Epiſcopi.

*Ad tertium, de quo ſupra num.* 116. In deciſis juxta modum, modus eſt cum Genuflexorio, ornato Tapeto laneo, 126 ſinè Strato, & Pulvinaribus pariter laneis, Sede coriacea appodiali amovibili, & à Cornu Epiſtolæ.

*Ad quartum de quo ſuprà num.* 117 Non indigere. 127

*Ad quintum, de quo ſupra num.* 118 Negativè. 128

*Ad ſextum, de quo ſupra num.* 119. In deciſis juxtà modum, modus eſt licere facta priùs diſtributiones in Eccleſia. 129

*Ad ſeptimum de quo ſuprà num.* 120. Indeciſis. 130

*Ad octavum, de quo ſuprà num.* 121. Negativè. 131

*Ad nonum, de quo ſuprà num.* 122. Negativè. 132

---

# DISCEPTATIO V.

## Pariſien. Diſpenſationis.

### Ad inſtantiam Principis Philippi de Vandomo.

### ARGUMENTUM.

*Suppoſita indubitata facultate diſpenſandi cum Sacerdotibus, Monacis, & Equitibus Hieroſolymitanis ad effectum ducendi Uxorem, examinantur multæ cauſæ, ex quibus moveri ſolet Apoſtolica Sedes ad tales Diſpenſationes concedendas. Et multò magis ad concedendas dictis Equitibus Hieroſolytanis Gratiam tranſitus ad alium Ordinem militarem, in quo conniugalis Caſtitas ſervetur.*

Regia, ſeù Regiæ proxima familia Principum de Vandomo, quam inviĉtiſſimi Duces pietate, & armorum gloria illuſtrarunt, extinctioni proxima reperitur, veluti redacta ad unicum, ſed clariſſimum Germen, Principem 1
nempè Philippum, ſtrenuum ætatis noſtræ Heroem, inſignium geſtorum fama commendatum, necnon Patruo, ac Fratri, magnanimis, & celeberrimis Regiorum Exercituum Imperatoribus, pari virtute æmulum; Qui proptereà tanquàm Eques, Votis Hieroſolymitanæ Religionis alligatus, ad effectum ducendi Uxorem pro reſtauratione nobiliſſimæ, & cadentis Familiæ preces ſuas exponere volens Apoſtolicæ Sedi, antequam illas fundat, humiliter petendo alteram ex duabus Gratiis, in hac materia concedi ſolitis, Diſpenſationem ſcilicet ſuper relaxatione, & diſſolutione Votorum, & Voti ſolemnis perpetuæ Caſtitatis; Sin mi- 2
nùs, & ſubſidiariè tranſitum de Ordine militari, in quo reperitur, ad alium Ordinem æquè militarem, in quo ſervetur Caſtitas conjugalis, oſtendere vult illas eſſe ſolidè innixas

nixas rationi authoritatibus Doctorum, & Apoſtolicæ Sedis ſolito, & proindè concurrentibus omnibus extremis neceſſariis pro eadem Gratia, ſperat ejus preces eſſe exaudiendas.

Reſpectu prioris Gratiæ, principaliter expoſtulatæ quoàd diſpenſationem Voti perpetuæ Caſtitatis, videtur conſtare
3 de omnibus illis requiſitis, quæ ſuper hoc articulo in rigida cenſura deſiderari poſſunt, quia ſcilicèt concurrit primo indubitata poteſtas Summi Pontificis; Secundò ejus ſolitum, patefactum ab exemplis, concedendi hujuſmodi Diſpenſationes; Et tertiò demum æqua, & rationabilis cauſa, ob quam Sedes Apoſtolica aliàs, & plùries diſpenſavit, & diſpenſare conſuevit, juxta theoricam *Innocentii*, quem ſequuntur *omnes Canoniſtæ* in *cap. Cùm ad Monaſterium ſub n.4.*
4 *de Stat. Monach.* & notant etiam *Menoch. de Arbitr. caſ.281. num.10. & de Præſumpt. lib.2. præſumpt.10. num.35. Reginald. in Prax for. pœnit. lib.18. cap.22. num.329. Garz. de Benefic. par.7. cap.10. num.43. Layman. in Theol. Moral. lib.4. tract.4. cap.1. num.8. verſ. Quamvis, Leſſ. de Juſt. & jur. lib.2. cap.40. dub.19. num.141. de Juſtis de Diſpenſat. Matr. lib.2. cap.13. nu.17. Diana coord. tom.3. tract.1. de Poteſt. Pontif. in ordine ad Sacr. reſol.78. & 79. per totas, Dandin de Suſpect. de hæreſ. cap.3. ſect.1. ſubſect.1. §.2. num.18.*

Poteſtatem Summi Pontificis certam, & infallibilem al-
5 tioribus principiis probare non eſt opus, tanquam ſatis olim diſcuſſam, communi Canoniſtarum, & Theologorum ſuffragio affirmatam, & extra dubitandi confinia deindè ſepoſitam, addito Sedis Apoſtolicæ judicio, tot Summorum Pontificum exemplis comprobato, qui plurium Sæculorum ſpatio, ut infrà, diſpenſarunt; Etenim hanc quæſtionem tractant, illamque affirmativè reſolvunt pro indubitata Summi Pontificis poteſtate faciendi de Monacho non Monachum, & diſpenſandi ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis *omnes Canoniſtæ* in *cap. Cùm ad Monaſterium de Stat. Monach.* ſignanter *Gloſſ. ibid. in verbo Abdicatio proprietatis verſ. Sed*
6 *de Monacho, Innocent ſub num.4. Panormitan. num.21. Butr. num.28. Jo: Andr. num.29.* & inter modernos *Fagnan. nu.57. & ſeq. Barboſ. num.13. Gonzal. nu.12. Garz. de Benef. par.7. cap.10. num.43.* ubi aſſerit hanc eſſe communem ſententiam inter Theologos, & juris Peritos, & allegat columnam authoritatum, *Sanchez. de Matrim. lib.8. diſp.8. per tot. Pont.*
7 *cod. tract. tit. de Impedim. matrim. lib.7. cap.10. per tot.* latiſſimè *Donat. in Prax. quæſt. regul. tom.4. tract.1. de Stat. Religioſ. quæſt.13. num.10. cum ſeqq. Pellizzar. in Manual. tom.1. tract.3. cap.5. ſect.1. num.8. & ſeqq. Leſſ. de Juſt. & jur. lib.2. cap.40. dubit.19. num.141. Layman. in Theolog. Moral. lib.4. tract.4. cap.1. nu.8. Reginald. in Prax. for. pœnit. lib.18. cap.22. num.329. Azzor. Inſtit. moral. tom.1. lib.12. cap.7. quæſt.1. Menoch. de Arbitr. lib.2. centur.5. caſ.421. num.10. & de Præſumpt. lib.2. præſumpt.10. num.35. & Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par.2. cap.11. num.54.*

Et in ſpecie loquendo de poteſtate Summi Pontificis diſpenſandi ſuper Voto ſolemni perpetuæ Caſtitatis ad effectum Matrimonii cum Equitibus Hieroſolymitanis, probant *de*
8 *Juſtis de Diſpenſat. matrim. lib.2. cap.15. num.14.* ibi: *Clarè conſtat, poſſe Summum Pontificem, ſi juſta cauſa adſit, diſpenſare ad Matrimonium cum Equitibus Hieroſolymitanis, & aliis Religioſis, & Monachis profeſſis:* & in eiſdem terminis proſequuntur *Mend. de Ordin militar. diſquiſit.3. num.135. & ſeqq & diſquiſit.5. ſub num.17. Pont. de Matrim lib.9. cap.7. num.3. Eſcan. in Propugn. Religion. Hieroſol. diſcep.8. cap.2. per tot. Azor. Inſtit. moral. tom.1. lib.13. cap.6. quæſt.4 verſ. Nec obſtat Clericat. de Matr. dec 21. num.30. & dec.28. num.19. Lezzan. Oper. moral. tom.4. conſult.11. num.1. & ſeq. Diana*
9 *coord. tom.3. tract.1. reſol.79. num.1. & ſeqq.* Et loquendo de aliis Religioſis, & Monachis proſequuntur *Bellet. Diſquiſit. Cleric. par.1. tit. De Diſcipl. Cleric. §.9. num.12. & ſeqq. Bartholom. à Sanct. Fauſt. in Theſaur. Religioſ. lib.3 quæſt.36. num.5. Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. alleg.15. num.23. Sperell. dec.2. num.86. Transmiera de Poligam. lib.2. quæſt.17. num.31. & ſeq. Dandin. de Suſpect. de hæreſ lib.1. ſect.1. ſubſect.1. §.2.*
10 *num.18.* ità, & taliter, quòd abſonum videatur ampliùs in dubium revocare Summi Pontificis poteſtatem, ab univerſali Canoniſtarum, & Theologorum judicio ità firmiter canonizatam, & tot Diſpenſationum Apoſtolicarum exemplis in praxi receptam.

Quæ quidem poteſtas non eſt extraordinaria, aùt de plenitudine, ſed ordinaria, & ſolita, rationibus, quibus eam probant omnes Scribentes; Sivè ratio ſit illa, quòd Chriſtus Dominus hanc poteſtatem univerſaliter dedit Sum-
11 mo Pontifici in iis verbis: *Quodcumque ſolveris ſuper Terram, erit ſolutum, & in Cœlis:* ut legitur *Matthæi cap.16.* Sivè ſit alia, quòd ſicut Pontifex in Votis ſimplicibus perpetuæ Caſtitatis diſpenſare valet, ſic etiam in Votis ſolemnibus, cùm ſolemnitas Voti non ſit aliquid Juris divini edicto diſpoſitum, ſed ex Conſtitutione Eccleſiæ introductum de Jure poſitivo, ut legitur in *cap. unico de Vot. & vot. redempt.*
*in 6.* Undè nil magis obvium, & naturale eſt, quàm quod 12
Sedes Apoſtolica vinculo, & impedimento, quòd ipſa induxit, derogare valeat, diſpenſando citrà ullam extraordinariam exorbitantiam, ut his rationibus, inter alias, moventur *Pellizzar. in Manual. tom.1. tract.3 cap 5. ſect.1. num.8. verſ. Idque Leſſ. de Juſt. & jur. leg.2. cap.40 dub.19. num.141. Lezzan. tom.4. conſult.11. num.3. Donat. in Prax. quæſt. regul. tom.4. tract.1. ſect.13. num.12. Diana Coord. tom.3. tract.1.*
*reſol.78. num.4. & reſol.79. num.6. Garz. de Benef. par.7. cap.* 13
*10. à num.46.* Omiſſis cœteris concordantibus ſuper hoc puncto indubitabili ſuperfluis, ut oſtendit *Card. Capiſucch. in*
*Contr.1. tit. de De Voto ſolemni quæſt. unic. per tot.* & in ſpe- 14
cie, quod Papa in hoc utatur poteſtate ordinaria, non autem de plenitudine, advertit *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.8 cap. 10. num.28. verſ. Et non modo videtur.*

Ex poteſtate Summi Pontificis deſcendimus ad ejus voluntatem, quæ ab exemplis, & ſolito reſultare dicitur ad eviden-
tiam: Quotiès enim tractamus materiam, in qua Papa non 15
ſolùm poteſt, ſed etiam ſolet Gratias concedere, & diſpenſare, iſta diſpenſandi conſuetudo, & praxis Summi Pontificis voluntatem demonſtrat, & faciliorem viam ſternit conceſſioni ejus, quod aliàs concedi ſolitum fuit, cùm Sedis Apoſtolicæ benignitas, & nunquam ſatis laudata clementia, non dedignetur calcare, & ſequi veſtigia Prædeceſſo-
rum, ut *in can. Si ea deſtruerem cum ſeq. 25. quæſt.2.* Quid- 16
quid enim in aliis caſibus ſervatum eſt, convenit rationabile judicari, & tanquàm à conſuetudine Eccleſiæ petita juſtiſſimè gratia imploratur, ut in ſubjecta materia tradunt *Donat. Quæſt. regul. tom.4. tract.1. quæſt.13. num.18 Leſſ. de Juſt.*
*& jur. lib.2. cap.15. nu.141. Lezzan. tom.4. conſult.11. num.10.* 17
*Dian. coord. tom.3. tract.1. reſol.78. num.4. & 5. Azor. Inſtit. moral. tom.1. lib.12. cap.7. quæſt.1. verſ. Accedit, & Reginald. in Prax. for. pœnit. lib.18. cap.22. num.329.*

Exempla verò, quæ praxim, & conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ præſeferunt, ex omni parte abundant, & quidem
in omni genere illarum Perſonarum, quæ ſolemni Voto per- 18
petuæ Caſtitatis ſunt adſtrictæ, ſivè fuerint Perſonæ Sæculares, in Ordine Sacro conſtitutæ, ſivè Regulares, & Monachi profeſſi, ſivè demùm Equites Religionum Militarium, & ſignanter Hieroſolymitanæ.

Primò igitur loco frequentiora ſunt exempla, quibus Sedes Apoſtolica diſpenſavit ſuper Voto perpetuæ Caſtitatis quo ad nobiles Sæculares, in Ordine Subdiaconali, & Diaconali conſtitutos, licèt non eſſent Reges, aut Magnantes Su-
premi, nàm Alexander VI. diſpenſavit cum Cæſare Diaco- 19
no Cardinali, ut in Uxorem duceret filiam Ducis Valentini, ut teſtantur *Gonzal. in d. cap. Cùm ad Monaſterium n.22.*
*in fin. Barboſ. num.13. in fin. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.8.* 20
*cap.10. nu.28. Lezzan. tom.4. conſult.11. nu.10. in fin.* Gregorius XIII. diſpenſavit de anno 1574. cum Barone à Chieros Tranſilvano, & Philippo Schutz Leodienſi in Ordine Diaconatus conſtitutis, ut teſtantur *Navar. conſ.37. num.12. de Voto*, & obſervavi *in tom.2. par.1. diſcept.13. num.32 & 41.* Clemens VIII. diſpenſavit anno 1597. cum Henrico Trevinenſi, & Roderico Henriquez Diaconis, ut obſervavi *ubi*
*proximè num.46. Franciſ. de Arauxo de Eccleſ. Stat. tract.2.* 21
*quæſt.19. num.29.* ubi etiam refert diſpenſationem Pauli V. cum Franciſco Chacon Archidiacono Toleti, & omiſſis exemplis Conſtitutorum in Ordine Subdiaconali, à me re-
*latis ubi ſupra*, quoad Diaconos paſſim diſpenſatos in Hiſ- 22
pania, & Italia ad effectum contrahendi Matrimonium, teſtatur de frequentia exemplorum *Navar. d. conſ 37. num.12. de Voto*, ibi: *Frequentiſſimè Summi Pontifices diſpenſaverunt ſuper Voto, ſolemnizato per ſuſceptionem Subdiaconatus, &*
*Diaconatus in Hiſpania &c. & in Italia, ut frequenter audivi-* 23
*mus: Medina de Sac. hom. contin. lib.5. cap.100.* relatus ab eodem *Navar. conſ.38. num.11. eod. tit.* ibi: *Sacroſancta Sedes Apoſtolica frequenter diſpenſavit cum Subdiaconis, & aliquando cum Diaconis, ut contraherent Matrimonium, ut multi teſtantur, præſertim præfatus Medina, qui ait, ſe vidiſſe multas Subdiaconorum diſpenſationes, & paucas Diaconorum: Maur. in Theol. tom.3. lib.13. n.16. pag.289.* ibi: *Pontifex ſepè diſpenſavit, ut Sacerdotes, & Diaconi ducerent Uxores, & Card. de Albic. de Inconſt. in Fid. par.1. cap.36. à num.134.*

Hæc autem exempla non ſunt extranea, ſed mirabiliter
influunt, & fraternizant ex identitate rationis cum diſpenſa- 24
tione ſuper Voto perpetuæ Caſtitatis Equitum Hieroſolymitanorum; Non enim majus obſtaculum reperitur in Voto ſolemni

ſolemni iſtorum, quàm in Voto Caſtitatis, Ordinibus Sa-
cris annexo, cùm utrumque ſit Votum ſolenne perpetuæ
Caſtitatis, & conſequentèr conſuetudo Sedis Apoſtolicæ
concedendi diſpenſationes ſuper Voto Diaconis, & Subdia-
conis facit exemplum etiam pro Equitibus Hieroſolymita-
nis, æquali Voto adſtrictis, ut inquit *Diana coord. tom. 3.*
25 *tract. 1. reſol. 79. num. 6.* ibi: *Pontifex poteſt relaxare Votum
ſolemne Caſtitatis Clericorum &c. Ergò etiam poterit relaxare
Votum ſolemne Religioſorum, quià, cùm utrumque ſit ſolemne,
æqua debebit eſſe utriuſque ratio: Leſſ. de Juſt. & jur. lib. 2.
cap. 40. dub. 19. num. 141. verſ. Secundo probatur, Dandin. de
Suſpect. de hæreſ. cap. 3. ſect. 1. ſubſect. 1. num. 17. & 18.* Cùm
valeat illatio à diſpenſatione Subdiaconi, & Diaconi ſuper
Voto Caſtitatis ad diſpenſationem Equitis Hieroſolymitani,
26 quia de ſimilibus idem eſt judicium *leg. Non poſſunt, & leg.
ſeq. ff. de legib. Peregr. conſ. 9. nu. 29. lib. 2. Farinac. in Frag-
men. p. 1. lit. E. n. 188. Pacian. de Prob. lib. 2. c. 13. n. 10. Barb.
in Loc. commun. loc. 101. num. 1. Rot. dec. 223. n. 6 p. 15. rec.* & in
puncto diſpenſationis Equitis Hieroſolymitani tradit *Mend.
de Ordin. militar. diſquiſ. 3. n. 139.*

Secundo loco ſe ſe offerunt exempla Diſpenſationum in
terminis longè fortioribus Monachorum; Ex Hiſtoricis
27 enim, & traditionibus Doctorum habemus, non ſolum
fuiſſe diſpenſatum cum Caſimiro Poloniæ Rege, & Mona-
cho ſimul, & Diacono referente *Lancellot. in lib cui tit. L'
Oggidì t. 1. diſing. 38. fol. 403.* ibi: *Avendo ſciolto dal legame
di caſtità Caſimiro Monaco Cluniacenſe, e Diacono, erede del
Regno di Polonia per la quiete pubblica Benedetto IX. impone
per memoria di queſta grazia a' Nobili per l'avvenire, che nel-
le feſte ſolenni, ſtando alla Meſſa, portino una Faſcia bianca,
come una Stola di Sacerdote, o di Diacono pendente al collo. A
Plebei un bajocco per teſta l'anno per la Lampada di S. Pietro;
Ed a tutti di quel Regno luſciarſi, quando ſi toſano, ſempre
una Corona, e Chierica intorno al capo a foggia di Monaci.*
28 Sed etiam cum Ramiro Sacerdote, & Monacho Benedicti-
no, & Conſtantia Roggerii Regis Siciliæ Filia, Moniali
in Monaſterio Panormitano, Omiſſis autem hujuſmodi
exemplis, veluti reſpicientibus Reges, aùt Regnorum bo-
num.

Punctualiſſimum eſt illud *Nicolai* Familiæ Juſtinianæ Sa-
cerdotis, & Monachi profeſſi, cum quo Alexander III. di-
ſpenſavit, ut Matrimonium contraheret, motus non ex
cauſa graviſſima, & directè utilitatem publicam reſpicien-
te, ſed ex eo tantùm motivo, & caſu finali, ne memorati
Nicolai illuſtris Familia extingueretur, ut teſtantur *Diana*
29 *coordin. tom. 3. tract. 1. reſol. 78. nu. 3.* ibi: *Unus tantum ſupereſt
Adoleſcens Nicolaus nomine apud Monachos S. Nicolai; tunc
Vitalis Dux Venetiis impetravit ab Alexandro III. Pontifice
Romano, ut liceret Adoleſcenti Monacho ſolvere vinculum Re-
ligionis ad ſuſcitandam Sobolem Gentis: & reſol. 79. n. 7.* ibi:
*Et hoc &c. ne Familia tam illuſtris extingueretur: Donat. in*
30 *Prax. tom. 4. tract. 1. q. 13 num. 21.* ibi: *Alexander Tertius cum
Nicolao Juſtiniano Monacho profeſſo diſpenſavit, ut poſſet
Matrimonium contrahere, ad hoc ne ſua tam illuſtris Familia
periret: Leſſ. de Juſt. & jur. lib. 2. cap. 40. numer. 141. circa*
31 *finem verſic. Tertiò probatur*, ibi: *Cum Nicolao Juſtiniano
Monacho profeſſo diſpenſavit Alexander Tertius, ut poſſet U-
xorem ducere, ne Familia tam illuſtris extingueretur: Fragoſ.
de Regim Reipub. tom. 1. lib. 2. diſp. 1. §. numer. 173.* ibi: *Nè*
32 *tàm excellens Familia deleretur. Cleric. de Matrim. dec. 15. nu.
19.* ibi: *Ut Familiam extinctam repararet: Fagn. in cap. Cùm
ad Monaſterium num. 66. de Stat. Monach.* ibique *Barb. nu. 13.
verſic. Et ſimilitèr, Barthol. à Sanct. Fauſt. in Theſaur. relig.
lib. 3. quæſt. 36. num. 5. Pineda in Monarchia Eccleſiaſt. par. 4.
lib. 25. cap. 7. §. 1. pag. 84. Azor. Inſtit. moral. tom. 1. lib. 12.
c. 7. qu. 1. verſ. Legimus, Menoch. de Arbitr. caſ 421. n. 13. Lez-
zan. tom. 4. conſ. 11 n. 10.* & legitur apud *Pietralata in Vita S.
Laur. Juſt. lib. 1. §. Il Sereniſſimo.*

Dum igitur S. Sedes diſpenſare conſuevit etiam cum Mo-
33 nachis, qui ſimul erant Sacerdotes, & Religioſi clauſtra-
les, hæc praxis procul dubio reputanda eſt in fortioribus, &
durioribus terminis, itaùt faciliùs adeſſe cenſeatur voluntas
Summi Pontificis ad diſpenſandum cum Equitibus Hieroſo-
lymitanis, nam ſicut denegata non fuit Diſpenſatio Mona-
chis, ſtrictioris regulæ obſervantia ligatis, quis dubitare
34 poterit, hoc eſſe exemplum faciliùs & cum minori exor-
bitantia diſpenſandi cum Equitibus Hieroſolymitanis,
qui licèt eſſentiam veræ Religionis profiteantur, atta-
men more Sæcularium, in privatis eorum domibus vi-
vunt, & à ſtatu Sæculari, exceptis Votis, quòad reliqua,
non valdè diſtant, ut in puncto conſiderat *Lezzan. d. conſul.*
35 *11. numer. 4. & 9.* ibi: *Hæc autem multò magis procedunt
in diſpenſatione Voti ſolemnis Caſtitatis, quod in Religione
S. Joann. Gieroſolymitani emittitur; Talis namque Religio,
etſi eſſentiam veræ Religionis participet, nihilominus inter
eas, quæ laxiores vocantùr, jure recenſetur. Cùm conſtet Re-
ligioſos illius Equites videlicet &c. nihilominus fermè, ut Sæ-
culares Equites ſe gerere, in privatis domibus degere, Sæcu-
larium veſtibus uti, Principibus in bello deſervire, lautis con-
viviis paſci, amplis redditibus perfrui, & vix ullis auſterita-
tis obſervantiis vacare, quàm illis, quæ neceſſariæ ſunt pro
bello contra infideles gerendo, quod eſt proprium ipſorum in-
ſtitutum &c. quæ omnia, & alia, quæ afferri poſſent manife-
ſtè concludunt, Religionem Militum S. Jo: &c inter laxiores
connumerandam, ſicque faciliùs in Voto ſolemni Caſtitatis di-
ſpenſari poſſe cum ipſius Alumnis.*

Ubi enim minor concurrit repugnantia ſtatus circa Vota,
minor adeſſe dicitur diſpenſandi durities, quidquid ſervatum
fuit cum *Monachis*, in adeò ſtricta, & Regulari vita conſti- 36
tutis, cum eis diſpenſando ad contrahendum Matrimo-
nium, eò magis ſervare fas eſt quoad Equites Religionis
Militaris, qui tanquam more Sæcularium viventes, ſi cum
eis diſpenſetur ad Matrimonium, non generant apud Popu-
lum illam externam apparentiam mutationis Status, quæ
naſcitur, & producitur ex diſpenſatione Monachi ad Uxo-
rem ducendam, qui de Clauſtro, & cuculla ad Sæculum
cum Uxore revertuntur; Ad quam rationem reſpexit Six-
tus V. in ſuo Brevi diſpenſatorio illius Equitis Hieroſolymi-
tani, de quo infrà ſermo erit ibi: *Cùm præſertim Religioſo- 37
rum hominum conſuetudo à Statu Sæculari, exceptis Votis, in
reliquis non valdè diſtet*: Et in terminis noſtris, hac ratione
ducti ad effectum facilioris diſpenſationis Equitis Hieroſo-
lymitani, proſequuntur *Lezzan. d. conſult. 11. numer. 4 & 9. 38
Dian. coord. tom. 3. tract. 1. reſ. 79. n. 3. Eſcan. in Propugnac. Rel.
Hieroſ. diſ. 8. c. 2. n. 3.*

Tertio demum loco exhibemus Exempla in ſpecialibus
terminis Diſpenſationum, conceſſarum Religioſis Ordinis
Militaris; Etenim in tribus Ordinibus Monteſiæ in Regno
valentiæ, necnon Calatravæ, & Alcantaræ in Hiſpaniis 39
tempore, quo emittebant tria Vota ſubſtantialia, ſicut emit-
tuntur in Religione Hieroſolymitana, Summi Pontifices
cum eorum Equitibus paſſim diſpenſarunt Petri Ludovici
Galzeran de Borgia, Magni Magiſtri Ordinis Monteſiæ te-
ſtatur *Carol. de Tap. in Auth Ingreſſi, in verbo Monaſteria cap. 40
51. num. 3.* Et de frequentia diſpenſationum, quas conceſſit
Clemens VII. multis Religioſis Equitibus Calatravæ,
& Alcantaræ ad effectum ducendi Uxores habemus te-
ſtimonium *Azor Inſtit. moral. tom. 1. lib. 12. cap. 7 quæſt 1.*
ibi: *Authoritate ejuſdem Clementis VII. multis Religioſis E- 41
quitibus, profeſſis in Ordinibus Militaribus Calatravæ, &
Alcantaræ conceſſum eſt, ut ſi vellent Uxores accipere &c. Lez-
zan. d. conſul. 11. numer. 20. Eſcann. in Propugnac. Religion.
Hieroſolymitan. diſc. 8. cap. 2. numer. 25.* Et quòd ſupradi-
cti Equites tunc temporis emitterent Votum perpetuæ Ca-
ſtitatis, ſicut Hieroſolymitani, probat *Boſs in ejus Hiſto-
ria par. 1. lib. 7. circa annum. 1177.* relatus à *Lezzan. d. con-
ſult. 11. numer. 20. Diana coordin. tom. 2. tract. 1. reſol. 78. 42
numer. 6. Azor. Inſtitu. Moral tom. 1. lib. 12. cap. 7 verſic. Le-
gimus*, ubi quòd erant tales, quales ſunt Milites S. Jo:
Hieroſolymitani ibi: *Quales ſunt ſacri Milites Sanct. Joan. 43
Hieroſolymitani, & tales erant tunc temporis Calactravæ,
& Alcantaræ, licèt nunc caſtitatem conjugalem promittant.*

Præter exempla Diſpenſationum in Equitibus hujuſ-
modi Ordinum Militarium Monteſiæ, Calatravæ, & Al-
cantaræ, extat etiam exemplum in alio Ordine Milita- 44
ri Theutonicorum, dum Urbanus VIII. anno 1627. diſ-
penſavit cum Henrico Scell. Equite profeſſo Militiæ S.
Mariæ Teutonicorum, ad effectum contrahendi Matrimo-
nium cum Agnete Hurbergh Muliere Colonien ut obſer- 45
vavi in *tom. 2. par. 1. diſcep. 13 numer. 53.* quæ diſpenſatio
per indè eſt, ac ſi conceſſa fuiſſet Equiti Ordinis Hieroſoly-
mitani, cum quo fraternizzat ille Theutonicorum in tribus
Votis ſubſtantialibus, & præcipeè illo perpetuæ, & abſo-
lutæ caſtitatis, ut tradit *Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap. 46
29. numer. 23. verſic. Sunt autem*, & dixit *Rot. in Olumucen.
Juriſdictionis 5. Junii 1693. §. Nam non videtur cor Molines,
& in Brixinen Juriſdictionis 27. Junii 5710. §. Hucuſque cor.
Kaunitz.*

Agendo demùm de exemplis noſtri Ordinis Hieroſolymi-
tani, juxtà ſeriem temporum, Primum ex illis eſt innixum
Brevi Apoſtolico Joannis XXIII. de anno 1413. in quo diſ-
penſavit cum nobili Viro Jacobo de Viriaco, Præceptore 47
Caſtellano nuncupato Domus Caſtellaniæ S. Jo: Hieroſo-
lymitani de Scalis, quem à vinculo Religionis abſol-

vit,

vit, & ad Sæcularem Statum reduxit, quod exemplum licèt antiquum, eſt ſatis notabile, quia nulla ex cauſa directè publica emanaſſe conſtat, sed ſolo intuitu nobilitatis, ut in propoſito advertunt *Lezzan. d. conſ. 11. numer. 23. Diana*
48 *coordin. to. 3 tract. 1. reſol. 79. num. 13. Villalob. in Summ tom. 1. tract. 14. diſp. 26. nu 6. & Reginald. in Prax for pœnit. lib. 18. c. 22. num. 321.*

Aliud exemplum eſt illud Clem. VII. de anno 1530. qui diſpenſationem conceſſit Antonio Ludovico, Domino Lo-
49 ci Racoviſii in Sabaudia, Equiti Hieroſolymitano, ut colligitur ex *Rubeo Alexand. conſ. 147. in princip & numer. 7. cum ſeqq.* cui licèt unico Relatori, adhùc plena fides circa hoc factum deferri debet, tanquam conſultus, ſuper lite, quæ cauſata fuerat ex diſpenſatione ſuper eo ſcilicet, an annua præſtatio, promiſſa eidem Antonio ſub conditione perſeverandi in Religione Hieroſolymitana, ampliùs prætendi poſſet poſt mutationem Status? in quo memoratus Author negativum dedit reſponſum: Eòque magis fidem meretur, dum agitur de diſpenſatione facta per Clemen-
50 tem VII. quia alias diſpenſationes paſſim conceſſerat cum Equitibus Calatravæ, & Alcantaræ, ut ſuperiùs relatum fuit, quod adminiculat, & auget fidem huic Doctori referenti allegatam diſpenſationem Equitis Hieroſolymitani,
51 ut tradunt *Bonden. collect. 14. num. 148. lib. 1. Rot. cor. Coccin. deciſ. 676. num. 4. Anſald. in Addit. ad deciſ. 100. num. 81. & in Neapolitanæ Primicieratus 9. Junii 1719. §. In idem collimat. cor. Criſpo.*

Tertium exemplum ſubminiſtrat diſpenſatio facta anno 1588. per Sixtum V. cum Antonio Scipione de Joyo-
52 ſa, Equite Hieroſolymitano, ſeu Priore Prioratus Toloſani Hoſpitalis S. Joan: Hieroſolymitani, quæ diſpenſatio eſt valdè conſiderabilis, nam emanavit prævia diſcuſſione negotii in Congregr. particulari S. R. E. Card. ſpecialiter deputata. Necnon ad preces Chriſtianiſſimi Regis
53 ex cauſa conſervandi familiam nobilem, & ob ipſius familiæ merita. Et demum inhærendo juxtà teſtimonium Papæ exemplo, & veſtigiis Pontificis Prædeceſſoris ibi: *Tum intuitu Chriſtianiſſimi Regis, tum ex ipſo Paſtoralis officii munere, tum exemplo noſtrorum Prædeceſſorum, tum etiam ex præclaris ejuſdem Familiæ meritis:* Additâ expreſſione, quod
54 hujuſmodi Militum vivendi conſuetudo, *à Statu ſæculari, exceptis Votis, in reliquis non valdè diſtet.*

Quod notabile exemplum ponit ante oculos cauſam diſpenſandi, & quod magis eſt, declaravit conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ in diſpenſando cum Equitibus Hieroſolymitanis ibi: *exemplo noſtrum Prædeceſſorum:* Cui ſummi Pontificis expreſſioni pleniſſimam fidem adhibendam eſſe ſtatuit *Text. in Clemen. Literis de Proba. & in cap. Si Papa de Privil. in 6. Maſcard. de Probat. concluſ. 139. numer. 1. &*
55 *ſeqq. Rot. in Caputaquen. Juriſdictionis 4. Maii 1708. §. Concurrunt cor. Caffarello, & in Valven. & Sulmonen. Juriſdictionis 10. Decembris 1714. §. Fortius autem cor. Falconerio, & in Neapolitana Primicieratus 9. Julii §. Accedit cor. Criſpo.*

Cui exemplo obſtare non valet æquivocum *Bartholomæi*
56 *à S. Fauſto*, ejuſque Sequacium, qui ſcripſerunt, Gregorium XIII. diſpenſaſſe cum Henrico de Joyoſa, Sacerdote, & Provinciale Cappucinorum, non autem cum d. Antonio Scipione, ut obſervavi in *Inſtit. crim. lib. 1. tit. 8. numer. 30. & addo Dandin de ſuſpect. de Hereſ. cap. 3. lect. 1. ſubſect. 1. §. 2. numer. 18.* Hic enim eſt error facti, clarè probatus ex combinatione temporis, dùm Henricus Religionem Cappuccinorum ingreſſus fuit poſt obitum Gregorii XIII. qui propterea non potuit cum eo diſpenſare, nondùm effecto
57 Cappuccino; Et ſine neceſſitate ulterioris diſcurſus ſatis eſt, quòd æquivocum convincatur ex Brevi authentico diſpenſationis ſupradicti Antonii Scipionis Equitis Hieroſolymitani, quod datur in Summario, ut indè attendi non mereantur enunciativæ Doctorum in contrarium, quæ tali caſu dicuntur erroneæ, de quo teſtatur *Anſald. in Annot. ad deciſ.*
58 100. *à numer. 92.* præſertim, quia ultrà autentichum Breve, cum eo concordant alii melioris fidei Scriptores, nempè *Leo in Theſaur. for Eccleſiaſt par. 2. cap. 11. numer. 61. & ſeqq. Martirolog. de Succeſſ. tom. 1. par. 3. quæſt. 13. artic. 6: & de Juriſdiction. part. 4. cent. 1. cap. 64. num. 16. in fine, Bottin.*
59 *in ejus Voto impreſſo apud Juſt. de Diſpenſ. lib 3. ſub numer. 27. Clericat. de Matrim. deciſ. 28. num. 19.* ut obſervavi *in tom. 2. par. 1. diſcep. 13. per totam.*

Quartum exemplum præſtat Diſpenſatio Pauli V. cum Brunone ex Comitibus à Mansfeldt Equite profeſſo S. Joan:
60 Hieroſolymitani. Cui accedit quintum exemplum diſpenſationis modernæ Alexandri VIII. cum Hieronymo Lubomiski Equite Hieroſolymitano de menſe Auguſti 1690. Addendo aliud æquè modernum, & ſextum exemplum oretenùs auditum, ſcilicèt diſpenſationis obtentæ à Marchione 61
Caravaggio Magno Priore Religionis Hieroſolymitanæ, qui prævia diſpenſatione Apoſtolica tranſitum fecit ad ſtatum conjugalem cum nobili Muliere ex familia Imperiali, ultrà alios Equites ejuſdem Religionis, quibus ſupponuntur conceſſæ diſpenſationes ad ducendas Uxores, quæ ſanè antiqua, recentia, & numeroſa exempla conſuetudinem Sanctæ Sedis indubitantèr concludunt, illique tanquàm tritiſſimæ omninò inhærendum eſſe, ne- 62
glectis omnibus aliis docuit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. artic. 12. verſic. Reſpondeo*, quam in propoſito adducit *Donat. in Prax. quæſt. regular. tom. 4. tract. 1. quæſtion. 13. numer. 18. Barboſ. in d. cap. Cum ad Monaſterium numer. 13.* ibique *Fagnan. numer. 66. de Statu. Monachor. & Corrad. in Prax. diſpenſation. libr. 8. cap. 10. num. 28.*

Ex quibus remanet manifeſtum hujuſmodi inveteratam praxim, & conſuetudinem Sedis Apoſtolicæ, nedùm aſſiſtere pro gratia diſpenſationis conceſſa Regibus, & Magnis Principibus, ſed etiam Nobilibus, & Privatis, jux- 63
tà caſus, ſuperiùs enumeratos in Equitibus 4. Ordinum Militarium Monteſiæ, Calatravæ, Alcantaræ, & Theutonicorum, ac etiam in Militibus noſtri Ordinis Hieroſolymitani, quibus addendum eſſe 2. notabile exemplum Nicolai Juſtiniani Monachi, cum quo Alexander III. ut ſupra diſpenſavit, quod in ſpecie conſiderat *Diana coordin. tom. 3. tract. 1. reſol. 79. num. 7.* ibi: *Et ego obſervo non ſolùm cum Regibus, & Principibus Magnis Pontifices diſpenſaſſe, ſed* 64
*etiam cum Viris nobilibus, & ideò Alexander III. &c. diſpenſavit cum Nicolao Juſtiniano Veneto Religioſo in Monaſterio S. Nicolai, qui ſolus tunc ex Familia Juſtiniana ſupererat, ut Uxorem acciperet &c. ne Familia tam Illuſtris extingueretur, quod exemplum valdè notandum eſt.*

Probandum ſupereſt tertium requiſitum juſtæ, & rationabilis cauſæ in his Diſpenſationum Gratiis neceſſariæ, ubi opportunè præmittimus, quòd licèt in Diſpenſationibus Mo- 65
nachorum ſimul, & Sacerdotum, quæ ad effectum contrahendi matrimonium antiquioribus Sæculis concedebantur Regibus, & ſupremis Principibus, Sedes Apoſtolica cauſam directè, & primariò publicam reſpexit, veluti ne ſucceſſio Regni devolveretur ad Hæreticos, vel ad evitandam Bellorum imminentium ſtragem, cum ſimilibus, ut apud *Canoniſtas in cap. Cùm ad Monaſterium de Stat. Monach.* At- 66
tamen recentioribus ſæculis, poſtquàm diſpenſare cœpit cum privatis Nobilibus, ſaltèm reſpectu Religionum Militarium, requiſita nunquàm fuit in his diſpenſandis cauſa primariò publica, ſed Summ. Pontifices contenti fuerunt cauſa ſecundariò publica, aùt indirectè, & per conſequentiam 67
tenderet ad pubblicam utilitatem, ut liquet ad exemplis ſupra relatis, & in individuo diſcurrunt *Villaloboſ. in Sum. tom. 1. tract. 14. q. 26. n. 6. Diana coordin. tom. 3. tract. 1. reſol. 79. nu. 13. 14. & 15. Lezzan. Oper. moral. tom. 4. conſult. 11. nu.* 68
*23. & 24. Bottin. in ejus Voto*, impreſſo apud *de Juſtis de Diſpenſ. matrim. poſt cap. 15. n. 20. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. c. 11. nu. 65.*

Quo præmiſſo, plures juſtificamus rationabiles cauſas, ſaltem ſecundariò publicas, & publicam utilitatem reſpicientes, quarum prima eſt, quòd Princeps Orator expoſtu- 69
latæ Gratiæ ſubſidio indiget ad impediendam extinctionem ſuæ nobiliſſimæ, & Regiæ, ſeù Regali proximæ Familiæ, quæ de cætero in totum peritura erit, niſi per matrimonium Oratoris ejuſdem conſervationi, & propagationi conſulatur, in qua cauſa ipſa etiam publica utilitas apertiſſimè verſatur, quià nempè Reipublicæ intereſt Familias nobiles, & clariſſimas conſervare, & debitis remediis occurrere, ne extinguantur ad *Text. in leg. 1. §. Denunciare verſ. Publice ff.* 70
*de Ventr. inſpicien.* & in ſubjecta materia diſpenſationis notarunt *Coninch. de Sacram. diſp. 33. dub. 5. numer. 49. Caſtropal. Oper. moral. tom. 5. tract. 28. diſcorſ. 4. punct. ul. §. 2. num. 2. verſ. Quinta cauſa, Hurtando Diſp. 26. difficul. 3. numer. 12. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 19. numer. 30. & 31.* ubi alle- 71
gat *Henriquez.* referentem ex hac cauſa Gregorium XIII. diſpenſaſſe cum Comitiſſa Luiſa, Voto continentiæ adſtricta, ibi: *Quòd ad pietatem, & publicum bonum pertineat conſervare illuſtres Familias, ſic Henriquez &c. & refert in comment. lit. D. ob hujuſmodi cauſam diſpenſaſſe Gregorium XIII.* 72
*anno 1575. cum D. Luiſa Comitiſſa S. Gadeæ, ut nuberet Patruo, cui priùs Soror ejus nupſerat, & inſuper illa Voto continentiæ adſtricta erat* & ſequitur *Corrad. in Prax. diſpenſ lib. 7.* 73
*cap. 2. n. 108.* ubi refert hoc ipſum exemplum addendo, hoc

reſpi-

reſpicere intereſſe publicum, ibi: *& favet conſervationi Familiarum, quòd in illis verſatur intereſſe publicum*.

Et in propoſito confert etiam locus Ciceronis *in Oratione pro Sextio*, ubi inquit *Utile eſt Reipublicæ nobiles eſſe homi-*
74 *nes, dignos majoribus ſuis*: & plenè apud *Tiraquell. de Nobilit. cap. 31. num. 193. & cap. 47. num. 80.* Undè legimus, Auguſtum publica pecunia adjuvaſſe Hortalium, unicum ſuperſtitem nobiliſſimæ Familiæ Hortenſiæ, ut Uxorem duceret: *ne clariſſima Familia extingueretur*, ut refert *Tacit.*
75 *lib. 1. Annal.* & probat *Ammirat. ad Tacit. lib. 2. diſc. 8. in principio*; Et citrà neceſſitatem ulterioris diſcurſus in his generalibus, ità in terminis terminantibus, quòd ad effectum diſpenſandi circa matrimonium cum Equitibus Hieroſolymitanis, ſufficiat hæc cauſa, veluti publicum bonum reſpiciens, nempè impedire, ne Familia nobilis deficiat, & extinguatur, notarunt *Diana coord. tom. 3. tract. 1. reſol. 79.*
76 *num. 13.* ibi: *Verùm his omnibus cauſis omiſſis &c. non dubito præcipuam eſſe illam, quæ pertinet ad bonum publicum, ne pereat videlicèt, & extincta remaneat una ex nobiliſſimis Familiis Regni Majoricarum; nàm hæc cauſa pertinere ad commune, & publicum bonum firmarunt uno ore Doctores magni*
77 *nominis*: & infrà *num 15.* ibi: *Pro conſervanda illuſtri Familia, quod pertinere ad bonum publicum ſatis ſuprà probatum eſt*: *Lezzan. d. conſul. 11. num. 26. & 27. Eſcann in Propugn. Religion. Hyroſol. diſc. 8. cap. 22. num. 17. Bellett. diſquiſit. Cleric. tit. de Diſcipl. Cleric §. 9. num. 13.* ibi: *Aut, ne Stirps nobilis deficiat ſine hærede*.

Neque hanc cauſam eſſe ſufficientem, & publicam probant ſolæ authoritates Doctorum, ſed declararunt ipſimet Summi Pontifices in exemplis ſuperiùs relatis, in quibus diſ-
78 penſarunt, nedum cum Equitibus, ſed etiam cum Monachis, ne illorum illuſtris Familia periret, hanc enim fuiſſe cauſam diſpenſandi cum Nicolao Juſtiniano Monacho, & Sacerdote, Viro de cætero privato nobilis Familiæ Juſtinianæ, uno ore teſtantur omnes, qui hoc exemplum referunt,
79 ſignanter verò *Donat. in Prax. tom. 4. tract. 1. quæſt. 13. n. 21.* ibi: *Ad hoc, nè ſua tam illuſtris Familia periret*: *Leſſ. de Juſt. & jur. dicto cap. 40. num. 141.* ibi: *Ne Familia tàm illuſtris ex-*
80 *tingueretur Fragoſ. ubi ſuprà tom 2. lib. 1. diſput. 1. §. 9. n. 173.* ibi: *Ne tàm excellens Familia deleretur*: *Lezzan. d. conſult. 11. num. 27. Clericat. de Matrim. dec. 15. num. 9.* ibi: *Ut Familiam extinctam repararet*: *Diana d. tract. 1. reſol. 78. num. 3.* ibi: *Ad ſuſcitandam ſobolem Gentis*, & *reſol. 79. num. 7.* ibi: *Ne Familia tàm illuſtris extingueretur*: *Azor. d. lib. 12. cap. 7. q. 1.* ibi: *Ad reparandum ſobolem Gentis*, cum aliis ſuprà citatis. Ita etiam, & hac cauſa reſtaurationis Familiæ Gregorium XIII. diſpenſaſſe cum memorata Comitiſſa Hiſpana ſupèr Voto con-
81 tinentiæ teſtantur *Henriq. lib. 12. cap. 13. num. 9. in gloſſ. litera D. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſput. 19 num. 31. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib. 7. cap. 2. num. 108. Lezzan. d. conſult. 11. num. 27. tom. 4. Diana d. reſol. 79. num. 13. verſ. Quod quidèm*, ubi plures ſingularitates d. diſpenſationis conſiderat, ibi: *Nam Pon-*
82 *tifex primò diſpenſavit in Voto Caſtitatis coràm Epiſcopo emiſſo, ſecundò diſpenſavit, ut Comitiſſa contraheret cum Marito olim ſuæ Uxoris, tertiò diſpenſavit, ut contraheret cum Patruo: Et hoc ſolùm, ut dictum eſt, ne extincta remaneret Familia illa nobilis, quia ad publicum, & commune bonum ſpectabat*: *Villaloboz in Summ. tom. 1. tract. 14. diſc. 26. num. 6.*

Ex hac pariter cauſa non extinguendi Nobilem Familiam Sixtus V. diſpenſavit cum Antonio Scipione de Joyoſa, E-
83 quite Hieroſolymitano, juxtà illa verba Brevis ibi: *Non modò utile, ſed planè neceſſarium ſit, Nobiles hujuſmodi, & potentes Familias veræ Religioni, & pietati intemerata devotione addictas, conſervari*, Proùt etiam exponunt hanc fuiſſe cauſam diſpenſandi omnes Doctores, comprehenſis etiam illis, qui æquivocarunt inter Equitem Hieroſolymitanum, &
84 Cappuccinum Familiæ de Joyoſa, ut apud *Lezzana tom. 4. dicta conſult. 11. n. 23. Bartholom à Sanc. Fauſt. in Theſaur. Relig. lib. 3. quæſt 36. num. 8 & ſeqq. Leo in Theſaur. For. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. num. 6. & ſeqq. Mezar. in Compend. Chronologic. tom. 6. fol. mihi 199. & ſeqq. & Morer. in Dictionar. Hiſtoric. lib. I verbo Joyeuſe il 6.*

Et demum ex hac conſervandi Nobiles Familias Clementem VII. diſpenſaſſe cum multis Equitibus Calatravæ, &
85 Alcantaræ, in puncto noſtræ quæſtionis proſequitur *Lezzan. dicto tom. 4. conſ. 11. num. 23. Diana coord. tom. 3. tract. 1. reſ. 79. num. 13. & 14.* Et de diſpenſatione, conceſſa ex hac cauſa conſervationis Familiæ Slabatæ obſervat *Bottin. apud de Juſt. de Diſpenſat. Matrim. lib. 3. num. 14. poſt cap. 26.*
86 *fol. mihi 288.* ubi regiſtravit per extenſum ſimilem Gratiam obtentam ab Alexandro VIII. idemque legitur in Diſpenſatione Urbani VIII. cum Equite Theutonico.

Et proindè dubitandum amplius non videtur, quòd iſta cauſa dicenda ſit publica ſecundariò, & ſufficiens ad diſpenſandum cum Equite Hieroſolymitano ſuper ſolemni Voto 87
Caſtitatis ad effectum ducendi Uxorem, dùm hujuſmodi cauſa ſufficienti ratione probatur, authoritate Doctorum individualium firmatur, & deniquè exemplis, & facto tot 88
Summorum Pontificum, qui ex hac cauſa diſpenſarunt, pleniſſimè canonizatur.

Cæterùm cauſa hæc conſervandi nobilem Familiam eò magis publica, & ſufficiens exiſtimatur, quando non conti- 89
net illam publicam utilitatem in genere conſideratam in Republica, ſed in ſpecie reſpicit Apoſtolicæ Sedis, & Catholicæ Fidei utilitatem, quales ſunt termini caſus noſtri; Agitur enim de ſtrenua Familia de Vandomo, quæ Armis, & Sanguine propugnando in Apoſtolicæ Sedis auxilium ſe ipſam conſervavit in Bello; Adhuc enim fama reſonant extincti Cineres magnanimi Ducis Franciſci de Beaufort Principis Oratoris Patrui, qui ad propulſandos Turcarum conatus ab Inſula, & Regno Cretenſi, tunc poſſeſſo per Rempublicam Venetam, fortiſſimum Exercitum admovit, ibi- 90
que acerrimo marte pugnando, ſtrenua morte interemptus eſt, ſolutis in Urbe ſolemnibus Exequiis cum altiſſimo Caſtro doloris ſub Pontificatu Clementis IX. indolente in univerſum Populo Chriſtiano jacturam invictiſſimi Ducis, cujus geſta, pericula, & necem propropriis oculis vidit Princeps Orator ad ejus latus in illo prælio exiſtens; Quando enim agitur non ſolùm de Familia nobili, ſed de ſtrenua, & forti, quæ aliàs Catholicæ Fidei Sanguine, & Armis defenſionem præſtitit, tunc publica cauſa eſt hoc Familiarum genus conſervare, cum tali medio Sede Apoſtolica non 91
amittat Defenſores ſuos ex progenie ſibi auxilium continuatura, juxtà illud *Horatii*: *Fortes creantur Fortibus*: quemadmodum hanc cauſam approbavit Sixtus V. in diſpenſatione cum Equite Hieroſolymitano de Joyoſa ibi: *Neceſſarium ſit nobiles hujuſmodi, & potentes Familias conſervari*, 92
*& magnopere interſit ex hac ipſa Domo, quæ præcipuum, & ſingulare, quantum in ea erat Catholicæ Fidei defendendæ &c. ſtudium uſque ad Sanguinis effuſionem conſtantèr oſtendit, quæque ut plurimùm inter Primarias dictæ Provinciæ numeratur Progeniem, & Prolem à ſuis Majoribus, ut veriſimile eſt, non denegarent procreari, ac non immeritò ſperandum ſit, ſi hujus Stirpis poſteritas propagetur ſemper apud illam firmiſſimum piis, & catholicis Viris præſidium, adjumentum, & refugium &c. proùt hactenus fuit, & inpoſterùm paratum fore*.

Sine dubio enim diſpenſatio in his terminis fundari dicitur in cauſa publica, quia nempè tali modo, non tàm Sedes A- 93
poſtolica recompenſationem dare dicitur Sanguini benemerito, quàm ſibi providere, ne deficiant eidem S. Sedi Defenſores magnanimi, ut inquit Sixtus Pontifex, omninò ſperandi, quòd ſequantur veſtigia Majorum in effundendo Sanguine adverſùs Turcas, alioſque Hoſtes Romanæ, & Catholicæ Eccleſiæ, ideoque hujuſmodi Gratia diſpenſationis, per quam eodem tempore Familiæ geſta remunerantur, & ſi-
bi futurum præſidium paratur, cenſetur directa ad publicam 94
cauſam, & publicum bonum, undè etiam alia producitur conſequentia, quòd cœteræ Familiæ Nobiles acrioribus ſtimulis exemplo ducantur ad heroica geſta pro Sedis Apoſtolicæ munimento, & præſidio, ex animadverſis per *Menoch. de Arbitr. centur. 5. lib. 2. caſ 421. num. 10. & ſeqq. Traſmiera de*
*Poligam. lib. 2. quæſt. 17. num. 3. & ſeqq. Dandin de Suſpect. de* 95
*hæreſ. cap. 3. ſect. 1. ſubſect. 2. §. 1. num 19. Lezzana dicta conſul. 11. num. 30. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib 7. cap. 2. nu 109 & Sanchez de Matrim dicta diſp. 9. n 32. lib. 8.*

Alia cauſa, quæ licèt ſeparata, affinis eſt primæ, conſiſtit in remunerandis meritis hujus nobiliſſimæ Familiæ erga
Sanctam Sedem, tùm reſpectu Cæſaris, Avi, tùm Aloyſii 96
Patris Oratoris, poſteà Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, tùm memorati invictiſſimi Ducis de Beaufort ejus Patrui, tùm Ducis Aloyſii fratris, celeberrimi, & ſtrenui Exercituum Imperatoris, cujus gloria, & fama martialis omnibus notiſſima eſt; Tùm demùm ipſius Principis Oratoris,
qui in Cretenſi Bello contrà Turcarum barbaras copias ad 97
latus Patrui depræliatus fuit, & noviſſimè, cùm fama eſſet, Turcarum Tyrannum Armis invaſurum Inſulam Melitenſem, propria privata pecunia publicam adauxit, ut opportuna propugnacula contra communem Hoſtem pararentur, & extruerentur in Catholicæ Fidei, & Religionis Hieroſolymitanæ defenſionem, ut omnibus notiſſimum eſt, & probatione non indiget.

Hanc autem cauſam meritorum Familiæ nobili in hoc

puncto diſpenſationis eſſe ſufficientem, veluti ſecundariò pu-
98 blicam, docet *Text. in Can. Tali conjugio 1. quæſt. 7.* ibi: *Niſi fortè eos, aut maxima Eccleſiæ utilitas, vel neceſſitas poſtulet, vel evidens meritorum prærogativa commendet*, quia mediante hac recompenſatione conſulitur bono publico, ut ſic alii ad ſimilia geſta moveantur, ut declaravit memoratus Sixtus Pontifex in Diſpenſatione cum Equite Hieroſolymi-
99 tano de Joyoſa ibi: *Tum etiam ex præclaris ejuſdem Familiæ meritis*: & Alexander VIII. in diſpenſatione cum alterò Equite Hieroſolymitano ibi: *Tum ſuis, tum Majorum ſuorum rebus, aliàs pro re Chriſtiana piè, ac fortiter geſtis &c. ejuſmodi Gratiam, cujuſmodi plures Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri, aliis quos cauſarum, & meritorum, ad id inducentium non validiora adjuvabant ſuffragia, non denegaſſe reperiebantur*: & Urbanus VIII. in diſpenſatione cum Equite S. Mariæ Theutonicorum ibi: *Qui de ve-*
100 *rè nobili genere, & Familia, de Fide Catholica benemerita, procreati exiſtunt*: Et in puncto, quod cauſa hęc meritorum Familiæ attendatur in ſubjecta materia diſpenſationis notant *Perez de Matrim. diſp. 25. ſect. 5. num. 11. Sanchez eod.*
101 *tract. lib. 8. diſput. 19. num. 32. Corrad. in Prax. diſpen. lib. 7. cap. 2. num. 109.* Et in præciſis terminis noſtri caſus *Lezzan. tom. 4. conſult. 11. num. 30. Bottin. in Vot.* impreſſo apud *de Juſt. lib. 3. cap. 12. num. 23. & Caſtropal. Oper. Moral. to.*
102 *5. tract. 28. diſp. 4. punct. ultim. §. 2. num. 2. verſ. Septima* ibi: *Pertinet enim ad bonum commune, Pontificem illi ſe gratum exhibere, ut ſic alii ad ſimilia exercenda moveantur.*

Tertiam cauſam ſubminiſtrat conſideratio illa, quòd per extinctionem hujus nobiliſſimæ Familiæ omnia ejus bona conſpicuæ qualitatis, quantitatis devoluerentur ad Fami-
103 lias extraneas, quæ cauſa, licèt tanti non ſit, unita tamen cum aliis, in maxima conſideratione habetur ad effectum diſpenſandi, quia ad pietatem pertinet favere patienti jacturam in propriis bonis, ut ſunt verba *Caſtropal d. tract. 28. diſp. 4. punct. ultim. §. 2. num. 2. verſ. Quarta, à Spirit. Sanct. tract. 11 diſp 8. ſect. 4. nu. 553. Verſ. Quarta eſt, Bellett. Diſquiſ. Cleric §. 9. num. 13.* Et in individuo caſus noſtri
104 proſequitur *Lezzan d. conſult. 11. num. 28.* ubi allegat illud *Hieremiæ. Recordare Domine, quid acciderit nobis, intuere, & reſpice opprobrium noſtrum &c. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, Domus noſtra ad Extraneos*: Quòd etiam ſignifi-
105 cavit ad Senatum Tiberius Imperator apud *Tacit. lib. 3. Annal.* in illis verbis: *Pecuniæ noſtræ ad externas, aut hoſti-*
106 *les Gentes transferuntur*: quæ proindè cauſa, unà cum aliis conjungenda, adjumentum prębet petitæ Diſpenſationi.

Quartam denique cauſam producunt efficaciſſimæ preces trium Supremorum Regum Orbis Chriſtiani, intercedentium & ſupplicantium pro Gratia apud Sedem Apoſtolicam,
107 ejuſque Summum Pontificem, quorum ſupplicationes benignè exaudire ſolet Clementia S. Sedis, cum illi dicantur Catholicæ Eccleſiæ Protectores, & Præſidia Fidei contra Hoſtes, de Sede Apoſtolica optimè meriti, quos expedit remunerari, ut ferventiores reddantur in Sedis Apoſtolicæ utilitatem, ut notant *Pont. de Matrim. tit. de Sponſal. diſp. 4.*
108 *punct. ultim. §. 2. num. 2. Sanchez eod. tract. libr. 8. diſput. 19. num. 32. à Spirit. Sanct. tract. 11. diſput. 8 ſect. 4. num. 553. verſ. Septima eſt, Coninch. de Sacram. diſpu. 23. dub. 5. num. 59. Reginald. in Prax for. pœnit. tom. 2. lib. 31. cap. 26. num. 16.* Et in puncto diſpenſationis cum Equite Hieroſolymitano, nihil intactum relinquens, probat *Diana coord. tom. 3. diſput 79. num. 12.* ubi loquitur de interceſſione ſolius Ca-
109 tholici Regis Hiſpaniarum ibi: *Adeſt etiam pro juſta cauſa authoritas, & merita intercedentis pro Oratore qui eſt Auguſtiſſimus Rex Hiſpaniarum &c. Et ratio eſt, quia multùm expedit Eccleſiæ habere Reges ſpecialiter devinctos*: & in eiſdem terminis proſequitur etiam *Lezzan. dicta conſult. 11. num. 30.*

Ex quibus ſatis conſtare videtur de juſta, & rationabili cauſa diſpenſandi, dum plures adducuntur, & ſignanter il-
110 læ, approbatæ ab exemplis Summorum Pontificum in preciſis caſibus Diſpenſationum Equitum Militarium; Et tamen ad iſtum effectum cauſæ non conſiderantur uti ſingulæ, ſed tanquam ſimul aggregatæ, & omnibus ſimul conſideratis in unica maſſa circumſtantiarum, & cauſarum rationabilitas gratiæ inducatur, & conſtituatur, juxtà regulam ſatis vulgatam: *Singula quæ non proſunt, juncta juvant*, ut in
111 ſubjecta materia communiter advertunt *à Spirit. Sanct. tract. 11. diſp. 8 ſect. 4. num. 553. in fine, Caſtropal. Oper. Moral. dict. tract. 28. diſput. 4. punct. ultim §. 2. num. 2. in fine, Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 19. num. 34. Coninch. de Sacram. diſp. 33. dub. 5. num. 49.* Et in puncto Equitis Hiero-
ſolymitani continuant ſuperiùs allegati *Lezzan. conſ. 11. num. 33. Diana dicto tom. 3. reſolut. 79. num. 12. verſ. Plures cauſæ* 112
*aggregatæ ſufficerent, quarum ſingulæ non ſufficerent, & Eſcann. in Propug. diſc. 2. cap. 5. num 20.*

Addendo in faciliorem conceſſionem gratiæ notabile dictum Maximi Pontificis Sixti V. ſuperiùs relatum, quod nempè iſti Equites à Statu ſæculari non valdè diſtant, exce- 113
ptis Votis, cui addendo exiſtimamus inſigne, & conſiderabile Judicium *Dominici Soto*, celeberrimi Theologi, *in tr. de Juſt. & Jur. lib. 7. quæſt. 5. art. 3. in fine*, ubi cenſuit expedire, ut Equites Hieroſolymitani eſſent diſpenſandi ad ef- 114
fectum contrahendi matrimonium, & ducendi Uxores, ibi: *Per hæc alia diluitur quæſtio, de qua antè quindecim hinc annos decertanter in Hiſpania fuit diſputatum, quæ quidem bimembris erat: Primùm, utrum expediens eſſet Diſpenſatio, ut hujuſmodi Equites Uxores ſibi poſſent copulare. Secundò, utrum etiam cum illis, qui Vota ſolemnitèr ediderant, diſpenſare liceret? quæ quidem fuit multò moleſtior de priori, Ego pro meo captu ſemper hujuſmodi Diſpenſationem expedientem arbitratus ſum &c. Commoditas autem diſpenſationis* 115
*hæc eſt, quod caſtitas in ejuſmodi vitæ Inſtituto ſi humano loquimur more, non eſt ſervatu poſſibilis, vivunt enim lautè, & ſplendidè, Domi Servitrices habentes, foriſque cum aulicis Mulieribus jugè habentes commercium, torneamenta, aliaque militaria exercitia meditantes. Qua ergò ratione iſti Voto caſtitatis adſtringendi eſſent? eadem fermè de cauſa quæſtio ſecunda affirmativè ſoluta eſt.*

Hæc omnia reſpiciunt Gratiam diſpenſationis, principalitèr expoſtulatam, mediante ejus reductione ad ſtatum Sæcularem, ad effectum contrahendi matrimonium, pro cujus 116
conceſſione, ſi omnia concurrunt extrema, ſuperiùs examinata, inutile eſt differere de alia Gratia, ſubſidiariè petita circa tranſitum ad alium Ordinem militarem, in quo ſervetur Caſtitas conjugalis; Verùm, ut omni ex parte conſulatur Oratori, deſcendimus etiam ad examen hujus Gratiæ ſubſidiariæ, quæ de cætero nullam admittere videtur rationem dubitandi; Si enim cauſæ omnes, ſuprà deductæ exu- 117
berant ad effectum diſpenſandi ſuper Votis Religionis militaris, reducendo Equitem ad Statum ſæcularem, eò magis, & faciliori judicio ſunt admittendæ ad effectum hujus Gratiæ circa tranſitum ad alium Ordinem militarem, in quo caſtitas conjugalis ſervatur, juxtà notiſſimum argumentum 118
*Text. in Auth Multò magis C. de Sacroſ. Eccleſ. & cap. Ex par. 2. de Decim.* cum concordantibus apud *Rot. deciſ. 10. num. 6. par. 2. rec.* & in noſtris terminis *Diana coord. tom. 3. dicta reſol. 79. num. 13. & Eſcann. in Propugnac. dicta diſcept. 8. cap. 2. num. 23.*

Cæterùm examinando ſubſtantiam hujus Gratiæ, dicimus eam eſſe ſimplicem commutationem Voti, & ſic partialem, ſeù diminutam diſpenſationem, ut inquit *Caſtropal. p.* 119
*3. tract. 15. diſp. 2. punct. 14. n 4.* ibi: *Quia commutatio eſt quædam partialis, ſeu diminuta diſpenſatio*, quæ ſanè commutatio Voti de caſtitate abſoluta in conjugalem, non immutat, aut in aliquo tollit ſubſtantiam Regulæ, ducto exemplo ab aliis Votis, & ſignantèr illo paupertatis, quod ſicut poteſt eſſe ſtrictum, & latum in una, vel altera Religione, ità etiam caſtitas ſuam recipere valet latitudinem per viam commutationis de una ſpecie caſtitatis ad aliam, citrà mutationem eſſentialem Status religioſi, ut in puncto notant *Diana* 120
*tom. 3. reſolut. 79. num. 7 verſ Ejus opinio, & num. 8. Lezzan. conſ. 11. à num. 14. & num. 18. & 19. Sperell. dec. 2. à num. 62.* ubi quòd Cœlibatus, & Status conjugalis ſub una caſtitatis vir- 121
tute comprehenduntur, *& Rot. dec. 266. num. 6. par. 2. diverſ.* ibi *& commutatio Voti continentiæ in caſtitatem conjugalem non mutat Regulæ ſubſtantiam.*

Hinc propterea paſſim Sede Apoſtolica concedere ſolet quibuſcunqe Religioſis hujuſmodi tranſitum de ſtrictiori Or- 122
dine ad laxiorem, & indubitantèr, quando aliqua concurrat juſta, aut rationabilis cauſa deveniendi ad hanc translationem, ſicut per *Text. in cap. Licèt de Regul.* communis eſt traditio Doctorum, de quibus apud *Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 6. cap. 7. num. 67. Donat. in Prax. quæſt. regular.* 123
*tom. 1. tract. 5. quæſt. 25. num. 14. Pellizzar. in Manual. tom. 1. tract. 3. cap. 5. ſelect. 3. num. 65. Peyrin. de Offic. Subdit. regul. quæſt. 1. cap. 24. verſ. Dico ſextò, & verſ. Dixi, Leſſ. de Juſt. & Jur lib. 2. cap. 41. dub. 13. num. 102. Caſtropal. Oper. moral par. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 26. §. 5. à num. 2.* & in noſtris terminis *Lezzan. dict. conſult. 11. num. 18.*

Ad hunc autem effectum licèt requiratur aliqua cauſa juſta, & rationabilis, ſemper tamen verum eſt, quòd pro iſto 124
tranſitu de ſtrictiori ad laxiorem Ordinem non requiri-

quiritur cauſa, nec primariò, nec ſecundario publica, ſed ſufficit cauſa privata, ſeù privatum commodum ipſius Reli-
125 gioſi reſpiciens, ut fatentur omnes in hoc puncto *Scribentes*, ſuperiùs relati, nempè *Sanchez ad Præcept. Decal. lib.6.cap. 7.num.72. Donat. in Prax. quæſt. regul. tom.1. tract.5. quæſt.21. num.2. & ſeqq. Pellizar. in Manual. tom.1. tract 3. cap. 5. ſect. 3. num.67. Caſtropal. par. 3. tract. 16. diſp. 4. punct. 26. §. 5. num.6.* Et in terminis tranſitus Equitis Hieroſolymitani ad alium Ordinem militarem, in quo ſervatur caſtitas conjugalis, latè probat *Lezzan. dicta conſult. 11. per tot. Dian. Coord. tom.*
126 *3. tract.1. dicta reſol.79. per tot.* ſignantèr *num. 11.* Undè cum in caſu iſto concurrant adeò inſignes cauſæ, nedùm privatæ, ſed etiam publicum bonum reſpicientes, & aptæ ad liberandum ab omnibus Votis, & reducendum Religioſum ad Sta-
127 tum ſæcularem, nulla proindè cadere videtur difficultas, quo minùs concurrat juſta cauſa, quam ſatis eſt concurrere in linea privatæ, & non publicæ.

In quo quidèm genere gratiæ levioris ſtratam habemus ſemitam etiam in cumulo exemplorum, in quibus Summi Pontifices Equitibus Hieroſolymitanis tranſitum conceſſerunt
128 ad alium Ordinem Militarem, ubi ſervatur caſtitas conjugalis ex cauſa merè privata ipſius Tranſlati, ut in exemplo Pauli III. qui tranſtulit Joannem de Borgia Equitem Hieroſolymitanum ad Ordinem Militarem S. Jacobi de Spatha ex ſola cauſa privata, ſcilicèt pro quiete animi ipſius Equitis;
129 Et in alio exemplo Antonii Luſitani Prioris de Olraro apud *de Arauxo de Eccleſ. Stat. tract. 2. quæſt. 19. num. 29.* quæ exempla comprobant communem opinionem, ſupra relatam, quòd pro Gratia tranſlationis de ſtrictiori ad laxiorem Ordinem, nulla requiratur gravis, & publica cauſa, ſed quævis minor ſufficiat, etiamſi privatam utilitatem Tranſlati reſpiciat, ut, præter ſuperiùs relatos, docet *Panormit. in cap.*
130 *Non eſt num. 6. in fine de Regul. Geminian. in cap. Cùm ſingula §. Prohibemus num. 6 de Præbend. in 6. Azzor. Inſtitut. Moral. Tom.1. lib.12. cap.14. q.8. verſic. Quæres, Bordon. reſolut. 29. quæſt. 14. num.55.* & in noſtris terminis *Lezzan. dicta conſult. 11. num.22. verſ. Cauſam iſtam, & Diana Coord. dicta reſolut. 79. num. 11.*

Imò nullam requiri cauſam in concedenda Gratia hujus tranſitus, præter ſolam Papæ authoritatem, probant exem-
131 pla, & Doctores, ſupra citati, & quia Gratia hæc de levioribus reputatur; Etenim tempore quò Ordines Militares de Calatrava, & Alcantara, unà cum aliis Votis emittebant illud caſtitatis abſolutæ, ſicut Equites Hieroſolymitani, ut vidimus ſupra Paulus III. Antonio de Turre Equiti de Calatrava, ſine ulla cauſa conceſſit tranſitum ad alium Ordinem Militarem S. Jacobi de Spatha; Hoc ipſum dein-
132 dè conceſſit aliis ſeptem Equitibus de Alcantara, & Calatrava; Et ſimiliter Petro de La Cueva Præceptori majori Ordinis de Alcantara: Eumdemque tranſitum ſine ulla cauſa, & prò ſolo libito voluntatis, tam Paulus III. quàm Julius III. conceſſerunt viginti aliis Equitibus de Alcantara, & Calatrava, juxta documenta, exhibita in Summario. Undè patet, non ſolùm in hoc genere gratiæ ſatis eſſe cauſam quamcumque privatam, ſed etiam nec ullam cauſam fuiſſe requiſitam per Summos Pontifices reſpectu hujuſmodi Equitum prò tranſitu de uno in alium Ordinem laxiorem, & æquè militarem, quòd etiam probant Doctores, nullam cauſam
133 requirentes in Summo Pontifice, relati apud *Lezzan. d. conſul. 11. num.22. verſ. Omittentes Hoſtienſem*, & loquentes quoad forum externum concordant *Pellizzar. in Manual. to. 1. tract. 3. cap. 5. ſect 3. num. 65. Sanchez ad Præcept. Decal.*
134 *lib. 6. cap.7. num 67. Peyrin. de Offic. Subdit. regul. quæſt. 1. c. 24. verſ. Dico quinto. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.8 cap.10. nu. 28. verſ. Imò etiam ſine cauſa.*

Quòd tamen dictum ſit ad exuberantiam, quia ſemper Summus Pontifex motus præſumitur ex aliqua rationabili
135 cauſa, cùm noſtrum aſſumptum in propoſito aliud non ſit, niſi quòd hoc genus Gratiæ ſit obvium, & minoris difficultatis, & minoris cauſæ, ſcilicèt privatæ, ex quo illa Statum ſubſtantialem Religioſi non immutat, ut optimè concludit *Diana d. reſolut. 79. num.7. in fine, & num. 8.* ibi: *Ponti-*
136 *fex non facit de Religioſo non Religioſum, ſed transfert Religioſum de una ad aliam Religionem, in qua verè exiſtente Religioſo, non tenetur tamen ad Votum caſtitatis abſolutæ, ſed conjugalis; Itaque in caſu, de quo loquimur, Pontifex non diſpenſat abſolutè in Voto caſtitatis ſolemni, ſed illud commu-*
137 *tat in Votum caſtitatis conjugalis &c. Undè commutatio Voti continentiæ in caſtitatem conjugalem non mutat ſubſtantiam Regulæ*; & concordat *Lezzana dicta conſul. 11. num.18. 19. & 25.*

Obſervando magnam congruentiam, & omnimodam rationabilitatem utriuſque Gratiæ cum ſæpiùs memorata ratione, expreſſa in Brevi Apoſtolico Sixti V. quòd nempè hujuſmodi Equitibus congrua eſt diſpenſatio, & caſtitas conjugalis propter Statum non valdè diſtantem à ſæculari, exceptis Votis, & juxtà opinionem doctiſſimi *Soto*, qui ſemper
expedire cenſuit, ut diſpenſationes hujuſmodi concedantur 138
Equitibus Hieroſolymitanis ad effectum contrahendi matrimonium ex verbis ſuprà allegatis, circa quod concordat *Lezz. d. conſult 11. n.5. & 9.* ibi: *Fermè ut Sæculares Equites ſe gere-*
*re, in privatis domibus degere, Sæcularium veſtibus uti, Prin-* 139
*cipibus in Bello deſervire, lautis conviviis paſci, amplis redditibus perfrui, & vix ullis auſteritatis obſervantiis vacare, quàm illis, quę neceſſariæ ſunt prò Bello contra Infideles gerendo, quod eſt proprium ipſorum Inſtitutum &c. Sicque faciliùs in Voto ſolemni caſtitatis diſpenſari poſſe.*



---

# DISCEPTATIO VI.

## Parmen. Funerum.

*PRO*

PP. Reformatis S. Franciſci Parmæ.

*CUM*

Joanne Maria Pallono Parocho.

ARGUMENTUM.

*Occaſione aſſociationis Cadaverum quando poſſint Parochi Sæculares ingredi Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce elevata. Nec non quando poſſint prætendere Quartam funeralem, non attentis Privilegiis à Summis Pontificibus dd. Regularibus conceſſis.*

Die 10. Martii 1719. qua deceſſit Dominica Maccarini Roſa, ſepeliri debebat in Eccleſia PP. Reformatorum
S. Franciſci Parmæ, juxta formam, & tenorem ejus Teſta- 1
menti, in quo ſibi ſepulturam elegerat in eadem Eccleſia, ut eſt in confeſſo apud Partes.

Non potuit autem id ad praxim reduci, attenta duplici
prætenſione Joannis Mariæ Palloni, unius ex Collegio S. 2
Petri, Parochi ejuſdem Dominicæ. Prima ſcilicet ingrediendi noſtram Eccleſiam cum Stola, & Cruce elevata; Et ſecunda, habendi Quartam funeralem, quibus attentis dictus Vicarius Generalis, nè cadaver ejuſdem defunctæ longo tempore inſepultum remaneret, per modum proviſionis, & ſine præjudicio Jurium Partium, mandavit, eſſe ſepeliendum in eadem Eccleſia S. Petri uſque ad deciſionem, ab hac Sac. Congregatione obtinendam, cui temperamento pro bono pacis adhærere non dubitavit P. Daniel à Parma Guardianus, & diligens Defenſor Jurium noſtri Conventus.

Habitus proindè fuit recurſus ad EE. PP. uſque ſub die 30. ejuſdem menſis Martii, quando de more fuit reſcriptum, E-
piſcopo pro Informatione, auditis Partibus. Quia verò in 3
abſentia Epiſcopi tranſmiſſa eadem Informatione ab ejus Vicario, poſt longum ſpatium duorum menſium, & ultrà nemo ex parte Parochi comparuerat, die 2. Junii ejuſdem anni 1719 novus habitus fuit recurſus ad hoc Sacroſanctum Tribunal, fuitque reſcriptum, *Vicario, qui præfigat terminum Partibus ad deducen. Jura in Sac. Congr.* qui non ſine maxima inclinatione erga dictum Parochum, præfixit illi terminum quatuor menſium: Cùmque iſte nimis exceſſivus eſſet, &
hoc medio tempore dari poterant de facili alii ſimiles caſus, 4
die 4. Auguſti pariter 1719. tertium habuerunt dd. Religioſi recurſum ad hanc Sac. Congr. inſtantes pro abbreviatione dicti termini, fueruntque exauditæ illorum preces, cum reſcripto. *Vicario, qui præfigat terminum menſis ad deducen. Jura in Sac. Congr.*

Hodiè igitur, non quatuor dumtaxat, ſed octo elapſis menſi-
bus a die, qua prima vice ſcriptum fuit pro Informatione, au- 5
ditis intereſſe habentibus, & poſt ſex menſes à die præfixionis primi termini, nemine adhuc ex parte Parochi comparente, referuntur noſtrę humillimę preces, & videntur exaudiendæ.

Pro eo enim, quod attinet ad ingreſſum Parochi in noſtra
Eccleſia cum Stola, & Cruce, occaſione aſſociationis Ca- 6
daverum illorum, qui in illa ſibi ſepulturam elegerunt, res videtur carere omni principio difficultatis, attentis replicatis oraculis hujus Sac. Cong. & alterius Conc. Trid. & etiam

alterius Sacrorum Rit. quæ uniſona conſonantia millies de-
clararunt, id nullo modo Parochis eſſe permiſſum, ea viva
ratione, quia Parochi Juriſdictio circa cadaver durat quouſ-
que illud non ingrediatur Eccleſiam Regularium, in qua
nullam omninò Juriſdictionem habent Parochi Sæculares,
7 quam præcisè ad noſtrum effectum adducunt, & exor-
nant *Paſqualig. ad Laurent. de Franch num.* 1591. *Novar.
In Summ. Bullar. comment.* 91. *num.* 1. *Vener. in Exam. Epiſc.
lib.6. cap.3. num.4. Barboſ. ad Concil. ſeſs.5. de Refor. cap.* 13. *n.*
33. *Tamburin. de Jur. Abbat tom.1. diſp.15. quæſt.11. nu.* 21. *&
Peyrin. de Privileg. Regular. tom.* 3. *in fine in reſponſ. ad* 3.
*fol. mihi* 567.

Et, omiſſis antiquioribus reſolutionibus hujus Sac. Cong.
& aliarum Sac. Conc. Trid. & Sac. Rit. quas referunt, &
8 ſequuntur dd. Authores, ita reſpondit hæc *Sac. Congr. in Su-
trina ultima Febr.* 1708 *ad relat. Card. Corſini* ibi: *An Archi-
presbytero Collegiatæ Roncillionis, ſivè ſoli, ſivè cum Capi-
tulo, liceat ingredi, cum Stola, & Cruce erecta Eccleſiam
RR. PP. Carmelitarum? Negativè: & in Brictinorien.* 16.
*Martii* 1717. Ponente Card. Gualterio, quæ eſt in præciſis
9 terminis noſtrorum Religioſorum ibi: *An occaſione Cadave-
rum, ſepeliendorum in Eccleſia PP. Reformat. S. Franciſci Ar-
cis S. Caſſiani, poſſit Parochus cum Stola, & Cruce ingredi eo-
rumdem Eccleſiam? Negativè*, ut videre eſt *in tom.2. par.1.
diſcept.8. per tot.* & ſignanter *n.*72. Ita etiam reſpondit *Cong.
Concilii in Placentina* 16. *Decembris* 1661, per extenſum im-
preſſa *apud Panimoll. deciſ.1. annot.10 nu.* 21. *& in Lauden.*2.
10 *Maii* 1711. *ad* 1. *dub.* de qua in *tom.* 1. *par.* 2 *diſcept.* 14. *num.*
137. Ita demum reſolvit *Rit. Congr in Vaden.* 3. *Auguſti* 1698.
*Pon. Card. Noris*, quam impreſſit *Matthæucc. in Offic. Cur.
Eccleſ. verb. Officialis quoad Exequias num.* 3. ibi: *An Paro-
chus ingredi poſſit Eccleſias Regularium cum Stola, & Cruce?
Negativè*, & in *Avenionen.*3. *Decembr.* 1701. *ad* 3. *dub. Pon.
eod. Card. Noris, & in Camerinen.* 1. *Septemb.* 1708. *Pon Card.
Caprara*.

Præciſo enim caſu illius aſſociationis, in qua intervenit
Capitulum Cathedràlis in corpore, hodiè abſque ulla exa-
geratione ſequens propoſitio: Parochi, aſſociantes Cadave-
11 ra ad Eccleſias Regularium, non poſſunt illas ingredi cum
Stola, & Cruce elevata, habetur tanquam unum ex pri-
mis principiis, ab omnibus Authoribus, tractantibus de Sa-
cris Ritibus, & funebribus functionibus, uno ore admiſſum,
& ab omnibus Collegialibus, & Supremis Tribunalibus ca-
nonizatum.

Et quod magis eſt favore noſtrorum Religioſorum, ita per
viam legis declaravit *Clem. X. in ejus Conſtit.* 57 *§.* 2. *in Bull.
novo tom.6.* ibi: *Parochis in aſſociatione, ſivè occaſione aſſocia-
tionis Cadaverum, non licere ingredi Eccleſias Regularium,
12 ſed teneri dimittere eadem Cadavera ad Januam Eccleſiarum,
ibiquè ſolùm poſſe benedicere, & dare ultimum Vale*. Et pro-
indè ſub Sole non poſſumus ponderoſiorem, efficacioremque
adducere authoritatem, per ea, quæ notat *P. Gruther. de Ar-
te benè deſid. reſolut.* 15. §. 9. *n.*177. & firmavit *Rot. in Mindo-
13 nien.* 3. *Martii* 1706. *§. Verum cor. Anſaldo*, cum aliis, citatis
*in tom.2. par.1. diſcept.4 n.*12.

In horum autem punctualiſſimorum æquè, ac veneratiſſi-
morum Oraculorum hujus, & dd. aliarum Sac. Congr. nec-
14 non dictæ literalis Pontificiæ Conſtitutionis conflictu, nulla
omninò habenda ratio eſt unius, vel alterius antiquæ, & an-
tiquatæ contrariæ reſolutionis, relatæ *à Pignatello*, perpe-
tuo, & acerrimo defenſore Juriſdictionis Parochorum ſæ-
cularium, qualis ille fuit, *in tom.*3. *conſultat.* 47 *à num* 25.
15 Non ſolùm quia in contrarium ſtat dictum Pontificium Ora-
culum, quod nullam admittit criticationem, ex ſupra ad-
ductis, quibus addimus *Card. de Luc. de Benefic. diſc.*89. *num.*
2. Sed etiam, quia reſolutiones ſupra citatæ, utì poſte-
16 riores, ſemper præferendæ ſunt antiquis, ex generali regu-
la, quòd poſteriora derogant prioribus, de qua, in præciſis
terminis diverſarum reſolutionum Sacrar. Congr. benè *Syl-
ver. in var. opuſc. titul. de Declarat. Card. opuſc.*2. *nu.* 11. *fol.*
223. *& Pignatell conſultat.* 107 *in fine tom.* 1. *& conſultat.* 174.
17 *num.*3. *to.*4. *& Rota in Melevitana Decretorum* 2. *Martii* 1707.
*§. finali coram Anſaldo*, cum aliis, citatis in *tom.* 1. *par.* 2.
*diſcept.* 14. *n.* 82.

Minùs allegari meretur contraria diſpoſitio Synodi Par-
menſis Epiſcopi Saladini: Non ſolùm ex defectu Juriſdictio-
18 nis, quam non habent Epiſcopi cum Regularibus, & conſe-
quenter illorum Synodi Regulares exemptos nunquam poſ-
ſunt conprehendere, ex animadverſis per *Paſqualig. quæſt.
moral. jurid.* 109 *per tot* & firmatis per *Rot. dec.* 83. *num.* 1.
*& ſeq. cor. Coccin.* cum quibus proceſſit hæc S. Congr. *in Nul-
19 lius Burgi S. Sepulchri* 25. *Februarii* 1701. *Pon. Card. Collor.*
ut videre eſt *in tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.*15. *nu.* 8. *&* 9. *& num.* 30.
Sed fortiùs, attentis dd. Oraculis trium Sacr. Congr. & præ
oculis habendo dictam claram, & literalem Conſtit. Clem.
X. Eſt enim prorſus abſonum aſſerere, quòd authoritas Epiſ-
coporum allegari poſſit adversùs Oracula Sacrar. Congr. &
ad deſtruen. Summmorum Pontificum Conſtitutiones, ex 20
firmatis per *Rot. in Firmana Annuæ præſtationis* 15. *Junii*
1705. *§. Omniſque cor. Molin.* & admiſſis per *Congr. Concilii
in Mantuana* 21. *Febr.* 1717. & videre eſt *in tom.2. par.* 1. *diſc.*
9. *num.* 27.

Ultrà quòd, ſi verè magnum Rotæ Tribunal non dedi-
gnatur clauſis oculis ſequi reſolutiones Sacrar. Congr. & ad
illarum tenorem ejus deciſiones reformare, ut teſtatur *in dec.* 21
18. *n.*6. *cor. Cerr. & dec.* 55. *num.*2. *cor. Benincaſ. & dec.* 72. *num.*
7. *cor. Anſald.* & in aliis, citatis *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcept.* 7. *n.*
24. Multò magis id facere debent Epiſcopi de Partibus, ut
de ſe patet,

Ejuſdem prorsùs inſubſiſtentiæ eſt prætextus aſſertæ con-
ſuetudinis immemorabilis, in quo fundat ſuum judicium
contra noſtros Religioſos Vicarius Parmenſis in ejus Infor-
matione, in qua interpellatus fuit ab hac Sac. Congr. uti Ju- 22
dex, & ipſe, ſe faciendo Advocatum Partis, aſſeruit,
favore Parochi militare dictam conſuetudinem immemora-
bilem,

Illa enim eſt verum ens rationis, & demonſtratur tale ex
ſola lectura ejuſdem Informationis, ubi ait, noſtros Religio-
ſos reſidere in Civitate Parmenſi ab annis 31. citrà, ibi: *Chie-
ſa de' ſudetti PP. da* 31. *anni in quà, che eſſi PP. hanno Con-
vento in Parma*: Relinquimus enim aliis judicandum, an
immemorabilis conſuetudo verificari poſſit contra dd. Re-
ligioſos, ab annis 31. dumtaxat moram facientes in Civi-
tate Parmæ, teſte eodem Vicario, eò quia docto de quocum-
que principio, vanum eſt prætendere immemorabilem, ut 23
firmavit *Rot. deciſ.* 30. *num.* 16. *coram Otthob.* ibi: *Cùm ap-
pareat de principio moderno, ac proximo, de immemorabili
agi non poteſt*.

Addito, quòd ipſemet Vicarius in dicta Informatione aſ-
ſeruit ulteriùs, quòd, imitando in hac parte æquè attentos,
& diligentes PP. Cappuccinos Civitatis Parmæ, qui pro de- 24
fenſione propriorum Jurium, *in ſimili caſi ſi uniſcono in buon
numero sù la Porta della Chieſa, e l'occupano in tal guiſa,
che reſta impedito a' Parochi l'entrarvi*; noſtri Religioſi
idem facere ſolent in caſus contingentia, & ad praxim
ultimo loco id reduxerunt cum Parocho S. Apollinaris ejuſ-
dem Civitatis, ibi: *Impedirono al Cappellano di S. Apol-
linare, che ſolo accompagnava un Cadavere, l' entrare con* 25
*la Stola, e Croce nella loro Chieſa*; Ex quibus remanet pror-
sùs excluſus omnis prætextus contrariæ immemorabilis con-
ſuetudinis, quæ non ſolùm ex unico actu, ſed ex ſolo ru-
more in contrarium penitùs excluſa dicitur, ex firmatis per
*Rot. dec.* 159. *num.* 6. *& ſeq. coram Otthob. & deciſ.* 1296. *num.*
13. *&* 14. *coram Emer. jun. & deciſ.*279. *num.* 8. *par.* 17. *&
dec.*116. *n.*5. *par.*19. *rec.*

Nequè noſtrum eſt videre, an talis conſuetudo vigeat reſ-
pectu aliarum Religionum Civitatis Parmæ, juxià contra- 26
riam prætenſionem.

Primò, quia ex modò animadverſis, & ex admiſſis in In-
formatione Vicarii, illa nullatenus viget contra Cappucci- 27
nos, & proindè non regit in facto aſſertio, quòd imme-
morabilis militet contra omnes alias Religiones Civitatis
Parmæ.

Secundò, quia quando etiam illa probaretur concluden-
ter contra unam, vel aliam ex Religionibus ejuſdem Civita-
tis Parmenſis, ſemper noſtri Religioſi dicere poſſent cum
*Div. Paulo ad Corinth.*11.16. *Nos talem conſuetudinem non ha-
bemus*, & ad eorum favorem militaret punctualis deciſio 2
*Rotæ in Trojana Delationis Crucis* 21. *Martii* 1708. *§. finali
coram Lancetta*, ubi ſolidè firmat, quòd ſolitum, & con-
ſuetudo unius Religionis alteri nullo modo præjudicat; ibi:
*Non licet Regularibus ſine legitima authoritate Superioris
tranſigere in præjudicium Jurium Eccleſiæ, & Conventus
&c. Multò minus illorum factum, & confeſſiones præjudicare
poſſunt aliis Regularibus &c.* Nec non punctualior reſolutio 29.
hujus Sac. Congr. favore noſtrorum Religioſorum emanata,
Partibus acritèr informantibus, *in Brictinorien.* 16. *Martii*
1717. *Pon. Card. Gualterio*, de qua in *tom.2. par.1. diſc.8. per
tot.* & ſignanter *n.*14.

Et tertiò, quia illi Religioſi, qui forſan id permiſerunt,
non poterant privilegiis noſtræ Religionis præjudicare, *Tex-* 30
*tus* eſt literalis *in cap. Cum tempore de Arbitr.* ibi: *Cùm etſi
ſponte volueris, de Jure tamen nequiveris, ſinè licentia
Romani Pontificis, renunciare privilegiis, vel indul-*

gen-

*gentilis libertatis*, quem ſequuntur adducti à *Rot. deciſ.* 67. *num.* 19. *& ſeqq. coram. Carill. & dec.* 606. *num.* 6. *coram E-mer. jun.*

Habemus hoc in punctualibus terminis noſtri caſus, ſolemniter deciſum à *Congr. Conc. in Lauden.* 2. *Maii* 1711. de
32 qua *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 14. *per tot.* & ſignanter *num.* 22. *& ſeqq & num.* 137. in qua non revocabatur in dubium factum particularium Religioſorum adverſùs privilegia, illorum Ordini conceſſa; Et nihilominus ex dicto ſolo motivo, quòd non erat in illorum poteſtate illis præjudicare, Sacr. Congr. negligendo factum dd. Religioſorum, reſpondit pro obſervantia privilegiorum: Imò *Rot. in dec.* 44. *num.* 11. &
33 12. *par.* 7. *recen.* vocat meram ſimplicitatem aſſertionem hanc, quòd Religioſi particulares poſſint eorum factis præjudicare privilegiis, eorum Ordini conceſſis, ibi: *Non obſtat, quòd Provincialis ſe concordaverit, & renunciaverit privilegiis Religionis, quia iſta fuit mera ſimplicitas, quam Superiores majores nullatenùs debent ſufferre, cùm d. Provincialis non poſſit renunciare dd. Privilegiis, quæ ſunt conceſſa favore Religionis, non autem Perſonæ particularis.*

Cùm quibus in puncto noſtri caſus favore noſtræ Reformationis proceſſit *hæc Sac. Congr. in d. Brictinorien.* 6. *Martii*
34 1717. nullam omninò habendo rationem ſimilis objecti, ex defectu poteſtatis noſtrorum Religioſorum præjudicandi privilegiis, toti Ordini conceſſis, ut videre eſt *in dicto tom.* 2. *par.* 1. *diſc.* 8. *n.* 30.

Demum omitti poterat reflexio illa; quòd, *Pare una gran deformità, che gl' Eccleſiaſtici giunghino ſul limitare della Porta della Chieſa; e non rendino un' atto d'adorazione*
35 *al S. SSagramento*: Non enim unum dumtaxat, ſed mille adorationis actus, occaſione hujuſmodi aſſociationum reddere poſſunt Eccleſiaſtici eidem auguſtiſſimo Sacramento, ſi id facere volunt, non tanquam authoritatem habentes in Eccleſia exempta, in qua nullos actus Juriſdictionis exercere poſſunt cum Stola, & Cruce elevata, ut notant *No-*
36 *var. in Sum. Bull. comment.* 91. *num.* 12. *& Panimol. deciſ.* 1. *annot.* 10. *num.* 18. ſed tanquam aliqui de Populo, & promiſcuè cum aliis Perſonis in Eccleſiis exemptis orantes, juxtà phraſim, qua utuntur in hac parte Doctores, ut videre eſt apud *Monacell. in Formul. tom.* 1 *tit.* 10. *formul.* 18. *num.* 13. ibi: *Parochus tanquam unus de Populo &c.* ubi quòd ità
37 reſolvit *Congr. Conc. in Mantuana Funer.* 21. *Novem.* 1699. quam ibidem citat, & ſequitur.

Majoris inſubſiſtentiæ eſt ſecunda contraria prætenſio habendi Quartam funeralem ab hæredibus illorum defunctorum, qui Sepulturam eligunt in noſtra Eccleſia, eò quia noſtra Religio non unum, ſed undecim privilegia, exemptiva
38 à ſolutione Quartæ, à totidem Summis Pontificibus obtinuit, enumeratis *in dec.* 263. *per tot. par.* 15. *rec.* quæ in hac materia eſt magiſtralis, & cum qua proceſſit in *dec.* 8 *per tot. apud Antonel. de Jurib. Cleric.* & concordant adducti *in*
39 *dec.* 1702. *num.* 3. *cor. Coccin. & dec.* 179. *per tot. cor. Royas*, cum aliis, citatis à *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.* 24. *à num.* 4.

Quibus addo duas punctuales reſolutione hujus Sac. Cong. favore noſtrorum Religioſorum ultimo loco emanatas, &
40 aliam Congr. Concilii, favore pariter dd. Religioſorum, quæ in hac materia ſunt magiſtrales.

Prima reſolutio hujus Sac. Congr. eſt in *Senogallien. ſeù Æſina* 23. *Sept.* 1707. *Pon. Card. Gabriell. ad* 6. *dub.* de qua *in tom.* 1. *par.* 2. *diſc.* 28. *num.* 156 ibi: *An, & quæ emolu-*
41 *menta funerum ſint debita eiſdem Patribus? Omnia emolumenta funeris deberi Religioſis.*

Secunda eſt in dicta *Brictinorien.* 16. *Martii* 1717. *ad* 2. *dub.* de qua *in tom.* 2. *par.* 1. *diſc.* 8. *per tot.* & ſignanter *n.* 72.
42 ibi: *An pro dicta Sepultura danda ſit Parocho Quarta funeralis? Negativè.*

Tertia demùm Congr. Concilii eſt *in Tudertina Funerum* 8. *Auguſti* 1716. de qua *in dicto tom.* 2. *par.* 1. *diſc.* 8. *num.* 28.
43 ibi: *An teneantur iidem Patres ſolvere Archipreſbytero Curato Quartam funeralem, & in qua quota? Negativè.*

Ex quibus cum omni ſermonis proprietate dicere poſſumus, quòd pro excluſione prætenſionis ſolutionis Quartæ funeralis, habemus replicatas individuales leges, favore noſtrorum Religioſorum emanatas, quales dicuntur punctua-
44 les reſolutiones Sac. Congr. ex adductis à *Fagn. in cap. Quoniam num.* 8. *& ſeq. de Conſtit. & in tom.* 3. *diſcept.* 19. *num.* 65. *par.* 1.

Ad colorandum verò contrariam prætenſionem miſerè ſe involuit in Facto, & in Jure Vicarius Parmæ, aſſerendo in ejus Inform. *Per la Quarta funerale militano pure ragioni aſſai forti, per cui ſono di parere, che debbaſi pur queſta da ſudetti Padri conſegnare a Parochi, mentre, oltre il poſſeſſo immemorabile, in cui ſono di conſeguirla da ſudetti Padri, generalmente ſono tenuti di darla a Parochi tutti li Conventi* 45
*fondati dopo la publicazione del Concilio di Trento, overo fondati entro il termine di* 40. *anni, da computarſi dal principio del medeſimo Concil.*

Pro eo enim, quòd attinet ad immemorabilem, eſt mera vanitas illam allegare contra Religioſos noſtri Conventus, in illo habitantes ab annis 42. ut ipſemet Vicarius in dicta 46
Informatione ultrò admittit, ex ſuprà allegatis.

Eſt autem merè voluntarium æquivocum aſſerere, quòd *generalmente ſono tenuti di dare la Quarta a Parochi tutti li Conventi, fondati dopo la publicazione del Concilio di Trento,* 47
*overo fondati entro il termine di* 40. *anni, da computarſi dal principio del medeſimo Concilio.* Quia *Conc. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 13. rotundis literis loquitur de Conventibus, fundatis annis 40. ante Concilium, quod clariùs explicatur à S. Pio V. *in ejus Conſtit.* 41. §. 11. his verbis: *Quartam funeralem, de qua in ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *nequaquam ſolvere teneantur Monaſteria, quæ à* 40. *annis citra fundata exiſtunt, poſtquam Concilium ipſum loquitur tantùm de Monaſteriis ante* 48
*annos* 40. *fundatis, quæ ipſam Quartam ſolvere conſueverunt*: Ex quibus patet, quòd duo neceſſariò requiruntur ad hoc, ut Conventus Regularium ſolvant Quartam vigore dictæ diſpoſitionis Conciliaris, ut ſcilicèt ſint fundata annis 40. ante Concilium, utiquè antea ſoliti eſſent eandem Quartam ſolvere, quorum neutrum verificatur in præſenti.

Ita uniformi calamo notant *Carace. de Quart. funer. cap.* 1. *Rodriquez quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 39. *art.* 2. *Samuel de* 49
*Sepult. concluſ.* 3. *num.* 12. *Marant. lib.* 1. *reſponſ.* 2. *num.* 78. *Tambur. de Jur. Abb. diſp.* 15. *quæſt.* 17. *num.* 1. *& ſeq. Paſſer. de Stat. Homin. quæſt.* 187. *num.* 667. *&* 670. *Sorb. in Compend. Privileg. Mendican. verb. Canonica portio §.* 5. *&* 9. *Antonell. de Jur. Cleric. lib.* 1. *cap.* 61. *num.* 2. *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. verb. Officialis quoad Quartam num.* 2. *&*
*ſeq. & Rot. dec.* 107. *num.* 2. 4. *& per tot. cor. Coccin. & deciſ.* 50
46. *num.* 37. *cor. Zarat. & dec.* 179. *num.* 8. *cor. Royas, & dec.* 243. *num.* 13. *cor. Peuting. & dec.* 1. *num.* 23. *& ſeq. apud Antonell. de Jur. Cleric. & dec.* 84. *num.* 4. *apud Tamburin. de Jur. Abbat. & in par.* 15. *rec. deciſ.* 263. *num.* 10. *& ſeq. & in Poſnanien.* 4. *Julii* 1696. *§. Decrevit cor. Card. Priolo.*

Ex quibus enixis precibus ſupplicamus reſponderi: *Dentur decreta in dicta Brictinorien.* 16. *Martii* 1717. *Pon. Card. Gualterio*, quæ non poſſunt eſſe magis literalia, magiſque præciſè præſentem controverſiam decidere, eò quia ageba- 51
tur in eadem Cauſa de alio Conventu noſtræ Religionis, ab annis viginti circiter fundati, cujus Superiores aliquando toleraverant unum, vel aliud præjudicium à Parocho, & tamen, eodem Parocho d. die acriter ſua Jura deducente, propoſitis ſequentibus dubiis: Primo; *An, occaſione Cadaverum, ſepeliendorum in Eccleſia PP. Reformatorum S. Franciſci Ar-* 52
*cis S. Caſſiani, poſſit Parochus cum Stola, & Cruce ingredi eorundem Eccleſiam?* Secundo; *An pro dicta Sepultura danda ſit ei Quarta funeralis?* non ſolùm rotundè reſcriptum fuit; *Negativè in omnibus*. Sed fuit additum, *ut Cauſa ampliùs non proponeretur*; Pro cujus addito etiam Nos ſupplicamus, ad ſublevandos pauperes Religioſos ab expenſis præſentis litis, quæ magnæ eſſe ſolent in Urbe, experientia teſte, & id obſervante *Rota dec.* 479. *num.* 17. *par.* 19. *rec.* ibi: *Receſſus à lite, quæ in Urbe non ſine magnis diſpendiis agitatur.*

## In eadem Cauſa.

Duo fuerunt in hac Cauſa propoſita dubia die 21. Martii 1720. Primum, *an licitum eſſet Parocho, occaſione aſſociationis Cadaverum in noſtra Eccleſia, in illam ingredi cum* 53
*Stola, & Cruce: Secundum verò, an eidem Parocho deberetur Quarta funeralis?* Cumque utrumque favore ejuſdem Parochi fuerit dicta die *affirmativè* reſolutum, de menſe Auguſti proximè præteriti, mediante æque breve, ac ſimplici Memoriale, Italico idiomate compoſito, inſtetimus pro nova Audientia, quæ nobis denegata fuit. Cæterùm, quia ex una parte agitur de articulo, non ſolùm exemplari, ſed faciente ſtatum pro omnibus noſtris Conventibus: Ex alia verò ſermo eſt de unica tantùm reſolutione hujus Sacroſancti Senatus; Ex illius laudabili ſtylo ſperamus, exaudiendas eſſe noſtras preces pro nova Audientia; Præcipuè quia ho- 54
diè factum longè meliùs dilucidatum fuit, multaque

nova Jura ſuperaddita fuerunt in præſenti Summario, ad ho-
minem demonſtrantia inſubſiſtentiam omnium contrariorum
ſuppoſitorum, cum quibus exadverſò in Cauſæ propoſitione
proceſſum fuit; In quibus circumſtantiis indulgeri ſemper
55 ſolet nova Audientia, ex animadverſis *per Card. de Al-
bic. de Incoſt. in Judic. in Præfat. à num.* 24. & firmatis *per
Rot. in Roman. Primog. de Corſinis* 10. *Decembris* 1710. *in
princ. cor. Aldrovando*, & habemus in hac parte aureum *Tex-
tum in authent. de Nupt.* poſt principium *verſ. Non enim.*

Incipiendo à primo dubio, ſupplicamus obſervare, quòd
ſequens propoſitio: Parochus, aſſocians Cadavera ad Ec-
cleſias Regularium, non poteſt in illas ingredi cum Stola,
56 & Cruce elevata, una eſt ex illarum numero, quæ uno ore
admittuntur ab omnibus Theologis, Canoniſtis, & Juriſtis,
& quotidiè canonizatur, & approbatur ab omnibus Colle-
gialibus Tribunalibus, omnibuſque Sacris Congr. Et pro-
indè ad illius comprobationem facili negotio componi poſſent
Volumina: Nos autem quo ad Doctorum authoritates re-
miſſivè Nos habemus ad illos, quos referunt, & ſequuntur
57 *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 17. *num.* 21.
*Lantuſc. in Theatr. Regular. verbo Exequiæ num.* 8. *& 9 No-
var. in Summ. Bull. comment.* 91. *num.* 1. *& Barboſ. ad Concil. ſeſſ.*
5 *de Refor. c.* 13. *num.* 23.

Quò verò ad reſolutiones hujus, & aliarum Sacrar. Congr.
omiſſis gratia brevitatis antiquioribus, relatis, & ſequutis à
prædictis Authoribus, ita reſpondit.

*Sacr. Congr. Conc. in Placentina* 16. *Decembris* 1661. per
extenſum impreſſa *à Panimoll. deciſ* 1. *annot.* 10. *num.* 21.
58 quæ in hac materia eſt magiſtralis. *Et in Inſularum Cana-
riarum* 30. *Junii* 1694. in qua *negativè* reſolutum fuit ſe-
quens dubium. *An Parochi ingredi poſſint Eccleſiam Regula-
rium cum Stola, ſeù alio ſigno. Et in Lauden.* 2. *Maii* 1711.
*ad* 1. *dub.* ibi. *An liceat Parochis in aſſociatione Cadaverum
ingredi Eccleſiam &c. cum Stola, & Cruce elevata, & intra*
59 *Eccleſiam dare ultimum Vale; Vel potiùs eiſdem Parochis li-
ceat dare ultimum Vale extra Eccleſiam, eam, ut ſuprà, non
ingredientibus: Negativè quoad primam, & affirmativè quo
ad ſecundam partem, ut videre eſt in Lib.* 61. *Decr. ejuſdem
Congr. fol.* 382.

Cum illo addito, ad noſtrum effectum omni conſidera-
tione digno, quòd prætendentibus Parochis, ipſorum fa-
vore militare conſuetudinem immemorabilem, contra om-
60 nes alias Familias Regulares Laudæ vigentem in dicta Ci-
vitate, volentes formiter probare eandem prætenſam con-
ſuetudinem contra Carmelitas, qui tunc erant in lite,
quivè ab annis 55. dumtaxat in eadem Civitate eorum
Conventum fundaverant, ſecundo loco diſputatus fuit ſe-
quens dubium; *An ſint concedendæ Literæ compulſoriales, &
remiſſoriales;* Eadem facultas probandi dictam conſuetudi-
nem fuit eis rotundè denegata, mediante reſcripto *Ne-
gativè.*

Ità etiam reſpondit *Rit. Congr. in Vaden.* 3. *Auguſti* 1698.
*Pon. Card. Noris*, ibi: *An Parochus ingredi poſſit Eccleſias
Regularium cum Stola, & Cruce: Negativè*, ut videre eſt
apud *Matthæucc in Offic. Cur. Eccleſiaſt. Verb. Officialis quo-*
61 *ad Exequias num.* 3. *Et in Avenionen.* 3. *Decembris* 1701. *ad*
3. *dub. Pon. eodem Card. Noris, & in Camerinenn.* 1. *Sept.*
1708. *Pon. Cardinali Caprara.*

Ità demùm reſpondit *hæc Sac. Congr in Sutrina ultima
Februarii* 1708. *ad relationem Card. Caſini*, ibi: *An Archi-*
62 *presbytero Collegiatæ Roncilionis, ſivè ſoli, ſivè cum Capitu-
lo, liceat ingredi cum Stola, & Cruce erecta Eccleſiam RR.
PP. Carmelitarum? Negativè: Et in Montis Politiani* 26.
*Martii* 1711. *ad* 4. *dub. Ponente Card. Paracciano*, ibi: *An in
aſſociatione Cadaverum, in Eccleſia dictorum PP. tumulando-
rum, liceat Parocho Sancti Marcelli eam ingredi cum Cruce ere-*
63 *cta, ſivè debeat dictam Crucem deponere, & terminare preces
aſſociatorias antè Atrium dictæ Eccleſiæ Negativè quòad pri-
mam, & Affirmativè quòad ſecundam. Et in Brictinorien.* 16.
*Martii* 1717. *Pon. Gualterio*, quæ eſt in punctualiſſimis termi-
nis noſtrorum Religioſorum, de qua ſupra.

Et quòd magis eſt, ità etiam demandavit *Alex. VII in ejus
Conſtit.* 93. *in Bullar. novo tom.* 6. Et ad preces noſtrorum
64 Religioſorum, etiam per viam legis generalis, ubiquè ſer-
vandæ, cum decreto irritanti, aliiſquè ampliſſimis clauſu-
lis, ità etiam expreſſè mandavit *Clem. X.* favore omnium
Conventuum noſtrorum Religioſorum, ut vidimus ſupra:
65 Itaut, abſquè ulla exageratione, cum omni verborum pro-
prietate dici poſſit, quòd nequeat in Jure de facili aſſignari
alia propoſitio, cujus reſpectu allegari valeant authoritates,
vel magis punctuales, vel ponderoſiores, vel in majori nu-
mero.

Neque deeſt viviſſima, ratio, in eo poſita, quòd Crucis
elevatio, & Stolæ delatio ſunt Juriſdictionis Parochorum 66
univocum ſignum, ut obſervant Authores illi, quos refe-
runt, & ſequuntur *Donat. Rer. Regular. tom.* 1. *tr.* 13. *qu.* 81.
*num.* 3. *Ventriel. de Juriſd. Archiepiſc. cap.* 17. *num.* 8. *& c.*
18. *num.* 6. *Bonac. Oper. moral. tit. de Contract. diſp.* 3. *qu.*
21. *punct.* 5. *ſub num.* 2. *verſ. Dixi Novar. in Summ. Bullar.* 67
*comment.* 91. *num.* 12. *Panimol. dec.* 1. *annot.* 10. *num.* 18. *Sa-
muel. de Sepult. tract.* 1. *diſp.* 3. *contr.* 7. *num.* 9. *Monacell. in
Formular. tr.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1. *num.* 77. *& Pignatell. conſult.*
73. *num.* 116. *lib.* 8. Juriſdictio autem Parochorum durat quo- 68
uſquè cadaver non ingreditur Loca, ab illa exempta, qua-
les ſunt omnes Regularium Eccleſiæ, in quibus, ut noto-
rium eſt, nullam omninò Juriſdictionem habent, minuſque
exercere valent Parochi ſæculares, quam ad noſtrum præci-
ſum effectum punctualiſſimè adducunt *Paſqualig. ad Lauret.
de Franch. num.* 1591. *Novar. in Summ. Bull. comment.* 91. *nu.* 69
1. *Vener. in Exam. Epiſc. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 4. *Barboſ. ad Concil.
ſeſſ.* 5. *de Reform. cap.* 13. *num.* 33. *Tamburin. de Jur. Abbat. to.*
1. *diſp.* 15. *quæſt.* 11. *num.* 21. *Peregrin. de Privileg. Regular. to.*
3. *in fine in reſponſ. ad* 3. *fol. mihi* 567. & referendo ita deci-
ſum à Sac. Cong. modernus *D. Fargna de Jurepatron. tom.* 2.
*par.* 2. *can.* 14. *&* 15. *caſ.* 13. *num.* 5. ibi: *Parochus habet juriſdi-
ctionem ſupra Defunctum ſolùm uſquè ad Januam Eccleſiæ Re-
gularium, intra autèm Eccleſiam juriſdictio ſupra eundem
defunctum eſt penes Regulares, non autem penès Paro-
chum.*

Adverſùs hæc, duo exadverſò adducta fuerunt in Cauſæ
propoſitione: Primum diſpoſitio Synodalis; Secundùm ve-
rò prætenſum ſolitum aliarum Eccleſiarum Civitatis Parmæ, 70
ſeù prætenſa univerſalis conſuetudo quòad omnes alias Reli-
giones, & Conventus Religioſorum, exiſtentium in ea-
dem Civitate: Neutrum tamen ex dd. capitibus ſubſiſtit, nec
attendi meretur.

Non primum, ſeu diſpoſitio Synodalis, in qua hæc le-
guntur: *Poterunt tamen Parochi ingredi Regularium Eccleſias
cum Stola, & Cruce, dummodò, Eccleſiam ingreſſi, nullum
ſuper Cadavera Officium peragant:* Videtur enim idem ob-
jectum potiùs admiratione, quàm reſponſione dignum, &
forſan expediret injungere, ut eadem verba à dicta Synodo 71
expungantur, & omninò caſſentur, & deleantur, eò quia
nimis improprium eſt prætendere, ut duobus Summis Pon-
tificibus Alexandro VII. & Clemente X. expreſſè mandanti-
bus; *Parochis in aſſociatione, ſivè occaſione aſſociationis Cada-
verum, non licere ingredi Eccleſias Regularium, ſed teneri di-* 72
*mittere eadem Cadavera ad Januam Eccleſiarum, ibiquè ſo-
lùm poſſe benedicere, & dare ultimum Vale*, juxtà eorum præ-
ciſa, verba, regiſtrata *in Conſtit.* 57. *§.* 2. *Clem. X in Bullar. no-
vo tom.* 6. Idemque in caſuum contingentia ſemper punctuali
exequutioni demandantibus omnibus Sac. Cong. ex ſupra ani-
madverſis, unus ex Epiſcopis illius partis Italiæ, quæ eidem 73
Summo Pontifici etiam in temporalibus ſubdita eſt, audeat
contrarium determinare, cum verificatione illius abſurdi,
quod his verbis improbat *D. Gregor homil.* 37. *in Evang. Nun-* 74
*quid aliud Judex nunciat, aliud Præco clamat?* Reſolutio-
nes præterea Sacr. Congr. tanquam oracula quotidiè ſumma
veneratione recipiuntur, & clauſis oculis exequuntur ab ipſo-
met magno, Collegialique Tribunali Sac. Rotæ, ut ipſa
gloriatur *in dec.* 18. *num.* 6. *cor. Cerr. & dec.* 55. *nu.* 2. *cor. Benin-
caſ. & dec.* 72. *num.* 7. *cor. Anſald* & alibi quotidiè: Et pro- 75
pterea eò magis exequi, & venerari debent ab Epiſcopis:
Prout etiam uno ore receptum eſt inter Catholicos, *Summo-
rumm Pontificum Conſtitutiones adamuſſim, & preciſè ſerva-
ri debere tanquam leges*, juxtà præciſa verba *Rot. dec.* 3. *num.*
6. *cor. Anſald.* ubi allegantur concordantes, quibus addo alios,
citatos *in Romana Emolumentorum Parochialium* 1. *Julii*
1718. *§. Primi cor. Lancetta.* Quanam apparentia prætendi
exadverſò poteſt, ut in concurſu diſpoſitionis Synodalis
Parmenſis ex una parte, & replicatorum Oraculorum trium 76
Sacrar. Congr. & duarum rotundarum Conſtit. totidem Sum-
morum Pontificum ex alia, procedendum ſit cum eadem diſ-
poſitione Synodali, non autem cum Oraculis dd. Sacrar.
Congr. & cum diſpoſitis in duabus Pontificiis Conſt.

Ejuſdem prorſus inſubſiſtentiæ eſt ſecundum contra-
rium objectum, innixum prætenſæ immemorabili, &
aſſertæ univerſali conſuetudini, vigenti contra omnes Re- 77
gulares Civitatis Parmæ: Illa enim non probatur in facto
quoad omnes alias Religiones, ut eſſet concludentiſſimè
juſtificanda: Reſpectu autem noſtrorum Religioſorum il-
lius probatio non ſolum evidentiſſimè non regit in facto
ſed in rei veritate, abſque ulla exageratione, eſt phyſicè
impoſſibilis: Et demum per inſubſiſtentem, falſamque
hypo-

hypotheſim, dato, quòd eſſet concludenter probata, nullo modo eſſet attendenda.

Non probatur in facto eadem immemorabilis conſuetudo quoad omnes alias Religiones: Tum quia nullæ adducuntur Teſtium depoſitiones, cum neceſſariis requiſitis celebris
78 *Gloſſ. in cap. 1. Verb. Memoria de Præſcript. in 6.* magiſtraliter reaſſumptis *à Rocc. ſelect. interpret. cap. 167. à num. 21. & à Rota in Trojana Delationis Crucis 10. Decemb. 1708. per tot. coram Aldrovando*; Sed in contrario Summario ad illam colorandam adducuntur ſimplices, & extrajudiciales fides, quæ ad probandam immemorabilem conſuetudinem nullo modo attenduntur, ex firmatis per *Rot. in Piſana Devolut.*
79 *24. Januar. 1701. §. Etenim coram Oman.* ibi: *Aſſerta immemorabilis conſuetudo &c. aliundè probata non eſt, quam ex ſimplici fide Teſtium &c. quæ ex præadductis nullam fidem meretur, cùm tamen plenè, & concludenter probari debuiſſet*, & ex punctualiſſimè reſolutis per *Sacr. Rit. Congr. in Veliterna 22. Septemb. 1718. Pon. Card. Fabrono*, in qua innumera ad dictum effectum adducebantur authentica documenta, & multæ ſolemnes atteſtationes ad probandam in dicto
80 caſu immemorabilem conſuetudinem, quæ tamen in nulla prorſus conſideratione habita fuerunt, ex eo motivo, quòd modus probandi conſuetudinem eſt ille indicatus à d. Gloſſa, & quotidiè approbatus in Tribunalibus, mediante formali examine Teſtium, deponentium de proprio viſu per ſpatium annorum quadraginta, & de auditu ab eorum Majoribus, non autem per medium atteſtationum, & fidium, quæ jux-
81 tà vulgare adagium fidem non faciunt, ex adductis *in deciſ. 115. num. 30. cor. Priol.*

Itaut nimis dura, & æqualiter amara in hac parte videatur contraria prætenſio, ut aſſerta immemorabilis conſuetudo Nobis tali, tantoque faſtu uſque ad nauſeam in contrariis Scripturis obiiciatur, eo tempore, quo in illis nullum omnino legale veſtigium concludentis probationis exadversò ad illam demonſtrandam adducitur, ſed inſiſtitur in ſolis affectatis Atteſtationibus, & extrajudicialibus Fidibus, pro majori parte ipſorummet Parochorum, pendente lite procuratis, quo nihil abſurdius dici, nilve irrationabiliùs valet excogitari, quodque quantùm improprium ſit, de ſe patet.

Tum etiam, quia conſtans in facto eſt, quòd inter alias Religiones, exiſtentes in Civitate Parmæ *li Cappucini in ſi-*
82 *mili caſi ſi uniſcono in buon numero sù la Porta della Chieſa, e l'occupano in tal guiſa, che reſta impedito a Parochi entrarvi, permettendo però l'ingreſſo al Capitolo della Cathedrale con la Croce*: ſunt verba Relationis Vicarii Parmen.

Notorium hoc factum, ſolemniſſimè comprobatum à Scripturis, exadversò exhibitis, non valentes Parochi in con-
83 troverſiam deducere, gratis ubique aſſere non dubitarunt, id provenire ex reſpectu, atque veneratione erga Domum Farneſiam, quæ in Eccleſia dd. Cappuccinorum Sepulturam habet.

Reſponſio autem nullam meretur animadverſionem, uti nimis injurioſa notoriæ pietati ejuſdem Domus, & æquè notoriæ religioſitati dd. Cappuccinorum, prætendendo eoſdem
84 exemplariſſimæ vitæ Religioſos ex mundanis reſpectibus de facto practicare contrarium ejus, quod de Jure ſtatutum eſt, quodque ad terminos Conſtitutionum Pontificiarum practicari debet, & in exequutione Oraculorum Sacrarum Congregationum in toto Catholico Orbe quotidiè ad praxim reducitur.

Excluditur prætereà idem contrarius prætextus ex duplici circumſtantia, comprobata à dicta Relatione Vicarii
85 Generalis Parmen. Prima quia à dictis Cappuccinis liber permittitur ingreſſus cum Stola, & Cruce elevata Parocho Eccleſiæ Cathedralis, unito cum ſuo Capitulo accedenti ad eandem Eccleſiam, juxta ſpeciale privilegium, quòd in hac parte habent Eccleſiæ Cathedrales, de quo *Samuel de Sepultur. tract. 1. diſput. 3. controv. 3. concluſ. 6. num. 29. fol.*
86 *mihi 33. Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 5. formul. 7. num. 37. Pignatell. conſ. 58. num. 13. tom. 6. & Rot. deciſ. 2089. num. 10. coram Coccin.* cum aliis, citatis *in tom. 3. par. 1. diſcept. 31. num. 10.* Si enim, juxta contrarias pias meditationes, Parochi aliarum inferiorum Eccleſiarum Parmæ ſe abſtinerent ab ingreſſu cum Stola, & Cruce ad Eccleſiam dictorum Cappuccinorum, in obſequium, & venerationem piiſſimæ Domus Farneſiæ, à fortiori hujuſmodi obſequium, & veneratio eidem Domui præſtaretur à nobiliori Capitulo
87 Cathedralis Civitatis ſibi ſubditæ, juxtà ea, quæ in proximis terminis benè obſervant *Card. de Luca de Servit. diſc. 61. num. 11. & Caſtald. ad Rubr. Miſſal. par. 2. rubric. 12. lit. A.*

Secunda circumſtantia deſumitur ex eo, quòd in illis caſibus, in quibus Parochiani aliarum Parochiarum Parmæ ſibi Sepulturam eligunt in Eccleſia PP. Cappuccinorum, iſti, 88
ad tuenda propria Jura, *occupano la Porta della loro Chieſa in tal guiſa, che reſta impedito a' Parochi l'entrarvi*, juxtà præciſa verba dictæ Relationis dicti Vicarii Parmen. Igitur non in venerationem, neque in obſequium Domus Farneſiæ, minuſque ex eadem obſequioſa voluntate ſe abſtinent alii Parochi ab ingreſſu in Eccleſiam Cappuccinorum, ſed quia ſe opponentibus Cappuccinis, propriaque Jura ſtrenuè tuentibus, agnoſcunt in hac parte eorum malum 89
Jus, juxtà regulam, de qua *Rota in Giennen. Juris mutandi 26. Aprilis 1700. §. Non attento cor. Muto.*

Non regit in facto eadem contraria prætenſio reſpectu noſtræ Eccleſiæ, dum in Summario concludentiſſimè probamus oppoſitum, hoc eſt annis 1710. 1713. & 1715. juxtà ca- 90
ſus, ſpecificatos in eodem Summario, Parochos nullatenus fuiſſe ingreſſos noſtram Eccleſiam cum Stola, & Cruce elevata, quod probamus ex pluribus Teſtibus, omni exceptione majoribus, & teſtantibus de proprio viſu ibi: *Et Io ero preſente, e viddi tutto con li miei occhj*; Ita ut ad augendam eorundem Teſtium fidem verificentur de illis ea, quæ 91
de ſe ipſo ſcripta reliquit *S. Jo. Epiſt. 1. in princ.* ibi: *Quod vidimus oculis noſtris &c. hoc teſtamur, & annunciamus*; Cum quibus concordat alter qualificatiſſimus Teſtis, deponens de toto illo tempore, quo noſtri Religioſi moram faciunt in Civitate Parmæ, ab annis ſcilicet 30. citra ibi: *Avendo ſempre eſſi Padri contraſtato l'ingreſſo pacifico in loro Chieſa del Paroco con la Stola, e Croce.*

Supplicantes hìc obſervare, quòd id procedit, etiam ſi exadversò probarentur innumeri actus contrarii, quòd eſt prorſus inſubſiſtens; Ea viva ratione, quia non ſolùm actus, 92
numerò minores, ſed etiam unicus, geſtus ab illis, qui pro ſe habent Juris aſſiſtentiam, vel Privilegii tenorem, præferuntur mille actibus in contrarium, *Rot. deciſ. 24. num. 86. apud Proſper. de Territ. ſepar.* ibi: *Non ſolùm actus numerò minores ſuperabundant pro excludenda contraria prætenſio-* 93
*ne, ſed exuberant pauciſſimi, & etiam unicus in oppoſitum*, cum innumeris aliis, citatis *in tom 1. par. 1. diſcept. 9. n. 62.* cum quibus in eadem Cauſa proceſſit *Cong. Conc. in Anglonen. 17. Nov. 1704.* ut videre eſt *ibidem n. 108.*

Eſt pariter reſpectu noſtræ Eccleſiæ eadem prætenſa immemorabilis phyſicè impoſſibilis, quia conſtans in facto eſt, quòd noſtri Religioſi in Civitate Parmenſi à 30. annis 94
citra, & non antea, proprium Conventum, & Eccleſiam fundarunt, ut in illa pluſquam notorium eſt, & ſequentibus verbis teſtatur Vicarius Generalis Parmæ in ejus Relatione, *Chieſa de' Padri da trenta un'anno in quà, che eſſi Padri hanno Convento in Parma.* Implicat igitur in terminis 95
prætendere, quòd adverſus eoſdem Religioſos allegari exadversò valeat immemorabilis conſuetudo, dum à 30. annis dumtaxat in noſtra Civitate moram faciunt ex allegatis ſupra num. 23.

Atque in rei veritate contraria prętenſio ex directo oppoſita eſt omnibus regulis, omnibuſque propoſitionibus, reſpicientibus immemorabilem conſuetudinem, ut enim vidimus, 96
ſupra, Teſtes illam comprobantes, non ſolùm deponere debent de proprio viſu per annos 40. ſed ulteriùs de auditu ab eorum Majoribus per aliud antecedens tempus, adeo longum, adeòque ſpatioſum, ut nequè de præſenti adſit, nequè in preteritum adfuerit unquam memoria in contrarium, ut, præter ſupra citatos, in ſpecie obſervat *Sperel. dec. 69. num. 26.* 97
& firmavit *Rot. dec. 528. num. 10 cor. Bich & dec. 21. eod. n. cor. Zarat.* Quæ omnia phyſicè impoſſibilia ſunt in noſtris terminis in quibus, ut ſæpè, ſed nunquam ſatis diximus, innegabile eſt, quòd noſter Conventus non priùs, quàm ab annis 30. fundatus fuit in Civitate Parmæ.

Nec replicetur, quòd eadem prætenſa immemorabilis vigeat reſpectu omnium aliarum Religionum, & Eccleſiarum Regularium Parmæ; Quando enim, adverſus rei evidentiam, id in facto ſubſiſteret, quòd ex modò animadverſis, 98
attento contrario ſolito Cappuccinorum, eſt prorſùs ideale, pro adequata reſponſione uti poſſemus verbis illis *Apoſt. ad Corinth. 11. 16. Nos talem conſuetudinem non habemus*; Eò quia uno ore receptum eſt inter Theologos, & Canoniſtas, 99
quòd ſolitum, & conſuetudo unius Religionis allegari non valet in alterius Religionis præjudicium, ut, omiſſis generalibus, cumulatis concordantibus, in noſtris terminis firmavit egregiè *Rot. dec. 8. num 16. apud Antonell. de Jurib. Cleric.* ibi: *Conventio, & conſuetudo extendi non valet de caſu ad caſum, & de loco ad locum*, & meliùs *in Trojana*, cujus verba retulimus ſupra *n. 29.*

Imò habemus in hac parte reſolutionem *Cong. Conc.* in citata *Lauden.* 2. *Maii* 1711. In illa enim, ut patet ex *Folio* ejuſ-
101 dem Sac. Cong. dicta die diſtributo, concurrebat præciſa circumſtantia, quòd omnes Parochi Laudenſes reperiebantur in pacifica poſſeſſione ingrediendi Eccleſias omnium aliorum
102 Regularium Laudæ cum Stola, & Cruce elevata occaſione aſſociationis Cadaverum, præter quàm ad Eccleſias Carmelitarum Excalceatorum, qui in eadem Civitate ab annis 55. eorum Conventum, & Eccleſiam in illa fundaverant,
103 ut patet ex dicta Relatione Epiſcopi Laudæ, ibi: *In hoc rerum ſtatu, pacificè, & quietè ſemper obſervato cum omnibus Regularibus hujus Civitatis &c.*

Et tamen *dicta die* 2. *Maii* 1711. in eadem *Cong. Conc.* omnibus Parochis ejuſdem Civitatis Laudæ ſua jura ſtrenuè deducentibus, mediante opera inſignium Advocatorum, in-
104 ter alia motiva in ſpecie exagerantium dictam univerſalem conſuetudinem reſpectu omnium aliorum Religioſorum Laudæ, propoſito ſequenti dubio: *An liceat Parochis in aſſociatione Cadaverum ingredi Eccleſiam PP. Carmelitarum Diſcalceatorum cum Stola, & Cruce elevata, & intra Eccleſiam dare ultimum Vale; Vel potiùs eiſdem Parochis liceat dare ultimum Vale extra Eccleſiam, eam, ut ſupra non ingredientibus?* intrepidè reſponſum fuit: *Negativè quoad primam, & affirmativè quoad ſecundam partem*, ut videre eſt in *lib.* 61. *Decret fol.* 213. Et notat *D. Fagn. in Comment. de*
105 *Jurepatronat. tom.* 2. *par.* 2. *canon.* 14. *&* 15. *caſ.* 13. *num.* 6. *fol. mihi* 269. eidemque reſolutioni iidem Parochi acquieverunt.

Et magis in terminis favore ipſiuſmet noſtræ Religionis, Partibus acerrimè informantibus, ità noviſſimè reſpondit
106 hæc *Sacra Congregat. in Brictinorien.* 16. *Martii* 1717. *de qua ſuprà.*

Enixis precibus, ſupplicantes obſervare, quòd in hoc pariter caſu concurrebat eadem ipſiſſima circumſtantia, quòd
107 Parochi reperiebantur in poſſeſſione ingrediendi Eccleſias omnium aliorum Regularium ejuſdem Terræ S. Caſſiani, quam hæc Sac. Cong. meritò nullatenùs attendere voluit in præjudicium noſtrorum Religioſorum, quæ circumſtan-
108 tia comprobatur in *tom.* 2. *par.* 1. *diſcept.* 8. *num.* 30. *& ſeq.*

Quæ omnia eo faciliùs admittenda videntur in præſenti, ex quo aliæ Eccleſiæ Regularium Parmæ, in quibus id forſan practicatur, ad differentiam PP. Cappucinorum, ſunt etiam Parochiales, & Parochi Regulares Eccleſiarum ejuſ-
109 dem Civitatis Parmę ingrediuntur pariter occaſione funerum cum Stola, & Cruce elevata Eccleſias Parochorum Sæcularium, ut eſt in eadem Civitate notorium, & patet ex contrario Summario ibi: *La Croce del noſtro ordine con li PP. ſudetti è entrata nelle Chieſe de' Parochi, e vicendevolmente li Sig. Parochi con la loro Croce, alzata, e con Stola &c. ſono entrati nella noſtra Chieſa:* Et propterea à tali qualificata conſuetudine Eccleſiarum Regularium, & Parochialium ſimul, nulla fieri valet illatio ad Eccleſias Regularium non Parochiales, qualis eſt noſtra, & illa PP. Cappucinorum, quælibet enim conſuetudo, uti ſtricti juris, nullatenùs extendi valet de caſu, ad caſum minuſque de loco ad locum ex cumulatis per *Rot. deciſ.* 45. *num.* 6. *coram Ludoviſ.*
110 *& dec.* 407. *num.* 6. *cor. Emer. jun. & dec.* 211. *num* 5. *par.* 8. *& dec.* 304. *num.* 9. *par.* 12. *rec.* & in puncto caſus noſtri *in dec.* 8. *n* 15. *apud Antonell. de Jur. Cleric.*

Abſque ulla prorſùs difficultate, ex quo ad noſtrum præciſum effectum adducimus expreſſam derogationem eidem conſuetudini, contentam *in Conſtit.* 93. *Alex. VII. in Bul-*
111 *lar. novo tom.* 6. *§.* 1. ibi: *Et in ità inpoſterum ſervari mandavit, non obſtante contraria conſuetudine*, cum cujus diſpoſitione proceſſit *Congr. Conc. in d. Lauden.* 2. *Maii* 1711. in qua proinde neque etiam permittere voluit probationem dictæ conſuetudinis, ut vidimus ſupra n. 60.

Et meritò, quia ſolitum adversùs diſpoſita in Conſtitutionibus Apoſtolicis, & replicatis Oraculis Sac. Cong. non ſinè maximâ improprietate vocatur conſuetudo, dum in rei
112 veritate nihil aliud eſt, quàm verus, proprius, & ſolennis abuſus, ſemper, & ubique eliminandus, non autem fovendus prætextus conſuetudinis, ut exclamant *Rovit. deciſ.* 36. *num.* 3. *&* 4. *Urceol. dec* 21. *num.* 33. *& Rot. dec.* 4. *num.* 20. *apud Novar. in Summ. Bullar. & dec.* 10 *num.* 40 *in fine apud*
113 *Pacion. de Locat. & in Hiſpalen. Juris ſedendi in Synodo* 22. *Junii* 1697 *§. Siquidem, & §. Ex Breve coram Muto*, & egregiè *in Tarentina Canonicatus* 11. *Decembris* 1716. *§ Un-*
114 *dè coram Foſcaro*, ubi quòd reſolutiones Sacrar. Cong. conſtituunt rem judicatam, de cujus natura eſt facere de non ente ens, de albo nigrum, & quadrare rotunda, juxtà phraſim ejuſdem *Rotæ in Romana Fideic.* 18. *Jan.* 1700. *§. Sed ut diximus cor. Anſaldo.*

In omnem verò caſum, præter omnem neceſſitatem, & ad ſolius materiæ ornatum, ſubjungimus, quòd quatenùs prætenſa conſuetudo per falſam hypotheſim in noſtro caſu 115
probata dici poſſet, illaque non eſſet de medio, ut ſupra, ſublata mediante d. Pontificia Conſtitutione; Adhùc attendenda non eſſet, ea ratione, quia Privilegia Regularium, ut in eorum Eccleſias ingredi non poſſint Parochi Sæculares cum Stola, & Cruce elevata, non ſunt conceſſa ipſis particularibus perſonis Regularium, facientibus, vel permittentibus illos actus, ex quibus prætenditur inducta conſuetudo, ſed fuerunt conceſſa eorum Religioni, & conſequenter iidem Regulares renunciare non poſſunt dictis Privilegiis, neque expreſſè, neque tacitè; 116
mediantibus contrariis actibus, *Text. eſt litteralis in cap. Cùm tempore de Arbitr.* ibi: *Cùm, & ſi ſponte volueris, de Jure tamen nequiveris, ſinè licentia Romani Pontificis, renunciare Privilegiis, vel Indulgentiis libertatis*, quem ſequuntur adducti à *Rot. apud Dian. coordin. tom.* 8. *deciſ.* 25. 117
*fol.* 186. *§. Neque obſtare*, ibi: *Ultra quod iſtæ aſſertæ ſolutiones, cum ſint factæ à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare privilegio, toti Ordini conceſſo, non præjudicant Monaſterio, & coram Cerro deciſ* 10 *num.* 2. *&* 3. ibi: *Cùm eorum privilegia fuerint conceſſa favore totius Religionis &c. non potuit per ſolum Rectorem illis renunciari, & deciſ.* 63. *num.* 10. *par.* 5. ibi: *Quia iſti non potuerunt præ-* 118
*judicare privilegiis Religionis, & deciſ.* 606. *num.* 6. *coram Emer. jun. & dec.* 44. *num.* 11. *&* 12. *par.* 7. *rec.* in qua Rot. meritò qualificavit pro mera ſimplicitate opinionem illorum Authorum, qui aſſerunt, Regulares poſſe renunciare Privilegiis, Religioni conceſſis, ibi: *Non obſtat, quòd Pro-* 119
*vincialis ſe concordaverit, & renunciaverit Privilegiis Religionis, quia iſta fuit mera ſimplicitas, quam Superiores majores nullatenùs debent ſufferre, cùm dictus Provincialis non poſſit renunciare dd. Privilegiis, quæ ſunt conceſſa favore Religionis, non autem Perſonæ particularis, & coram Carill. deciſ.* 97. *num.* 19. *& ſeq.* ibi: *His igitur ſtantibus dixerunt DD. nil relevare renunciationem ex defectu poteſtatis in Provinciale, tranſigente &c. & propterea ex mera ſimplicitate d. Provincialis non debet præjudicium inferre univerſæ Religionis &c. & in Turritana Decimarum* 21. *Nov.* 1703. 120
*§. Denique coram Anſald. &* 6. *Martii* 1705. *§. Sed quatenus cor. Molines.*

Cum quibus in noſtris terminis proceſſit, tàm *Cong. Conc. in cit. Lauden.* 2. *Maii* 1711. quam favore noſtrorum 121
Religioſorum hæc *Sac. Cong in d. Brictinorien.* 6. *Martii* 1717. in quibus particulares Religioſi, ſeù Superiores pro tempore Conventuum Laudæ, & Terræ S. Caſſiani nimis inconſideratè permiſerant Parochis Sæcularibus ingreſſum in eorum Eccleſias cum Stola, & Cruce elevata; Et nihilominus illorum operationes ab hac Sacra Congr. & ab alia Conc. Trid. appoſitæ in Statera inventæ fuerunt minus habentes ad præjudicandum Religioni, & propterea 122
in nulla prorsùs conſideratione habitæ fuerunt ex illo præciſo motivo, & communiter recepto principio, ſolidè in jure fundato, quòd particularibus Religioſis non eſt permiſſum præjudicare Privilegiis, Religioni conceſſis, quod principium amplexum fuit à *Sac. Rot. in deciſ.* 179. *num.* 7. *coram Royas*, loquens in præciſ. terminis noſtræ Reformationis, ibi: *In omnem caſum dd. Fratres non potuerunt præjudicare Succeſſoribus in Monaſterio, nec renunciare Privilegiis toti Ordini conceſſis*: Et eademque punctualiſſima deciſio, raro exemplo, emanavit contra Parochum dumtaxat informantem, noſtra Religione ob ejus notoriam paupertatem non valente ſua Jura deducere.

Pluſquam tacitè omnia hæc admiſſa fuerunt in contrariis Scripturis, in quibus proindè magnum fuit conſtitutum fundamentum in illa prætenſa improprietate, quam 123
his verbis deſcripſit Vicarius Generalis Parmenſis in Relatione: *Pare una gran deformità, che gl' Eccleſiaſtici giunghino ſul limitare della Porta della Chieſa, e non rendino un' atto di adorazione al Santiſſimo Sacramento.*

Reſpondemus autem, quòd non unum, ſed mille adorationis actus, occaſione hujuſmodi aſſociationum reddere poſſunt, & debent Eccleſiaſtici Parmenſes eidem auguſtiſſimo Sacramento, ſi id facere volunt, non tanquam 124
authoritatem habentes in Eccleſia Regulari, ab eorum Juriſdictione omninò exempta, in qua nullos actus Juriſdictionis exercere poſſunt, quos importat delatio Stolæ,

& Cru-

& Crucis elevatio, ut notant Authores illi, quos citavimus ſupra; Sed tanquam perſonæ privatæ, & uti aliqui de Populo, & promiſcuè cum aliis privatis Perſonis, in Eccleſiis
125 exemptis orantibus, id facere debent, juxta phraſim, qua utuntur in hac parte DD. ut videre eſt apud *Monacell. in Formular. tom.1. tit.10. formul.18. num.13.* ibi: *Parochus tanquam unus de Populo &c.* ubi, quod ita reſolvit *Cong Rit. in Man-*
126 *tuana Funerum 21. Nov.* 1699. quam ibidem citat, & ſequitur, cum aliis apud *Panimoll. dec.1. annot.10. num. 22.* ibi: *Poteſt tamen Parochus permanere in Eccleſiis Regularium, tanquam Perſona privata, & ſicut cæteri de Populo.*

Ultra quod non ſolum id practicare deformitas non eſt, ſed potiùs nimis improprium eſt id aſſerere, dum ſub oculis
127 Summi Pontificis, & in conſpectu omnium Sacrar. Congr. ita quotidie practicari videmus in Urbe, cujus ſolitum, præſertim circa Eccleſiaſticos Ritus, pro regula ſervandum eſt in univerſo Orbe, ut in ſpecie obſervat *Rot. dec.469. num.62. & dec.560. num.23 par.19. rec. & in Majoricen. Parochialis 2.*
128 *Junii 1708. §. Hocque cor. Omanna, & 16. Nov. ejuſdem anni §.7. cor. Molines, & in Conſtantien. Præcedentiæ 27. Jan 1713. §. Idipſum cor. Anſaldo.*

Deveniendo ad 2. Dub. circa Quartam funeralem, ex adverſo prætenſam ab hæredibus illorum Defunctorum, qui ſepulturam ſibi eligunt in Eccleſia noſtrorum Religioſorum, illorum favore militant undecim rotunda Privilegia, exem-
129 ptiva à ſolutione dictæ Quartæ, eis generoſiſſimè conceſſa à totidem Summis Pontificibus, cum ampliſſima derogatione *Clem. Dudum de Sepultur.* de quibus in magiſtrali *dec.263. per tot. par.15. rec.* quæ loquitur in præciſis terminis noſtræ
130 Religionis, cum qua deinde eadem Rota proceſſit *in dec.8. per tot. apud Antonell. de Jurib. Cleric. & dec.1702. num.3. cor. Cocc. & dec.179. per tot. cor. Royas*, cum aliis, cumulatis *à Matthæuc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.42. nu.4 & ſeqq.*

In quarum comprobationem de facili componi poſſent Volumina, atque allegari caterva illorum DD. & Collegialium Tribunalium, quæ ſequendo clarum tenorem dictorum
131 Privilegiorum, idem comprobarunt, vel coherenter ad diſpoſita in eiſdem Privilegiis eadem Collegialia Tribunalia ita judicarunt; Nos autem, brevitati conſulendo, regiſtramus hìc dumtaxat quatuor æquè recentes, ac magiſtrales reſolutiones Sacrar. Cong. emanatas favore eorundem Religioſorum, alias verò duas, æquè recentes, ac magiſtrales, favore aliorum Religioſorum.

Prima eſt *in Aſculana Quartæ Funeralis 2. Decemb.* 1679. de qua *lib.30. Decr. Congreg. Conc. fol.* 503. ibi: *Conquerenti-*
132 *bus Fratribus Reformatis, quod Capitulum Cathedralis per vim extorſerat Quartam ex Intorſitiis funerum, quæ ad ipſorum Eccleſiam ducuntur, Epiſcopus reſpondit: Ita conſuetudinem obtinuiſſe, ut Capitulo non ſolùm à dd. Fratribus, ſed etiam ab aliis Regularibus Quarta ſolvatur &c. Supplicatur igitur decerni: An ex funeribus, quę ducuntur ad dictam Eccleſiam, debeatur Quarta Capitulo?* Sac. Cong. reſpondit; *Negativè.*

Secunda eſt *in Senogallien. ſeu Æſina 23. Septemb. 1707. Pon. Cardin. Gabriellio ad 6. dub.* in qua, Partibus acerrimè informantibus, hæc Sac. Cong. reſpondit, omnia emolumen-
133 ta funerum deberi noſtris Religioſis, ut videre eſt *in tom.1. par.2. diſcep.28. per tot.* & ſignanter *n.156.*

Tertia eſt *Cong. Conc. in Tudertina Funerum 8. Auguſti* 1716. de qua *in tom. 2. par.1. diſcep. 8. num. 28.* ibi: *An teneantur iidem PP. ſolvere Archipresbytero Curato Quartam*
134 *funeralem, & in qua quota? Negativè.*

Quarta eſt *in d. Brictinorien. 16. Martii* 1717. de qua *in d. tom.2 par.1. diſcep.8. num.30.* & in qua ad relationem Card.
135 Gualterii propoſito ſequenti dubio: *An pro dicta ſepultura danda ſit Parocho Quarta funeralis?* reſponſum fuit: *Negativè*; Supplicantes obſervare, quod in omnibus his Cauſis favore Parochorum allegabatur conſuetudo exigendi Quartam ab omnibus aliis Religioſis aliarum Religionum citatarum Civitatum, comprobata ex plurium Teſtium Fidibus, & Atteſtationibus, coram Sacr. Congregat. exhibitis.

Itaut præſcindendo etiam à dictis undecim Privilegiis totidem Summorum Pontificum, cum omni ſermonis proprietate dicere poſſumus, quod favore noſtrorum Religioſorum pro exemptione à ſolutione Quartæ funeralis, non unam,
136 ſed quatuor rotundas habemus individuales Leges, pro quibus reputantur punctuales reſolutiones Sacrar. Cong. ex animadverſis ſupra *num.* 44.

Quinta reſolutio, in hac materia magiſtralis eſt *Congreg. Conc. in Æſina 14. Junii* 1710. quæ non poteſt eſſe magis
137 punctualis, magiſque ſtringens, eo quia ex Folio dicta die diſtributo, evidentiſſimè conſtat, Religioſos Minimos, quorum favore illa emanavit, admiſſos fuiſſe in ſua Civitate ab Epiſcopo Æſino cum hac notabili clauſula. *Sine præjudicio Jurium Parochialium.* Conſtat ulterius, *quod* (ſunt verba dicti Folii) *pro 34. Cadaveribus, ibi tumulatis ab anno*
*1704. quo conſtructum fuit Sepulchrum, ſemper Parochis* 138
*Quarta funeralis ſoluta fuerat*; Et nihilominus, hujuſmodi uniformi conſuetudine non obſtante, & dicta efficaciſſima clauſula non attenta, ex claro defectu poteſtatis illorum Religioſorum, qui dictam clauſulam acceptaverant, quive deinde ſemper Quartam funeralem ſolverant, propoſito dicta die dubio, inter Partes concordato: *An eadem Quarta in futurum deberetur;* Reſponſum fuit: *Negativè*, ut videre eſt *in Lib. 60. Decr. fol.317.* & *in Tom.2. par.1. diſcept.8. à num. 62.*

Sexta reſolutio ejuſdem *Cong. Conc.* eſt *in Ampurien. Quarta funeralis 6. Junii 1716.* quæ eſt in longè durioribus termi-
nis Eccleſiæ Regularis Cappuccinorum, quæ vigore anti- 139
quæ conceſſionis erat ſubjecta juriſdictioni Parochi, *& in illa* (ſunt verba dicti Folii d. die diſtributi) *Parochus pro tempore exercuerat in eadem Eccleſia plures actus juriſdictionales, dominii, & juriſdictionis reſervationem demonſtrantes &c. de quibus omnibus deponunt ſex Teſtes &c. Qui ulteriùs teſtantur, penes Parochum aſſervari clavem Conditorii Vitreæ ampullæ, ſanguine S. Goſuini Martyris plenæ*; Concurrebat ulterius innegabilis conſuetudo favore Parochi, *Juris aſſiſtentia munita*, (ſunt verba d. Folii) *quam probat pluribus Teſtibus, inter quos etiam aliqui de facto proprio teſtimonium ferunt, diſertè deponentibus, Parochum exegiſſe omnia jura Parochialia pro tumulatis in Eccleſia S. Theclæ PP. Cappuccinorum*; Et tamen, his omnibus non obſtantibus, neque
attentis, dicta die 6. Junii 1716. propoſito ſequenti dubio: 140
*An debeatur Quarta funeralis* reſponſum fuit: *Negativè*, ut videre eſt *in lib.66 Decr. fol.207.*

Adverſus quæ inallegabilis prorſus pariter eſt contra noſtros Religioſos immemorabilis conſuetudo, reſpectu etiam hujus dubii circa ſolutionem Quartæ, ex rationibus, & reflexionibus, ſupra adductis circa 1. dub. Ut enim ſæpè, ſed nunquam ſatis diximus, eſt mera vanitas allegare immemorabilem conſuetudinem adverſus noſtrum Conventum, ab annis triginta dumtaxat in Civitate Parmæ fundatum; Neque minus improprium eſt prætendere, ut immemorabilis, ſiquę viget, contra Conventus aliarum Religionum (circa quod ſuum locum veritati relinquimus) allegari valeat contra noſtros Religioſos, ex punctualibus authoritatibus, allegatis circa 1. dub. fruſtra hic repetendis, quibus addimus individualiſſimam *deciſ.8. nu.15. apud Antonell. de Jurib. Clericor.*

Neque minorem exorbitantiam continet contraria illa reſponſio, quæ his verbis data fuit noſtris Privilegiis exemptivis à Quarta funerali, *Hinc non obſtant ea, quæ in contrarium adduci ſolent, & primò, quod ipſi PP. Adverſarii habeant ſua Privilegia Apoſtolica, exemptiva à ſolutione Quartæ, quia Privilegia non ſuffragantur in Loco, ubi Privilegia non ſunt recepta.* Inauditum enim eſt, præcipuè inter Perſonas Eccleſiaſticas, in lite pendente in Urbe coram Sacroſanctis EE. PP. Conſeſſibus, quod Papales Leges, & Pontificiæ Conſtitutiones recipi debeant à Subditis, & Religioſis Clauſtralibus, ad hoc, ut obligent, quod utì nimis exorbitantes qualificatur à Doctoribus, ſequutis à *Rot. dec.77. num.3 & dec.111. per tot. Caval. & dec.630. num.6. par.4. & dec. 259. num.2. par. 12. rec.*

Et convincentiſſimam adducit rationem *Rot. in magiſtrali dec.42. num 16. apud Novar. in Summ. Bull.* his verbis: *Cùm Summus Pontifex habeat immediatè poteſtatem à Deo, abſque dependentia à conſenſu Populi, ut primùm Conſtitutionem &c. publicavit, ea cenſetur effectum ſortita ubique, cùm ſtatim liget, & obliget, abſque alia Subditorum acceptatione, qui non poſſunt de illius non uſu, ſeu contrario uſu excipere*, quam reſponſionem admiſit, & canonizavit, tam hæc Sac. Cong. quàm alia Conc. Trid. in dictis ſex punctualiſſimis reſolutionibus, ſupra relatis à num.40. in quibus præciſè concurrebat non uſus Privilegiorum non ſolvendi Quartam, illoque nullatenus attento, intrepidè ſemper reſponſum fuit pro competentia d. exemptionis.

Utque adverſus etiam hanc contrariam criticationem adducamus authoritatem adeò punctualem, ut illius reſpectu verificetur id, quod jocosè aſſerit *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.4. num.7.* loquen. nimirum *delle Vacche roſſe*, hanc con-
gruam, ſolidamque reſponſionem admiſit *Sac. Cong. Conc. in* 141
*dict. Lauden. 2. Maii 1711.* ut recognoſci poteſt ex *tom.1 par.2. diſcep.14. n.26. & ſeq.*

Quæ

Quæ dicta pariter ſint ad merum ornamentum præſentis
materiæ, quia ea omnia, quæ magno faſtu in præterita Cau
ſæ propoſitione fuerunt à Parochis exagerata circa aſſ. poſſeſ-
142 ſionem exigendi Quartam à noſtris Religioſis, nullam om-
ninò in facto ſubſiſtentiam habent, eo quia iidem Parochi
dictam Quartam funeralem nunquam, & ad nunquam ha-
buerunt, ſed in aliquibus particularibus caſibus illam; Vel
impropriis modis extorſerunt ab hæredibus; Vel receperunt
ab eiſdem titulo eleemoſynæ, ad redimendas vexationes, &
pro bono pacis ſpontanea voluntatate eorundem hæredum,
eiſdem noſtris Religioſis ſemper, & ad ſemper, vel inſciis,
vel reclamantibus adverſus eorundem Parochorum injuſtas
prætenſiones.

Evidentiſſimè patent hæc ex noſtro Summario, ubi de ſo-
lutione, facta *ſpontaneamente, e ſenza conſenſo de' Padri, ac-
ciocche tutto andaſſe quietamente*; Et ibi: *Non diedi aſſolu-*
143 *tamente al Rettore di S. Caterina di Parma la Quarta fune-
rale, nè ho mai pagata ad alcun Paroco a nome, e di ordine
de' ſudetti Padri, nè meno mi fu fatta menzione alcuna di det-
ta Quarta*: Et ibi: *Dal Paroco non fu richieſta Quarta di
ſorte alcuna, nè io glie la diedi*. Et de Quarta, ſoluta cum
illa declaratione: *Che non glie la dava a nome, nè di ordine
de' Padri, e che circa queſto particolare non aveano mai pre-
ſtato il loro conſenſo, anzi aveano ſempre repugnato, & il Sig.
D. Belliſario* (qui erat Parochus) *la ricevette ſenz' altro*; &
144 ubi, quod habito recurſu ad Vicarium Parmenſem, iſte
mandavit, quod Parochus reciperet Quartam *per mano di
terza Perſona, nè a nome de' Padri, nè a nome mio, & eſſo
Paroco la ricevette*; Ubi, quod Parochus noluit acceptare
Quartam titulo eleemoſynæ ab hærede Defuncti, illam ex-
bente ex conſilio Vicarii Generalis Parmæ, quodque deindè
pœnitentia ductus, *la fece ricercare ſenz' altro titolo, & io*
(hoc eſt hæres) *non li volli più dare coſa alcuna*, & Parochus
acquievit; Ubi de Parocho, magis cauto effecto à dicto
145 modo operandi, quia hæredi petenti, quo titulo volebat
Quartam, reſpondit ipſi, ſatis eſſe illam quocumque titulo
habere, ibi: *A me baſta mi dii la Quarta*; Ubi de ſolutione
Quartæ, facta ab hærede *ſenz' alcun' ordine, e ſaputa de'
detti Padri*; Ubi de largitione ſpontanea *di cinque, o ſei
lire, fatta di moto proprio, & a titolo di limoſina ſpontanea,
e non a nome nè di ordine de' ſudetti Padri*.

Et generaliter, quod *da 25. anni in quà, ho ſempre ſentiti
i Litigj trà Padri, e Parochi circa queſta Quarta, e circa l'
ingreſſo in loro Chieſe*, per hæc numero verba teſtatur digniſ-
ſimus Teſtis in noſtro Summ.

Ex quibus propterea remanet manifeſtum, contrariam exa-
geratam quaſi poſſeſſionem pacificè exigendi Quartam à no-
ſtris Religioſis, nullam omninò in facto ſubſiſtentiam habe-
146 re, ſed juxta diverſas caſuum contingentias, potiùs illam
rejectam fuiſſe, & quidem mediantibus etiam operationibus
Judicum, ſeu decretorum Vicariorum Parmenſium.

Pro quorum faciliori admiſſione dignentur obſervare, quod
nullam in hac parte ſubſiſtentiam habent ea, quæ de pauper-
147 tate Eccleſiarum Parochialium Parmæ exagerata ex adverſo
fuerunt.

Ultra quod in nihilo præjudicium ſentiunt iidem Parochi
ab electione ſepulturæ in Eccleſiis Cappuccinorum, & Re-
formatorum ejuſdem Civitatis Parmæ, quia iſti exemplaris
148 vitæ Religioſi nihil petunt, nihilque extorquent ab hæredi-
bus Defunctorum, neque ratione ſonitus Campanarum, ne-
que titulo omnium aliarum funebrium functionim, quas fa-
ciunt circa cadavera, ſed contenti ſunt illa ſimplici eleemo-
ſyna, quam eis ſpontè dant Defunctorum hæredes, ut pro-
bamus in Summario.

E' contra verò iidem Parochi Sæculares in dictis caſibus
electionis ſepulturæ in Eccleſiis Cappucinorum, & Refor-
matorum de facto exigunt ferè omnem illam emolumẽtorum
149 funeralium quantitatem, quę eis debita eſſet, ſi cadavera eo-
rundem in propriis Parochialibus Eccleſiis ſepelirentur, ut
de facto proprio teſtantur multi hæredes, & Executores te-
ſtamentarii in Summario; Et patet ex duabus Liſtis eorun-
dem emolumentorum, datis in Summario: Idque adverſus
claram diſpoſitionem Synodi Epiſcopi Saladini, in qua plu-
ra relinquuntur, & remittuntur arbitrio dictorum hæredum,
& Executorum teſtamentariorum, quod arbitrium de facto
ſemper tollitur eiſdem hæredibus, & Executoribus teſta-
mentariis, juxta illorum exclamationes, regiſtratas in
Summ.

Creſcitque in immenſum exorbitantia contrariæ præten-
150 ſionis ex modo violento, quem in aliquibus caſibus tenue-
runt Parochi, quando Cadavera defunctorum ſepulta fue-
runt in noſtra Eccleſia, tunc ſolùm, & non antea, illa con-
ſignantes Religioſis noſtræ Eccleſiæ, poſtquam ab hæredi-
bus extorſerunt Quartam, quod intra evidentiæ fines ponunt
documenta, regiſtrata in contrario Summario, ibi: *Dopo
di aver ricevuto la Quarta funerale conſegnai il Cadavere &c.*
quod ſæpè in eodem contrario Summario reperitur. Modus
autem iſte, non ſolùm ſemper improbatus fuit à Sac. Cong. 151
ſed etiam fuit canonizatus, uti contrarius ipſiſmet Genti-
lium, & Ethnicorum moribus, & Legibus, ut videre eſt
apud *Juſtin. in Addit. ad Novar. in Summ. Bullar. fol.* 12. &
*Card. de Luc. de Regul. diſc. 166. num. 12. & à Congreg. Concil.* 152
*in Anglonen. 7. Decembris 1634. Lib. 15. Decr. fol. 130. & in
Novarien. Funerum 15. Martii 1704. ad 5. dub. lib. 54 Decr.
fol. 93.*

Ex quibus ſequitur, quod, præſcindendo etiam ab aliis
reflexionibus, ſupra expreſſis, ex iſto etiam capite violenti,
& ſtrangulatorii modi extorquendi Quartam in illis angu-
ſtiis, in quibus reperiuntur Conſanguinei tempore humatio-
nis Cadaverum Defunctorum, nulla vis fieri poſſit in eiſ- 153
dem actibus ſtrangulatoriis, violentis, & quotidiè reproba-
tis à DD. collegiatiſque Tribunalibus, & præcipuè ab hac
Sac. Cong. in reſolutionibus illis, quas refert, & ſequitur
*Juſtin. in Addit. ad Novar. in Summ. Bullar. fol. 12. verſ. Idque
reiteratis, Sacrar. Congreg. Conc. & Epiſc. Decretis, inſinuatum* 154
*eſt variis Epiſcopis*: Et ſequendo punctualiſſimam reſolutio-
nem hujus Sac. Congreg. ſub die 5. Maii 1617. reprobantis
ſepulturæ retardationem prætextu ſolutionis Quartæ funera-
lis, *Gavant. in Manual. Epiſc. verb. Sepultura in addit. num. 6.
& Paſſerin. de Stat. homin. quæſt. 187. art. 4. inſpection. 3. obſer.
1. num. 170.*

Poterant autem ad probandum contrarium omitti Motus
proprius Julii II & Breve Clementis VIII. Omiſſis enim
gratia brevitatis aliis congruis reſponſionibus, datis ſupra, 155
ſuperabundare videtur illa, quod dictus Motus proprius Ju-
lii II. expeditus fuit die 7. Decemb. 1512. Breve autem Cle-
mentis VIII. die 1592. & conſequenter in nulla conſideratio-
ne haberi poſſunt in conflictu trium poſteriorum Pontificia-
rum Conſtitutionum primæ nimirum ejuſd. Clementis VIII
anni 1597. ſecundæ Pauli V. anni 1609 & tertiæ Urbani
VIII. an. 1624. in quibus expreſsè derogatur omnibus in con-
trarium facientibus, quas Conſtitutiones ad noſtrum præci-
ſum effectum favore noſtrorum Religioſorum ſequitur *Rot.
deciſ. 263. num. 3. par. 15. rec.* Eſt enim regula, ab omnibus 156
recepta, & propoſitio textualis, quod in circumſtantiis Con-
ſtitutionum, inter ſe contrariarum, poſteriores præferendæ
ſemper ſunt primis, & prioribus derogant, de qua *Pignat.
conſult. 107. in fine tom. 1. & conſult. 174. numer. 3. tom. 4. D.* 157
*Piton. diſcep. Eccleſ. 40. num 11 tom. 2. & Rot. in Melevita-
na Decr. 2 Martii 1707. §. fin. cor. Anſald.*

Nec ſubſiſtit in facto, quod eadem noſtra Privilegia non
contineant derogatoriam *Clem. Dudum de Sepult.* ut gratìs
ubique dìcitur; Contrarium enim literaliter reſultat ex ſola 158
recognitione Conſtitut. ſex Summorum Pontificum, nempè
Sixti IV. Julii II. Pauli IV. Clementis VIII. Pauli V. & Ur-
bani VIII. teſte *Rot.* in dictis punctualiſſimis *deciſ. 179. num.
3. & 4. coram Royas*, edita contrà Parochum dumtaxat in-
formantem, *& dec. 263. num. 5. & ſeqq. par. 15. rec.* Quibus 159
addimus duas alias æqualiter punctuales *dec. 1. apud Antonel.
de Jurib. Cleric. num.* 12. ibi: *Loquitur de ampliſſimis Privi-
legiis, & exemptionibus, Religioni Franciſcanæ à variis
Summis Pontificibus principaliter conceſſis, cum expreſſa de-
rogatione Clem. Dudùm, & dec. 2. num. 9. apud eundem*, ibi:
*Loquen. de Privilegiis PP. Reformatorum de Obſervantia*, 160
*quorum favore ampliſſima Summorum Pontificum adſunt Pri-
vilegia, exemptiva à ſolutione Quartæ, cum expreſſa deroga-
tione Clemen. Dudum.*

Minuſque ſubſiſtit in facto, quod omnia noſtra Privilegia
reformata fuerint à Gregorio XIII. in duabus Conſtit. anno- 161
rum 1472. & 1575.

Ultra quod enim recurrit ſemper eadem fatalis reſponſio,
quod poſteriores Conſtitutiones dictorum Summorum Ponti-
ficum Clem. VIII. Pauli V. & Urb. VIII. non poſſunt dici 162
comprehenſæ ſub dicta generali antiqua Gregoriana diſpoſi-
tione, juxtà regulam, de qua *Mantic. de Conject. ultim. vo-
luntatum lib. 1. titul. 3. num. 1. Gobius conſult. 122. num. 42.* 163
*& Rot. in Novarien. Penſionis 24. Martii 1710. §. Confeſſio
cor. Falconerio.*

Strictè dicimus, quod nec etiam in facto ſubſiſtit, dictum
Summum Pontificem Gregorium XIII. revocaſſe antiquas
Conſtitutiones, in hac parte favore noſtrorum Religioſorum
emanatas, ut referendo, & ſequendo reſolutionem Sacræ
Congregationis Concilii, in puncto noſtri caſus benè adver-
tunt *Carac. de Quart. Funer. cap. 2. in princ. Gutier. de Jur.*
*con-*

*confir.par.2.cap 4 num.3.& Barboſ.de Poteſt.Epiſc.allegat.86.*
165 *num.17.* & meliùs firmavit *Rot.dec.263 à num.14.par.15.rec.*
ubi egregiè advertit, Privilegia prædicta circa exemptionem
à ſolutione Quartæ, à dictis Summis Pontificibus ratione
laborum, & meritorum noſtræ Religioni conceſſa fuiſſe,
166 juxta præciſa verba dictæ *dec. 263. num.16.par.15.rec.* quam
refert, & ſequitur in *dec.8, num.12. apud Antonell. de Jurib.
Clericor. & in Tarentina Quarta Funeralis 5. Decemb. 1629.
§.primo verſ.Nec viſum fuit præfatam Conſtitutionem Pii V.
fuiſſe revocatam per Gregorium XIII. &c.*

Non credimus autem iterum repetendam inſubſiſtentem
illam aſſertionem, ſæpè exageratam in præteritis contrariis
167 Scripturis, quod præſumendum ſit, noſtros Religioſos in
admiſſione ad Civitatem Parmæ ſe conformare voluiſſe
uſui, & ſolito aliarum Religionum, in illa exiſtentium,
tam circa ingreſſum Parochorum illorum in Eccleſia cum
Stola, & Cruce elevata, quàm circa ſolutionem Quartæ.

Talis enim præſumptio nullo modo admittenda eſt, utì
directè oppoſita tot Summorum Pontificum Conſtit. replica-
tiſque Oraculis Sacrar. Congreg. necnon undecim Privile-
168 giis, noſtræ Religioni conceſſis, circa exemptionem à ſolu-
tione Quartæ ex ſupra allegatis, & ſignanter ex dictis pun-
ctualiſſimis reſolutionibus hujus, & alterius S.C.Conc. in qui-
bus ſemper intrepidè fuit reſponſum pro exemptione à ſolu-
tione Quartæ illorum Conventuum, qui de recenti fundati
fuerunt in illis Civitatibus, in quibus aderat univerſale ſoli-
tum omnium aliarum antiquarum Religionum punctualiter
ſolvendi eandem Quartam. Imò omni Jure ſemper præſu-
mendum eſt oppoſitum; Si enim nemo, etiam abſolutus
Dominus ſuorum bonorum, & liber diſpoſitor propriorum
Jurium, præſumitur illa velle perdere, vel illis renunciare,
169 *ad Textum literalem in l.cùm de indebito ff.de Probation.* cum
concordantibus, citatis à *Rocca Selectar. interpret. cap.184.
ſub num.17.& Rot.dec.74.num.10. & dec.556.num.5.cor.Bich.*
Quantò magis id aſſerendum eſt de Viris Religioſis, ſcien-
tia, & conſcientia inſignibus, quibus permiſſum non eſt,
etiam volentibus, & expreſsè renunciantibus, propriæ Re-
ligioni præjudicare ad *Textum literalem in cap. Cùm nec de
Arbitris*, cum aliis citatis à *Rot.in dec.606 num.6. cor.Emer.*
170 *jun.* ubi, quod ad id neque etiam ſe extendit facultas Supe-
riorum Generalium.

In qua parte non poſſumus efficaciorem ponderoſioremque
que authoritatem adducere, quàm individualiſſimum Oracu-
lum hujus *Sac.Congreg.in Feſulana 21. Martii 1720. Ponente*
171 *Card. Paracciano*; In illa enim meritò EE. PP. nullatenùs
attendere voluerunt conventiones, obligationes, & condi-
tiones, quibus Definitorium Provinciale Provinciæ Tuſciæ
noſtræ Reformationis ſe obligaverat; Ea viva, & efficaciſ-
ſima ratione, quæ nullam admittit contrariam criticatio-
nem, & detorſionem, ſæpè quidem, ſed nunquam ſatis re-
petita, quod neque particulares Religioſi, neque Superio-
res Provinciales, imò neque etiam Generales præjudicare
poſſunt Privilegiis, Religioni conceſſis.

Iterùm, ſemperque opportuniùs repetentes hic, quod ſi
hæc procedunt in actibus ſeriis, & liberis; necnon in obli-
172 gationibus, & pactis literalibus Religioſorum, cum omni
maturitate, conſilio, & attentione, geſtis, & conventis,
eo tempore, quo admiſſi, & recepti fuerunt in aliqua Civi-
tate, juxta præciſos terminos authoritatum, ſupra citata-
rum, multò magis admittenda videntur in noſtris terminis,
173 in quibus ſermo eſt de actibus, vel ſtrangnlatoriis, vel ex
conniventia, vel ex ignorantia, vel pro bono pacis à ſim-
plicitate hæredum emiſſis, ſemperque à Religioſis impugna-
tis, ibi: *Da 25. anni in quà ho ſempre ſentiti litigj tra Padri,
e Parochi circa queſta Quarta.*

Solito Urbis, aliiſque Sententiis, & Decretis, adverſus
alias Religiones editis, quibus non ſine ſuperfluitate plenum
174 eſt contrarium Summarium, in puncto caſus noſtri indivi-
dualiſſimè reſpondet *Rot.dec.8.nu.13.apud Antonell.de jurib.
Cleric.* his verbis.

*Denique ſuffragari non videbantur Capitulo plura Decreta,
& Reſponſa Sacrar. Congreg. & Sententiæ, latæ favore Pa-*
175 *rochorum contra Regulares pro ſolutione controverſæ Quartæ;
Aut enim loquimur de caſibus, contingentibus in Urbe, & al-
legari non merentur &c. Quia fundamentum habent in par-
ticulari, & antiquiſſima conſuetudine, deducta in contractum,
ſeu in concordiam inter Clerum, & Regulares Romanos uſque
ab anno 1305 confirmatam ſub inde ab Eugenio IV. Summo
Pontifice anno 1431. &c. Aut loquimur de aliis controverſiis
&c. Cùmque non conſtet, quod in caſibus propoſitis ageretur
de Quarta, ſolvenda à Monaſteriis, fundatis poſt Concilium*
176 *ex illis Regularibus, qui per 40 annos ante Concilium privi-
legialem habent exemptionem à ſolutione Quartæ, intelli-
genda ſunt ſecundùm terminos, & applicationes dictæ diſtin-
ctionis.*

Pro cujus ſolidæ, & Conciliaris dictinctionis applicatione
ſupplicamus obſervare, quod juxta diſpoſita *in Conc.Trident.
ſeſſ. 25. de Reform. cap.13.* & juxta literalem *Conſtit. S. Pii* 177
*V. 41. §.11. in Bullar.nov.tom.12.* Monaſteria, fundata ante
dictum Concilium, & ſolitam Quartam Funeralem ſolvere,
tenentur in eadem ſolutione perſeverare, eò quia Concilium,
& S. Pius V. à ſolutione d. Quartæ eximunt ſolùm illa Mo-
naſteria, alioſque Conventus, qui, vel fundati ſunt poſt di-
ctum Concilium, & ſunt illius Religionis, quæ habent pri- 178
vilegia non ſolvendi Quartam; Vel etiam ſi fundata ſint
quadraginta annis ante dictum Concilium, tempore illius
terminationis reperiebantur in poſſeſſione eandem Quartam
non ſolvendi, ut uno ore obſervant *Carac. de Quarta Funer.* 179
*c 1. Rodriq. quæſt. Regular. tom.1. quæſt.39.art.3. Samuel. de
Sepult.concluſ.3.num.12. Marant.lib.1.reſponſ 2.num.78. Tam-
bur.de Jur. Abb.diſp.15.quæſt.17. num.1.& ſeqq. Paſſerin. de
Stat.Homin.quæſt.187.num.667.& 670. Sorb.in Compend.pri-
vileg.Mendican.verb.Canonica portio §.5.& 9. Antonell.de Jur.
Cleric.lib.1.cap.60.num.2. Matthæucc.in Offic Cur. Eccleſ.ver.
Officialis quoad Quartam num.2.& ſeqq.& Rota dec.107.nu.2.
4.& per tot.cor Coccin. dec.46. nu.36.coram Zarat. & dec.179.
num.8.cor. Royas, & dec.243. num.13.cor. Peuting. & deciſ.1.
num.23.& ſeqq.apud Antonell.de Jur. Cleric.& dec.84.num.4.
apud Tamburin.de Jur. Abb.& in par.15.rec. deciſ.263.nu.10.
& ſeqq. & in Poſnanien.4. Julii 1696. §. Decernit cor.Cardin.
Priolo.*

Et per viam legis reſolvit *Congreg.Conc. in Lib.10. Decret.
fol 95.* ibi: *Cong.Conc.cenſuit, Monaſteria, ædificata à 40.* 180
*annis citra, non teneri ad ſolutionem Quartæ Funeralium,
ſi modò ſint ejus Religionis, cui à Sede Apoſtol. ante 40. annos
indultum ſit, ut eandem Quartam non teneantur ſolvere.*

Debebant proinde Parochi pro recta applicatione illarum
Atteſtationum Regularium Parmæ, quæ non ſine maxima
confuſione regiſtratæ fuerunt in Summ. ſpecificare Conven- 181
tus, & Monaſteria, quæ hodie ipſis ſolvunt Quartam Fu-
neralem, & quæ ante annos 40. terminationis Concilii illam
non ſolvebant; Vel illa, quæ fundata fuerunt poſt dictum
Concilium, non obſtante, quod ſint illarum Religionum,
quæ habent privilegium non ſolvendi Quartam, quia aliàs
nullatenus tangunt noſtros terminos, & nullo modo appli-
cantur noſtræ controverſiæ.

Quod autem id non verificetur de Monaſteriis & Conven-
tibus illorum Religioſorum, qui dictas Atteſtationes fece-
runt onus eſſet Parochorum id concludenter demonſtrare, 182
utì fundamentum propriæ intentionis, ut, præter antiquas
reſolutiones Congr.Conc. citatas *à Card.Belarmin.ad Concil.
cap.13.ſeſſ 5.& Pignatel. conſul.145.nu.6 tom.9.* firmavit *Rota*
favore noſtrorum Religioſorum *in d.dec.263. num.12. & 13.* 183
*par.15.rec.* Et per viam legis generalis *die 14 Novemb.1682.
in una Minorum Obſerv. Poloniæ* reſolvit *eadem Congr. Conc.*
his verbis: *An ad Parochos, vel potiùs ad Superiores Regu-
lares Conventuum ſpectet onus probandi, Quartam à contro-
verſis Conventibus ſolvi conſueviſſe, vel non per 40. annos
ante Concilium, Sac. Cong.* reſpondit, *ſpectare ad Parachos,*
ut videre eſt *in Lib. 32. Decretor. fol.476.* Et nihilominus ad 184
omnem abundantiorem cautelam dicimus, id ictu oculi de-
ſumi, vel ex Inſcriptionibus, quæ leguntur in fronte earum
Eccleſiarum; Vel ex Libro, cui titulus: *Della nobile, e
generoſa progenie del P. S. Domenico in Italia di F. Gio: Mi-
chele Pio lib.1.pag.64.col 1.* Vel ex *Torrell. in Sæcul Auguſtin.
circa annum 1245.* Vel ex *Manuſcripto* apud Pellegrinum 185
Pizzaccara, æquè ingenuum, ac pium Sacerdotem Colle-
giatæ S. Vitalis Parmæ; Vel ex pluribus publicis Inſtrumen-
tis, apud Notarios ejuſdem Civitatis notoriis, ex quibus re-
ſultat, quod Monaſterium S. Benedicti Caſſinenſium, de
quo in dicto contrario Summario fundatum fuit anno 985.
Monaſterium Canonicorum Regularium Lateranenſium,
fundatum fuit anno 1175. Conventus PP. Prædicatorum, 186
anno 1225. Conventus PP. Conventualium, anno 1233.
Conventus PP. S. Auguſtini, anno 1245 & Conventus PP.
Ordinis Servorum, anno 1306.

De ſe igitur patet, quod à ſolito horum Religioſorum, vel
ſponte ſolventium Quartam Parochis, vel judicialiter coa-
ctorum ad illam ſolvendam per ſæcula ante Concilium, jux- 187
ta Sententias, regiſtratas in dicto Summario, nihil omni-
nò inferi valet ad præſentem diſparatiſſimum caſum noſtri
Conventus, fundati ab annis 30. dumtaxat, vulgata *leg. Pa-
pinianus ff.de Minor.*

Die 21. Martii 1720. propoſitis in hac Cauſa duobus du-
biis,

188 biis, regiſtratis ſupra num.53. per Card. de Comitibus, hodie SS. D. N. Innocentium Papam XIII. ad utrumque reſponſum fuit: *Affirmativè*. Repropoſita verò die 5. Novembris 1721. per Card. Priolum ſubrogatum, reſponſum fuit:
189 *In deciſis, & Cauſa ampliùs non proponatur*. Reſpectu cujus reſolutionis vide ea, quæ obſervavimus *in tom.1.par.1. diſcept.12.num.255.verſ. In hujus Cauſæ*.

---

# DISCEPTATIO VII.

## Ordinis Carmelitarum.

*PRO*

Conventu Tranſpontinæ Ordinis Carmelitarum.

*CUM*

Conventu Leocatæ ejuſdem Ordinis.

## ARGUMENTUM.

*Poſt mortem Religioſi Ordinis Carmelitarum, ſequutam in diverſo Conventu ab illo, in quo Profeſſionem emiſit, quomodo dividendæ ſint res, ad eundem Religioſum ſpectantes, & acquiſitæ ex ejus induſtria in utroque Conventu.*

IN *Conſtit. Carmelit.par.1. cap.22.§.3.* quoad mobilia Religioſorum, quæ reperiuntur poſt illorum mortem, ita diſponitur. *Volumus, quod Libri, & bona, quæ Studentes in aliena Provincia habuerant, ſuis Provinciis, & Conventibus reſtituantur; Et ſi quis emiſerit profeſſionem in aliquo Conventu, & deinde ſe tranſtulerit ad manendum per longum tempus ad alium, & ibi moram traxerit per decennium, vel*
1 *ultra, quod in morte illius, bonorum ſibi ad uſum conceſſorum remanentium mobilium, duæ partes ſint illius Conventus, ubi traxit longam moram, & tertia pars illorum bonorum ſit Conventus, ubi profeſſionem fit.*

Caſus iſte punctualiter evenit in perſonam Thomæ Sanchez, Ex-Generalis Carmelitarum, qui poſt emiſſam Profeſſionem in Conventu Leocatæ Provinciæ Siculæ, ad Urbem ſe tranſtulit, ibique non ſolùm longam, ſed longiſſi-
2 mam moram per annos circiter 30. traxit, ab eaque anno 1720. diſceſſit animo inviſendi ſuum Conventum, & deindè redeundi ad Urbem, ad exercendum ſuum Officium Examinatoris Cleri, quod continuam reſidentiam in illa requirit, dum ſemel in hebdomada aſſiſtere tenetur examini, coram Urbis Vicario indiſpenſabiliter habendo.

Cùmque poſt ejus obitum, in Conventu Leocatæ ſequutum die 27. Septemb. 1721. reperta fuerit ſolemnis declaratio quæ communi vocabulo inter Religioſos, vulgo dicitur *Eſproprio*, ejus manu exarata, in qua diſtinctè adnotantur
3 omnia ejus mobilia, & ſupellectilia, vaſa argentea, Loca Montium, & pecuniarum ſummæ, ad ipſum ſpectantes, data per extenſum in Summ.

Hinc citato P. Pizzolante, Procuratore dicti Conventus Leocatæ, cohærenter ad dictas Ord. Conſtit. nomine Conventus Tranſpontinæ, illius Procurator preces fundit pro declaratione, ad ipſum ſpectare duas ex tribus partibus dd. mobilium, & ſuppellectilium; Necnon integraliter ad ip-
4 ſum pertinere Loca 9. S. Petri 9. er. & Loca 8. 50. S. Pauli Religionis non vacabilis; Et demùm integraliter pariter ad eundem Conventum ſpectare ſummam ſcutorum 3500. & ultra, ab ipſo vivente depoſitorum in Banco S. Spiritus, juxta ejus declarationem, emiſſam in d. *Eſproprio*.

Diſtinctè autem quoad has tres partitas diſcurrendo, reſpectu mobilium, & ſuppellectilium nulla poteſt cadere dif-
5 ficultas, quia verba Conſtit. ſunt nimis clara, & inter Religioſos reputantur caſus legis per ea, quæ notant adducti à *Barboſ. Vot. deciſ.106. num.6.* aliique, citati *in tom.3. par.1. diſcept.14 num.11.& 12.*

Reſpectu pariter Locorum Montium, æquè fundata videtur intentio noſtri Conventus ex noto Juris principio, quod quidquid acquirit Religioſus clauſtralis, acquirit ejus Conventui, ſeu Monaſterio, ut, omiſſis generalibus, de quibus *Paulut. diſſert.36. art. 2. num.140* aliique, citati in *Ap-*
6 *pend. ad meum Tract. de Livell. §.22 num.36.* in terminis ſimilis acquiſitionis Locorum Montium, factæ à P. Carolo Maria Pex, Ex-Generali Clericorum Regularium MM. ſub nomine Canonici Antonii ejus Fratris, magiſtraliter re-
7 ſolvit *Rota in Romana Pecun. ſeu Locor. Mont. 15. Januarii 1706. per tot. cor. Muto*, & ſignanter *§.3.* ibi: *Idque fortius procedit, quandò non agitur de acquiſitione, facta à Clerico, vel Prælato Eccleſiaſtico, aliqualiter adminiſtrationem, vel uſum pecuniæ habente, ſed de Religioſo clauſtrali, qui ex Voto paupertatis nihil proprii poſſidere poteſt. In his enim terminis nihil Religioſus ſibi, vel alteri acquirere poteſt, ſed totum quærit Religioni, etiamſi pro altero ſtipuletur, vel alterius nomen ſupponat.* Et concordat eadem *Rota in Lithuana Donationis 5. Maii 1688. §. Agitur, & ſeqq. cor. Cardin.*
*Cacc. & 10. Maii 1698. §. Cùm namque cor. Urſino*, & in ea- 8
dem Cauſa *cor. Emer jun. dec.1178. num.1. & ſeqq. & per tot. & ſignanter num.7.*

Reſpectu demùm dictæ ſummæ ſcutorum 3500. idem omninò ſtatuendum videtur, ex eiſdem rationibus, & indubitato principio, quod omne id, quod Religioſus acquirit, ad ejus Conventum ſpectat, ex ſupra allegatis.

Idque verum eſt, etiam ſi idem Religioſus munera lucroſa exercuerit, ex quibus mediante ejus induſtria eandem pecuniam acquirat, ut, concluſione ampliando, in terminis alterius Ex-Generalis firmavit *Rot. in d. Romana Pecun. ſeu*
*Locor. Mont. §. E' converſo cor. Muto*, ibi: *E' converſo autem* 9
*probatur, P. Carolum tales pecunias ex prædicatione Verbi Dei, & ex aliis ſimilibus muneribus habere, & acquirere paulatim potuiſſe.*

Quibus non adverſatur, quod idem P. Sanchez diverſimodè diſpoſuerit de dictis pecuniis, & Locis Montium, ut in d. ejus Exproprio §.22.

Quidquid enim ſit de probatione voluntatis ejuſdem, objectum funditùs corruit ex claro defectu ejus poteſtatis, qui operatur, ut nullum omninò fundamentum fieri poſſit in ſimilibus declarationibus Religioſorum, ut, cumulatis con-
cordantibus, punctualiter firmavit *Rota in ſæpè citata Ro-* 10
*mana Pecun. ſeu Locor. Montium 15. Januar. 1706 §. Quoad Loca cor. Muto*, ubi ſolidè firmat, id verum eſſe, etiam ſi agatur de declaratione, emiſſa in mortis articulo.

Nec dicatur, hoc limitari in noſtra Religione, in cujus
*Conſtit. par. 1. cap.22.* datur facultas diſponendi Priori Gene- 11
rali, aliiſque graduatis Religioſis, inibi expreſſis, non indefinitè, ſed intra Ordinem, & ad quemcumque uſum, etiam vagum, & incertum.

Quia hujuſmodi prætenſio, uti ex diametro oppoſita Voto paupertatis Religioſorum, per viam legis generalis improbata fuit, & ſolemniter rejecta à *Cong. Conc. in Carmelit.*
*Jur. diſponen. 26. Martii 1678.* regiſtrata in *Lib. 30. Decret.* 12
*ejuſdem Congr. fol. 46.* In cujus proindè concurſu frigeſcunt contraria ratiocinia, nullamque merentur attentionem regulares propoſitiones, & regulæ generales ad probandum oppoſitum, per ea, quæ notant adducti à *P. Gruther. de Art. benè deſideran. reſol. 16 §.9. num.79. Matthæucc. in Official. Cur.*
*Eccleſ. cap.40 num.10.* & citati in *Inſtit. cit. lib.2. tit.8. nu.240.* 13
*& in tom.2. par.1. diſcept.4. num.70.*

Minùs dicatur, quod prædicta non procedant in noſtro caſu, attento quod P. Sanchez, non in Urbe, & in Conventu Tranſpontinæ, ſed in ejus proprio Conventu Leocatæ vitam cum morte commutavit. Quia Conſtit. noſtri Ordinis non attribuunt duas ex tribus partibus mobilium illi
Conventui, in quo Religioſus moritur, ſed illi, *ubi moram* 14
*traxit per decennium, vel ultra, & ubi traxit longam moram*, juxta clara verba, regiſtrata ſupra. Quod ad unguem verificatum fuit in præſenti, dum P. Sanchez, non per unum, ſed per triplex decennium moram traxit in Conventu Tranſpontinæ, in quo ſemper fuit de Familia, & à quo diſceſſit tantùm occaſionaliter, & animo paulo poſt redeundi ad exercendum ſuum Officium Examinatoris Cleri Urbis.

Concordant autem in hac parte noſtræ Conſtit. cum Juris diſpoſitione, qua attenta, in noſtris terminis non conſideratur ubi quis moritur, ſed ubi veriſimiliter bona acquiſivit,
juxta celebres reſolutiones *Cong. Conc. in Cathacen. 28. Sept.* 15
*& 16 Novemb. 1709.* in quibus reſolvit, bona, acquiſita ab Epiſcopo Cathacen. ſpectare ad eandem Eccleſiam, non autem ad Eccleſiam Sueſſanam, ad quam fuit tranſlatus, poſt quam tranſlationem in eadem ſecunda Eccleſia viam univer-
ſam carnis ingreſſus fuerat. Idemque in eadem Cauſa reſol- 16
vit *Rot. in Cathacen. ſeu Sueſſana Spolii 22. Februar. 1715. per tot. cor. Cerro.*

Non attentis contrariis reflexionibus, in quibus diſcurritur de bonis, deſcriptis in Exproprio P. Sanchez, ac ſi ſermo eſſet de hæreditate unius ex illis Patribus Familias, qui liberam habent facultatem diſponendi de propriis bonis ad eorum libitum, cum ſuppoſito quod licentiam liberè de illis
diſponendi habuerit à Superioribus Generalibus, quæ tamen, 17
uti

uti in facto conſiſtens non præſumitur, & exadverſo nullatenus oſtenditur, ut omnino eſſet neceſſarium *ex vulgatis*. Imò plus quam tacitè excluditur ex illis enixis precibus, quæ leguntur *in Expropria* §. 24. directis Superioribus Generalibus, ut non privarent Conventum Leocatæ commodo Bibliothecæ, quam in animo habebat illi concedere ibi: *Supplico perciò umilmente li Superiori nel caſo premorissi di non privare quel Convento di queſta gratitudine, che li devo per tanti benefizj ricevuti*. *Fruſtra enim precibus impetratur,*
18 *quod abſque illis permiſſum eſt* dixit *Rot.* Sequuta *in tom. 2. par. 2. diſcept. 8. num. 9.*

Cæterùm quando etiam talis licentia exhibita fuiſſet, quod prorſus inſubſiſtens eſt, reſponſio in promptu eſſet, illam ſcilicet nullatenus concedi potuiſſe à Superioribus. Textus
19 eſt æquè literalis, ac famoſus *in cap. Cùm ad Monaſterium de Stat. Monac.* cujus verba non poſſunt eſſe magis clara, magiſque rotunda ibi: *Nec æſtimet Abbas, quod ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo Monaco diſpenſare, quia abdicatio proprietatis &c. adeo eſt annexa Regulæ Monacali, ut contra eam nec etiam Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere*. In cujus Textualis propoſitionis comprobationem facili negotio componi poſſent Volumina, niſi debilitas eſſet in-
20 tellectus allegare Doctores ad probandum id, quod clarè in Textu determinatur, ut dicit *Gratian. deciſ. Marcb. 85. num. 16.*

Cum qua Juris diſpoſitione ſe uniformavit *Cong. Concil.* in d. reſolutione, per viam legis emanata pro noſtro Ordine Carmelitano, de qua ſupra *num. 12.* in qua non ſolùm diſputatum fuit primum particulare dubium circa diſpoſitionem P. Acoſta, per viam ultimæ voluntatis, factam, tam cum
21 licentia P. Generalis, quam cum ſpecifica approbatione Nuncii Hiſpaniarum juxta ejus ampliſſimas facultates, an, ſcilicet illa valida eſſet, quod fuit reſolutum *Negativè*. Sed ulteriùs in 2. dub. per viam regulæ generaliſſimè fuit quæſitum, an PP. Prior Generalis, Procurator Ordinis, & Provinciales poſſent juxta Conſtitutionem noſtri Ordinis diſponere, quod fuit pariter reſolutum, *Negativè*.

Itaut hodiè non poſſit eadem negativa facultatis diſponendi ampliùs in dubium revocari, ſed cum omni ſermonis proprietate dicere poſſumus, quod in hac parte circa facultatis
22 diſponendi defectum, tam in vita, quam in morte reſpectu Prioris Generalis, Procuratoris Ordinis, & Provincialium, habemus legem præciſam, & particularem, quales ſunt
23 punctuales reſolutiones d. *Cong. Conc.* ex adductis *in Inſt. crim. lib. 1 tit. 10. §. 5. nu. 149.*

Non regit proinde in facto, quod in d. reſolutione *tantummodo dictum fuerit, P. Acoſta per viam Teſtamenti diſponere non potuiſſe, ut fecerat in ultima voluntate*; Dum literis cubitalibus in 2. dubio, diſtincto à Teſtamento P. Acoſtæ,
24 generaliſſimè reſolutum fuit, Priorem Generalem, Procuratorem Ordinis, & Provinciales noſtræ Religionis, nullam habere facultatem diſponendi, & ad dictum effectum non eſſe attendendam, nec in aliqua conſideratione habendam Conſtitutionem noſtri Ordinis, concedentis dictam facultatem.

Quæ ſi procedunt juxta literam d. reſolutionis quoad licentiam expreſſam P. Generalis, multò magis locum habebunt reſpectu tacitæ, quia ſcilicet P. Generalis ſciverit v. g. Li-
25 bros tranſportari ad Conventum Leocatæ, & nihil dixerit; Tacito enim nunquam attribuenda eſt major virtus, quàm attribuatur expreſſo juxta *Text. in l. Cùm quid ff. Si cert. pet.* cùm concordantibus apud *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell gloſs. 14. num. 64. & Rot dec. 7. num. 19. cor. Bich.*

Nec omittimus addere, quod in omnem caſum tolerantia, & conniventia d. Superioris Generalis nunquam habere poterit pro tali licentia, ut deſervire valeat pro canonizatione, & approbatione actus, à noſtris Conſtitutionibus ex-
26 preſſè prohibiti: *Multa enim per patientiam tolerantur, quæ ſi deducta fuerint in Judicium, Juſtitia exigente, tolerari non debent*, ut dicitur in *cap. Cum jamdudum de Præben.* &
27 notat *Rota dec. 1552. num. 23. cor. Coccin. & dec. 2. nu. 12. & ſeqq. par. 18. rec.*

Et in durioribus terminis tolerantiæ, & patientiæ actus quolibet anno pluries reiterati in Cappella Pontif. reſolvit
28 *Cong. Rit. in Roman. 26. Aprilis* 1704. ut videre eſt *in tom. 2. par. 1. diſcept. 28. per tot.* & ſignanter *n. 126.*

Nulla habita ratione illius enunciativæ, quæ legitur in
29 Expropria §. 27. *Perchè ne ho avuta la licenza da miei Superiori*, quia prohibitio facere aliquem actum non creditur, aſſerendo habere licentiam, ſeu facultatem illum faciendi, ſed hæc oculis corporis legenda, & recognoſcenda eſt, & videndum in quibus terminis, & cum quibus limitationibus conceſſa fuerit ex adductis à *Card. de Luc. de Donat. diſc. 31. numer. 13. & in Summ. num. 52. & de Paroch. diſc. 35. num 6. & de Benefic. diſc. 45. eodem num. Not. dec. 33. num. 4. par.* 30
*18. & Celſ. dec. 332. num. 7. & dec. 352. num 9. & deciſ. 402. num. 5. & dec. 88. num. 20. & ſeqq. par. 7. deciſ. 76 num. 7. coram Priol.*

Poſito igitur hujuſmodi defectu actualiter diſponendi in P. Sanchez ex eo, quod non conſtat de legitima facultate, & licentia, remanent nullius efficaciæ ea omnia, quæ dicuntur de deſtinatione ab eodem facta, tam Librorum, quàm 31
pecuniarum favore Conventus Leocatæ; Quia eſſet una via directè permiſſum quod eidem directè prohibitum erat adverſus omnia Juris principia, de quibus habemus *Textus litera-* 32
*les in cap. Cum quid una via de Reg. Jur. in 6. & l. Oratio ff. de Sponſ.* cum aliis apud *Barboſ. axiom. 193. num. 1. & ſeqq. & Rot. cor. Cocc. dec. 1224. num. 15.*

Omnia hæc non obſcurè admittuntur ab Oppoſitionibus, qui proinde diſtinguentes in quator claſſes bona, deſcripta in Expropria P. Sanchez, nempè in Bibliothecam, in Loca Montium, in pecunias, & aliqua mobilia tenuis valoris, prætendunt ex particularibus motivis in tribus majoribus 33
ſpeciebus locum habere non poſſe noſtras Conſtitutiones, ſed verificari dumtaxat poſſe in quarta claſſe.

Quantum verò hujuſmodi diſcurſus inſubſiſtens ſit, de ſe patet, & in ord. ad aſſertam incorporationem Librorum aſſerunt noſtri Religioſi, illam in facto non ſubſiſtere, ſe 34
promptos exhibentes, dato congruo tempore, ad id concludenter probandum, dum Fr. Elias Socius Laicus dicti P. Sanchez omnium eorum, quæ in Conventu Leocatæ geſta fuerunt ex teſtimonio propriorum oculorum informatiſſimus, publicè, & palam contrarium aſſerit. Non attentis enunciativis illis, quæ leguntur in Epiſtolis, datis in contrario Summario, Nobis non communicatis, neque recognitis, quæ proindè nullam omninò fidem merentur, juxta 35
communia axiomata, de quibus *Oldrad conſil. 227. num. 6. Rot. deciſ 452. num. 1. part. 3. recent. & deciſ. 229. num. 8. cor. Priol.*

Et tamen reſpondemus, quod in hac parte non eſt videndum id, quod ſupponitur feciſſe, vel deſtinaſſe facere, vel incorporare voluiſſe dictum P. Sanchez, ſed id quod facere legaliter, & legitimè poterat, juxta celebre dictum *Senecæ* 36
*de Vit. & Beat. cap 1. in fine*, ibi: *Non quo itur, ſed quo eundum eſt*, [illegible] *tutum in tom 3. par. 1. diſcept. 11. num. 37.* Cùmque ex ſupra animadverſis non haberet dominium, neque proprietatem dictorum Librorum, & quod magis eſt, neque etiam haberet licentiam (licet ex ſupra animadverſis nullatenus ſubſiſtentem, nec ſufficientem) diſponendi de uſu eorundem Librorum, remanere videtur evidens, & facilè perceptibile, quare intrare debeat illorum diviſio, per noſtras Conſtitutiones demandata in duabus ex tribus partibus favore noſtri Conventus, & in tertia parte tantùm favore Conventus Leocatæ, quia, ſcilicet abſque ullo dubio Libri in omnium Doctorum ſententia continentur appellatione Mobilium, de quibus loquitur noſtra Conſtitutio.

Nec relevat reflexio, quod Libri excepti fuerint ſpecificè in dicta noſtra Conſtit. ibi: *Exceptis Scripturis, & Libris,* 37
*quos volumus omninò reponi in Libraria Conventus ad quem ſpectabant*.

Nedum enim ſemper urget animadverſio, quod Conſtitutio non determinat Conventum illum, ad quem dicti Libri ſpectare debeant, ſed ex illius ſola lectura clarè patet, quod nihil aliud ibidem demandatur per dictam Conſtitutionem quàm exceptuatio Librorum à facultate, quàm ibidem 38
dat diſponendi de aliis rebus mobilibus, demandando, ut talis facultas non ſe extendat ad Libros, juxta illius literalem ſenſum, eodem tempore injungendo, ut reponantur in Libraria illius Conventus, ad quem ſpectabunt.

Minus relevant illa alia verba dd. Conſtit. *Volumus, quod Libri, & Bona, quæ Studentes in aliena Provincia habuerunt, ſuis Conventibus, & Provinciis reſtituantur*. Quia 39
verba Conſtit. in hac parte ſunt adeò clara, adeoque rotunda, ut mirùm certa videatur illorum detorſio ad omnes Libros, quomodocunque acquiſitos à Religioſis, dum expreſſè loquuntur de illis Libris, quos Studentes à propriis Provinciis, Studiorum cauſa, detulerunt ad exteras Provincias, juxta illa verba marginalia dd. Conſtit. *De Bonis Fratrum in alienis Provinciis*.

Quæ omnia digito oſtendit verbum illud *reſtituantur*, quod juxta ejus propriam ſignificationem, & naturam non poteſt verificari, niſi de eo, quod ad alium priùs ſpectabat, 40
ad *Text. in l. Reſtituere ff. de Verbor. ſignif.* cum caterva Doctorum apud *Cardin. de Luc. de Offic. vacab. fol. 272.* &

apud

apud *Rot.dec.*314.*num.*2.*par.*14. *rec.* Et applicatur celebre il-
lud dictum *Terent. in Andr. Reſtitue in quem me accepiſti lo-
cum*, de quo *in tom.*3.*par.*1.*diſcept.*21.*n.*25.

Quoad Loca 17. cum dimidio Montium ea, quæ in hac
parte exagerantur ſunt de ſubjecto non ſupponente, quia illa
non ſunt ampliùs in rerum natura, dum vendita fuerunt die
17. Maii 1720. pro ſumma ſcut. 2033. & propterea à dicta
die non poſſunt amplius conſiderari ad inſtar immobilium
41 juxta naturam Locorum Montium, de qua latè *Conſtant.
ad Stat. Urb. tom.* 1. *annot.* 52. *num.* 7. Sed illorum pretium,
utì redactum in pecuniam numeratam, confunditur cum
alia ſumma ſcut. 3500. deſcripta in Expropriо, utì depoſita-
ta in Banco S. Spiritus, non autem utì repoſita in Capſa
Depoſiti. Prout etiam in ejus propria Cella, non autem in
communi Capſa Depoſiti Conventus Leocatæ inventa fuit
poſt ejus obitum ſumm. ſcut. 4500. ut juſtificatum fuit in
Summario.

Ad ſolius tamen materiæ ornatum dicimus, quod ea,
quæ in hac parte dicuntur circa bona immobilia, in totum
ſpectantia ad illum Conventum, cujus Religioſus eſt filius
42 non cohærere cum diſpoſitis *in noſtris Conſtit. par.*3.*cap.* 11.
*de Propriet.* §.3. ubi retentio immobilium ſtrictiſſimè prohi-
betur noſtris Religioſis, ibi: *Item diſtrictè præcipitur RR.
Patribus Provincialibus, & Prioribus ne permittant quem-
piam ex Regularibus ſui Conventus, vel Provinciæ retinere
Bona ſtabilia &c. & illis ſimilia in commendam, non admini-
ſtrationem, non ad uſum, neque ad uſumfructum, imò in
ſuis Viſitationibus omnem adhibeant conatum, ut omnia re-
digantur in communi; Et ſi Scripturæ, ſeu contractus, vel
ſtipulationum formulæ (quod abſit) nomina unius, vel alte-
rius Religioſi contineant, dilutis & obliteratis eorum nomini-
bus, conficiantur nomine Univerſitatis Conventuum.*

Deveniendo ad pecunias, tàm, ſcilicet ad ſummam ſcut.
3500. deſcriptam in Expropriо, utì expoſitam in Banco S.
Spiritus, quàm ad ſummam ſcut. 2033. retractam ex vendi-
tione Locorum Montium, & ſic in totum ad ſummam ſcut.
43 5533. res videtur carere omni prorſus difficultate, quia ne-
mo dubitat, pecuniam venire appellatione mobilium, de
quibus loquitur noſtra Conſtitutio, juxta *Text. in l. Prædia
§. Liberto ff. de Fund. inſtruct. & in §. Quia parum in Authen.
de Nupt.* cum aliis ſequutis *à Dec conſ.*384 *num.* 4. *Pariſ.*
44 *conſ.*76.*num.*12.*lib.*2. *Rimin. conſ.*116.*num.*84.*lib.*1.*Menoch.
conſ.* 407.*num.*8.*&* 9. *Surd. conſ.* 26. *num.*3. *Peregr. dec. Pa-
tav.*33 *num.*5. *ſeqq. & Rot. dec.*410. *num.* 3. *par.*2. *& dec.*259.
*num.*1. *par.*11. *rec.* ibi: *Reſpectu pecuniarum DD. transferunt
cum diſpoſitione Textus in l. Prædia &c. ubi J. C. reſpondit,
pecuniam contineri ſub legato mobilium.*

Quo demum ad quartam ſpeciem aliorum mobilium, con-
cordamus cum contrariis Scribentibus, aſſerentibus, illorum
45 reſpectu intrare diſpoſitionem noſtrarum Conſtitutionum:
Diviſio tamen per eos demandata, facienda eſt pro duabus
Partibus favore noſtri Conventus, ut cantat litera noſtra-
rum Conſtit. & pro tertia tantùm parte favore Conventus
Leocatæ.

Imò ex hac ingenua admiſſione diviſionis, ultrò conceſ-
ſa à dictis contrariis Scribentibus, cathegorica deſumitur
reſponſio adverſus ea, quæ gratia motivandi inter infor-
46 mandum benignè nobis objectum fuit circa mortem P. San-
chez, ſequutam extra Conventum Tranſpontinæ; Quia
noſtra Conſtitutio non aſſignat duas ex tribus partibus mobi-
lium illi Conventui, in quo Religioſus moritur, ſed in illo,
ubi traxit longam moram.

Verumtamen eſt, quod conſiderando pariter caſum, in
quo quis non compleat decennium habitationis in ali-
quo Conventu, ſed in illo moriatur poſt duos, vel tres an-
nos, & tunc mandat Conſtitutio, quod duo ex tribus parti-
47 bus mobilium ſpectent ad Conventum, in quo per duos, vel
tres annos moram fecit, & deinde obiit.

Cæterùm in illo caſu, in quo quis per decennium moram
trahat in Conventu, cujus non eſt Filius, etiam ſi poſtea
accedat ad ſuum proprium Conventum, & in illo decedat,
ſemper locum habent noſtræ Conſtit. juxta caſum, noſtris
temporibus ſequutum in perſona P. Pugliani, qui per decem
annos permanſerat in noſtro Conventu, exercendo munus
Parochi noſtræ Eccleſiæ, cujus fuit acerrimus Defenſor,
48 ut patet *ex tom.* 2. *par.* 2. *diſcept.* 24. *per tot.* Cauſa autem
malæ valetudinis rediit ad ſuum Conventum Florentiæ, in
quo piè obiit, & nihilominus noſter Conventus ſuam ha-
buit portionem Spolii in ſcut. 74. 15. ut notorium eſt in
Conventu Traſpontinæ, & ictu oculi deſumitur ex illius
Libris.

Ex quo deſumitur pariter congrua reſponſio reſolutioni
Congreg. particularis die 8. Auguſti 1707. quæ reſpectu bo-
norum Parochi SS. 12. Apoſtolorum demandavit, illa ſpe-
ctare ad Conventum, cujus erat Filius. Quia non eſt licitum 49
in hac parte à ſolito, vel Conſtitutionibus unius Religionis
inferre ad ſolitum, vel ad interpretationem Conſtitutionum
alterius Religionis, ut punctualiter reſolvit *Rota in Roma-
na Delation. Crucis* 24. *Martii* 1708. §. *finali coram Lan- 50
cetta*.

Præcipuè, quia noſtræ Conſtitut. in hac parte concor-
dant cum Juris diſpoſitione, qua attenta reſpectu diviſionis
bonorum, in duobus Locis acquiſitorum, non conſideratur,
ubi quis moritur, ſed ubi veriſimiliter bona acquiſivit, jux-
ta celebres reſolutiones *Congr. Conc. in Cathacen.*28.*Septemb. 51
&* 15.*Novemb.*1709. ſequutas *à Rot. in Cathacen. ſeu Sueſſana
Spolii* 22. *Februar.* 1715. *coram Cerro;* In quibus reſolutum
fuit bona, acquiſita in Civitate Cathacen. ab illius Epiſco-
po, ſpectare ad eandem Eccleſiam, non obſtante, quod
deinde translatus fuerat ad Epiſcopatum Sueſſanum, in cu- 52
jus Civitate deinde vitam cum morte commutaverat.

Et in terminis Religioſi, acquirentis bona in duobus Con-
ventibus, quod ea, quæ acquiſita fuerunt in Conventu, di-
verſo ab eo, cujus erat Filius, non ad iſtum, ſed ad illum
ſpectent Conventum, in quo illa acquiſivit, egregiè probat 53
*Pelliz. in Manual. Regul. tom.*1. *tract.*3 *cap.*6. *ſect.*2. *quæſt.*9.
*num.*55. *fol* 232. Notabiliter concluſionem amplians, etiam-
ſi bona minùs licito modo acquiſita fuerint, dummodo non 54
fuerint acquiſita contra virtutem Juſtitiæ, & concordant
infra allegandi *num.* 96.

Reſpectu autem Priorum Generalium noſtræ Religionis
tres habemus caſus, unum P. Generalis Tartagliæ, qui men-
ſe Martio 1682. obiit in Civitate Cataniæ, & ex illius mo- 55
bilibus, ſeu Expropriо, habuit noſter Conventus ſcut. 794.
Alios verò reſpectu P. Generalis de Rubeis, & Procurato-
ris Generalis Lao, ex quorum Spoliis noſter Conventus ha-
buit alia ſcut 641. ut patet ex pervolutione Librorum ejuſd.
Conventus.

Nec regit in facto animadverſio, quod P. Sanchez pro
eo tempore, quo moram traxit per annos 28. in Conventu
Tranſpontinæ nullum eidem Conventui præjudicium attu-
lerit, cum ſuppoſito, quod omnia, ad ejus victum neceſſa- 56
ria, ſubminiſtrata ei fuerunt à Conventu Leocatæ; Con-
trarium enim uno ore aſſerunt omnes Religioſi, in eodem
Conventu Traſpontinæ moram facientes, allegantes ad id
probandum Libros Conventus, ſeque promptos declarantes,
paratoſque ad illos exhibendos.

Subdentes ulteriùs, quod longè ſenſibilius fuit gravamen
ejuſdem Conventus tempore Generalatus ejuſdem, quia
tunc ſubminiſtravit omnia neceſſaria, nedùm ejus Socio, 57
& Converſo Religioſis, ſed etiam exteris Sæcularibus, hoſ-
pitio ab eodem receptis dicto tempore ſui Generalatus, in-
ter quas, Perſonæ etiam magnatitiæ qualitatis annumeran-
tur, indicatæ in ejus Expropriо.

Minùs in facto ſubſiſtit, quod P. Sanchez diſceſſerit ab
Urbe animo ad illam non revertendi. Oppoſitum enim ex
duplici circumſtantia intra evidentiæ fines ponitur.

Prima, quia non conſignavit claves ſuarum Manſionum
Priori noſtri Conventus, ut facere ſolent, & debent omnes
Religioſi, qui ab illo diſcedunt, ſed illas dedit Patri Regen- 58
ti ejus Concivi, & Amico; Non enim dari poteſt majus ſi-
gnum animi non relinquendi habitationem, quàm retentio
clavium, ad *Text. in leg. Clavibus ff. de Contrahen. empt.* &
ad animadverſa per *Poſt. de Manut. obſerv.*22.*num.*5. *Cardin. 59
de Luc. de Empt. & Vendit. diſc.*10. *ſub nu.*6. & alios, citatos
*in tom.*1.*par.*2.*diſc.*12.*num.*37.

Secunda, quia retinuit pariter Munus Examinatoris Cle-
ri Urbis, quod, ut notum eſt, requirit continuam moram
in illa, dum qualibet hebdomada tenetur intervenire Con-
greſſui, habendo coram Urbis Vicario; Ad quem effectum 60
mediantibus Officiis Card. noſtri Ordinis Protectoris obtinuit
licentiam ad tempus ſe abſentandi ab Urbe.

Ejuſdem pariter inſubſiſtentiæ eſt aſſertio, quod major
pars pecuniarum, quas ſecum traxerat P. Sanchez, vel ad
Conventum Leocatæ poſt ejus diſceſſum tranſmiſſæ fuerunt,
ante ejus obitum erogatæ de facto reperiebantur in Cæmen-
tis pro Fabrica Conventus; Ex epiſtolis enim, ad id pro- 61
bandum exhibitis in contrario Summario, nihil aliud deſu-
mitur, quàm exburſatio ſolius ſummæ unciarum 300. pro
pretio lignorum, & longè minoris ſummæ pro paranda cal-
ce. Inſignis autem ſumma ſcutorum 4500. reperta fuit
in moneta contanti in ejus Cella, ut juſtificamus in Sum-
mario.

Omitti poterat argumentum, deſumptum ab exemplo P.
Bra-

Barberi, meritiſſimi Ex-Generalis noſtræ Religionis, dum
hæc imprimuntur piè defuncti, quia Manſionem in Con-
ventu Albani tempore ſui Generalatus conſtrui fecit, ultra
ingentem ſummam ſcut. 1200. impenſam favore noſtræ Sa-
62 criſtiæ. Quia nulla currit paritas inter dictam tenuem ex-
penſam, factam ſub oculis Superiorum Generalium in Con-
ventu prope Urbem, pro commodo etiam futurorum Gene-
ralium noſtræ Religionis, qui, ut omnibus notum eſt,
ſæpè ſolent accedere ad dictum Conventum Albanen-
ſem.

Ultra quod, cùm vivat adhuc dictus P. Ex-Generalis
Barberius, potens eſt relinquere pluſquam duas ex tribus
partibus ſuorum mobilium Conventui Tranſpontinæ juxta
63 exempla dictorum duorum noſtrorum Priorum Generalium
de Rubeis, & Tartagliæ, & Procuratoris Generalis Lao,
de quibus ſupra.

Omitti pariter poterant exagerationes beneficiorum, col-
latorum à Provincia Siciliæ occaſione fabricæ noſtri Con-
ventus Generaltii; Summa enim, ad dictum effectum ſub-
64 miniſtrata à dicta Provincia, non fuit particulare aliquod
beneficium ejuſdem Provinciæ, ſed unà cum tota Religio-
ne proportionabiliter porrexit ſuas manus adjutrices pro fa-
brica illius Conventus, in quo ejus Caput moram facere de-
bebat, & à quo plura pariter beneficia conſequuta fuit, in-
ter quæ ultimo loco ſummam 500. eidem donatorum à P.
Sanchez; Et illas longè majores, quas his verbis deſcripſit
*P. Angelus Carbonar. in ejus Funebr. Oration.* Meſſa-
næ impreſs. *fol.* 39. *Gionto alla Licata, ſi moſtrò liberale
quanto il gran Macedoneſe, sborſando una ſomma di Oro,
ſufficiente a ſtabilire una Collegiata, fabricare il Frontiſ-
pizio della Madrice Chieſa, ed accommodare la noſtra con
moderni diſegni.*

Pro evitandis autem æquivocis, cum quibus exadverſo
proceditur circa facultatem diſponendi in vita, vel in mor-
65 te noſtrorum Religioſorum, præmittimus ea, quæ cla-
ra ſunt in facto, & id, quod utrinque admiſſum fuit in
Jure.

In facto enim primò conſtans eſt, quod pecuniæ tempo-
re Expropriì exiſtentes in Banco S. Spiritus in inſigni ſum-
ma ſcutorum 3500. non erant neque appropriatæ pro Con-
ventu Leocatæ, neque erogatæ realiter, & effectivè, quid-
66 quid ſit de intentione erogandi, cujus ſolus Deus Judex eſt,
& quod magis eſt, neque etiam unquam repoſitæ fuerunt in
communi Capſa depoſiti, itaut neque etiam illorum notitia
habebatur in Religione.

Secundò conſtans eſt, quod Loca Montium, non ſolùm
non erant appropriata, neque erogata favore dicti Conven-
tus, ſed illa neque etiam cantabant ſub nomine dicti P. San-
chez, ſed D. Balthaſſaris de Ferrariis, qui illa vendidit utì
67 illorum liber, & abſolutus Dominus die 7. Maii 1720. Itaut
eorundem reſpectu perindè erat, ac ſi ſpectarent ad Perſo-
nam extra Religionem, quia recognitio bonæ Fidei, enun-
ciata in Expropriо, cuſtodiebatur in propria Cella P. San-
chez, non autem exiſtebat in Arca depoſiti.

Tertiò conſtans eſt, quod pecuniæ illæ, quæ redactæ fue-
runt ex dictis Locis Montium, & exactæ ex Banco S. Spiri-
tus, tranſportatæ ad Conventum Leocatæ in totum in ſum-
ma ſcut. 4500. non ſolùm non fuerunt incorporatæ, vel con-
ſignatæ pro fabrica Conventus Leocatæ, ſed neque etiam
68 repoſitæ fuerunt in Capſa communi dicti Conventus, ſed
repertæ fuerunt in Cella ejuſdem P. Sanchez, qui abſque
ulla participatione Officialium, & Diſcretorum Conventus
poterat de illis brevi manu ad libitum diſponere ad inſtar Per-
ſonarum ſecularium.

In Jure verò utrinque admittitur, quod Religioſus in
morte non poſſit diſponere de rebus, ad ſuum uſum de-
ſtinatis.

Remanet igitur videndum, an id potuerit facere in vita,
& cum, vel ſine licentia Superiorum, & an dicatur diſpo-
69 ſuiſſe per ſimplicem deſtinationem.

Dicunt contrarii Scribentes, ad id faciendum facultatem
habuiſſe, ſed nos conſtantiſſimè reſpondemus verbis illis
*Gloſſæ*, regiſtratis *in deciſ.* 375. *num.* 12. *cor. Celſo*; *Sed ubi eſt*
70 *talis facultas?* Nobis enim pervolventibus contrarias Scri-
pturas datum non fuit invenire minimum apicem, vel jota
unum ejuſdem Licentiæ.

Nec replicetur, illam præſumi. Quia omnia principia ad-
verſantur tali reſponſioni ex ſupra adductis.

Minùs dicatur, quod, licet in noſtro caſu non appareat
effectiva erogatio, & applicatio ſummæ, de qua diſputa-
mus, ſequuta cum licentia Superiorum, ſufficiat nihilomi-
71 nùs illius ſimplex deſtinatio pro fabrica Conventus Leoca-
tæ: Reſpondemus enim in Jure, quod in hac parte contra-
ria propoſitio magnam meretur animadverſionem, quia
illa admiſſa, ſterneretur ampla, & ſpatioſa via deſtructio-
ni Voti paupertatis, ſi ſufficeret ſola deſtinatio in mente Re-
ligioſi, quia hæc nunquam deſideratur in quocumque actu
humano, ut Philoſophi dicunt, & notant adducti à *Bar-
boſa axiom.* 99. *num. fin.* Præcipuè ſi ſermo eſſet, juxta no- 72
ſtros terminos, de deſtinatione, effectum habitura poſt mor-
tem Religioſi, quæ in nihilo differt in ſubſtantia à diſpoſi-
tione per viam Teſtamenti; *Sapientis autem eſſe, non cura-
re de nominibus*, per hæc verba, notavit *Div. Thom. par.*
1. *quæſt.* 54. *artic.* 4. *ad* 2. & concordat *Bartol. in leg. Quo-* 73
*minus num.* 22. *ff. de Fulminibus*, ibi: *Non curo de no-
mine.*

Reſpondemus etiam in facto, quod, cùm veritas una ſit,
& quantò magis oppugnatur, eò magis apparet, ut dicebat
*Caſtr. conſil.* 25. *in princip.* permiſit Deus, quod illa eviden- 74
ter appareret ex epiſtola P. Generalis, ſcripta P. Priori no-
ſtri Conventus die 30. Octobris 1720. in qua hæc habet. *Il
P. M. Regente mi prega ſoſpendere ogni determinazione ſo-
pra lo Spoglio del fu P. Sanchez ſino, che ſi è venduto lo
Sproprio ultimo, da eſſo fatto prima della morte.* In hoc
Expropriо reperiebantur deſcripta ſcut. 4500. ut ex ore dicti
P. Regentis dicunt Teſtes in Summario. Igitur non benè
aſſeritur, quod dicta ſumma tunc temporis non erat ad
uſum dicti P. Sanchez, quia ſi id verum fuiſſet, non debebat 75
poni in ſecundo Expropriо, uti deſtinata ad ejus uſum: Eſ-
ſetque ulterius expropriare Conventum, non autem ſeipſum,
apponendo in Expropriо ſummam, antecedenter Conven-
tui applicatam, ut patet Conſideranti.

Non attento, quod eadem ſumma ſcut. 4500. reperta fue-
rit in Conventu Leocatæ, quia noſtræ Conſtit. aſſignantes
duas ex tribus partibus Bonorum mobilium, ad uſum conceſ-
ſorum noſtris Religioſis, illi Conventui, in quo per decem
annos permanſerint, non requirit exiſtentiam eorundem mo- 76
bilium in eodem Conventu, & talis eſt praxis noſtræ Reli-
gionis, ut probavimus ſupra, oſtendendo, noſtrum Con-
ventum habuiſſe partem ſui Spolii, reſpectu P. Pugliani in
illis Bonis mobilibus, quæ reperta fuerunt in Conventu Flo-
rentiæ, cujus erat Filius, in quo obiit, & in quo reperta
fuerunt d. ejus mobilia.

## In eadem Cauſa.

UTraque Parte informante, propoſita fuit hæc Cauſa
in Congreg. habita die .... Februarii 1721. quando re-
ſoluta fuit cum Reſcripto: *Duas ex tribus partibus, om-
nium, quæ reperta fuerunt poſt obitum P. Sanchez, de-
beri Conventui Tranſpontinæ; non computatis tamen Bi-* 77
*bliotheca, & pecuniis, impenſis ante illius mortem in uti-
litatem Conventus Leocatæ, qui illis gaudere poſſit, ultra
tertiam partem, ad illum ſpectantem.*

Adverſus quam reſolutionem, obtenta nova audientia,
reproponitur hodiè, & videtur ſtandum in deciſis, quoad
primam partem ejuſdem Reſcripti, cum addito, ut Cauſa
ampliùs non proponatur: Reſpectu verò tertiæ partis pecu-
niarum, aſſignatarum Conventui Leocatæ, videtur reſ- 78
pondendum, illam ſpectare etiam ad Conventum Tranſ-
pontinæ.

Reſpectu enim duarum ex tribus partibus omnium, quæ
reperta fuerunt poſt obitum P. Sanchez, ſubſiſtunt funda-
menta omnia, dicta die ex hac Parte deducta, & expen-
ſa in noſtris Scripturis, quia in noſtris *Conſtitut. par.* 1. *cap.*
22. *§.* 3. literaliter determinatur: *Quod ſi quis emiſerit pro-* 79
*feſſionem in aliquo Conventu* (juxta terminos noſtri caſus,
in quo P. Sanchez profeſſionem emiſit in Conventu Leoca-
tæ,) *& deinde ſe tranſtulerit ad manendum per longum
tempus ad alium, & ibi moram traxerit per decennium,
vel ultra,* (juxta circumſtantias noſtræ controverſiæ, dum
idem P. Sanchez ſe tranſtulit ad Conventum Tranſpontinæ,
in quo longam moram traxit per 29. annos,) *quod morte
illius, bonorum ſibi ad uſum conceſſorum, remanentium mo-
bilium, duæ partes ſint illius Conventus, ubi traxit lon-
gam moram, & tertia pars illorum bonorum ſit Conven-
tus, ubi profeſſionem emiſit.* Conſtitutiones enim cujuſ-
cumque Religionis inter ejus Alumnos tanquam particula-
res, & individuales leges punctualiter ſervandæ ſunt, ut no-
tant *Sanch. ad præcept. Decalog. lib.* 7 *cap.* 32. *num.* 54. *Navar.
de Regul. comment.* 4. *in cap. Statuimus num.* 32 *verſ. Quamvis,
Franc. Marc. dec.* 104. *num.* 3. *verſ. Maximè*, & *Card. de Luc. de* 80
*Regul. diſc.* 39. *num.* 21. ibi: *Decidendæ veniunt pro ſingularum*

*Reli-*

*Religionum Statutis*, *vel Conſuetudinibus*, *& diſc.57.num.13.* ibi: *Adhuc tamen deferendum videtur legibus*, *ſcriptis*, *vel non ſcriptis particularibus ſingularum Religionum*.

Nec dicatur, quod hoc procedat in illis caſibus, in quibus Religioſus non diſpoſuerit in Vita, ut ſupponitur feciſſe P. Sanchez, applicando favore Conventus Leocatæ omnem pecuniarum ſummam in Banco Sancti Spiritus ſub Perſonarum ſæcularium nominibus depoſitam, & pro majori parte retractam ex pretio 17. Locorum Montium, cantantium ſub nomine Abbatis Ferrarii, & ab eo venditorum die 7. Maii 1720. ſpectantium ad eundem P. Sanchez, juxta ejus claram Confeſſionem, emiſſam in Exproprio.

Objectum enim non ſubſiſtit in facto, quia maxima pars pecuniarum non ſolùm effectivè applicata non fuit dict. Conventui Leocatæ, ſed hodiè in conſiderabili ſumma ſcutor. 3220. 25. realiter exiſtit in eodem Banco S. Spiritus, in quo
81 permanet vigore duplici Decreti, ſeu unius Inhibitionis, A. C. Gentilis ſub die 14. Feb. 1721. & alterius Cardin. Ponentis ſub die 3. Martii ejuſdem anni: Idque attenta ampliſſima illa Juriſdictione huic Sac. Congr. conceſſa à Papa, mediante duplici reſcripto; Primò ſub die 20. Dec. 1720. ibi: *Ex audientia SS. facta relatione per D. Secretarium*,
82 *SS. injunxit*, *ut aperiretur folium Spolii*; Secundò verò ſub die 7. Jan. 1721. ibi: *Facta relatione SS. D. N. de contentis in d. Spolio*, *remiſit Cauſam ad Congr. &c.*

Imò neque etiam talis realis applicatio verificari poteſt in illa ſumma effectivarum pecuniarum, quas ſecum ab Urbe tranſtulit P. Sanchez, eo quia, ex adductis in præſenti Summario, habemus eandem ſummam fuiſſe in monetis aureis,
83 quas *le portò cuſcite in una ſua Centura*, *& in una Pettorina*, in quibus repertæ fuerunt poſt ipſius obitum, præbente auxilium ad illos inveniendos illo eodemmet Socio Laico ejuſdem P. Sanchez, qui id probè ſciebat; Cùmque ab Urbe diſceſſerit menſe Majo 1720. & mortem cum vita commutaverit circa finem menſis Septemb. ejuſdem anni, remanet imperceptibilis contraria prætenſio, quod eadem ſumma per ſpatium quinque menſium retenta in Cingulo Femoralium, & in Thorace taliter abſcondita, & conſuta, mediante filo, ut nullus Religioſus notitiam de illa habuerit præter ejus Socium, qui præſens fuit in Urbe, dicitur incorporata Conventui Leocatæ.

Eſtque pariter in rei veritate nimis durum prætendere, ut dicatur etiam applicata Conventui Leocatæ ſumma illa, quæ
84 ſub nomine Perſonarum ſæcularium hodiè innegabiliter reperitur depoſita in Banco S. Spiritus.

Sicuti enim facilè poteſt percipi motivum illam abſcondendi, quando diſceſſit ab Urbe, ne ſcilicet ſubjecta eſſe periculis Latronum, & falſorum Fratrum; Ita longè majori facilitate aſſequimur, quare perventus ad ſuum Conventum Leocatæ, continuaverit eandem ſummam retinere abſconditam, ut ſcilicet poſſet illam ad ſui libitum temporis progreſſu expendere, quod facere nullatenus poterat poſt illius applicationem, factam Conventui, eo quia tunc debebat reponi in communi Arca depoſiti, à qua non poterat amoveri, niſi cum conſenſu, & placito Superiorum Conventus, neque erogari poterat in alios uſus, præter illum, ad cujus effectum fuiſſet applicata.

Minus idem objectum relevat in Jure, quia facultas illa diſponendi, quæ per noſtras Conſtitutiones datur aliquibus graduatis Religioſis *in par. 1. cap. 22.* non fuit appro-
85 bata à Cong. Conc. ſed per vian legis expreſsè, & generaliter reprobata *in Ordin. Carmelit.* 27. *Mar.* 1678. ut juſtificatur ſup.

Nec replicetur, eandem reſolutionem dictæ Congr. non procedere in pecuniis, applicatis per viam actus inter vivos, ut prætenditur feciſſe P. Sanchez, ſed ſolùm mediante Teſtamento, juxta caſum dictæ Reſolutionis *in Ordin. Carmelitarum*, in qua agebatur de diſpoſitione, in ultima ſua voluntate facta à P. Acoſta Carmelita. Ultrò enim admit-
86 tentes, in primo dubio diſputatum fuiſſe caſum dictæ particularis diſpoſitionis, per viam ultimæ voluntatis factæ à P. Acoſta, conſtanter ſubdimus, ſecundo loco diſputatum fuiſſe generale, & generaliſſimum dubium circa omnes, & quaſcunque diſpoſitiones noſtrorum Religioſorum, juxta illa cubitalia verba; *Dub. 2. An prædicti Regulares poſſint juxta prædictam Conſtitut. diſponere?* quod fuit reſolutum *Negativè*.

Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contrariis Scripturis, in quibus proindè inſiſtitur in ſola deſtinatione dd. pe-
87 cuniarum, ut prætenditur facta per P. Sanchez, oſtendendo, quid de illis poſt mortem ſuam fieri volebat favore Conventus Leocatæ.

Objectum autem non poteſt eſſe magis inſubſiſtens, quia procedendo cum contraria prætenſione, quod non obſtet Voto paupertatis exequutio voluntatis, à Religioſo oſtenſæ, mediante deſtinatione facienda de pecuniis, applicandis poſt ipſius mortem, & durante ipſius vita exiſtentibus in pu- 88
blicis Bancis, ſub nominibus Perſonarum ſæcularium, in rei veritate, & ſubſtantia nihil aliud eſſet, quàm eiſdem Religioſis permittere amplam illam, & illimitatam facultatem teſtandi, & liberè diſponendi, quam habent Perſonæ ſæculares; Et viva ratio hæc eſt, quia *Teſtamentum nihil aliud eſt*, *niſi voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo*, *quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*; Sunt verba
Textus *in l. 1. ff. de Teſtam.* quæ ad literam applicantur de- 89
ſtinationi pecuniarum, de quibus diſputamus; Circa quam Textualem propoſitionem conſultò abſtinemus ad illam Doctorum authoritate comprobandam, quia reputatur intellectus debilitas allegare Doctores ad probandum id, quod clarè deciſum à lege reperitur, teſte *Gratian. deciſ. March. 85. num. 16.*

Eſt autem propoſitio, uno ore à Theologis, Canoniſtis, & Juriſtis recepta, & à Collegialibus Tribunalibus quotidiè canonizata, quod in his terminis non eſt facienda vis in verbis, ſeu nominibus, quia leges impoſitæ ſunt rebus, non autem verbis; Ita *Div. Thom. 1. par. quæſt. 54. artic. 4. num. 2.*
aliique ſequuti *à Rota in deciſ. 254. in fine coram Ottbobon. & in Piſana Juriſpatronat. 2. Julii 1700. §. Ut enim coram Anſald.* 90

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt alia contraria reflexio, quod noſtræ Conſtitutiones loquuntur de rebus mobilibus, reli-
ctis à Religioſis, quorum appellatione non veniunt pecu- 91
niæ.

Reſpondemus enim, id nullatenus ſubſiſtere, ut probavimus ſupra ex duobus Textibus, qui non poſſunt eſſe rotun-
diores; Primus eſt in *Authent. de Nupt. cap. 23. §. 23. Et quia* 92
*parum*, ibi: *Si verò univerſa conſtituta eſt fortè in pecuniis*, *aut aliis mobilibus rebus &c.* Secundus verò in *l. Prædia §. Liberto ff. de Fund. inſtruct.* ſequutus à *Rota in dec. 295. num. 1. par. 11. rec.* ibi: *Reſpectu pecuniarum DD. tranſierunt cum diſpoſitione Textus in l. Prædia &c. ubi J. C. reſpondit*, *pecuniam contineri ſub legato mobilium*; Adductiſque innumeris concordantibus, id egregiè probat
*Peregr. dec. 32. num. 5.* his verbis: *Ratio eſt*, *quia pecunia eſt quid mobile*, *& appellatione mobilium propriè continetur*, *cùm de loco ad locum moveri poſſit*. 93

Ex quibus nulla adeſt neceſſitas vagandi circa articulum, ad quem Conventum ſpectent res illæ, quas Religioſus acquiſivit, non in illo Conventu, in quo fuit acceptatus uti Fi-
lius, ſed in quo illas acquiſivit; Quia cùm in hac parte habeamus claras Conſtitutiones, militantes favore noſtri Conventus pro duabus ex tribus partibus, iſtæ ſervandæ ſunt, ut in terminis individualibus probat noſtræ Religionis Alumnus *Lezzan. in Summ. verb. Spolia Regularium num. 5. & 6.* ibi: *An Spolia Religioſorum &c. pertineant ad Monaſterium*, 94
*in quo morabatur tempore mortis*, *an verò ad illum*, *in quo emiſerat ſuam profeſſionem*; *Reſpondeo &c. Imò ſervari in hoc deberi Conſtitutiones*, *& Statuta*, *aut etiam conſuetudinem Religioſorum*, & concordant *Bonacin. Oper. moral. tom. 1. tit. de Clauſur. quæſt. 2. punct. 9. §. 4. diffic. 2. propoſ. 1. num. 1. fol. mihi 719. & Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 2. diſp. 11. quæſt. 4. num. 6.* ibi: *Et ſecundum has Conſtitutiones judicandum eſt*. 95

Et tamen ad ſolius materiæ ornatum ſubdimus, de Jure idem omninò practicandum eſſet, ea ratione, quia totum id,
quod acquirit Religioſus tempore, quo moratur in Conventu, cujus non eſt filius, præſumitur acquiſitum contemplatione, & favore ſecundi Conventus, ut egregiè probat *Gloſ. in cap. 1. verb. Habuiſſe de Teſtam.* ibique *Hoſtien. num. 6 in fine*, *& Joan. And. num. 5. & ſeqq. Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 7. cap. 32. num. 35 Cabed. dec. 363. ſub num. 5. Bonacin ubi ſupra num. 1. verſ. Hoc tamen intellige*, *Fontanell. dec. 224. num. 20. Bordon. var. reſol. reſol. 43 num. 47. verſ. Contingere autem tom. 2. fol. 424. Pellizzar. in Manual. Regul. tom. 1. tract.* 96
*3. cap. 6. ſect. 2. quæſt 9. num. 55. fol. 232.* ibi: *Adde*, *Religioſum acquirere*, *non Monaſterio*, *cui deputatus eſt in filium*, *ſed ei*, *in quo tunc habitat*, *quippe quod par eſt*, *ut ſicuti ſentit onus*, *illum alendi*, *ita ſentiat commodum acquiſitionis nec videtur poſſe ſtatui oppoſitum contra hoc Jus commune*, *niſi cum licentia*, *& confirmatione Lezzan. in Summa qu. Regul. verb. Spolia Regularium num. 26. & 28.* ibi: *Cùm acquirere Religioſum Conventui*, *in quo vivit*, *ſit Juri communi conforme*, *omnis alia Conſtitutio*, *aut Statutum contrarium limitari debet*, *aut interpretationem ab eo accipere*: 97

*pere*: *& Card. de Luc de Regul. diſc.* 39. *num.* 16. *& diſc.* 57.
98 *num.* 13. ibi: *Abſolutum eſt, ut acquiſitio fiat illi Conventui, in quo moratur, dum ità principaliter ejus intuitu Religioſus tanquam ejus Operarius acquiſitionem feciſſe videtur.*

Nec contrarium reſolvit Congr. particularis *in Ordinis Conventualium* 8. *Aug.* 1707. cum ſuppoſito, quod in illius caſu ageretur de Religioſo, qui profeſſus fuerat in Conven-
99 tu Caſtri Bononienſi, ex poſt ſe ad Urbem tranſtulerat, & in Conventu SS. XII. Apoſtolorum commoratus fuerat per longiſſimum tempus, ibi exercendo munus Parochi.

Circumſtantiæ ſiquidem reſolutionis dicta Congregat. particularis toto cœlo diſtant a caſu præſenti, eo quia in dicto caſu Pater Guſtarellus Conventualis filius Con-
100 ventus Caſtri Bonononienſis non fuerat affiliatus in Conventu SS. XII. Apoſtolorum, ſed erat affiliatus in Conventu Albanenſi; In dicto verò Conventu SS. XII. Apoſtolorum, in quo per ſpatium trium dumtaxat annorum Parochi officium exercuerat, habebat ſolam Paternitatem honorariam, quæ nullatenùs apta erat præjudicare Conventui nativo, iuxtà decretum Capituli Generalis, Aſſiſii celebrati anno 1700. quòd datum fuit in Summario ejuſdem Cauſæ ſequentis tenoris; *Paternitates SS. XII. Apoſtolorum de Urbe eſſe, & habendas eſſe dumtaxat pro Paternitatibus honorariis, nullumque per eas inferri præjudicium nativis Conventibus.*

Nil igitur mirum, ſi dicta Cong. particularis ad illud temperamentum devenit, ut Paramenta ſacra, & ſcuta ſexcentum, quæ à ſuo proprio Conventu ſecum tranſtulerat idem
101 Guttarellus juxtà ejus confeſſionem, datam in Summario, ibi: *quali denari* (hoc eſt ſcud. 600) *guadagnati da me in Prediche, & in altri Offcj, e fatighe prima di venire a Roma, portai come diſſi a Roma ſei anni ſono*, reſtitui deberent Conventui Caſtri Bononienſis, ubi illas acquiſiverat, reliqua verò mobilia, & ſummam duplarum 27. quas acquiſiverat in Urbe, eò tempore, quo fuit Parochus, dividerentur inter Conventum Albani, in quo fuerat affiliatus, & Conventum SS. XII. Apoſtolorum, in quo obiit, jux-
102 tà præciſa verba dicta reſolutionis 8. Julii 1707. quæ ſunt ſequentia. *Scuta ſex centum, & Paramenta ſacra pretioſa ſpectare ad Conventum Caſtri Bononienſis; Reliqua verò mobilia uſualia, & duplas viginti ſeptem eſſe dividendas inter Conventum Albani, & Conventum SS. XII Apoſtolorum*; Idquè in exequutionem particularium Conſtitut. ejuſdem Religionis, demandantium talem æqualem diviſionem *in cap.* 6. *tit* 2. *numer* 6. his verbis: *Si quis extra nativum Conventum obierit, mobilium bonorum &c. quæ apud*
103 *ſe tunc haberet &c. medietas altera nativo Conventui, altera verò in quo extremum clauſit diem, dummodo ibi de familia fuerit, applicetur.*

Omnia hæc intra evidentiæ fines ponere videntur competentiam duarum ex tribus partibus omnium eorum, quæ reperta fuerant poſt obitum P. Sanchez favore noſtri Conventus Tranſpontinæ; Neque minori evidentia ſpectare videtur reliqua tertia pars eidem noſtro Conventui vigore aliarum Conſtit. noſtræ Religionis, editarum anno 1369. à P. Generali Joanne Baliſtrario, quæ in noſtra Religione tanquam Jus comune ſervari debent, ut, præter cita-
104 tos ſupra, notant *Gratian. diſcep.* 852. *num.* 2. *Bottiglier. de Succeſ. theorem.* 78. *nu.* 11. *Sanchez ad Præcep Decal. lib.* 7. *c.* 32. *n* 54. *& Card. de Luc. de Regul. diſc.* 39 *n.* 11. *& diſc.* 37. *num.* 13. *in fine.*

In facto enim conſtans eſt, & ocularitèr patet ex ſola lectura Exproprii P. Sanchez, quòd ipſe non depoſuit in communi Arca illas pecuniarum ſummas, quas in vita acquiſivit, ſed illam retinuit, ſivè in Locis Montium, ſi-
105 vè in pecunia numerata, mediante irregulari depoſito in Banco S. Spiritus, ſemper ſub nominibus Perſonarum Sæcularium; Iſte autem modus, non permittitur in dictis Conſtitutionibus noſtri Ordinis, editis per P. Generalem Baleſtrarium, ſed additur ulteriùs illa pæna, ut tales pecuniæ depoſitæ penès ſæculares Perſonas, ſpectent ad illum
106 Conventum, in quo moram facit Religioſus, & conſequenter ad noſtrum Conventum Tranſpontinæ, in quo id practicavit Pater Sanchez, ut ipſemet teſtatur in ejus Exproprio, ibi: *Mi trovo in poter mio di Cedole di Monti al Banco di San Spirito tremila, e cinquecento ſcudi in circa,* dico 3500. *Tengo ancora una Cedola di Luoghi nove di Monte San Pietro 9. er. comprati a di 7. Aprile 1717. E più altra Cedola di Luogi ſei di Monte S. Paolo Religione, comprati a 6. Decembre 1714. E più altra Cedola di Luoghi due, e mezzo di Monte San Paolo Religione, comprati a 14. Decembre 1717. quali fanno il numero delli Luoghi dieciſſette, e mezzo. e compariſcono comprati dal Signor Don Baldaſſare Ferrari, come coſta dalle Cedole, alle quali troveranno allegate le reſpettive come di buona fede fatte dal medemo Curato, al quale ho dato ordine di venderli in quadrini &c.* Cui ſeriæ, & claræ confeſſioni, factæ in Exproprio omnem eſſe dandam fi- 107
dem concludentibus rationibus & ſtringentibus congruentiis egregiè probat *Bordo conſ.* 42. *per tot.*

Verba autem earundem *Conſtit. cap.* 37. *de Propriet. & eorum Pœnis*, ſunt ſequentia: *Inhibemus, nè Fratres aliquid, ut puta pecuniam, Libros, Jocalia, ſeù quæcumque alia, tradant in cuſtodia, ſeù manibus Sæcularium quorumcumque, vel Religioſorum extrà Conventum per modum depoſiti, vel quovis modo, niſi de ſcitu, & aſſenſu Prioris ſui, & trium Fratrum de Conventu ſeniorum, & aliquarum Perſonarum Sæcularium, quæ fuerint in ſæculo fide dignæ &c Similitèr nèc Priores locales, ſine licentia Priorum ſuorum Provincialium, tradant bona ſua quæcumque, vel Conventus extrà, in manibus Sæcularium, ſeù Extraneorum ſub pœna prætaxata, Et ità volumus, & præcipimus ab omnibus obſervari; Quòd ſi oppoſitum per quemcumque fuerit attentatùm, volumus, & ordinamus, quòd talia bona, ſic deforis indebitè depoſita, ad utilitatem Conventus, ubi fieri contigerit, per Priorem localem, vel Provincialem totaliter applicentur &c.*

Hujuſmodi verò Conſtitutiones ſervandas eſſe pro lege in noſtra Religione probavimus ſupra, & addimus *Mirand. in* 108
*Manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 26. *art.* 10. *Bonet. in Viridar. Stat. Regular. dub.* 6. *per tot. Anton à Spir. Sanct. Oper. Moral. tractat.* 4. *titul. de Regimin. Regular. diſputat.* 1. *ſect.* 4. *numer.* 75. alioſque, citatos *in tom.* 2. *part.* 2. *diſceptation.* 29. *numer.* 67.

Eò autèm magis eædem literales Conſtitutiones punctuali exequutioni demandandæ videntur in præſenti caſu, utì ſequuto in perſona unius ex Superioribus Generalibus noſtræ 109
Religionis, utque idem operandi modus radicitùs evellatur à mente noſtrorum Religioſorum, *ad Textum in cap. Cùm quidam de Jure jur.* ibi: *Tantò graviùs vindicandum, quantò majori præeminent dignitate, & eorum exemplo faciliùs alii poterunt ad ſimilia provocari*, & juxtà animadverſa per *D. Jo: Chryſoſt. lib.* 3. *de Sacerd* ibi: *Qui in Dignitatis faſtigio poſiti ſunt nemini non noti, manifeſtique ſunt* & con- 110
cordat *Senec. de Clem. cap.* 8. ibi: *Alia conditio eſt eorum, qui in turba, quam non excedunt, latent, quorum, & virtutes, ut appareant diù luctantur, & vitia tenebras habent: Veſtra facta, dictaque rumor excipit &c. Multa contra te lux eſt, omnium in iſtam converſi oculi ſunt*, cum aliis, adductis *à de Rub. in diſc. ad Lectores n.* 341. impreſſo *in p.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Nihil autem novi exadverſò adducitur, quòd in præteritum exageratum non fuerit, inventumque minùs habens ad retardandam ſavorabilem reſolutionem, captam die 15. Fe- 111
bruarii 1721.

Repetitur enim primo loco generalis illa propoſitio, quòd quidquid acquirit Monachus acquirit Monaſterio.

Reſpondemus, quòd illa duplicem patitur limitationem, præſenti caſui mirabiliter applicabilem. Prima, quòd procedit, quando Religioſus moram facit in illo Monaſterio, 112
cujus eſt Filius, in quibus terminis loquuntur omnes Authoritates contrariæ; Secùs verò, quando longam moram facit in alio Monaſterio, juxtà Authoritates, adductas ſupra. Secunda limitatio deſumitur à noſtris *Conſtit. par.* 1. 113
*cap.* 22. *§.* 3. in quo determinatur, quòd, quando Religioſus, Filius unius Monaſterii, ſe transfert ad habitandum in alio, in quo longam moram facit, tunc duæ ex tribus partibus mobilium, ab eo relictorum, ſpectent ad Monaſterium, in quo ſaltèm per dennium moram fecit; Tertia verò pars ad illum Conventum, cujus eſt Filius, juxtà illarum præciſa verba, regiſtrata ſupra.

Repetitur ſecundò, conſtitutiones loqui de mobilibus, quorum appellatione non veniant pecuniæ, repertæ poſt mortem P. Sanchez, & hodiè exiſtentes in Banco S. Spiritus.

Reſpondemus, quòd id nullam habet in Jure ſubſiſten- 114
tiam, ut latè probavimus ſupra.

Repetitur tertiò, quòd noſtræ Conſt. non debeant attendi, utì oppoſitæ Juri communi, & carentes Apoſtolica confirmatione.

Duas autem damus reſponſiones. Primam, quia illæ, utì à centum, & ultrà annis compilatæ, ſemperque obſervatæ à noſtris Religioſis, præſumuntur confirmatæ, omni-

buſque aliis ſolemnitatibus, & Apoſtolico Beneplacito mu-
nitæ, juxtà firmata per *Rot. dec. 76.n.3.cor.Anſald.& dec.22.*
115 *n.3.p.8. & dec.320.n.2.p.16.&dec 671.nu.16.p.18.rec.* Secunda
verò, quòd in hac parte proceditur exadversò cum æquivoco;
Tantùm enim abeſt, quòd Jus commune determinet, pecu-
nias, acquiſitas à Religioſo in illo Conventu, in quo lon-
gam moram traxit, ſpectare ad alium Conventum, cujus
eſt Filius, quin potiùs id adeò Iuri communi conſentaneum
eſt, ut contrarium nullo modo demandari poſſit in Conſtit.
Ordinis, niſi mediante expreſſo Summi Pontificis Oraculo,
ut probat *Lezzan. noſtræ Religionis Alumnus in Sum. Quæſt.*
116 *Regul.verb.Spolia Regularium nu 26.& 28.* ibi: *Cùm acquirere
Religioſum Conventui, in quo vivit, ſit Juri communi confor-
me, omnis alia Conſtitutio, aut Statutum contrarium, limitari
debet, aut interpretationem ab eo accipere*, cum aliis ſupra
citatis.

Repetitur quartò Reſolutio Congr. particularis *in Ordinis
Convent.* 8. Auguſti 1707. ac ſi præſentem caſum punctuali-
ter decideret.

Reſpondemus, circumſtantias dictæ Reſolutionis, neque
etiam a remotiſſimis applicari noſtris terminis, ex latè ani-
117 madverſis ſupra, ad quod evidentiùs comprobandum da-
mus hodiè in manibus Ponentis Poſitionem ejuſdem Cau-
ſæ.

Repetitur quintò, quòd noſtræ Conſtit. non obſerventur,
ad quod demonſtrandum indicantur exadversò aliqui caſus
diſpoſitionis aliorum Religioſorum.

Reſpondemus, quòd, quidquid ſit in facto de dictis exem-
plis; In Jure certum eſt, quòd in hac parte incedendum non
118 eſt per illam viam, quà itur, ſed qua eundum eſt, juxtà ob-
ſervationem *Senec. de Vit. Beat. c.1. ante finem*, cujus verba re-
feruntur *in t.3.p.1. diſcep.11.n.37.*& in noſtris terminis notant
*Fagn. in c. Monachi n.1.& 78. de Stat. Monach. & Donat. Rer. Re-
gul. t.4. tract.5 de Vot. Paupert. quæſt.5. per tot.*

Idque duplici ratione, quia ſcilicet in his terminis Reli-
gioſorum facta regulanda ſunt à Conſtitutionibus Ordinum
119 Regularium, non verò è contrà operationes Regularium
reſtringere debent claram diſpoſitionem dictarum Conſtit.
*Card. de Laur. in Epit. Canon in in princ. Epiſt. ad Lector* cum
aliis *in t.3.p.1. diſcep.1. §.10 n.14.& ſeqq.*

Alia ratio adducitur *ab Innoc. III. in cap. Cùm jamdudùm de
Præbend.* ſequentibus verbis: *Cùm multa per patientiam to-
lerentur. quæ ſi deducta fuerint in Judicium, exigente Juſti-
120 tia, non debeant tolerari*, & concordant adducti per *Rot. dec.
1552.n.23.cor. Coccin.* aliique, citati *in Iſtit. Crim. lib.1. tit.19.
§.4. num.239.*

Fortiùs, quia dd. caſus longè diſtant à præſenti, ex quo
ſunt in terminis Religioſorum, vel hodiè viventium, vel
121 illorum, qui in vita diſpoſuerunt cum Superiorum licentia,
vel tacita, vel expreſſa, quod fieri poſſe admittimus, fuit-
que canonizzatum dicta die 14. Febr. 1721. quando excepit
à duabus partibus, ſpectantibus noſtro Conventui Tran-
ſpontinæ, pecunias, in utilitatem Conventus Leocatæ con-
verſas in vita P. Sanhez. A' diſpoſitione autem Religioſi,
facta in vita cun licentia ſui Superioris tacita, vel expreſſa,
non benè infertur ad noſtrum caſum, in quo agitur de ſola
122 deſtinatione, & diſpoſitione Religioſi defuncti, effectum
habitura poſt mortem ejuſdem Religioſi, juxtà *Tex. in leg.
Papinianus ff. de Min.* cum concordantibus apud *Rot. dec.34.
n.7. cor. Anſald.*

Repetitur ſextò, quòd à diſpoſitione noſtrarum Conſtit.
dicantur exempti Superiores Generales.

Reſpondemus, id nullam habere ſubſiſtentiam, imò po-
tius contrarium rotundè deciſum fuit, & per viam legis de-
123 mandatum *in Ordinis Carmelit. 26. Martii 1678.* quando diſ-
putatum fuit dub. ſequens *An prædicti Regulares* (putà *Prior
Generalis, Provinciales, Procuratores Ordinis &c.* juxta præ-
ciſa verba Folii, dicta die diſtributi) *poſſint, juxtà prædi-
ctam Conſtit. diſponere?* quod fuit reſolutum: *Negativè.*
Quanti autem ponderis ſint reſolutiones dictæ Congr. notat
124 *Fagn. in c. Quoniam nu.8 & ſeqq. de Conſtit.* aliique, citati *in
Inſtit. Crim. lib. 1. tit.10.§.4.n.149.*

Repetitur ſeptimò, quòd Conſtit. noſtri Ordinis, & præ-
dicta punctualis reſolutio C. Cong. loquantur per viam diſpo-
ſitionis, factæ in ultima voluntate, non autem per actus in-
ter vivos.

Reſpondemus, quòd in *dicta Cauſa Ordinis Carmel.* duo
fuerunt diſputata dubia, primum reſpectu Teſtamenti P. A-
125 coſtæ, ſecundum verò generale, & generaliſſimum, com-
prehendens etiam diſpoſitionem per actus inter vivos, quòd
proindè, uti generalitèr conceptum generaliter intelligen-
dum eſt, juxtà regulam *Tex. in leg. In fraudem ff de Milit. Te-
ſtam.* cum aliis apud *Mar. Antonin. var. reſol. lib.3. reſol.18.
num.3.*

Repetitur octavò, quòd noſtræ Conſtitutiones non com-
prehendant præſentem caſum, in quo P. Sanchez jam deſti-
naverat in Vita conſtructionem, ſeù ampliationem Con-
ventus Leocatæ, & conſequenter deſignaverat opus, in quo
erogari debeant bona, & pecuniæ, ab ipſo relictæ.

Reſpondemus, quòd contraria propoſitio cautè intelli-
genda venit, quia ſecundùm generalem ſenſum, exadversò
prætenſum, aperiretur magna, & ſpatioſa via, æquandi
Religioſos Sæcularibus circa facultatem teſtandi, nihil
enim aliud eſt teſtamentum *quàm voluntatis noſtræ juſta ſen-* 126
*tentia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*, juxtà *Tex.
literalem in leg.1. ff. de Teſt.* & propterea, ſi permitteretur Re-
gularibus in vita deſignare illos uſus, in quos poſt eorum
mortem erogari deberent pecuniæ, ab ipſis relictæ, nihil-
aliud eſſet, quàm ipſis permittere liberam teſtamenti factio-
nem, quod quantum inſubſiſtens ſit, quantumque Juri con-
trarium de ſe patet, & cuilibet Conſideranti manifeſtum eſt.

Repetitur tandem, quòd noſtræ Conſt. loquantur de Bo-
nis Studentium.

Reſpondemus, contrariam prætenſionem nullam omni-
nò ſubſiſtentiam habere; Idque evidens eſſe ex ſola, & ſim- 127
plici lectura Conſt. ex quibus remanet innegabile, quòd duos
caſus penitùs diſtinctos determinant; Primum reſpectu Li-
brorum, & bonorum, quæ Studentes à ſua ad alienam Pro-
vinciam; ſtudii cauſa, delata fuerunt, & hæc mandat; ut
ſuis Provinciis, & Conventibus reſtituantur. Secundum de-
terminant diſtinctum caſum Religioſi, manentis per lon-
gum tempus in Conventu, diverſo ab illo, cujus eſt filius,
quem non reſtringit ad Studentes, ſed comprehendit Reli-
gioſos omnes, cujuſcumque qualitatis, & conditionis ſint, 128
juxta verba illa: *Si quis emiſerit profeſſionem &c.* quod ver-
bum *Si quis* omnes omninò Religioſos comprehendit. *Tex. eſt*
æquè elegans, ac literalis *in Leg.1.§. De pupillo*, ibique com-
muniter *Repetentes ff. de Conſt. pecun.* cum aliis, cumulatis *à
Menoch. de Præſump. lib.4. præſump.89.n.48.*

Die 14. Februarii 1721. Per Cardi. Tanatam propoſita
Cauſa in Cong. Epiſcoporum, & Regularium, reſcriptum
fuit, ut ſupra *n.77.*

Repropoſita verò per eundem in Cong. diei 18. Julii ejuſ-
dem anni, reſcriptum fuit. *P. Gene. ſub aſſiſtentia, & dire-* 129
*ctione Emmi Ponentis concordet Partes*, ut ſequutum fuit,
mediante aſſignatione ferè duarum ex tribus partibus om-
nium eorum, quæ reperta fuerunt non applicata poſt habi-
tum P. Sanchez, ad favorem Conventus Tranſpontinæ.

---

## DISCEPTATIO VIII.

### Ordinis S. Auguſtini Juris votandi.

INTER

Vocales Capituli generalis ejuſdem Ordinis.

### ARGUMENTUM.

*Vocales Ultramontani in Religione Auguſtiniana ex Provinciis Indiarum legitimè impediti, an poſſint eorum loco ſubrogare Religioſos Italos. Et quid dicendum in caſu, in quo iidem Religioſi Itali ſuperaddantur in Foliis in albo relictis ab illis Religioſis Ultramontanis, qui fuerunt conſtituti Procuratores, & Compromiſſarii ad dictum effectum. Electio Definitoris, & Diſcreti pro Capitulis generalibus in eadem Auguſtiniana Religione, quomodò facienda ſit, ad hoc, ut valida reputetur?*

Convocato ab Auguſtiniana familia Generali Capitu-
lo pro eligendo priore Generali, plures ortæ fuerunt
controverſiæ in præliminaribus Seſſionibus, habitis à Con- 1
ſilii Patribus ſuper validitate, vel nullitate electionis
aliquorum Vocalium, illorumque incapacitate & ſignan-
ter quatuor præ ceteris numeratæ fuerunt, quarum.

Prima: *An nominationes, quæ apparent factæ à Compromiſſariis, electis à Provinciis Indiarum, admitti deberent.*

Secunda: *An electio in Definitorem, facta à Provincia Calabriæ ulterioris in Perſonam P. Alexandri Angotti ſubſiſteretur?*

Ter-

Tertia: *An compromiſſum factum à Provincia S. Guillelmi*
3 *Pariſina in Perſonam Vicarii Generalis fuerit, necne revocatum per aliud ſubſequens compromiſſum ab eadem Provincia, factum in Perſonam R. P. Aſſiſtentis Galliæ?*

Quarta: *An electio, facta à Congregatione Siciliæ in Per-*
4 *ſonam P. Magiſtri Thomæ Amoroſii præferri deberet cuidam Compromiſſo, ultimo loco, ab eadem Provincia facto in Pernam Fr. Antonii Vecchj?*

Delatiſque hiſce quatuor controverſis, ad eoſdem Patres;
5 Conſilii, ob exceſſum unius, vel valdè paucorum tantummodò ex ſuffragiis fuit reſolutum pro affirmativa quoad duas primas propoſitas quæſtiones, quò verò ad alias duas poſteriores negativum prodiit reſponſum; Cumque reſolutiones hujuſmodi tenderent in everſionem Conſtitutionum Ordinis, ac Decretorum Sacr. Congregat. de quibus infra, fuit adverſus illas publicè, & palàm reclamatum; itaùt Cardinalis Protector, ſolita ejus prudentia, & Juſtitia, differre
6 curaverit celebrationem dicti Capituli generalis uſque ad diem Mercurii proximum, deputataque propterea à Sanctiſſimo particulari Congregatione, contingit in præſenti diſceptare de viribus dictarum nominationum, & electionum.

Inchoantes autem à prima, pro illius congrua reſolutione
7 præmittendum venit in facto, quòd Provinciæ Indiarum ad parcendum longiſſimi itineris incommodis, ſolent ut plurimùm compromittere electionem Vocalium, Definitoris ſcilicèt, & Diſcreti, in Perſonas alicujus noſtri Ordinis Religioſorum qui tamen Vocales ad normam Conſtitutionum ejuſdem Ordinis, ac Decreti Viſitationis Apoſtolicæ emanat. ſub die 1. Aprilis 1601. & à Clem. VIII. ampliſſimè confirmati, & inſerti in noſtris *Conſtit. par. 3. cap. 3. §. 1.* in Notis *fol. 154.* juxtà noviſſimam compilationem, non poſſunt eſſe Itali.

Punctualiter hoc practicatum fuit à dictis Provinciis In-
8 diarum in præſenti Capitulo Generali, ad quod accedere non valentes præfati Vocales plura compromiſſa expleverunt in Perſonas Definitoris Ignatii Guernerio, Fr. Auguſtini de Angulo Procuratoris Provinciæ de Lima, ac Patri Franciſci de Avila, Provincialis Provinciæ Caſtellæ, qui tamen excedentes limites eorum facultatis tranſmiſerunt ad Urbem
9 præfata Compromiſſa, abſque expreſſione propriorum nominum Electorum, quæ fuerunt relicta in albo, quævè poſtmodùm fuerunt in Urbe repleta in majori parte cum Religioſis Italis, & quoad aliqua cum Religioſis Hiſpanis, ut ictu oculi reſultat ex ſola recognitione originalium.

Hoc in facto præmiſſo, nominationes prædictæ utique ſubſtineri non poſſunt, nàm ſi loquimur de nominationibus, factis in Perſonas Religioſorum Hiſpanorum, illicò adver-
10 ſus illas inſurgit aperta nullitas, promanans ex eo, quòd Perſonæ, ibidem deſignatæ, non fuerunt electæ, neque nominatæ à Religioſis Compromiſſariis, qui morantur in Regnis Hiſpaniarum, ſed ab aliis Perſonis, hic in Urbe moram facientibus, nullamque deſuper habentibus facultatem, & propterea nominati hujuſmodi ex defectu conſenſus eligentium ſubſtineri non poſſunt, ex animadverſis per *Gra-*
11 *tian. diſcept. 262. num. 2. verſ. Et quia ignorans*, & firmatis per *Rot. deciſ. 758. num. 2. coram Emer Jun. verſ. Sicuti ex hoc, & deciſ. 308. num. 4. verſ. Et ſic deficit conſenſus par. 13. recentior.*

Et hæc eſt ratio, ob quam ſimilia Compromiſſa, ſivè
12 mandata Procuræ, quæ tranſmittuntur in albo, non ſubſtinentur, aliàs enim nominationes Vocalium ſequerentur, inſciis penitùs Religioſis Compromiſſariis, & ſic magna aperiretur via fraudibus, & colluſionibus, dum reſideret in arbitrio ſimplicis Delatoris, & meri Portitoris eorundem Compromiſſorum hunc, vel alium Vocalem ſibi magis beneviſum apponere, & hoc modo cumulare quot Vota ſibi placeret pro effectuanda, ſeù facilitanda electione ad ſui beneplacitum, quibus abſurdis propterea benè penſatis à *Congregat. Epiſcoporum, & Regularium* ſub die 5. Junii 1710. in celebri *illa Ordinis Carmelitarum ad relationem cl. me. Card. de Abdua* in acerrimo Partium contradictorio reſcriptum fuit; *Procuratores conſtitutos in albo non eſſe admittendos*, quæ punctualiſſima reſolutio vim legis habet, & promptæ executioni demandanda eſt ex animadverſis per *Fagnan. in cap.*
13 *Quoniam num. 8. de Conſtit.* & firmatis per *Rotam in Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc deſcendendo coram Corio.*

Nec dicatur, quòd eo ipſo, quòd dd. Religioſi Compromiſſarii tradiderunt præfata Compromiſſa cum nominationibus in albo, cenſendum ſit, quòd illorum arbitrium con-
14 tulerint illorum favore, quibus dict. Compromiſſa conſignata fuerunt; Quia hoc eſt facere compromiſſum de compromiſſo, quod utiquè permiſſum non eſt Religioſis Compromiſſariis, qui ſine expreſſa facultate non poſſunt alium Compromiſſarium ſubſtituere, exemplo Judicis Delegati, qui alium Judicem ſubdelegare non valet, ex notiſſimis; For-
tiùs quia in his terminis dicitur electa induſtria Perſonæ 15
Procuratoris, de qua confidit Compromittens, & conſequenter eò minus locus eſt facultati ſubdelegandi, ut in fortioribus terminis Delegati à Supremo Principe firmavit *Rot. dec. 1153. num. 3. cor. Coccin.*

Quæ omnia, reſpicientia nominationes expletas in Perſonas Religioſorum Hiſpanorum potiori Jure militant, contra alias nominationes in albo relictas, & repletas cum Religioſis Italis; Ultra ſiquidem dictam nullitatem, procedentem ex tranſmiſſione dd. compromiſſorum in albo, con- 16
currit altera, reſultans ex incapacitate Vocalium in eis nominatorum, nam, ut diximus, nominati fuerunt Religioſi Itali, qui nullatenùs nominari poterant, reſiſtente ſupradicto Decreto Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ ſpecialiter confirmato à Clem. VIII. & relato in noſtris Conſt. Ordinis *par. 3. cap. 3. §. 1. in Not. §. 1. fol. 154. juxta noviſſimam impreſſionem.*

Quod eſt adeò verum, ut agnoſcentes Oppoſitores relevantiam hujus maximi impedimenti, poſtquam eorum cala- 17
mus irrepſit in replendis dd. nominationibus in albo, recurſum habuerint ad Sanctiſſimum pro habenda derogatione præfato Decreto, & dictis noſtris Conſtitutionibus, proùt de facto non ſine evidenti obreptione, & ſubreptione obtinuerunt, ut patet ex eorum ſupplici Libello, quæ tamen gratia, vel tanquam nimis ſerotina, vel uti ſubreptitia in nulla penitùs conſideratione haberi debet.

Serotina, inquam, eſt Gratia prædicta, quia nominationes omnes exaratæ leguntur ſub data menſis Februarii 1721. & 18
ſic eo tempore, quo SS. D N. ad Summum Pontificatus Apicem evectus adhuc non erat, & propterea illius recens Gratia ad inſtar novæ legis non poteſt habere oculos retrò, & convalidare nullitatem, jam commiſſam ſuper actu perfecto, quoties, ut in preſenti ad unguem verificatur, de ea nulla mentio habita fuit in eodem ſupplici Libello, ad 19
*Text. literalem in leg. Meminimus C. de legit. hæred.* ibi: *ſi qui autem caſus jam evenerunt, nullam ſentiant ex hac lege retractationem*: cum concordantibus, ſequutis à *Rot. deciſ. 104. num. 7. par. 16. & dec. 520 num. 8. par. 18. rec.*

Sed quatenùs per falſam hypotheſim figurare vellemus, quòd dictæ nominationes in albo relictæ, repletæ fuerint poſt quam emanavit reſcriptum, appoſitum in Calce ejuſdem Memor. attamen derogatio hujuſmodi tanquam ſubreptitiè obtenta, attendi non deberet; In dicto ſiquidem Libello expoſitum fuit Summo Pontifici per Emanuelem de 20
Caſtro, Definitorem Provinciæ Caſtellæ, quòd ipſe ſecum attulerat 14. Compromiſſa Indiarum: *E perche in queſta Città, e Provincia Romana* (ſunt verba preciſa dictæ Supplicationis) *non vi ſono tanti Oltramontani, a quali appoggiarli, de quali ſi poſſa l'Oratore fidare, che ſeguitino la mente della Nazione; Perciò ſupplica V. Santità a degnarſi diſpenſare detto decreto, con per metterli di appoggiare dd. Compromeſſi a PP. Italiani.* Quæ verba cùm pro indubitato præſupponant, dictum Oratorem eſſe Compromiſſarium illum, cui Provinciæ Indiarum conceſſerant facultates deputandi 21
Vocales; ita Summus Pontifex cum hoc inſubſiſtenti ſuppoſito annuit Supplicationi, quod utique non feciſſet, vel conceſſiſſet, ſi ei ſincerè fuiſſet expreſſum, præfatum Oratorem nec per umbram eſſe Compromiſſarium, ſed ſimplicem dd. Compromiſſorum Portitorem, nullam deſuper habentem facultatem; Hoc autem ſuperabundat ad canonizandam Gratiam ſubreptitiam, vel obreptitiam, eò quia ſubreptitio, & obreptio concludenter probatæ dicuntur ab expreſſione, vel taciturnitate illius circumſtantiæ, quam ſi Summus Pontifex ſciviſſet, vel Gratiam non conceſſiſſet, 22
vel ſaltem difficiliùs ad illius conceſſionem deveniſſet, ex adductis *in dec. 189. num. 17. cor. Bich. & dec. 736. num. 45. cor. Dunoz. jun. & dec 391. num 3 cor. Priol.*

Sicque à primo ad ultimum pro convincenda hujuſmodi nullitate ſequens urget inevitabile dilemma; Aut nomina- 23
tiones Italorum verè exaratæ fuerunt tempore eorum Datæ, & ſunt evidenter nullæ, tanquam cadentes in Perſonas incapacium; Vel id factum fuit poſtea, & ſunt pariter nullæ, veluti in albo relictæ, vel tanquam importantes Compromiſſum de compromiſſo, quod omnibus Juribus repugnat ex 24
firmatis *per Rot. dec. 34. num. 29 cor. Cerr. & dec. 513. num. 9. par. 14. & dec. 642. num 14 par. 18. rec.*

Abſoluto examine primæ controverſiæ, gradum facimus

muſad ſecundam ſuper electione P.M. Angotti in Definitorem Provinciæ Calabriæ ulterioris, quæ pariter ab apertiſ-
25 ſima nullitate ſalvari non poteſt, tanquam expreſsè facta contra diſpoſita in noſtris Conſtitutionibus, in quibus *cap.7. num.20. §. 2.* itá præcisè diſponitur. *Ad hoc autem, ut prædicti Patres Definitores hujuſmodi authoritatem, & poteſtatem ſine aliqua ambitionis nota exercere liberè poſſint, ſtrictè prohibemus, ne aliquis eorum deligi poſſit ad aliquod Officium, cujus proviſio ad Definitorium pertineat, ſed inter alios Provinciæ Patres Officia prædicta diſtribuantur, Dei timore, atque Ordinis honore ante oculos propoſito.* Cùmque dict. Pater
26 Magiſter Angotti ſit unus ex Definitoribus Provinciæ, eique Officium Definitoris Generalis ab eodem Definitorio Provinciæ fuerit collatum, quorum utrumque, ictu oculi probatur ex ſola lectura fidei illius Deputationis, datæ in Summario, exindè ſequitur, quòd ejus deputatio, tanquam adverſativa Conſtitutionibus noſtri Ordinis, ſit penitùs irrita, & nulla juxta literalem diſpoſitionem *Conſtit. S. Mem.*
27 *Clem. VIII. §. 23* ibi: *In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma, præſcripta à Sacr. Concil. Trid. & Ordinis Conſtitutionibus inviolabiliter ſervetur*, & animadverſa *per Barboſ vot. deciſ. 106. num. 6.*

Potiſſimùm quia hoc etiam in puncto determinavit *Con-*
28 *gregatio Epiſcoporum, die 24. Martii 1678.* coram qua per P. Valvaſorium, tunc noſtri Ordinis Vicarium Generalem Apoſtolicum propoſitis quatuor dubiis, ad tollendas omnes lites, & contentiones, quæ ſuboriri poſſent, nec non ad formandam legem, quæ exactè obſervari in poſterum deberet, ad quartum ſic conceptum: *An aliquis ex Electoribus, ſeu ex Corpore Definitorii poſſit ſtudioſè, & dedita opera non intereſſe electioni, ut ipſemet eligatur in Definitorem, vel Diſcretum Capituli Generalis, aſſumpto opportunè alio Electore ex numero eorum, quæ communiter dicuntur in ſupplementum, ſeu defectum, ut legitimè integretur numerus Suffragantium, qui neceſſariò ex novem conſtare debet?* Sac. Congreg. reſpondit: *Servandas ſupradictas ordinis Conſtit.* (quæ regiſtratur in fine) hoc eſt in *d. cap. 6. num. 2. §. 2.*

Cumque dictus P. Angotti adamuſſim practicaverit id,
29 quod exponitur in præfato 4. Dubio, dum ſtudioſè diſceſſit à Capitulo, ſubrogando alium in ſupplementum pro habenda hujuſmodi electione, ut teſtatur Patre Bruſſi, tunc Præſidens, & modò Aſſiſtens hujuſmodi Capitulo. Exindè neceſſariò emergit, quòd ſumus in caſu præciſo ejuſdem pun-
30 ctualis reſolutionis Congregat. Epiſcoporum, quæ in hoc ſervandas eſſe voluit ſupradictas Ordinis Conſtitutiones, & uti lex particularis in præſenti caſu punctuali executioni demandanda eſt, ut præter authoritates ſupra allegatas, firmavit *Rot. in Peruſina Præeminentiarum, 2. Decembris 1711. §. Fortius cor. Aldovando.*

Deveniendo modò ad tertiam inſpectionem ſuper eo ſcilicet, quodnam ex binis Compromiſſis, factis à Provincia
31 Bituricenſi Sancti Guillelmi Pariſinæ attendi debeat, an illud, exaratum favore Patri Vicarii Generalis ſub die 14. Martii 1721. vel aliud ſucceſſivè factum in perſonam Patris Aſſiſtentis Galliarum die 15. Aprilis ejuſdem anni, in hoc paucis nos expedimur, dum in dict. Compromiſſo explicitè revocatur primum, & res adhuc eſt integra, in quibus circumſtantiis dubio procul, poſtpoſito primo, attendi debet
32 ſecundum, non ſolùm ex generali regula, quòd poſteriora derogant prioribus, de qua *Rot. in Melevitana Decretorum 2. Martii 1707. §. fin. cor. Anſald.* Sed ex alia communiter recepta propoſitione, quòd hujuſmodi Compromiſſa re integra ſemper à Compromittentibus revocari poſſunt, ut cumulatis concordantibus probat *Paſſerin. de Elect. cap. 2. num. 25. & 26.* ubi dicit hoc etiam procedere licèt Compromiſſarii
33 incæperint illos actus explere, qui ſunt de ſolemnitate Capituli, puta cantare Miſſam Spiritus Sancti, & ſimilia.

Nec replicetur, quòd noſtrum ſecundum Compromiſſum
34 non ſit legale, utpotè deſtitutum Sigillo ejuſdem Provinciæ, quia objectum ceſſat, animadvertendo, quòd Sigillum non eſt de ſubſtantia actus eo ipſo, quòd veritas ejuſdem deputationis reſultat ex combinatione, & oculari inſpectione utriuſque Compromiſſi, dum iidem numero Capitulares, qui primùm fecerunt Compromiſſa, ſe ſubſcripſerunt pariter ſecundò, & unus, & idem Secretarius de utroque teſtimonium perhibuit, ut benè probat *Rot. deciſ. 708. num. 9. & 10 cor. Dunoz jun.*

Procedentes tandem ad quartam inſpectionem, an videlicet præferri debeat electio Amoroſi cuidam Compromiſſo,
35 nuperrimè exhibito, & facto à Congregat. Siciliæ, in hoc pariter res videtur carere omni difficultate, animadvertendo, quòd electio ejuſdem Religioſi ſolemniter facta fuit in Capitulo privato, habito die 15. menſis Octobris 1720. in Conventu Sanctæ Mariæ de Rocca Montis Regalis cum interventu Vicarii Generalis ejuſdem Congreg. duorum Definitorum in capite, & aliorum duorum in ſupplementum juxta Conſtitutiones noſtri Ordinis; Undè data legitima electione particularis Religioſi in Vocalem noſtri Capituli, citra apertam labem injuſtitiæ revocari non poterat cum prædicto ſucceſſivo Compromiſſo.

Fortiùs, quia omnis ratio expoſtulat, quod in concurſu
Religioſi, poſitivè Electi, debeat iſte omnino præferri tan- 36
quam certus, & cognitus eiſdem Electoribus, cuicumque alteri, à compromiſſario deputando, utpotè, incognito, & incerto eiſdem Compromittentibus; Eòque magis, quia Acta Capituli, ultimo loco celebrati, in quo fuit factum dictum Compromiſſum, adhuc non fuerunt confirmata, quæ quidem pro certo ſupponuntur nulla, ex quo Capitulum prædictum fuit celebratum in Loco, diverſo ab illo, 37
quo fuerat præcedenter deſtinatum, idque abſque legitima facultate, ut conſtat ex Actis præcedentis Capituli.

Abſque eo, quod attendi debeat, quòd dicta electio Amoroſi, fuerit nulla, ut deponunt Capitulares in ſæpè dicto
Compromiſſo, quia eorum non eſt judicare de validitate, vel 38
invaliditate ejuſdem electionis, Et ſi fortaſſe adducerent recurſum, olim factum ab aliis duobus Definitoribus, & tranſmiſſum tunc temporis Vicario Generali, reſponſio in promptu eſt, dictum ſcilicet recurſum nullum habuiſſe effectum, adeo ut cognoſcentes ipſimet Recurrentes malum Jus, quòd fovebant, ſucceſſivè ab eo receſſerunt, & ampliſſimè emologarunt, & confirmarunt prædictam primam electionem, 39
ut conſtat ex illorum Atteſtatione, & declaratione originaliter data.

Minus dicatur, quòd hodiè locus amplius non ſit ulterio-
ri recurſui, eo ipſo quòd hæc omnia deciſa fuerunt à Patri- 40
bus Conſilii, ad quos Conſtitutiones mandant, in dubiis eſſe recurrendum; Tum quia hoc intelligi debet de difficultatibus levis momenti, & reſultantibus ex ſolo facto, deque illis, quibus non reſiſtunt Jura, & reſolutiones ſacrarum Congregationum ea viva ratione, quia aliàs maximum illud ſequeretur abſurdum, quòd dicti Patres Conſilii haberent facultatem decidendi id, cujus contrarium expreſsè diſpoſitum eſt à noſtris Conſtitutionibus, fuitque confirmatum ab Ordinationibus Apoſtolicis ex ſupra animadverſis;
Tum etiam quia recurſus ad Summum Pontificem ſemper 41
cenſetur permiſſus ex adductis *per Cardin. de Albic. de Inconſt. in Judic. quæſt. 42. per tot.* & firmata per *Rot. deciſ. 21. num. 16. & 17. apud Navar. in Summ. Bullar.* & in effectu noſtri Vocales opportunè dictum recurſum ad Sanctam Sedem emiſerunt, fueruntque proteſtati, eo ipſo, quòd dictam injuſtam audiverunt reſolutionem.

Demum non credimus aſſerendum, quòd Compromiſſa
in albo practicari ſolita ſint; quodque miſſio Vocalium in al- 42
bo cohæreat antiquæ conſuetudini noſtræ Religionis: Hoc enim nullam omninò facti aſſiſtentiam habet; Cùmque Oppoſitores in manibus habeant totum Archivium Religionis, non erit eis difficile reperire talia exempla, ſiquæ unquam adfuerint, illaque in Actis producere. Subjungentes ulterius in omnem caſum, quòd allegare inconveniens, non eſt ſolvere argumentum; Præcipuè quia ad effectum probandi conſuetudinem contra Jus requiritur obſervantia longi temporis, ſemper continuata, & nunquam contradicta, & ideo opus haberent Oppoſitores probare, quòd Vocales ſe oppoſuerint eiſdem nominationibus in albo, quodque iis non obſtantibus, ſuccumbuerint, quod utique impoſſibile eſt.

## In eadem Cauſa.

Conoſcendoſi exadverſo la poca ragione, che gli aſſiſte ſecondo le regole legali, & a tenore delle noſtre ſagre
Conſtituzioni, ſi pretende in una longa Scrittura, che deb- 43
bano ammetterſi li Vocali nullamente ſoſcritti nelle procure de Padri Indiani per motivi politici, li quali ſi eſaggerano circa la loro Nazione, ch'in queſta verrebbe a reſtare eſcluſa, adducendo a detto l'eſempio de PP. di Dalmazia, che per detto motivo ſi ſuppone, eſſere ſtati ammeſſi nell' ultimo Capitolo.

Quanto ſia frivolo queſto diſcorſo appariſce da ſe ſteſſo,
atteſo che non ſi tratta di difetto, che concerne ſolenni- 44
tà, o formalità di mandati di Procura, e Compromeſſi, ncl qual caſo ſi ammette, doverſi caminare con ogni facilità,

e larga

e larga interpretazione, ma ſi tratta di difetto di conſenſo di chi hà fatti li mandati di Procura, e Compromeſſi, che non ſi ſono mai ſognati, ne potutó mai imaginarſi di doverſi dare li loro Voti agl'Italiani, venendo ciò proibito dalle ordinazioni Apoſtoliche, ne quali così ſono affatto proprj li termini d'interpretazione benigna, e larga, perche il difetto di conſenſo, quando anche ſi verificaſſe alcun pregiu-
45 dizio, e affatto inſupplebile da qualſivoglia potenza, tanto più che ne noſtri termini la Nazione Indiana non deve dolerſi, ſe non che de'ſuoi Compromiſſarj, che non hanno adempita puntualmente la facoltà datali.

Non oſta la Grazia eſtorta da N. Signore con evidente obrezzione, e ſurrezzione, come è ſtato dimoſtrato di ſopra, perche la detta Grazia hà ſanati ſolamente li difetti de Vocali circa la qualità paſſiva de medeſimi, che poteſs'eſſere Italiani ſenza neceſſità di eſſere Oltramontani, overo Oltra-
46 marini, ne mai la Santità di Noſtro Signore hà penſato di ſanar il difetto del conſenſo de PP. Compromittenti, non eſſendogli queſto ſtato narrato nel Memoriale, eſſendo ugualmente ricevuto da Theologi, e Cánoniſti, che da Filo-
47 ſofi la propoſizione, che *voluntas non fertur in incognitum*, come oſſervano li Dottori citati nel *tom.1. part.2. diſcept.24. numer.41.*

Al che ſi aggiunge, che aſſerendoſi nella contraria Scrittura, eſſere nelle mani di qualificato Soggetto altri Compromeſſi della Nazione ſudetta (intorno al che ſi laſcia il ſuo luogo alla verità) non ſi sà vedere con quanto fondamen-
48 to poſſa exadverſo dirſi, non eſſer ſtata conſiderata la detta Nazione, mentre conoſcendoſi dalla medeſima evidentemente il difetto del conſenſo de PP. Compromittenti Indiani, s'è vero ciò, che ſi aſſeriſce exadverſo, non la Na-
49 zione, ma ſolo alcuni Particolari, ſenz'eſprimere gli Autori, eſaggerano ſenza il minimo fondamento detto inſoſſiſtente motivo.

Potevaſi a meno di eſaggerare l'eſſempio de Padri di Dalmazia, non avendo queſto la minima conneſſione col no-
50 ſtro: Atteſo che non ſi trattava di ſupplire il difetto del conſenſo degli Compromittenti, come ſi verifica ne noſtri termini; Ma ſolamente vi era il dubbio concernente ſe quella ſi doveſſe includere trà le Provincie Oltramontane, o Oltramarine, dalle quali non corre l'argomento al ſupplemen-
51 to della volontà. Oltre di che a favore di detta Provincia di Dalmazia vi è la conſuetudine immemorabile, la quale è atta a poter concludere e far preſumere ogni ſolennità, ogni altra coſa neceſſaria per la validità qualſiſia atto, come è ſtato dimoſtrato nel *tom.1. par.1. diſcept.10. num.3.* & oſſerva la *Rot. dec.494. à num.4 par.19. rec.*

Die 11. Junii 1721. propoſita Cauſa in Congreg. particu-
52 lari quinque Cardinalium, reſponſum fuit, ut infra.

*Quoad primum, Procuratores, ſeu Vocales Italos, in ſu-*
53 *pradictis Foliis in albo deſignatos, ſeu nominatos, non eſſe admittendos ex defectu conſenſus Conſtituentium.*

*Quo verò ad 2. 3. & 4. dubium, Exequendas eſſe Conſtitu-*
54 *tiones à PP. Conſilii editas.*

Reſolutio Sac. Congr. Epiſcoporum, de qua fit mentio ſupra *num.28.* eſt ſequens.

I. Præſcribunt Auguſtinianæ Religionis *Conſtitutiones 3.*
55 *par. cap.7. num.16. §.1. & 2.* quòd in Capitulis Provincialibus, quæ ante celebrationem Capituli Generalis reſpectivè agi ſolent, eligantur Definitor, & Diſcretus, ad hoc ut ſtatuto tempore Votum ferant in Capitulo Generali, quodque hujuſmodi electio Definitoris, & Diſcreti per ſecreta ſuffragia fiat, & in quos plura Vota conveniſſe deprehendantur, illi in Definitores, vel Diſcretos electi cenſeantur.

II. Addunt eædem Conſtitutiones loco præcitato in fine
56 §. formalia verba: *Quando autem juxta tempus Capituli Provincialis electionem Definitoris, vel Diſcreti fieri neceſſe fuerit, ſufficit, quòd Prior Provincialis cum PP. Definitorii ad hujuſmodi electionem conveniant, & fiant tunc per Ballottulas, ſicut fiunt Priores in Capitulo Provincialis.*

III. Rurſus in præfatis *Conſtit. dicto cap.7. num.12. §.2.*
57 decernitur: *Ad hoc autem, ut prædicti Patres Definitorii hujuſmodi authoritatem, & poteſtatem ſine aliqua ambitionis nota exercere liberè poſſint, ſtrictè prohibemus, nè aliquis eorum eligi poſſit ad aliquod Officium, cujus proviſio ad Definitorium pertineat, ſed inter alios Provinciæ Patres Officia prædicta diſtribuantur, Dei timore, atque Ordinis honore ante oculos propoſito.*

IV. Quia verò in quodam Decreto Sacræ Viſitationis Apoſtolicæ ſub Clement. VIII. emanato die 1. Aprilis 1601. inter cætera, quæ ibi definiuntur §.2. hæc habentur; *Che*
*li Preſidenti deputati non poſſono eſſer eletti Provinciali, ne* 58
*ſia lecito al Generale, o Vicario Generale Apoſt. di poterne nominare alcuno, ne per Diffinitore, o Diſcreto, li quali ſi doveranno eleggere canonicamente nel Capitolo Provinciale da quelli, che di ragione hanno la Voce attiva, ſenza nominare alcuno, di modo che l'elezzione ſia libera, e non riſtretta a Perſona alcuna.*

V. Cùm autem nonnulli ex Auguſtiniana Familia Reli-
gioſi adhùc contendant, neceſſe minimè eſt, quòd in præ- 59
ſenti electio Definitoris, & Diſcreti, quæ fit in pleno Capitulo Provinciali, ſit cononica, ſed in quos plura Vota conveniunt in Definitores, vel Diſcretos legitimè electi habeantur.

VI. Item quòd electio eorundem Definitoris, & Diſcreti
pro Capitulo Generali, quæ quandoque fit in Capitulo pri- 60
vato Provinciæ, poſſit adhùc fieri per Ballottolas, fiunt Priores in Capitulo Provinciali, quia indicatum Decretum Sacræ Viſitationis fortaſſis in aliquibus Provinciis non fuerit in uſu.

VII. Et quia major inſuper quæſtio oritur, an aliquis de
corpore Definitorii Provinciæ poſſit eligi in Definitorem, 61
vel Diſcretum Capituli Generalis, quia frequentiſſimè evenit ob inconſtantem rerum humanarum viciſſitudinem, quòd quibuſdam in Provinciis nonnulli, qui ad Definitores, vel Diſcreti munus pro Capitulo Generali aſſumpti fuerant, aut ſortem ſuam in melius commutaverint, aut ceſſerint fato, aut, legitimis præpediti occupationibus, non poſſint Generali Capitulo intereſſe, & ideo alii ſint ſufficiendi in Definitores, & Diſcretos, ne Provinciæ careant Jure ſuffragandi.

VIII. Supplicat igitur Dominicus Valvaſorius Mediola-
nenſis, totius Ordinis Eremitarum S.P. Auguſtini Vica- 62
rius Generalis Apoſtolicus, ut ad tollendas omnes Lites, & contentiones, quæ ſuboriri poſſunt, nec non ad formandum ſemel legem, quæ exactè obſervetur in poſterum, ne dedignentur ſequentia enodare Dubia.

Primò: An electio Definitoris, & Diſcreti, quæ fit in
pleno Capitulo Provinciali, debeat eſſe canonica, juxta 63
præſcriptum Sac. Congr. Viſit. §.4. indicatum, an verò adhùc ſervandæ ſint Conſtitutiones Ordinis, allegatæ §.1. propter conſuetudinem inveteratam?

Secundò: An electio ſimiliter Definitoris, & Diſcreti
pro Capitulo Generali, quæ fit quandoque in Capitulo Pro- 64
vinciali privato, facienda ſit per Ballottolas, ut decernunt Conſtitutiones Ordinis §.2. An per Schedulas? ut ſtatuit præfatum Decretum, relatum ſupra §.4.

Tertiò: An aliquis ex Electoribus, ſeu ex Corpore De-
finitorii, qui in Capitulo privato debet ferre Votum in ele- 65
ctione Definitoris, aut Diſcreti pro Capitulo Generali, poſſit ipſemet eligi, præſertim ſuppoſito, quòd electio fiat per Schedulas?

Quartò: An aliquis ex Electoribus, ſeu ex Corpore De-
finitorii poſſit ſtudiosè, & dedita opera non intereſſe ele- 66
ctioni, ut ipſemet eligatur in Definitorem, vel Diſcretum Capituli Generalis, aſſumpto opportunè alio Electore ex numero eorum, qui communiter dicuntur in ſupplementum, ſeu defectum, ut legitimè integretur numerus Suffragantium, qui neceſſariò ex novem conſtare debet?

*Sacr. Congreg. &c. die 24. Martii 1678. referente Eminen-*
*tiſſimo Baſadonio infraſcriptum in modum reſpondendum cen-* 67
*ſuit, nempè.*

*Ad 1. Electionem eſſe canonicè faciendam, itaut medieta-* 68
*tem Votorum excedat.*

*Ad 2. Electiones eſſe faciendas ad præſcriptum Sac. Concil.* 69
*Trid. cap.7. ſeſſ.25.*

*Ad 3. Negativè.* 70

*Ad 4. Servandas ſupraſcriptas Ordinis Conſtitutiones.* 71

# DISCEPTATIO IX.

## Ciſtercien. Capituli Generalis,

*PRO*

Præſide, & Abbatibus Provinciarum Tuſciæ, & Lombardiæ.

*CUM*

Aliquibus Oppoſitoribus.

## ARGUMENTUM.

*Validum quando dicatur Capitulum Generale, non obſtantibus vagis proteſtationibus, emiſsis à Vocalibus exeuntibus à Capitulo. Religioſi actualiter exiſtentes in pacifica poſſeſsione eorum Officiorum, an, & quando repelli poſsint à votando in Capitulis Generalibus, & Provincialibus?*

AD formam Conſtit. Congreg. Ciſterſienſis Italiæ, quæ componitur ex Provincia Lombardiæ, & Tuſciæ, cui fuit etiam unita Provincia Romana, convocato Capitulo
1 Generali in Monaſterio S. Ambroſii Majoris Civitatis Mediolani, comparuerint die 29. Aprilis 1719. in eodem Monaſterio omnes Religioſi, habentes vocem in eodem Capitulo Genarali: Verùm quia ſeptem ex eiſdem Vocalibus d. Provinciæ Tuſciæ excitarunt prætenſionem, quòd quatuor Abbates propriæ Provinciæ ſuffragium ferre non poterant ex cauſis, Præſidi Generali, ac toti Capitulo expoſitis, Capitulares, habita ſuper his matura diſcuſſione, in eo concorditer fuerunt ſenſu, quod dd. quatuor Abbates eſſent admittendi ad ferendum ſuffragium, quod ægreferentes dict. ſeptem Vocales die 30. ejuſdem menſis Aprilis contra dict. Generale Capitulum, ac omnes alios actus Capitulares proteſtationem emiſerunt, quia mediante generaliter, nulla ex-
2 preſſa cauſa particulari, proteſtabantur adverſus quoſcumque actus de nullitate, invaliditate, & inſubſiſtentia, ob defectum obſervantiæ plurium Bullarum Summorum Pontificum, & Ordinis Conſtit. & ob alia motiva, aliaſque ratione, cor. Sac. Congr. adducendas, ad quam denique appellationem interpoſuerunt.

Poſt interpoſitionem hujuſmodi appellationis, cum eadem die 30. Aprilis hora 21. 1 P. Vocales ingreſſi fuiſſent Capitulum, compertum fuit, abeſſe dict. ſeptem Religioſos Provinciæ Tuſciæ, qui vocati de mandato Præſidis, re-
3 nuerunt Capitulo intervenire; Exiſtimans autem idem Præſes, quòd vivæ voci omnium Capitularium facilè acquieſcere poterant, juſſit eos denuò vocari ab ore proprio coram Capitulo Generali exprimendum motiva, propter quæ ipſi eidem Capitulo inteteſſe recuſabant: Huic ſecundæ inſtantiæ obſequentes ſupradicti ſeptem Contradictores, coram eodem Capitulo comparuerunt, & dixerunt, ſe non poſſe, nec velle ſuffragium dare in Capitulo quod ipſi credebant eſſe nullum, ob intruſionem quatuor Vocalium, qui vocem in eodem Capitulo non habebant, propter motiva, quæ deduxerant, quibus confutatis, & audito unanimi conſenſu aliorum Vocalium, qui cenſebant, quatuor Abbates, de quibus erat controverſia, nullatenus à Capitularibus Seſſionibus poſſe excludi, ipſi diſceſſerunt à loco Capituli Generalis.

Verùm quia timebatur ulteriùs, quod diſcederent etiam à Monaſterio, ideo Præſes ad impediendum ſcandalum, quod ex repentino diſceſſu dictis ſeptem Vocalium oriri pote-
4 rat in Civitate Mediolani, eos paternè monuit, charitativèque fuit exhortatus, nè diſcederent à Monaſterio, donec ſaltem fuiſſet facta electio Definitorum; Sed monitiones, & preces nihil omninò valuerunt, nam dictis ſeptem Oppoſitores à Monaſterio ſtatim diſceſſerunt, non ſinè totius Civitatis Mediolani ſcandalo.

Poſt eorum diſceſſum, Capitulum Generale, compoſitum ex 38. Vocalibus, ad formam Conſtitut. Ordinis deve-
5 nit ad novas electiones, omneſque alios actus, peragi ſolitos in Capitulis Generalibus; Quæ omnia cùm pro parte dictis ſeptem Oppoſitorum, coram hac Sacra Congregatione prætendantur nulla, ideò concordatum fuit dubium concernens illius validitatem, quod affirmativè reſolvendum videtur.

Pro validitate enim ejuſdem Capituli militat inconcuſſa Juris præſumptio, & aſſiſtentia, juxta quas omnis electio præſumitur ritè, rectè celebrata, nec pertinet ad Electum, onus probandi validitatem electionis, ſed hujuſmodi incum- 6
bentia probandi nullitatem tota, & unicè refunditur in Oppoſitores, qui tenentur non dubiis, ſed liquidiſſimis probationibus demonſtrare vitia ſubſtantialia electionis, & alia, quæ nec etiam ſanari ſoleant per clauſulam *Supplentes*, quemadmodum eſt communis opinio omnium Scribentium, de qua *Abb. in cap. Videlicet num. 6. & ſeq. de Præben. in 6.* ibique *Geminian. num. 2. Paſſerin. de Elect. cap. 32. num. 69. Rot. dec. 189. num. 25. & 26. par. 6. & dec. 244. num. 34. par. 8. rec.* 7
*& in Albaricen. Canonicatus* 10. *Maii* 1700. *§. Sed antequam coram Molin.* cum aliis, citatis in *tom. 3. par. 1. diſcept. 13. numer. 2.*

Præcipuè quia indubitatum eſt, quòd idem Capitulum fuit legitimè convocatum, quodque in eodem interſuerunt 38. 8
legitimi Vocales, ideoque adverſus dictum Capitulum nulla objici valet exceptio nullitatis, cum exploratiſſimi Juris ſit, Capitulum, celebratum ad formam Conſtit. Ordinis, eſſe validum, & legitimum, juxta diſpoſita per *Conc. Trid. ſeſs. 25. cap. 7. in fine de Regular.* & animadverſa per *Barboſ. Vot.* 9
*deciſ. 39. num. 13. Portell. in Dub. Regular. verb. Elect. num. 63. & Paſſerin. de Elect. cap. 9. num. 68. & cap. 53. num. 20.*

Signanter quando, ut diximus, ex 45. Vocalibus ſeptem tantùm voluntariè abſentarunt ſe à Capitulo Generali; In quibus terminis, cùm non ſolum duæ ex tribus partibus, ſed etiam quinque ex ſex partibus interfuerint, applicatur concluſio, quòd major pars facit, totum Capitulum feciſſe videtur *cap. Quia propter, cap. Eccleſia veſtra il 2. & cap. In* 10
*Geneſi de Elect. cap. Cum in cunctis; & toto tit. de His, quæ fiunt à major part. Cap. Sigiſ. Bonon. de Elect. dub. 36. num. 8. Rot cor. à Burat. dec. 225. num. 2. & dec. 400. num. 1. par. 16. & dec. 169. num. 3. & dec. 171. num. 1. par. 19. rec.* cum aliis, citatis in *tom. 3. par. 1. diſcept. 11. num. 12.*

Aliàs enim actum eſſet de electionibus Capitulorum generalium, Si (ad inſtar Dietarum Poloniæ) eſſet in poteſtate cujuſlibet Religioſi, ſub pretextus, quod unus, vel alter Vocalis ſit inhabilis, impedire celebrationes Capituli generalis, quod non niſi magnis impenſis, ac æqualibus qualifi- 11
catorum Religioſorum incommodis coadunari ſolet: Imò ferè nunquam deficeret aliquis contradictionis ſpiritus, qui ex particularibus motivis unam, vel aliam cauſam figurando, validè Electum excludere non procuraret, eſſetque proindè ampla, & ſpatioſa aperta via annullandi omnes canonicas electiones, ut benè obſervat *Abb. in cap. Quia propter* 12
*§. Niſi ſub num. 6. de Elect.* ibi: *Nec tenebatur Jus eorum omittere propter appellationem, & contradictionem, quia non tenetur quis omittere Jus ſuum propter ſententiam privationis, quæ poſſet fieri in futurum. Dec. in cap. Quia quæſitum num. 2. de Offic. deleg. Spad. conſ. 148. num. 2. & 3. volum. 3. Dian. par. 1. tract. 17. fol. 66. per tot Molin. de Juſtit. & Jur. tom. 1. tract. 2. diſp. 96. num. 8. Paſſerin. de Election. cap. 14. num. 47. & cap. 31. num. 23. Rota coram Coccin. deciſ. 2021. numer. 15. & in recentior. deciſ. 313. numer. 22. part. 19. & in Colonien. Abbatiſſatus 15. Janur. 1689. §. Definit. cor. Hervavult.*

Ex quibus communiter receptis propoſitionibus uno ore inferunt Doctores, quòd diſceſſus Capitularium in his caſibus nullatenùs impedit validam celebrationem, & continuationem actuum capitularium: *Abbas in cap. In Geneſi num. 9. de Election. & in ca. Cùm nobis num. 13. eodem tit.* ibi: *Idem* 13
*enim eſt Capitulares, legitimè vocatos, non venire, ac poſtquàm venerint, recedere inſubſiſtenti prætextu. Tondut. Reſol. Benefic. par. 1. cap. 86. num. 4. Tamburin. de Jur. Abbat. tom 1. diſp. 5. quæſt. 13. num. 33. Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 19. num. 6. Frances de Poteſt. Cap. Sede vacante quæſt. 12. tract. 1. num. 2. Conciol. allegat. 21. num. 9. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap 17. num. 17.* ubi, quòd exeuntes à loco Capituli ſe faciunt extraneos, & non computantur am- 14
plius in numero Electorum, quòdque totum Jus eligendi conſolidatur in iis, qui remanent: *Anſald. in addit. ad deciſ. 86. num. 85. & 86.* ubi, quòd ſtante voluntario receſſu Vocalium, juridicè convocatorum, Capitulum dicitur integrè 15
remanere in illis, qui in eodem Capitulo perſeverantes, ad Canonicas electiones devenerunt, cum aliis, citatis *in tom. 1. par. 1. diſcept. 13. num. 78.*

Et in fortioribus terminis, quòd diſceſſus etiam ipſius Præſidentis à loco Capitulari, cum pluribus aliis Vocalibus, non impediat celebrationem Capituli, notant *Phyrin. ad* 16
*Conſt. Clem VIII. tom. 3. cap. 9. num. 15 verſ. Sed pone, Lavor. variar. lucub. tit. de Elect. cap. 19. num. 85. Paſſer. eodem tract. cap. 11. num. 69. verſ. Ex his, Bubal. en la Eſpocion. de la* Regla

*Regla de San Agoſt.par.2.quæſt.20.num.33. Samuel de Elect.*
*tract.1.diſp.2.controv.3.concluſ.12.fol.41. Adden. ad Buratt.*
*deciſ.251.ſub num.12.lit.B. Rota cor. Coccin. dec.1431.num.3.*
*verſ. Proùt*, cum aliis, citatis *à Rota in Caſalen. Primiceria-*
*tus 23. Junii 1689. §. Quia actus Capiturales, cor. Molines*,
*& in Tom.3.par.1.diſcept.14. à num 15.*

Sine ulla prorſus difficultate, quando, ut in præſenti ve-
17 rificatur, diſceſſus omni ex parte detegitur culpoſus, & af-
fectatus: Dum, vel conſideratur nuda illa proteſtatio, quam
fecerunt contra celebrationem Capituli generalis, & utique
iſta inepta prorſus detegitur ex ſola illius lectura, dum inau-
ditum prorſus eſt, quod in poteſtate unius, vel alterius Vo-
calis repoſitum ſit impedire celebrationem Capituli, cum
generaliſſima aſſertiva, quod Capitulum celebratur contra
Conſtit. Ordinis, & adverſus decreta Sacr. Congreg. abſque
aliqua ulteriori ſpecifica, & particulari individuatione, quæ,
& qualis eſſet iſta Conſtitutio obſtativa, & quale decretum
individualiter officeret validitati electionis, prout fecerunt
noſtri Oppoſitores in dicta generaliſſima, & vaga proteſta-
tione, quæſi in circumſtantiis noſtri caſus à Sacr. Congreg.
admitteretur, actum prorſus eſſet de valida celebratione Ca-
pitulorum generalium, ut, præter ſupra adductos in ſpecie
advertunt *Novar. in Summ. Bullar. par.2. comment.11. num.3.*
18 *Suarez de Relig. tom.4. lib.2. cap.11. tit.12. Roderic. Quæſt.*
*Regular. tom.1. quæſt.29. art.4. num.51. Caſtellin. de Elect.*
*cap.13. num.20. & 21. Card. de Luc. de Canon. diſc.25. num.6.*
*Pignatell. conſult.200. numer.4. tom.4. & Matthæucc. in Offic.*
*Cur. Eccleſ. cap.17. ſub num.17.* ibi: *Quamvis Egreſſi prote-*
*ſtarentur contra electionem, nàm non tenet proteſtatio, ut nul-*
*la electio fiat &c.*

In qua parte habemus punctualem reſolutionem hujus Sac.
19 Congreg. *in Taurinen. 8. Febr. 1715. Ponente Card. Caſino*,
in qua non obſtante ſimili vaga proteſtatione, & generali ap-
pellatione ad Sacr. Congreg. Partibus acerrimè informanti-
bus, reſponſum fuit pro validitate Capituli, in nulla pror-
ſus conſideratione habendo ſolemnem diſceſſum Oppoſito-
rum à loco Capituli, & ſolemniorem proteſtationem, & ap-
pellationem, emiſſam tempore dicti exitus, ut videre eſt in
*Tom.1. par.1. diſcept.13. per tot.* & ſignanter *num.13. num.50.*
20 *& ſeqq. num.163.* In qua proceſſum fuit cum illa ſolita, &
Textuali diſtinctione, quæ mirabiliter præſenti caſui appli-
catur, quòd ſcilicet, aut Oppoſitores appellant, ad hunc
præciſum finem, ut electio canonicè fiat, & tunc, termi-
nato Capitulo, videndum eſt, an electio in illo concluſa ſit
canonica, vel non; An verò, juxta terminos noſtri caſus,
appellatur ad hoc, ut nulla electio fiat à Capitularibus, ut
factum fuit exadverſo, ibi: *Proteſtati ſumus adverſus quoſ-*
*cumque, & ſingulos actus, tam electionis, quàm declarati-*
*vos, & definitivos, omneſque alios, factos, & faciendos à*
*cæteris PP. Abbatibus &c.* & tunc eadem appellatio in nulla
prorſus conſideratione habetur juxta *Textum in cap. Cùm no-*
21 *bis 19. de Election.* ibique *Gloſſa verb. Nulla*, cujus verba,
& concordantes authoritates referuntur *in dicta diſcept.13.*
*num.20. par.1. tom.1.*

Vel conſideratur proteſtatio, exadverſo emiſſa, tanquam
veſtita cauſa illa, antecedenter expoſita, quòd in Provin-
22 cia Tuſciæ aderant quatuor Abbates, qui non debebant ad-
mitti ad votandum in Capitulo; Et hæc utique cauſa mani-
feſtat potiùs frivolum prætextum, oſtenditque evidentem
contumaciam dd. Oppoſitorum, quàm aperiat ſolidum, &
fundatum motivum appellandi, & proteſtandi; Ipſi enim
non ignorabant, nec ignorare poterant proprias Conſt. no-
ſtræ Congreg. Ciſtercienſis in quibus *cap.75. fol.70.* cautum
eſt, quòd ſi quis prætendat, aliquem Abbatem non poſſe
Votum in aliquo Capitulo habere, teneatur à prima Domi-
nica Quadrageſimæ per ſex dies continuos illum Regimini ſo-
lemniter denunciare, ac manifeſtare, quo tempore elapſo,
non datur amplius accuſandi, vel denunciandi locus; Si
igitur Conſtitutiones noſtri Ordinis, quæ tanquam leges par-
ticulares ejuſdem debent omninò ſervari, ex adductis per
23 *Barboſ. Vot. deciſ 126. num 6.* & per viam legis demandavit
*Conc. Trident. ſeſſ.21. de Regular. cap.7* ibi: *In reliquis ſer-*
*ventur ſingulorum Ordinum Conſtitutiones*; *Et à ſan. mem.*
*Clemente VIII. Conſtit 60. §. 23.* ibi: *In ſuperiorum, & Offi-*
*cialium omnium electionibus forma, præſcripta à Sac. Concil.*
*Trident. & Ordinis Conſtit. inviolabiliter ſervetur*, in his ca-
ſibus literaliter mandant, audiendos non eſſe illos, qui elapſo
dict. tempore, reclamant, extranea prorſus remanet exce-
24 ptio ſuppoſitæ inhabilitatis dict. quatuor Abbatum, dum illa
juridicè, & ſolemniter proponi debebat longè antea, in pri-
ma ſcilicet Dominica Quadrageſimæ, juxta præciſum tem-
pus, à Conſtitutionibus ſtabilitum, & propterea non ſine
myſterio forſan has exceptiones, licet infeliciter, propo-
ſuerunt Oppoſitores in limine Capituli Generalis, de quo
tempore, etiam attenta diſpoſitione Juris communis, Do-
ctores unanimiter tenent, ſimiles exceptiones, in limine ce-
lebrationis Capituli Generalis propoſitas contra Vocales,
exiſtentes in poſſeſſione eorum Officiorum, rectè dici poſſe,
ac ſolidè præſumi fraudolentas, & doloſas, ad effectum ſci-
licèt impediendi expeditionem actuum Capitularium, ex
adductis per *Paſſerin de Elect. cap.3. num.13. Barboſ. Vot. de-* 25
*ciſ.47. num.187. Caſtellin. de Elect. cap.13. num.20. & Card.*
*de Luc. de Regular. diſc.12. num.5. & diſc.27. num.8. verſ.*
*Verum, & num.20.*

Et in longè durioribus terminis Sententiarum, ſervatis
ſervandis latarum contra Vocales, ipſoſque privantium vo-
ce activa, & paſſiva, quòd promulgatæ intra menſem ante 26
celebrationem Capituli, nullo modo attendi debeant, ſed
illarum exequutio differenda ſit ad tempus completi Capitu-
li, per viam legis generalis *die 14. Decembris 1601.* declara-
vit *Clemens VIII.* juxta verba illa, quæ refert, *Matthæucc.*
*in Offic. Cur. Eccleſ. cap.18. num.10. Privatio Vocis activæ, &*
*paſſivæ, ac inhabilitatis decreta, ſententiæquè, ab eiſdem* 27
*Superioribus Ordinis latæ, nè deinceps in ipſo electionis actu*
*pronuncientur, promulgenturque, atque etiam promulgatæ*
*Vocales minimè afficiant, niſi per menſem antè fuerint intima-*
*tæ, proùt Sanct. Sua omninò vetuit.*

Imò ad omnem abundantiorem cautelam noſtro caſui ap-
plicatur receptiſſima illa opinio, quod Vocalis, etiam reve-
ra non legitimus, ſed putativè ſolùm talis, ratione poſſeſ- 28
ſionis Officii, in quo pacificè reperitur, habet Jus votandi
in Capitulo, & eſt manutenendus in dicto ſuo Jure, ante-
quam in Judicio petitorio, ſer. ſer. declaratus fuerit poſſeſſor
malæ fidei, & non legitimus Vocalis; In qua parte apertiſſi-
mi ſunt Sac. Canones, diſponentes, quòd electio illa valida ſit,
in qua Votum dederunt illi Vocales, qui ratione eorum pacifi-
cæ poſſeſſionis habent Jus quæſitum votandi, ut videre eſt in
*Cap. Quærelam de Elect. & in cap. Cùm Eccleſia Sutrina de*
*Cauſ. poſſeſ. & proprietat.* ubi Repetentes communiter, cum 29
aliis concordan. ſequutis à *Paſſerin. de Elect. cap.14. num.36.*
*& 38. Rot. in Comen. Archipresbyteratus 17. Junii 1715. §.*
*Contra hanc cor. Falconerio, meritiſſimo Urbis Gubernatore*,
*& 12. Junii 1716. §. Neque verò coram eodem.*

Dum igitur dd. quatuor Abbates, quorum Vota exadver-
ſo in controverſiam fuerunt adducta, nil aliud fecerunt in
dict. Capitulo Generali, quàm pacificè continuare in eorum 30
antiqua poſſeſſione, quæ ſe extendebat uſque ad dictum præ-
teritum Capitulum Generale incluſivè; Ex hoc etiam capi-
te vanum prorſus remanet in dubium revocare, quòd vali-
dè in eodem Capitulo Generali potuerint Vota dare, ac Suf-
fragium ferre, per ea, quæ in ſpecie obſervant adducti per
*Paſſerin de Elect. cap.14. num 36. & 38.* Cauſa enim poſſeſ- 31
ſionis tolli non poteſt cum diſputatione proprietatis poſt
actum conſummatum, quæ nunquam retrotrahitur ad re-
tractandum actum, ratione legitimæ poſſeſſionis pacificè
expletum, juxta notos *Textus in cap. Conſultationibus de Ju-*
*repatron. & in cap Querelam de Elect.* cum concordant ci-
tatis *à Rot. in magiſtrali deciſ Mediolanen. Beneficii 1. Apri-* 32
*lis 1708. §. 1. cum pluribus ſeqq. coram Anſaldo, & in Fir-*
*mana Beneficiorum 11. Januarii 1715. §. Siquidem coram*
*Lancetta.*

Habemus præterea uno ore à Doctoribus admiſſum, quòd
ſtante actu legitimè expleto, vigore pacificæ poſſeſſionis;
non eſt licitum in dubium revocare originem tituli de actu
præterito, & conſumato, ad tollendum Jus quæſitum ex 33
poſſeſſione, juxta æquè practicum, & quotidianum exem-
plum in Beneficialibus reſpectu ultimi Status; Si quis enim,
ſivè benè, ſivè malè, in ultimo ſtatu acquiſiverit Beneficii
poſſeſſionem, occaſione diſputandi in ultima vacatione col-
lationem litigioſam, nunquam ponitur in dub. collatio præ-
cedens in ultimo ſtatu, dum actus eſt conſumatus, & per-
fectus, ea convincenti ratione, quia in his terminis atten-
ditur ſola poſſeſſio in vim tituli, cujuſcunque qualitatis ille
ſit, etiam putativè ab aliquo acquiſita, ut benè obſer-
vat *Paſſerin. de Election. cap.11. numer.14.* ibi: *Illi verò* 34
*omnes cenſendi ſunt Vocales, & vocandi, quibus de Jure*
*competit Jus eligendi, vel qui eſt in quaſi poſſeſſione eligen-*
*di, licet nullum aliud Jus pro ſe habeat*, & concordat *Pa-*
*normitan. in dicto cap. Querelam numer.5. de Election.*
ibi: *Nota, quod ad validitatem electionis &c. non requiri-*
*tur neceſſariò, quòd Eligentes habeant Jus eligendi,*
*ſed ſatis eſt, quòd ſint in quaſi poſſeſſione eligendi,*
*& Gonzal. numer.9.* ibi: *Sufficit Electo &c. probare,*
*Eligentem eſſe in quaſi poſſeſſione eligendi tempore electionis.*

Et in terminis Juris præſentandi, quòd non attendatur de-
35 fectus, & nullitas tituli, ſi quis poſſideat, advertunt *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtol. par. 1. cap. 5. numer. 131. Marant. tom. 3. reſponſ. 44. num. 34. Lotter. de Re benefic. libr. 2. cap. 45. num. 12. Noguerol. allegat. 18. nu. 137. Div. Piton. diſcept.... num. 57. verſ. Tum primum*, & firmavit *Rot. in Mediolanen.*
36 *Prioratus 15. Febr. 1700. §. Idque cor. Molin. & 5. Maii 1702. §. Et tanto magis cor. Priolo, & in Pennen. Beneficii 17. Martii 1710. §. Ex hoc, cor. Aldrov.*

Quibus ad exuberantiam accedit, quòd exceptio, ſerotinè propoſita adverſus dd. quatuor Abb. Provinciæ Tuſciæ, apparet prorſus inſubſiſtens: Duæ etenim fuerunt propoſitæ
37 nullitates. Una reſtricta ad perſonam Abbatis Bianchi, & alia, reſpiciens perſonas aliorum trium Abbatum, videlicet Allegri, Fautilli, & Stellucci: Reſpectu primi dicebatur ex adverſo; nulliter fuiſſe electum Abbatem à Capitulo, celebrato anno 1714. ex quo de eo tempore nulla vacabat Abbatia: Reſpectu verò dictorum aliorum trium Abbatum dicebatur, illos non fuiſſe validè, & canonicè electos, quia tempore, quo electi fuerunt, inter PP. Regiminis Provinciæ Tuſciæ numerabatur P. Abbas Dami, qui non poterat inter eoſdem Patres de Regimine, juxta contrarium ſenſum, cooptari ob defectum vacationis à Regimine per triennium completum.

Reſponſiones autem adverſus hujuſmodi frivolos præte-
38 xtus, non poſſunt eſſe clariores, neque magis ſolidæ, Etenim reſpectu P. Abbatis Bianchi contraria exceptio redditur evidentiſſimè inſubſiſtens ex mero facto, in quo conſtans eſt, quòd anno 1714. tres vacabant Abbatiæ, duæ videlicet ob renunciationes, factas ab Abbatibus Severino Hirandoni, & Roberto Cervardi, & tertia vacabat ob ſententiam depoſitionis, ſervatis ſervandis latam contra Abbatem Jacobum Balducci. Hinc perneceſſe fatendum eſt, quòd, dato etiam, quòd Sententia depoſitionis, lata à Capitulo generali contrà dictum Abbatem Balducci, non præſetuliſſet actualem vacationem Abbatiæ, ex quo Sacr. Congreg. ad quam dictus Abbas degradatus appellavit, cenſuit, degradationem non ſubſtineri, ſed ipſum P. Abbatem validam emittere debere renunciationem dictæ Abbatiæ; Adhùc tamen non indè inferri valet, dictum Abbatem Bianchi obtinuiſſe Abbatiam de tempore, quo nulla alia Abbatia vacabat; dum præter dictam Abbatiam A. Balducci depoſiti, duæ aliæ præcedenter actualiter vacabant per renunciationem: Sicque Abbas Bianchi non ſucceſſit in locum dicti Abbatis Balducci degradati; ſed occupavit locum unius ex illis duobus Abbatibus, qui eorum Abbatias renunciaverant in manibus Capituli, ut ictu oculi reſultat ex ſola pervolutione Actuum Capitularium, datorum in Summario.

Reſpectu verò dictorum aliorum Abbatum Allegri, Fau-
39 tilli, & Stellucci; corruit pariter contraria prætenſio, obſervando, quod Abbas Stephanus Dami, qui inter Patres de Regimine pacificè ſedebat, à toto Ordine reputabatur legitimè aſſumptus: Nec Oppoſitoribus ſuffragari valet diffugium, quòd ipſe non poterat cooptari inter dictos Patres de Regimine, ex quo nondùm vacaverat per triennium. Quia noſtri *Ordinis Conſtit. cap. 22.* loquitur de Confirmationibus, faciendis in Capitulo generali: In illo enim electus in antecedenti Capitulo, non poteſt iterùm eligi, vel confirmari in ſubſequenti Capitulo generali, niſi vacet per triennium, ut videre eſt *ex eodem cap. 23.* Sed in caſu præſenti in ſubſequenti Capitulo Pater Abbas Dami non fuit electus inter Patres de Regimine, ſed electio ejuſdem fuit facta longè poſt celebratum Capitulum, & quidem ex eo, quia unus ex Patribus de Regimine deceſſit intra quinquennium: Undè alii Patres de Regimine cooptarunt in locum demortui dictum Patrem Abbatem Dami; In his etenim terminis vacatio, quæ juxtà Conſtitut. Ordinis, requiritur per triennium, non habet locum in illis Religioſis, qui aſſumuntur in locum alterius Religioſi poſt Capitulum demortui, ea ratione, quia iſti non eliguntur, nec confirmantur à Capitulo, ſed aſſumuntur ab ipſis Patribus de Regimine in locum Socii defuncti, in quibus terminis non habent locum Conſtitutiones, loquentes de reelectionibus, ſeù confirmationibus, in Capitulo concedendis, niſi poſt certum tempus vacantiæ, juxta reſolutionem *hujus Sacr. Congregat. 6. Auguſti 1700. referen-*
40 *te cl. mem. Card. Gabriell.* Quod literaliter demandatur in dicto *Cap. 23. in fin. noſtrarum Conſtit.* in quibus ea, quæ priùs ſancita fuerant reſpectu Præſidentis, ut non poſſet poſt triennium confirmari, imò finito triennio, vacare debere per ſexennium, limitantur in caſu (qui eſt noſter preciſus) ut locum non habeant in eo, qui ſubrogatur in locum demortui, ſed id procedat reſpectu electi in Capitulo generali juxtà clara illa verba: *Præſidens ultra triennium minimè confirmari poteſt, imò finito triennio per ſexennium Præſidentatu vacet,* 41
*quòd locum habeat in Præſidente à Capitulo electo, non autem in eo, qui ſubrogatus fuerit in locum demortui intra triennium; Is enim poſt triennii vacationem poterit ad dictum Præſidentatum reaſſumi.*

Et jure meritò, quia dum Conſtitutio loquitur de confirmatione, non concedenda à Capitulo, niſi certo tempore 42
tranſacto, eadem Conſtitutio non comprehendit caſum, quo electiones, non fiunt in Capitulo, prout ſunt vacationes, quæ eveniunt per mortem Officialium poſt celebratum Capitulum, dum de hoc caſu Conſtitutio non loquitur juxta theoricam. *Jaſon. in leg. Certi conditio §.... n. 9.* ubi *Socc. num. 18.* 43
*ff. Si cert. petat. Cyriac. contr. 258. num. 13. Rot. in rec. dec. 43. num. 2. cum ſeq. par. 7. deciſ. 366. num. 6. par. 15. & deciſ. 488. num. 9. par. 17.*

Maximè quandò agitur de Conſtitutione, correctoria diſpoſitionis Juris communis, quæ nec minùs extenditur ad caſum diverſum, non ſolùm ex identitate, ſed nec etiam ex 44
majoritate rationis, per ea, quæ obſervat *Honded. conſil. 8. num. 16. lib. 1. Surd. conſ. 416. num. 25.* & firmavit *Rot. in rec. deciſ. 68. num. 11. par. 19.* De Jure etenim communi certum eſt, quòd confirmatio in eodem Officio abſque dubio permiſſa eſt, juxtà notata per *Navar. comment. 3. de Regular. nu. 3. verb. Confirmatur, & conſil. 7. num. 8. de Stat. Monach Pignatell. conſult. 33. tom. 10. per tot.* & ſignanter *num. 1. & 16. & num. 30.* & concordant adducti *per Paſſerin. de Elect. cap.* 45
*35. num. 25. Lezan. quæſt. Regular. tom. 1. par. 1. cap. 18. num. 10. & Donat. in Prax. Regular. tom. 2. part. 1. tract. 9. quæſt. 11. num. 1.*

Minuſque ſuffragatur decretum hujus Sacr. Congreg. quia illud emanavit ad tenorem expoſitorum in ſupplici Libello 46
eidem porrecto, in quo nullum aliud habetur verbum, quam circa electiones, faciendas à Capitulo generali, eò quia aliqui ad eludendam legem curabant paulò ante doloſè renunciare, ut ſub iſto ideali pretexu poſſent poſtmodùm ab eodem Capitulo generali confirmari, ut apertè eodem ſupplici Libello.

Sinè ulla prorſus difficultate etiamſi per inſubſiſtentem hypoteſim dici velet, P. Abbatem Dami non potuiſſe cooptari in numero PP. Regiminis: Adhùc enim ejus admiſſio nul- 47
latenus influeret in nullitatem Actorum, ſervatis ſervandis à majori parte dd. PP. geſtorum, ea ratione, quia in his terminis Inhabilis Votum nunquam vitiat actum, legitimè expletum à majori parte Vocalium, cum ſola limitatione hujus concluſionis (quæ quantùm fundata eſt in Jure, tantùm diſtat à facto in noſtris terminis) quando ſcilicèt admittentes inhabilem habent certam, indubitatamque ſcientiam illius inhabilitatis, ut præter generalia, de quibus habemus *Textum in cap. Cipitulum 30. num. 9. de Reſcript.* cum concordantibus, citatis *à Ruin. conſil. 21. num. 6. Verb. Item penden-* 48
*te Rot. cor. Coccin. deciſ. 1552. num. 4. & cor. Cerr. deciſ. 22. numer 6.* probat *Sayr. de Cenſur. lib. 2. cap. 2. ſub num. 10. Verb. Sicut etiam, Paſſerin. de Elect. cap. 25. num. 457. Verſ. Talis tamen Paſqualig. Quæſt. moral. Cent. quæſt. 17. per tot* ubi *num. 3.* ſequentem adducit congruam rationem *Qui malè eli-* 49
*gunt non debent præjudicare iis, qui benè eligunt, nec impedire, quòd non ſequatur electio, & ideò ſi, non computatis ſuffragiis inutilibus, adeſt electio, facta per Vota utilia, non debet impediri per inutilia. Caſtellin. de Elect. cap. 5. num. 4. & Card. de Luc. de Regul. diſc. 3. ſub num. 7. Verſ. Quamvis, & diſc. 53. num. 13.* ibi: *Cum Vota fuiſſent concordia, nil re-* 50
*ferebat dict. interventus cum mixtura non habent Votum, nam Contradictor non præjudicat electioni, quæ ab aliis benè concluſa ſit, dum difficultas cadit, quando talia Vota illegitima ipſam electionem concluderent, ſecùs autem ubi, ipſis etiam non intervenientibus, actus eſſet benè concluſus.*

Imò non ſolùm ex parte Eligentium requiritur ſcientia certa, & indubitata inhabilitatis Electoris; Sed ad effectum 51
inficiendi Vota aliorum requiritur ulteriùs, quòd admittatur inhabilis, inabilitate notoria, & evidenti, puta ſi admittatur notoriè excommunicatus, vel Laicus, ſeù Sæcularis, ut diſtinguendo tradunt Authores illi, quos citat, & ſequitur *Paſſerin. de Elect. cap. 3. num. 17. in fine, & num. 108. & cap. 14. num. 24. fol. 188.*

Et propterea per modum falſæ hypotheſis dato, ſed nunquam conceſſo, quod P. Abbas Dami, qui ſedebat inter Patres de Regimine, vocem non habuiſſet, adhùc, quia alii Patres de Regimine erant ſex, & juxta *Conſtit. Ordinis cap.* 52
*22. ſub tit. Præſidenti, Prælatiſvè decedentibus, vel amotis, quomodò ſuccedatur fol. 27.* ad effectum eligendi Abbates non requiritur, ut omnes PP. de Regimine concordent, ſed

ſed ſufficit, quod Electus habeat majorem partem ſuffragiorum; Clariſſimum remanet, quod dum iſti tres Abbates fuerunt concorditer electi ab omnibus aliis quinque Patribus de
53 Regimine, ut ingenuè teſtantur Patres Scrutatores, ſuſtinetur electio, quando apparet, ſubducto Voto inhabili, quod Electi habuerunt etiam majorem partem Votorum, juxtà receptam Doctrinam *Suarez*, qui dicit, in his caſibus interpellandos eſſe Scrutatores electionis, ad hoc, ut ſciatur, an convenerint ad electionem omnia Vota, & cognito, quod Votum inhabilis non fuerit deciſivum, ſed ſuperfluum, Electio eſt valida, ut recognoſci poteſt in *tom. 1. part. 3. diſput.*
54 *14 ſect. 7. numer. 11.* cum aliis, ſequutis *à Paſſerin. de Elect. cap. 4. num. 19. & ſeqq. & cap. 14 num. 24.* Cum quibus, aliiſque, ſupra citatis, proceſſit hæc Sac. Cong. in *Baren. pro Fratribus de Obſervantia diebus 18. Febr. & 3. Junii 1712. ad relat. Card. Corſini.*

Quæ omnia abſq; ulla prorsùs difficultate procedunt, quando, ut in præſenti punctualiter verificatur, Eligens eſt in pacifica poſſeſſione ſui Officii, ut notant communiter Caboniſtæ in *cap. Licet Epiſcopus, ubi Abb. num. 3. & ſeq. & Ge-*
55 *min. num. 12. de Præb. in 6, Cardin. de Luc. de Regul. diſc. 11 num. 11. Rot. cor. Coccin. dec. 2341 num. 38. & 39. & in recent. dec. 400 n. 1. p. 10. & in Leodien. Præpoſituræ 3. Martii 1684. poſt principium cor A berg.*

Die 19. Januarii 1720. propoſita Cauſa in Congr. Epiſcoporum per Cardin. Spinulam ſub ſequenti dubio: *An Capitu-*
56 *lum generale Congregat. Italiç ſuſtineatur*, reſponſum fuit: *Affirmativè*, cum addito, ut Cauſa ampliùs non proponeretur.

---

# DISCEPTATIO X.

## Saliſburgen. Sponſalium.

*INTER*

Joſephum Frantz.

*ET*

Annam Mariam Kauffmanin.

## ARGUMENTUM.

*Ob non adimplementum Sponſalium, quando locus ſit damnorum, ac expenſarum refectioni, ſiue de Jure, ſiue ex Partium conuentione, & quid dicendum de Arrhis, occaſione Sponſalium conſtitutis.*

Contractis anno 1692. inter Joſephum Bonaventuram Frantz, & Annam Mariam Kauffmanin Sponſalibus, ut ex pluribus Epiſtolis & aliis actibus, regiſtratis in volumi-
1 noſo Proceſſu, inſtetit idem Frantz pro illorum effectuatione, & tandem die 7. Octobris 1695. in Curia Saliſburgen. obtinuit Sententiam, declarantem, eandem Kauffmanin obligatam eſſe Matrim. cum ipſo contrahere.

Verùm quia in evidens ſpretum ejuſdem Sententiæ, & evidentiorem contemptum ſpecialis præcepti de non converſando cum Chriſtophoro Paronſein, aliud de facto cum eodem
2 contraxit Matrimonium, per quod antecedentia Sponſalia remanſerunt diſſoluta, juxta firmata per *Rotam in Lunen. Sarzanen. Sponſalium 23. Februarii 1665. §. Nec effectuationem cor. Benincaſ* & reſoluta à *C. C. in Reatina Matrimon. 6. Februarii 1700.*

Hinc idem Frantz intentavit in eadem Curia actionem
3 injuriarum, ſibi illatarum, uti Doctori, & Nobili, æſtimandam ſcutis 3000. auri, petiitque ſibi Juſtitiam miniſtrari, & ad ſolutionem ejuſdem ſummæ condemnari eandem Kauffmanin.

Inſtantiam autem non admiſit Judex de Partibus, ſed, illam reiiciendo, per aliam Sententiam declaravit, actio-
4 nem injuriarum æſtimatoriam non competere Frantz, compenſatis nihilominùs litis expenſis ex rationabili cauſa, eid. Judici beneviſa.

In hoc ſtatu, & ante proſecutionem appellationis in ſenſu veritatis quæritur: *An ead. Sententia ſubſiſtat?*

Crederem autem illam eſſe fundatam, nullamq; actionem
5 injuriarum æſtimatoriam competere in caſibus Sponſalium, non adimpletorum.

Moveor ex libertate, indiſpenſabiliter requiſita ad contrahenda Matrimonia, quæ operatur, ut metus pœnæ pecuniariæ neminem invitum, & contra proprium libitum compellere debeat ad illa contrahenda, juxtà utriuſque Juris 6
apertas ſanctiones, ut de Jure Canonico videre eſt *in ca. Gemma 27. de Sponſal.* ubi *Gloſſ. verb. Libera*, & de Jure Civili *in leg. Filia 134. ff. de Verbor. obligation.* ibi: *Inboneſtum vi-* 7
*ſum eſt vinculo pœnæ Matrimonia obſtringi, ſive futura ſint, ſive jam contracta*, & obſervant *Abb. conſ. 48. in fine libr. 1. Ciarlin. controverſ. 104. num. 30.* ubi, quod pœna pecuniaria magis timeri ſolet, quàm cenſuræ, quodque ſi illa locum 8
haberet per indirectum impediretur libertas in Matrimoniis, & in fine teſtatur in ſuo caſu, abſolutum fuiſſe Sponſum, nullamque paſſum moleſtiam, neque civilem, neque crimina- 9
lem, *Boſſ. de Matrim. cap. 11. §. 25. num. 414.* ubi, quod eſt concluſio omnium Doctorum, quos in magno numero citat, *Pont. eodem tract. lib. 12 de Sponſal. cap. 19. num. 6. & 7. Bonacin. Oper. mor. tom. 1. de Matrim. tit. de Sponſ. par. 1. punct. ultim. num. 6. & Rota cor. Priolo dec. 198. n. 10. & dec. 270. nu. 2. & in par. 10. rec dec. 93. n. 11.*

Et revocando Sententias Judicum de Partibus condemnantium Sponſos ad ſimiles pœnas pecuniarias, eſt punctualis *dec. 142. num. 6. & ſeqq. par. 15. rec.* ubi de pœna, æſtimata 10
& taxata à Judice in florenis 1000. irremiſibiliter Parti ſolvendis, & *cor. Benincaſ. dec. 66. num. 1. & ſeqq. & dec. 191. num. 2.* Quam Sententiam Juri Civili maximè conſonam recognovit, & admiſit *Henric. Brov. de Jure Connub. lib. 1. cap. 24. num. 27.* licet contrarium putet, attentis municipalibus legibus Hollandorum, ibi: *Diſputant Interpretes &c. An ad intereſſe agere poſſit Sponſus adverſus Sponſam, alteri nuptam &c. Affirmant alii, idque hoc argumento quoties promiſſum factum præſtari nequit, in faciendis obligationibus ſuccedit juſta facti æſtimatio, leg. 72. ff. de Verbor. obligat. Negant alii, quia pœnæ inſtar eſſet hoc intereſſe, & omnem pœnnalem ſtipulationem à Sponſalibus, & Matrimòniis remotam eſſe lex voluit, ne arbitrii ſumma libertas amitteretur, leg. 134. ff. de Verbor. oblig. &c. Secundam Sententiam Juri Civilis, maximè congruam eſſe cum Ficardo, priorem moribus noſtris maximè convenire puto.*

Licet autem major pars Authoritatum allegatarum loquantur de pœna conventionali, non autem de illa inflicta, vel infligenda à Judice ob violationem Sponſalium, adhuc tamen intentum concludenter probare videntur; Tum quia 11
major videtur ratio condemnandi Sponſum, recuſantem adimplere Sponſalia ad ſolvendam illam pœnam, ad quam ſponte, clarè, literaliter, & incontrovertibiliter ſe obligavit in caſu non adimplementi, quàm ad ſolvendam aliam, infligendam à Judice, quando dicta clara, & literalis obligatio non concurrit, ut de ſe patet, cum in primo caſu duo concurrant vincula, ſeu obligationes, nempè una, ortum habens à Juris diſpoſitione, & altera à proprio facto, ſeù voluntate; Tum etiam quia eadem prorſus militat ratio de 12
una, ac de alia ſpecie pœnæ, ad impediendam libertatem contrahendi matrimonia, ut individuo huic objecto reſpondendo firmavit *Rot. in deciſ. 142. num. 7. & ſeqq. par. 18. rec.* & de pœna non conventionali loquitur *Guttier. de Matrimon. cap. 17. nu. 14.* Et diſtinguendo damnum, emergens ex non adimplemento Sponſalium, ab intereſſe intrinſeco, & annexo violationi fidei, notant adducti in *dec 161. num. 2. & ſeq. coram Benincaſa.*

Quæ, ſi procedunt, quando Sponſus ex nulla legitima cauſa recuſat adimplere Sponſalia, & pœna fuit ſpecialiter conventa in caſum recuſationis, ut, ultra ſupra citatos, benè probant *Gonzal. in cap. Gemma ſub nu. 5. de Sponſal. & Boſſ. de Matrim. cap. 11. §. 25. num. 529.* ubi alii citantur concordantes; Quidquid ſubtiliter arguendo contrarium opinentur in caſu, quo Sponſus abſque ulla cauſa recuſet adimplere 13
Sponſalia *Pont. de Matr. lib. 12. cap. 19. n. 8. & 9. & Perez eod. Tract. diſput. 7. ſect. 1. n. 6.*

Multò magis habebunt locum in præſenti, attento, quod non affertur publicum documentum Sponſalium, ſed inferri 14
prætenduntur ex verbis, & epiſtolis amatoriis, circa quæ multa dici poſſent, concernentia, vel illarum irrelevantiam, vel inſubſiſtentiam. Et in omnem caſum allegat Sponſa pro motivo non adimplementi ex ſua parte indignationem Parentum, & timorem exhæredationis, quæ ſolet eſſe, & à DD. æſtimari juſta cauſa pro illorum non effectuatione, ut videre eſt apud *Boſſ. de Matrimon. cap. 11. numer. 97. & ſeqq.* 15
ubi refert per extenſum *Rotæ deciſionem coram Penia*, idem comprobantem *Card. de Luca eod. tract. diſc. 8. num. 1. Add. ad Gregor. dec. 379. num 9 & Rot. cor. Burat. dec. 412. nu 6. & cor. Cavaler. dec. 447. nu. 2. & in par. 10. rec. dec. 19. num 56 & ſeqq.* & longè poſthæc ſcripta in *Comen Sponſalium 10. Junii 1705. cor. Molines.*

Nec

Nec contrarium probant *David Dering. in Bibliothec. Ju-*
16 *ris conſult. tom. 1. verb. Actio Injuriarum num. 105. folio 362.*
*Cothman. reſponſ.* 10. *par.* 1. *num.* 256. & alii pro hac opinio-
ne inclinantes. Loquuntur enim, quando nulla adducitur
cauſa à Sponſo reſiliente, & quod pejus eſt, dicti Authores
unicè ſe fundant in doctrina Lutheri, cujus verba referunt,
& ſequuntur, & propterea in nulla prorſus conſideratione
haberi debent; *Gobat.* autem *de Matrim. tract.* 10. *caſ.* 4. *nu-*
17 *mer.* 178. *& caſ.* 6. *num.* 266. loquitur de expenſarum refectio-
ne, de illis nimirùm, quas pro Sponſalibus fecerat unus ex
Sponſis, & pro quibus præjudicium ſentit ex non effectuatio-
ne Sponſalium.

Reſpectu autem iſtarum expenſarum obſervant DD. quod
18 cum illæ dicantur extrinſecæ, & ſeparatæ à Matrimonio,
quando non petuntur ratione violationis Sponſalium, nec
prætextu pœnæ, competit utique pro illis actio, dummodò
concludenter, & ſpecificè probentur ex adductis per *Sanchez*
19 *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 30. *num.* 14. *&* 15. *Guttier. eod. tract.*
*cap.* 17. *num.* 14. *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Sponſal.*
*quæſt.* 1. *punct. ultim. num.* 6. *& Bertacchin. Vot. dec.* 128. *per*
*tot.* & diſtinguendo firmavit *Rota cor. Beninc. dec.* 161. *&* 191.
*ferè per tot.*

Benè verum eſt, quod raró practicari ſolet refectio ſimi-
lium expenſarum, ſive quia cum difficultate probari ſolent,
juxtà caſum dd. *deciſ. coram Benincaſa.* Sive quia non ſolent
20 eſſe conſiderabilis præjudicii, ut obſervat *Fontaneli. de Pact.*
*nuptial. tom.* 2. *gloſſ.* 12. *num.* 12. ibi: *Intereſſe quod peti poteſt*
*in hac materia eſt, ſi Sponſus feciſſet expenſas, vel ſi aliam*
*Sponſam non ita divitem invenire poteſt, ſed hæc difficiliter*
*practicantur, ideò ea omittamus.*

Fortiùs autem omitti poſſunt in caſu præſenti, in quo non
21 adimplementum Sponſalium ſe tenet ex parte Fœminæ, ea
ratione, quia magnum præjudicium conſiderari tunc ſolet,
quando Sponſa decipitur, Sponſuſque recuſat adimplere Spon-
ſalia, attento quod non tam facilè Virum æqualem invenire
poteſt, mediante converſatione, & aliis actibus, inter ip
ſam, & priorem ſponſum geſtis, ut in ſpecie obſervat *Le-*
22 *deſm. de Matrimon. in addition. ad* 3. *par. D. Thom. quæſt.* 43.
*artic.* 1. *fol.* 108. *verſ. Prima concluſio, & fol.* 109. *verſ. Ulti-*
*ma concluſio.* Quæ omnia non verificantur reſpectu Viri, qui
eadem facilitate poteſt aliam Sponſam invenire, non obſtan-
te converſatione, & familiaribus actibus cum priori Sponſa
continuatis.

Quibus in univerſum non obſtat argumentum, deſumptum
23 ab Arrhis, quæ validè conſtitui poſſunt, & præſtantur pro
effectuatione Sponſalium *leg. Arrhis, & leg. final. Codic. de*
*Sponſal.* cum aliis, cumulatis per *Guttier. de Matrim. cap.* 18
*num.* 1.

Militat enim inter Arrhas, & pœnam pecuniariam, ſeu
24 actionem, injuriarum æſtimatoriam, diverſa ratio, quia
cum illæ traditæ ſupponantur ante contractum Matrimo-
nium, faciliùs, & ſuaviùs amittuntur, quàm ſolvatur pœ-
25 na non tradita, ut obſervant *Hoſtienſ. in Summ. tit. de Spon-*
*ſal. §* 1. *num.* 2. *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 35. *num.* 9.
*verſ. Tandem, Guttier. eodem tract. cap.* 18. *num.* 2. *Perez pa-*
*riter de Matrim. diſput.* 7 *ſect.* 2. *num.* 3. *verſ. prima pars, &*
*Boſſ. eod. tract. cap.* 2. *num.* 434. ubi quòd Arrha minus impe-
26 dit libertatem, quàm pœna ex triplici ratione, quia maturio-
ri conſilio traditur, quia timor illam amittendi, utpote jam
traditam, minor eſt, & quia cum Arrhæ traditio fiat de
præſenti, minor eſſe ſolet, quia unuſquiſque proclivior eſt
ad verba de ore, quàm ad pecuniam ex crumena depo-
nendam.

Demum non refragatur animadverſio, quod hæc omnia
27 procedant cum ſuppoſito, quod matrimonium ſequutum non
fuerit, quando poſſet verificari coactio, ſeu metus pœnæ
pecuniariæ ad illud non contrahendum; Secus autem poſt-
quam, ut in præſenti, Matrimonium de facto fuit contra-
ctum, & à Judice validum declaratum, in quibus circum-
ſtantiis inapplicabiles videantur termini libertatis, vel coa-
ctionis; Semper enim militat eadem conſideratio, idemque
28 timor ſolvendi pœnam, vel conventam, vel à Judice ta-
xandam, & infligendam, ſi iſta ob fidei violationem exigi
poſſet, & proinde in utroque caſu militare debet eadem Ju-
ris diſpoſitio, cum aliis ſupra expenſis, & in ſpecie de Ma-
trimonio jam contracto, & de pœna, taxàta à Judice poſt
multum tempus à die contracti matrimonii, & ſolvenda prio-
29 ri Sponſo, eſt d. punctualis *deciſ.* 142. *part.* 5. *rec.* confirmata
28. *Junii* 1669. *cor. Bevilaqua.*

Circa refectionem expenſarum, ob non ſequutum imple-
30 mentum Sponſalium vide curioſam quæſtionem apud *The-*
*mund. dec.* 289. *num.* 7 44. *&* 46. *& Raynald. tom.* 1. *ad cap.* 1.
*ſupplet.* 5. *num.* 121. an ſcilicet teneatur ad reficienda damna
recuſans adimplere Sponſalia ex illo motivo, quod poſt illo-
rum contractum, devenit ad Sponſi notitiam, quod Sponſa
habebat Cauterium, vulgò *Fontanella*, & reſolvunt, quod
non, quia Cauteria non ſunt infirmitates, ſed præcautiones,
non impedientia bonum Prolis; Quod tamen non ita facilè
admitterem, quia negari non poteſt, quod ſit imperfectio,
& defectus Sponſæ, & quidem talis naturæ, & qualitatis, 31
quod ſi à principio notus fuiſſet Sponſo, Sponſalia non facilè
contraxiſſet, & proindè Medicis hoc decidendum reliquo, id
judicando ex cauſa, propter quam Cauterium factum fuit,
& continuari debet.

## DISCEPTATIO XI.

### Romana Penſionis.

PRO

Henrico Krog.

CUM

Deſiderio Albano.

### ARGUMENTUM.

*Penſio, quando dicatur nulla, ex quo illius Termini exacti*
*fuerint ante Apoſtolicarum Literarum expeditionem. Et*
*quid dicendum, quando exactio facta fuit à Ceſsionario*
*commoditatis, non autem ab ipſomet Penſionario.*

Ex ſpeciali gratia ſanct. me. Clem. XI. anno 1719. Geor-
gius Henrius Krog proviſus fuit de Beneficiatu in Vati-
cana Baſilica, reſervata pro Perſona nominanda annua Pen- 1
ſione ſc. 50. monetæ, quæ deindè expleta fuit in perſonam
Deſiderii Albani, Conbeneficiati in eadem Baſilica, qui vix
reportata Signatura ejus Gratiæ, omne jus, omneque com-
modum ejuſdem Penſionis, nullo penitùs jure ſibi reſervato,
niſi illo redimendi ſemper, & quandocumque ceſſit, dedit,
& tranſtulit favore Fratrum de Barigionis pro ſcut. 140. quæ
ſumma fuit manualiter, & in contanti ſtatim exburſata, &
ſoluta eidem Albano; Reliqua verò ſcut. 50. dictum fuit re-
manere penès eoſdem de Barigionis ad effectum illa erogan-
di pro expenſis expeditionis Bullarum ejuſdem reſervatio-
nis Penſionis, mediante Ordine ſubſcribendo ab eodem Al-
bano, quatenus ipſe gratuitam condonationem dictarum ex-
penſarum non obtinuiſſet, quæ omnia deſumuntur ex pu-
blico Inſtrumento, deſuper ſolemniter ſtipulato die 14. Apri-
lis 1719.

Pervento tempore ſolutionis primi termini Penſionis, ma-
turati die 24. Junii 1719. Barigioni inaudita promptitudine 2
judicialiter egerunt coram Cardin. Vicario contra Krog pro
ſolutione ejuſdem primi termini dictæ Penſionis, obtenta-
que per eundem Krog à benignitate Judicis aliquorum pauco-
rum brevi dilatione, ad evitandam exindè decretam contra
ipſum mandati expeditionem, ſub die 1. Septembris ejuſdem
anni 1719. coactus fuit promptè exburſare dictis Fratribus de
Barigionis ſummam ſcut. 25. pro termino tunc decurſo.

Poſt talem æquè coactam, ac promptam exactionem ter-
mini ſoluti à Krog, qui tunc temporis nullos omninò fructus
ſui Beneficiatus perceperat, ex mero accidenti ad ejus noti-
tiam devenit, quod Literæ Apoſtolicæ reſervationis ejuſ- 3
dem Penſionis nequaquam fuerant expeditæ, adeoque reco-
gnito, quod ex præfata exactione primi termini, Literis
non expeditis, eadem Penſio ipſo jure remanſerat nulla,
juxta claram conditionem, in omnibus ſimilibus proviſio-
nibus apponi ſolitam, de qua ſermo redibit infra, apud Of-
ficiales Datariæ apponi curavit: *Nihil tranſeat*: ad impe-
diendam earundem Apoſtolicarum Literarum expeditio-
nem.

Verùm, citato Krog, nomine ejuſdem Albani, placuit
Cardin. Prodatario expeditionem dd. Literarum Apoſtoli-
carum permittere, cum ſequenti tamen ſalutari clauſula. 4
*Sine præjudicio jurium ambarum Partium*; Expeditiſq; dein-
dè Literis in ſequelam ejuſdem decreti, inſtetit Albanus co-
ram A. C. pro earundem Literarum executione, ac pro re-
laxatione Mandati pro altero termino Penſionis, interim
decurſo; Porrecto autem ſupplici Libello ex parte Krog ſa.
mem Clemen. XI. pro deputatione Congreg particularis, ad
effectum eltiùs terminandi præſentem quæſtionem, prout
inter

inter Eccleſiaſticas decet Perſonas, juxta rotundum *Textum in Authent. Inter quas oport. cauſ. dicer.* ibi: *Ut non mens eo-*
5 *rum occupetur circa litis ſollicitudinem, ſed velociter liberati, ſacris operibus obſecundent*, & firmata per *Rot. in Neapolitana Proceſſionis* 2. *Julii* 1707. §. *finali coram Omanna*. Eoque remiſſo ejus Auditori, placuit eidem inſtantiam ad C. Conc. remittere, in cujus remiſſionis executionem ſubſcriptis duobus dubiis, de quibus infra utrumque videtur negativè reſolvendum.

Pro eo, quod attinet ad primum, ante illius diſcuſſionem
6 dicimus, quod modus, cum quo proceſſum fuit, non videtur immunis à labe ſimoniæ, quia ceſſio præfatæ penſionis non fuit ſtipulata quoad meram, & nudam commoditatem exactionis fructuum ejuſdem Penſionis, quod ſine Apoſtolico Beneplacito tolerari ſolet, & in praxi admittitur, ſed Barigionis conceſſum fuit omne jus, omniſque actio, competens Albano, juxta illa verba Inſtrumenti, ibi: *Ceſſit quaque omnia, & ſingula jura &c. omnes, & ſingulas actiones &c. nullo jure &c. nullave actione &c. niſi redimendi, ut infra &c.*
7 Quod abſque labe ſimoniæ fieri nullatenus potuit, ut in terminis advertit *Card. de Luca de Penſion. diſc.* 5. *num* 9 *& diſc.* 30. *numer.* 14. ubi, quod hoc eſt verum, etiam ſi Partes credant benè operari, & ſint in optima fide, ſequentem adducens ſtringentem rationem, quod bona fides Partium, taliter operantium, excuſet quidem à pœnis, ſed non poteſt evitare nullitatem penſionis, & pro veritate conſultus, latè probat *D. Advoc. Piton. diſcept. Eccleſ.* 11. *per tot.* cui (ultimo ex Subſcribentibus eidem Diſceptationi dumtaxat ex-
8 cepto) pro veritate, & conſcientia ſe ſubſcripſerunt quindecim primæ magnitudinis ſydera Sacrorum Canonum, & Juris prudentiæ Romanæ Curiæ, ut videre eſt ibidem poſt *num.* 25. Referens in fine idem D. Piton. ita in dicto caſu bis judicatum fuiſſe à magno Tribunali R. C.

Quæ adversùs genium, & ſolitum indicaſſe ſufficiat, ut ſolemniter proteſtati fuimus in Epiſtola ad Lectorem *noſtrarum Inſtitutionum crimin.* Idque ex ſpeciali mandato Krog,
9 non advenæ, ſed domeſtici Juris, & uti concedentia ad noſtrorum dubiorum negativam reſolutionem; Quia inter alias pœnas actuum ſimoniacorum illa etiam ſtatuitur in *cap. Inſinuatum de Simon.* ut cadat quis à jure, quod habet circa Eccleſiaſtica Beneficia, & Penſiones, ut videre eſt apud *Divum Thom.* 2. 2. *qu.* 100. *art.* 6. *in corp.* cum aliis, citatis *in Inſtit. Crimin. libr.* 1. *tit.* 9. *numer.* 37. quibus addo alios, citatos à
10 *Card. de Luc. de Penſion. diſc.* 5. *num.* 9. ibi: *Succeſſivè incurſum pœnarum, inter quas eſt illa amiſſionis, ſeù extinctionis Penſionis à majoritate rationis, ob quam vacant etiam Beneficia; Ideòque quomodocumque dicatur, ſemper firmum eſt, quod d. Penſio non erat ampliùs in rerum natura.*

Nec dicatur, quod hæc non procedant in noſtris terminis, attento ſpeciali pacto redimendi ſemper, & quandocumque
11 controverſam Penſionem.

Quia hujuſmodi pactum nullatenus tollit, quod verum dominium propriè acquiratur, & verè reſideat penès taliter
12 ementem, ſed operatur ſolam reſolutionem dictæ veræ, & propriæ venditionis, quando illud reducitur ad actum, juxta communiter receptam theoricam *Cagnol. in leg.* 2. *num.* 7. *Codic. de Pact. inter emption. & vendit.* quam ſequuntur *Marcambr. ab Anguil. conſil.* 31. *numer.* 10. *& ſequentibus Man-*
13 *tic. de Tacit. lib.* 4. *tit.* 32. *num.* 2. *Afflict. de Jur. prothomiſ.* §. 3. *numer.* 2. *& ſeqq. Tiraquel. de Retract. convent.* §. 2. *gloſ. unica in princip. Gratian. diſcep.* 526. *num.* 54. *Card. de Luc. de Servit. diſc.* 88. *num.* 5. *& Rot. dec.* 677. *num.* 1. *cor. Burat. & dec.* 307. *num.* 13. *par.* 12. *rec.*

Deveniendo modo ad primum dub. illius negativa reſolutio videtur clara ex æquè laudabili, antiquo, & inconcuſſo
14 ſtylo Datariæ apponendi in reſervatione Penſionum clauſulam, ut illæ exigi debeant: *Vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non antea, aliàs Penſio ſit nulla*, quæ apponi cæpit tempore Summi Pontificis Gregorii XIII. maximi Canoniſtæ, teſtibus *Saluſt. Tyb. in Prax. lib.* 3. *tit.* 4. *num.*
15 2. *Ridolph.* pariter in *Prax par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 140. ibi: *Verùm, ſi ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum penſionem exigi contingerit, penſio erit omninò nulla Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 440. *numer.* 8. *Adden. ad Burat. dec.* 459. *num.* 4. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 1. *& ſeq. Ricc. in Prax. tom.* 2. *par.* 1. *reſol.* 420. *per tot. Garz. de Benefic. par.* 4 *cap.* 2. *nu.* 39. *& ſeqq. Tondut. de Penſ. cap.* 50. *num.* 1. *Fattinel. tom.* 1. *reſp.* 51. *num.* 13. *& tom.* 2. *reſp.* 35 *num.* 9. *& ſeqq. & per tot. Cardin. de Luc. de Penſ. diſc.* 29. *num.* 3. *& diſc.* 30 *num.* 9. ubi quod hæc con-
16 cluſio nullam admittit controverſiam.

Supplicantes hìc tria obſervare pro faciliori præmiſſorum admiſſione.

Primùm, quod dicta clauſula à Datariæ Miniſtris apponi dicitur favore publico, ne ſcilicet Officiales Datariæ, & Cancellariæ detrimentum patiantur ob dilatam Bullarum expeditionem, ut notat *Saluſt. Tyber. in Prax. d. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 17
2. & firmavit *Rot. cor. Millin. dec.* 20. *num.* 4.

Secundùm, quod eadem clauſula inducit formam præciſam, annullando ipſo Jure actum, diverſimodè expletum, 18
ex adductis à *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 5. *cap.* 7. *ſub num.* 33 & firmatis per *Rot.* in magiſtralibus *dec.* 286. *per tot. cor. Mantic. & dec.* 20. *per tot. cor. Millin.*

Tertiùm demum, quod dicta clauſula non dicitur inducere diſpoſitionem pœnalem, itaut procedendum ſit cum illis generalibus regulis, quod in dubio ſemper reſpondendum ſit pro excluſione pœnæ, quodque ad illam evitandam quælibet 19
cauſa ſufficiat, *Rot.* in magiſtrali *deciſ.* 300. *per tot. cor. Mantic.* & ſignanter *n.* 1. *&* 2. ibi: *Neque enim obſtat, quod dicitur, hujuſcemodi decretum eſſe pœnale, ex eo, quod inducit nullitatem actus &c., & conſequenter ad evitandam pœnam quamlibet cauſam poſſe ſufficere. Quia fuit reſponſum, decretum eſſe pœnale, quando inducit nullitatem actus propter odium Perſonæ, efficientis actum contra prohibitionem Legis &c. Aliud eſt, quando reddit actum nullum propter defectum for-* 20
*mæ &c. Nam ſi aliud dicamus certè ſequitur, quod omnes Leges, quæ certam formam, ſolemnitatem inducunt in Teſtamentis ordinandis, & contractibus celebrandis, ſint pœnales, quia forma non obſervata, teſtamentum eſt nullum &c. ſimiliter forma Legis neglecta, contractus nullius eſt momenti &c. & tamen abſurdum eſt dicere, has Leges pœnales, quia nullitas, quæ non lædit Perſonam, neque minuit Patrimonium, non eſt propria pœna &c.*

*In propoſito autem decretum non lædit Perſonam, nec diminuit Patrimonium, quia non tollit Jus quæſitum, nec Jus ceptum acquirit, ſed impedit principium acquiſitionis, & Jus quærendum excludit, ut ex verborum contextu apparet*, ibi: 21
*Penſionem annuam vigore Literarum, deſuper conficiendarum, nec antea, aliàs reſervatio hujuſmodi, nulla ſit eo ipſo perſolvenda authoritate Apoſtolica reſervamus, ergò non inducit pœnam.*

*Neque enim Penſio purè, neque ſub modo eſt reſervata, vel ſub conditione expreſſa, nam licet iſta conditio reſpiciat exactionem Penſionis, tamen reſervatio redditur nulla, niſi vigore Literarum Apoſtolicarum perſolvatur &c. quia illa verba, nec anteà aliàs reſervatio eo ipſo ſit nulla, contrariam inducunt, conditionem, & ſequentem orationem efficiunt conditionalem &c.* ſunt verba *d. dec.* 300. *à num.* 1. *uſque ad* 5 *coram Mantic.* quam ſequitur *Fattinel. tom.* 1. *reſp* 51. *n.* 13. *& per tot.*

Quibus non adverſatur ea, quæ in contrarium adduci poſſunt.

Non primum, quod non Albanus, ſed Barigioni fuerunt illi, qui dictum terminum ante expeditionem penſionis exegerunt, à quorum proindè facto nullum dici poteſt illatum 22
præjudicium eid. Penſionario, præcipuè, quia idem Albanus in Ordine, Krog directo, mandavit, penſionem eſſe ſolvendam Fratribus de Barigionibus *nelli termini dovuti*.

Tùm quia, attentis dictis claris verbis Inſtrumenti, tranſlativis omnis Juris, omniſque actionis, competentium Albano, in eoſdem de Barigionis, ex ipſorum facto, & inne- 23
gabili exactione penſionis ante Literarum Apoſtolicarum expeditionem, ſtatim extincta fuit eadem penſio, ex authoritatibus, ſupra citatis.

Supplicantes obſervare, quod dicta conditio in reſervatione penſionis, apponi ſolita, *ut iſta exigi debeat vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non antea, aliàs penſio ſit nulla*, non eſt directa ad unam, vel aliam perſonam exigentem, ſed præcisè reſpicit meram, & realem exactionem; Et 24
proptereà eo ipſo, quod concludenter probatur dicta exactio, verè, & realiter facta à legitimo Procuratore, ſeù Ceſſionario Penſionarii ante Literarum expeditionem, ſtatim dicitur nulla penſio abſque neceſſitate videndi, an Perſona exigens id fecerit nomine proprio, vel alieno. In conditionalibus enim nihil aliud attenditur, quàm nudum, & ſimplex factum ad *Text. in leg. Gallus* §. *Et quid ſi tantum*, ibique *Bartol. numer.* 2. *&* 3. *ff. de Liber. & poſtum* & ex animadverſis per *Me-* 25
*noch. conſ.* 263. *n.* 34. *Cyriac. contr.* 281. *nu.* 68. *& Rot. cor. Bich. dec.* 138. *n.* 10. & in puncto caſus noſtri eadem *Rot. cor. Matt. dec.* 300. *num.* 4.

Cæterùm præter neceſſitatem, ſubdimus, quod in illis terminis, in quibus aliquid præſcribitur per modum formæ, 26
ut in noſtris terminis ad unguem verificatur, ex ſupra animadverſis, illa non ſervata, actus ſemper remanet nullus, etiamſi non ſervetur à Procuratore, juxtà æquè practicum, ac quotidianum exemplum contractus matrimonialis, in

quo,

quo, quia de forma requiritur, quod contrahatur coram Parocho proprio, & duobus ſaltèm teſtibus, juxtà notoriam
27 diſpoſitionem *Conc. Trid. in ſeſſ. 24. de Reform. Matr. cap. 1.* ſive illud contrahatur à Principali, ſive ab ejus Procuratore, ſemper nullum eſt, ſi eadem forma præcisè, & punctualiter non ſervetur, ea viva ratione, quod ea, quæ de forma ſunt, ad unguem adimpleri debent, & poſito illius non adimplemento, ſemper, & ad ſemper actus, peccans in forma, nullus eſt, quicumque ille ſit, qui dictam formam non ſervet, & ex quocumque motivo, vel cauſa illa non ſervetur, etiamſi hæc legalis, & legaliſſima ſit, juxta magiſtralem *dec.* 308 *per tot. Dunoz. ſen.*

Neque ad rem faciunt verba illa Ordinis Albani, præcipientis Krog, ut ſolveret penſionem Fratribus de Barigionis
28 *nelli termini dovuti*, quia verba hæc juxtà eorum obvium ſenſum, nihil aliud important, quàm tempus, in quo maturabat eadem penſio, hoc eſt diebus 24. Junii, & 26. Dec. cujuslibet anni, nullumque habet reſpectu ad expeditionem Literarum Apoſtolicarum, ut patet Conſideranti.

Ceterùm omnia in hac parte fiunt evidentiora, obſervando innegabilem illam facti circumſtantiam, quod ante Literarum expeditionem ipſemet Albanus, non unum, vel alium
29 terminum, ſed integram penſionem pro toto tempore ejus vitæ actualiter, & in contanti in ſumma ſcut. 140. titulo Penſionis, de qua eſt quæſtio, effectivè habuit, & recepit, relinquendo ſcuta 50. in manibus illorum de Barigionis, non ſimpliciter, & determinatè pro expeditione Bullarum, ſed cum illa conditione, quatenùs à Sanctiſſimo non obtinuiſſet illarum gratuitam condonationem, quæ omnia, uti reſultantia ex publico Inſtrumento, dicuntur demonſtrata, mediante illa probatione, quam Doctores vocant probationem probatam, ut videre eſt apud *Farinacium quæſt.* 156.
30 *numer.* 156. *& Rot. deciſion.* 347. *numer.* 11. *part.* 11. *recentior. & in Mediolan. Beneficii* 1. *Aprilis* 1707. *§. Tetigimus coram Anſaldo.*

Nec replicetur, quod eadem ſummà ſcut. 140. non fuerit exacta ab Albano, ſed à Fratribus de Barigionis; Quia ſemper verum eſt, & in æternum verum erit, quod eadem
31 inſignis ſumma ſcut. 140. exacta fuit cauſa, titulo, & occaſione penſionis, ante quam illius Literæ expeditæ fuiſſent, quod unicè attenditur ad illius nullitatem inducendam, juxtà clara illa verba, ſupra regiſtrata, & opportunè repetenda *exigi debeat Vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non antea, aliàs penſio nulla ſit*, præſcindendo, an id ſequatur à Penſionario, vel ab ejus Ceſſionario, cujus factum, & operationes perindè habentur, ac ſi factæ eſſent ab ipſomet cedente, juxtà notoria principia, de quibus *Repeten-*
32 *tes* communiter in *Leg. Emptor. Cod. de Hæredit. vel action. vendit.* cum aliis apud *Rot. dec.* 770. *num.* 1. *cor. Coccin. & dec.* 166. *n.* 11. *cor. Benincaſ.* ubi, quod Ceſſionarius, non per fictionem, ſed verè repræſentat perſonam cedentis.

Et contrarium aſſerendo, inventa eſſet ampla, & ſpatioſa via eludendi dictum Datariæ Stylum; Quilibet enim Pen-
33 ſionarius facilitate maxima poſſet ante Bullarum expeditionem cedere alteri ſuum jus, ſuamque penſionem, & ab illo exigere terminos ejuſdem penſionis, abque ullo periculo ejuſdem nullitatis, & cum palpabili damno, & præjudicio Officialium Datariæ, & Cancellariæ; Quod quantùm abſurdum ſit, quantùmque oppoſitum omnibus Juris principiis, de ſe patet, quia id, quod directè prohibitum eſt, indirectè non videtur permittendum, *leg. Sejus, & Augerius,*
34 ibique *Bartol. ff. Ad leg. Falcid. Surd. deciſ.* 21. *num.* 4. *Menoch. de Præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *numer.* 82. *& Bellet. Diſquiſ. Cleric. tit. de Exempt. Cleric.* §. 7. *num.* 6. Et quod una via non permittitur, non poteſt per aliam ad praxim reduci *Cap. Cum quid de Regul. Jur. in* 6. *Surd. conſil.* 301. *numer.* 75. *Menoch. conſ.* 285. *num.* 41. *Barboſ. axiom.* 193. *num.* 1. *& Rot. dec* 701. *num.* 3. *cor. Burat.* Et demum, quod prohi-
35 bito uno cenſentur prohibita omnia ea, per quæ perveniunt ad illud *Leg. Oratio ff. de Sponſal. & cap. Præterea de Offic. Delegat. Maſcard. de Probat. concluſ.* 102. *per tot. & Rot. deciſ.* 1224. *num.* 15. *cor. Coccin.*

Abſque ulla prorſùs difficultate, ex quo non ſumus in terminis Ceſſionarii, qui veriſimiliter ignoraverit negativam expeditionis Bullarum, quivè potuerit eſſe in bona fide, quod illæ fuiſſent expeditæ, dum ſola lectura Inſtrumenti
36 ceſſionis manibus palpare facit innegabilem ſcientiam in utriſque, quod Literæ Apoſtolicæ nullatenus fuerant expeditæ. Itaut, his omnibus attentis, difficile erit allegare præteritum caſum, in quo cum majori certitudine, & ſcientia negativæ expeditionis Literarum Apoſtolicarum exacta fuerit aliqua penſio; Et longè difficilius erit fingere alium futurum caſum, in quo eadem ſcientia, & certitudo breviùs, clariùs, & faciliùs demonſtrari poſſit, quàm ex ſola, & ſimplici lectura publici Inſtrumenti.

Minus relevat reflexio, quod Albanus præcisè, ad effectum expediendi, Bullas reliquerit in manibus illorum de Barigionis ſc. 50. ut dicitur in Inſtrumento ceſſionis.

Non ſolùm quia, ut vidimus ſupra, priùs ſibi imburſavit, & ad ſe traxit titulo, & cauſa penſionis inſignem ſummam 37
ſc. 140. ſed etiam, quia id non fecit purè, & ſimpliciter, ſed conditionatè, quatenùs ſcilicet non potuiſſet obtinere illius gratuitam condonationem.

Mirabiliter comprobantur hæc ex combinatione temporis ſtipulationis Inſtrumenti die 24. April. 1719 & alterius temporis maturati primi termini penſionis ſub die 24. Junii ejuſd. anni, & demum temporis obtenti decreti pro expeditione 38
mandati, & coactæ ſolutionis ſub die 1. Septembris ejuſdem anni 1719. Nemo enim non videt, quod intra dictum longum tempus quatuor menſium cum dimidio alterius, à die ſcilicet 24. Aprilis uſque ad diem 1. Septembris 1719. non ſemel, ſed millies expediri poterant Literæ Apoſtolicæ, ſi revera ante exactionem termini prædicti expediri voluiſſent; Et proptereà undique manifeſtus remanet animus, effectivis ſequentibus operationibus, tam Cedentis, quàm Ceſſionariorum, ad evidentiam comprobatus, exigendi penſionem ante Bullarum expeditionem, colorato prætextu obtinendi gratuitam expeditionem.

Non obſtat pariter, quod hodie eædem Literæ Apoſtolicæ de facto fuerint expeditæ; Tum quia illarum expeditio à Cardin. Prodatario permiſſa fuit cum ſalutari illa clauſula: *Sine præjudicio Jurium ambarum Partium*, quæ operatur præſervationem nullitatis penſionis, uſque adhùc comprobatæ, juxtà vim, & efficaciam dictæ clauſulæ, per ea, quæ notant *Salgad. in Labyr. Credit. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 60. *& ſeqq.* 39
*Add. ad Burat. dec.* 511. *num.* 6. *Anſald. in Addit. ad dec.* 72. *n.* 42. *& Rot dec.* 316. *n.* 25. *in princ. cor. Merlin. & dec.* 2283. *n.* 103. *coram Coccin.*

Tùm etiam, quia ſtante decreto, quod penſio ſolvatur vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non anteà, ſequens expeditio Literarum poſt ſolutionem non eſt apta convalidare penſionem, ipſo Jure nullam, rationibus, latè exornatis in puncto caſus noſtri *à Lotter. de Re benefic. lib.* 1. 40
*quæſt.* 37. *num.* 12. *Garz. de Benef. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 42. *Adden. ad Ludoviſ. dec.* 440. *num.* 8. *Fattinel. reſp.* 35. *numer.* 10. *tom.* 2. *& Rot. deciſ.* 20. *num.* 6. *&* 7. *deciſ.* 127. *num.* 6. *coram Millin. & dec.* 875. *num.* 1. *& per tot. coram Penia & dec.* 158. *numer.* 2. *par.* 1. *rec.* quæ omnia notabiliter ampliat *Rot. in d. dec.* 20. *num.* 2. *&* 3. *cor. Millin.* ut procedant etiam in illis ter- 41
minis, qui non ſunt noſtri, quando Literæ Apoſtolicæ expediuntur quidem poſt exactam penſionem, ſed antequam illius nullitas à Titulari opponeretur, ea ratione, quia, cum expeditio dd. Literarum præſcribatur per viam formæ, & illa non ſervata, penſio ſit ipſo Jure nulla, expeditio poſt executionem nullatenus ſuffragatur, non ſolùm ſi Titularis de nullitate non opponat, ſed neque etiam ſi conſenſum expreſsè præſtet illius convalidatoriæ, & validitati.

Quod eſt adeò verum, ut id procedat, etiam ſi concurrat novus conſenſus Titularis, ea ratione, *quia validitas Penſionis tota pendet à Papæ authoritate, ſine qua proindè nihil operatur Partium conſenſus*, ſunt verba *Fattinell. ubi ſupra* 42
*num.* 12.

Et ex his abundè comprobata remanet negativa pariter reſolutio 2. dub. quia poſita ex prædictis nullitate penſionis, de qua diſputamus, non ſolet Apoſtolic. Sedes in Tertii præjudicium revalidatorias Gratias concedere, juxta ſolemnem declarationem, quam emittere ſolent Summi Pontifices in 43
craſtinum aſſumptionis ad Summi Apoſtolatus apicem, de qua in *Reg.* 18. *Cancell.* ibi: *Per quamcumque Signaturam, ſeu conceſſionem, gratiam, aut Literas Apoſtolicas &c. etiamſi motu proprio. & ex certa ſcientia, ac etiam ante motam litem &c. nulli Jus ſibi quæſitum quomodolibet tollatur*, & juxta notata per *Bald. in leg.* 1. *numer.* 5. *ff. de Conſtitut. Princ.* 44
*Gemin. in capit. Gratia numer.* 4. *de reſcript. in* 6. *Pariſ. in conſ.* 23. *num.* 153 *lib.* 1. *& Rot. dec.* 650. *num.* 29. *cor. Dunoz. jun. & dec.* 410. *numer.* 16. *coram Bich. & dec.* 351. *numer.* 5. *par.* 17. *rec.*

Quæ vera ſunt, etiam ſi præjudicium conſiſtat in minimo, multòque magis, quando, ut in præſenti verificatur, præjudicium maximum eſt, habetq; tractum ſucceſſivum, ut 45
ampliando concluſionem advertit, *Rot. dec.* 81. *n.* 3. *cor. Pamphil.* quam ſequuta fuit *cor. Emer. jun. dec.* 893. *n.* 13.

Quibus additur antiquus, & laudabilis ſtylus Rotæ, nullam omninò in hac parte admittentis excuſationem, ſanatoriam,

riam, vel moræ purgationem, exactione penſionis concludenter probata, teſte magno Beneficialiſta *Lotter. de Re Be-*
46 *nefic. libr* 1. *quæſt*. 27. *num*. 1. *& ſequentib*. & concordat *Adden. ad Burat. dec* 759. *num*. 14. *verſ. Quod nulla*, *Garz. de Benefic. par*. 4. *cap*. 2. *num*. 40. *& Adden. ad Ludoviſ. dec*. 440 *numer*. 8.

Itaut adversùs concluſiones, in aliis materiis communiter receptas, in noſtris terminis pro gratiæ revalidatione, neque etiam attendatur ignorantia probabilis, & veriſimilis, jux-
47 ta magiſtrales *deciſ*. 300. *per totum coram Mantic. & deciſ*. 10. pariter *per totum coram Millin*. ea ratione, quam adducit *Rot. in fine ejuſd. dec*. 20. *Millin*. quod ignorantia in noſtris terminis excuſat à pœnis, non autem potens eſt convalidare Gratiam, ibi: *Addebant etiam DD. quod cum decretum non ſit pœnale* (ut latè probavimus ſuprà) *ignorantia non excuſat à nullitate, ut fuit reſolutum in cauſa Hipporegien. Canonicatus &c.*

Certiùs, quia contraria inſtantia non fuit ab Auditore Papæ huic Sacro Trib. remiſſa, niſi ad terminos illius ſoliti quod in qualibet Congreg. in principio cujuslibet *Folii ſeqq.*
48 verbis deſcribitur *de Jure reſolvendæ*, Jure autem attento, penſio nulla in Titularis damnum, & præjudicium revalidari non ſolet, neq; etiam poteſt ex ſolo conſenſu ejuſdem Titularis, ex ſupra animadverſis.

Addito, quod quando Summus Pontifex ſimiles Gratias concedere vult, non ſolet id practicare per organum ſui Auditoris, ut notum eſt, quivè ſemper viam juſtitiæ ſervare ſo-
49 let, quando Cauſas Judicibus committit, ut obſervat *Rot in Romana, ſeù Januen. Legati* 5. *Maii* 1698. §. *Sed omiſſo coram Cardin. de la Tremoil*. ibi: *Si enim illam ſuprema poteſtate impartiri voluiſſet, cur noſtro Auditorio cauſæ cognitionem delegaſſet?* & concordat *Sola ad Conſtit. Sabaud. gloſſ*. 2. *numer*. 7. *fol*. 635. *& Cardin. de Luc de Teſtam. diſc*. 87. *num*. 2. *& Rot. dec*. 1042. *à num*. 6. *coram Emer. junior.* quod quando Papa remittit ſimpliciter inſtantias Partium ad Urbis Tribunalia, non habentur in aliqua conſideratione motiva Gratiarum, ſed controverſiæ de Jure finiendæ ſunt.

Non omittimus demùm reflectere ad exorbitantiam contrariæ inſtantiæ, directæ ad firmandum in hac parte ma-
50 gnum exemplum ſine exemplo, exactionis nimirum, non unius, vel alterius, ſed omnium terminorum penſionis pro toto tempore vitæ Penſionarii ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum. Idque in evidens præjudicium Officialium Datariæ, & Cancellariæ, obtinentium eorum Officia titulo oneroſo, quorum proindè reſpectu idem Datariæ ſtylus, eademque conditio, in penſionum reſervatione apponi ſolita, dicitur reſpicere publicum favorem, per ea, quæ in
51 noſtris punctualibus terminis advertit *Saluſt Tyber. in Prax. lib*. 3. *tit*. 4. *ſub num*. 2.

Undè adversùs dictam contrariam prætenſionem applicari videtur celebris animadverſio illius nimium noti Authoris *lib*. 4. *Annal. in fine*, quem tacito nomine, refert, & ſequitur *Rot. dec*. 308. *num*. 29. *coram Dunozet. ſen.* quod ſcilicet in
52 his circumſtantiis legalis rigor, cum quo ſemper procedendum eſt, *utilitate publica rependitur*; Cujus publicæ utilitatis intuitu Summi Pontifices Sixtus V. & Clemens VIII. nedùm ſtrictiſſimè demandarunt, ſemper apponendam eſſe dictam conditionem, tempore Gregorii XIII injunctam, ut penſiones exigerentur vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non antea, aliàs nullæ ſint; Sed favore eorundem publicorum Officialium limitarunt etiam tempus, intra quod omninò expediendæ ſint eædem Literæ Apoſtolicæ,
53 prout omnia hæc refert maximus Beneficialiſta *Lotter. de Re Benefic. libr*. 1. *quæſtion*. 37. *numer*. 1. *& ſequentibus* aſſerens *numer*. 7. quod ſuo tempore hujuſmodi uſus tenaciſſimè ſervabatur; Circà quem laudabilem uſum, noſtris etiam temporibus tenaciſſimè practicari ſolitum, uno ore concordant omnes moderni Officiales Datariæ, & Cancellariæ.

Deveniendo ad contraria objecta, dicimus, quod proceditur cum æquivoco palmari, applicando terminis noſtræ controverſiæ ea, quæ aſſerunt Doctores, vel de neceſſitate expediendi Literas Apoſtolicas in executionem diſpoſitorum *in*
54 *Reg*. 52. *Cancellariæ*, cujus titulus eſt ſequens. *Nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi Literis confectis*. Vel ea, quæ concernunt pœnalem prohibitionem, ſeù annullationem penſionis, non ex defectu formæ non ſervatæ, vel conditionis non adimpletæ, ſed per viam pœnæ, & præjudicii, reſultantis Penſionario ex propriis crimino ſis operationibus, vel ejus Ceſſionarii.

Quia, ut benè diſtinguit *Roſ de Execut. Liter. Apoſt part* 1. *cap*. 2. *num*. 49. Aliud eſt, cum quis ante Literarum expeditionem petit penſionem, illamque exigere vult, vel de facto exegit, juxtà terminos noſtri caſus. Aliud verò, quan- 55
do diſcutiendum eſt de validitate penſionis, Literis non expeditis.

In hoc ſecundo caſu ultrò admittimus, *quod non incurritur privatio ante Literas expeditas, niſi in Supplicatione adſit decretum annullativum gratiæ*, ſunt verba *dec*. 658. *num*. 56
44. *cor. Bicb*. in cujus caſu emanarunt *dec*. 465. *cor. Peuting. & dec*. 27. *cor. Otthob.*

Secus autem eſt in alio, longè diverſo caſu, qui eſt noſter præciſus, quando ſcilicet ſermo eſt, non de validitate, vel nullitate penſionis, eò, quia non fuerint expeditæ Literæ Apoſtolicæ, ſed ex eo, quia realiter, & cum effectu illa 57
exacta fuit ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum. In iſtis enim terminis nulla allegata fuit authoritas, neque inveniri poterit Doctor aliquis, qui ſcripſerit poſt Pontificatum Gregorii XIII. id aſſerens, quia à dicto tempore uſque ad hodie praxis Datariæ eſt, quod in reſervatione penſionum, nulla penitùs, penitùſque excepta, demandatur, *ut illa exigi debeat vigore Literarum, deſuper expediendarum, & non antea, aliàs penſio nulla ſit*, ut demonſtravimus ſuprà ubi ulteriùs probavimus, dictam clauſulam apponi favore publico, & importare præciſam formam, annullando ipſo Jure, ipſoque facto penſionem, probata exactione ante expeditionem Literarum.

Æquè palmare eſt aliud æquivocum circa præjudicium Albani, ex noſtræ penſionis exactione reſultans, ut exadversò prætenditur, per viam pœnæ, & pœnalis prohibi- 58
tionis, in quibus terminis loquuntur omnes Doctores, aſſerentes, Procuratorem non poſſe præjudicare Principali.

Reſpondemus enim cum authoritatibus, citatis ſupra, quod dictus Datariæ ſtylus nullatenùs includit pœnam aliquam, eo, quia non tollit Jus quæſitum, ſed impedit ſolum 59
principium acquiſitionis, importando præciſam formam, & expreſſam conditionem, qua non verificata, penſio remanet nulla, non per viam pœnæ, ſed ex defectu formæ, non adimpletæ, & conditionis non verificatæ, ut ſequendo *dec*. 300. *Mantic*. notat *Fattincl. reſp*. 51. *num*. 13. *& per totum tom*. 1.

Comprobatur hæc ex duobus æquè practicis, ac familiaribus exemplis Matrimonii, per Procuratorem contracti, de quo ſupra, & Cenſus, mediante opera Procuratoris, crea- 60
ti ſine effectiva pecunia.

Ponamus enim caſum, quod Principalis conſignet realiter, & effectivè ſummam e.g ſcut. 100. ſuo Procuratori, ad hoc, ut iſte creet bonum, & legalem cenſum, ſervata in 61
omnibus forma notoriæ *Conſtit*. 79. *Sancti Pii. V.* Quodque idem Procurator ſibi appropriando eandem pecuniam, cenſum creet ex credito, quod habet cum Cenſus debitore: In iſtis enim terminis duo indubitata ſunt; Primum, quod juxta diſpoſita in eadem Conſtit. Piana Cenſus eſt evidenter nullus; Secundum verò, quod ille, qui pecunias ſuo Procuratori dedit ad creandum cenſum, nullam habet actionem contrà debitorem ejuſdem cenſus, attenta illius clara nullitate, ſed omnia ejus Jura, & rationes dirigere poteſt, ac debet contra ſuum Procuratorem, qui non ſervavit fines mandati ſibi præſcripti.

Eodem igitur modo in noſtris terminis diſcurrendo, dicimus, quod Albanus nullum ſentit præjudicium ex delicto ſui Ceſſionarii, vel Procuratoris, qui exceſſerit fines man- 62
dati, ſed illi præſervatum remanet omne Jus agendi contra eundem Procuratorem, ſeù Ceſſionarium, qui eſt apprimè ſolvendo.

Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contrariis Scripturis, in quibus propterea inſiſtitur in eo, quod non probetur ex hac parte effectiva exactio penſionis ex unica Recepta, citando ad hunc effectum, uti punctualem *de-* 63
*ciſion*. 119. *numer*. 5. *coram Emerix. junior.* Quæ tamen ad hominem retorquetur, non ſolùm, quia loquitur in terminis penſionis, beneficio pleno reſervatæ, cujus reſpectu notorius eſt rigor, cum quo procedi ſolet, attenta odioſitate earundem penſionum, de qua *Rot. cor. Dunoz. jun. deciſ*. 880. *num*. 12.

Sed fortiùs, quia in ſpecie *eadem deciſ. num* 4. admittit, & ſequitur *punctuales deciſ*. 20. *&* 127. *coram Millin*. ſupra allegatas, & in eadem Cauſa *coram dict. Emerix junior*. citatas, aſſerendo, in noſtris terminis procedendum eſſe cum omni rigore ad obviandum irregulari modo exigendi penſiones ante expeditionem Literarum, ibi: *Quibus non contra-* 64
*dicunt dec*. 20. *&* 127. *cor. Millin. Quia non agunt de nullitate penſionis, ob non expeditas Literas infra ſex menſes à Data*

ſup-

*ſupplicationis, ſed de nullitate penſionis, xactæ ante expeditio-
nem Literarum, quæ tanquam obvians malitiis temerè præpo-
nentium exactionem ante expeditas Literas, eſt gravior, &
non remittitur ex Stylo &c.*

Neque juvat reflexio, quod relicta fuerint in manibus
Ceſſionariorum ſcut. 50. pro facienda expeditione Litera-
rum Apoſtolicarum; Quia hujuſmodi verba non fuerunt
65 pura, libera, & abſoluta, ſed qualificata fuerunt à ſequen-
tibus, quatenus ſcilicet à Papa hujuſmodi expeditionem
gratis, ſeù alio quocumque modo benignè non obtineret,
& proindè ex eadem conditione nullatenus excuſari poteſt
nullitas dictæ penſionis, exactæ antequam eadem conditio
purificaretur.

Duo ad hunc effectum præ oculis habendo. Primum,
quod Albanus in eodem Inſtrumento, in quo dicta verba le-
guntur, effectivè, & in contanti, non unum, vel alium
terminum, ſed omnes terminos penſionis pro toto tempore
ejus vitæ exegit ſibi reſervato ſolo Jure illam redimendi pro
66 illomet pretio, quod effectivè, & manualiter recepit ante
expeditionem Literarum Apoſtolicarum.

Secundum verò, quod ſi hujuſmodi Datariæ ſtylus, uti
reſpiciens publicum favorem, nullam omninò admittit ex-
cuſationem, moræque purgationem, ut in terminis notant
67 *Lott. de Benef. libr.... quæſtion. 37. numer. 1. & ſequentibus
Addend. ad Buratt. deciſion. 759. ſub numer. 14. & Adden.
ad Ludov. dec. 440. n. 8.* Multò minùs admitti poterit ex-
cuſatio, & convalidatio noſtræ penſionis ex dictis clauſulis,
in Inſtrumento ceſſionis appoſitis, ad facilitandam exactio-
nem dictæ penſionis, ea viva ratione, quæ nullo colore of-
fuſcari poteſt, quod, admiſſa contraria prætenſione, aper-
ta erit ampla, & ſpatioſa via, nunquam expediendi Literas
Apoſtolicas reſervationum penſionum; illaſque per viam ceſ-
ſionis exigendi pro toto tempore vitæ Penſionariorum, quod,
an permittendum ſit, aliis reliquimus judicandum.

Die 22. Martii 1721. propoſita Cauſa in Sacra Congrega-
68 tione Concilii ſub dubio: *An Literæ Apoſtolicæ reſervationis
Penſionis ſint exequendæ? Et quatenus negativè: An ſit locus
Revalidatoriæ in caſu &c.* Reſponſum fuit: *Ad primum Af-
firmativè.*

---

# DISCEPTATIO XII.

## Faventina Penſionis.

Ad petitionem Pauli Franciſci Nigroni.

### ARGUMENTUM.

*Jeſuitæ an ſint capaces Penſionum Eccleſiaſticarum. Tranſ-
latario Penſionis an, & quando detur manutentio, vel
immiſſio. Penſionis translatio quando dicatur nulla; Vel
quia non fuerit exhibitum coram Exequutore Indultum
transferendi; Vel quia Exequutor proceſſerit utì Ordina-
rius, non autem tanquam Apoſtolicus Delegatus.*

A'Munificentia Card. Nigroni ann. 1688. Felici Nigrono
tunc ejus Cubiculi Præfecto, reſervata fuit annua pen-
1 ſio ſcut. 42. monetæ ſuper fructibus, & redditibus Canoni-
catus Cathed. Faventinæ collati Auguſtino Azzurino de Co-
mitibus, quæ per ſpatium annorum 30. & uſque ad illius obi-
tum, ultimo loco ſequutum, fuit eidem Nigrono punctua-
liter ſoluta, ut inter Partes non convertitur.

Cumque anno 1717. idem Nigronus, ſervatis omnibus
2 ſervandis, illius medietatem tranſtulerit in perſonam Pat.
Pauli Franciſci Nigroni Societatis Jeſu, ejus ex germano
fratre Nepotis, vigore ampliſſimæ facultatis illis Conclavi-
ſtis, qui fuerunt Conclavi, in quo ad Summi Apoſtolatus
apicem electus fuit Innocent. XII. gratioſè conceſſæ ab eo-
dem Summo Pontifice, ut patet ex ejus *Bullariolo Conſtitut.*
10 *§. 12. folio* 44 ibi: *Quaſcumque Penſiones annuas eis, &
3 eorum ſingulis, ſuper quibuſcumque fructibus &c. reſervatas,
ſeù reſervandas &c. uſque ad ſummam centum ducatorum au-
ri de Camera &c. etiam in mortis articulo &c. uni, vel plu-
ribus perſonis Eccleſiaſticis, vel etiam Clericali caractere,
tunc temporis nondum inſignitis &c. per eoſdem Conclaviſtas,
ſeu illorum ſingulos &c. eis quoad vixerint, vel eorum Procu-
ratoribus legitimis &c. reſervare, conſtituere, concedere, &
aſſignare poſſint; Itaut præfati Tanslatarii in quaſi poſſeſſio-
ne penſiones, ſeu fructus &c. hujuſmodi exigendi, in qua
ipſi Conilaviſtæ tempore tranſlationis per eos vigore præſen-
tium facienda exiſtebant, in omnibus, & per omnia ſubro-
gati eſſe cenſeantur, concedimus &c.* ut in dict. Conſtit. in cu-
jus fine pro Conclaviſta Cardin. Imperialis deſcriptus legitur
idem Felix Nigronus.

Ex parte ejuſdem Canonici Azzurini de Comitibus excita-
tum fuit dubium circa validitatem tranſlationis ejuſdem pen- 4
ſionis, idq; ad impediendam præfato Translatario manuten-
tionem in quaſi poſſeſſione exigendi dict. penſionem, ad quem
effectum tria opponit.

Primum, quod eſt ſtylo Rotæ Translatario penſionis nun-
quam detur manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſio- 5
nem, in qua reperiebatur Transferens, ſed ſola immiſſio, ex
animadverſis per *Poſt. de Manut. obſerv. 55. à n. 155.*

Secundum, quod Translatio ſit nulla, uti facta in Re-
ligioſum Societatis Jeſu, & conſequenter in Perſonam inca- 6
pacem, ad quem effectum citatur *D. Piton. in diſcep. Eccleſ.
47. num. 19.*

Tertium, quod non fuerit ſervata forma Indulti in caſu
translationis, in quo Vicarius Generalis Januenſis, coram 7
quo illa facta fuit, proceſſerit authoritate ſua propria, &
ordinaria Curiæ Archiepiſcopalis Genuæ, non autem uti
Delegatus ab Apoſtolica Sede, ad quam nullitatem compro-
bandam allegatur deciſio *Rotæ in Lauretana Penſionis 16. De-
cembris 1717. §. Attento cor. Herrera.*

Circa quorum relevantiam ex parte Tanslatarii requiſi-
tus, in ſenſu veritatis cenſeo, eidem nullo modo denegari 8
poſſe promptam, & punctualem ſolutionem ejuſdem pen-
ſionis, idque ex claro tenore dicti Indulti, cujus verba regi-
ſtravimus ſupra, non obſtantibus dd. tribus objectis ex parte
Titularis adductis.

Non obſtat primum: Præſcindendo enim à dicto particu-
lari ſtylo Sacræ Rotæ, in omnibus aliis Tribunalibus Urbis 9
*Fatinellus* per Juris ſolida principia nervosè probat, in no-
ſtris terminis Translatario penſionis competere etiam reme-
dium manutentionis, ut videre eſt in ejus *Tract. de Tanslat.
Penſion. cap. 10. num. 5. uſque ad 35.* ubi egregiè reſpondet,
& reſpectivè declarat authoritates omnes, quæ in contrarium
allegari poſſunt.

Quæ omnia eò faciliùs admittenda videntur, quo quæ-
ſtio hæc, An Translatario Penſionis competat immiſſio, 10
vel potiùs manutentio, congruè vocari poteſt quæſtio de no-
mine, quæ prorſus negligenda eſt juxta doctrinam *Div. Tho* 11
*mæ par. 1 quæſt. 54. arti... 4 ad 5.* ibi: *Sapientis eſt non cu-
rare de nominibus*, & notata *in tom. 1. par. 2. diſcep. 1. §. 21.
numer. 52.*

Et ratio eſt, quia omnes Doctores concordant in hoc, quod
eidem Translatario, ſivè competat manutentio, ſive im 12
miſſio, in utroque caſu ejus favore procedendum ſemper eſt
exequutivè, omnique appellatione rejecta, ut videre eſt
apud *Veſtr. in Prax. libr. 3. capit. finali numer. 3. Lotter. de Re* 13
*Benefic. libr. 1. quæſtion. 40. num. 302. & ſequentibus Barboſ.
in Prax. exigen. penſion. par. 1. quæſt. 2. num. 67. Poſth de Ma-
nut. inſpect. 55. num 157 Tondut. de Penſion. cap. 30. numer.
14. Cardin. de Luc. eodem Tract diſc. 61. num. 2. Fatinell. de
Translat. Penſion. cap. 10. numer. 1. Rot. cor. Buratt. dec. 638.
num 5.* ubi *Adden lit. B & cor. Duran. dec. 60. num 45.* quam
refert, & ſequitur in magiſtrali *deciſ. 22. num. 1. & ſeqq. cor.
Ottobon.* ibi: *Adeo ſicuti Cardinalis transferens habebat pa-* 14
*ratam exequutionem, eandem habeant Translatarii Cardi-
nalis, & deciſion. 82. numer. 4. par. 17. recentior. & in Roſ
ſanen. Penſionis 6. Junii 1682. §. finali coram Cardin. Mat-
thæjo* ibi: *Juxta naturam translationis, ex qua nihil aliud
inferri valet, quam mutatio perſonæ, & terminorum, cir-
ca ipſius ſubjecti mutationem, adeout omnia Jura, quibus* 15
*fruebatur antiquus Penſionarius, transfuſa fuerint in
Translatarium, ut optimè tradit Pariſ de Renat. lib. 16.
quæſt. 4. num. 6. Rot. dec. 397. nu 5. & 6. par. 15. recen.*

Eſtque in hac parte punctualis *deciſio ejuſdem Rotæ in Ro-
mana Penſionis 4. Decembris 1684. in princip & per tot. cor.* 16
*Cardin. Matthæjo*, quæ in ſpecie emanavit favore Transla-
tarii Penſionis in vim facultatis, conceſſæ Conclaviſtis, &
in qua Rota reſolvit favore Translatarii concedendum eſſe
mandatum exequutivum, ibi: *Vigore privilegiorum Con-
claviſtarum Clemens Bolinus annuam penſionem ſcut. 30. &c.* 17
*tranſtulit in perſonam Petri Vincentii ejus filii &c. Proviſus
fuerit &c. Michael Boltrinus &c. iſte recuſavit ſolutionem præ-
fatæ Penſionis. Unde ad inſtantiam Boltrini &c. ad ejus fa-
vorem mandatum de manutenendo, & loco illius exequutivum
fuit relaxatum &c.*

Quæ omnia tali punctualitate, talique religioſitate pra-
cticantur in Tribunalibus Urbis, ut ultimo loco *in Cauſa Ne-* 18
*ritonen. Penſionis*, in qua ſcripſi, & ſuccubui, licet ageretur
in

in illa de translatione, facta à Card. Antonio Bichio uſque de ann. 1691. favore Clerici Antonii Julietti, quam Titularis, non ſolùm nunquam ſolverat eidem Transferenti, ſed neque etiam ab illo petita unquam fuerat, itaut per annos 25. in ea fuerit credulitate Titularis, quòd nulla penſio reperiretur impoſita ſuper ejus Beneficio, & quod magis eſt, neque etiam Cardinalis transferens petierat unquàm penſionem à dicto Titulari: Expedito nihilominùs Monitorio anno 1712. contra eundem Titularem, iſte præviis tribus ſententiis, effectu punctualiter ſubſequuto, exequutivè condemnatus fuit ad ſolutionem omnium terminorum decurſorum à die dictæ Translationis.

Quia verò unus ex Judicibus, qui in eadem Cauſa judica-
19 vit, attento dicto inſigni lapſu temporis annorum 25. quibus Penſio non fuerat exacta, neque petita à Transferente, & à Translatario, tam ab antiquo, quàm à moderno Titulari, propter quem temporis conſiderabilem lapſum, & longam acquieſcentiam eadem penſio poterat præſumi extin-
20 cta, juxta firmata per *Rot. dec. 28. n. 5. apud Antonell. de Jurib. Cleric. & dec. 266. nu. 22. coram Priolo*, & alibi ſepè; Ad probandam talem præſumptam extinctionem, non ſine legali fundamento admiſerat Articulos, cum ſequentibus ſalutaribus clauſulis: *Pro inſtructione animi ſui, ſinè præjudicio Jurium Partium, & poni ad partes*; Habito recurſu ad Au-
21 ditorem Sanctiſſimi, iſte die 13. Aprilis 1715. in acerrimo Partium contradictorio ſequens fecit Decretum: *Ex tunc Illuſtriſſimus D. remiſit Cauſam ad eundem Judicem Commiſſarium, qui procedat in ſummariiſſimo poſſeſſorio, reiječtis Articulis, & Literis compulſorialibus.*

Ejuſdem levitatis eſt ſecundum objectum incapacitatis Translatarii, utì Profeſſi in Religione Societatis Jeſu. Ultra quòd enim illud nullam habet ſubſiſtentiam, eò
22 quia Jeſuitæ ante ſolemne Votum, dicuntur ſemper eſſe in probatione, & vigore notoriæ *Conſtit. 89. Gregorii XIII. §. 16. in Bullar. nov. tom. 3.* ſunt capaces retinendi, nedum penſiones, ſed etiam Beneficia, ut ſequendo eandem Gre-
23 gorianam Conſtitutionem, necnon *magiſtralem Sacr. Rotæ dec. 78. cor. Martin. Andrea*, notant *Sanchez ad Præcepta Decal. lib. 7. cap. 29. nume. 10. Caſtropal. Oper. Moral tom. 2. tit. de Benefic. diſp. 1. punct. 11. §. 10. num. 2. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 16. num. 43. Ricciul. de Jure perſon. lib. 8. cap. 9. num. 2. Card. de Luc. de Renunciat. diſcurſ. 17. nu. 17. & Tartagl. de Commod. Penſion. art. 6. n. 115.*

Strictè dicimus, quòd hujuſmodi exceptio, utì reſpiciens petitorium, nullatenus admittitur in hoc privilegiato, &
24 exequutivo judicio, ut in longè durioribus terminis dubii circa ſubſtantiale requiſitum ipſiuſmet Clericatus, benè ad-
25 vertit *Car. de Luc. de Penſ. diſ. 17. n. 4. & diſ. 30. eod. n.* & meliùs in *Trac. poſth. eod. tit. de Penſ. c. 16 ſub n. 10.* ibi: *Non admittuntur exceptiones, reſpicientes petitorium, quantumvis relevantes, etiam illa inhabilitatis ob defectum Clericatus*, & concordant alii adducti *à Poſt. de Manut. obſervat. 24. nu. 35.*

Neque obſtat reflexio, quòd ſumus in terminis requiſiti,
26 præſcripti in ipſomet Indulto, quod ſupponendo capacitatem Translatarii, perneceſſe requirit, hanc eſſe ab eodem concludenter probandam, antequàm eidem concedatur immiſſio, ſeu manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; Aliàs poſſet dari caſus, quòd illa concederetur Laico, vel fœminæ.

Proceditur enim exadversò in hac parte cum æquivoco, eò quia ad capacitatem obtinendi penſiones, nil aliud requi-
27 ritur, quàm ſola qualitas Clericatus, ex adductis per *Piton. diſc. Eccl. 47. num. 7.* ubi quòd hoc eſt principium indubitatum; quod eſt adeo verum, adeoque ſolidis Juris principiis innixum, ut transferri poſſit in Clericum, etiam ſeptennem, ea ratione, quia in hac ætate ſeptem annorum
28 quilibet puer eſt capax Clericatus ex adductis *per Fagnan. in cap. Cum in cunctis à num. 89. de Elect. Spad. conſil. 55. per tot. lib. 3. & Fantinell. de Translat. penſion. cap. 2. num. 45.* cum aliis, citatis in *tom. 3. par. 1. diſcep. 32. num. 9. & ſeqq.*

Qualitas verò Clericatus in Jeſuita eſt adeo innegabilis, adeòque notoria, ut nulla alia indigeat probatione, ad no-
29 tata communiter *per Repetentes in cap. Evidentiam de Accuſat.* & firmata per *Rotam dec. 705. num. 8. cor. Dunoz. jun.*

Nec replicetur, quòd capacitas Jeſuitarum retinendi penſiones duret ſolùm uſque ad ſolemnem profeſſionem, ſeu
30 ad emiſſionem Votorum Coadjutorum formatorum, poſtquam remanent incapaces nedum penſionum, ſed omnium aliorum bonorum, juxta animadverſa per *Adden. ad Burat. dec. 39. num. 10. & ſeq.* Quòdque proinde onus ſit Penſionarii docere, ſe eſſe conſtitutum in ſtatu Votorum ſimplicium, non autem Coadjutorum formatorum.

Reſponſio enim in promptu eſt, quòd ſcilicet eò ipſo, quòd notoriè conſtat, Penſionarium uti profeſſum in Religione Societatis Jeſu, eſſe Clericum, notorium pariter eſt, quòd 31
ſit capax penſionis ex ſupra animadverſis, quodque ipſius reſpectu verificetur illa capacitas, quæ his verbis præſcribitur in Indulto: *In Clericos, vel aliàs penſionum hujuſmodi capaces*; Neque proinde in hoc privilegiatiſſimo judicio aliud probare tenetur Translatarius ad oſtendendum, ſe eſſe 32
capacem penſionis: In replicatione autem, quòd hoc non procedat reſpectu omnium Jeſuitarum, ſed in illis duntaxat, qui ſunt in ſtatu probationis, conſiſtit exceptio, & intentio Titularis, qui in ſuo congruo petitorio judicio illam probare tenetur, quia in ſua Replicatione dicitur Actor, per ea, quæ, omiſſis generalibus, in noſtris terminis fir- 33
mavit *Rot. in dec. 1205. num. 2 cor. Emer. jun. & dec. 30. num. 21. cor. Anſaldo, & in Romana Penſionis ſuper manutentione 12. Aprilis 1714. §. finali cor Criſpo.*

Neque regit in facto reflexio, quòd ipſemet Transferens dubitaverit de capacitate Translatarii, qui ſub tali dubio Penſionem tranſtulit in Clericum Franciſcum Mariam Groſſum: Quia hujuſmodi dubium non reſpicit capacitatem ejuſdem Translatarii, ob defectum Clericatus, quo unicè illa radicatur, ex ſupra animadverſis, & quam idem Transferens utì pluſquàm indubitatam præſuppoſuit, vocando Translatarium nedum Clericum, ſed Sacerdotem Societatis Jeſu, ibi: *Tranſtulit &c. in R. P. Paulum Franciſcum Nigronum ejus Nepotem, Sacerdotum Ven. Societatis Jeſu*, 34
ſed idem dubium concernit nullitatem ejuſdem translationis ex aliis forſan verſimilibus capitibus, à præſenti caſu, & privilegiato judicio prorſus diverſis, & omninò diſparatis, dum eò perventi ſumus, ut ex facultatis legalis infortunio nihil hodiè adeo pacificum reperitur, quod in dubium revocari non poſſit, ut me citato in *Inſt. Crim. lib. 3 tit. 5. n. 185.* exclamat *Rota in Firmana Fideicomiſſi 4. Maii 1705. §. Verùm cor. Anſaldo*. Idque ad meram cauthelam factum fuiſſe, ex eo evidenter patet, quia rotundis literis declaravit Transferens, ipſum nullatenus credere, poſſe verificari hujuſmodi dubium, ibi: *Quatenus &c. ex aliquo capite foret nulla, quod non credit.*

Omnium denique debilius videtur tertium objectum, circa non exhibitionem Indulti, & non ſervatam illius formam, & authoritatem præſtitam Translationi à Vicario 35
Generali Genuæ, non utì Apoſt. Exequutore, ſed tanquam Judice Ordinario.

Separando enim hujuſmodi objectum in duas partes. Prima non exhibitionis d. Indulti nullam meretur animadverſionem, quia non ſumus in terminis Indulti particularis, certæ perſonæ conceſſi, cujus proindè notitia haberi non 36
poſſit à Judice, niſi ei exhibeatur, & ad firmandam ejus Juriſdictionem, præcedere debeat Indulti exhibitio, in quibus terminis loquuntur omnes authoritates, quæ pro nullitate translationis allegari poſſunt: Sed ſumus in circumſtantiis Indulti, per viam generalis conceſſionis gratioſè factæ om- 37
nibus Conclaviſtis, nedum per publica, & conſueta Loca Urbis publicatæ, ſed palàm impreſſæ, & quod magis eſt, in Bullario regiſtratæ: Et proindè in his terminis nulla formalitas, nullaque Indulti exhibitio requiritur, ſed omnia in illo contenta, notoria præſumuntur, juxta magiſtralem 38
*Sac. Rotæ deciſionem in Romana Translationis Penſionis 2. Maii 1718. per totam* & ſignanter à *§. Notoria cor. Foſcaro*, in qua hujuſmodi diſtinctio ſolidiſſimis rationibus, & ſtringentibus congruentiis ſuperlativè comprobatur, & pro legali, & juridica canonizatur.

Minorem meretur animadverſionem ſecunda pars ejuſdem objecti; Quia poſita ex prædictis omnium contentorum in d. Indulto notoria ſcientia in Exequutore Apoſtolico, ſub 39
illis verbis Translationis; *Cauſa priùs plenè cognita, ſui Officii, ſeù Curiæ Archiepiſcopalis Genuæ, qua fungitur authoritatem &c. interpoſuit, & interponit*, continentur omnia ea, quæ prædicari in his caſibus ſolent; Duo ad d. effectum præcipuè obſervando, dictionem ſcilicet illam *plenè*, & verba illa *Officii ſui*: Dictio enim *plene* omnia includit, ex adductis à *Maulio in Theſaur. theoric. pract. tit. de Trebell. cap. 10. verſ. Quinto inferunt fol. 107* ubi quòd plenum dicitur id, 40
cui nihil addi poteſt, & à quo nihil poteſt minui; Et in terminis Judicis, aſſerentis, cauſa cognita, proceſſiſſe, quòd præſumendum ſit, omnia ea recognoviſſe, quæ ad ejus actum ſuſtinendum erant neceſſaria, benè obſervat *Urſell.* 41
*concluſ. legal. 155. num. 64.* ibi: *Amplia quartò, concluſionem procedere in aſſertione Judicis in his, quæ ſpectant ad ejus efficium, & ſic illi creditur, ſi in ſententia diceret, viſis Actis, Conſtantin. ad Stat. Urbis tom. 2. annot. 44. num. 255.* & firmavit

*Rot.*

*Rot. dec.65. num. 2. p. 19 rec.* Prout etiam verba illa *Officii ſui*, non niſi de qualitate Apoſtolici Exequutoris poſſunt verificari, quia iſta præſcribitur in d. Apoſtolico indulto, cujus
42 ſcientia ex d. punctuali Rotæ deciſ. præſumebatur notoria eidem Exequutori, *Urſell. dicta concl. legal. 155. num. 66. verſ. Fallit ſecundò*

Quibus non contradicunt ſequentia verba: *Sivè Curiæ Archiepiſcopalis Genuæ*, attenta dictione illa diſiunctiva, & alternativa *Sivè*, quæ omnem excludit connexionem cum
43 alia præcedenti diſtincta authoritate Officii ejuſdem, uti Apoſtolici Exequutoris, ex cumulatis per *Barb. diction. 375. n. 1. & ſeq. & Rot. dec. 401. n. 3. p. 16. rec.* ubi, quòd diſpo-
44 ſitiones qualificatæ à dictione *Sivè*, non debent copulativè verificari, ſed ſat eſt, quòd in uno caſu locum habeant.

Imò attenta alternativa illa dictione *Sivè*, appoſita inter utramque authoritatem, delegatam ſcilicèt, & ordinariam,
45 necnon attento ordine, quo expreſſæ fuerunt, data ab eodem Exequutore prælatione authoritati delegatæ ſub nomine Officii ſui, ſecunda in nulla habenda eſt conſideratione, attenta clara expreſſione, & clariori competentia prioris,
46 juxtà *Tex. in Can. Metropol. 63. diſt.* ubi *Gloſſ. Verbo Presbyterum*, ibi: *Presbyterum præponit, qui enim prior eſt in ordine, erit potior in electione*, cum concordantibus *apud Fagn. in c. Inter cæteros n. 47 & ſeq. de Reſcr. Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 88. n. 4. & Rot. dec 62. num. 8. cor. Arguell. & in Dertuſen. Juriſdictionis 28. Jan. 1697. Præfatis coram Pio, & in Mediolanen. Præeminentiarum 2. Decemb. 1705. §. Accedebat cor. Anſaldo.*

Quibus poſitis, prorsùs fruſtranea fuiſſet clarior expreſſio, & longior expoſitio aliarum, eò quia omnes iſtæ ſuperlativè
47 continentur ſub dd. prægnantiſſimis verbis; *Cauſa priùs plenè cognita, & ſui Officii authoritatem &c.* Neque aliud facere poterat, quàm non ſine ſuperfluitate latiùs exprimere ea, quæ ſub dd. verbis continentur, queve illis mediantibus jam ſufficienter expreſſerat, ut in noſtris terminis diſcurrit *Rot. in d. Romana Translationis Penſionis 2. Maii 1718. §. Hæcque*
48 *coram Foſcaro*, ibi: *Non aliam deſumere valuiſſet notitiam, niſi illam, de qua jam ſe declaraverat informatum.*

Et tamen ad omnem abundantiorem cautelam, Apoſtolicus Exequutor pro veritate, & conſcientia requiſitus circa dictorum verborum interpretationem, ſolemnem emiſit de-
49 clarationem, in qua uſque ad minutias expreſſit, ſpecificavit, & declaravit omnia ea, quæ ſub dd. prægnantiſſimis verbis laconicè continebantur; Cui declarationi omnis adhibenda eſt fides, attentis ipſius notoriis bonis qualitatibus Sacerdotalique dignitate, & præ oculis habendo, quòd nullum omninò, neque à remotiſſimis intereſſe habet in validitate translationis Penſionis, ut conſiderando qualitatem
50 Perſonæ atteſtantis notant adducti *in dec. 348. n. 20. & 22. cor. Peuting. & dec. 259. num. 8. par 19. rec. & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683 §. 5. cor. Card. Matthæjo*: Et conſiderando remotionem intereſſe ab illis Perſonis, quæ ſimiles faciunt declarationes, & atteſtationes, advertunt *Roland. à Vall. conſil. 38. num 38. lib. 1 Conciol. allegat. crim. Verb. Falſum reſol. 6. num. 2. & 3 & Rot. in Foroſempronien. Teſtamenti 4 Martii 1697. §. Reſpectu cor Card. Caprara.*

Neque applicantur authoritates, firmantes, non eſſe præſtandam fidem Judici, circa ea, quæ concernunt validitatem
51 ejus Sententiæ: Omiſſa enim, uti non neceſſaria, diſcuſſione ejuſdem inſpectionis, factum in hac parte non regit, quia ipſe declarando verba dubia antecedentis actus, ab eo
52 geſti, nihil de novo fecit, ſed ſolum aperuit, id quod latebat juxtà *Tex. in L. Adeò ff. de Acquir. rer. domin.* in quo id exemplificatur in excutiente granum à ſpicis, qui non facit de novo granum, ſed aperit id, quod priùs ſub paleis latebat, quem ſequitur *Rot. in dec. 30. n. 38 coram Anſaldo*, & concordant alii, adducti *à D. Piton. diſcep. Eccleſiaſt. 8. n. 24.* idem adducente exemplum, *& diſcep. 17 num. 31. in fin.* ubi, quòd declarans nihil diſponit, nihil variat, & nihil immutat.

Minùſque applicantur aliæ authoritates aſſerentes, non
53 eſſe præſtandam fidem Judicibus, teſtantibus de validitate illarum Sententiarum, ex quibus ipſis laus, vel decus reſultare poteſt; Quia hoc nullatenùs verificatur in teſtimonio, dato circa ea, quæ conſiſtunt in mero facto, coram ipſo ſequuto, & cujus facti certa notitia non niſi ab ipſo Judice haberi poteſt, ut limitando contrariam regulam in ſpecie advertunt *Maſcard. de Probation. concl. 950. n. 7. & Conſtantin ad*
54 *Statu. Urbis. tom. 2. annot. 44. n. 248.* & firmavit *Rot dec. 103. num. 5 par. 3 rec.*

Poſthæc ſcripta, introducta Cauſa coram A. C. Met, ab eodem die 4. Sept. 1720. fuit expedita per ſententiam, canonizantem validitatem translationis penſionis. Judex fuit D. Leo Dulcius, ejuſdem A. C., Met, etiam dum hæc imprimuntur, Auditor, in ejus laborioſo munere à multis annis cum laude verſatus, mihique amicitia junctus uſque ab anno 1680. quo tempore ambo Philoſophiæ operam dedimus.

## DISCEPTATIO XIII.

Neapolit. Sponſal. quoad Teſtium repetit.

PRO

Anna Carminata

CUM

JoanneBaptiſta Brancaccio.

### ARGUMENTUM.

*Repetitioni Teſtium quibus concurrentibus locus ſit. Teſtes Neapolitani, an, & quando præſumantur ſubornati; Quandò Advocatus ſcribere poſſit in illa Cauſa in qua conſultus fuit ab illa Parte, quæ deindè ipſius operam non requiſivit in Cauſæ proſequutione.*

Anna Carminati fallacibus ſponſionibus Joannis Baptiſtæ deluſa, inſtetit in Curia Archiepiſcopali Neapo-
litana pro exequutione Sponſalium, cum eodem contra- 1
ctorum, & petiit, ipſum cogendum eſſe ad exequutionem eorumdem ſponſalium, cum ea initorum, non ut divitias ejuſdem captaret, ſed ad conſulendum proprio honori, propriæque Familiæ exiſtimationi, & eodem Jo: Bapt. ſua jura deducente, poſt maturam Cauſæ diſcuſſionem, ab eadem Curia Archiepiſcopali favorabilem obtinuit reſolutionem, conſtare ſcilicèt de ſpoſalibus, ipſumque teneri ad illorum exequutionem.

Recurrente autem ad Cong Conc. & exclamante, impoſſibile eſſe, contracta fuiſſe eadem ſponſalia in Civitate Neapolis die 1. Julii 1713. dùm ex Teſtibus Liburnenſibus, & Civitatis Vetulæ adductis, habebatur, quòd ipſe tempore præ-
dicto erat in Civitate Centumcellarum, juxtà verba Folii 2
dictæ Congr. diei 23. Auguſti 1720. ſolita maturitate procedendo hæc Sac. Con. injunxit probationum coadjuvationem, cum addito, quod Teſtes formitèr examinarentur ſuper d. negativa coarctata.

Ad tenorem hujus reſcripti dd. Teſtes Liburnenſes, conſcientia ducti, conſtantiſſimè pluriès recuſarunt ſe formali examini ſubiicere: Alii verò Civitatis Vetulæ ex illorum numero, qui tranſire ſolent per Civitatem Placentiæ, non au-
tem per Civitatem Veronæ, juxtà lepidum dictum Pii II. de 3
quo *Adden. ad p. 4. tom 4. rec. in diſc. ad Lector. n. 95.* ſuper articulis tantùm examinati, depoſuerunt omnia ea, quæ Jo: Baptiſtæ placuerunt, nullam tamèn reddendo congruam cauſam eorum ſcientiæ circà ejus moram, vel acceſſum ad Oppidum Liburni; interrogatoria autem ex hac Parte non fuerunt eiiſdem Teſtibus data, eò quia eodem tempore in Civitate Neapolis examinabantur alii decem Teſtes ſuper mora Jo: Baptiſtæ in eadem Civitatæ Neapolis, inter quos Muſcarinus, cujus Scholam Jo: Baptiſta tunc temporis frequentabat, & Honuphrius Anaclerius ejuſdem Jo: Bapt: Condiſcipulus, ex quorum depoſitione, junctà cum aliorum octo Teſtium depoſitione, & cum ejuſdem ſeria, & reperita propria confeſſione, credebat, evidenter excludi eandem negativam coarctatam.

Verùm quia in ultima Cauſæ propoſitione Jo: Baptiſta maximum fecit fundamentum ſuper examine dd. Teſtium Civitatis Vetulæ, ideò ad eruendam veritatem ab ipſiſmet contrariis Teſtibus, formitèr repetendis ſub interrogatoriis, per nos dandis, inſtetit coram Secretario pro eorun-
dem Teſtium formali repetitione in Civitate Vetula facien- 4
da, ſumptibus tamèn ejuſdem Puellæ, ac cum præfixione brevis termini ad expediendum dictum examen. Cùmque hæc inſtantia remiſſa fuerit ad hunc Sacroſanctum Conſeſſum, ſupplicamus hodiè benignè injungere eidem Secretario, ut mandet, Teſtes Civitatis Vetulæ repeti ſuper noſtris Interrogatoriis.

In Jure enim prohibitum non reperitur, quòd Teſtes examinati abſque interrogatoriis, cùm eiſdem repetantur, & in

in praxi ſemper admittitur cum hoc ſolùm, quòd id pra-
cticetur ſumptibus Petentis, prout petit Anna, ut de anti-
5 quiſſimo ſtylo, & commendabili praxi teſtantur *Ridolph. in
Prax. par. 1. cap. 11. num. 102. & Cappucc.* pariter *in Prax.
par. 2. cap. 1. num. 104. Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 74.
6 num. 15. Conſtant. ad idem Stat. annot. 9. num. 62. Poſth. de
Manut. obſer. 91. num. 20. & Rot. poſt eumdem deciſ. 191. nu.*
2 ubi teſtatur etiam de laudabili praxi Rotæ, concedendi ni-
mirùm repetitionem Teſtium, quotiès iidem Teſtes cum
Interrogatoriis alterius Partis non fuerunt examinati, & *dec.
471. num. 11. cor. Rembold.*
Abſque ulla prorsùs difficultate in caſu noſtro, dum Te-
ſtes examinati non reddunt congruam cauſam ſcientiæ circà
acceſſum Jo: Baptiſtæ ad Civitatem Liburni, vel quia eum
7 ibidem viderint, vel quia id propriis auribus ab aliis audi-
verint, ut patet ex eorundem Teſtium examine; In quibus
terminis ſempèr concedi ſolet eorundem Teſtium repetitio
juxtà magiſtrale *conſ. Caſtr. 246. per tot. lib. 1.* ubi, quòd Ju-
8 dex non ſolùm hoc facere poteſt, una Parte petente, & al-
tera ſe opponente, ſed etiam ex Officio, ne ob defectum ta-
lis repetitionis juſtitia aliquod detrimentum patiatur, quòd-
que id non ſolùm procedit in claris, ſed etiam in dubio, ut
videre eſt ibidem *num. finali*, ea adducta bona ratione,
quòd in dubio benignior pars tenenda eſt, *& Caſtrenſem* ſe-
quuntur Doctores illi, quos citat *Farinacc. de Teſt. quæſt.
66. num. 276.* ubi teſtatur ulteriùs de conſuetudine in Curia re-
cepta, & *Gabr. Commun. concluſ. tit. de Teſt. lib. 1. conclu. 21. &
78. & lib. 7. concluſ. 28. n. 17.*
Quibus additur, quòd cùm eadem Teſtium reptitio nul-
9 lum diſpendium afferat Parti, nullumque præjudicium ve-
ritati afferre poſſit, attento, quòd illa fit noſtris ſumptibus,
non videtur deneganda, ex noto illo Juris naturalis prin-
cipio, *quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, permittendum
10 eſt*; de quo *Monacell. in formul. tom. 1. tit. 6. formul. 19. num.
9. Magon. deciſ. Florent. 139. num. 3. & Rot. deciſ. 31. num 8.
& 19. par. 17. & deciſ. 69. num. 39. par. 18. rec.* In qua parte
habemus rotundum *Text. in l. 2. §. Item Varus ff. de Aq.
pluv. arcen.* ibi. *Qui factus mihi quidèm prodeſſe poteſt, ipſi
nihil nociturus eſt, hæc æquitas ſuggerit, etiamſi Jure ſtri-
cto deficiamur*, cum aliis, citatis in *tom. 2. par. 2. diſcep. 6.
num. 16. & 36.*
Non attento, quòd præſens inſtantia, utì promota poſt
11 reſolutionem Cauſæ, videatur ſerotina, & ſapiat calum-
niam, dùm Puella habuit ſufficiens tempus ad dandum In-
terrogatòria antè illorum examen.
Reſpectu enim aſſertæ negligentiæ dicimus, quòd illa in
circumſtantiis præſentis caſus, nullo modo conſiderari po-
12 teſt, dùm Anna eo tempore in Civitate Neapolis examina-
re curabat Teſtes, ut diximus, ſuper permanentia Jo: Ba-
ptiſtæ in eadem Civitate Neapolitana, ex quibus cum
omni legali fundamento putabat, propria jura eſſe in tu-
to. Probata ſiquidèm ab iiſdem noſtris Teſtibus, qui de
novo examinabantur ſuper ejus mora, & permanentia in
Civitate Neapolis menſibus Junii, & Jul. 1713. abſque re-
plicationis miraculo, impoſſibile erat, ipſum tùnc tempo-
ris moram facere potuiſſe in Civitate Vetula, vel in Oppi-
do Liburni, in quibus terminis non poteſt conſiderari ali-
qua negligentia, ex firmatis per *Rot. dec. 58. num. 15. par.
13 15. rec.* quæmadmodùm in hac hypotheſi abſque ullo dubio
ſemper locus eſſet conceſſioni remiſſoriæ, non obſtante
lapſu cujuſcumque termini, conceſſi ad examinandum, ex
adductis à *Rot. cor. Priol. dec. 45. num. 11. & dec. 308. num. 10.*
& ità etiam concedi debet Teſtium repetitio, ne Colliti-
14 gantes ad imparia judicentur adversùs regulam *Text. in cap.
Non licet de Reg. Jur. in 6.* de qua *Rot. dec. 78. n. 2. cor. Coccin.
& dec 86. n. 26. par. 17. rec.*
Quò verò ad prætenſam tarditatem in promovenda præ-
ſenti Inſtantia repetitionis contrariorum Teſtium, ultrà il-
lam facti animadverſionem, circà quam habemus notum il-
lud dictum Tarquinii Urbani probati Curialis, de quo in
15 *tom. 3. par. 2. diſcept. 1. §. 18. num. 6. verſ. Quare autem*,
quòd hoc evenit, quia noviſſimè ad Urbem pervenerunt
Conſanguinei Annæ, qui, omnibus maturè penſatis,
determinarunt propriis ſumptibus Interpetem cum Interro-
gatoriis ad Civitatem Vetulam mittere.
Dicimus in Jure, quòd hæc tarditas nullo modo atten-
denda eſt, quia etiamſi præſens inſtantia facta fuiſſet die
16 immediatè ſequenti poſt reſolutionem Cauſæ, ſequutam
23. Auguſti 1721. adhùc ob peſſimi aeris notoriam intem-
periem Civitatis Vetulæ menſibus Æſtatis, & Autu-
17 mni, examen fieri non poterat, niſi in præſenti menſe,
per ea, quæ egregiè advertit celebris *Gloſſ. in Can. Com-
munis verb. Suorum diſt. 23.* ibi: *Nota, quòd propter in-
temperiem Loci aliquis excuſatur, ut hìc*, quam ſequun-
tur *Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 59. caſ. 421. num 27.*
cum aliis, citatis in *tom. 1. par. 2. diſcept. 16. num. 36.* cum
quibus proceſſit in d. caſu hæc S. C. ut videre eſt ibidem *nu.*
107. ex hoc motivo excuſando Beneficiatum Vaticanę Baſi-
licæ ad acceden. ad Urbem, ad reſidendum, & ſervien. ſuæ 18
Eccleſiæ, & procedendo cum ſenſu Epiſcopi *Pacis Jordan.
variar. lucubr. to. 1. prælud. 8. num. 8.* exiſtimantis, eſſe im-
pium, & ferè inhumanum, in his circumſtantiis cum vitæ
periculo obligare aliquem ad accedendum ad locum peſſimi
aeris, & concordat *Corrad. in Prax. lib. 8. cap. 10 n. 18 verſ.
Quartum.*
Et propterea idem prorsùs eſt, quòd Inſtantia facta fuiſ-
ſet in præterito menſe Auguſti, ac fiat in præſenti menſe
Novembris. Imò ſi Jo: Baptiſta decretum pro repetitione co-
ram R. P. D. Secr. non impugnaſſet, hodiè completum eſſet
examen, & per conſequens ceſſat quævis aſſerta ſuſpicio ca- 19
lumniæ, quæ ſola, ſicuti non eſt apta ad impediendam Re-
miſſoriam, ità multò minus retardare poteſt teſtium repeti-
tionem *Rot. dec. 27. nu. 18. cor. Peuting.* Potiſſimè in Cauſa ma- 20
trimonialis, qualis eſt noſtra, in qua ob ſui gravitatem ad-
mittuntur articuli, & teſtium repetitio etiam in caſibus,
in quibus aliàs rejicerentur, *Peuting. dec. 268. num. 9. Priol.
dec. 24. num. 2. & dec. 308. num. 8.* ubi, quòd pro hujuſmodi 21
effectu Cauſa matrimonialis reputatur profana; Et fortiùs in
caſu noſtro, in quo cum hujuſmodi repetitione erui debet à
teſtibus vera cauſa ſcientiæ, circa Jo: Baptiſtæ permanen-
tiam Liburni, data opera ab eiſdem, non expreſſa in eorum
examine, ex authoritatibus, ſupra citatis.
Nec dicatur, hanc teſtium repetitionem eſſe irrelevantem,
quia, ſecluſa etiam negativa moræ Jo: Baptiſtæ in Civitate
Vetula menſibus Junii, & Julii 1713. adhùc Sponſalia eva-
neſcant, ex defectu illorum concludentis probationis; Ideò-
que, cùm eadem repetitio profutura non ſit, concedenda 22
nullatenùs veniat, juxtà ea, quæ aſſerunt Doctores de con-
ceſſione Remiſſoriæ ad probandum id, quod probatum, non
relevaret.
Reſponſio enim in promptu eſt, quia per d. teſtium repe-
titionem, non ſolùm intendimus aſſertam negativam coar-
ctatam excludere, ſed inſuper contrarios teſtes de falſo re-
darguere, & exindè cum omni legali fundamento ſolidè de- 23
ducere, quòd etiam alii contrarii teſtes, Neapoli exa-
minati, ſint falſi, ex illo indubitato Juris principio, &
communi axiomate, quod ſubornans aliquos teſtes, talem
habeat contrà ſe Juris præſumptionem, ut tollat fidem om-
nibus aliis teſtibus, ob ſimilem præſumptam ſubornationem,
& in odium illam procurantis, ex adductis per *Ruin.
conſ 36. lib. 4. num. 9 Vermigl. conſ. 74. num. 16. Maſcard. de Pro-
bat. concl. 1340 num. 6. & Farinac. de Teſtib. quæſt. 67. num.
256.* & firmatis per *Rot. dec. 89. num. 7. & 8. cor. Priol.* loquens
in ſpecie de teſtibus, adductis circa probationem Sponſa-
lium, *& dec. 514 num. 11. par. 18. rec.* cum aliis, cumulatis in 24
*Inſtit. crimin. lib. 4. tit. 2. num 96.* quibus addo *Rot. dec. 258. nu.
8. cor. Cerr. & dec. 30. num. 10. cor. Zarat. & in Capuana Juriſ.
patr. 10 Junii 1709. §. Fortiùs verſ. Aliorum cor. Aldrovan. & 25
in Mediolanen. Separ. Thori ſuper Remiſſoria 2. Julii 1714. §.
Maximè coram Criſpo.*
Imò duo alia applicantur Juris principia ad denegandam 26
fidem dd. teſtibus.
Primum, quòd ex falſitate unius teſtis optimè infertur
ad præſumptam aliorum falſitatem, juxtà animadverſa per 27
*Rot. Aven. dec. 33. num. 1. & 2.* ubi refert, & ſequitur illud
Virgilii: *Crimine ab uno diſce omnes, Farinac. quæſt. 67. à
num. 111 Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ. 28. cap. 13. num.
17* cum aliis, allegatis in *Inſtit. crimin lib. 2. tit. 6. nu. 23.* qui-
bus addo *Rot. cor. Beninc. deciſ. 268. num 10. & in Rom. prætenſ.
nullit. contract. 20. Junii 1698. §. Cæterùm cor. Anſal.*
Secundum verò, quòd aliquando ex una, vel altera levi
circumſtantia, à teſtibus aſſerta, & mediante illorum repe- 28
titione comprobata, ſolet in lucem venire veritas, juxtà no-
bilem obſervationem *P. Le Tellier en la Defenſe pe novveaux
Chretien. par. 1. in admonit. ad Lectorem fol. 48.* cujus verba
referuntur in *Inſtit. crimin. lib. 3. tit. 6. n. 16.*
Quibus proindè attentis, in dubium revocari nequit re-
levantia, quæ ſemper dicitur adeſſe, quando probatio,
ſivè directè, ſivè indirectè facit ad cauſam, ut ſæpiſſimè
firmavit *Rot* & ſignanter *coram Ottbobon. deciſ. 31. num. 2. 29
& deciſ. 83 num. 12. & deciſ. 119. num. 9. & coram
Priol. deciſ. 247. num. 7. & deciſ. 444. num. 12. & coram
Peuting. dec. 86. n. 4.*
Imò, quòd ſufficiat, examen teſtium quoquomodo confer-

re ad victoriam Cauſæ, quotidiè dicit *Rot.* & præcisè *coram*
30 *Priol.dec.*287.*num.*4.*& dec.*371.*num.*11.*& dec.* 447. *à num.* 9.
*ad* 11. ubi, quòd id procedit, etiamſi relevantia ſit ſolùm
probabilis, & veriſimilis, & quòd ſuperabundet ſola rele-
31 vantia poſſibilis, licèt non certa, ampliavit eadem *Rot.dec.*
82.*n.*22.*cor.Ottbob.*

Minùs ſuffragatur aſſerere, quòd præſens Inſtantia, uti
facta in limine repropoſitionis Cauſæ, promota dicatur ad
effectum impediendi illius reſolutionem. Hoc enim proce-
32 dit in illis terminis, & Cauſis, in quibus de Jure ſupereſt
alia Inſtantia, in qua in gradu appellationis fieri poſſet no-
vum examen, non autem admittitur in Cauſis, in Sacris
Congr. pendentibus, eò quia illarum reſolutiones dicuntur
conſtituere rem judicatam, quæ litibus finem imponendo,
33 faciunt de albo nigrum, & quadrant rotunda, ut firmavit
*Rot. in Tarent. Canonic.* 11. *Decembr.* 1716. *§. Undè reſtricta
cor. R.P.D. Foſcaro.*

Et propterea ex hac facti innegabili animadverſione,
quòd à reſolutionibus Congr. non detur appellatio, examen,
34 ſeù repetitio teſtium denegari non poteſt, ut reſpondit *Rot.
dec.* 875. *num.* 4. *cor. Manzan. & cor. Priol. dec.* 24. *& dec* 232.
*utrobique num.* 4.

Pro quorum faciliori admiſſione tres aliæ urgere videntur
35 facti circumſtantiæ.

Prima, quòd in Civitate Neapolis, in qua accerrimè agi-
tata per plures annos fuit præſens Cauſa, Puella favorabi-
lem obtinuit reſolutionem, in eaque Jo: Baptiſta, attenta
36 notorietate facti permanentis ipſius moræ in eadem Civitate
tempore contractorum Sponſalium, erubuit opponere illam
exceptionem abſentiæ ab eadem Civitate, quam ſerena fron-
te coram hoc Sacroſancto Conſeſſu poſteà adduxit: In qui-
bus terminis eadem notabiliſſima circumſtantia ſerotinæ
allegationis motivi, quod unicè ponebat falcem ad radices
omnis controverſiæ, manibus palpare facit falſitatem dd.
teſtium Civitatis Vetulæ ad *Text. in leg. Si quis fortè §.* 1.
37 *ff. de Pœn.* cum concordantibus citatis *in tom.* 1. *par.* 2. *di
ſcept.* 21. *num.* 32. *& Rot. deciſ.* 59. *num.* 9. *par.* 13. *rec. & in
Roſſanen. Juris prohibendi* 3. *Julii* 1702. *§. fin. coram Lan-
cetta.*

Secunda, quòd ſumus in terminis Cauſæ matrimonialis,
cujus intuitu, ob ejus gravitatem, & ſpiritualem qualita-
tem, ſemper inclinandum eſt pro facultate faciendi novas
38 probationes, ex firmatis per *Rot deciſ.* 312. *ſub num.* 10 *cor.
Mantic. & deciſ.* 268. *num.* 9. *coram Peuting. & deciſ.* 308. *nu.*
8. *cor. Priol.*

Quod ampliant Doctores, ſequuti ab eadem *Rot. dec.* 219.
39 *per tot. coram Emerix jun.* etiamſi ſermo ſit de novo, prorſ-
ſuſque diſtincto examine, & etiamſi dicta priorum teſtium
fuerint jam diſcuſſa, quia adhùc in Cauſa matrimoniali
ſemper locus eſt conceſſioni novi examinis, ex authoritati-
bus, allegatis in *d.dec.*219.*cor.Emer jun.*

Tertia demùm, quòd præſens magnus conatus Jo: Bapti-
ſtæ ad impediendam repetitionem contrariorum teſtium, or-
40 tum habet ab illo non panico timore, quòd, veritate dete-
cta, & cognita dd. contrariorum teſtium animoſitate, cum
omni legali fundamento retorqueri contra eundem poſſint ea
omnia, quæ magno faſtu exagerata fuerunt adversùs teſtes
Neapolitanos; infamando, integrum illud Regnum, æquè
pium, ac religioſum, allegando rancidum conſilium *Gram-
matici* ſemper à *Rota* reprobatum, & ſemel tantùm per jocum
allegatum coram *Pen.dec.*1297.*n.*2. ut in ſpecie reſpondendo
eidem *Grammatico*, eumque reprobando, firmavit *Rot. dec.*
41 277 *num.*4.*par* 3. *rec.* ibi: *Dicebant DD quòd Grammaticus
proprio ſe ligone percutit, quia, ſi adeſſet illa prava conſuetu-
do in Regno Neapolitano, neque ipſimet Grammatico, tan-
quàm Viro Napolitano, eſſet credendum, quia ipſe præſume-
retur ſubornatus ab habente intereſſe in Cauſa, & dec* 57. *nu.*
5. *par.* 4. *rec.* ibi: *Non obſtat ſubornationis timor, cùm teſtes*
42 *examinandi ſint de Regno Neapolitano ex Grammat. vot.* 14.
*num.* 11. *&* 12. *Grammaticus enim fuit in hoc Voto ſæpè à Ro-
ta reprobatus, ut in Neapolitana &c. & cor. Arguell. dec.* 38.
*num.* 27. ibi; *Deniq; minùs placuit replicatio, quòd in Regno*
43 *Neapolitano ſit valdè facilis iſta teſtium ſubornatio (ut dice-
bant Informantes) ex traditis à Gramm. vot.* 14. *incipit In
Cauſa Regii Fiſci num.* 11. *&* 12. *quem amplectitur Rot. in
Neapolitana Illegitimitatis* 18. *Maij* 1607. *cor. Pen. ubi, quòd
conſuetudo ſubornandi in Regno eſt frequens. Quia Rota me-*
44 *lius, & veriùs informata ab hac ſiniſtra opinione poſtmodùm
receſſit pluriès, & dictum Grammatici ſæpiùs reprobavit, ut
in Neapolitana Separationis Thori* 7. *Novembris* 1622. *quæ
eſt* 656. *num.* 1. *cor. Burat. in Neapolitana Computorum* 10.
*Maij* 1610. *cor. Sacrat. ubi reſpondet dicto Grammatico, &
dec. Peniæ, & quoad Grammaticum ſubdit, quòd non credi-
tur Doctori, atteſtanti de aliqua conſuetudine, & Aret. conſ.*
32. *num.* 2. *Dec.conſ.*402. *num.*15.*Corn.conſ.*83 *num.* 14 *lib.*2.
*Purpurat. conſ.* 215. *ſub num.* 15. *Et multò minùs atteſtanti de
prava, & damnabili, quia in objectivis exigitur plena, &
concludens probatio cap. Significaſti de Divort. Mohed. dec.* 45
130. *num.* 1. *& invehit contra Grammaticum, quòd neque
ipſe mereretur fidem, quia tanquàm Neapolitanus ſuſpican-
dus eſſet ſubornatus ad id ſcribendum, ſi vera eſſet illa prava* 46
*conſuetudo ſubornandi in Regno Neapolis adeò pio, religioſo,
& nobili*, Et *num.*7. *concludit, quòd in illa dec. Peniæ ex Pro-
ceſſu Criminali, & aliis circumſtantiis conſtabat magnus ti-
mor ſubornationis, ſed, quòd Votum Grammatici fuit potiùs
per jocum allegatum, quàm per Rotam approbatum & in Hye-* 47
*racen. Juriſpatronatus* 5. *Junii* 1617. *cor. bo. mem. Card. Fa-
britio Veroſpio, quæ eſt* 517. *num.* 5. *par.* 4. *rec. ubi quoque be-
nè reſpondetur ad Vot. Grammatici, & dec. Peniæ, & in al-* 48
*legata Neapolitana Pecuniaria* 3. *Julii* 1645. *cor. Royas §.
Ubi aliàs &c.*

Corollariè demùm dicimus, quòd, ſi Jo: Baptiſta aſſerit,
hujuſmodi teſtium repetitionem eſſe ſuperfluam, eò quia,
ſecluſa etiam negativa coarctata, habet in tuto Cauſæ victo-
riam, ex quo probationes, ex hac Parte procuratæ ad de- 49
monſtrandum contractum Sponſalium, iſta non concludunt;
Declaret idem Jo: Baptiſta, dictam negativam non ſubſiſte-
re, ipſumque de menſibus Junii, & Julii 1713. permanſiſ-
ſe in Civitate Neapolis, & in iſtis circumſtantiis ſolemniter
renunciabimus expetitæ repetitionis teſtium, parati ad de-
ducendum noſtra Jura in prima proxima Congregatione
Aut recuſat eandem declarationem emittere, & ad inve-
niendam patentem illam veritatem, quam coram hac Sa-
cra Congr. impugnavit, dignum, & juſtum videtur, ut
Annæ, inſtanti pro defenſione ſui honoris, necnon pro exi-
ſtimatione, & decore ſuæ familiæ, concedatur facultas il-
la, quæ nemini denegari ſolet, quando alteri Parti nullum
irrogatur præjudicium, ut in præſenti præcisè verificatur.

## In eadem Cauſa.

MAgnus conatus Jo: Baptiſtæ ad impediendam repetitio-
nem contrariorum teſtium noſtris ſumptibus, & ex- 50
penſis, digito demonſtrat fundatum timorem, quòd ex tali
repetitione venire poſſit in lucem veritas illa, quæ hodiè ab
eodem impugnatur.

Ad obtinendam verò favorabilem reſolutionem, duo præ
cæteris, inter alia, in noſtris Scripturis adducta, humilli- 51
mè conſiderare ſupplicamus.

Primum, quòd ſumus in terminis verè maximi; Sacro-
ſanctique Trib. cujus reſolutiones habent vim rei Judicatæ,
ut experientia notum eſt, & ad noſtrum effectum conſiderat 52
*Rota in Tarentina Canonicatus* 11 *Dec.*1716. *§.Undè cor. Foſ-
caro*, ibi: *Sed etiam, quia ex dicta declaratione exorta dici-
tur res judicata, quam nunquam licet in controverſiam revo-
care*, & concordat *Raynaud in Heteroclit. pietat. to.* 16. *ſect.*
1. *punct.* 14. *num.* 12. *fol. mihi* 178. *ibi: Adversùs illas recalcitra-
re non licet, quòd fas eſt adversùs aliorum Doctorum inter-
pretationes.*

Et propterea in iſtis terminis, quando ſcilicet non admit-
titur ulterior appellatio, ſemper locus eſt repetitioni teſtium,
nè probationes anguſtientur, juxta perpetuam *Sac. Rotæ* opi- 53
nionem, de qua in *dec.* 256. *in fin. cor. Caril. & dec.*80. *num.* 3.
*& dec.* 562. *num.* 5. *cor. Ludov.* ibique *Adden. num.* 7. *& dec.*
59. *num.* 1. *cor Caval & dec.*222. *num.* 3 *cor. Coccin. & dec.*70. *nu.*
2. *par.* 3. *cor. Ubaldo, & dec.* 691. *num.* 10. *cor. Dunoz jun. &
dec.*83. *num.*9. *& dec.* 119. *num.* 17. *cor. Ottbob. & in par.* 4. *rec.
dec.* 36. *num.* 1.

Secundum verò, quòd non ſumus in terminis Cauſæ pe-
cuniariæ, ſed inſpectionis, unicè concernentis, nedùm ho-
norem honeſtiſſimæ Puellæ, ſed exiſtimationem integræ il-
lius civilis, & honeſtæ Familiæ. Si autem teſtium repeti-
tio nunquàm denegatur, quando ſermo eſt de vita hominis, 54
juxtà latè animadverſa per *Ambroſ. de Proceſſ. informat. lib.*
3. *cap.* 1. *num* 10. *Cartar. de Interrog. Reor. lib.* 3. *cap.* 3.
*num.* 60. *& ſeq. & Farinac. quæſt.* 82. *à num.* 82 cùm aliis,
citatis *in Inſtit. Crim. lib.*4. *tit.*2 *à n.*68. Multò magis denega-
ri non poteſt in præſenti, in quo agitur de cauſa honoris, 55
qui non ſolùm propriæ vitæ æquiparatur, ſed ab honeſtis
hominibus ipſimet vitæ anteponitur ad *Text. in l. Ita quidem
§. Quod ſi dederit ff. de quod met. cauſ.* ibi: *Cùm à Viris bonis
iſte metus major, quàm mortis eſſe debet, & in leg. Juſta
cauſa ff. de Manumiſſ. vindict.* ubi *Gloſſ. verb. Infamiæ,*

vè,

vè, cum concordantibus, citatis à *Conciol.Reſol. crim. verb.*
*Defenſio reſol.6.per tot.*
In qua parte habemus celebre illud *Doctor. Gent. 1. ad Co-*
*rinth.9.15.Bonum eſt mihi magis mori, quàm ut gloriam meam*
56 *quis evacuet, & ex Sanctis Patrib.*obſervat egregiè *D. Am-*
*broſ.lib.3.de Offic.cap.4.*ibi: *Quis enim vitium corporis, aut*
*patrimonii non levius ducat vitio animi, & exiſtimationis diſ-*
57 *pendio?* Et ex ipſiſmet Gentilibus concordat *Marc. Tull.*
*Philipp.3.*ibi: *Ad decus, & libertatem nati ſumus, aut hæc te-*
*neamus, aut cum dignitate moriamur.*

Nec dicatur, quòd vis præſentis Cauſæ non ſtet in exami-
ne, vel repetitione contrariorum teſtium, ſed in probatione
Sponſalium, quam facere tenetur Anna Actrix, qua non
probante, abſolvendus veniat Jo: Baptiſta Reus, ex regula-
58 ribus propoſitionibus, & regulis generalibus, exadverſò in-
culcatis, quas æquiparat pannis calidis ad ſananda vulnera
*Card.de Luc.de Legat.diſc.61.n.3.*

Cathegoricè enim reſpondemus, quòd non recuſamus ex
noſtris teſtibus, & ex aliis probationibus, concludentiſſimè
59 eadem Sponſalia demonſtrare, ſupplicantes dumtaxat no-
ſtras probationes ſub oculis habere ſub illo Juris indubitato
principio, quòd Sponſalia, nedum mediante Scriptura, ſed
etiam per teſtes concludentiſſimè probari poſſunt, ex firma-
60 tis *per Rot. in Aven. Sponſal. 1. Julii 1693. §. Conſtat coram*
*Muto* ubi quòd ad illa proban. admittuntur etiam fęminę;
Quòdque in qualibet materia duo teſtes ſuperlativam, & ple-
niſſimam faciunt probationem ex concordantibus apud *Mogol.*
61 *de Metu c. 10. §.... nu. 13. Cucch. Inſtit. moral. lib. 5. tit. 12. n.*
*166. Caſtill. contr. Jur. lib 8. tit. de Alim. cap. 59. n. 29. & Rot.*
*in Aven. Dotat. 3. Martii 1692. §: Quoad factum cor. Card. Ca-*
*prara.*

In noſtro autem caſu non duos tantùm, ſed quatuor-
decim habemus teſtes, de dictis Sponſalibus deponen-
tes.

Non attenta intercalari illa contraria exclamatione, quòd
omnes noſtri teſtes aliquam patiantur exceptionem. Quòd-
que aliqui ex iiſdem teſtibus præciſè non concordent circà
62 temporis momenta, in quibus contracta afferunt Spon-
ſalia, & circà præciſas ubicationes Joannis Baptiſtæ,
& Annæ quando illa contraxerunt, circino menſuran-
do ſitum, & locum Lodiæ, ubi contracta fuerunt.

Ultrà quòd enim hæc eſt magna infelicitas noſtrorum
temporum, quòd non poſſint reperiri teſtes adeò integri,
adverſus quos non inveniantur aliquæ exceptiones, or-
tum habentes à Litigantium ſubtilitatibus, teſte *Rot.*
63 *deciſ. 456. numer. 5. coram Emerix jun.* ibi: *Cum vix*
*poſſint reperiri Teſtes, tam integri, contra quos non in-*
*veniat apparentem exceptionem Litigantium ſubtilitas.*

Prout etiam, ultra quod eædem exceptiones, vel in fa-
cto non ſubſiſtunt, vel ad noſtrum effectum attendi non de-
bent, ex admiſſis ab hac Sac. Congr. in illa *Romana Nul-*
64 *litatis Profeſſionis*, de qua ſupra *par. 1. diſcept. 1.* in qua
loco exceptionum compoſiti fuerunt Libelli, pænè famoſi
contrà teſtes, etiam Sacerdotes, & qualificatos Religio-
ſos, & tamen hæc Sac Congreg omnem fidem eiſdem teſti-
bus tribuendo, intrepidè reſpondit pro nullitate Profeſſio-
nis, ea ſolida ratione, quia non omnes perſonales exceptio-
nes ad noſtrum effectum fidem teſtibus diminuunt, neque
contrarietates circa non ſubſtantialia attendi merentur, jux-
65 ta nobilem adverſionem *D. Thom. 2. 2. quæſt. 7. art. 2.* cu-
jus aurea verba referuntur in *Voto, edito à bon. mem. Lonio*
*in Romana Annuæ Præſtationis 22. Martii 1715. §. 27.*

Strictè reſpondemus, quòd in illis terminis, in quibus ad-
ducuntur teſtes ultrà numerum ternarium, prout in caſu
66 noſtro quatuordecim numerantur, generalis, & trita regu-
la eſt, quòd numerus ſupplet illorum defectus, de qua *Rot.*
*dec. 343. num. 6.* ibi: *Et ubi non eſſent omninò integri &c.*
*quod deficeret ex fide, ſuppleret numerus teſtium &c. & eſt re-*
*gula generalis, quòd numerus ſupplet fidem teſtium, & deciſ.*
*351. num. 5. coram Ludov.* ibi: *Et in terminis noſtris ad pro-*
67 *bandas minas paternas pro annullando matrimonio, tradit*
*Alex. de Nevo &c. & eſt regula generalis, & trita, quæ pro-*
*cedit etiam, ubi omnes paterentur aliquas exceptiones, ſi te-*
*ſtes ſunt ultra numerum trium, & deciſ. 371. num. 11. coram*
*eod.* ibi: *Et ſi qui adeſſent defectus, poſſent ex numero te-*
*ſtium ſuppleri*; & concordant alii, adducti *per Sperel. dec.*
*75. num. 35. & Panimoll. deciſ. 102. num. 35.* ibi: *Imò, quan-*
68 *do teſtes ſunt ultra tres, certum eſt, ut in quacumque cauſa*
*matrimoniali, & etiam ubi agitur de infringendo matrimonio,*
*numerus ſuppleat defectum illorum, qui aliàs non eſſent omni*
*exceptione majores, juxtà Sententiam, quam ſemper Rota*
*amplexa fuit, & teſtatur Sperel. &c. & Rot. deciſ. 416. num.*
*9. coram Bich. & deciſ. 214. num. 16. & 17. par. 10. rec.* ibi: *Et*
*quamvis teſtes aliqualem paterentur difficultatem, numerus,*
*nedùm ſupplet, ſed eos facit reputari, ac ſi eſſent omni exce-*
*ptione majores &c. Quod procedit etiam, ſi ſinguli exceptiones*
*patiantur, cùm ſint ultra tres.*

Secunda reſponſio in eo conſiſtit, quòd ex veritate, com-
probanda à repetitione contrariorum teſtium unica, legali,
& ab omnibus Doctoribus, & Tribunalibus admiſſa cathe-
gorica reſponſione, de medio tollere, & penitùs infringere 69
intendimus omnes omninò contrarias probationes, exad-
verſò adductas contra perſonas noſtrorum teſtium, ex illo in-
dubitato Juris principio, ab omnibus Doctoribus admiſſo,
& ab omnibus Tribunalibus canonizato, quòd ſubornans
aliquos Teſtes, talem, tantamque habet contrà ſe Juris prę-
ſumptionem, ut tollat fidem omnibus aliis teſtibus, à ſe in-
ductis, ob ſimilem præſumptam ſubornationem, & in odium
illam procurantis, ex authoritatibus, allegatis ſupra; Sub-
lata proindè fide omnibus contrariis teſtibus, firma, & fixa 70
remanet probatio Sponſalium, innixa depoſitioni dictorum
noſtrorum teſtium.

Non attento, quòd illi non ſint conteſtes de loco, & tem-
pore; Obiecto enim punctualiter occurrit *Rot. in Aven. Do-*
*tat. 3. Martii 1692. §. Nec veritati cor. Card. Caprar.* ibi: *Nec* 71
*veritati Sponſalium detrahit, quòd eorum probatio deducatur*
*ex duobus teſtibus, loco, & tempore ſingularibus, dum pri-*
*mus deponit de die 29. Sept. ſecundus de die 2. Octob. Hic de*
*Aula Domus, ille de Viridario, cohærente domui; Quia hæc*
*differentia temporis proximi, & loci cohærentis, eſt nimis exi-*
*gua, itaut dicta teſtium facilè jungantur, ubi actus ſunt reite-*
*rabiles, & multiplicativi, & ſingularitas non eſt obſtativa, &*
*contradictoria, ſed potiùs accumulativa, & adminiculativa*
*&c. & in Novarien. Sponſalium 1. Julii 1693. §. Vim coram*
*Muto*, ibi *Vim verò dd. probationum nequit excludere oppoſita* 72
*contradictio teſtium, quia nulla conſiderari valet contrarietas*
*objectiva, cùm omnes in ſubſtantia conveniant &c. ſufficitque,*
*ut contextualitas ſit in ſubſtantialibus, nè fides teſtibus adima-*
*tur &c. Minuſque, quòd idem Vanſonus, & Uxor diſcordare*
*videantur in tempore, nàm Uxor circa tempus non loquitur aſ-*
*ſertivè, ſed dubitativè cum dictione circa &c. ideòque in tem-*
*pore dici non poſſunt diſcordes.*

Prout etiam, non attenta replicatione, quòd iidem noſtri
teſtes ſint Neapolitani, contra quos *urget generalis illa diſ-* 73
*famatio, quam in univerſa Italia, & ſignanter in Romana Cu-*
*ria Neapolitani teſtes non injuſtè patiuntur, cùm ſint de illis,*
*qui quanti minimi in Triviis, & Plateis Civitatis Juris ju-*
*randi Sacramenta nundinantur*, ut tanquàm ex Cathedra lo-
quens, per hæc numero verba pronunciavit exadverſò in fa-
cto Scribens, ſerena fronte gratìs ubiquè infamando unam ex
principalioribus Catholicis Civitatibus totius Orbis, & ex
principaliſſimis Italiæ.

Reſpondemus enim, quòd iidem contrarii Scribentes con-
victi, & oppreſſi à punctualitate deciſionum S. Rotæ, per
nos ſupra allegatarum, palinodiam recantantes, ita loquun- 74
tur in ultima Reſponſione Facti §. *DD. exadverſò: Nos tunc*
*non habuimus intentionem, prout nunquàm in æternum ha-*
*bebimus redarguendi præclariſſimam Civitatem, omnium*
*Gentium admiratione digniſſimam, piis, probiſque Viris il-*
*luſtrem, ſed ſicuti ubique Locorum bonæ, & malæ vitæ homi-*
*nes ſunt, ita nil mirum, ſi pravi homines, & ſignanter in hoc*
*genere mali, reperiri poſſint in Civitate Neapolis, non inter*
*eos, qui nobilitatem, ſivè aliquam natalium honeſtatem profi-*
*tentur, ſed inter Plebejos &c.*

In iſtis igitur circumſtantiis, cohærenter ad hanc ſeriam
declarationem, allegari exadverſò debebant Authores, lo-
quentes de fide, non danda teſtibus plebeis, qui facilè men-
tiri ſolent, & qui non ſolùm in Civitate Neapolis, ſed in 75
omni alio Loco, & Mundi parte reperiuntur juxtà celebre
illud dictum *S. Jo: Apoſt. epiſt. prima 5. 19. Mundus totus*
*in maligno poſitus eſt*, non autem exagerandum erat, & uti
punctuale allegandum rancidum *Votum Grammatici* contra 76
teſtes Neapolitanos, ſemper *à Rota* rejectum, ſemperque
reprobatum, ut demonſtravimus ſupra, quem allegandi
modum ridiculum vocat *Rot. dec. 1620. num. 4. coram*
*Coccin.* ibi: *Ridiculum eſſet illa allegare, quæ fuerunt* 77
*rejecta.*

Quibus addimus, quòd in Civitate Neapolis non ſine
maxima curioſitate expectatur exitus credulitatis, & fidei,
dandæ, vel denegandæ examini contrariorum teſtium Civi-
tatis Vetulæ, eò quia evulgata per eandem Civitatem nega- 78
tiva coarctata, quam prætendit Jo: Baptiſta probare, ve-
rum paradoxum viſum fuit illis, qui cum eodem de
Menſibus Junii, & Julii 1713. quotidiè converſati fuerunt

in Civitate Neapolis, propriiſque oculis illum ibidem viderunt, hodiè propriis auribus audire, quòd ex probationibus, ab eo adductis coram uno ex maximis Tribunalibus Orbis Chriſtiani, appareat ipſum, vel tunc temporis fuiſſe in duabus Civitatibus, inter ſe diſtantibus ferè per biſcentum milliaria, vel non fuiſſe in illa Civitate, in qua viſus fuit, & converſatus eſt, non cum uno, vel altero, ſed cum innumeris Perſonis, in illa exiſtentibus.

Eſt voluntarium æquivocum prætendere, quod Nos inſi-
79 ſtamus in repetitione contrariorum teſtium ex capite nullitatis eorum examinis; Quia in dictis terminis congrua inſtantia eſſet prò circumſcriptione ejuſdem examinis, non prò repetitione teſtium, quæ ſupponit examen validum, nihilque aliud operatur eadem validitas, quàm, ut illa fiat expenſis petentis, ex allegatis ſupra.

Eſt pariter æquè palmare æquivocum exagerare, quòd
80 contrarii teſtes reddant bonam rationem eorum dicti circa moram Jo. Baptiſtæ in Civitate Vetula; Nos enim diximus, & opportunè repetimus, quòd nullam reddunt cauſam eorum dicti circa acceſſum, & moram ejuſdem Jo: Baptiſtæ in Oppido Liburni, ad quem effectum inducti exadversò fuerunt, & ex hoc motivo diximus, quòd concedenda videtur repetitio eorundem teſtium, ex authoritatibus, allegatis ſupra.

Omnia hæc, in ſe clara, tranſeunt in evidentiam ex reſolutione hujus Sac. Congr. diei 3. Auguſti 1710. quando
81 fuit reſcriptum; *Examinentur teſtes formitèr ſuper negativa coarctata*; Hujuſmodi enim reſcriptum intelligendum eſt cum effectu, & omni meliori modo, quo fieri poteſt ad eruendam è teſtibus illam veritatem, de qua eſt quæſtio, & conſequentèr per formalem repetitionem contrariorum te-
82 ſtium cum noſtris Interrogatoriis, non autem ſuper ſolis Articulis, ex illa maxima differentia, quæ intercedit inter examen ſuper articulis, & aliud ſuper Interrogatoriis, in qui-
83 bus circumſtantiis ſemper præfertur ſecundum, ex citatis per *Poſth. de Manut. obſer. 91. num. 3. & Conſtant. ad Stat. Urb. tom. 1. annot. . . c. 74. num. 2.*

Accedentibus duabus ſolidis reflexionibus, Prima, quòd ex hac parte datur magnus fumus relevantię repetitionis con-
84 trariorum teſtium, clarè reſultans ex recuſatione teſtium Liburnenſium ſe ſubiicendo formali examini circa moram Jo. Baptiſtæ in Oppido Liburni de Menſibus Junii, & Julii 1713. quæ recuſatio magni fit à Doctoribus ad oſtendendam falſitatem primæ atteſtationis.

Secunda verò, quia dd. teſtes Civitatis Vetulæ ex diame-
85 tro opponuntur claræ confeſſioni Jo: Baptiſtæ, qui in Poſitionibus pluſquàm tacitè faſſus fuit dictis Menſibus Junii, & Julii 1713. moram feciſſe in Civitate Neapolis; Ad evitandum igitur inconveniens illud, reprobatum *à D. Gregor. hom.*
86 *13. in Evang. Nunquid aliud Judex nunciat, aliud Præco clamat?* Dicendum eſt, nullam omninò fidem mereri dictos teſtes in conflictu contrariæ confeſſionis Principalis ex alle-
87 gatis *in Leodien. Matri. 29. Aprilis* 1699. *§. Materia coram Card. Priol.*

Præſumptio legalitatis, & bonæ famæ contrariorum te-
88 ſtium videtur retorqueri, quia, ſi illa in facto ſubſiſteret) circà quam ſuum locum veritati relinquimus) junctis manibus Jo: Baptiſta deberet Nobis gratias agere, quòd propriis
89 ſumptibus paratis ſumus, illum veracem oſtendere coram hoc Sacroſancto Conſeſſu, à cujus multiplici favorabili ſuffragio ſperat infelix Puella, conſolationem illam recipere in Cauſa honoris, & exiſtimationis, quæ nulli alteri Colliti-
90 ganti denegari poſſet in Cauſa etiam pecuniaria, & denſi luti.

Adversùs reflexionem illam, quæ ſequentibus verbis adducitur in contraria Reſponſione Facti.

*Fas ſit dicere, quòd irrelevantia contrariorum teſtium no-*
91 *toria fuerit, & ſit etiam D. Advocato, hodiè exadversò Scribenti, qui poſt per Nos interpoſitam appellationem coram hoc Sacro Conſeſſu per D. Stephanum Brancaccium, Patruum D. Jo Baptiſtæ Principalis, & per me Scribentem conſultus, debitoque etiam honorario, ut Juris erat, ſatisfactus, prævio accuratiſſimo examine primi Proceſſus originalis, per Nos ei traditi, intrepido judicio reſpondit, non ſolùm Sponſalia nullatenùs verificari ex dd. contrariis teſtibus; Verùm etiam eos evidentiſſimè mendaces, falſos, calumnioſos eſſe, proùt non credimus ab ejus innata ingenuitate, hanc veritatem denegari*
92 *poſſe, licèt hodiè ſcribat in contrarium, non ſine quidem noſtra, ac dictorum Principalium admiratione, contra expreſſam diſpoſitionem famigeratæ Bullæ Pauli V. ſuper Reformat. Tribunal. incipientis Univerſis §. 8. num. 16. impreſſæ poſt Ridolphin. in Prax.*

Dicimus, illam non regere in facto, & nullam habere ſubſiſtentiam in Jure.

Non regit in facto, eò quia Patruus Jo. Baptiſtæ ſemèl tantùm noctis tempore die 3. Jan. 1719. aſſociatus ab exadv. 93
Scribente in Facto, acceſſit ad Domum ejuſdem Advocati, non ad hoc, ut idem Advocatus patrocinium Cauſæ ſuſciperet; Vel in illa tanquam ejuſdem Jo. Baptiſtæ Advocatus ſcriberet; Vel cum aliis Advocatis Congreſſum habendo, concordaret de modo ſcribendi; Vel alio modo ſecreta Cauſæ eidem pandendo; Sed, ut dicitur in contraria Scriptura, ad petendum ſimplex conſilium, an aliqui teſtes in Curia Archiepiſcopali Neapolitana ſer. ſer. examinati, 94
& quorum depoſitiones in Civitate Neapolis erant notoriæ, probarent Sponſalia, de quibus agitur. In iſtis autem circumſtantiis eſt mera vanitas prætendere, quòd non poſſit Advocatus ſcribere in illa Cauſa, in qua verbaliter requiſitus fuit de propria Sententia, eo tempore, quo Cauſa pendebat in Partibus, ut in longè durioribus terminis Juris, ſeù Diſcurſu pro veritate, ab aliquo Advocato compoſito, quòd deindè in eadem Cauſa, etiam contra proprium ſenſum, tanquàm Advocatus ſcribere poſſit, practicavit præteriti ſæculi facultaris legalis decus, & ornamentum *Card. de Luc. de* 95
*Regul. diſc. 3. per tot.* & ſignantèr *à num. 3.* ibi: *A' me inſinuatum in primo Reſponſo, pro Veritate deſuper edita, quamvis deindè in toto Cauſæ progreſſu ad hujus Partis opportunitatem, aliis fortè acriùs, ſcripſerim tanquàm Advocatus.* Idemque practicaſſe *Burgos de Paz. ad leg. 1. Taur.* 96
*num. 644.* teſtatur *Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 30. num. 6.*

Nequè hoc ſcandaloſum videri debet ex illis ſtringentibus rationibus, & congruentiis, quas latè explicat idem *Card.* 97
*de Luca de Fideicom. diſc. 176. num. 3.* à me reaſſumptas *in Inſtitut. Crim. lib. 2. tit. 10. à n. 70.*

Minus eadem contraria reflexio ſubſiſtentiam aliquam habet in Jure, ad quem effectum ſupplicamus ſub oculis habere ea, quæ ſequendo claſſicos Authores, & punctuales Rotæ deciſiones, occurrendo præcisè ſimilibus cavillationibus, ob- 98
ſervavi in *Inſtit. Crimin. lib. 2. tit. 10. num. 83.* ibi: *Adverte quòd aliquando reperiuntur Litigantes adeò providi, ut modeſtè loquar, qui in principio Litis, nullo ſoluto honorario, eorum Jura oſtendunt pluribus primariis Advocatis, vel ab illis conſilium petunt, idq; ad hoc ut deindè contra ipſos ſcribere pro alia* 99
*Parte non poſſint, ut experientia me docuit* (in cujus comprobationem addi poteſt præſens caſus) & obſervat *Zaul. tom. 1. fol. 117. num. 23. Ad obviandum autem ſimilibus malitiis in iſtis circumſtantiis permiſſum eſt iiſdem Advocatis defenſionem* 100
*alterius Partis aſſumere*, ut probat *Zaul ubi ſupra*, & firmavit *Rot. dec. 2018. n. 3. & per tot cor. Coccin.*

Quibus addo *Peregr. de Jur. Fiſc lib 1. cap. 2. num. 11.* ibi: *Nàm multi ſciſcitantur oretenùs ab Advocatis, quid ſentiant ſuper aliquo puncto, & obiter oſtendunt punctum alicujus fidei-* 101
*commiſſi, vel alterius quæſtionis, & deindè opera aliorum Advocatorum utuntur; Nàm hæc incidens conſultatio non impedit Advocatum contrariam Partem tueri Guttier. canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 30. num. 1.* ibi: *Si una Pars tentaret Advocatum, & eidem ſecretum panderet, ut in Cauſa illa pro contraria Par-* 102
*te advocare non poſſet, quia hoc non obſtante poterit contrariam Partem adjuvare, nè dolus illius Partis eidem patrocinetur, & Pignat. ad Statut. Ferrar. lib. 1. Rubric. 86. num. 13.* ibi: *Nota, quia multi ſimulant ſe confidentes Advocatis, nè contra ſe patrocinentur, & poſteà aliorum utuntur advocatio-* 103
*ne &c Non debet dari occaſio Partibus ſupplantandi Viros primarios eoſque excludendi ab alterius Partis patrocinio, & Rot. dec. 163. num. 3. par. 6. rec.* ibi: *Debet etiam adverti, nè detur occaſio Partibus ſupplantandi Viros primarios, eoſque ex-* 104
*cludendi ab alterius Partis ſuſcipiendo patrocinio*; Et hęc eſt inconcuſſa laudabilis praxis omnium probatorum Curialium Romanæ Curiæ, cujus ipſe oculatus teſtis ſum per ſpatium 105
annorum quadraginta, eademque praxis innitur duplici convincenti rationi.

Prima, quia permittendum non eſt, ut mediantibus ſimilibus impropriis modis, ſubtrahatur Litigantibus æqualium 106
probatorum Advocatorum patrocinium, quæ adducitur *in celebri leg. Providendum 7. Cod. de Poſtuland.* ibi: *Si quis autem ex Litigatoribus detectus fuerit, ſeparatìm tractaſſe cum plurimis* (ideſt Advocatis, ut ibidem explicat *Gloſſ.*) *& Adverſario ſub tali fraude ſubtraxiſſe paris defenſionis copiam*)
ubi *Gloſſ. verb. Paris* ait: *Ideſt Advocati, qui ſit par Advocato,* 107
*quem habet iſte, qui eſt de bonis Advocatis de Terra*) oſtendet *procul dubio, iniquam à ſe litem foveri.*

Secunda verò, quia ſimilibus malitiis ſemper, & ubique obviandum eſt; *Textus ſunt in cap. Sedes de Reſcript.* ibi;

*Nos*

*Nos volentes eorum malitiis obviare, & in cap. Plerumque eodem tit.* ibi; *Ne videatur de ſua malitia commodum reportare,*
108 *& in leg. In fundo ff. de Re Vindic.* ibi: *Neque malitiis indulgendum eſt;* Et in *leg. Itaque Fullo ff. de Furt.* ibi: *Sed nemo de improbitate ſua conſequitur actionem;* Et *in leg. Cum hi,* ubi *Gloſſ Verb. Nè circumveniatur ff. de Tranſact.* ibi: *Non*
109 *debet via aperiri malitiis, & in leg. Si legatarius Cod. de Legat.* ibi: *Ut non accipiat fructum ſuæ calliditatis.* Et *Rot. dec. 53. num. 103. cor. Peuting.*

Aliàs, procedendo cum contraria inaudita prætenſione, in Cauſis magni momenti providus Litigans cum quatuor, vel quinque honorariis poſſet tollere alteri Collitiganti patro-
110 cinium paris defenſionis primariorum Advocatorum, quod, quantùm abſurdum ſit, de ſe patet.

Circumſtantiæ autem illæ, in quibus id practicari non ſolet, neque debet, duæ ſunt, Prima, quando Advocatus non ſolum ſimpliciter videt Scripturas, utrique Parti notas,
111 ſed ulteriùs conſiderat illas, quæ non adhùc in Actis productæ ſunt; Secunda verò, quando ultrà viſionem Scripturarum, in Actis non productarum, effectivè ſcribit in Cauſa. Quibus addi poteſt tertia, quando fuit vocatus in aliquo Congreſſu plurium Advocatorum, ſed anguſtiæ Collitigantis non permittunt, omnes Advocatos, qui fuerunt præſentes Congreſſui, poſſe in Cauſa ſcribere.

Quæ circumſtantiæ longè diſtant à caſu præſenti, & proptereà omitti poterat allegatio *Bullæ Pauli V.* impreſſæ *poſt*
112 *Ridolph. fol. mihi* 987. quia illa loquitur, quando Advocatus, vel Procurator ſuſcipit Cauſæ patrocinium, non verò quando verbaliter interrogatur de illius ſenſu, juxta præciſa verba dictæ Bullæ *tit. de Advocatis, & Procurator. §. 18. num.* 8. ibi: *Neque Advocatus, neque Procurator &c. qui pro una Parte patrocinium ſuſcepit, in eadem Cauſa pro altera patrocinari poſſit.* Quantum enim intèr ſe diſtent *patrocinium alicujus Cauſæ ſuſcipere*, juxta verba dictæ Bullæ, & circa ali-
113 quam cauſam conſuli, juxta verba contrarii Memorialis, ibi: *Per me Scribentem conſultus;* Eſt adeò patens, adeòque clarum, ut nil clariùs excogitari poſſit.

Allegatio proptereà ejuſdem Bullæ, magno faſtu, & non ſine admiratione ex adverſo facta, dicitur adducta ad orna-
114 tum Urbis juxtà lepidum dictum *Sperel. dec.* 318. *num.* 57. ſeù dicitur *allegatio ad Baliſtam, nempè extrà propoſitum*, juxtà aliud dictum *Martæ*, ſequuti à *D Piton diſcept. 12. num.* 25. Et in ſpecie reſpondendo eidem Bullæ Pauli V. firmavit *Rot. dec. 163. n. 4. par. 6. rec.*

Abſque ulla prorsùs difficultate, attenta duplici circumſtantia, in facto innegabili; Prima, quia longè poſt tale verbale conſilium, introducta Cauſa coram hac Sac. Congr.
115 in illa per ſpatium ferè duorum annorum ſemper uſus fuit Jo: Baptiſta opera aliorum Advocatorum, nec unicum miſerabile verbum faciendo cum eodem primo Advocato, juxta celebrem theoricam *Caſtrenſ. in l. A Principe num. 2. ff. de Poſtul.* ibi: *Doctores dicunt, quòd ſi oſtendiſti Jura tua, & re-*
116 *quiſiviſti eum de Advocatione, & dedit tibi ſpem; Si poſteà non ſtat per te, quia vis eum pro Advocato &c. non poteſt eſſe Advocatus meus; Sed ſi non requiſiſti eum de advocatione, vel per te ſtat, quo minùs ipſe ſit Advocatus &c. benè poterit eſſe pro me, aliàs daretur materia cuilibet auferendi mihi Advocatos, quia cuilibet Advocato oſtenderet Jura ſua, ad hoc ut non poſſet eſſe contra ſe:*

Secunda circumſtantia reſidet in eo, quòd dictum conſilium petitum fuit die 3. Jan. 1719. & ſic eo tempore, quo Cauſa pendebat adhùc in Curia Archiepiſcopali Neapolita-
118 na, à qua expedita fuit die 22. Auguſti ejuſdem ann. 1719. Inauditum autem eſt in Curia, quòd Advocatus, verbaliter tantùm requiſitus de ſuo Conſilio, quando Cauſa actualiter pendet in Partibus, firmata poſtmodum per appellationem ejus reviſione in Curia, non poſſit deindè ſcribere in eadem Cauſa contra illam Partem, quæ ab eo ſimplex petiit conſilium, & deinde, ipſum non curando, utitur opera aliorum Advocatorum. Quæ adeò obvia ſunt, adeòque naturalia, ut mirum certè videatur, quòd cavillari poſſint, & in controverſiam adduci cum authoritatibus, allegatis ad ornatum Urbis, & ad pulchritudinem Univerſi.

Die 19. Dec. 1721. propoſita Cauſa in C. Concilii ſub du-
119 bio: *An eſſet ſtandum, vel recedendum à deciſis*, fuit reſponſum: *Dilata, & repetantur Teſtes formiter ſuper negativa coarctata Civitatis Vetulæ*, ut factum fuit.

# DISCEPTATIO XIV.

## Romana Feneſtræ.

PRO

Aliquibus Confratribus Archiconfraternitatis SS. Stigmatum.

## ARGUMENTUM.

*Feneſtræ, reſpicientes in Eccleſias, quibus concurrentibus in illis retineri poſſint. Ex quibus cauſis concedi poſſint, vel ad vitam Benefactorum, vel pro omnibus illorum Hæredibus, & Succeſſoribus.*

Pietas, Religio, & aſſiduitas Confratrum Ven: Archiconfraternitatis Sacrorum Stigmatum S. Franciſci de Urbe, in præteritum, & de præſenti ſemper fuerunt eædem, non ſic autem eorundem Confratrum numerus; No- 1
ſtris enim temporibus ille taliter adauctus fuit, ut intra anguſtos limites antiquæ Eccleſiæ, & Oratorii non ampliùs ſe valebant continere, ex quo oriebatur, quòd etiam in ſolemnioribus Anni feſtivitatibus major pars Confratrum ad illud non accedebant, ut experientia notum erat, & obſervavit *Rot. in principio dec. Rom. Retractus* 17. *Junii* 1707. *cor. Omanna:* Quæ omnia providè conſiderantes illius attentiſſimi Officiales, ad ſatisfaciendum dictorum piorum Confratrum devotioni, ac multitudini, determinarunt novam, & ampliorem Eccleſiam, nec non majus, magiſq; elegans Oratorium à fundamentis conſtruere, idque ex piorum Confratrum, aliorumque Fidelium eleemoſynis, Legatis, piiſque diſpoſitionibus, ad d. effectum diverſis temporibus relictis.

Quia verò opportunum ſitum non habebant, ad eundem diù deſideratum finem neceſſarium, voti compotes fieri ſperabant à DD. de Capranica, poſſeſſoribus Viridarii, contigui dictæ eorum antiquę Eccleſiæ, mediante amicabili con-
ceſſione partis ejuſdem Viridarii, ſimpliciter ad eundem 2
effectum neceſſarii, idquè, juſto pretio mediante, non ſine maximo fundamento obtinere ſperabant, eò quia unus ex eiſdem de Capranica inter noſtros Confrates meritiſſimè reperiebatur adſcriptus, & apprimè informatus erat de dd. anguſtiis; Verùm porrectis ad hunc effectum, repetitiſque opportunis precibus, præter omnem expectationem, illæ exauditæ nullatenùs fuerunt, & proptereà, fruſtrata dicta
ſpe, noſtra V. Arch. quod amicabiliter obtinere nequivit, id 3
tanquam de Jure ſibi competens, judicialiter aſſequi procuravit, vigore notoriæ diſpoſitionis celebris *Text. in l. Si quis Sepulcrum ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* congruum inſtruendo
Judicium coram A. C. à quo poſt longam litem, ſpatio duo- 4
rum, & ultra annorum protractam, tandem ſub die 28. Maii 1706. ſententiam favorabilem reportavit, obligantem dictos de Capranica ad vendendum d. ſitum.

Cui nullatenùs acquieſcentes iidem de Capranica, appellationem interpoſuerunt ad Rot. à qua Pon. R. P. D. Oman-
na, ſtrenuè ſemper ſe opponentibus, prævia *dec. ſub titulo* 5
*Rom. Retractus*, emanata *die* 27. *Januarii* 1707. confirmata fuit dicta prior Sententia, à qua iterùm appellarunt: Unde commiſſa Cauſa D. Card. Scotto, tunc Sacræ Rotæ Auditori, & poſt peractum ſolemnem acceſſum ad locum differentiæ, tandem declaratum fuit, competere Arch. Jus conſequendi dictum ſitum.

Recuſantes autem iidem Oppoſitores parere dd. Judicatis, neceſſe fuit, ut eadem Rota de anno 1712 ex officio deveni-
ret ad ſtipulationem Inſtrumenti venditionis d. ſitus pro pre- 6
tio, à Peritis æſtimando, quibus ſucceſſivè electis, ad tenorem eorum Relationis commendabili punctualitate perſolutum fuit pretium in ſumma ſc. 2760.

Ad evitandas verò ulteriores vexationes, & litis durationem, cum ſequela illarum expenſarum, quas experientia do-
cet miſeros Litigantes, quaſque conſiderat *Rot in dec.* 525. *n.* 11. 7
*p.* 14. *& dec.* 479. *n.* 17. *p.* 9. *rec* cum aliis apud *Anſald. in addit. ad dec.* 37. *ſub n.* 57. coacta fuit eadem Arch. mediante particulari Concordia, nedum eis relaxare expenſas omnes judiciales, conſiderabilis quantitatis, quę de Jure reficiendę ſunt
Victorii; Verùm etiam attento, quòd in ſitu retracto reperiebatur quędam Statua amovibilis, quæ factis omnibus diligentiis ad ſummum vendi poterat pro pretio ſc. 150. circiter, coacta paritèr fuit per viam Concordię eadem Arch. illam accipere pro exorbitanti pretio ſc. 300. 8

Terminata hoc modo æquè longâ, ac diſpendioſiſſima li-
te,& volente Archiconfraternitate principium dare novę fa-
bricæ ejus Eccleſiæ, & amplirationi Oratorii, compertum
fuit, quòd ex inadvertentia Peritorum in menſuratione d.
ſitus, murus diviſorius fundamentorum non erat diſpoſi-
9 tus per lineam rectam, *ſeù à filo* juxtà phraſim Archite-
ctorum, ſed ad illum rectificandum, ſeù reducendum *à fi-
lo*, neceſſarius erat parvus alius ſitus in minima quantitate
palmorum 43. dumtaxat; Pro cujus conſecutione eo tem-
pore, quo Confratres judicialem in hac parte procura-
bant continuare inſtantiam, habita de his notitia à DD.
de Capranica, iſti ſponte ſe obtulerunt illum gratis Archic.
concedere, ea adiecta conditione, ſeù ex eorum parte illa
peracta petitione, ut eadem in recompenſationem talis gra-
tuitæ conceſſionis paucorum palmorum dicti ſitus, con-
cederet Jus aperiendi feneſtram in nova Eccleſia, ad effe-
10 ctum ex illa audiendi Sacrum, hoc modo, & ſub hac de-
votionis ſpecie, imponendo novæ Eccleſiæ intolerabile ju-
gum, graveque onus perpetuæ ſervitutis, non ad favorem
eorundem dumtaxat, ſeù illorum vita naturali dumtaxat
durante, juxtà æquè raras, ac difficiles conceſſiones ſimi-
lium gratiarum ad favorem inſignium Benefactorum, ut
videbimus infrà; Sed cum dicta perpetua reali ſervitute,
duratura per omnia ſecula ſeculorum.

Die 6. Decembris 1713. de more intimata, & coaduna-
ta Congreg. Secreta dictæ Archiconfraternitatis in illa for-
titer, & ſuaviter promota fuit eadem inſtantia, in eaque in-
ter cæteros interfuerunt etiam Primicerius noſtræ Archicon-
11 fraternitatis in ſecundo gradu conjunctus cum DD. de Ca-
pranica, nec non alter illorum Conſanguineus in tertio gra-
du, ac proindè in ea facile fuit obtinere favorabilem conceſ-
ſionem dictæ facultatis aperiendi feneſtram in dicta nova Ec-
cleſia.

Conſtantiſſimè autem aſſerunt multi Confratres, qui in
dicta Congreg. interfuerunt, ex illo unico motivo Votum
12 dediſſe pro dicta conceſſione, quia nimirum idem Primice-
rius, tàm in aliis antecedentibus Congr Secretis, quàm in
illa, in qua capta fuit reſolutio affirmativa, apertè declara-
vit Confratribus maximam, ferèque impoſſibilem difficul-
tatem obtinendi Apoſtolicum Beneplacitum, ſub cujus ex-
preſſa conditione petebatur permiſſio aperitionis feneſtræ,
cum illo eſſentialiſſimo addito, quòd caſu, quo illud obti-
neretur, dictus ſitus cenſeretur donatus noſtræ Archiconfr.
13 ibi: *Con patto, e condizione, che egli ſi obligarà d' impetra-
re a tutte ſue ſpeſe, & incarco il Beneplacito Apoſtolico, e fi-
nalmente con patto eſpreſſo, che nel caſo non poteſſe ottenere
detto Beneplacito, in tal caſo, tanto detta porzione di ſito,
conceſſa, come ſopra, quanto la detta Scala, e tutto il reſto,
come ſopra fatto; per avere il commodo di detta feneſtra, s'
intenda donato a benefizio della noſtra Archiconfraternità*;
Itaùt in ſubſtantia noſtra Archiconfraternitas ad praxim
reducendo aureum illud conſilium *D. Pauli ad Roman.* 12.
17. eodem tempore oſtendendo hoc modo illius bonam vo-
luntatem erga dictos de Capranica, & debitum obſequium
erga primarios Officiales, & multos Confratres, efficaciter
perorantes pro d. permiſſione, abſque alia lite, obtineret
intentum gratis habendi d. ſitum.

Quamvis autem ad id non ſe extendere facultas d. Congr.
Secretæ, eò quia in illis circumſtantiis, in quibus ſermo eſt
de imponendo aliquo perpetuo onere eidem Archic. recur-
rendum ſemper eſt ad Congreg. Generalem, ut diſponunt
14 noſtra *Statut. in cap.* 34. *fol. mihi* 49. *&* 50. ubi leguntur ul-
teriùs ſequentia verba, omni conſideratione digna: *Si ri
corda al Primicerio, e Guardiani, che ſaranno pro tempore,
che quanto più potranno ne negozj ſi riferiſchino a queſta Con-
gregat.* (hoc eſt ad Congreg. Generalem) *per eſſer tanto più
ſicuri di non poter errare*; Nihilominùs ſub die 27. Januarii
1714. ſtipulatum fuit Inſtrumentum dict. ceſſionis cum ſola
reſervatione Beneplaciti Apoſtolici, & in eo, nedùm non
ſine manifeſta læſione, & evidenti præjudicio Archiconfr.
omiſſa fuit dicta eſſentialiſſima conditio, contenta in reſo-
15 lutione Congr. Secretæ, quòd quatenùs dictum Beneplaci-
tum obtineri non poſſet, dictus parvus ſitus cenſeretur do-
natus eidem Archiconf. ſed inſuper adjectum fuit aliud pa-
ctum ex diametro oppoſitum, ibi: *E non ottenendoſi, il pre-
ſente Iſtromento ſia ipſo facto riſoluto, come ſe fatto non foſſe,
& ogni una delle Parti reſti nelle ſue primiere raggioni, e non
altrimenti &c.*

Incæpta fabrica, conſtructoque Sacrario, quod de præ-
ſenti proviſionaliter inſervit pro Eccleſia, uſquequò illa per-
16 ficiatur, ſub inſubſiſtenti ſuppoſito, quòd obtentum fuerat
dictum Apoſtolicum Beneplacitum; in alia Congreg. Secre-
ta dictæ Archi. coadunata die 2. Aprilis 1716. in qua inter-
fuerunt pariter iidem duo Conſanguinei Oppoſitorum, iſto-
rum nomine facta fuit inſtantia pro licentia aperiendi feneſ-
ſtram in dicto Sacrario, quòd hodiè proviſionaliter, ut di-
ximus, facit figuram Eccleſiæ, & in hac Cong. prænarratis
duobus eſſentialibus defectibus, poteſtatis nempè dictę Con- 17
gr. Secretæ, & interventus dictorum Conſanguineorum,
improbati à noſtro Statuto, inferiùs recenſendi, additus
fuit tertius, capiendi reſolutionem viva voce, & abſq; ne-
ceſſaria, & ſolita Buſſola; adverſus notoria Decreta gene-
ralia hujus Sac. Cong. necnon adverſus claram diſpoſitionem
noſtrorum *Stat. c.* 5. *fol.* 5. ibi: *Proibendo eſpreſſamente, tanto in
queſta, quanto in qualſivoglia altra elezzione la viva voce.*

Licèt autem in dicta Congr. Secreta ſimpliciter fuiſſet re-
ſolutum, ut ſequitur *Fù rimeſſo al P. M. unitamente con li
Fratelli R. e C. di determinare il modo, e luogo, dove deva* 18
*darſegli il commodo per detta feneſtra*: quæ verba *deva darſe-
gli* ex eorum propria indole, & naturali ſignificatione indi-
cant facultatem, de futuro obtinendam, nihilominùs ac ſi
eadem verba importare poſſent finalem facultatem, & am-
plam actualem poteſtatem de facto aperiendi d. feneſtram,
hæc ſtatim aperta fuit in d. proviſionali Eccleſia, elevata à
pavimento in ſola altitudine palmorum 11. prope quam im-
mediatè reperitur Sedes, deſtinata ad audiendas confeſ-
ſiones, cum ſola diſtantia palmorum duorum altitudinis ab
extremitate d. feneſtræ, taliter ut ex illa commodiſſimè au-
diri poſſunt ſermones Pœnitentium cum Confeſſario; Ex 19
quo magnum fuit ortum abſurdum, nedùm Confratrum d.
Arch. ſed totius Populi, ex abrupto videntium dictam per-
petuam ſervitutem, impoſitam eidem Loco, verè pio, ad-
eò frequentato, tàm à Confratribus, quàm ab omni Perſo-
narum genere.

Quæ omnia non ſine magna admiratione, & maxima com-
paſſione obſervantes multi ex Zelantibus Confratribus no-
ſtræ Archic. humillimum habuerunt recurſum ad Sanctiſs. à 20
quo benigniter exauditæ fuerunt illorum preces, mediante
remiſſione illorum inſtantiæ ad hanc S. Congr. deputatoque
proindè in Ponentem Card. Ruffo, diſputantur hodiè duo
dubia, inter Partes concordata, de quibus in fine; Ex ra-
tionibus autem infra ſubnectendis, primum videtur reſol-
vendum negativè; Secundum verò negativè quoad primam
partem, & affirmativè quoad ſecundam.

Quoad primum, nullitas Inſtrumenti conceſſionis, de
qua diſputamus, palpatur manibus, illaque ex triplici fon-
te pluſquam evidenter deſumitur.

Primò ſcilicet ex eo, quòd in Congreg. Secreta, habita
die 6. Decemb. 1713. in qua petita, & obtenta fuit facultas
aperiendi feneſtram in Eccleſia, noviter conſtruenda, inter- 21
fuerunt, ac votarunt Primicerius, in ſecundo gradu con-
junctus cum Oppoſitore; Necnon alter in tertio pariter gra-
du conjunctus cum eodem, ut non controvertitur.

Ex hoc autem innegabili facto reſultat, d. conceſſionem,
& facultatem eſſe inevitabiliter nullam, ex clara diſpoſitio-
ne *Statuti* noſtræ Arch. in quorum *cap.* 14. ſequentia diſpoſi- 22
ta leguntur: *Se alcuno nel negozio propoſto aveſſe Intereſſe,
tanto proprio, quanto de ſuoi Parenti ſino al terzo grado inclu-
ſivè, avanti che ſi faccia reſoluzione debba uſcire fuori di Con-
greg. ſin tanto ſia reſoluto*: Quod Statutum utì in forma ſpe-
cifica confirmatum à Clem. X. dicitur Papale, & inviolabi-
liter ſervari debet, ut, omiſſis generalibus, in ſpecie adver-
tit *Antolin. in Not. ad Statut. Aurific. Verb. proœm* 2. *num.* 17.
& loquendo de Rotæ Auditoribus obſervat *Anſald. dec.* 71.
*num.* 10 *in Addition.* & in ſpecie loquendo de Confratribus,
ſequendo reſolutiones hujus Sac. Congr. notat *Monacell. in
Formular. tom.* 2. *tit.* 15. *formul.* 8. *n.* 3.

Addito, quòd idem Statutum, utì munitum *Clauſula
ſublata, & decreto irritanti*, inficit totum id, quod contra 23
ejus tenorem quomodocumque geſtum, & attentatum fuit,
ex adductis per *Cobell. ad Bull. Bon Reg cap.* 28 *num.* 72. & fir-
mata per *Rotam dec.* 30. *num.* 15. *&* 16. *coram Ottob. & dec.* 1279.
*num* 18. *coram Emer. jun. & dec.* 25. *num.* 5. *coram Anſaldo, & in* 24
*Colon. Juriſd.* 17. *Aprilis* 1676. *§. Neque, &* 20. *Martii* 1680.
*§. Cùm enim cor. Alberg.*

Secunda nullitas æquali evidentia promanat ex claro defe-
ctu poteſtatis dictę Cong. Secretę, quę nullo modo poterat
devenire ad conceſſionem Juris aperiendi feneſtram in noſtra
Eccleſia, eò quia illius facultates nimis reſtrictæ ſunt à no-
ſtro *Statuto*, ut videre eſt in *Cap.* 34. *fol.* 47. *& ſeq.* ubi, 25
nedùm ſpecificantur omnia ea, quæ facere poteſt, ſed ul-
teriùs demandatur expreſſè, neque etiam poſſe accepta-
re lucroſas hęreditates, & magna Legata, quando iſtis
annexum eſt aliquod perpetuum onus, ibi: *Aurà
facol-*

*facoltà detta Congregazione di accettare devoluzioni, legati, & eredità; ſe però non vi foſſe carico, o peſo alcuno, che in tal caſo vogliamo, che tocchi alla Congregazione Generale accettarli.* Quanto igitur magis deveniri non poterat ad impo-
26 ſitionem dictæ æqualiter duræ, ac perpetuæ realis ſervitu-
tis in noſtra Eccleſia, quæ (præſcindendo etiam à dicta clara diſpoſitione Statuti) cùm ſit veræ, & propriæ alienationis ſpecies, ad illius conceſſionem devenire non erat in facultate Confratrum, nedùm intervenientium in d. Congr. Secreta, ſed neque etiam in Cong. Generali, abſque Apoſtolico Beneplacito, ex animadverſis per *Novar. nov. Jur. Pontific. tit. de Alien. rer. Eccleſ. Concluſ. 1. num. 7. Paſſerin.*
27 *de Stat. homin. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. num. 303. Donat. An-*
*ton. de Marin. quotid. reſol cap. 7. num 13. Ventrigl. in Prax. par. 1. annot. 1 §. 2. num. 17. Card. de Luc. de Servit. diſc. 17. num. 4. & 5.* qui probant imponentes ſimilem ſervitutem Eccleſiis incidere in pœnas contentas in *Extr. Ambitioſæ de Reb. Eccleſ. non alien.*

Creſcitque in immenſum vis hujus animadverſionis ex eo, quòd Congr. Generalis non fuit in hac parte neglecta ex urgenti aliqua neceſſitate capiendi reſolutionem circa aliquod
28 accidens, non admittens moram, vel ex inadvertentia il-
lius, qui illam intimare debebat, ſed ex eo præciſè, quia fuit cum fundamento dubitatum, Confratres omnes in dicta Congr. Generali congregandos, nolle ſubjicere eorum Eccleſiam dictæ perpetuæ reali ſervituti, idque manibus palpatur ex eo, quòd inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè per duas vices petita fuit à multis Confratribus, & irregulari modo extitit denegata, quod fieri non poterat ex animadverſis per *Monacell. in Formular. tom. 2. tit. 14. formul 8. num. 2.*

Tertia demùm nullitas deſumitur, ex quo dictum Inſtrumentum conceſſionis feneſtræ non fuit ſtipulatum ad tenorem, & juxtà præciſam reſolutionem, captam in Cong. Secreta. In iſta enim decreta fuit conceſſio feneſtræ, ne-
29 dùm cum reſervatione Beneplaciti Apoſtolici; Sed ulteriùs
cum alia expreſſa conditione, quòd caſu, quo DD. de Capranica illud obtinere non poſſent, dictus parvus ſitus, noſtræ Archiconfraternitatis conceſſus, cenſeretur donatus, quod pactum nullatenùs legitur appoſitum in Inſtrumento, ſed potiùs directè contrarium in illo fuit conventum, quòd ſcilicet, non obtento dicto Beneplacito: *Ognuna delle Parti reſti nelle ſue Primiere raggioni, e non altrimente*. Hujuſmodi autem monſtruoſa difformitas inter Inſtrumentum, & reſolutionem Cong. Secretę, etiamſi illa, adverſùs rei evidentiam, omnem in hac parte habuiſſet facultatem, ne-
30 dùm indicat manifeſtam nullitatem ejuſdem Inſtrumenti,
ſed ulteriùs operatur, ut in concurſu dictę reſolutionis Congr. Secretę, iſta ſemper pręferenda ſit eidem Inſtrumento, *Rot. coram Pæn. dec. 1237. nu. 28 & ſeq. & coram Emer. jun. dec. 1026. num. 3. & in Spolet. Bonor. 1. Jan. 1682. §. 3 coram Paulutio*. Hanc autem patentem, & innegabilem nullitatem recognovit etiam Congr. Secreta dictę noſtrę Arch. habita ſub die 20. Auguſti 1716. in qua facta propoſitione, an dicta Congr. teneretur aſſumere litem pro defenſione DD. de Capranica, fuit nemine diſcrepante negativè reſolutum, & in reſolutione fuit expreſſè à d. Congr. acceptata dicta nullitas, & quia idem Inſtrumentum ſtipulatum fuit contrà formam decreti ejuſdem Cong. ut legitur in fide dictę reſolutionis.

Quo verò ad 2. dub. nullitas reſolutionis captę à Congreg. Secreta, habita die 2. Aprilis 1716. pro aperitione feneſtrę in Sacriſtia, quę hìc, & nunc deſervit loco Eccleſię, non
31 poteſt eſſe magis clara, magiſque ſubſtantialis, tùm quia
eadem reſolutio extorta fuit ſub ſuppoſito obtenti Beneplaciti Apoſtolici, quod non oſtenditur, & ſic corruente eodem ſuppoſito, corruit etiam dicta reſolutio, ex regula, de qua *Rota deciſ. 574. num. 8. coram Dunoz. jun. & deciſ. 274. num. 11. par. 17. rec. & in Colonien. Canonic. 4. Febr. 1699. §.*
32 *Hinc neque coram Card. Scotto*; Tùm quia in illa Congr. in-
tervenerunt pariter, & eorum Votum dederunt dd. duo Conſanguinei, quorum reſpectu nulla poteſt exadverſò afferri excuſatio dictę nullitatis, eo quia conſtanti, & communi voce aſſerunt Confratres omnes, qui in illa pariter interfuerunt, quòd, ad excuſandam nullitatem primę conceſſionis, habitus fuit ſpecialis ſermo circa obſtaculum Statuti, prohibentis Conſanguineis uſque ad tertium gradum dare Votum favore Conſanguineorum, qui defectus excuſatus fuit cum ſuppoſito, quòd tunc temporis diſpoſitio ejuſdem Statuti non fuiſſet nota dictis Conſanguineis, neque allegata ab aliis Confratribus; Quę omnia nullo modo applicari poſſunt Actibus, ſequutis in dicta Congreg. Secreta, habita die 2. Aprilis 1716. in qua habiti fuerunt repetiti, ſerii ſermones, concernentes obſtaculum Statuti, quod non fuit in aliqua conſideratione habitum: Tùm demùm, quia ad eandem reſolutionem deventum non fuit per Vota ſecreta, cum ſolita Buſſola, ſed eadem reſolutio capta fuit viva voce, ut ex publica fide dictę reſolutionis, data in Summa- 33
rio; Qui procedendi modus importat inſanabilem nullitatem dict. Congreg. Secretę, nedùm vigore generalis Edicti tempore Innocent. XI. emanati à Congreg. ſpecialiter deputata die 1. Septemb. 1699. de qua *Monacell. ubi ſup. fol. 139. num. 3.* quod fuit confirmatum à Clement. XI. die 16. Martii 1701 Sed magis pręciſè vigore Statut. noſtrę Archiconfrater. in *Cap. 4.* prohibentium expreſſè ſimilem votandi modum *a viva voce*: juxtà illius pręciſa verba, relata ſupra.

Non minùs evidens eſt injuſtitia utriuſque conceſſionis feneſtrę; Si enim nemini licet in muro alieno, quamvis pro- 34
fano, imponere ſervitutem feneſtrę, ad *Text. in l. Altius C. de Servit.* ubi communiter *Repetentes*, ratione majori id permitti non debet in locis Sacris, ſeu muris Eccleſiarum, propter illarum honeſtatem, & reverentiam, illis omni jure debitam, *Clem. de Sent. excomm l. Servitus, §. Sacer. & l. Si priùs, §. Sed loco Sacro, ff. de Aqu. plu. arcen. & l. Caveri, ff de Commun de Servit.* & antiquioribus cumula- 35
tis, *Fuſc. de Viſit. lib. 1. cap. 11. num. 10. Donat. Rer. regul. tom. 3. tract. 2 quæſt 8. ſub num. 11. Nicol. in Floſcul. verba Feneſtra, & verb. Proſpectus* utrobique *num. 1. Altimar. ad Rovit. dec. 92. in noviſſ. obſervat. num. 2. & Conſtant. ad Stat. Urb. annot. 23. art. 1. n. 75.*

Quę omnia vera ſunt, etiam ſi feneſtra aperiatur in proprio pariete, per quam haberi poſſit proſpectus in Eccleſia, ex adductis per *Gavant. in Manual. Verb. Eccleſia num. 27 &* 36
*in addit. num. 1. Gob Conſult. 122. num. 53. Pacichel. de Diſtant. cap. 6. membr. 4 num. 28. Barboſ de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 11. num. 28. & Ricciardell. in Lyceo Eccleſ. par. 1. cap. 7. §. 1. num. 44.* ubi refert ita pluriès fuiſſe judicatum.

Imò habemus hoc ſolemniter in Urbe anno 1566. demandato S. Pii V. ad divinum Cultum reparandum, & ad Eccleſiarum decorem reſtituendum mirabiliter electi, qui per viam regulę, & legis generalis expreſſè mandavit, claudi omnes feneſtras Vicinorum, habentes proſpectùs in Eccle- 37
ſias, teſtibus *Fuſco, & Pacichello* in locis ſupra allegatis, *& Card. de Luca de Servit. diſcept. 16. ſub num. 2.* In cujus ſequelam Card. Jacobus Sabellus, tanti Pontificis Vicarius, generale decretum edidit, præcipiens omnibus, ſimiles feneſtras habentibus, ut illas claudere deberent, cujus
integrum tenorem refert *Quarant. in Summ. Bullar. verb.* 38
*Reverentia Divinorum fol. mihi 453.*

Pro cujus S. Pontificis oraculi punctuali executione, Sacræ Congregatio Epiſcop. ſemper reſpondere ſolita eſt, vel denegando facultatem feneſtras aperiendi, vel mandando claudi illas, quæ de facto apertæ fuerunt, quarum multas referunt, & ſequuntur *Pignatell. Conſult. 229. num. 23. tom. 4 & Pacichel. ubi proximè num. 28. Gavant. in Ma-* 39
*nual. Epiſcop. verb. Eccleſia num. 27. & in Addit num. 1 Barboſ. de Jur. Eccleſ. lib. 1 cap. 11. num. 28. Cardinal de Luca de Servit. diſcept. 16. num. 2. Monacell. in Formular. par. 1. tit. 5. formul. 8. num 14.* & ſignanter *in Nullius 11. Septemb. 1615. & in alia Nullius 5. Martii 1619. & in Caſertana 8.* 40
*Junii 1636. & in Cuſentina 14. Decembris ejuſdem anni, & in Calven 26. Septembris 1652. & in Veronen. 15. Junii 1655. & in Piſauren. 3. Octobris 1692* & priùs in *Alexanen. 14. Novembris 1659.* in qua Cauſa ſcripſit *Cardinal de Luca*, de more, laudabili ingenuitate, & ſolito candore, aſſerens, Dominum Loci ſuum Clientem, qui ſuccubuit, eratque eximius Benefactor Eccleſiæ, ob multa beneficia in illius conſtructione, & refectione collata, & non minora beneficia contulerat pro Clericorum ſubventione, & ſacrorum Suppellectilium proviſione, non habuiſſe juſtam occaſionem ſe dolendi de Epiſcopo, qui mandavit claudi feneſtram, correſpondentem in Eccleſia, effectu ſubſequuto, ut videre eſt in *diſcept. 16. de Servit. num.* 41
*2. & per tot. & in ejus Suppl. num. 14.* ubi meritò laudat commendabilem ſtylum Sacrarum Congr. procedendi in hac parte cum magno rigore.

Quem ſanè rigorem, non ſine bonorum laude noſtris tem-
poribus inexorabiliter ad praxim reduxit, tàm *in Leodien.* 42
*7. Auguſti 1705.* quando (effectu punctualiter ſubſequuto) injunxit Nuncio Colonienſi clauſuram feneſtræ, apertæ in Eccleſia Carmelitarum, quàm *in Ulixbonen. 5. Martii 1710.* nolens exaudire preces primariæ Nobilitatis.

Viri Comitis de Souſa, pro ſimili gratia ſe exhibentis aſſignare capitale biſmillium Cruciatorum Eccleſiæ, in qua prætendebat aperire feneſtram.

Et de facto in hac ipſiſſima materia aperitionis feneſtræ, hujus Sac. Congr. Proſecretarius occaſione Viſitationis ſuæ Diœceſis, quam fecit anno ſæculari 1700. comperto, quòd
43 in Eccleſia S. Jacobi Caſalis Trebatii aderat quędam feneſtra, aperta non in publica, nimiſque frequentata Eccleſia, qualis eſt noſtra, ſed correſpondens remoto angulo parvæ Cappellæ, commendabili zelo ſtatim juſſit illam eſſe claudendam, & ob renitentiam paritionis ejus juſtiſſimo mandato, Interdicto ſuppoſuit dictam Eccleſiam; Cumque à tali mandato appellationem interpoſuiſſet Marchio Alexander de Matthæis, qui prætendebat Jus habere pro retentione dictæ feneſtræ, A. C. die 30. Julii 1701. mandatum relaxavit pro claudenda dicta feneſtra, quod decretum eodem ann. 1701. canonizatum fuit à plena Signatura Juſtitiæ, Ponente Marabottino cum clauſula: *Sine præjudicio*.

Quibus non adverſatur condonatio dicti parvi ſitus, in totum, & per totum miſerabilium palmorum 43. ſponte exhibita favore Arch. ex qua prætenditur deſumi titulus correſ-
44 pectivus prætenſæ conceſſionis; Cùm enim valor dicti parvi ſitus vix aſcendat ad ſcuta quindecim circiter, eo quia neque etiam conſtituit medietatem unius cannæ, juxta Architectorum regula, compoſitæ ex palmis centum, profectò pro adeò tenui ſumma non poterat ſine labe pluſquam enormiſſimæ læſionis concedi dictum Jus aperiendi feneſtram, quæ cùm importet perpetuam ſervitutem noſtræ Arch. nunquam concedi poterat pretio mediante, dum ad ſummum, & rariſſimè concedi ſolet, vel Inſignibus Benefactoribus, qui propriis ſumptibus à fundamentis Eccleſias conſtruunt, aut gratis conceſſerunt totum ſitum, in quo illa conſtructa fuit, vel aliquid aliud inſigne beneficium iiſdem Eccleſiis impartiri fuerunt, juxta ea, quæ in noſtris punctualibus terminis, antiquioribus cumulatis, adver-
45 tunt *Pacichel. de Diſtant. cap. 6. membr. 4. num. 29. Ricciardellan. in Licæo Eccleſ. par. 2. cap. 18. ſub num. 19. Altimar. ad Rovit. decif. 92. in ultim. obſervat. num. 4. & Paulut. diſſert. 23. articul. 2. num. 96. & ſeqq. & Monacell. in Formular. part. 1. tit. 6. formul. 10. num. 17. & 18.*

Et practicavit Congregat. Epiſcop. *in Avellina Indulti 5 Julii 1719. Ponente Cardinal. Paracciano*, in qua licèt ageretur de petitione, nedùm inſignis Benefactricis Anto-
46 niæ Spinolæ Principiſſæ Avellini, ſed Patronæ ejuſdem Civitatis, ubi aderat Eccleſia Patrum Dominicanorum, qui eorum pariter humillimas preces porrigebant pro eadem gratia; Nihilominùs dicta Congreg. Epiſcop. gratiam reſtrinxit ad vitam ſolius Oratricis, per hæc præciſa verba. *Pro gratia quoad feneſtram cum duplici crate ferrea; & ad vitam Oratricis tantùm, In Placentina verò 22. Januarii*
47 *1706.* ſimilem gratiam ampliavit ad vitam Commitis Laudi Oratoris, & filiarum tantum, ob majora beneficia in Eccleſiam collata, mediante conſiderabili refectione muri Pomarii ejuſdem Eccleſiæ, & donatione magni petii Terræ ad favorem ejuſdem Eccleſiæ, ex quibus patet, quod ex laudabili ſolito Sacrarum Congr. in caſu inſignium benefi-
48 ciorum, à quo noſter longè aberrat, ad ſummum concedi ſolet ſimilis gratia ad vitam unius, vel duorum tantùm Oratorum, nunquam verò in perpetuas æternitates.

In hac autem inſignium Benefactorum Claſſe neutiquam numerari poſſunt Principales, conſiderando rem donatam, conſiſtentem in 43. miſerabilibus palmis nudi ſitus valoris
49 in totum & per totum ſcutis 15. circiter, ex qua ſola conſideratione ictu oculi excluditur qualitas beneficii inſignis.

Nec dicatur, quòd in dicto Inſtrumento conceſſionis facultatis aperiendi feneſtram non ſolùm adſit condonatio
50 dd. 43. palmorum nudi ſitus, verùm etiam conceſſa fuerit facultas noſtræ Archiconfr. vertendi ſtillicidia erga Viridarium Oppoſitorum, aperiendi in illo feneſtras, ad lumen ſimpliciter neceſſarias pro nova Sacriſtia, nec non adſit ulteriùs eorum ſtricta, & præciſa obligatio non fabricandi in dicto Viridario.

Omnia enim hæc, ſive conſiderentur unita, ſive ſigillatim ponderentur, nullum omninò obulum addere apta
51 ſunt, miſerabili ſummæ dd. ſcut. 15. circiter pro pretio d. ſitus, ſed non ſine myſterio appoſita fuerunt in eodem Inſtrumento ad colorandam d. enormiſſimam læſionem aperitionis feneſtræ.

Incipiendo enim à ſtillicido, iſtud non fuit conceſſum ſimpliciter, & ſine impenſa ad formam reſolutionis Congreg. ſecretæ, & abſque ſucceſſivo perpetuo onere Arch. Sed appoſitum in illo fuit ſequens ſpeciale pactum. *Conche però detta Arch. debba fare in detto tetto un canale per ritenere l'ac-* 52
*qua, e quella indrizzare nel ſito di eſſa Veneranda Archiconfraternità & a ſue ſpeſe ſempre mantenere dd. canali.* Ex quo patet, eandem magnificatam facultatem nihil omninò æſtimandam, eſſe, uti nullum penitus, penituſque prejudicium afferentem, neque in æternum allaturam Oppoſitoribus, ut patet conſideranti.

Ejuſdem apparentiæ, & æqualis inſubſiſtentiæ eſt alia facultas aperitionis feneſtrarum ibi: *E di più abbia offerto di laſciare aprire nella nuova fabrica tutte quelle feneſtre, che ſa-* 53
*ranno neceſſarie, a lume però, non a proſpetto:* Quæ aperitio feneſtrarum ad merum lumen nemini poteſt denegari, ex cumulatis per *Ciarlin.* loquentem in præciſis terminis alterius Sodalitatis laicalis *in controv. 182. à num. 16. uſque ad finem*, & concordant adducti per *Paulut. d. diſert. 23. art. 3. num. 45.* & in terminis fortioribus *Rot. dec. 12. nu. 5. apud Pacichel. de Diſtant.*

Quo demum ad obligationem, ex adverſo emiſſam non fabricandi in proprio Palatio, enixis iſtis verbis reſtrictam ad 54
d. Viridarium, ibi; *Con dichiarazione però, che detta proibizione di fabricare s'intenda riſtretta ſolamente a detto ſito nudo, e vacuo, e non altrimente*, illa nec in obulo valutanda eſt; Cùm enim d. Viridiarium radactum fuerit ad parvum ſitum, ſi in iſto nova fabrica ex adverſo conſtrueretur, eodem tempore, quo diminueretur lumen Sacriſtiæ noſtræ Archiconfraternitatis tolleretur penitus integrum lumen multis nobilibus manſionibus Palatii Oppoſitorum, qui propterea, non ad faciendam rem gratam noſtræ Archicon. ſed ad evitandum proprium conſiderabile præjudicium nullo tempore, nulloque modo fabricam elevare, vel conſtruere poterunt in dicto Viridario; Itaùt per dictam magnificatam obligationem dicantur propterea donaſſe noſtræ Archicon. 55
ut vulgò dici ſolet, Solem menſis Auguſti, ut lepidiſſimè advertit *Card. de Luca in Relat. Roman. Cur. diſcept. 46. ſub num. 62.*

Minorem habet ſubſiſtentiam prætenſa antiqua ſervitus, nec non poſſeſſio feneſtræ, quam Oppoſitores prætendunt habuiſſe in antiqua Eccleſia, ſeù in Cappella S. Annæ: Talis enim ſervitus nunquàm ex adverſo probata fuit, neque in 56
æternum probari poterit. Veritas ſiquidem in hac parte ea eſt, quòd eadem feneſtra conſtructa fuerat pro ſervitio ejuſdem Cappellæ, ſeu pro recipiendo ex illa neceſſario lumine, eratque ut plurimum clauſa eo tempore, quo lumen non erat ampliùs neceſſarium; Imò in ſolemnioribus feſtivitatibus noſtræ Arch. occaſione parandi Eccleſiam ſemper remanebat obſcurata, prout etiam talis quotidiè ſolita erat permanere ad arbitrium Sacriſtæ, trahendo, & retrahendo antè eandem feneſtram, pro ſuo libito, ſericum ſiparium, ibidem collocatum ex parte interiori noſtræ Eccleſiæ.

Prætereà ſola ſtructura ejuſdem feneſtræ deſervire poteſt pro adequata reſponſione ad verſus contrariam prętenſionem, eo quia illa non erat conſtructa cum cratibus ligatis ad inſtar 57
tranſennæ, vulgo *Geloſia*, eo modo, quo conſtrui ſolent ſimiles feneſtræ pro audiendo Sacro in Eccleſiis, ſed in nihilo differebat ab aliis feneſtris noſtræ Eccleſiæ, conſtructis ad lumen recipiendum. Aperiebatur inſuper à parte Eccleſiæ, ex qua aderant pariter verſatiles obices, vulgo *Naticchie*; Ita ut ex his omnibus, præcipuè ſimul unitis, ictu oculi detegatur inſubſiſtentia contrariæ prætenſionis, & ad hominem excludatur omnis color prætenſæ ſervitutis. Imò pluſquam evidenter remaneat manifeſtum, eidem feneſtræ ni- 58
mis impropriè, & æqualiter inſubſiſtenter attribui poſſe titulum ſervitutis.

Habemus pariter in facto concludenter juſtificatum, quòd ad libitum Sacriſtæ, & Clericorum noſtræ Archicon. eadem feneſtra, nedum claudebatur dd. verſatilibus obiicibus, 59
ſed etiam de mandato Principis Maffei Barberini eo tempore, quo erat primus Guardianus noſtrę Archiconfraternitatis prout etiam de mandato Ducis Aquæſpartæ, eo pariter tempore, quo munus primi Guardiani occupabat, eadem feneſtra ſtabiliter obſerata fuit cum clavis ferreis, non reclamantibus, ſed ſumma pace omnia videntibus, & tacentibus Oppoſitoribus, ibi: *Senza che mai per tal cauſa per parte di* 60
*dd. Signori Capranica ſi ſia fatto richiamo alcuno.* Quæ prohibitio, cum eorum ſumma acquieſcientia, apta eſt omnino in his terminis tollere fundamentum contrariæ prætenſionis, ex cumulatis per *Poſth. de Manut. obſerv. 40. num. 6.*

Ex quibus facti circumſtantiis ceſſat neceſſitas ulteriùs

riùs

riùs immorandi in diluitione hujus objecti; Et tamen ad ſo-
lius materiæ ornatum dicimus, quod in illis etiam terminis,
qui non ſunt noſtri, quando concludenter probatur talis ſer-
vitus in aliqua Eccleſia, cùm illa habeat contra ſe apertam
61 Juris diſpoſitionem, oraculum Sancti Pii V. pluresque reſo-
lutiones hujus, & aliarum Sacrar. Cong quæ vim legis habent
ex cumulatis in *tom.1.par.1.diſcept.6.num.64* ad inducendam
talem ſervitutem non ſolùm requiritur probatio poſſeſſionis,
ſed ulterius juſtificari etiam debet, & quidem concludentiſ-
ſimè, titulus talis facultatis, vel ſaltem adeò longa, & qua-
lificata poſſeſſio, ut iſta apta ſit ad inducendam, & proban-
62 dam legalem præſcriptionem, ex relatis per *Cepoll. de Servit.
Urban. Præd. cap.62.num.6. Gratian. diſcept.572.nu.58.& Rot.
dec.32.num.13.par.4.tom.2.rec.*

Præcipuè quando ſermo eſt de reali, & perpetua ſervitu-
te, prætenſa contra Eccleſiam, *ad Text. in cap. De Quarta
de Præſcript.* ut concluſionem ampliando obſervant adducti
63 *in dec.252.num.3.cor. Put. lib.3.& dec.673.num 3.par.4. div.&
dec.208.num.1.par.1.rec* Ea viva, & concludenti ratione,
quia dicta ſervitus, uti ſapiens alienationem, ſine Apoſto-
lico Beneplacito omni Jure prohibita eſt, ut, præter ſuperiùs
congeſtos, notant *Surd dec.3.num.24. Fuſc. de Viſitat. lib.5.
cap.27.num.3. Ugolin. de Poteſt. Epiſcop. cap.17.num.7. Sperell.*
64 *deciſ.135.num.27. Monacell in Formular. tom.1 tit.5. formul.2.
num.44 & Rot. dec.171.num.5.cor. Dunoz ſen.*

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo aſſerta contraria
poſſeſſio in omnem caſum verſaretur circa actus diſconti-
nuos, non autem permanentes, & continuos, in quibus
terminis ad acquirendam ſervitutem quoties (ut in præſenti
65 ad unguem verificatur) nullus oſtenditur titulus, non ſuffi-
cit poſſeſſio, etiam longiſſimi temporis, ſed tale per neceſ-
ſe requiritur tempus, cujus initii memoria non exiſtat, ut
notant *Vaſquez controv illuſt. cap.84.num.6 Cancer. variar.
reſol. lib.1.cap.17.num.11. Antonell. de Temp. legal. lib.2.cap.81.
num 8. & ſub num.49. Gob. de Aquis quæſt.10.num.16. Card.*
66 *de Luc. de Servit. diſc.23.num.2. & 3. & diſc.32.num.7. & 8.
& diſc.33.num.4.& 6.& Rot. dec.237.num.3 cor. Celſ.& dec.132
num.4.par.17.rec.*

Nec fulcimentum aliquod dictæ prætenſæ poſſeſſionis de-
ſumi valet ex enunciativa, quæ legitur in dicto Inſtrumen-
to, nulliter celebrato cum Congreg. ſecreta noſtræ Archic.
die 27. Jan. 1714. Cùm enim Inſtrumentum hoc à majori
parte Confratrum hodiè legitimè impugnetur, & ictu ocu-
67 li demonſtretur nullum, injuſtum, & enormiſſimè leſivum,
imò dederit cauſam præſenti liti, non ſolum dicta acceſſo-
ria, & perfunctoria enunciativa, ſed integrum dictum In-
ſtrumentum in nulla prorſus conſideratione habendum eſt,
per ea, quæ notant *Dec. conſ.82.num.1.*& reſpondit *Rot. dec.*
68 *325.num.12 cor. Ludoviſ.& dec.577.num.18.cor. Priol.& dec.
220.la 2.num.21 par.13.rec.* Illudque poteſt etiam impugna-
ri ab illiſmet, qui dictum Inſtrumentum cum adeò notabili
præjudicio Loci Pii ſtipulati fuerunt, ex adductis per *Card.
de Luc. de Alienat diſc.1.nu.192.* & firmatis per *Rot. dec.231.
à num.2.& dec.252.num.27.& 28. coram Dunoz. jun.& deciſ.*
69 *480.num.1. coram Emerix jun.& deciſ.94.num.7.& 8.par.7.
recent.*

Fortiùs, quia in illo non enunciatur purè, & ſimplici-
ter dicta prætenſa poſſeſſio, ſed per modum prætenſionis
Oppoſitorum, impugnatæ, & controverſæ ab Arch In his
70 enim terminis nullum penitus fundamentum conſtitui valet
in dictis enunciativis, per ea, quæ firmavit *Rot. deciſ.107.
num.18.& ſeqq cor. Carill.& dec.41 num.4.cor. Duran.& deciſ.*
71 *208.num 17.cor Priol.& dec.472.num.10.& 11.par.18. recent.
& in Nullius, ſeu Forolivien. 26. Februarii 1714. §.5 coram
Anſaldo.*

Non ſolùm autem non docetur ex adverſo de dicto titulo,
omninò neceſſario ex huc uſque animadverſis, ſed idem ti-
tulus ictu oculi excluditur ex ſeria, & rotunda confeſſione
eorundem Oppoſitorum, qui ad obtinendam prætenſam
72 ſervitutem in dicto Inſtrumento ſponte obtulerunt noſtræ
Arch. dictum parvum ſitum palmorum 43. Jus aperiendi fe-
neſtras ad lumen pro Sacriſtia, & aliud vertendi ſtillicidium
ex parte eorum Viridarii; Ac demum ſeſe obligarunt non
ædificare in eodem Viridario: Nemo enim ſani capitis ſibi
ſuadere poterit, quod ſi iidem Impugnatores novæ Fabricæ,
habuiſſent fundatum Jus, verum titulum, & pacificam poſ-
ſeſſionem dictæ ſervitutis, habendi feneſtram in noſtra Ec-
cleſia, eorum ſpontanea voluntate voluiſſent jactare ſuum,
deveniendo ad dd. oblationes, & exhibitiones, precibus im-
petrando id, quod eis de Jure competebat, adverſus notoria
principia, de quibus *Soccin. jun. conſ.160.num.40.lib.2. Fagn.*
73 *in cap. Olim num.8. de Verb. ſignif.& Rot. deciſ.19.num.10.&
dec 21.num.3. poſt Antonell. de Jurib. Cleric.& in Giennen. 26.
Aprilis 1700. §. Non attento coram Muto, & in Nullius, ſeu
Fulden. 16. Feb. 1703. §. Sed quid cor. Anſald.*

Præterea ſi in tali, tantaque claritate boni juris, aſſiſten-
tis noſtræ Arch. pro habendo dicto neceſſario ſitu, ad effe-
ctum ampliandi Eccleſiam, & Oratorium, tales opus fuit
ſubire contradictiones, taleſque vexationes, ut neceſſe fue-
rit litem per tres conformes terminare, & quod magis eſt,
obtinere ſtipulationem Inſtrumenti venditionis ſitus, ex offi- 74
cio ab ipſomet magno Tribunali Sacræ Rotæ; Quis poteſt
credere credat, quod tanta deinde facilitate iidem Oppoſito-
res neglexiſſent inſtruere judicium ſuper manutentione in
poſſeſſione antiquæ feneſtræ, ſi tunc habuiſſent ſolam umbram,
& ſimplicem colorem tituli, vel poſſeſſionis?

Omnia hæc dubio procul videntur ſuperabundare ad effe-
ctum liberandi noſtram Arch. à dicta æqualiter dura, ac per-
petua ſervitute propriæ Eccleſiæ; Et nihilominus ſubdimus
duas alias particulares reflexiones, quæ ex ſe ſolis unicè con- 75
ſideratæ, omnem tollere videntur in hac parte amaritudi-
nem. Quarum prima reſpicit communem Reipublicæ utili-
tatem, Secunda verò concernit ipſos Confratres, eorumque
verè pia, & particularia Exercitia.

Quoad primam, ſi admitteretur contraria prætenſio, ad
hoc ut poſſet haberi acceſſus ad feneſtram, correſpondentem
noſtræ Eccleſiæ, eſſet neceſſarium conſtruere, atque apta- 76
re Pontem, ſeu Viam ſupra Sacrarium, longitudinis pal-
morum 50. & ultra, cui longo ſpatio ſupra locum ſacrum de-
negari nullo modo poſſet Eccleſiaſtica Immunitas: Ad hoc
autem magnum inconveniens, & intolerabile abſurdum
evitandum, fruendi ſcilicet Immunitate in propria laicali
domo, Cong. Immun. inexorabiliter injungere ſolet clauſuram
ſimilium feneſtrarum in illis etiam terminis, in quibus legi-
timè apertæ fuerunt, ut ſignanter practicavit *in Senogallien.
22. Decembr. 1631 lib.2. Decretor. Paulut. fol.119. & in Bitun-
tina 13. Januar. 1632. dict. lib.2. fol. 109. & in Terracinen 6.* 77
*Maii 1656. lib.3. Decret. Paulut. fol.5. & in Marſicana 16. Ju-
nii 1682. lib.3. Decretor. Altovit. fol. 51.* & obſervat *Ricc. in
Synop. Decretor. Congreg. Immun. verb. Feneſtra num. 1. &
3. fol.363.*

Quo verò ad ſecundam ſupplicamus obſervare, quod in
noſtra Eccleſia quolibet die Veneris non ſine Bonorum om-
nium ædificatione, inſigni pietate, & æquali devotione no-
ſtri Confratres tempore noctis coadunantur ad orandum, in 78
eaque poſt aliquas breves preces, omnes Confratres ibidem
coadunati funerulis ſe flagellant, cum aſſiſtentia aliquorum
Officialium, & præſentia Religioſi Concionatoris Cappuc-
cini, ut videre eſt in noſtro *Rituali lib.2 cap.9. §. Ogni Ve-
nerdì fol 64.* & notat *Piazza nell'Opere Pie di Roma tract.5.
cap.24. ante fin.*

In eadem Eccleſia fiunt pariter Congreg. Generales, &
tempore æſtivo habentur pariter in illa Congregat. Secre-
tæ, in quibus tractantur negotia, concernentia intereſſe
Archiconfr. eliguntur Officiales; Quæ omnia tractari ſo- 79
lent inter ſolos Confratres, omnibus aliis extraneis ex-
cluſis.

Quolibet die Dominico tertiæ hebdomadæ cujuſlibet men-
ſis in eadem Eccleſia, tàm de ſero, quàm de mane publi-
cæ venerationi exponitur SS. Euchariſtiæ Sacramentum,
quod pariter bis in anno practicatur occaſione 40. Horarum, 80
in eaque pariter continua eſt Anniverſariorum celebratio,
aliæque functiones Eccleſiaſticæ, de quibus in noſtro *Rituali
fol.139.142.152.& 185.*

Aliis demùm piis exercitiis, gratia brevitatis omiſſis, quæ
regiſtrantur *in dicto noſtro Rituali lib.3. cap.11. per tot.* &
latè deſcribuntur *à Pianuccio nel Trattato dell'Opere Pie
di Roma lib.3. c.49.*& latiùs ab *Abb. Piazza in ſimili libro* 81
*Tract.5. cap.24.* in omnibus feſtivitatibus primæ Claſſis, in
aliis feſtivitatibus Sanctiſs. Virginis, & SS. XII. Apoſtolo-
rum, in eadem noſtra Eccleſia fit particularis Congregatio
Confratrum, quæ vocatur *del Riſtretto*, de quo adeſt inte-
grum Caput 11. *noſtri Ritualis lib.2.* ubi *fol.105. in princip.*
opportunè monentur omnes Confratres, ut illam faciant
clauſis omnibus januis, *e ſi avverta di non farvi entrare altri,
che li Fratelli ſoli*, in qua, præter multa alia pietatis offi-
cia, & charitatis opera, quilibet Confrater Sacco indutus,
funeque ad collum alligata, flexis genibus ſiſtit coram dicto 82
Religioſo Cappuccino Directore ſpirituali, coram quo ſuos
defectus publicè, & palam confitetur, quibus ſolet imponi
publica pariter pœnitentia, vel ſcilicet *di tenere la teſta di
morto in mano, con recitare un Deprofundis, vel di porſi la
Corona di Spine in capo, la Corda al collo &c.* vel alia ſimilis,
& aliquando major mortificatio, ut videre eſt *in dicto Ri-*

*tuali*

*tuali lib.*2.*cap.*1. ibi: *Li Fratelli con la Corda al collo ſi diſtenderanno con la faccia in terra* & *fol.*107.& 109. ad rem ſequentia regiſtrantur. *Si ricorda, che eſſendo queſto un eſercizio di mortificazione, però dovrà eſſer ſegreto, onde dalla pubblicazione non naſca a' Fratelli l'erubeſcenza, che li trattenga d' intervenire a sì ſanta, e pia Scuola.*

Nemo autem non videt, quod omnia, & ſingula iſta bona, omniaque hæc pia exercitia, & devotiones Confratrum, aliæque ſimiles devotæ operationes, & majores mortificationes, quas hìc exprimere non expedit, non ampliùs fierent
83 in noſtra Eccleſia, ſi in illa permitteretur apertio novæ feneſtræ, per quam quilibet Famulus, & quælibet Muliercula, ſervitio Oppoſitorum adſcripti, per dictam feneſtram videre poſſet Confratres ſe flagellantes, portantes Spineam Coronam, tenentes in manibus Capita mortuorum, funemque alligatam in Collo, necnon poſſet pariter audire eorum culpas, & ea, quæ in Cong. generalibus, & ſecretis pertractantur, quæque Confratribus à Directore ſpirituali inculcantur, & pœnitentias, quæ ipſis imponerentur.

Ut autem oratio ſemper in hac parte creſcat, fingamus alium caſum, qui eſt undique inſubſiſtens, & penitus improbabilis, quod ſcilicet Oppoſitores nedum habuiſſent actualem poſſeſſionem, ſed clarum, & rotundum titulum retinendi feneſtram in antiqua Eccleſia; In omnem caſum iſta non poſſet prætendi ex adverſo, niſi in miſerabili angulo per-
84 gulæ, vulgo *Corridore*, ducentis ad anguſtam Cappellam S. Annæ, & ſic extra corpus, ſeu Navem noſtræ Eccleſiæ, in loco remotiſſimo ab illo, in quo Confratres ſoliti erant eorum pia exercitia peragere; Cum illo addito, quod nedum eadem feneſtra claudi, & obſerari poterat ad libitum Sacriſtæ, & Clericorum noſtræ Eccleſiæ, ſed ulteriùs ex parte Viridarii Oppoſitorum aderant ferramentorum connexiones, ſeu crates ferreæ, omnem impedientes approximationem noſtrę Eccleſiæ.

Procedendo proinde in præſenti cum notis regulis, & regularibus propoſitionibus, communiter receptis in materia Servitutum, quod iſtæ, utì odioſæ, ſemper reſtringendæ ſunt, nunquam verò ampliandæ, ex authoritatibus adductis
85 per *Rot.dec* 61.*num.*10.& *ſeqq par.*17.*rec.* & *dec.*819.*num.*16. *par.*18.& *in Surrentina Fabricæ* 11.*Jan.*1706.§ *Quandoquidem cor.Card.Caprara*; Quodque antiqua ſervitus nunquam reddi debeat durior, aut aliquo modo alterari in præjudicium fundi ſervientis, juxta *Tex.in leg.Servitutes ff.de Servit.Urb. prædior.* cum aliis, allegatis *in dec.* 394. *num.* 10. *par.*17.& *deciſ.*699. *num.*1. *par.*18.*rec.* & *in Romana Communantiæ* 3.
86 *Martii* 1698.§.*Mirum cum ſeq.cor.Card. Priolo*, Abſque conſenſu Congr. generalis, & ſine Apoſtolico Beneplacito, nullo modo poterat à ſola Cong. Secreta ampliari, extendi, & durior reddi noſtræ Arch. eadem antiqua prætenſa ſervitus. Et tamen habemus ex ſolemni Inſtrumento, cum dd. eſſentialibus, & intolerabilibus præjudiciis de ordine Cong. ſecretæ ſtipulato, quod eadem prætenſa ſervitus ampliata fuit,
87 ſeu extenſa ſupra Altare majus in loco, nedum nobiliori, & eminentiori, ſed ex quo tota Eccleſia dominatur, & quod magis eſt, fereque videtur incredibile, ſe obligat Archiconfraternitas propriis ſumptibus perficere viam, per quam itur ad novam feneſtram, cum impenſa pluſquam 300. ſcutorum, cum reſtrictione propriæ Sacriſtiæ, mediante confectione longi muri, latitudinis palmorum novem, quando cæteroquin erat ſufficiens murus palmorum quatuor, tantùm, ac etiam cum alio evidentiori præjudicio, quod noſtra Arch. teneretur in Atrio Sacrarii, ſeu Antiſacreſtia, conficere duplex pilaſtrum, ad effectum ſuper eiſdem efformandi dictum Pontem, ſeu Arco, quo mediante occuparetur ſitus eidem Arch. neceſſarius pro ampliando Veſtiario, & ſtantibus dictis expenſis, exceden. dicta ſcut. 300. dicta Arch. ultra dictum durum, & perpetuum jugum ſervitutis dictæ feneſtræ, dictum parvum ſitum, quod ex adverſo prætenditur donatum valoris ſcut. 15 tantùm, quanti plurimi, & nimis exorbitanter perſolveret in d. ſumma ſc. 300. ut Conſideranti paret, & inſuper permitteretur ut Oppoſitores ut ſupra per 50. & ultra
88 palmos ad eorum libitum ambulantes, & tranſeuntes fruerentur Eccleſiaſtica Immunitate, quæ omnia ſolo naturali lumine in immenſum præjudicialia noſtræ Arch. nullo modo permittenda videtur ex allegatis ſupra.

Supplicantes hìc obſervare, quod omnia hæc inconvenientia, quæ in præſenti palpantur manibus in Eccleſia proviſionali, creſcerent in immenſum terminata nova Eccleſia, eo quia juxta contrarium deſiderium, ſeu ad tenorem graphis futuræ feneſtræ in nova Eccleſia, illa æquè neceſſarium, ac proximum haberet proſpectum in illius Presbyterio, atque ſita eſſet ſupra gradus Altaris majoris ejuſdem Eccleſiæ, in quibus de more fieri ſolent ſolemniores functiones, haberi ſolent ſermones, & publicę confeſſiones Confratrum coram d. 89
Religioſo Cappuccino Spirituali Directore; Itaut maxima facilitate, & videri, & audiri poſſent à d. feneſtra ea omnia, quæ fierent, & dicerentur à Confratribus, cum illis inconvenientibus, quę faciliùs concipi, quam exprimi hìc poſſunt, & debent, unde reſpectu novę Eccleſiæ applicantur ea, quę in noſtris præciſis terminis, obſervat *Card. de Luc. de Servit. diſc.*17.*num.*6.

Itaut cum omni ſermonis proprietate, & abſque ulla exageratione idem ſit permittere d. feneſtram in noſtra Eccleſia, ac de medio tollere omnes mortificationes, & pœnitentias Confratrum, omniaque pia exercitia noſtræ Archic. quæ ſi juxta præciſa verba *Rot in dec. hujus Cauſæ ſub titulo Romana Retractus* 27. *Junii* 1707. *in princ. cor. Omana Studens commodiori, & ampliori Eccleſia ſitui conſulere, ut ita piorum* 90
*operum exercitium reaſſumant Confratres illi, qui ob memoratam anguſtiam, etiam in ſolemnioribus anniſeſtivitatibus, ſeſe ab illa retraxerant, providè decrevit novam Eccleſiam magnificentiùs conſtruere, necnon Oratorium, aliaque membra ampliare.* Mediante d. feneſtræ apertione, nullam conſequeretur utilitatem ex magnis expenſis, ad dictum finem erogatis, eo quia ratione majori Confratres omnes ſe retraherent ab interveniendo in illo loco, ubi eis permiſſum non eſ- 91
ſet exercitia proprii Inſtituti liberè peragere, & ad literam verificaretur id, quod præviſum fuit *in noſtro Rituali fol.*109. quia ſcilicet *naſcerebbe ne' Fratelli l'erubeſcenza, che li tratterebbe d'intervenire a sì ſanta, e pia Scuola.*

Ex quibus omnibus ſimul unitis corrollariè ſequitur, quod etiamſi per falſam hypotheſim, & adverſus rei evidentiam, eſſemus in terminis pacificæ, & innegabilis poſſeſſionis antiquiſſimæ feneſtrę, innixę titulo verę, proprię, ac realis conceſſionis, roboratę Apoſtolico Privilegio, adhuc ad evitanda dd. inconvenientia, & alia longè majora, quę exprimi hìc non poſſunt, neque debent, ſemper inclinandum eſſet pro illius clauſura, & amotione, ut, cumulatis concordantibus, probat *Card. Corradin. de Jur. Prælat quæſt.*48. *num.*99.& 100. ibi *Notandum tertiò, quod Eccleſia poſſit cogere ad prædictos effectus Vicinos ad vendendum ſervitutem al-* 92
*tiùs non tollendi &c. Necnon ſervitutem non proſpiciendi, & obturandi feneſtras, ut latè apud de Luc. ad Franch. &c.* & concordant *Giurb. dec.* 86. *ſub num.*8.& *Ricc.dec.*138.*num.*3. *par.*5. Quantò igitur magis exaudiendæ videntur preces Confratrum, nullum alium habentium finem in hac Cauſa, quàm majoris Dei ſervitii, pro quo etiam in dubio ſemper inclinandum eſt, per ea, quæ obſervant adducti *in par.*2.*diſcept.* 23.*num.*4. cum aliis apud *Rot. in dec.*675.*num.*.... *cor. Cerr* & *dec.*258.*nu.*23.& 24. *par.*7.*rec.* & *in Romana Ornatus* 6. *Junii* 93
1708.§ *Rationem cor. Omana.*

Pro quorum faciliori admiſſione non omittimus exorare, ut dignentur prędicta omnia ſub oculis habere conſideratione quod noſtrę humillimę pręces reſpiciunt commodum, & favorem; *d'una celebre Archiconfraternità, la quale, e per la puntualità delle ſue fonzioni e per l'oſſervanza de' ſuoi Statu-* 94
*ti, e per l'edificazione delle ſue Opere di pietà, e per il numero de' Fratelli, e per la venerazione dell'Abito, e per l'ordine, e ſavièzza del governo, è ſenza dubio delle più eſemplari, e divote di Roma*, ſunt verba Abbatis Piazza, *nell'Opere pie di Roma tract.*8.*cap.*24.*in princip.*

Die 25. Januar. 1717. per Card. Ruffum propoſita Cauſa in Cong. Viſitationis Apoſtolicę ſub duobus dubiis.

I. *An conſtet de validitate Tranſactionis, initæ ſub die* 27. *Januarii* 1714. 95

II. *An liceat DD. de Capranica habere, & retinere uſum Feneſtræ per modum proviſionis in Sacrario Eccleſiæ, vel feneſtra ſit removenda, & claudenda?* Omiſſa reſponſione ad 96
primum dubium; *Ad ſecundum* reſponſum fuit *Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad ſecundam.*

Ea, quę in hac diſceptatione dicta ſunt de proviſionali Eccleſia Arch. hodiè verificantur de magnifica Eccleſia, de novo conſtructa, & in ampliorem formam, ac eſſet antiqua 97
piorum Benefactorum eleemoſynis redacta.

DISCE

# DISCEPTATIO XV.

## Romana, ſeu Nepeſina.

*PRO*

PP. S. Franciſci ad Ripam:

*CUM*

Hæredibus Franciſci Galeotti.

### ARGUMENTUM.

*Caſus verè ſingularis, in quo Hæres pii Teſtatoris ſibi appropriat Legatum magnæ ſummæ pecuniarum, ab ipſomet Hærede depoſitarum in publico Banco, non citato Legatario, ad quem in partita depoſiti aſſeruit Hæres, ſpectare onus adimplendi dictum pium Legatum.*

Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum ſcriptum reliquit Politicorum Princeps *Tacit. lib.14. An-*
1 *nal.ante finem fol.*160. quem ſequuntur citati *in Tom.1. par.1. diſcept.7.num.26.* Et rationem adducit *S.Leo Magn. Serm.12.*
2 *Nativit. S.Laur. Martyr.fol.*181. his verbis: *Validiora ſunt exempla, quàm verba*, & concordat *Div. Bern in Cant.Ser.* 59. ibi: *Quia operis vox validior eſt voce ſermonis*. Ex quibus quotidie videmus, quod ſuprema, & præſertim Collegialia
3 Tribunalia nunquam hujuſmodi magna exempla canonizare, & approbare ſolent, ut videre eſt *in deciſ.* 308. *coram Dunoz. Senior.*

Quia verò, his omnibus non obſtantibus, neque attentis, prætenditur hodie, ut Sacroſanctus hìc Conſeſſus verè magnum, & æqualiter exorbitans ſequens exemplum appro-
4 bet. Ut hæres verè pii Teſtatoris per viam Compoſitionis cum R. F. ſibi appropriet conſiderabile Legatum magnæ ſummæ pecuniarum, ab ipſomet hærede depoſitarum in publico Banco, non citato, neque audito Legatario, ad quem idem hæres cubitalibus literis faſſus fuit in ipſo actu depoſiti, ſpectare, & pertinere onus adimplendi dictum pium Legatum; Cum illo exorbitantiori addito, quod in obtinenda Compoſitione unus, & idem ſit, & compareat Procurator, tam pro, quàm contra R. F. & Hæredem, citando, inſtando, & obtinendo præjudicialia decreta contra ſeipſum,
5 comparendo in Audientia uno, & eodem Defenſore pro, & contra; Unico verbo, hoc modo ex una parte nullam ſervando legalem praxim, ex alia verò innocenti, ignorantique Legatario omnem auferendo modum ſe defendendi, & propria jura deducendi, & confundendo omnia legalia, theologica, & philoſophica principia, juxta quæ habemus, actionem, & paſſionem non poſſe dari in uno, eodemque
6 ſubjecto, ex authorit. citatis *in Bononien. Mont. Butrii* 16. *Jan.*1699. *§. Hocque coram Molin.* Neminemque inauditum, & indefenſum privari poſſe juribus, ſibi competentibus, quod in præciſis terminis Legatarii, cui pium aliquod Legatum relictum ſit, admiſit, & pro conſtanti habuit *Rota in Rom.*
7 *Locor. Mont.ſuper applic.fruct.*11.*Jan.§.Exuberantiùs*, & 2. *Dec.*1715.*§.Miſſa*, *cor.Card.Scotto*.

Creſcitque in immenſum exorbitantia contrariæ petitionis ex illa alia reflexione, quod juxta antiquiſſimum, & immemorabile ſolitum hujus S. Tribun. ad compoſitiones admitti ſolent hæredes, vel alii gravati ad aliquod pium Opus faciendum, & non valentes proprias obligationes adimplere, idque ex unico motivo compaſſionis, pietatis, & miſericordiæ, quæ ſunt prora, & puppis, nec non Alpha, & Omega omnium Compoſitionum R. F. Nullo autem modo admit-
8 tuntur Compoſitiones ad merum lucrum, & cauſa mercimonii reſpectu hæredum cupientium reddere hydropicas eorum burſas, cum totali everſione piorum Operum, juxta æquè
9 ſignificativam, ac lepidam phraſim *Jo. de Blanc.* citati in *Inſtit Crim.lib.3.tit.9.num* 61.

Hinc Recuperus Sanctinus Syndicus Apoſt. Conventus S. Franciſci ad Ripas ad occurrendum magno præjudico verè pii, & nunquam ſatis laudati Operis fundationis Conventus
10 in Civitate Nepeſina, demandatæ in Teſtamento Franc. Galeotti enixis precibus exorat EE. PP. ut dignentur perſiſtere in deciſis die 27. Auguſti 1718. cum addito, ut Judex ad quem, attenta exemplaritate articuli, procedat de Voto hujus Sacr. Congreg. juxta æquè recens, ac punctuale
11 exemplum Cauſæ *Roman. Locor. Mont. ſuper Applic. Fruct.* 28. *Aprilis* 1717. *cor.Cardin. Scotto* quando in longè debilioribus terminis, & in circumſtantiis Cauſæ, minorum conſequentiarum productivæ, intrepidè reſcripſit: *Em. Præfecto R. F cum Voto Sac. Congreg.* & cum clauſula: *Conſtito de* 12
*duab.*

Ea convincenti ratione, quia integrum dicitur illud judicium quod plurimorum ſententiis confirmatur. Et faciliùs invenitur quod à pluribus quæritur: Atque per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur juxta authorita-
tes, citatas *in Inſtit.Crim.lib.3. tit.9. num.* 169. *& ſeqq.* qui- 13
busaddo *Pignat. conſul.*54.*num.*12.*tom.*10.*& Card de Luc.de* 14
*Regul.diſc.*10.*num.*9.

Certiùs quia nihil novi exadverſo hodie affertur, quod non fuerit in præteritum exageratum, & inventum minùs habens ad impediendam ſuſpenſivam Commiſſionem hujus
exemplariſſimæ Cauſæ, & propterea non ſine ſolido funda- 15
mento ſperamus, perſiſtendum eſſe in deciſis.

Cauſæ exemplaritas in eo conſiſtit, quod cùm, ut ſupra indicavimus, hæc Sac. Cong. ex ejus nota, & commendabili benignitate ſolita ſit admittere ad compoſitionem paupe-
res illos hæredes, qui nequeunt punctualiter adimplere de- 16
functorum voluntates, idque ex ſolo motivo compaſſionis, & miſericordiæ, prætenditur hodie mutatio hujus æquè immemorabilis, ac commendabilis ſiſtematis, & hæres ille; qui, quantum in ſe erat, adimplevit defuncti voluntatem, faciendo depoſitum in publica Æde illius ſummæ, ad quam fuit obligatus à Teſtatore, curioſo adinvento ex una parte procuret impedire complementum exequutionis voluntatis
dicti defuncti, addendo talia vincula, taleſque conditiones 17
partitæ depoſiti, quod facit in publico Banco, ut facilè non ſit illas citò adimplere; Ex alia verò parte, ad praxim reducendo vulgatum illud, *Dum Romæ conſulitur, Saguntum expugnatur*, ſequutum *à Rot.dec.*76. *num.*10. *coram Anſald.* eo tempore, quo Legatarius procurat totis viribus exequutioni demandare piam defuncti voluntatem, iſtius hæres, non
ad ſublevandam ejus paupertatem, ſed gratia mercimonii, 18
& lucri, eodem tempore procuret compoſitionem obtinere à R. F. non per antiquas ſemitas, ſemper in præteritum practicatas, ſed cum palliato nomine R. F. citando ſeipſum ad docendum de adimplemento illius Legati, quod jam ex ſua
parte adimplevit, ut deinde, compoſitionem obtinendo, 19
ſibi ſumma pace appropriet pecunias, in publico Banco exiſtentes.

Diximus autem in præteritum, & conſtanter repetimus quod in his circumſtantiis non reperitur in Regeſtis hujus S.
Cong. caſus, in quo admiſſa fuerit ſimilis inſtantia hære- 20
dum, & ultimo loco conſtantiſſimè rejecta fuit in una *Tuſculana* pro tenui ſumma ſc.300. quæ reperiebatur depoſita in publico Banco.

Reſpondetur exadverſo, id procedere in terminis depoſiti liberi, non autem vinculati; Sed reſponſio non ſubſiſtit in facto, eo quia non docetur, aliquod adfuiſſe vinculum in
partita ejuſdem depoſiti ſcut.300. in dicta Cauſa *Tuſculana*. 21
Et quatenus, per falſam hypotheſim, in facto ſubſiſteret, nullo modo relevaret in Jure, Quia, aut eadem vincula commodè poſſunt exequutioni demandari, aut non poſſunt. Primò caſu R. F. nunquam ſibi appropriat eadem pia Relicta, imò commendabili vigilantia, & attentione illius Miniſtri procurant adimplementum voluntatis piorum Benefactorum, juxta generalia decreta, impreſſa *à Veſpign.fol.*35.
& indicata *in meo Compend. Privil. R. F. quæſt.*8. *num.*32. 22
in ſpecie loquentia de piis Relictis pro fundatione novorum Conventuum; In ſecundo verò caſu intrant privilegia ejuſdem R. F. quando Hæredibus, vel Legatariis præfixus fuit competens terminus ad removenda impedimenta, vel ad docendum de Gratia commutationis voluntatis à Summo Pontifice obtentæ, juxta circumſtantias dictorum generalium Decretorum, de quibus ſupra, quando in d. termino
præfixo taliscommutatio obtenta non fuit, juxta generalia 23
Decreta ejuſdem R. F. *§. Præterea*, de quibus *in meo Compend.num.*33.

Et propterea remanet undique inconcuſſa dicta praxis hujus Sac. Cong. nunquam admittendi compoſitiones pro illis ſummis, quæ depoſitatæ reperiuntur in publicis Bancis, ſive cum vinculis, ſive ſine illis; Et ratio rationis hæc eſt, quia eadem ſumma depoſitata nunquam perire
poteſt, nullique periculo ſubjecta eſt, & proinde neque ju- 24
ſtum, neque congruum videtur per viam compoſitionis ingentem ſummam pro paucis obulis concedere aliis perſonis, quærentibus lucrum cum jactura, & damno R. F. ad quam eadem ſumma ſpectat, & ad quam, aut citò, aut ſerò pervenire integraliter debet, quia illam hæ-

res ſibi appropriare nullo caſu, & nullo tempore poteſt.

Omitti poterant repetitæ illæ reflexiones, quod ante compoſitionem omnia fuerint deducta ad notitiam R. F. quod
25 unus ex Cohæredibùs ad dictum effectum proteſtationem in Actis emiſerit, datam in Summario, quodque demùm Nos etiam id admiſerimus in præteritis Scripturis.

Mirum enim in rei veritate eſt, quod coram Sapientiſſimo hoc Conſeſſu hæc, & ſimilia exagerentur. Quia ultro
26 admittimus, prædicta omnia fuiſſe deducta ad notitiam illius Procuratoris, qui comparebat pro R. F. ut cantant productiones, & citationes, ſed vis in eo reſiſtet, & toto ſpiritu dignentur EE. PP. hanc circumſtantiam benignè ponderare, quod iſte Procurator erat Procurator hæredis qui tunc temporis duas in hac Cauſa faciebat partes, duaſque
27 incompatibiles figuras, unam, uti Procurator hæredis petentis Compoſitionem, aliam verò, uti Defenſor R. F. ſub nomine unius ex ejus Procuratoribus; Et conſequenter, mediante praxi, nunquam ampliùs audita, uti Procurator R. F. citabat ſe ipſum, tanquam Procuratorem hæredis. Et propterea ex ſuis Citationibus, contra hæredem ab uno ex aliis Cohæredibus factis, non poteſt. deduci notitia, niſi il-
28 lius Procuratoris, qui apparenter comparebat quidem pro R. F. ſed in rei veritate, & ſubſtantia, ut diximus erat, & eſt Procurator hæredis, petentis compoſitionem.

Ad effugiendum pondus hujus ſolidæ reflexionis, privandi nimirum Religioſos ſumma ſcut. 3000. ſibi competen. vigore Teſtamenti Franc. Galeotti, ad tenorem ſententiæ Vi-
29 ceſg. & in exequtionem confeſſionis, & actualis depoſiti, ab hæredibus facti in Monte Pietatis, abſque ulla Citatione, aſſeritur exadverſo, fuiſſe tranſmiſſam Religioſis Intimationem, datam in Summ. qua mediante deductum fuit ad illorum notitiam, *quod ex parte R. F. inſtitum fuit pro applicatione Legati Franc. Galeotti*, juxta præciſa verba ejuſdem Intimationis.

Hæc autem reſponſio non relevat, obſervando in primis,
30 quod eadem intimatio facta fuit nomine d. hæredis, quo Jure, prorsùs ignotum eſt; Eò quia ex una parte tunc temporis nullum omninò Jus in hac parte habebat d. hæres, ex alia verò R. F. non unum, ſed multos habet diligentiſſimos
31 Defenſores, qui non omittunt citare Gravatos ad docen. de adimplemento piorum Legatorum, quando volunt illa incorporare R. F. ut diſponunt illius nota Privilegia. Non autem procedunt per hujuſmodi nova, & inſolita media ſimplicium Intimationum, exequutarum poſt effectivum decretum incorporationis.

Obſervando 2. quod in intimatione dicitur: *qualiter ex parte R. F. inſtitum fuit pro applicatione Legati Franc. Galeotti*: Et id non ſubſiſtit; Quia ex Actorum revolutione
32 conſtat, quod R. F. à 4. menſibus antea, non ſolùm inſteterat pro dicta applicatione, ſed die 24. Novemb. 1716. effectivum obtinuerat decretum pro d. applicatione (nunquam tamen citatis, neque interpellatis noſtris Religioſis) quod decretum applicationis refertur in publico Inſtrumento Compoſitionis. Quare autem diminuta notitia ſolius inſtantiæ
33 R. F. deducta fuerit ad aures Religioſorum, non autem integra veritas effectivi decreti pro applicatione, noſtrum non eſt divinare.

Obſervando 3. quod Judex nullum fecit decretum in dicta Intimatione, ſed ſolùm legitur in illius calce, ut infra:
34 *Relatione facta comparuit N. N.* qui eſt Defenſor hæredis, *& prædicta omnia ad notitiam Partis Adverſæ deducit, nec non petiit, & obtinuit, ea omnia admitti loco proteſtationis,*
35 *& mandavit afficere prout de Jure.*

Si igitur Judex nihil aliud fecit, *quàm admittere dictam Intimationem loco proteſtationis*, nihilque aliud dixit, quàm, *illam afficere prout de Jure*, nihil omnino ex illa inferri po-
36 teſt contra Religioſos, & nunquam dici poterit, illa mediante, ſanatam fuiſſe evidentiſſimam nullitatem ex defectu citationis, quia de Jure ad privandum aliquem ſuis Juribus requiritur citatio ad inſtantiam Intereſſe habentis, & concurrere debet decretum Judicis, obtentum à perſona legali, non autem ſufficit ſola interpellatio, facta ab eo, qui nullum omninò habet intereſſe in Cauſa, & multò minus ſufficit ſola, & ſimplex interpellatio coram Judice, mandante, illam afficere, prout de Jure.

Et ex hac reſponſione remanet abundè ſublata contraria reflexio, quod poſt dictam Intimationem non ſtatim reclamaverint Religioſi, ſed ſolùm poſt aliquos dies recurſum
37 habuerunt ad Judicem. Factum enim in hac parte tale eſt: Poſt dictam Intimationem Religioſi ignorantes illius efficaciam, voluerunt exquirere conſilium Peritorum, fuitque eis dictum, quod ad omnem abundantiorem cautelam recurrere poterant, ut fecerunt, ſed id non erat ſimpliciter neceſſarium, quia in Jure certum eſt, quod ſciens, ſuum Jus ſalvum eſſe, ut in præſenti verificabatur, attenta incongruitate, & relevantia dictæ Intimationis nullatenus ſibi præju-
dicat, non comparendo, ut videre eſt apud *Rot. dec. 254. nu.* 38
*10. coram Seraph.* ibi: *Sed etſi non reclamaſſet, data injuſtitia Sententiæ, nihil ei obeſſet taciturnitas, cùm ſciverit, Jus ſuum ſibi ſalvum eſſe, & dec. 236. num. 11. cor. Burat. & dec. 58. num. 15. par. 15. rec.*

Verum eſt, quod duæ Sententiæ in Tribunali R. F. habent vim trium, & rem judicatam conſtituunt; Sed id pro-
cedit, quando ſunt validæ, & juſtæ, quia aliàs etiamſi eſ- 39
ſent mille, non ſolùm rem judicatam non conſtituunt, ſed neque etiam nomen Sententiæ merentur, ut generaliter firmavit *Rot. dec. 169. num. 1. apud Conſtant. ad Stat. Urb. & in Imolen. Bonorum 25. Novemb. 1705. §. Nihil coram Anſald.* Et in terminis plurium Sententiarum, concernentium inter-
eſse R. F. obſervant adducti in meo *Compend. Privil. R. F.* 40
*quæſt. 13. per tot.* & habemus punctuales *dec. Rotæ Rom. Hæredit. 16. Febr. 1680. & 17. Martii 1681. coram Alberg.* Habemus pariter reſcriptum Sign. Juſt. loco Sign. Grat. à SS. de-
putatæ, *in Auximana Diviſ. 18. Julii 1715. Ponent. R. P. D.* 41
*Foſſombruno*, quando Cauſam in ſuſpenſivo commiſit poſt tertiam Sententiam. Et demum habemus Oraculum hujus Sac. Cong. *in d. Rom Locor. Mont. ſuper Applic. fruct. 28. April. 1717. cor. Card. Scotto*, quando adverſus duas Sententias Ro-
tales reſcripſit: *Em. Præfecto R. F. cum Voto S. C.* & cum clau- 42
ſula; *Conſlito de duabus.*

Injuſtitia verò noſtrarum Sententiarum palpatur manibus, ut latè demonſtravimus *in Tom. 3. par. 1. diſcept. 21.* Quibus
hodiè addimus aliam reflexionem, quæ ponere videtur fal- 43
cem ad radicem, & in eo conſiſtit, quod ultrò admittitur exadverſo, quod conditio illa ad inſtantiam, & enixas operationes hæredis in Sententia, ab ipſo procurata, obtenta, & acceptata, injuncta, *Religioſis præſtandi cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus,*
*& de liberando à moleſtiis hæredes fideicommiſſarios*, erat de 44
genere impoſſibilium, eò quia *impoſſibile erat, quod per eoſdem PP. Adverſarios adimpleretur, quia ipſi nullam poſſunt inire obligationem, nec in Judicio, nec extra, juxta præciſa verba contrarii Defenſoris.*

Cùmque eadem Sententia, ut diximus, & juvat repetere, obtenta fuerit ad inſtantiam dicti hæredis, ut patet ex
Summario non obſcurè infertur intentio impoſſibilitandi 45
exequutionem voluntatis pii Benefactoris, ad hoc ut exindè fieri poſſet locus Gratiæ compoſitionis, obtinendæ à R. F. & proindè canonizando hodiè dictam Compoſitionem cum totali everſione voluntatis pii Benefactoris, & cum inſigni
præjudicio Operis verè pii, fundationis nimirum Conventus 46
ab eodem demandati, idem hæres ex propriis operationibus commodum reportaret, quod in deſtructione d. piis Operis permittendum non videtur.

Cùmque admittatur exadverſo, Sententiam Viceſgeren-
tis præcipere impoſſibilia reſpectu Religioſorum, quando 47
mandat, ipſos teneri, & obligatos eſſe dare cautionem de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus, ut videre eſt in pluribus locis, & ſignanter in fine ibi: *Ergo agitur de impoſſibili*. Non ſine fundamento Nos poſſumus ſubjungere: *Ergo ad talem cautionem Religioſi nullo modo tenentur*;
Quia *nemo ad impoſſibile poteſt obligari*, *cap. 6. de Reg. Jur. in* 48
6. & concordant citati *à Barboſ. axiom. 118. n. 7.*

Subjungimus ulteriùs, quod videtur nimis exorbitans, & æqualiter durum, ut hæres redarguat hodiè dictam Senten-
tiam Viceſg. de impoſſibilitate, & injuſtitia, eo tempore, 49
quo non citatis, neque auditis Religioſis, eandem Senten-
tiam obtinuit, acceptavit, & executioni demandavit, 50
mediante effectivo depoſito in Sancto Monte Pietatis facto.

Et ex hac ſolida animadverſione innegabilis injuſtitiæ d. Sententię Viceſg. ſperamus pariter obtinere reſtitutionem in
integrum adverſus firmata in eadem Sententia, quę, con- 51
currente injuſtitia, nunquam denegatur, ex adductis *in deciſ. 97. num. 33. coram Cerro, & deciſ. 261. num. 1. coram Beninc.*

Quæ injuſtitia creſcit in immenſum ex eo, quod adverſùs bona Franc. Teſtatoris nullus unquam efformatus fuit
concurſus Creditorum, & propterea non ſine magna inju- 52
ſtitia apponi poterat eadem conditio in Sententia Viceſgerentis.

Adverſus hęc, ſolidè in jure fundata, adducta fuit quędam citatio, in qua Judex mandavit, eligi Peritum Curia-
lem, ad effectum ſeparandi hęreditatem Franc. Teſtatoris 53
à bonis

à bonis Dominici ejus filii, in quibus efformatus fuit concurſus Creditorum cum illa enunciativa, ad effectum graduandi creditores utriuſque aſſis.

Sed reſponſio in promptu eſt, quod Franc. nullos habebat Creditores, qui non probantur ex enunciativis Partium, & ex verbis Defenſorum, ſed ab illorum inſtantiis ad obtinen-
54 dam ſatisfactionem propriorum Creditorum; Uſquequò igitur ex adverſo non ſpecificentur nomina Creditorum dicti Franc. quod eſt prorſus improbabile, dum non comparuerunt per ſpatium 80. annorum poſt ejus mortem, vanum eſt
55 prætendere, quod ſuper illius bonis efformatus fuerit concurſus, id inferendo ex verbis, ad alium effectum, & abſque ulla probatione à Judice incidenter prolatis.

Ea, quæ lato calamo repetuntur circa inſufficientiam ſc. 3000. ad adimplendum ea, quæ pius Teſtator demandavit,
56 non ſunt præſentis inſpectionis: Reſpondebimus proinde, quando noſtris Religioſis ſer. ſer. à R. F. præfigetur terminus
57 ad docendum de dicto adimplemento.

Cæterùm in aliis Scripturis ad hominem demonſtravimus
58 ſcut. 3000. in contanti eſſe pluſquam ſufficientia ad fabricandam Eccleſiam, & Conventum, cum omnibus ſuis Officinis, indicatis in decreto S. C. E. & R. ex adverſo magnifi-
59 cato, intra terminos tamen illius paupertatis, & moderationum, quæ ſecundo modo propriæ ſunt noſtris Religioſis.

Adverſus, quæ non meretur attendi Architectorum Relatio, exhibita in Summario, non ſolùm, quia illa, utì
60 facta ſine juramento, nullam meretur fidem, ex adductis in *dec. 36. num. 7. apud del Bene de Juram. & dec. 285. num. 3. par. 3. cor. Veral. & dec. 17. num. 14. par. 17. rec.* Sed etiam quia eſt affectata, & ultronea Fides, nullatenus à Judicibus demandata, in quibus terminis uno ore aſſerunt Doctores, nullam
61 mereri fidem, ſequentes theoricam *Felin. in cap. Propoſuiſti ſub num. 6. de Probat.* ut videre eſt apud *Ricc. collect. 3065. verſ. Et licet par. 7.* cum aliis, citatis *in tom. 1. par. 1. diſcept. 12. num. 62. & 63.*

Fortiùs quia adverſus affectatata verba dd. Architectorum adducimus recens, & incontrovertibile factum conſtructio-
62 nis alterius noſtri Conventus in Oppido Vallis Corſæ, Diœceſis Fundanæ, cum minori impenſa ſcut. 2000. dumtaxat, quod utì à parte rei innegabile factum, præferendum eſt verbis, ex adverſo adductis, per ea, quæ notant communiter
63 Repetentes *in l. Paulus ff. Rem rat. haber.* & firmavit *Rot. dec. 21. num. 8 cor. Celſ.* Neque hoc eſt aliquid novum in Mundo, vel à Sæculis inauditum, quia experientia notum eſt, & ad
64 rem notat *Card. de Luc. in Miſcell. Eccleſ. diſc. 5. num. 1.* omnia magnifica Opera, omniaque ſumptuoſa ædificia, quæ hodiè videmus, exigua habuiſſe principia; Atque noſter Teſtator, relinquendo ſcuta 3000. pro Conventu, & Eccleſia in Civitate Nepeſina, cujus erat Civis, & probè ſciebat, quid fieri poterat in eadem Civitate cum dicta ſumma, non eſt dicendum, quod habuerit in mente ibidem conſtruen-
65 di Conventum cum illa magnificentia, cum qua loquuntur Architecti in dicta contraria Fide (quibus non dolet caput in ſimilibus magnis ædificiis in Carta delineandis) ſed prout ſolent fabricari in parvis Civitatibus à Religioſis noſtri humilis Inſtituti, ut conſideranti patet, & applicantur firmata per *Rot. in Romah. Prælat. 28. Jan. 1692. §. Quatenus coram*
66 *Card. Cavaller.* ubi, quod in his caſibus laudandum eſt ingenium Architectorum, ſed non eſt regulanda Judicum Sententia ab illorum amplificatis delineationibus.

Ultrò admittuntur hæc in contrariis Scripturis, in quibus iterum inſiſtitur in eo, quod hujuſmodi ſumma ſcut. 3000.
67 non poteſt à noſtris Religioſis amoveri à Monte Pietatis ſine cautione eiſdem impoſſibili, ubi proinde concludunt contrarii Defenſores: *Ergo agitur de impoſſibili.* Et ulteriùs, quatenus etiam ſumma prædicta nullum haberet vinculum, iidem Religioſi in conſtructione noſtri Conventus ſe ingerere non poſſent.

Reſpondemus tamen, quod hæc impoſſibilitas nullam habet à parte rei ſubſiſtentiam, quia mediante reſtitutione in integrum, quam ſperamus à ſolita juſtitia, & benignita-
68 te EE. VV. adverſus dictam Sententiam Viceſg. (attenta remiſſione dictæ noſtræ Inſtantiæ ad hanc Sac. Cong. pro obtinenda dicta reſtitutione in integrum) Judex appellationis, Juſtitia mediante, de medio tollet dictam cautionem. In quibus terminis omnem habebunt facilitatem Religioſi, abſque ullo impoſſibilitatis prætextu, erogandi dictam ſummam in conſtructionem illius pii Operis, quod Teſtator anxiè deſideravit, ad quem effectum omnis capienda eſt interpre-
69 tatio, omniſque facilis ſternenda via. Nihil enim magis cordi eſſe debet Judicibus, præſertim Eccleſiaſticis, quàm ut piæ Morientium diſpoſitiones punctuali exequutioni demandentur, ut dixit *Rot. dec. 293. num. 8. cor. Rojas*, in qua parte habemus Text. qui non poteſt eſſe magis rotundus *in leg. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

Habet demum veri paradoxi ſpeciem, pretenſio illa, quod quia non poſſunt ſe immiſcere negotiis ſæcularibus, in omnem caſum nunquam poſſent erogare d. ſummam ſc. 3000. in
conſtructionem eorum Conventus. 70

Præmiſſo ſiquidem, quo ad effectum fundationis Conventum iiſdem Religioſis omni Jure permiſſum eſt pia Legata relinquere, quod, ultra notoriam praxim, ictu oculi deſu- 71
mitur ex *Decr. gener.* hujus Sac. Cong. relatis à *Veſpignan fol. 35.* & indicatis *in meo Compend. Privil. Rev. Fab. quæſt. 9. à num. 32.*

Reſpectu materialis contrectationis pecuniarum, habent eorum Syndicum Apoſtolicum, Virum notæ probitatis, & notioris habilitatis in agibilibus, qui commodè poteſt, imò
tenetur adminiſtrare, pecunias, & bona, noſtræ Provin- 72
ciæ, relicta, illaſque erogare in pios uſus, à Teſtatoribus deſtinatos, abſque ulla læſione puritatis noſtræ Regulæ, & ſine ullo præjudicio altiſſimæ paupertatis noſtrorum Religioſorum, ut notant *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap. 51. num. 1. Lantuſc. in Theatr Regul. verbo Syndicus num. 3.* ubi, quod *hujuſmodi Syndici cùm deputantur ad recipiendas, & expendendas pecunias pro Religioſis depoſitas, & deputatas,* 73
*non ipſorum Fratrum, ſed S. Sedis Apoſtolicæ authoritate inſtituuntur, & Ricc. in Synopſ. Decr. S. Cong. Imm. verb. Syndici circa Fabricam Conventuum.*

Nec juvat hic repetere, quod in conſtructione Conventus, neque Religioſi, neque illorum Syndicus poſſit ſe ingerere, eo quia illi juxta Teſtatoris præceptum introduci debent in
Conventum jam perfectum, & completum; Non enim 74
credimus, quod ex adverſo prætendatur reſpectu noſtri Conventus verificandum eſſe id, quod legitur in *Apocalypſ. 21. 10.* ut ſcilicet noſter Conventus deſcendat è Cœlo efformatus ad inſtar illius Civitatis, quam deſcendentem vidit *S. Jo:*
*Apoſt.* ſed fatendum eſt, quod ille conſtruendus ſit ab hominibus. 75

Hoc autem poſito, ego quæro quiſnam debet eundem Conventum conſtruere? Non Oppoſitor, aliique hæredes, quia iſti non per ſubauditos intellectus, minuſque per æquivoca verba, appoſita in aliqua familiari Epiſtola, ſed in ſolemni partita publici depoſiti vigore Teſtamenti Franciſci
Galeotti, & in exequutionem Sententiæ Viceſger. faſſi fue- 76
runt, ipſos non teneri ad conſtruendum Conventum, ſed teneri Religioſos ad quem effectum depoſuerunt ſummam ſcut. 3000. ibi: *Per pagarli al Convento, e Padri di S. Franceſco a Ripa &c. per erogarli intieramente nella fabrica di una*
*Chieſa, e Convento della loro Religione nella Città di Nepi* 77
*&c. in conformità del Teſtamento del quond. Franc Galeotti.* Igitur nullo modo negari amplius poteſt, quod Conventus conſtructio fieri debeat à noſtris Religioſis, poſt hanc ſolemnem confeſſionem hæredum, & poſt ſolemniſſimum depoſitum, cum d. expreſſione publicè, & palam factum.

Minuſque credimus inſiſtendum in eo, quod R F. non tenetur ſcrutari conditiones, appoſitas in depoſitis pecunia-
rum, ſed ſolùm debeat inſpicere, & legere verba Teſta- 78
mentorum.

Ultra quod enim hoc non eſt judaicè intelligendum, ſed in ſpiritu, & veritate: Obſervando nimirum, an conditio, appoſita in depoſito, virtualiter contineatur in Teſtamento, eò quia taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, *leg. Cùm quid ff.* 79
*ſi cert petat & non ſolùm habetur pro expreſſo id, quod ſpecialibus verbis deſignatur, ſed etiam id, colligitur ex mente, &*
*conject.* ſunt verba *Paſqualig. de Sacrif. nov. Leg. qu. 908. nu 2.* 80
cum aliis, citatis *in tom. 1. par. 1. diſcept. 5 n. 4.*

Strictè, & cathegoricè reſpondemus, quod R. F. nullo modo, nulloque Jure poterat, nec debebat ſibi appropriare d. depoſitum, niſi citando Religioſos, ad quorum favorem
cantabat; Si enim ipſimet Fures citandi, interpellandi, & 81
audiendi ſunt, quando veri Domini ſuarum rerum inſiſtunt pro recuperatione illorum bonorum, quæ ab eis furto ſublata ſunt, juxta animadverſa per *Farinac. quæſt. 174. num. 41.*
*& ſeqq. Baſilic. dec. 13. per tot.* aliofque citatos *in Inſtit. Crimin.* 82
*lib 2 tit. 8. de Furt. à num. 29.* Quanto magis citari debebant noſtri Religioſi, quorum clarum, & fundatum Jus ex ſola partitæ lectura ad oculum conſtabat, & apparebat; Inter magna ſiquidem Privilegia R F. non annumeratur hoc, ut non teneatur citare illos, ad quorum creditum cantant illæ
pecuniæ, quas vigore eorundem Privilegiorum ſibi appro- 83
priare intendit.

Abſque ulla prorsùs difficultate, attento, quod ea, quæ in-

quæ inculcantur ſub nomine R. F. adducuntur potiùs ad colorandam contrariam prætenſionem , quia unus ex Miniſtris R. F. nihil aliud fecit, quàm pro pretio ſcut.30. ipſi punctualiter ſolutorum commodare proprium nomen Procurator. heredis qui punctualiter ſolvit eandem ſummam ibi: *Dico , e dichiaro , mediante ancora il mio giuramento in detta Cauſa non averci altro , che il puro , e nudo nome , e tutto il commo-*
84 *do , & incommodo , & utile di detta Cauſa ſpettare , & ap-*
*partenere &c. di modo che sì il Concordato , come la Quinta , che mi ſi doverà , ſi debbano tutti intieramente al detto &c. alla riſerva di ſoli ſcudi trenta , che ſi ſono convenuti tra noi &c.* & ibi: *Ho ricevuti &c. li ſudetti ſcudi trenta moneta , queſto dì 5. Febraro 1717.*

Quis igitur poteſt capere capiat , quomodo incæptum ,
85 proſequutum , & terminatum fuerit dictum judicium appli-
cationis, nomine R. F. intentatum ; Nos enim cum omni veritate aſſerimus , quod nullum ſimile vidit Antiquitas , & cum omni veriſimilitudine ſubdimus , quod nullum ſequens videbunt Poſteri.

Die 10. Maii 1719. propoſita Cauſa in Cong. R. F. ſub du-
86 bio , *an eſſet ſtandum , vel recedendum à deciſis die 17. Augu-*
*ſti 1718.* juxta ea , quæ ſcripſi in *tom.3. par.1. diſcept.21. per tot.* & ſignanter *num.72.* reſponſum fuit : *In deciſis* , cum addito , ut ampliùs Cauſa non proponeretur.

Verùm tamen eſt , quod à tertio Judice poſt primam Informationem expedita fuit Cauſa in favorem Hæredis, De-
87 fenſore Religioſorum enixè inſtante pro æquè brevi , ac con-
gruo tempore parandi Defenſiones , ejus preces exauditæ non fuerunt ; Et propterea vigore d. tertiæ Sententiæ ſtatim receptæ fuerunt pecuniæ à Banco , antequam deveniret ad Religioſorum notitiam publicatio d. Sententiæ , & hoc modo præſens Cauſa finem habuit , quæ una eſt ex illarum numero , circa cujus deciſionem captivare non potui intellectum.

# DISCEPTATIO XVI.

## Olomucen. Tranſitus.

*PRO*

Ignatio Hertzmanſckio.

## ARGUMENTUM.

*Ex quibus cauſis ſoleat Summus Pontifex diſpenſare , ut Regularis tranſire poſſit ad Statum Sacerdotis Sæcularis , in eoque extra Religion. Clauſtra vitam ducere.*

NOmine Ignatii Hertzmanſckii , Canonici Regularis Lateranenſis in Monaſterio omnium Sanctor. Olomutii , peti vellet à Summo Pontifice diſpenſatio , ut remanere
1 poſſit in ſtatu Sacerdotis Sæcularis , non attenta ſolemni Re-
gulari profeſſione , quam à quatuor annis antea ſolemniter emiſit inter Canonicos Regulares Lateranenſes ejuſdem Monaſterii omnium SS. Olomucii , ad quem effectum pro faciliori Gratiæ conceſſione d.Can. meum exquiſivit conſilium :

Omnibus autem , ex ejus parte mihi communicatis , attente conſideratis , exiſtimo , nimis difficilem , imò morali-
2 ter impoſſibilem eſſe Gratiæ conſequutionem , modo ab eo-
dem deſiderato , & expreſſo in dd. Scripturis.

Non quidem ex defectu poteſtatis Summi Pontificis , quia , quidquid aliqui Theologi potiùs pro exercitio ingeniorum ,
3 quàm cùm ſolidis fundamentis dixerint , inter quos latiſſimè
*Card. Capiſucch. in ſuis Controv. controv.11. de Vot. ſolemn. per tot.* Indubitatum eſt , quod Summus Pontifex poteſt , non
4 ſolum Monachum facere non Monachum , ad effectum rema-
nendi in ſtatu Sacerdotis Sæcularis , ſed etiam ad effectum longè duriorem ducendi Uxorem , ut communiter notant
5 *Doctores illi* , quos referunt , & ſequuntur *Fagnan. in c. Cùm*
*ad Monaſterium à num.43. de Stat. Monach. Donat. in prax. Regul. par.4. tract.1. qu.13. num* 10. ubi , quod id probant tot Doctores , quorum non eſt numerus , *Dian. coordinat. tom.3. par.*
6 *1. reſol.78. per tot. & Mendez. in Stat. opinion. probabil. diſſert.*
*12. num.37.*

Ea ratione , quia Votorum ſolemnitas eſt de Jure tantùm
7 poſitivo , juxta *Tex. in cap. unic. de Vot. & vot. redempt. in 6.*
& conſequenter ſubjecta eſt poteſtati Legiſlatoris , qui ex juſta cauſa poteſt illam relaxare , quam adducunt *Eſcann. in*
8 *Propugnac. Relig. Hieroſolym. diſcept.8 cap.2. num.4. Lezzan.*
*Oper. moral. tom.4. conſul.11. nu.3. & Sanchez de Matrim. lib.8. diſp.8. num.7.*

Nec deſunt in hac parte plura exempla , inter quæ unum 9
Caſimiri Poloniæ Regis , qui erat Diaconus , & Monachus , cum quo diſpenſavit Benedictus IX. referentibus *Car. Baron.*
*in ſuis Annal. tom.10. ad an.1041. n.11. Natal. ab Alex. ſecul.11.* 10
*& 12. par.1. pag. mihi 16. & de la Buſſier. Floſcul. Hiſtoriar. par.2. fol. mihi 185.*

Alterum eſt de Ramiro , Sacerdote , & Monacho Benedictino , cum quo diſpenſavit *Innoc. II.* teſtibus *Navar. conſil.* 11
*38. de Vot. n.1. Cened. collectan.124. Bellet. Diſquiſit. cleric. §.9. n.14. & Thomaſin. t.1. lib.3. cap.59. ſub num.6.*

Tertium eſt Conſtantiæ , filiæ Rogerii , Regis Siciliæ , cum qua diſpenſavit *Cœleſtinus III.* ut notant *Platin. in ejus* 12
*Vita in princip. & Fragoſ. de Regimin. Reip. Chriſtian. tom.2. lib.1. diſp.2. §.9. n.173.*

Et quartum Nicolai Juſtiniani , Sacerdotis , & Monachi , cum quo diſpenſavit *Alexand. III* ex animadverſis *per Azor.* 13
*in Inſtit. moral. tom 1. lib.12. cap.7. §. Legimus , Clericat. de Sacram. Ordin. dec.27. num.15. Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.8. cap.10. num.27. & de Juſt. de Diſpenſat. matrim. lib.2. cap.14. num.129.* cum aliis modernioribus exemplis , à me adductis *in tom.2. par.1. diſcept.14. à num.31. uſque ad num 63. & ſupra* 14
*diſcept.5. per tot.*

Sed tota difficultas in præſenti reſtringitur ad cauſam ; Licet enim magna controverſia ſit inter Theologos , & Canoniſtas , an neceſſe ſit , ipſam eſſe publicam , vel ſufficiat ſola 15
privata utilitas , juxta ea , quæ notant *Spad. conſil.169. nu.8. lib.1. Clericat. de matrim dec.28. num.14. Dian. coordinat. tom.3.* 16
*reſol.79 n.14. Lezzan. Oper. mor. tom.4. conſul.11. n.22.*

Omnes tamen in hoc conveniunt , quod illa , non ſolùm debeat eſſe urgens , ſed urgentiſſima , & talis qualitatis , ut 17
valeat præponderare , & compenſare bonum Religionis , ex iis , quæ notant adducti in Voto *Bottin* impreſſo apud *de Juſt. de Diſpenſ. Matrim. fol. mihi* 488. *n.20. & ſeqq.*

Talis autem cauſa abſque dubio in caſu noſtro nullatenus concurrit , ex quo illius loco adducuntur ſolùm atteſtationes inſignium quidem Phyſicorum Joannis Joſephi de Konige , Andreæ Bernardi Pacenckæ , & Joannis Piſunck , loquen- 18
tium dumtaxat de particularibus infirmitatibus P. Ignatii Hertzmanſckii , non valentis propter illas aſſiſtere Choro , aliiſque functionibus regularibus ; Quæ cauſa nullo modo ſufficiens dici poteſt ad noſtrum effectum , imò magna nimis , & ſpatioſa aperiretur via Regularibus Familiis tranſeundi ad ſtatum Sacerdotum Sæcularium , ſi reputaretur ſufficiens ſola illa cauſa , quæ impedimentum præſtat , ne propriis officiis ex motivo infirmitatis aſſiſtere poſſint.

Præcipuè , quia in his caſibus , neque Jus , neque particulares Conſtitutiones obligant , neque Religioſos , neque Sacerdotes Sæculares ad id , ad quod faciendum obſtat legiti- 19
mum impedimentum , juxta *Tex. in cap. Ad Audientiam de Cleric. non reſiden.* ubi *Gloſſ. verb. Infirmitas , & cap. unic. eod. tit. in 6. Card. de Luc. de Canonic. diſc 12. num.3. Pignat. conſul.*
*115. num.52. tom.9 & Rot. dec.776. num.8. cor Dunoz. jun. & dec.* 20
*108. num.8 cor. Coccin. & in Varmien. Diſtribut. 23. Junii 1676. §. Fundamentum cor. Ottalora* , cum aliis , longa manu à me 21
cumulatis *in tom.1. par.1. diſcept.16. per tot.* & ſignanter *à num.16.*

Obſervantes proinde Doctores illi , quos refert , & ſequitur *Graſſ. de Effect. Cleric. effect.1. num.1172.* quod caſus iſte infirmitatis unus eſt ex illis , in quibus infirmitas prodeſt ; 22
Statim tamen ſubjungentes ; *Sed à tali prodeſſe libera nos Domine.*

Abſque ulla difficultate , ex quo adeſt ulterius alia via , æquè obvia , ac legalis in his caſibus obtinendi tranſitum ad aliam laxiorem Religionem , in quibus terminis nulla requi- 23
ritur gravis , aut publica cauſa , ſed quævis minor ſufficit , etiamſi privatam tantùm utilitatem Tranſlati reſpiciat , ut notant *Pelliz. in Manual. Regular. tom.1. tract.3. cap.5. ſect.3. num 65. Peyrin. de Offic. Subd. relig. quæſt.1 cap.24. verſ. Dico 6. Caſtropal. Oper. moral. par.3 tract. 16. diſp.4. punct.26. §.5. nu.2.* 24
*& ſeqq. & Bordon. Reſol. moral. reſol.29. qu.14 nu.55.* cum aliis , citatis *ſupra diſcep.5. à num.124.*

Remanet proindè videndum , an alia via , præter dictum tranſitum ad Religionem laxiorem , poſſit deſiderio ejuſdem P. Ignatii occurri , & ſatisfieri ; Cumque non adhuc effluxum ſit quinquennium à die ſolemnis profeſſionis , nulla ad- 25
eſt neceſſitas recurrendi ad Sacr. Congregat. vel ad Summum Pontificem pro obtinenda gratia reſtitutionis in integrum , ſed in his terminis omnia poſſunt terminari coram Ordinario Loci , conjunctim cum ejus Superiori locali , qui 26
ſumma ratione ejus infirmitatibus compatiendo , ſuum præ-

ſtitit

26 ſtitit conſenſum in authentica atteſtatione, mihi originali-
ter exhibita.

In his terminis duæ ſolent adeſſe viæ obtinendi intentum,
una, quando profeſſio emiſſa eſt per vim, aut metum; Alia
27 verò, quando agitur de illis Religionibus, quarum Conſti-
tutiones mandant, nullam eſſe profeſſionem illius Religio-
ſi, qui tacet aliquem defectum, vel morbum, propter quem
in eiſdem Conſtitutionibus præcipitur, ut profeſſio nulla ſit,
28 detecto eodem morbo, vel defectu, juxta caſum, à me diſ-
putatum *in Congreg. Conc. in Friſing. 19. Maii* 1703. de quo *in
tom. 2 p. 1. diſcep. 25.*

Cùmque in foliis, mihi exhibitis, nihil circa hoc expri-
matur, meum in hac parte non poſſum aperire ſenſum, ſo-
lùmque repeto, quod, attento tempore quinquennii, quod
29 adhuc non eſt elapſum, omnia poſſunt faciliori, feliciorique
exitu terminari in partibus à Loci Ordinario, unà cum lo-
cali Superiore, probando coram ipſis unum ex dictis ſepara-
tis quidem motivis, ſed æquè ſolidis ad obtinendum inten-
tum, dummodo in facto ſubſiſtentiam habeant, circa quod
ſuum locum veritati relinquo; Solent enim in hac parte Lo-
corum Ordinarii faciliùs annuere Religioſor. inſtantiis, ob
illam magnam notitiam factorum, quam habent, licet non
poſſint probari cum illo rigore, qui meritò practicatur in
Tribunalis Collegialibus, juxta caſum illum, in quo ego
ſcripſi, & obtinui in una *Cæneten.* de qua *in 1 parte.*

Subjungendo ulteriùs, quod quatenus probationes ex par-
30 te P. Ignatii circa unum, vel aliud ex dd. motivis ex ſe ſuffi-
cienter concludentes non eſſent in probationum defectum,
& ſupplementum poſſet eidem dari juramentum, ut facien-
dum eſſe notant adducti per *Pignat. conſul. 4. num. 9 tom. 1. jux-*
31 *ta Romanam impreſſionem*, ubi reſpondendo argumento, quod
in contrarium fieri poſſet, hæc ait: *Nob obſtat, quod in re profeſ-
ſionis ſtari non debeat juramento Profeſſi &c. Quia, quando
ſunt aliæ præſumptiones, adminicula, & conjecturæ, quæ*
32 *nulliter Profeſſo favent &c. multi Authores; iique graviſſimi,
aſſerunt, ſtari poſſe juramento illius &c.*

Quam opinionem, me ſcribente, ſequuta fuit *Sac. Congr.
Conc. in Veneta, ſeu Mantuana Nullitatis Profeſſionis* 18. *Aug.*
33 1696. ut videre eſt *in tom. 1 par. 1. diſcep. 3. num. 48 & 80 & in
Neapolitana Reſtitutionis in integr. 7. Sept.* 1718. ut videre eſt
*in tom. 3. par. 1. diſcep. 6. num. 29. & 77. & in Cæneten. Reſtitut.
in integ. 16. Martii* 1720.

Eamque amplexa pariter fuit S. Cong. Epiſc. & Regul. in
34 *Præneſtina Nullitatis Profeſſionis 12. Nov. 1717. ad relatio.
Card. de Abdua*, ut videre eſt *in dict. tom. 3. par. 1. diſcep. 7.
num. 38. & 62.*

Quod, & ſi adhuc remaneret aliquod dubium, adhuc in
35 iſto inclinari poſſet favore ejuſdem P. Ignatii, ex illis bonis
congruentiis, quas adducunt *Pignatel. conſul. 173 num 6. & 7.
tom. 9.* ibi: *Quod ſanè magis expediens eſt Religionibus, &*
36 *ipſis Regularibus, quia Regularis, eò deveniens, ut præten-
dat, nullam fuiſſe ſuam profeſſionem, dum invitus intra Clau-
ſtra manet, ſemper moleſtias affert Religioni, nec quidquam
boni ab ipſo expectari poteſt, unde utilitas eſt Religioni, ut*
37 *dimittatur, ſi dimitti poteſt*, & *Amayden de Styl. Datar. lib. 1.
cap. 12. num. 23.* ibi: *Ego ſanè, ut hoc ingenuè fatear, propen-
ſior ſum erga dimiſſiones Regularium, in Clauſtris vitam gere-*
38 *re renuentium, nam ii ſunt, qui reliquos quietos turbis mi-
ſcent, Ordinemque univerſum, ſuſque, deque agunt, & pro-
pterea exiſtimo, obſequium me præſtare Deo quandocumque
adſum Cauſæ Regularis, contra profeſſionem reclamantis, qui
ope mea de Religionis vinculo liberetur.*

Cum quibus, à me adductis in noſtris præciſis terminis ſo-
lita maturitate, Partibus acriter informantibus proceſſit,
39 Cong Conc. *in Mantuana 7. Dec. 1715.* ut videre eſt *in tom. 1.
par. 1. diſcep. 20. num. 97. 126. & 146. & tom. 2. par. 1. diſcept. 9.
per tot.*

Quæ omnia cum majori facilitate locum habebunt, ſi erit
ſermo de Profeſſione, emiſſa per vim, & metum, quia in
40 hoc caſu in dubio ſemper reſpondendum eſt pro illius nullita-
te, ea ratione, quia in his terminis dubium ſe teneret ex
parte liberi conſenſus, in quibus circumſtantiis non conſide-
ratur favor Religionis, qui nunquam adeſſe dicitur, quan-
do ſpontaneus, & liber conſenſus Profitentis non præceſſit,
41 ut in ſpecie obſervant *Rebuff. conſil 67. in fin. Card. de Luc. de
Regul. diſc. 41. nu. 2. & diſc. 43. num. 13. Pignatel. conſul. 173. nu.
43. 75. & 157. tom. 9. & dec. 9. num. 3. & ſeq. cor. Arguel & dec. 13.
num. 16. par. 14. rec.*

Obſervando ulteriùs, quod ad hunc effectum non ſunt
42 neceſſaria vulnera, minuſque opus eſt probare barbaras tra-
ctationes, ſed ſufficit fundata apprehenſio, & verus timor
43 magni futuri mali, ut redarguendo Martianum obſervarvit
Imperator *in l. Extat enim ff. de Eo, quod metus cauſa*; Cùm
enim idem Martianus aſſereret, metum eſſe debere unitum
cum vulneribus, *Cæſar dixit: Tu vim putas eſſe ſolum, ſi* 44
*homines vulnerentur?* ut notant *à Pont. conſil. 44. num. 13 Mo-
gollon. de His, quæ vi, metuſve cauſa fiunt cap. 2. §. 6 num. 3.*
ibi: *Ultra, quod ipſe deponit de vi, non de metu, quæ longè
inter ſe differunt, illa enim refertur ad corpus, & metus ad
animum &c. Et propterea Rubrica d. tituli, tam in Codice*, 45
*quàm in Decretalibus eſt inſcripta de His, quæ vi, metuſve
cauſa fiunt.*

Et de metu, conſiſtente in ſola denegatione congruen-
tium alimentorum, habemus caſum, deciſum *à Cong Conc* 46
*in Lingonen. 20. Sept. 1715.* ut videre eſt in *tom 1. par. 1 diſcept.
4. per tot.* in qua ulteriùs obſervatione dignum eſt, quod me-
tus incuſſus fuerat à fœmina, ſeu Matre Reclamantis: Et
in terminis metus interverſionis ſtatus, & denegationis ali-
mentorum more Nobilium, idem reſolvit *eadem C. C. in Ro-
mana 1. Octob. 1720.* de qua in hoc *tom. 1. par. 1. diſcept. 1.*

Conſignata hujuſmodi in Scriptura Curiali, qui meum
Votum uti Agens dicti Religioſi ſummis precibus petierat, 47
non ſine maxima incivilitate poſt multos dies, in quibus non
unam, ſed multas facere potuit Copias, illam mihi reſti-
tuit, aſſerendo ſufficere ſibi, ejuſque Principali ſcire meum 48
ſenſum, idque nullo ſoluto honorario, quòdque non fue-
rat neceſſe facere magnum ſtudium ad dictum effectum;
In qua parte ſibi ipſi contradicebat, ex quo quando mihi
commiſit confectionem Scripturæ cum traditione authen-
ticarum atteſtationum, de quibus ſupra, junctis manibus
ſe, ſuumque Principalem commendaverant pro habendo
diſcurſu legali, & fundato rationibus, & exemplis; Cum-
que petiiſſet ulterius reſtitutionem dd. atteſtationum origi-
nalium, libenter illas reſtitui, licèt forſan retineri de rigo-
re potuiſſent pro ſatisfactione honorarii, juxta opinionem
*Fulgoſ. in l. Ante litem num. 14. ff. de Procurat.* & animad- 49
verſa per *Gail. obſerv. 17. num. 5. lib. 2.* procedendo cum ſolida
diſtinctione *magiſtralis dec. 691. per tot. p. 1. rec.* ut ſcilicet in
his caſibus retentio Scripturarum detur ſolum pro expenſis
factis ab Advocatis, & Procuratoribus, non autem pro il-
lorum honorario, cum concordantibus apud *Marr. Medic.
Exam Senenſ 56. num. 18. & Conſtant. ad Statut. Urb. lib. 1. art.
30. annot. 2. num. 273.*

---

# DISCEPTATIO XVII.

## Forolivien.

*PRO*

Curatoribus Hoſpitalis Domus Dei.

*CUM*

Joanne Baptiſta Lacchino Parocho.

## ARGUMENTI.

*Loco ſubnectuntur quinque ſequentia dubia.*

I. *An adminiſtratio Sanctiſſimi Viatici, & Extremæ Un-
ctionis Infirmis, in Hoſpitali Domus Dei. privativè ſpectet
ad Parochum S. Luciæ, in ambitu cujus Parochiæ ſitum eſt
Hoſpitale; vel potiùs ad Cappellanum ejuſd. Hoſpitalis?*

II. *An Jus ſepeliendi mortuos Hoſpitalis ſupradicti in pro-
pria illius Eccleſia, & Cæmeterio, pertineat ad eundem Cap-
pellanum?*

III *An liceat Cappellano dicti Hoſpitalis impedire, nè
Parochus celebret functionem Exequiarum in die univerſalis
Commemorationis Defunctorum ejuſd. Hoſpitalis?*

IV. *An adminiſtratio, & attributio piarum Oblationum,
& Eleemoſynarum, quæ per devotos Benefactores offeruntur
dietim in parva Capſula, exiſtente in Eccleſia dicti Hoſpitalis,
ad Imaginem Redemptoris, ſpectet ad Parochum; Vel potiùs
ad Curatores pro tempore dicti Hoſpitalis? Et quatenus affir-
mativè quoad primam partem.*

V. *An eidem Parocho conſignanda ſit Clavis dictæ Capſulæ?*

INter alia eximiæ pietatis, & inſignis devotionis Opera,
quæ omnium oculis expoſita ſunt in Civitate Forolivii,
quæve ab illius Civibus exercentur, fundatum reperitur ab 1
immemorabili tempore Hoſpitale Domus Dei nuncupatum,

pro

pro receptione Infirmorum, & Expoſitorum, cum ſua Ec-
cleſia, & Cæmeterio, quod aggregatum etiam eſt inſigni
Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia Urbis, illudque in exe-
quutionem particularis Brevis Eugenii IV. expediti uſque
ab anno 1438. & ſic à tribus ferè Sæculis, regitur, & guber-
natur à quampluribus nobilibus Viris ejuſdem Civitatis, qui
ea, qua decet, & par eſt, vigilantia, illius bonæ admini-
ſtrationi ſemper de præterito incubuerunt, & de præſenti
incumbunt, deputando præſertim Cappellanum, ſeu Preſ-
byterum, cum approbatione tamen Ordinarii, ad hoc, ut
promptè aſſiſtere valeat Infirmis, ibibem degentibus, Pœ-
nitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ Unctionis Sacramen-
ta eis miniſtrando. Cùmque Parochus S. Luciæ, intra cu-
jus limites ſitum eſt dictum Hoſpitale, anno 1679. præten-
dere cepiſſet, Jus ſibi competere faciendi in illo nonnullas
functiones; Delata controverſia ad hanc Sac. Cong. in ea-
que propoſita Cauſa, ad relat. Card. Caſanattæ, quia idem
Parochus in controverſiam adduxit ea omnia, quæ ictu ocu-
li reſultabant ex recognitione Librorum noſtri Hoſpitalis,
ſequens prodiit reſcriptum: *Dentur compulſoriales, & inte-
rim functiones Parochiales exerceantur per Parochum S. Lu-
cæ*; Sed agnita ab eodem Parocho inſubſiſtentia promotæ
prætenſionis, derelicta ulteriori Cauſæ proſequutione, an-
no 1683. liti ſolemniter renunciavit, & in ſequelam ejuſdem
renunciationis Cappellanus Hoſpitalis in adminiſtratione
Sacramentorum Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæ Un-
ctionis, ac etiam in explendis Exequiis, & tumulandis In-
firmorum Cadaveribus, uſque ad annum 1702. pacificè con-
tinuavit, ut inter Partes non controvertitur.

Defuncto autem eodem Parocho, cum illius Succeſſor
eandem renovaſſet controverſiam coram Raſpono Epiſcop.
Forolivien. fuit illa, conſentientibus, & acquieſcentibus
2 Partibus anno 1702. ab eodem, prævia matura Cauſæ co-
gnitione deciſa, & terminata, & uſquequò idem Parochus
in humanis fuit, ſententia ejuſdem Epiſcopi punctuali exe-
quutioni ſemper demandata fuit; Credebant proindè Cura-
tores noſtri Hoſpitalis non ampliùs adverſus eandem Sen-
tentiam audiendas eſſe contradictiones, juxta celebre mo-
nitum *S. Gregorii Magni lib. 7. Epiſt. 61. Indict. 2.* ibi: *Valdè
3 Eccleſiaſticæ eſt moderationi conveniens, ut quæ ordinata
fuerint, vel deciſa, nulla in poſterum debeant refragatione
turbari.*

Verùm, cum his omnibus non obſtantibus, neque at-
tentis, modernus Parochus S. Luciæ, antiquatam reſtau-
rando quæſtionem, impedire tentaſſet Rectori d. Hoſpitalis
adminiſtrationem eorundem Sacramentorum; Hinc Cu-
4 ratores ejuſdem Hoſpitalis, ad tuendam poſſeſſionem, in
qua eorum Cappellanis pacificè reperiebatur, curarunt
expediri Monitorium coram A. C. ſuper obſervatione dictæ
Sententiæ, latę à d. Epiſcopo Raſpono, necnon ſuper ma-
nutentione in poſſeſſione, ſeu quaſi exercendi functiones ex-
preſſas in d. Sententia, ſive Decreto, ſed avocata deindè
Cauſa, illaque remiſſa ab Auditore SS. ad hanc Sac. Cong.
concordata fuerunt prænotata dubia, quæ favore noſtri Cap-
pellani reſolvenda videntur.

Quantùm attinet ad 1. dubium, pro illius favorabili reſo-
lutione ſex ſunt ſolida fundamenta, quibus innititur noſtra
5 intentio, concors nimirum Doctorum opinio, & Rotæ Sen-
tentiæ; Speciale privilegium ab Eugenio IV. necnon alia
generalia eid. Hoſpitali communicata ab inſigni Archioſpi-
tali S. Spiritus in Saxia Urbis tempore noſtræ aggregationis;
Sententia, à d. Epiſcopo Raſpono ſer. omnibus ſervandis
6 lata, à Partibus acceptata, & de præſenti pacificè ſemper
exequutioni demandata, Individua, ſpecifica, & pacifica
conſuetudo; Et demum literalis Conſtitutio Synodalis.

Incipiendo à communi opinione DD. à Rota ſemper am-
plexa teſte *Card. de Luc. de Paroch diſc. 23. num. 3.* ſupplica-
mus recognoſcere *dec. 36. per tot.* & ſignanter *num. 6. & duo-
bus ſeqq. cor. Rojas*, quæ in hac materia eſt magiſtralis, & in
7 qua *d. num. 6 & ſeqq.* ſolidè firmatur (ſunt ejus præciſa verba)
*in Hoſpitalibus Sacerdotes Sæculares, deputatos ad audien-
das Ægrotantium confeſſiones, aliaque Sacramenta eis admi-
niſtranda, eſſe proprios Parochos illorum &c.* & concordat
eadem *Rot. dec. 45. num. 11. cor. Zarat.* ibi: *Et generaliter pro
Parochis haberi Sacerdotes in Hoſpitali degentes, firmavit
Rot. &c. & cor. Priol. dec. 104. num. 37.* ibi: *Imò tanquam Hoſ-
8 pitali deputatos pro Parochis habere &c. & dec. 2. num. 24. par.
13. rec.* ibi: *Cum Cappellani habeant Jus miniſtrandi Sacra-
menta ſuper Infirmis ex licentia Ordinarii &c. Imò tanquam
Hoſpitali deputatos pro Parochis haberi firmavit Rot. &c.*
Quantæ autem authoritatis ſit Rotæ opinio nemo ignorat,
9 & patet ex animadverſis *per Vizzan. de Mandat. Princip. leg. 2.
num. 29.* ubi quod tanta eſt Rotæ authoritas, ut quod ipſi in
judicando placuit, communis opinio reputetur, *Bonden.
colluct. legal. 3. num. 7.* ubi, quod quando allegatur Rotæ de-
ciſio non eſt amplius quærenda ratio, ut obſervat eadem *Rot.
in Rom. Primog. de Corſinis 16. Maii 1710. §. 28. cor. Aldrov.*
ubi, quod Rota facit opinionem communem, cum aliis, ci- 10
tatis *in t. 3. par. 1. diſcep. 1. §. 26. à num. 16.*

Accedentibus præcipuè convincenti ratione, & nimis ſtrin-
genti congruitate, in eo fundatis, quod in Hoſpitalibus re-
gulariter multi ſolent eſſe ægroti, & ut plurimùm à pericu-
loſis morbis eodem tempore ſummopere vexati: Et proinde
Parochi non poſſunt illis continuam præſtare aſſiſtentiam, 11
in præjudicium ſuorum Parochianorum: Non ſic autem
Cappellani eorundem Hoſpitalium, qui ex officio moram
continuò facientes in eiſdem Hoſpitalibus, ad omnem requi-
ſitionem parati ſemper ſunt aſſiſtere Ægrotorum neceſſitati-
bus, illiſque Sacramenta miniſtrare, ut Conſideranti patet.

Itaut in illis Hoſpitalibus, in quibus Sacramenta mini-
ſtrantur à Parochis, quatenus in aliquibus Civitatibus id
practicetur, expediret injungere Cappellanis eorundem ad-
miniſtrationem Sacramentorum, nè poſſit dari caſus, quod 12
Parochiani, ſive in Hoſpitalibus moram facientes, ſive Do-
mos in Parochia habitantes; abſque Sacramentis moriantur,
juxta firmata *per Rot. dec. 204. num. 1. par. 1. rec. & cor. Peuting.
dec. 39. num. 1.* cum aliis, citatis *in Tom. 1. par. 1. diſcept. 14. per
tot* & ſignanter *n. 32.* & *n. 43.* cum quibus proceſſit *Cong. Conc.* 13
*in Lunen. Sarzanen. 12. Julii* 1714. ut videre eſt *ibid. n. 147.*

Quod inconveniens ſæpè eveniebat in noſtro Hoſpitali,
quando unus, & idem erat Cappellanus ejuſdem, & Paro-
chus S. Luciæ, ut probamus in Summario, ex jurata atte-
ſtatione Medici Bartholomæi Menſantis, qui ex ſtimulo pro-
priæ charitatis, & conſcientiæ motus, id ad aures Epiſco-
pi Raſponi deduxit; juxta illa verba, omni conſideratione
ad noſtrum effectum digna: *Conoſcendo, che li poveri Infer-* 14
*mi, che ſtavano in detto Spedale morivano ſenza la neceſſaria
aſſiſtenza, per eſſere in quel tempo Cappellano di detto Spedale
il Parocho di S. Lucia, avviſai Monſig. Raſponi di quel tempo
Veſcovo &c.* Circa quod concordat ſolemne teſtimonium illius
Cappellani, qui tunc temporis, attento eodem inconvenien-
ti, deputatus fuit ab Epiſcopo, ibi: *Io entrai al ſervizio del
noſtro Spedale, preſentato da' Sig. Curatori pro tempore, a cau-
ſa de' richiami, fatti a Monſig. Raſponi, all'ora Veſcovo, per
l'inconvenienti, che ſuccedevano nell'aſſiſtenza a poveri Mori-
bondi, per eſſere Cappellano in quel tempo dell Oſpedale il Sig.
Orſelli, Paroco di S. Lucia.*

Competit ſecundo loco eidem Cappellano Jus prædictum
adminiſtrandi omnia Sacramenta Infirmis d. Hoſpitalis, vi-
gore ſpecialis Brevis Eugenii IV. quod tanquam lex punctua-
li exequutioni demandandum eſt, ut in noſtris terminis firma-
vit *Rot. dec. 161. nu. 7. cor. Cerr.* In dicto enim Breve, non ſo- 15
lùm approbatur, & confirmatur Patronatus favore DD.
Curatorum ejuſdem Hoſpitalis; Verùm etiam impertitur
eiſdem facultas eligendi perſonam idoneam in Rectorem d.
Hoſpitalis, electam inſtituendi, & ad nutum amovendi,
prævia tamen approbatione Epiſcopi Forolivien. ea præſer-
tim de cauſa, ut Pauperes, ad illud confluentes, benignè
recipiantur, ac pietatis, & charitatis ſubſidia meliùs, ac
ferventiùs adminiſtrentur. Ex hujuſmodi enim motivis ſo-
liti ſunt Summi Pontifices talia privilegia paſſim concedere
Cappellanis Hoſpitalium, ut notant *Franc. Ant. Coſta conſ. 4.* 16
*num. 69. & Maya obſerv. 12. num. 109.* ubi, quod in omnibus
Hoſpitalibus Inſulæ Siciliæ ibidem indicatis, ex Summorum
Pontificum privilegio Cappellani non ſolum miniſtrant In-
firmis Sacramenta Pęnitentiæ, Euchariſtiæ, & Extremæ
Unctionis, ſed etiam baptizant Parvulos, in illis expoſitos,
ad quem effectum retinent Fontem baptiſmalem.

Et reſpectu aliorum Hoſpitalium, nedum noſtræ Civita-
tis, ſed etiam totius Provincię, idem pariter practicari con-
ſtat ex adductis in noſtro Summ. & ex *Synodo Faventina
Card. Nigroni par. 3. cap. 11. de Hoſpital. in fine* ibi: *Studeant
Hoſpitalium Cappellani, ut prompti ſint Infirmorum Confeſ-* 17
*ſionibus audiendis, aliiſque Sacramentis miniſtrandis*, Ex
quibus remanet manifeſtum, non Parochis, in quorum Pa-
rochiæ poſita ſunt Hoſpitalia, ſed eorundem Cappellanis
commendari Sacramentorum adminiſtrationem. Ex ſolito
autem vicinarum Civitatum, & Diœceſum validum deſumi-
tur argumentum, & ſtringens illatio ad noſtrum effectum,
per ea, quæ notant *Prat. reſponſ. crim. 26. n. 56. & ſeq. & Rot. in
Rom. Præced. 5. Maii 1710. §. Sed ab ea cor. Criſpo*, cum con-
cord. citatis *in T. 2. par. 1. diſcept. 17. n. 65.*

Quæ omnia eò magis admittenda videntur in pręſenti, ex
quo à tempore conceſſionis dicti privilegii Eugeniani, Cap-
pella-

pellani, à Curatoribus electi, & ab Epiſcopo pro tempore
19 approbati, ſemper ſoliti fuerunt Infirmis in eodem Hoſpita-
li degentibus Sacramenta miniſtrare, ut conſtat ex ſolemni
teſtimonio Epiſcopi ibi: *Spirituale verò gubernium exerce-
tur per Sacerdotem, per dd. Curatores præſentandum, & à
Nobis examinandum, & approbandum, qui juxta antiquiſſi-
mam conſuetudinem, hucuſque ſervatam, cum titulo Cappel-
lani Eccleſiæ Sacramenta Infirmis adminiſtrat, & funeri-
bus, ac Exequiis ipſorum præeſt, & domicilium habet in
Hoſpitali.* Cui omnis in hac parte præſtanda eſt fides, ratio-
ne illius ſcientiæ, quam præſumitur habere omnium conſue-
20 tudinum ſuæ Civitatis, & Diœceſis, juxta firmata *per Rot.
deciſ. 115. numer. 4. coram Priol. & dec. 460. num. 10. par. 18.
recen. ut in Bituntina 28. Martii 1707. §. Et demum cor. Car-
din. Scotto.*

Hujuſmodi autem obſervantia omnem penitus in hac par-
te difficultatem tollit, quæ ſuper interpretatione memorati
Brevis inſurgere poſſet, eò quia diſpoſita in Conſtitutionibus
21 Apoſtolicis aliiſque Gratiis, interpretari debent eo modo,
quo fuerunt obſervata, non ſolum in eo caſu, quo dubietas
aliqua ſubeſſet, verùm etiam ſi contrarius intellectus de Jure
verior eſſet, magiſque accomodatus verborum ſenſui, ex
firmatis *per Rot. deciſ. 279. num. 7. coram Royas, & dec. 237.*
22 *num. 28. coram Dunoz. jun. & in rec. dec. 300. num. 30. & 31.
par. 12. & dec. 520. num. 11. par. 13. & dec. 212. numer. 7. par.
17. & dec. 9. num. 20. par 19. recen.* cum aliis concordan. ci-
tatis *in Tom. 1. par. 2. diſcep. 16 numer. 101.* Maximè quan-
do obſervantia non incipit poſt multum temporis ſpatium à
23 Conſtitutionis editione, ſed eſt cum illa contemporanea, jux-
tà præciſos terminos noſtri caſus, in quibus proindè eò magis
ſuum effectum producit, ex animadverſis *per Bald. in Proœ-*
24 *mio Digeſtor. num. 7. Cravett. conſ. 101. n. 3. Menoch. conſ. 276.
num. 19. Aldroband. conſ. 66. n 8. & Rot. cor. Royas dec. 305. n.
10. & dec. 150. n 28. par. 5. rec.*

Aſſiſtunt etiam tertio loco Curatoribus, eorumque Cap-
pellano, & Hoſpitali privilegia, Archihoſpitali Sancti Spi-
ritus in Saxia conceſſa, inter quæ indubitanter numeratur
illud exemptionis à quocumque Jure Parochiali; Idque vi-
gore dictæ Aggregationis, ſeu Communicationis Privile-
25 giorum, quæ operatur, ut privilegia omnia, dicto Archi-
hoſpitali Sancti Spiritus aggreganti conceſſa, perindè ha-
beantur, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè noſtro Hoſpitali ag-
gregato conceſſa eſſent, ut, omiſſis generalibus, in puncto
caſus noſtri, ad duriorem effectum exemptionis à quarta fu-
nerali, omni Jure Parochis competente, firmavit *Rot. de-
ciſion. 45. numer. 25. coram Zarat.* ibi: *Privilegio ſcilicet Six-
ti IV. conceſſo Hoſpitali S. Spiritus in Saxia, expreſſam exem-*
26 *ptionem Quartæ funeralis continente, communicato per Gre-
gorium XIV. Hoſpitali S. Joannis Colabitæ, ex qua communi-
catione perindè habetur; ac ſi principaliter huic Hoſpitali fuiſ-
ſet conceſſum,* quam ſequitur *Cardin. de Luc. de Paroch diſc.
23. num. 3*

Mirabiliter etiam ad noſtrum effectum urget quartò Sen-
tentia, ſeu decretum Epiſcopi Raſponi, emanatum anno
1702. in quo ad tollendas omnes controverſias inter Paro-
chum Sanctæ Luciæ, & Curatores tunc temporis exortas, re
27 ſedulò, maturèque diſcuſſa, auditis Franciſco Antonino,
tunc Rectore, ſeu Parocho Eccleſiæ S. Luciæ, & Hoſpi-
talis Curatoribus, illis unitim inſtantibus, & concorditer
ſupplicantibus, infraſcriptum perpetuò valiturum fecit de-
cretum videlicet *R D. Jacobus Multonus, ad præſens d. Hoſ-
pitalis Cappellanus, cæterique omnes alii ejuſdem Hoſpita-
lis futuri pro tempore Cappellani, ab antedictis DD. Curato-
ribus cum noſtra approbatione eligendi, & deputandi, quaſ-
cumque functiones Parochiales circa Sacramentorum, tam Pœ-
nitentiæ, quàm SS. Viatici, & Extremæ Unctionis, admini-
ſtrationem Pauperibus infirmis utriuſque ſexus, pro tempore
in d. Hoſpitali exiſtentibus, quàm etiam circa ſupradictorum
Pauperum, ibi defunctorum, cadaverum exequias, ac ſepul-
turam, liberè, & omninò, independenter à præfato R. Paro-
cho pro tempore Parochialis S. Luciæ, exercere poſſit, & valeat,
ac reſpectivè poſſint, & valeant: Ita tamen, ut ab Eccleſia Pa-
rochiali præd. S. Luciæ SS Viaticum prædictis Pauperibus in-
firmis ejuſd. Hoſpitalis deferendum, omninò ſumere tenea-
tur, & teneantur, apparatibus, cereis, umbrella, & cæteris
omnibus neceſſariis à ſupradicto Cappellano dicti Hoſpitalis
ſemper adhibitis, abſque aliquo penitus conſenſu dicti R. Pa-
rochi, qui ſolùm etiam noctis tempore, ſecundùm neceſſitatem
eorundem Infirmorum, Eccleſiam ſuam prædictam ingredien-
di, & ab ea dictum SS. Viaticum ſumendi, ac deferendi com-
moditatem antedicto Cappellano, præſtare teneatur;* Qua-
propter d. decretum, emanatum de communi conſenſu, &

concordia Partium, ac ab eiſd. emologatum, ſive conſidere-
tur tanquam res judicata, ſive uti tranſactio, authoritate Epi- 28
ſcopi approbata, certum ſemper eſt, quod omnem ulteriorem
quæſtionem amputavit; Cum ea ſit virtus rei judicatæ, &
tranſactionis efficacia, ut omnem antecedentem litem pror-
ſus extinguant, novumque litis ingreſſum impediant, prout
in terminis rei judicatę tradunt *Felin. in cap. Quoniam contra,
num. 31. de Probat. Surd. conſ. 61. nu. 2. Rot. cor. Pamphil. dec.
218. num. 1. ibique Adden. num. 6. & in Tuſcanen. Manutentio-* 29
*nis 5. Dec. 1710 cor. Criſpo, & in Rom. Salviani 4. Febr. 1711.
§. In controverſiam cor. eod.* Et in terminis tranſactionis *Surd.* 30
*conſ. 451. nu. 16. Urceol. de Tranſact. quæſt. 4. num. 53. & Rot.
dec. 414. num. 2. & dec. 220. num. 26. par. 9. & cor. Anſald. dec.
39. numer. 5. & in Cracovien Pecuniaria .. Julii 1695. §. De
credito, & 4. Julii 1696. cor. Card. Caprara.*

Quinto loco omnia hæc corroborantur ab inconcuſſa ob-
ſervantia, in facto concludentiſſimè probata ex depoſitione
plurium Teſtium, & ex Literis teſtimonialibus Epiſcopi
Forolivien. Nec non ex antiquiſſimis Capitulis, pro guber-
nio Hoſpitalis factis, & per Ordinarios pro tempore ſemper 31
approbatis, in quibus Sacerdoti Cappellano noſtri Hoſpita-
lis onus imponitur miniſtrandi Infirmis Sacramenta. Et
demùm ex pluribus antiquiſſimis decretis, ab Epiſcopis pro
tempore factis occaſione Viſitationis Hoſpitalis, in quibus
proviſiones, nonnullæ circa exactam conſervationem Olei
Sancti, proviſionem argenteæ Pixidis pro cuſtodia SS. Eu-
chariſtiæ, & honeſtatem Sedis confeſſionalis, ab eiſd. captę
apparent.

In Jure verò eadem conſuetudo tanti roboris, tantæque
efficaciæ eſt, ut omnem in hac parte difficultatem tollat, at-
que omninò ſervanda ſit, juxta *Text. in clem. Quia contingit
§. Cæterùm,* ubi *Gloſſ. verb. Parochialis de Relig. domib.* ibi: 32
*Licèt ergo Hoſpitale, & ipſius Familia, & Pauperes, ibi de-
gentes, ſint de Parochia matricis Eccleſiæ, potuit tamen præ-
ſcribere Hoſpitale, quod per proprium Sacerdotem illis ſpiri-
tualia miniſtrentur, Maja obſervat. 12. num. 209.* ibi: *Sacer-
dotes in Hoſpitalibus Infirmis miniſtrantes, non poſſe eis ulla
Sacramenta miniſtrare, niſi aliàs id fuerit legitimè præſcri-
ptum, vel conſuetudine inductum, quod fieri poteſt, Pign.* 33
*conſul. 152. num. 17. tom. 9.* ubi referendo mentem hujus Sac.
Congr. ita ait: *Hinc præſuppoſita conſuetudine, dixit Sacra
Congregatio; poſſe proprium Sacerdotem Hoſpitalis, ab Or-
dinario approbatum, Pauperibus, ibi degentibus, Sacramen-* 34
*ta miniſtrare, ibiq; eoſdem ſepellire, abſq; interventu Parochi,
& Rota dec. 45. n. 54. cor. Zarat.* ibi: *Nec ex eo, quod in Hoſ-* 35
*pitali Sacramenta adminiſtrentur, aut quod in eo Jus ſepellien-
di ſit Jus Parochiæ concluditur, cum ex præſcriptione, ſeu pri-
vilegio, hæc omnia competere poſſint.*

Ad quam conſuetudinem introducendam nec etiam requi-
ritur bona fides *Gloſſ. in cap. fin. verb. Legitimæ verſ. ad quam
differentiam de Conſuetud. Cravet. de Antiqu. tempor. par. 4.
numer. 16. Monet. de Decimis cap. 3. numer. 103. & Rota in* 36
*Hiſpalen Juris votandi 4. Februarii 1697. coram Card. Ca-
prara;* ea ratione, quia conſuetudo inducitur tacito conſen-
ſu Partium circa actum rationabilem, & Juri non repugnan-
tem, ad differentiam præſcriptionis, quæ dicitur iniquum
præſidium, & reſpicit ſolùm perſonam præſcribentis, & ob
id ſine bona fide non admittitur, ut optimè diſtinguendo pro- 37
ſequitur; *Rot. in d. Hiſpalen. §. Nec obſcurè cor. Capr.* & confe-
runt deducta *per Card. de Luc. de Paroch. diſc. 41. ſub n. 8.*

Rationabilitas autem, & congruitas, quinimò neceſſi-
tas hanc conſuetudinem introducendi in noſtris terminis,
evidens eſt, animadvertendo, quod, ut ſupra innuimus,
ſaluti animarum pauperum Infirmorum, in Hoſpitali de-
gentium, alio modo ſufficienter provideri non poſſet; Si-
quidem aſſiſtentia Infirmis in Hoſpitali degentibus, quàm 38
ſedula, & ſollicita eſſe debeat, tum ob gravitatem, & pe-
ricula morborum, tum ob Infirmorum multiplicitatem, ne-
mo eſt qui non ſciat; Itaut hac de cauſa omnia ferè totius
Orbis Hoſpitalia proprium retinere ſolent Cappellanum pro
Sacramentorum adminiſtratione, ut vidimus ſupra, quæ
omnia quotidiana comprobat experientia, qua attenta vi-
dimus, quod, ut plurimùm Parochi, tanquam principa-
liter Curæ Animarum propriæ Parochiæ addicti, conti-
nuis Hoſpitalium indigentiis, ea, qua requiritur vigi-
lantia, & diligentia aſſiſtere nequeant, ut optimè obſervat 39
*Card. de Luc de Paroch. diſc. 23. ſub num 12. & 13.* ibi: *Tum
etiam ob magnam confuſionem, aliàs reſultantem circa Sacra-
mentorum adminiſtrationem, quam frequentiùs ex improviſo,
& quacumque hora, etiam de nocte, facere oportet. Ideo
firmum, ac rationabile videtur id, quod [illegible] à
hujuſmodi Hoſpitalia habēt ia proprios Sacerdotes [illegible] appella-*

*nos, legitimè deputatos, & approbatos ad adminiſtran. Sacramenta Infirmis, pro iſtis tantum, & pro eis Mininiſtrantibus, qui intra eorum ſepta vivunt, conſtituant impropriam Parochiam, aut quoddam improprium Territorium Separatum.*

Quòdemum ad Conſtitutionem Synodalem, hæc non poteſt eſſe rotundior, magiſque clara, ibi: *Satagant Aſſiſtentes, ac Præſides Hoſpitalis Infirmorum, quod Ægroti, de* 40 *novo recepti, Sacramentalem emittant confeſſionem, aliiſque opportunè SS. Sacramentis muniantur: Præ cæteris autem oneratam volumus conſcientiam Sacerdotis Sacellarii ejuſdem Hoſpitalis, ut propriam obligationem adimplendo, impigrè Sacramenta miniſtret &c.* Quantæ autem efficaciæ, quantique roboris ſint Synodales Conſtitutiones in Diœceſi, nemo ignorat, eo quia nedum tanquam leges in illa punctualiter ſervandæ ſunt, ex adductis *per Ferret. conſ. 368. ſub numer.* 41 *16. Maſſobr. de Synod. cap. 4. dubit. 71. Cardin. de Luc. de Juriſd. diſc. 56. num. 5. & Rot. dec. 74. n. 21. cor. Zarat.* Sed ipſimet Juris communis diſpoſitioni præferuntur, ut notat *Anſald. in addit. ad dec. 78. n. 60.* & firmavit *Rot. dec. 740. in fin. cor. Emer. jun.* cum concordan. citatis *in tom. 1. par. 2. diſcep. 24. num. 8.*

Poſito itaque ex his, quod Sacerdos Rector Hoſpitalis, deputatus ab ejus Curatoribus, cum approbatione Epiſcopi, fundatiſſimam habeat intentionem pro ſubminiſtratione Sa- 42 cramentorum Pœnitentiæ, SS. Euchariſtiæ, & Olei Sancti Infirmis, ibidem degentibus, nullius momenti eſſe dignoſcuntur ea, quæ pro parte Parochi Sanctæ Lnciæ opponi ſolent.

Non quidem primum, quod ipſe uti Parochus habeat ad ſui favorem Juris aſſiſtentiam quoad Infirmos, in Hoſpitali decedentes; Tum quia *in dicta clement. Quia contingit §.* 43 *Cæterum de Religioſ. domib.* ſpecificè diſponitur, quod licet Hoſpitale, illius Familia, & Pauperes, ibi degentes regulariter ſint de Parochia Matricis Eccleſiæ, poſſit tamen conſuetudine introduci, quod per proprium Sacerdotem illis ſpiritualia miniſtrentur: Tum quia cum in dicto Hoſpitali omnes Pauperes, & Infirmi, cujuſcumque ſint Parochiæ, quinimò Peregrini etiam, & forenſes recipiantur, exindè ſe- 44 quitur, quod, quamvis Hoſpitale ſitum ſit intra limites Parochiæ Sanctæ Luciæ, Pauperes tamen, & Infirmi, ibidem degentes, ut plurimùm non ſunt ejuſdem Parochiæ, & ſic dictus Parochus nullum Jus habet quoad illos pro adminiſtratione Sacramentorum, cum per dictum accidentalem permanentiam in Hoſpitali, Infirmi in illo degentes, non ſubiiciantur Parochiæ S. Luciæ, ad quem effectum duo indiſpenſabiliter requiruntur, animus nimirum relinquendi primum domicilium, & fixa, atque firma voluntas permanendi in Parochia Hoſpitalis, ex generaliter adductis per *Rot. in Neapolit. Matr. 26. Febr. 1706. §. Neque cor. Cardin. Priol.* cum aliis concordan. *citatis in tom. 2. par. 1. diſcept. 10. à num. 41.* Et in noſtris terminis *Card. de Luc. de Paroc. diſc. 25. num. 9.* ibi: *Quoad eos, qui ex diverſis Parochiis Urbis, vel extra, occaſionaliter confluunt ad Hoſpitale cauſa curationis, quoniam cauſativa, ſeu accidentalis mutatio domicilii, abſque animo deſerendi primum, & acquirendi ſecundum, non facit ceſſare Juriſdictionem proprii Parochi, neque illam inducit in eo, intra cujus Parochiæ limites hujuſmodi accidentale, ſeu caſuale domicilium habeatur,* ſed ad ſummum 45 Jus hoc ſpectaret ad Eccleſiam Cathedralem, ſeu Matricem, quæ nunquam hujuſmodi prætenſionem excitavit, & conſequenter eadem prætenſio, tanquam redolens exceptionem Juris Tertii, etiamſi per falſam hypotheſim aliquam apparentem haberet ſubſiſtentiam, non eſſet quoquo modo attendenda, ex firmatis *per Rot. dec. 411. num. 7. coram* 46 *Seraphin. & dec. 582. eod. num. cor. Ludoviſ. & dec. 30. num. 8. par. 12. rec. & in Marſicen. Decim. 7. Junii 1709. §. Ultra quam cor. Card. de la Tremoille.*

Similique modo non obſtat, quod Parochus S. Luciæ quandoque in dicto Hoſpitali Sacramenta miniſtraverit, & cadavera in Parochiali Eccleſia ſepeliverit, ut prætenditur de- 47 monſtrari ex partitis Librorum Eccleſiæ Parochialis.

Ultrà quod enim extractio dictarum Partitarum ex propriis Libris non fuit facta citata hac Parte, ideoque attendenda nullatenus eſt, per ea quæ notant *Galt. de Credit. cap.* 48 *3. tit. 1. à num. 927. Anſald. de Commerc. Merc. diſc. 76. num. 22. & Rot. dec. 350. cor. Dunoz. jun. & deciſ. 344. num. 8 part. 12. & deciſion. 419. num. 6. & 7. par. 14. recen.* Supplicamus obſervare, quod tres ſpecies perſonarum reperiuntur in Hoſpitali, Infantes nimirum, ſeu Expoſiti; Familiares, ſeu Inſervientes, & Infirmi: Quoad duas primas ſpecies, quia illorum reſpectu ceſſant inconvenientia illa, & pericula moriendi ſine Sacramentis, de quibus ſupra, nulla cadit de præſenti difficultas, nullaque adfuit de præterito controverſia, quod à Parocho Sanctæ Luciæ illa recipere debeant, 49 prout etiam idem determinatur in Decreto Epiſcopi Raſponi. Ideoque ſeparando eaſdem partitas, pro majori parte illi, qui Sacramenta acceperunt à Parocho Sanctæ Luciæ, & ſepulti fuerunt in ejus Parochiali Eccleſia, vel fuerunt Expoſiti, vel Familiares Hoſpitalis, itaut ſpatio unius Sæculi partitæ in Libris deſcriptæ de Infirmis loquuntur; Obſervandum etiam eſt, quod in illarum deſcriptione Parochus teſtatur; Sacramenta recipiſſe, reticito nomine Miniſtrantis, & Loci, & ſolummodò verificatur, quod fuerunt ſepulti in Eccleſia Parochiali, quod evenire potuit ex eo, quod ſepulturam elegerint in dicta Eccleſia, dum in Summario docemus, quod aliqui ex illis, qui aſſeruntur in contrariis partitis deceſſiſſe ſine Sacramentis, hæc fuerunt eis miniſtrata à Cappellano Hoſpitalis, ut videre eſt in Summario.

Secundò reſpondemus, quod circa Infirmos adminiſtratio Sacramentorum à Parochis facta fuit durante lite inter Hoſpitale, & Parochum circa annum 1683. quo tempore emanavit 50 decretum proviſionale hujus Sac. Cong. de quo ſupra, qui actus in nulla proinde conſideratione habendi ſunt, ex adductis per *Rot. dec. 212. num. 11. cor. Priol. & dec. 38. par. 9. recen.*

Tertiò reſpondemus, quod de præterito multi Parochi S. Luciæ eodem tempore fuerunt etiam Cappellani noſtri Hoſpitalis, nempè Canonicus Orſellus, Hieronymus Becci, Chriſtophorus Leone, Franciſcus Antonius, & Jacobus 51 Maltonus. Ex hoc autem innegabili facto ſequitur in Jure, quod actus, ab eiſdem geſti, & forſan adnotati, tanquam ab eis uti Parochis facti, non ſunt apti præjudicare Curatoribus Hoſpitalis, bona fide credentibus, illos fieri à dd Parochis, uti Cappellanis Hoſpitalis, non autem tanquam à Parochis, & ignorantibus illos fieri ab eis alio diverſo titulo, quàm proprii Cappellani, ex firmatis per *Rot. deciſion. 133. numer. 14. coram Bichio, & deciſ. 338. numer. 19. coram Priol.* 52 *& deciſ. 274. num. 9. par. 17. & deciſ. 136. numer. 17. par. 19. recentior.*

Quæ omnia eò certiùs procedunt, attentis dd. aliis titulis, competentibus Cappellanis noſtri Hoſpitalis adminiſtrandi Sacramenta Infirmis in illo degentibus, quibus congruè referri poſſunt, & debent iidem actus, juxta regulam, de qua 53 *Rot. dec. 116. numer. 12. coram Celſ. & deciſ. 399. num. 5. par. 17. recen.*

In omnem verò caſum ad dignoſcen. quo titulo iidem actus geſti fuerint, an ſcilicet ex voluntate dd. Parochorum, vel ex obligatione, ipſis incumbente uti Cappellanis, recurrendum eſſet ad conjecturas, & facti circumſtantias, ex quibus Judex unum, vel alterum arbitrari poſſit, juxta 54 theoricam *Innoc. in capit. Bonæ memoriæ il 2. numer. 2. & 3. de Poſtul. Prælat* quam ſequitur *Bartol. in leg. 1. §. Hoc interdicto num 9. ff. de Itin. actuque privat. Nat. conſ. 522. num. 9. in fine Rot. dec. 542. num. fin. cor. Bich. & in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Et diſtinguendo cor. Urſino.*

Inter quas conjecturas, & ſolidas præſumptiones, nedum conſiderari congruè poſſunt, ſed potius tanquam perfectæ probationes connumerari debent Privilegia, noſtro Hoſpi- 55 tali conceſſa, aggregatio Archihoſpitali S. Spiritus in Saxia, ſolitum aliorum Hoſpitalium, tàm vicinarum Civitatum, quàm totius Provinciæ, imò totius ferè Orbis, & demum innegabilis conſuetudo, & præciſa lex Synodalis, ſupra comprobata: Aſſerendo enim contrarium iidem Cappellani dicerentur defeciſſe in eorum munere, faciendo actus eis nullatenus permiſſos, & præjudiciales noſtris Curatori- 56 bus, qui illos in Cappellanos deputarunt, quod nunquam præſumendum eſt, ex adductis *in dec. 337. num. 4. & ſeq. cor Peuting. & dec. 399. num. 5. par. 17. rec.*

Nullaq; pariter vis fieri poteſt in eo, quod Epiſc. Raſponus mandaverit, clavem cuſtodiæ Olei Sancti retinendam eſſe à Parocho S Luciæ: Id enim factum fuit per modum proviſionis, pendentibus controverſiis, & eo tempore, quo Curatores ſoliti non erant deputare permanentem Rectorem, ſed opera adventitii Sacerdotis utebantur, ut notum eſt in noſtra 57 Civitate: Tunc enim, ne Clavis prædicta penès Curatores, Viros Laicos, minùs decenter remaneret prudenter idem Epiſc. Raſponus mandavit, ut illa retineri deberet à Parocho S Luciæ, nec propterea hujuſmodi Clavis retentio, attenta dicta innegabili facti circumſtantia, quæ hodiè ampliùs non verificatur, apta eſt tollere antiquam conſuetudinem, quod Rector debeat Infirmis Sacramenta miniſtrare, prout idem Epiſc. Raſponus poſtmodum ſolemniter demandavit, ut videre eſt in d. noſtro Summ.

Abſo-

Abſoluto primo dubio, deſcendendo ad ſecun. præſuppoſito ex hucuſque animadverſis Jure adminiſtrandi Sacramenta, reſidente in noſtro Cappellano, conſequutivè ſequitur,
58 quod Hoſpitali ejuſque Cappellanis competat Jus ſepeliendi cadavera Infirmorum, ibidem decedentium, ea ratione, quia ab adminiſtratione Sacramentorum Jus Sepulturæ unicè pendet, ut in in noſtris terminis firmavit *Rot. deciſion.* 348. *numer.* 9. *part.* 11. *recentior.* & probat *de Luc. de Paroc. diſc.* 30. *nu.* 14. ubi iſtam adducit convincentem rationem,
59 *quia ſi Parochus non habet incommodum adminiſtrationis Sacramentorum, neque habere debet commodum emolumentorum Sepulturæ, quæ in compenſativum d. incommodi, ac laboris per Sacros Canones demandata ſunt*, Et generaliter habemus *Textum*, id demandantem in *cap.* 1. *de Sepultur.* quem ſequuntur *Paſqualig. de Sacrif. novæ leg. qu.* 1001. *num.* 5. *Panimoll. dec.* 5. *n.* 14. aliique, citati in *Tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 28. *à num.* 64. *& tom.* 2. *par.* 2. *diſcep.* 14. *à num.* 23. cum quibus proceſſit *S. C. C. in Romana Juris ſepeliendi* 17. *Auguſti* 1697. ut videre eſt *ibid. n.* 92.

Et quidem non ſolùm Jus habere videtur idem Cappellanus Cadavera defunctorum, in Hoſpitali decedentium, ſepeliendi in Cæmeterio, in quo ab initio naſcentis Eccleſiæ Fi-
60 deles ſepeliebantur, juxtà *Text. in canon. Præcipiendum* 13. *quæſt.* 2. cum concordantibus, citatis à *Duran. de Ritib. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 24. *& Barboſ. de Offic. Paroch. part.* 3. *cap.* 26. *numer.* 6. Verùm etiam in Eccleſia, ut poſtea indiſtinctè omnibus Fidelibus conceſſum fuit, & patet ex *canon. Nullus* 13. *quæſt.* 2. *cap. Cum liberum de Sepultur.* & appoſitè notant *Gratian. cap.* 94. *numer.* 74 & quod Infirmi eo ipſo, quod in Hoſpitali recipiunt Sacramenta, videantur in eo ſepulturam eligiſſe, notant communiter *Repetentes in cap.* 1. *de Sepul-*
61 *tur. in* 6. & concordant *Sylveſt. in Summa verb. Sepultura num.* 1. *Lavor. Var. Lucubr. tit.* 2. *cap.* 8 *numer.* 48. Præſertim verò, quando Hoſpitale, prout eſt illud, de quo agitur, authoritate ordinaria erectum reperitur, & erectio fuit ab Apoſtolica Sede confirmata, ut ampliant *Rom. conſ.* 447.
62 *n.* 12. *verſ. Quamvis enim, & Caſtrenſ conſ.* 167. *in fine lib.* 2. & firmavit *Rot. dec.* 348. *n.* 10. *&* 11. *par.* 11. *rec.*

Quæ omnia robur pariter ſumunt à conſuetudine ſepeliendi Cadavera in noſtro Hoſpitali, de qua plenè deponunt Teſtes in dict. Summ. illaque ſuperlativè comprobatur, non
63 ſolùm à Partitis, extractis ex Libris Hoſpitalis, in quibus adnotatur ſepultura, data Cadaveribus mortuorum in noſtro Hoſpitali, ſed etiam ab antiquiſſimis Capitulis dict. Hoſpitalis, in quibus onus celebrandi Exequias præciſè imponitur ejus Rectori, ſeu Cappellano, ut videre eſt in noſtro Summario. Per quam conſuetudinem uno ore concordant Doctores poſſe acquiri Eccleſiæ, etiam non Parochiali, Jus
64 ſepeliendi, juxta doctrinam *Hoſtienſ. in cap. Quia nonnulli numer.* 7. *de Cler. non reſid.* quem ſequuntur citati à *Rot. coram Merlin. deciſ.* 19. *numer.* 11. *& in Romana Juris ſepel.* 12. *Maii* 1692. *§. Et hoc idem, & per totum coram Manuel*, ubi ad noſtrum effectum appoſitè conſiderat etiam exiſtentiam Sepulchrorum in aliqua Eccleſia non Parochiali, firmando
65 ex hujuſmodi Sepulchrorum exiſtentia ad hominem comprobari Jus ſepeliendi in illis Eccleſiis non Parochialibus, in quibus reperiuntur, ut ad unguem in noſtra Eccleſia verificatur.

Recurrente potiſſimè ratione, ſuperiùs inſinuata, quod cum Infirmi in Hoſpitali decedentes, ut plurimùm, aut ſint Exteri, aut Incolæ aliarum Parochiarum, Parochus
66 nullum jus habet eiſdem miniſtrandi Sacramenta, eorumque Cadavera tumulandi in ſua Eccleſia, quia ſecluſis privilegio, & conſuetudine favore Eccleſiarum Hoſpitalis, in preſenti ſuperlativè probatis ſupra, non ad illam Eccleſiam, intra cujus limites Hoſpitale reperitur, ſed ad Pa-
67 rochiam Eccleſiæ Cathedralis, ſeù Matricis ſpectaret idem jus ſepeliendi, *Gloſſ. in cap. In noſtra de Sepultur. Innoc. Hoſtien. & Jo: Andr. in cap.* 1. *eodem titulo* cum aliis citatis ſupra.

Non relevante, quod aliquando Parochus Sanctæ Luciæ Cadavera Infirmorum ſepeliverit in propria Eccleſia, aliquando verò in Eccleſia, & Cœmeterio Hoſpitalis; Id
68 enim evenit, vel quia Infirmi ſepulturam in Eccleſia Parochiali ſibi elegerant, ut juſtificamus in Summario. Vel quia Parochus, & Cappellanus Hoſpitalis, quando erant aliquo impedimento detenti, viciſſim officium prædictum alterutro delegabant. Vel demum, quia Curatores pro tempore Parochum Sanctæ Luciæ in Cappellanum elegerant. Itaut unus, & idem eſſet Parochus, & Cappellanus, & proptereà actus prædicti, in talibus circumſtantiis, tanquam expreſsè non expleti jure Parochiali, nullum præjudicium irrogare, potuerunt Rectori, ſeu Cappellano, & multò minùs Curatoribus d. Hoſpitalis, ignorantibus ea, quæ inter dd. Cappellanum, & Parochum ex reciproca convenientia practicabantur.

Quoad 3. dubium illud videtur affirmativè reſolvendum; Quia jus celebrandi exequias pro Defunctis poſt illorum tu- 69
mulationem nullatenus comprehenditur inter jura Parochialia, ut colligitur *ex dec.* 552. *par.* 5. *rec.* necnon ex generalibus Decretis, ſeu *reſolut. Sac. Congreg. Rit. in Urbis, & Orbis* 19. *Decemb.* 1703. in quibus jura omnia Parochialia diſtinctim numerantur, ut videre eſt apud *Monacell. Formular. to.* 70
2. *titul.* 13. *formul.* 1. *à numer.* 46. *uſque finem*, exceptaque Eccleſia Matrici, ſeu Cathedrali, nulli alteri Eccleſiæ, quamvis Parochiali, ſubjectio, ſeu ſervitus ſuper altera Eccleſia competit, licet hæc ſita intra limites Parochiæ ſit, niſi ſpecialiter, & expreſsè probet, hanc ſubjectionem, ſeù ſervitutem ſibi ex aliquo privilegio, aut ſpeciali jure debitam eſſe, ad *Text. in cap. Dilectus de Cappell. Monach.* ubi 71
*Repetentes* communiter, & ſignanter *Abbas num.* 3. *&* 11. *& in cap. Ad audientiam il primo num.* 8. *de Eccleſ. ædificand.* ubi *Fagn. n.* 9. *&* 10. *Calder. conſ.* 6. *ſub numer.* 1. *de Relig. domib. & Rot. cor. Coccin. dec.* 2089. *n.* 10. *& dec.* 85. *num.* 1. *&* 2. *par.* 3 *cor. Ubaldo.*

Certiùs, quia in hac etiam parte Rector Hoſpitalis habet ad ſui favorem pacificam, antiquiſſimamque obſervantiam celebrandi quot annis Anniverſarium in Cœmeterio, concludenter probatam in Sum. & proindè reſpectu etiam hujus du- 72
bii applicantur ea, quæ obſervavimus ſupra.

Quod ſi aliquando Parochus eidem functioni intervenit, id fecit uti à Rectore ſpecialiter invitatus pro augendo nume- 73
ro Eccleſiaſticorum, & ad effectum peragendi majori, qua poterat ſolemnitate dictam ſacram functionem pro ſuffragio Defunctorum, in quibus terminis quicumque actus nullatenus præjudicant eidem Cappellano invitanti, & multò minus Curatoribus, eandem invitationem ignorantibus, ex adductis in *deciſion.* 8. *numer.* 3. *part.* 3. *coram Ubaldo.*

Reſpectu 4. dubii, capienda videtur reſolutio favore Curatorum. Licet enim controverſa ſit inter DD. quæſtio, 74
an Oblationes, quæ ſacris Imaginibus fiunt, debeantur Epiſcopo, vel Parocho, aut Rectori illius Cappellæ, cui à Fidelibus offeruntur, de qua plenè *Bertacchin. vot. dec.* 191. *per totum & Rot. coram Merlin. dec.* 257. *à num.* 1. omnes ni- 75
hilominus concordant in hoc, quod ubi conſtat, Oblationes fieri in uſum certum, & determinatum, in quem ex piorum Offerentium voluntate deſtinatæ fuerunt, ut in præſenti caſu ad unguem verificatur, & omni jure præſumitur, pro ſubſtentatione nimirum, & manutentione pauperum Infirmorum; Voluntas eorum, qui eleemoſynas dederunt, præciſè, & punctualiter ſervanda eſt, ex animadverſis per *Add. ad Capp. Tholoſ. deciſ.* 483. *Ric. dec.* 170 *numer.* 1. *Ven-* 76
*trigl. in Prax. libr.* 2. *titul.* 37. *de Oblat. adnot.* 26. *numer.* 28. *&* 30. *Bonac. Oper. moral. tom.* 2. *titul. de Præcept. Eccl. diſput. ult quæſt.* 5. *punct. ult. num.* 5. *Antonell. de Jurib. Cleric. lib.* 1. *par.* 5 *cap.* 62. *num.* 42. ubi, quod ſi fiant Eccleſiæ, in qua exercentur aliqua pietatis opera, præſumuntur factæ in d. cauſam, neque proindè debentur Parocho *Pacion. Jor-* 77
*dan. var. reſol. libr.* 10 *tract.* 13. *de Proviſ benefic. numer.* 35. *Card. de Luc. de Decim. diſc.* 19. *numer.* 9. ubi, quod hoc verum eſt, etiamſi de tali voluntate conſtet ſolùm per adminicula, & conjecturas, ibi: *Ubi expreſsè, vel etiam adminiculativè, & conjecturaliter conſtet de voluntate facientium oblationes, & eleemoſynas, ut ipſi Eccleſiæ, ſeu certis uſibus applicari debeant, non autem, ut ipſe Rector impinguaretur, atque in privatos uſus, privatamque utilitatem convertat, cum tunc, abſque dubio, iſta voluntas ſervari debeat, eaque cuicumque juris diſpoſitioni prævaleat*, cum aliis, adductis per *Rot. cor. Merlin. d. dec.* 257. *n.* 8.

Cum quibus in debilioribus terminis Eccleſiarum Confraternitatum ſæcularium, in quibus minora pietatis, & miſericordiæ Opera exercentur, proceſſit *Sacr. Rit. Congregat.* 78
*in Urbis, & Orbis* 10. *Decemb.* 1703 quando dubio in ordine 28. ſequentibus verbis concepto: *An poſſit Parochus ſe ingerere in adminiſtratione oblationum, & eleemoſynarum in ſæpedictis Eccleſiis recollectarum, vel capſulæ pro illis recipiendis expoſitæ clavem retinere*, reſpondit *Negativè*, ut videre eſt apud *Monacell. in Formular. tom.* 2. *titul.* 13 *form.* 1. *num.* 46. *dub.* 28. Quæ punctualis reſolutio tanquam lex ſervanda eſt, omnemque difficultatem in hac parte tollit ex adductis in *deciſ.* 57. *num.* 10 *cor. Priolo, & in dec.* 55. *num.* 2. 79
*coram Benincaſ.*

Minus prætendi valet à Parocho adminiſtratio ſaltem

earundem Oblationum, ad effectum illas convertendi in uſum deſtinatum, & à piis Benefactoribus volitum.

Ultra quod enim Curatores Hoſpitalis, huic adminiſtra-
80 tioni ad excluſionem Parochi ſemper in præteritum commendabili diligentia incubuerunt, ut probavimus in Summario.

Strictè reſpondemus, quod, hujuſmodi ſolito attento, nihil in futurum innovandum eſt, ea ratione, quia in hac materia adminiſtrationis, & applicationis ſimilium Obla-
81 tionum, conſuetudini valdè deferendum eſt, ut in noſtris terminis advertunt *Soccin. de Oblat. libell. 18. num. 17. 18. & 26. Malvet. eod. tract. par. 4. n. 62. Gratian. diſcep. 395. num. 25. Filliuc. Oper. moral. tom. 2. tract. 27. cap. 7. qu. 4. num. 139. Bonac. Oper. moral. tom. 2. tract. de Præcep. Eccleſ. diſput. ult. qu. 5. punct. ult. num. 5. verſ. Dixi jure, & Rot. dec. 257. nu. 15. coram Merlin.*

Quæ omnia tranſeunt in evidentiam ex dicta Synodali Conſtitutione data in Summario dum in illa expreſsè deman-
82 datur, quod Curatores Hoſpitalis, non autem Parochus S. Luciæ ſeris, & clavibus muniant capſulam dd. eleemoſynarum, utque de iſtis rationem Epiſcopo de ſemeſtri in ſemeſtre reddere teneantur. Prout etiam in eadem Synodali Conſtitutione expreſsè præcipitur, ut nemini alteri cuicumque fas ſit in hujuſmodi eleemoſynis, ac earum diſpoſitione ſe inge-
83 rere, quæ pro lege in noſtra Civitate, & Diœceſi ſervanda eſt ex adductis ſupra.

Ex quibus infertur etiam negativa reſolutio 5. dubii; Cum enim retentio clavis dominium denotet, vel ſaltem admi-
84 niſtrationem importet, ex notatis per *Repetentes in leg. In clavibus ff. de Contrahend. emption.* & firmatis per *Rot. deciſ. 859. num. 6. & dec. 1311. num. 5. cor. Emerix. jun.* cum concordantibus, citatis in *tom. 3. par. 2. diſcep. 11. num. 85.* Parochus autem ex hucuſque animadverſis nullum habeat dominium, nullamque adminiſtrationem pecuniarum, in capſula exiſtentium, in neceſſariam venit conſequentiam, quod nullo prætextu retineri poſſit claves ejuſdem capſulæ; juxta
85 reſolutionem *S. C Rit. 10. Dec. 1703. ad 28. dub.* cujus verba regiſtravimus ſupra.

Die 2. Julii 1719. propoſitis in Congreg. Epiſc. per Car-
86 din. Corſinum quinque dubiis, regiſtratis in principio.

87 *Ad 1. & 2. reſponſum fuit:* Affirmativè quoad primam partem; Negativè quoad 2.

88 *Ad 3.* Negativè.

89 *Ad 4.* Negativè quoad primam partem; Affirmativè quoad 2.

90 *Ad 5.* Negativè.

# DISCEPTATIO XVIII.

## Nullius Terlitii Uſus Pontificalium.

PRO

Angelo Gentile Archipresbytero.

### ARGUMENTUM.

*Uſus Pontificalium, quibus concurrentibus Prælatis inferioribus ab Apoſtolica Sede concedi ſoleat. Enumerantur multi Prælati inferiores Catholici Orbis, quibus idem uſus Pontificalium ex gratia conceſſus fuit.*

TErlitii magnum Oppidum, in Barenſi Provincia poſitum, Animas ſex mille circiter numerans, muris undique circundatum, validiſque propugnaculis, Caſtro, & inſigni Turri munitum, non ſolùm ob rerum omnium, ad vi-
1 tæ ſubſtentationem neceſſariarum ubertatem, ſed etiã propter pulcherrimorum ædificiorum majeſtatem, & amplitudinem, Civium nobilitatem, Populi multitudinem, Incolarum divitias, & ſitus amenitatem, meritò inter præcipua vaſtiſſimi Neapolitani Regni Oppida communi Geographorum ſenſu annumeratur, ut omnibus ejuſdem Regni Habitatoribus, Civibus, & Incolis notorium eſt.

Neque minoribus decoratur prærogativis in ordine ad ſpiritualia, & circa ea, quæ divinum cultum concernunt, dum æquali notorietate omnibus patet, in illo reperiri duos nimis
2 numeroſos Religioſorum Virorum Conventus, Fratrum nimirum S. Franciſci, Obſervantium unum, & Cappuccinorum alterum, & unum æquè numeroſum Sanctimonialium Monaſterium, quæ de præſenti uſque ad numerum ſexaginta trium ibidem ſanctiori vitæ Inſtituto ſub Reg. S. Claræ ſe-
ſe Deo conſecrarunt, illibatam virginitatem ſervantes. In illo pariter inſtitutus reperitur Mons Pietatis, atque pro alendis Pauperibus, curandis ægrotis, excipiendiſq; Peregrinis extructum etiam eſt inſigne Hoſpitale, congruis redditibus à Civium pietate ditatum: Necnon adſunt etiam undecim piæ Laicorum Confraternitates, ſub diverſis Inſtitutis, pietatis, & miſericordiæ Opera, cum omnium Bonorum ædificatione quotidiè exercentes.

Quibus correſpondet inſignis Collegiatę Eccleſię majeſtas, & magnificentia, Eccleſiaſticorumq; Miniſtrorum magnus numerus, unius ſcilicet ſupra centum quadraginta. Eadem enim Eccleſia, ultrà ejus nobilem, regiamque ſtructuram, opulentiſſimè ditata reperitur argentis, ſacriſque Suppellectilibus, ad divinum cultum neceſſariis, & pro Eccleſiaſti- 3
cis functionibus obeundis. Ejus Capitulum, ultra Archipresbyterum, facientem Prælati inferioris figuram, tribus Dignitatibus conſtat, Primicerio nimirum, quæ prima eſt poſt Pontificalem, duobus Cantoribus, 22. Canonicis, & 40. Portionariis, ſeu Sacerdotibus, participantibus de redditibus ejuſdem Eccleſiæ in annua ſumma ſc. 50. circiter pro quolibet, & demum 75. Clericis, in minoribus Ordinibus conſtitutis: Itaut multæ Cathedrales, & aliquæ etiam Metropolitanæ Eccleſię ejuſdem Neapolitani Regni in hac parte, reſpectu magni numeri ſacrorum Miniſtrorum, eid. inſigni Collegiatæ Eccleſiæ Terlitii locum cedant; Eædemque Dignitates, & omnes Canonici Almutiis, ſeu Mozzettis ſerico Villoſi punici coloris utuntur, tam in divinis Officiis, quàm in publicis Proceſſionibus, omnibuſq; aliis ſacris functionibus.

Archipresbyter verò, qui habitu violaceo Epiſcoporum ad inſtar, ab immemorabili tempore ſemper uſus fuit, & de præſenti pacificè utitur, dat ſuis Subditis Terlitien. Literas Dimiſſoriales, ſeu Teſtimoniales ad omnes Ordines ſuſcipiendos, ſuos habet conſiderabiles redditus 600. ferè annuo- 4
rum ducatorum, & ultra ordinariam Juriſdiſtionem, quam in eodem Oppido exercet, tam in civilibus, quàm in criminalibus, mixtis beneficialibus, & matrimonialibus Cauſis, mediante deputatione Vicarii Generalis, Cancellarii, Promotoris Fiſcalis, aliorumq; inferiorum Miniſtrorum, ad illam exercendam neceſſariorum, cumulativam habet, ordinariamq; viſitandi facultatem cum Epiſcopo Juvenacen. in d. Oppido, canonizatam à Rota, & Signatura Juſtitiæ, quæ 5
ad anno 1684. decrevit *Parito Judicato, circa Jus viſitandi cumulativè, & ea, quæ ſunt Ordinis &c.* Coram qua ſe opponente Epiſcopo Juvenacen. Cauſa acerrimè diſcuſſa fuit per duo ferè Sœcula, ut conſtat ex 14. Deciſionibus, in illa emanatis, & ſignanter *coram Lancellot. die 29. Aprilis 1575.* impreſſa *in par. 1. diver. la 186. & cor. Ninot.* ſub titulo *Nul-* 6
*lius, ſeu Juvenac. diebus 18. Jan. 14. Mar. & 20. Junii 1664.* impreſſis inter alias eiſdem Auditoris *la 54 63. & 75. & coram Bourlemont. 4. Junii 1665.* quæ non reperitur impreſſa, & *24. Nov. 1666. cor. Eodem,* impreſſa in *par. 14. rec. la 507* in cujus numero finali ſpecialis habetur mentio *d. 3. Junii 1665. & 5. Martii 1677. & 22. Aprilis 1678. cor. eod. Bourlemont,* impreſſis in *par. 1[illegible]. recen. la 471. & 475. & cor. Paulutio 3 Julii 1679.* impreſſa in eadem *par. 19. rec. la 534. in ordine, & cor. Emer jun. diebus 4. Julii 1681. & 26. Jan. 1682. & 17. Martii 1683. & 12. Jan. 1685.* impreſſis *cor. eod.* inter alias ejuſd. Auditoris *la 499. & 518. & 592. & 650. & cor. Urſino 11. Januar. 1686.* quæ non reperitur impreſſa.

A' Decretis, & Sententiis ejuſdem Archipresbyteri, concernentibus omnes prædictas Cauſas civiles, criminales, 7
mixtas, beneficiales, & matrimoniales, non ad Epiſcopum Juvenacen. ſed ad Metropolitanam Curiam Barenſem, vel ad S. Sedem immediatè interponitur appellatio, idque ab immemorabili tempore, videntibus, tacentibus, ſeque nullatenus opponentibus Epiſcopis Juvenacenſibus, ut eſt in noſtra Provincia notorium, & teſtatur Archiepiſc. Barenſis in ejus Relatione.

Quo demum ad Pontificalium uſum Teſtes, ſer. ſer. examinati à prædicto Archiepiſcopo Baren. ab hac Sacr. Congr. ſpecialiter deputato, aſſerunt, propriis oculis illorum exer- 8
citium vidiſſe, & ab eorum Anteceſſoribus ſemper audiviſſe, illa fuiſſe ad praxim redacta, juxta temporum, & feſtivitatum contingentias, quod ad evidentiam comprobant multæ inſcriptiones, multaque Inſignia Archipresbyterorum, ipſorumque Imagines, quæ ſtylo ferreo ſculptę apparent in multis lapidibus, cum dictis Pontificalibus Inſigniis, tam in Eccleſia, quàm in Palatio Epiſcopali à Vicario Generali ejuſdem Archiepiſcopi Barenſis, ad dictum præciſum finem, & effectum miſſo ad dictum Oppidum, viſæ, & recognitæ, prout omnia hęc huic Sacroſancto

Con-

Conſeſſui pro veritate, & conſcientia requiſitus retulit dict.
Archiepiſcopus Baren. in ejus Relatione, & latiùs patet ex
Teſtium depoſitionibus.

Quia verò uſui eorundem Pontificalium ſe oppoſuit Epi-
ſcopus Juvenacen. prætendens eorundem uſum non eſſe ad
formam Decretorum generalium, negligente ſua Jura vali-
9 dè deducere tunc temporis Archipresbytero, propoſitaque
*die* 30. *Auguſti* 1687. in hac Sacr. Congr. Cauſa ad relationem
Card. Caſanattæ, reſponſum fuit, *Indultum Pontificalium
non ſubſtineri*. Erat enim Sixti Papæ IV. anni 1475. longè
anteà dictis decretis generalibus Alexand. VII. Hinc Archi-
presbyter ad evitanda magna illa incommoda, & intolera-
biles expenſas, quæ litibus annexæ ſunt, experientia teſte,
10 & id obſervante *Rot. dec* 325. *num.* 11. *part.* 14. *& deciſ.* 803.
*num.* 7. *& ſeqq. par.* 18. *& dec.* 479. *num* 17. *par.* 19. *rec.* Nec
non ad extinguendas flamas litium, quæ præcipuè inter
Perſonas Eccleſiaſticas celeriter terminandæ ſunt, juxtà
monitum *Tex in Authen. Apud quos oportet Cauſ. dicer.* ibi:
*Sed etiam accelerari lites ſancimus &c. ut non mens eorum oc-
cupetur circa litis ſollicitudinem*; *Sed velociter liberati ſacris
operibus obſecundent*, & notata *per Urceol. de Tranſact. in*
11 *proemio num.* 22. ubi ad noſtrum effectum expendit verba il-
la, quæ quotidiè in Eccleſiaſticorum ore reſonant: *Extin-
gue flammas litium*; *Ne litis horror inſonet: Diſſolve litis Vin-
cula*, *& Rot. dec.* 33. *num.* 2. *coram Priol. & dec.* 305. *num.* 1.
*par.* 18. *rec. & in Neapolitana Proceſſionis* 2. *Junii* 1717. *in fi.
coram Omanna*, ſatiùs duxit pro uſu eorundem Pontificalium
humillimum habere recurſum pro gratia ad Papam, me-
diante ſupplici Libello, dato in Summ.

Remiſſæ fuerunt eædem preces ad hanc S. C. quæ de mo-
re circa illarum ſubſiſtentiam dignata fuit exquirere Infor-
12 mationem, & Votum Metropolitani Barenſis, auditis in-
tereſſe habentibus; Perventa autem eadem Informatione
per extenſum exhibita in Summ. concordatum fuit dubium
quod videtur affirmativè reſolvendum.

Ad quem effectum videtur ſuperabundare ſolida illa refle-
xio, quod non ſumus in terminis novæ Gratiæ, concernen-
13 tis aliqua, nunquam ad praxim redacta in noſtro Oppido
Terlitii, quia uſus Pontificalium in illo ab immemorabili
tempore ſemper practicatus fuit, ut teſtatur Archiepiſcopus,
& concordant omnes Teſtes, ſerv. ſerv. examinati de man-
dato ejuſdem Archiepiſcopi Delegati, de quibus in Summa-
rio. Qui ulteriùs in eorum depoſitionibus adducunt illam
facti innegabilem circumſtantiam, quæ omnium oculis ex-
poſita eſt in matrice Eccleſia noſtri Oppidi, quòd ſcilicet in
Sepulchro Archipresbyteri Annarii legitur ſequens inſcri-
14 ptio; *Matthæus de Annariis*, *Archipresbyter*, *Terlitii*,
*primus in Dignitate mitratus*, *anno Domini* 1487. Itaut fa-
cto calculo ab eodem anno non una, ſed ferè triplex cente-
naria ad noſtrum effectum verificatur.

Si autem ſimplex centenaria æquiparatur immemorabili
ex adductis per *Rot. deciſ.* 770. *num.* 8. *&* 9. *par.* 18. *rec. & in
Romana Augumenti Dotis*, *& Legatorum* 4. *Maii* 1695. *per*
15 *tot. cor. Card. Priolo*, cujus vigore allegari poteſt quodlibet
Apoſtolicum privilegium, omniſque alius melior, ac va-
lidior titulus de mundo, juxta notam phraſim, qua in hac
parte utuntur Doctores, relati, & ſequuti à *Rot. deciſ.* 22.
*num.* 4. *par.* 8 *& dec.* 320. *num.* 2. *par.* 16. *& dec.* 671. *num.* 16.
16 *par.* 18. *rec. & cor. Anſald. deciſ.* 76. *num* 3. Quantò magis
eundem operabitur effectum in noſtro caſu lapſus ferè tripli-
cis centenariæ, argumento *Textus in Auth. Multò magis C.*
17 *de Sacroſ. Eccleſ.* cum concordan. apud *Everard. in Topica
legal. loco* 65. *num.* 1. *& Surd. deciſ.* 254. *num.* 15. *& de Ali-
ment. tit* 9. *quæſt.* 1. *num.* 12.

Eò autem magis id admittendum videtur in præſenti, quo
uno ore obſervant in hac parte Doctores, uſum Pontifica-
18 lium acquiri poſſe præſcriptione, vel conſuetudine longè
minoris temporis: Ea adducta convincenti ratione, quòd
eadem Pontificalia Inſignia non ſint Ordinis Epiſcopalis,
ſed dumtaxat concedi ſolent in Eccleſiarum honorem; ju-
xta illa verba *Text. in cap. Ut Apoſtolicæ de Privileg. Apo-
ſtolicæ Sedis benignitas*, *quæ nonnullis Abbatibus*, *aliiſque*
19 *Prælatis*, *quibus non competit ex propria dignitate*, *con-
ceſſit in Eccleſiarum ſuarum gloriam*, *& honorem*, *quod Mi-
tra*, *& aliis Pontificalibus uti poſſint*: , & ad noſtrum præci-
ſum effectum benè notant *Innocent. in cap.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.
Ut lite penden.* aliique, citati, & ſequuti à *Fagnan. in cap.
Quia nos num.* 13. *de Authorit. & uſu Palii*, *Panim. dec.* 30.
*num.* 5. *Pignat. conſult.* 45 *num.* 5. *tom.* 7. *Lotter. de Re benef.
lib.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 22. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.*
20 20. *num.* 12. *& diſp.* 21. *quæſt.* 1. *num.* 3. *&* 8. D. *de Proſper. de
Territor. ſeparat. quæſt.* 5. *num.* 46. *& D. Fargn. in Comment.
de Jurepatr. tom.* 2. *par.* 2. *cap.* 14. *&* 15. *caſ.* 10. *num.* 6. *&* 7.
*fol.* 257.

Quibus non adverſatur diſpoſitio *Conc. Trid ſeſſ.* 6. *de Re-
format. cap.* 5. expreſsè mandantis, nemini licere cujuſvis
privilegii prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exerce-
re, niſi de proprii Ordinarii expreſſa licentia: Obiecto 21
enim punctualiter occurrit *Rot. dec.* 29. *num.* 8. *cor. Emerix.
ſen.* ſolidè obſervans, Sacrum Concilium ibidem non agere,
neque prohibere ſimplicem honorificum uſum Pontificalium
Inſignium, juxtà terminos noſtri caſus, ſed loqui, atque
diſponere de longè diverſo caſu, nempè de exercitio Pontifi-
calium, mediante adminiſtratione Sacramenti Confirma-
tionis, collatione Ordinum, conſecratione Eccleſiarum,
Altarium, & ſimilium, & concordant adducti per *Capon.
diſcept.* 390. *num.* 13. *& per Card. de Luc. de Præemin. diſc.*
14. *num.* 3. ibi: *Dictum Conciliare Decretum non percutit hu-* 22
*juſmodi uſum Pontificalium*, *ſimpliciter honorificum*, *qui in-
ferioribus Prælatis*, *vel aliis in Eccleſiaſtica Dignitate conſti-
tutis per Sedem Apoſtolicam concedi ſolet*; *Sed percutit illud
exercitium Pontificalium*, *quod annexam habet Juriſdictio-* 23
*nem*, *ac uſum legis Diœceſanæ*, *ut ſunt collatio Ordinum*,
*adminiſtratio Sacramenti Confirmationis &c. quæ in aliena
Diœceſi etiam per Epiſcopos*, *aliàs indubitanter habitualem
Pontificalium uſum habentes*, *exerceri non poſſunt*, *atque in
vim privilegiorum exerceri ſolebant*, *etiam ſine licentia pro-
prii Diœceſani*, & egregiè *Rot. dec.* 29. *numer.* 8. *& per totam
cor. Emer. ſen.*

Reſtringendo proindè ſermonem ad hujuſmodi ſimplicem
honorificum uſum Pontificalium, ſine illorum exercitio,
ſupplicamus obſervare, quod in hac parte ſolita eſt Apoſtoli-
ca Sedes ſimiles gratias concedere Prælatis inferioribus longè 24
minoris qualitatis, ac ſit Archipresbyter Terlitii; Teſte
enim *Cardin. de Luc de Præmin. diſc.* 14. *in fine*, tale habet 25
privilegium Ræctor Eccleſiæ Hoſpitalis Incurabilium Civi-
tatis Neapolis, qui (ſunt verba ejuſdem *Cardin. de Luca ubi
ſuprà*) *utpotè manualis*, *& non ſolitus conferri in titulum*,
*neque dici poteſt in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutus*, *dum ne-
que ipſa Eccleſia eſt Collegiata*, *habens ſolum aliquos Cappel-
lanos manuales*, *& conductitios*.

Idemque Privilegium eadem Apoſtolica Sedes gratioſiſ- 26
ſimè conceſſit infraſcriptis Prælatis Inferioribus, nempè
in

*Seguntina anno* 1112. Abbati Collegiatæ Eccleſiæ Oppi- 27
di de Medinacœli, de quo *Corrad in Prax. diſpenſ. lib.* 2.
*cap.* 4. *num.* 7.

*Tarentina anno* 1592. Archipresbytero Collegiatæ Eccle- 28
ſiæ Terræ Martinæ, de quo *Corrad. ubi ſup. n.* 8.

*Lucana* Decano Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Michaelis 29
anno 1596. de quo *Corradus in Prax. benefic. libr.* 2. *cap.* 14.
*num.* 10.

*Elnen* 17. *Maii* 1600. Abbati Collegiatæ Eccleſiæ S. Ma- 30
riæ Regalis Oppidi Perpignani, de quo in *Lib. dec. ejuſdem
anni hujus S. C. fol.* 123.

*Neapolitana* 15. *Nov.* 1601. Abbati Cæſareæ Neapolis, 31
de quo *Corrad. in Prax. benef. lib.* 2, *cap.* 14. *n.* 17.

*Nullius Praten.* 12. Novem. 1605. Præpoſito Collegiatæ 32
Praten. antequam erigeretur in Cathedralem, de quo in *Lib.
dec. bujus S. C. fol.* 203.

*Meten.* 25. *Feb.* 1606. Abbati S. Petri ejuſdem Civitatis, 33
de quo in *Lib. Decr. bujus S. C. fol.* 222.

*Aquilejen. ſeu Nullius* 6. *Decembris* 1608. Præpoſito Ru- 34
denſvelt, de quo in dicto *Lib. decret. bujus Sacræ Congregat.
folio* 387.

*Nancien. eiſdem die*, *& anno* Præpoſito ejuſdem Civita- 35
tis, de quo in dicto *Libr. decret. bujus Sacræ Congregationis
folio* 389.

*Civitatis Caſtellanæ anno* 1609. Archipresbytero Colle- 36
giatæ Eccleſiæ ejuſdem Civitatis, de quo *Corradus in Prax.
benef. lib.* 2 *cap.* 14. *num.* 9.

*Olomucen.* 9. *Maii* 1609. Abbati Præmiten. Poſnaniæ, de 37
quo in *Lib. dec. bujus S. C. fol.* 419.

*Meclinien.* 9. *Oct.* 1610. Abbati S. Adriani ejuſd. Diœce- 38
ſis, de quo in *Lib. dec. bujus S. C fol.* 520.

*Conſtantien.* 26. *Februarii* 1611. Abbati Engelbergh ejuſ- 39
dem Diœceſis, de quo in *Libr. decret. bujus Sacræ Congregat.
folio* 37.

*Nullius Melatii* 18. *Febr.* 1617. Cappellano Regio Cappel- 40
læ S. Luciæ Melatii, de quo in *Lib. dec. bujus Sacr Co g'eg.
folio* 281.

*Vilnen.* 17. *Julii ejuſdem anni* 1617. Præpoſito Vitenischi 41
ejuſdem Diœceſis, de quo in *Lib. dec. bujus Sacræ Congreg.
folio* 301.

42 *Pragen.* 12. *Martii* 1618. Præpoſito Gotieſconien. ejuſ-
dem Diœceſis, de quo in *Lib. dec. hujus Sacræ Congreg.*
*fol.* 328.

43 *Atrebaten.* 29. *Novem. ejuſd. anni* 1618. Abbati Eccleſiæ
ejuſdem Civitatis, de quo in *Lib. dec. hujus Sacræ Congreg.*
*fol.* 360.

44 *Audomacen.* 19. *Januarii* 1619. Præpoſito Eccleſiæ ejuſ-
dem Civitatis, de quo in *Libr. dec. hujus Sacræ Congregat.*
*folio* 396.

45 *Ambianen* 21. *Martii* 1620. Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ,
de quo in *Lib. dec. hujus S. C. fol.* 430.

46 *Virduen.* 21. *Maii ejuſdem anni* 1620. Præpoſito ejuſdem
Eccleſiæ Virduni, de quo in *Lib. in hujus Sacræ Congregat.*
*folio* 438.

47 *Gnieſnen.* 27. *Junii ejuſdem anni* 1620. Præpoſito Eccleſię
ejuſdem Civitatis, de quo in *Lib. dec. hujus Sacræ Congreg.*
*folio* 441.

48 *Neapolitana* 29. *Maii* 1621. Correctori Hoſpitalis Incura-
bilium Neapolis, de quo in *Libr. deciſ. hujus Sacræ Congre-
gationis fol.* 207. *& Corradin. in Prax. diſpenſ. libr.* 7. *cap.* 4.
*num.* 64.

49 *Cremon.* 14. *Junii* 1687. Præpoſito Collegiatæ S. Agathæ
Cremonæ, de quo *Monacell. in Formular. tom.* 4. *folio* 40.
*num.* 88.

50 *Prag.* 11. *Aug.* 1691. Præpoſito Novodunenſi in Bohemia,
de quo in *Lib. dec. hujus S. C. fol.* 12.

51 *Leodien.* 19. *Januarii* 1692. Præpoſito Collegiatæ Eccle-
ſiæ B. M. Trajecti, de quo *Monac. in Formul. tom.* 4. *fol.* 40.
*num.* 88.

52 *Salisburgen.* 9. *Maii* 1716. Decano, qui eſt ſecunda Digni-
tas ejuſdem Eccleſiæ, ad inſtar primæ, quæ à longo tempo-
re dicto privilegiis utebatur *Libr. Decret. ejuſdem anni hujus*
*Congr. fol.* 42.

53 *Friſingen.* 20. *Nov.* 1717. Præpoſito Eccleſiæ Baghaetinæ
ejuſdem Diœceſis.

54 *Olomucen.* 27. *Junii* 1720. Præpoſito Oppidi Drunæ ejuſ-
dem Diœceſis,

Notorium pariter eſt, eodem privilegio gaudere omnes
55 ferè inferiores Prælatos cum qualitate Nullius Regni Nea-
politani, & ſignanter Archipresbyterum Altamuræ, Ar-
chipresbyterum Loculi, & Præpoſitum Canuſinum.

56 Æquali demum notorietate conſtat, ſimili privilegio gau-
dere omnes Dignitates, omneſq; Canonicos multarum Ec-
cleſiarum Metropolitanarum, & Catedralium Italiæ, & ſi-
57 gnanter eodem privilegio gaudent Dignitates 6. & 21. Cano-
nici Eccleſiæ Beneventanæ, eiſd. conceſſo à Clem. XI. die
58 18. Nov. 1701. in cujus Breve, per extenſum dato in mani-
bus Ponentis, aſſeritur (ſunt ejus præciſa verba) *& hoc Pri-*
59 *vilegio nonnullas Neapolitani Regni Metropolitanas, ac etiam*
*Cathedrales Eccleſias ad præſens frui, & gaudere.*

60 *Mediolanen. Eccleſiæ* Dignitates, & Canonici, *Lib. dec. hu-
jus S. C. fol.* 19. conceſſo *die* 22. *Martii* 1716.

61 *Neapolitanæ Eccl.* Dignitates, & Canonici, de quo *Corrad.*
*in Prax. diſpenſ lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 23.

62 *Panormitanæ*, de quo idem *Corrad. ubi ſupra nu.* 10. *verſ.*
*Nec non Paulus V.*

63 *Salernitanæ*, ut notorium eſt in ead. Civitate, & toto
Regno Neapolitano, cujus reſpectu cum majori otio multæ
aliæ Eccleſiæ inveniri, & adduci poſſent, quorum Prælatis
Inferioribus ſimilia Privilegia à diverſis Summ. Pontificibus
fuerunt conceſſa.

Et propterea cum omni fundamento ſperamus in noſtris
64 terminis reſpondendum eſſe pro Gratia reſpectu honorifici
uſus eorundem Pontificalium quoad Archipresbyterum Ec-
cleſiæ S. Michaelis Archangeli Oppidi Terlitii, de cujus prę-
rogativis in ordine ad illius Caput, ſeu dictum Archipresby-
65 terum, illiuſq; Juriſdictionem, & dignitatem, hæc pro ve-
ritate, & conſcientia ab hac Sacra Congregatione interpella-
tus, manifeſtè teſtatur Metropolitanus Barenſis. *Quod at-
tinet ad Archipresbyterum, Menſam Archipresbyteralem,
certis, incertiſque computatis fructibus, ſummam ducato-
rum monetæ hujus Regni quinquaginta ſupra quingentos ſin-*
66 *gulis annis attingere conſtat, eundemque Archipresbyterum
Juriſdictionem ordinariam, tam in civilibus, quàm in cri-
minalibus, mixtis, beneficialibus, & matrimonialibus Cau-
ſis exercere, propriamque Curiam Archipresbyteralem ha-
bere non ambigitur, à qua ad Sanctam Sedem, vel ad hanc
meam Metropolitanam Audientiam occaſione gravaminum ap-
pellatur.*

Et concordant omnes Teſtes, ſervatis ſervandis examina-
ti, de quibus in Summario, ibi: *Per quanto io ho veduto,*
67 *& ho ſentito ancora da molti Vecchj, che l' Arciprete di Ter-
lizzi ha fatta ſempre figura di Prelato, & ha veſtito d'abito di
pavonazzo &c. Che l' Arciprete poi di Terlizzi eſerciti giuriſ-
dizzione civile, criminale, e miſta, fulmini Cenſure, confe-*
*riſca Beneficii con la Regola delli meſi, & inſtituiſca nelli Juſpa-* 68
*tronati, e dia il conſenſo nella fondazione de' medemi, è coſa
publica, e notoria a tutti.*

Quibus addimus, quod in tali gradu, & prærogativa Ju-
riſdictionis, & præeminentiarum Sac. Congr. habent Archi- 69
presbyterum noſtræ Eccleſiæ Terlitien ut illum meritò reco-
gnoverint inter Prælatos illos inferiores, quaſi Epiſcopalem
Juriſdictionem habentes, de quibus loquitur celebris Conſtit.
Innoc. XII. inter alias ejuſdem Summi Pontificis *in ejus Bul-* 70
*lario la* 26. in ordine, eximens à Spolio omnes Archiepiſco-
pos, omneſque Prælatos Inferiores, quaſi Epiſcopalem Ju- 71
riſdictionem habentes Regni Neapolitani: Attento enim
quod Archipresbyter Jo: Angelus Pantaleo anno 1713. ad-
verſus tenorem ejuſdem Innoc. Conſtit. in ejus Teſtamento
reliquerat Capitulo noſtræ Eccleſiæ ſc. 220. cum onere an- 72
nuarum Miſſarum 20. propoſitum fuit ſequens dubium in
Congr. Conc. ſub die 22. Aprilis 1717. ſub titulo *Juvenacen.* 73
*ſeù Nullius Terlitii Spolii*: *An onus Miſſarum, impoſitum ab
Archipresbytero Terlitii ſubſtineatur*: fuitque reſponſum *Ne-
gativè, & ampliùs*, ut patet ex *Lib.* 58. *Decr. ejuſdem Sacr.
Congr. fol.* 113. & refero ego *in tom.* 1. *par.* 1. *diſcep.* 34. *nu.* 131. 74
Quæ S. C. reſolutio per extenſum exhibita in noſtro Summ.
punctuali exequutioni demandata fuit, ut deponunt teſtes,
formiter examinati.

Addimus ulterius, quod idem Archipresbyter Terlitii non
ſolum à cit. Congr. in *dicta Juvenacen.*, *ſeu Nullius Terlitii
Spolii*, canonizatus fuit pro Prælato inferiori, ſed quod ma- 75
gis eſt, in tali etiam gradu, prærogativa, & Juriſditione
quaſi Epiſcopali agnitus, & canonizatus fuit ab Apoſtolica
Sede, dum à Gregor. XIII. in ejus Breve, dato in Summ.
ipſum numerat inter Prælatos inferiores, Juriſdictione quaſi 76
Epiſcopali fulgentes, ibi: *Eccl. S. Michaelis Archang. Juriſdi-
ctione quaſi Epiſcopali retentę &c. necnon Canonicis ornatę &c.*

In ordine ad inſigne Capitulum, & numeroſum Clerum,
hæc habet dictus Archiepiſcopus, ibi: *Capitulum enuncia-* 77
*tæ matricis Eccleſiæ componitur tribus Dignitatibus, quarum
prima Primicerius, aliæ duæ Cantores nuncupantur, & 22.
Canonicis, qui omnes Almutiis Serico villoſis, violacei colò-
ris utuntur: Eid. Eccleſiæ inſerviunt reliqui omnes Eccleſia-
ſtici locales, ex quibus quidem in præſentia ſunt 40. in Sacris
conſtituti, Participantes, & ipſi ſub nomine Portionariorum
æquè, atq; Canonici in ſumma ducator. annuor. circiter quin-
quaginta quinque, & ſeptuaginta ſunt Clerici.*

Et concordant omnes teſt. ſer. ſerv. examinati, ibi: *Vi
preſiede nella medema Monſign. Arciprete, diſtinto dal Corpo* 78
*capitolare, compoſto di tre Dignità, cioè Primicero, e due Can-
tori, 22. Canonici 40. Porzionarii, e 75. Chierici, veſtendo le
dd. Dignità, e Canonici l' Almutia di Velluto violaceo, li quali
oltre delle Prebende, ſogliono avere dalla Maſſa commune du-
cati 50. annui in circa per ciaſcheduno, ſiccome l' hanno ancora i
ſudetti Porzionarj, e per eſſer il Paeſe fertile viuono lauta-
mente.*

In ordine ad Matricem Eccleſiam, hæc aſſerit idem Ar-
chiepiſcopus: *Præter plures Cappellas, intra, & extra mænia* 79
*ſitas, habet Eccleſiam Matricem mediocriter amplam.*

Et concordant dd. teſtes formiter examinati, ibi: *E' coſa
più, che certa, e ſi può da ogn' uno oſſervare, che in Terlizzi
vi è un gran numero di Chieſe Secolari, e Regolari, la princi-
pale delle quali è la Chieſa Matrice, Collegiata inſigne, ſotto
il titolo di S. Michele Arcangelo, ricca aſſai d'arredi ſagri, & ar-* 80
*genti lavorati.*

In ordine ad Miniſtros, alioſque Officiales, quos deputa-
re ſolet Archipresbyter pro recta Juſtitiæ adminiſtratione, 81
hæc habet dictus Archiepiſcopus: *Eund. Archipresbyterum
juriſdictionem ordinariam, tam in civilibus, quàm in crimi-
nalibus, mixtis, beneficialibus, ac matrimonialibus exer-
cere, propriamque Curiam Archipresbyteralem habere non
ambigitur.*

Et concordant dd. teſtes formiter examinati, ibi: *Gli
Arcipreti di Terlizzi è indifficoltabile, che abbiano ſempre
eſercitata, & eſercitano la Giuriſdizione civile, criminale,* 82
*e miſta, & hanno tenuto, e tengono la Curia con Vicario Gene-
rale, Cancelliere, Promotor Fiſcale, e Servienti, e da Decreti
definitivi, o che hanno forza di definitivo, ſi è appellato, e ſi ap-
pella alla Metropoli di Bari, o pure in Roma, omiſſo medio, e la
d. Giuriſdizzione in morte del Prelato l'ha eſercitata il Capito-
lo per mezzo del ſuo Vicario Capitolare.*

In ordine ad cumulativam Viſitationem cum Epiſcopo
Juvenacen. ad tenorem dd. deciſ. Rotæ, & Decret. Signat. 83
Juſtit.

Juſtit. *Hoc eſt Parito Judicato*, quod Jus viſitandi cumulativè, & ea, quæ ſunt Ordinis &c. de quibus ſupra illam ſuperlativè probamus, mediante ſolemni atteſtatione Canonici
84 Nicolai Anſelmi Secretarii Viſit. per actæ ab Archipresbytero de menſe Sept. 1719.

Quò verò ad collationem Ordinum præviis Literis ejuſdem Archipresbyteri ab immemorabili tempore uſq; ad præſentem ſtatum, id probamus cum Literis ejuſdem Epiſcopi Juvenacen. & Epiſcopi Melphiten. in collatione Ordinum
85 Subditis Terlitien. in quibus expreſsè legitur, præviis *Literis Archipresbyteralis Curiæ Terlitien.*

In ordine ad qualitatem Oppidi, & animarum numerum,
86 illud componentium, quam in noſtris terminis magnifaciendam eſſe monent adducti *in dec. 29 num. 4. coram Emerix. ſenior.* hæc habet Archiepiſcopus: *Terlitium eſſe Oppidum*
87 *non parvum reſpectu finitimorum hujus Provinciæ, Suburbio auctum, non ſine ædificiis non vulgaris ſtructuræ, & capita numerare 5500.*

Et concordant dicti teſtes, formiter examinati ibi: *Terlizzi è ſituato nella Provincia di Bari, in luogo ameno, di*
88 *buon' aria, a viſta del Mare Adriatico, dal quale non è più diſtante, che cinque miglia, e ha forti muraglie con belliſſimi edificj, alcuni de' quali è certo, che ſono di notabile valore,*
89 *con nobili Abitatori, commodi aſſai, numeroſo di Popolo, fino al numero di 5400. ſiccome può vederſi dallo Stato dell' Anime, abbondante d'ogni frutto, e in particolare d'Oglio,*
90 *Vino, Mandole, Grani, e Biade, e ne raccoglie tanta copia, che ne fa notabil vendita a Foreſtieri: Le Famiglie di Terlizzi hanno apparentato con le principali Famiglie della Provincia, e vi ſono molti Cittadini, che ſi mantengono con ſplendore, e ſono decorati di conſpicue Dignità: Vi ſono Dottori dell' una, e l' altra Legge in numero di quindeci, molti Profeſſori di Teologia, & altre Scienze. E' ſtata Terlizzi decorata in tempi antichi della dimora de' Monarchi, e frà gli altri del Sereniſſimo Rè Ferrante d'Aragona, il quale gli conceſſe molti Privilegj, con la data nel ſeguente modo: Sub Datum è Caſtro Terlitii, e ſoleva dimorare nel Caſtello, il quale è di bella ſtatura, e tiene una forte Torre di ritirata.*

In ordine ad numerum Conventuum, Monaſteriorum, Locorum Piorum, & Laicalium Confraternitatum, in il-
91 lo exiſtentium, hæc habet Archiepiſcopus: *Habet duos Religioſorum Conventus, alterum Minorum Obſervantium S. Franciſci, Capuccinorum alterum: Monaſterium pariter Sanctimonialium ſub Regula Sanctæ Claræ, paucis ab hinc annis de licentia Sac. Congr. Epiſcop. à fundamentis nobiliter in antedicto Suburbio extructum præ anguſtia, in qua antea dictæ Moniales degebant, nec deſunt in eo Peregrinorum Zenodochium, cum ſua Eccleſia, & Laicorum Confraternitates undecim ſub diverſis Inſtitutis.*

Et concordant dicti teſtes, formiter examinati: *In Terlizzi vi ſono due belliſſimi Conventi di Religioſi Mendicanti, uno delli quali è della mia Religione de' Minori Oſſervanti, con*
92 *buon numero di Religioſi, e vi ſi vede una Chieſa nuova, che può ſtare in Roma. Vi è ancora il Convento de' PP. Capuccini, in cui vi ſono da venti Religioſi di Famiglia, e nell' uno, e nell' altro vi ſono ſtati deſtinati Capitoli Provinciali, ma in queſto della mia Religione vi ſi numerano noue Capitoli fin' oggi a due de' quali hanno aſſiſtito i noſtri Superiori Generali: Vi è ancora un Monaſtero di Donne Monache, ſotto la Regola di Santa Chiara, al numero di ſeſſantatre Velate, Educande, e Serve, che viuono in perfetta Communità, e vi è ancora un pingue Legato Pio per fondare un Conſervatorio: Vi ſono undeci Confraternite ſotto varj Inſtituti, due delle quali ſotto il titolo del Santiſſimo Roſario, e Sacre Stimmate, ſono erette nella noſtra Chieſa.*

In ordine ad alias Eccleſiaſticas Dignitates, & Beneficia,
93 hæc afferunt dicti teſtes: *Vi è in Terlizzi ricca Commenda della Religione Geroſolimitana di ducati 700. annui di rendita, e vi è una nobile Abbadia di S. Antonio da Vienna, la quale ſi poſſiede attualmente da un Canonico di queſta Matrice, il quale vi ha fabricata una belliſſima Chieſa nuova, e la và auanzando tuttavia di rendita.*

In ordine demum ad pacificum exercitium Pontificalium ab immemorabili tempore, dictus Archiepiſcopus hæc ha-
94 bet: *Archipresbyteros pro tempore Pontificalibus uſos fuiſſe teſtes de viſu examinati, Inſcriptiones, Inſignia Archipresbyterorum, Imagineſque ipſorum, quæ Pontificalibus apparent indutæ, in lapidibus, tam in Palatio, quàm in Eccleſia exiſtentibus ſculptæ, & per meum Vicarium inſpectæ, ſufficienter indicant.*

Et concordant dicti teſtes, formiter examinati ibi: *Mi ricordo molto bene Monſignor Arciprete di Martino, il quale viſſe in queſta Dignità, e Prelatura da 45. anni in circa, e per tutto il detto tempo celebrò ſempre nelle Feſtività coll'uſo de' Pontificali ad inſtar Epiſcoporum, ſicome io l' ho veduto, e l'* 95
*ho da altri ſentito &c. Sò in oltre, che nel Palazzo Arcipretale vi ſtano l' Armi con Mitre, principiando dall' Arciprete d' Annariis, ſino dall' Arciprete di Martino, e il primo, che ottenne queſto Indulto della Santa Sede, fu il detto de Annarii, come ſi vede dalla Lapide ſepolcrale, in cui ſi legge: Matthæus de Annariis Archipresbyter Terlitii, primus in Dignitate mitratus, Anno Domini 1487. e da quel tempo vi ſtà il Doſello in Chieſa.*

Ex quibus, & aliis minoribus prærogativis, gratia brevitatis hic latiùs non enumeratis, & à dictis teſtibus comprobatis, cum omni fundamento, ſperamus voti compotes fieri, attentis præcipuè duabus facti circumſtantiis.

Quarum prima in ea conſiſtit, quod Archipresbyter ſine uſu Pontificalium in talibus anguſtiis poſitus reperitur, ut 96
nequeat Miſſam publicè, & ſolemniter celebrare, viriliter ſe opponentibus Magiſtratu, & Civibus Terlitienſibus ad evitandum proprium præjudicium, ut teſtantur Syndici, & Electi ejuſdem Oppidi in ſolemni atteſtatione data in Summario, idemque comprobant omnes Religioſi Conventus PP. Minorum Obſervantium in eodem Summario nec non PP. Capuccini, aſſerentes ulterius, idem practicaſſe nedùm modernum, ſed etiam Anteceſſorem Archipresbyterum; Quodque *avendoſi dal medeſimo Monſignor Arciprete fatta richieſta di voler eſſere ammeſſo alla celebrazione ſudetta ſenza l'* 97
*uſo de' Pontificali, dalli medemi Signori Capitolari, aſſieme con li Signori dell' Univerſità, Nobili, e Civili Perſone, e quaſi da tutto il Popolo gli è ſtato gagliardamente reſiſtito, a fine di euitare ogni minimo pregiudizio all' antico ſplendore di detta maggiore Chieſa.*

Secunda circumſtantia poſita eſt in pleno aſſenſu, & libero conſenſu Epiſcopi Iuvenacen. Gratiæ conceſſionis uſus di- 98
ctorum Pontificalium in amplo Procuræ mandato ſtipulato die 19. Maii 1718. dato ejus Defenſori, & regiſtrato in Summario, quo mediante ampliſſimam idem dedit facultatem pro *ſui parte ad præſentandum, & concedendum liberum*, 99
*& plenum conſenſum, aſſenſum pariter, & beneplacitum ad favorem actualis Reverendiſſimi Archipresbyteri Terlitien. ejuſque Succeſſorum in perpetuum pro aſſequutione Indulti Pontificalia exercendi ad uſum, & morem Abbatum, inferiorum Prælatorum, à Sanctiſſimo Domin. Noſt. Papa Clem. XI. concedendi.*

Quibus omnibus junguntur enixæ preces Magiſtratus, & Populi Terlitien. Ipſi enim interpellati ab Archiepiſcopo Baren. ſpecialiter Delegato ab hac Sacra Congregatione ad di- 100
cendum, & opponendum quidquid eis videbatur adversùs dictam Gratiam uſus Pontificalium ab Archipresbytero petitam, non ſolùm expreſsè declararunt nil habere, quod eidem opponi poſſet, aut vellent ex eorum parte adverſus dictam Gratiam; Verùm ſequentibus verbis humillimas pro eadem Gratia preces fundunt. *Umilmente &c. ne ſup-* 101
*plichiamo l' Eminentiſſimi Sig. Cardin. di d. Sagra Congregazione acciò ſi degnino reſtituire nell' antico decoro, e ſplendore queſta Collegiata, & inſigne Chieſa, e ſuo Prelato, con i Succeſſori in perpetuum.*

Multiplicatis proindè tot, tantiſque Interceſſoribus, eò faciliùs Voti compotes fieri ſperant Archipresbyter, Capi- 102
tulum, Clerus, Cives, & Populus Terlitienſis; *Nimis enim durum eſſet negare hanc ſpiritualem conſolationem Civitati, enixè ſupplicanti*: ſunt verba *Pignat. conſul. 179. num. 4. tom.*., juxtà Romanam impreſſionem

Sequens dubium in hac Cauſa concordatum: *An attentis* 103
*prætenſis Juribus Eccleſiæ Sancti Michaelis Archangeli Oppidi Terlitii, ſit conſulendum Sanctiſſ. pro conceſſione Indulti uſus Pontificalium*, dum hæc imprimuntur non adhuc propoſitum fuit in C. R.

# DISCEPTATIO XIX.

## Luceorien. Matrimonii.

*PRO*

Conſtantia Radzivilia.

*CUM*

Joanne Sapieha.

## ARGUMENTUM.

*Matrimonium prævia Apoſtolica diſpenſatione contractum inter Conſanguineos in tertio, & quarto gradu, an validum ſit, quando reticitus fuit tertius, expreſſo ſolo quarto gradu, ad ornatum Conſtit.* 13. *Sancti Pii V. Et quid dicendum, quando illud contrahitur, & conſumatur, antequam obtineantur Literæ declaratoriæ, demandatæ in eadem Conſtitut.* 13. *S. Pii V. Conſanguineus cum Conſanguinea contrahens Matrimonium, ſi deindè ob nullitatem ejuſdem Matrimonii ſeparentur, nolitque Matrimonium iterum cum eadem Conſanguinea validè contrahere, an fiat inhabilis ad contrahendum cum aliis Mulieribus.*

1 AD tollendum impedimentum conſanguinitatis in tertio, & quarto gradu dirimens matrimonium contrahendum inter Principem Jo: Sapieham, Caſtellanum Trocenſem, & Ducisſam Conſtantiam Radziviliam, filiam Supremi Magni Ducatus Lithuaniæ Cancellarii, onus curandi expeditionem Apoſtolicæ diſpenſationis in ſe aſſumpſit dictus Princeps Sapieha, qui tamen probè ſciens, adeſſe inter ipſos conſanguinitatem in tertio, & quarto gradu, tertium reticendo, expedita tantummodò fuit diſpenſatio in quarto gradu.

Contracto matrimonio, conſumatoque, poſt plurium menſium cohabitationem cum inter Sponſum, & Sponſam plurima irrepſiſſent jurgia, & diſſidia, teſte Epiſcopo in
2 Relatione, data in Summario, Princeps vocavit Duciſſam in Judicium coram Epiſcopo Luceorien. petens fœderis matrimonialis diſſolutionem, ex motivo nullitatis matrimonii, ob dirimens impedimentum tertii gradus conſanguinitatis, in dicta Apoſt. diſpenſatione non expreſſi.

Proprium noluit dare in hac parte judicium dictus Epiſcopus Luceronienſis, ſed imitando laudabilem morem pru-
3 dentium Ordinariorum, de quo teſtis eſt *Rot. in Cajet. Matrimon. 28. Junii* 1683. *in princ. coram Card. Matthæjo, & 13. Junii* 1690. *coram Card. Caprara* comprobatum in *Aquilana* ab hac Sacra Congregatione deciſa .. *Junii* 1715. ut videre eſt *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcep.* 4. *num.* 16. & 45. gravem hanc controverſiam inter ſupremos Regni Poloniæ Magnates judicandam remiſit Sac. Congreg. quæ exquiſivit de more Relationes, tam ejuſdem Epiſcopi Luceorienſis, quàm Nun-
4 cii Apoſtolici In illo Regno, quibus ſuperventis, ad illarum normam proponuntur hodie duo dubia in fine regiſtranda, quæ affirmativè reſolvenda videntur.

Quòad primum, illius affirmativa reſolutio videtur clara eo quia indubitatum in facto eſt, quod inter Duciſſam Conſtantiam, & Principem Joannem aderat conſanguinitatis vinculum in tertio, & quarto gradu: Et propterea, abſque Apoſtolica diſpenſatione, inter eos matrimonium conſiſtere
5 nullo modo poterat, juxta *Text. in cap. Quod ſuper his, & in cap. Non debet de Conſanguinit. & Affinit.* & ad tenorem diſpoſitorum *in Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 5 cum concordantibus, citatis à *Corradin. in Prax Diſpenſat. lib* 7. *cap.* 7. *ſub num.* 4. *lib.* 8. *cap* 3. *num.* 19. *de Juſt. de Diſpenſat. matrimon cap.* 2. *num.* 208. *& ſeqq.* quibus addi poſſunt alii citati *In tom.* 1. *par.* 2. *diſcep.* 17. *num.* 7. cum quibus
6 proceſſit hæc Sac. Congreg. nullum declarando ſimile matrimonium *in Salernit.* 3. *Martii* 1708. *ad dubium* ut videre eſt *ibidem num.* 5.

Nulla habita ratione Apoſtolicæ diſpenſationis; In illa enim minus candidè narratum fuit Summo Pontifici, impedimentum conſiſtere in quarto conſanguinitatis gradu, juſta illa verba, *ſed quia quarto conſanguinitatis gradu invicem*
7 *ſunt conjuncti.* Cumque revera dictum impedimentum non eſſet in ſolo quarto gradu, ſed proveniebat ex conſanguinitate in tertio, & quarto ex induſtria reticito: Inde ſequitur, diſpenſationem deſuper obtentam ſub ſolo quarto gradu conſanguinitatis, non obtentis poſtea Literis declaratoriis, non eſſe aptam, & ſufficientem ad tollendum dictum impedimentum, & matrimonium remanet in radice nullum, niſi deſuper procuretur nova diſpenſatio per illam viam, quam Pratici vocant perindè valere, novuſque accedat Contrahentium conſenſus *ad Tex.* expreſſum *in cap. Quod dilectio de Conſang. & Affinit.* ibi: *Si verò alter ſexto, vel ſeptimo gradu diſtet à ſtipite, alter verò à ſecundo, vel tertio conjungi non debent*, ibique *Repetentes*, aliique cumulati per *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 7. *nu.* 72. *& per Roſ. de Exequut.* 8
*Liter. Apoſtol. cap.* 11. *num.* 33. ubi reprobando aliquos contrarium ſentientes, his verbis concludit. *Quando impetratur diſpenſatio cum narrativa remotioris, ubi concurrit etiam propinquior, & in verificatione &c. ab Exequutore jam repertum fuerit, nempè Oratores non ſolùm in quarto, ſed etiam in tertio eſſe conjunctos, tum ſi Exequutor proceſſerit ad exequutionem, diſpenſatio erit nulla, & matrimonium nullum, eritque petenda nova diſpenſatio per Perinde valere ſuper proximiori, & interim copula habita erit inceſtuoſa, nam nullum fuit matrimonium ſic contractum:. Semper enim, quando Exequutori conſtabit cum remotiori gradu propinquiorem conjunctum eſſe, abſtinendum eſt ab exequutione diſpenſationis, & impetrari debent Literæ declaratoriæ per gratiam Perinde valere.*

Quod indubitantiùs procedit, quando, ut in præſenti ad unguem verificatur, ex una parte omiſſio gradus propinquioris, & ejus non expreſſio provenit ex induſtria Requirentis, & quando Exequutori ante exequutionem gratiæ conſtet, adeſſe dictum gradum propinquiorem, ut notant adducti per eundem *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtol. cap.* 11. *numer.* 33. Undè cum in caſu noſtro ex una parte verificetur dict. modus reſpectu Principis, teſte Ordinario in Relatione, data in Summario; ex alia verò Exequutori ante exequutionem conſtabat, adeſſe dictum propinquiorem, ut ex eadem Relatione, innegabile remanet, quod pro ſanatione hujus ſubrepti- 9
tiæ Gratiæ requiratur, non ſimplex declaratoria, ſed contextualiter nova diſpenſatio per viam *Perinde valere* ſuper gradu reticito, & non expreſſo, per ea, quæ, cumulatis concord. notant *Corrad. d. cap.* 7. *n.* 72 *verſ. Ratio*, & idem *Roſ. loco ſupra citato num.* 34 & in his terminis intelligenda venit *Conſtit. S. Pii V. Bullario novo tom.* 2. *la* 13. relata à *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 58.

Et ſtringens ratio eſt, quia ubi plura adſunt impedimenta inter copulari volentes, quæ alia ratione, quàm per diſpenſationem tolli nequeunt, eadem omnia narrari neceſſe eſt, 10
ad hoc, ut per diſpenſationem tollantur, nam ſi unum, aut alterum ex pluribus impedimentis Summo Pontifici narretur, aliis ſubticitis, eo ſublato, remanent alia, quæ Matrimonium contrahendum impediunt, & contractum irritant; Tum quia Summus Pontifex ſuper pluribus difficiliùs, quàm ſuper unico impedimento diſpenſare ſolet; Tum etiam quia nunquam intendit ſanare defectus, quos penitus ignorat, ad *Tex. in cap. Quod circa, & cap. Quod dilectio de Conſangu & affin.* ut in ſpecie *Gonzal. ad Regul.* 8. *Conc. gloſſ.* 13. *num.* 81. *Guttier. de Matrim. cap.* 124. *per tot. libr.* 3. *Marant. reſp.* 20. *num.* 36. *& reſp.* 69. *num.* 36. *Gratian. diſcep.* 827. *numer.* 19. *Bonacin. de Leg. diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 3. *& punct.* 9. *num.* .. *Pont. de Matrim. lib.* 8. *cap.* 7. *§.* 5. *num.* 25. *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *& lib.* 7. *cap.* 7. *numer.* 71. *& ſeqq. De Juſt. eodem tract lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 40. *Mandoſ. de Signat. Gratiæ verb. Diſpenſationes Matrimoniales ad finem Borgas de Irregul. par.* 2. *tit. de Interpr. diſpenſ. numer.* 26 ibi; *Sed quidquid dicat dicta Extravagans, Curia, & Pœnitentiaria ſervat totum contrarium, quia ſi petitur diſpenſatio ſuper quarto inter Conjunctos etiam in tertio, non facta mentione de* 3. *&c. & ſic patet, quod non fuit illa exten. de* 4. *ad* 3. *ut ſupra dictum eſt, Mallet de Hierarch. & Jur. Eccleſ. milit. lib.* 4. *par.* 1. *tit.* 26. *§.* 15. *nu.* 2. ibi: *Diſpenſatio quan-* 11
*do alicui conceditur, ut poſſit contrahere in quarto gradu, uterque debent diſtare in quarto, alioquin ſi alter diſtaret in tertio à ſtipite, non valeret diſpenſatio, Anaclet. in Decretal. lib.* 4. *in Appendic. de diſpenſat. §.* 4. *num.* 169. *Sperel. dec.* 116. *num.* 38. *Rot. coram Puteo dec.* 39. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. *& in rec. deciſ.* 76. *num.* 2. *par.* 2.

Quapropter ad validitatem Matrimonii, de quo agitur, non ſufficit diſpenſatio ſuper quarto gradu expedita, ſupereſt enim tertius, qui vel diſtinctum impedimentum per ſe conſtituit, vel ſaltem impedimentum quarti valdè adauget, adeoque difficiliorem reddit diſpenſationem, cum fortiùs ſtringant duo vincula, quàm unicum, undè etiam neceſſaria erat ejuſdem tertii gradus expreſſio tanquam augentis 12
obſtaculum quarti, ut probant *Molin. de Juſt. & Jur. tom.* 2. *tract.* 2.

*tract.2. diſp.161.* ibi: *Illud tamen eſt advertendum, quamvis Collaterales eo gradu diſtent inter ſe, quo eorum remotior diſtat à Trunco, nihilominus alterum Collateralem proximiorem eſſe Trunco, efficere difficiliorem diſpenſationem in eo gradu, eaque de cauſa id eſſe exprimendum in diſpenſationibus obtinendis, ut validæ ſint, nempè utrum comparatione Trunci ſint in quarto, & tertio gradu inſimul, ut vocant, vel in tertio, & ſecundo, aut in alio proximiori: De Juſtis de Diſpenſat. matrimon. d. lib. 1. cap. 4. num. 124.* ibi: *Undè quamvis veriſſimum ſit, quòd in linea inæquali ſuper ſolo remotiori gradu diſpenſatio neceſſaria ſit &c. Undè non videtur neceſſarium exprimere eo caſu gradum propinquiorem, nihilominus quia alterum Collateralem eſſe propinquiorem ſtipiti, efficit diſpenſationem in eo gradu difficiliorem, ideò totum in eadem Supplicatione exprimendum erit in petenda diſpenſatione, Gratian. diſcept 827. num. 12. Roſignol. de Matrimon. par. 3. contract. 15. prænotat. 23. & Trullench. de Matrimon. cap. 9 dubitat. 4.*

Neque adverſatur Conſt. S. Pii V. *la 3. in Bullar. novo tom 2.* per quam obrogata præcedenti diſpoſitione Pii IV. ſan-
13 citum fuit, neceſſariam non eſſe proximioris gradus expreſſionem, ſed ſufficere remotiorem tantum narrare, eumque ſolum eſſe attendendum.

Germanus enim, & verus ſenſus hujuſmodi Conſtit. non eſt, ut valeat diſpenſatio, impetrata ſuper quarto gradu,
14 nulla facta tertii gradus mentione; ſed verus ſenſus eſt, ut S. Pius V. auferendo rigorem, inductum per præfatam Conſtit. Pii IV. intellexerit, neceſſariam non eſſe duplicem diſpenſationem inter duplici gradu conjunctos à communi ſtipite, ideſt neceſſariam non eſſe diſtinctam diſpenſationem ſuper gradu propinquiori, & remotiori ſimul; Nunquàm verò dici poteſt, eundem Sanctum Pontificem abſolvere diſpenſandos voluiſſe à narratione, & expreſſione ejuſdem gradus verè proximioris.

Quod reſultat ex ipſa litera Conſtit. in qua demandat per modum conditionis, ut obtineantur Literæ declaratoriæ
15 ibi: *Obtentis tamen poſtea ſuper propinquiore Literis declaratoriis.* Cùm enim hujuſmodi Literæ declaratoriæ concedi nequeant, quin præcedat proximioris gradus expreſſio, hinc neceſſariò ſequitur, ipſam Conſtitutionem requirere ipſius gradus proxmioris mentionem ad validitatem diſpenſationis tanquam antecedens; Aliter ſupponenda eſſet inſtantanea correctio in Sancto Pontifice, quæ procul dubio reſultaret, ſi diceretur eundem Pontificem in eadem Conſtit. declaraſſe, neceſſariam non eſſe expreſſionem gradus propinquioris, & ſtatìm demandaſſe, ut ſuper eodem propinquiore gradu obtineantur Literæ declaratoriæ; Adeoque dicendum eſt noluiſſe propinquioris gradus expreſſionem reſpectivè tantùm, & ad effectum obtinendæ diſpenſationis, ſed minimè excluſiſſe neceſſitatem ejuſdem expreſſionis ad alium effectum, & præſertìm ut Summo Pontifici conſtet de impedimento gradus propinquioris, ſuper quo petendam eſſe voluit declarationem, quòd ipſe gradus propinquior non obſtet.

Ex quo fit, ut ex litera ejuſdem Bullæ, ſeu diſpenſatio ſuper quarto gradu obtenta, nulla tertii facta mentione, nulla, & irrita ſit; Eatenùs enim Summus Pontifex non duxit neceſſariam diſpenſationem ſuper gradu proximiori, quatenùs eundem gradum non obſtare declaretur per eundem
16 Pontificem; Cùmque hujuſmodi declaratio præſupponat perneceſſe proximioris gradus mentionem, Pontifici faciendam, perneceſſe conſequitur, diſpenſationem impetratam abſque tali expreſſione eſſe nullam, & irritam, ac proindè etiam matrimonium, vigore hujuſmodi diſpenſationis nullæ contractum eſſe irritum, ut teſtantur *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib. 7. cap. 7. num. 56.* ibi: *Hæc verba continent Literas declaratorias, expreſſas in Conſtit. fel. rec. Pii V. per illa verba: Obtentis poſtea Literis declaratoriis ſuper proximiore gradu, & ſic perindè eſt, ac ſi idem Pius ſtatuiſſet &c. remotiorem, & proximiorem gradus eſſe exprimendos, & num 72. Roſ. de Execut. Litt. Apoſtol. par. 1 1. num. 34.* ibi: *Et nota, quòd declaratio ſuper propinquiore eſt petenda unico contextu cum Diſpenſatione ſuper remotiore, & ita intelliguntur verba Conſtit. S. Pii V. Anaclet. ad Lib. 4. Decretal. in Append. de Diſpenſat. §. 4. num. 169. de Juſt. de Diſpenſat. matrimon. lib. 2. cap. 3. num. 41.* idem *Corrad. in Prax. diſpenſ.*
17 *dict. lib. 6. cap 6. ante num. 75.* ibi: *Cùm ex uno; eodemque ſtipite proveniat impedimentum tertii, & quarti graduum, quartus tantùm obſtat tanquam remotior &c. licet peti debeant Literæ declaratoriæ ſuper dicto tertio gradu ad præſcriptum Conſtitut. fel. rec. Pii V. nàm ſicut docet quotidiana praxis, quando adſunt plura impedimenta, ut valeat diſpenſatio, omnia ſunt exprimenda, & cap. 7. num. 56.* ibi: *Et ſic perindè eſt, ac ſi idem Pontifex ſtatuiſſet, unica expeditione remotiorem, & proximiorem gradus eſſe exprimendos,* optimè cit. *Anacl. ad Lib. 4. Decretal. in Append. de Diſpenſat. § 4. num. 63.* ibi: *Hinc benè notandum, Pium V. tantùm in hoc derogaſſe Conſtitut. Pii IV. quòd hic ſtatuerit, Breve diſpenſatorium ſolo expreſſo gradu remotiore impetratum, eſſe ob, & ſubreptitium, ipſamque diſpenſationem eſſe nullam ex hoc ſolo, quia gradus propinquioris nulla facta eſt mentio, nil ſuffragantibus Literis declaratoriis, poſteà forſan obtentis; Pius V. autem, iſtud corrigendo, ſtatuit, hujuſmodi Breve ex hoc capite non eſſe ſubreptitium, ſed perindè valere, ac ſi gradus propinquus expreſſus fuiſſet, dummodo poſtea, & quidem ante matrimonium, obtineantur Literæ declaratoriæ, quas expreſsè requirit.*

Nequè hujuſmodi declaratoriarum neceſſitas intelligenda eſt, ut poſſint quandocumque ſubſequi, etiam poſt contra- 18
ctum matrimonium, ſed expediri debent antequam contrahatur, antequam Executor diſpenſationis ad Bullarum executionem procedat, ut præter ſupra citatos, probat *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 7. cap. 7. num. 72. verſic. Ratio enim,* ibi: *Illud verbum* poſtea, *ut opinatur Sanchez, non refertur ad matrimonium poſtea contractum, ſed intelligendum eſt, quòd anteà petatur diſpenſatio ſuper gradu remotiore, & poſtea unico contextu in eadem Supplicatione, eiſdemque Literis petatur declaratoria ſuper non obſtantia propinquioris gradus, & hìc eſt inveteratus Stylus Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, etiam ad præſcriptum prædictæ Conſtit. Pii V.* & ſequitur *Rinfeſtuell. d. lib. 4. §. 4. num. 172. Roſ. de Execut. Lit. Apoſtol. par. 1. cap. 12. num. 35.*

Hujuſmodi autem declaratoriæ Literæ ita ſunt neceſſariæ ad validitatem diſpenſationis, & matrimonii, ut ſi E- 19
xequutor, illis non exhibitis, ad matrimonii celebrationem procedat, non ſolùm mortaliter peccet, ſed matrimonium ipſum irritum, ac nullum ſit, ut reprobato *Sanch.* probat *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib. 7. cap. 7. n. 62. §. At verò,* ibi: *At verò huic ſententiæ non video quomodò ſit acquieſcendum in theorica, aut praxi, quandoquidem ſatis apertè patet, id eſſe contra mentem Pontificis, ac Datariæ Apoſtolicæ: Nam quando impetratur diſpenſatio cum narrativa remotioris gradus, ubi concurrit etiam propinquior, eo modo, quo dictum eſt, ac in verificatione prædicta ab ipſo Delegato compertum eſt, Oratores eſſe non in quarto tantùm, ſed etiam in tertio,* 20
*& quarto, ut ſupra, eſſe conjunctos, & nihilominus ipſe Delegatus, nulla habita ratione prædicti proximioris gradus, ſcilicet tertii, procedit ad eorundem Literarum executionem, quarum vigore matrimonium contrahitur, profectò diſpenſatio erit nulla prout in facti contingentia pluries obſervavimus,* Et ſubindè proſequitur. *Ratio eſt, quia non ſervata Conſtit. Pii V. circa prædictas Literas declaratorias, intrat præcedens Conſtitut. Pii IV. qui voluit, diſpenſationem peti debere æquè principaliter, tam ſuper remotiori quàm proximiori gradu cum pœna nullitatis diſpenſationis. Anaclet. loc. citat. num 172. & ſeqq. Roſ. de Execut. Lit. Apoſtol. par. 1. cap. 13. num. 33. de Juſt. de Diſpenſat. lib. 2. cap. 3. num. 40.* & fuſius à *num. 42.* ubi contrariis reſpondet.

Idque ea ratione, quia verba illa: *Obtentis tamen Literis declaratoriis,* utpotè concepta per ablativum abſolutum, & 21
cum dictione *tamen*, involvunt conditionem, & formam, neceſſariò implendam pro validitate diſpenſationis, ut, omiſſis generalibus, bene probant *Guttier. de Matrimon. cap. 124. num. 11. Barboſ. vot. deciſ. 3. num. 10. lib. 1. Anaclet. loc. cit. num. 172. Corrad. dicto lib. 7. cap. 7. ſub num. 72. Covarr. de Sponſal. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 10. in fin.* Ideoque ſi Conſtitutio Piana eodem contextu, quò diſpoſuit, ſufficere diſpenſationem ſuper gradu remotiori, requirit hanc conditionem obtinendi Literas declaratorias ſuper non obſtantia gradus propinquioris, manifeſtum redditur declaraſſe, non aliter valere poſſe diſpenſationem ſuper gradu remotiori, niſi ſimul accedentibus Literis, etiam ſuper gradu propinquiori, itaut utraque ſimùl concurrere debeat, ut uno deficiente, alterum non ſubſtineatur, ut præciſè advertit *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib. 7. cap. 72. in fine,* ibi: *Certum eſt,* 22
*ſupradicta verba* Obtentis tamen, *importare conditionem, illiſque inſuper additur alia dictio,* tamen, *quæ de ſui natura importat conditionem, & modum, Anaclet. loc. cit. num 169.* ibi: *Quæ verba, quia in ablativo ſunt abſolutè poſita, videntur modum, & conditionem importare, argumento leg. Si debitor §. 1. ff. Quibus mod. pag. &c.*

Hunc verò eſſe verum, & germanum ſenſum Pianæ Conſtit. clarè probat primò inconcuſſus, atque inveteratus Stylus Curiæ, & Datariæ Apoſtolicæ, quæ ſemper in hujuſ-

modi

modi diſpenſationibus ad matrimonia contrahenda exprimi
voluit tertinm, & quartum gradum, proximiorem ſcilicet,
23 & remotiorem, ut ſuper remotiore diſpenſetur, proximio-
rem verò non obſtare declaretur, ut videre eſt apud *Prob. ad
Monac. in Rubr. de Cognat. ſpir. in 6. fol. mihi 340. Covarr. de
Sponſ. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 12. Guttier. quæſt. Canon. lib. 2.
cap. 15. num. 128.* ibi: *In quo praxis communis, & Stylus Cu-
riæ Romanæ obtinuit, ut vidi in quamplurimis diſpenſationi-
bus ad Matrimonia contrahenda, ut exprimantur prædicti
tertius, & quartus gradus &c. Filliucc. quæſt. moral. tom. 1.
tract. 10. par. 2. cap. 10. num. 328. Nicol. Lucubr. Jur. lib. 1. de
Nupt. num 78.* ibi: *Quando alter ſecundo, alter tertio, vel
alter tertio, alter quarto Conſanguinitatis, vel affinitatis
24 gradibus juncti ſunt, Romanæ Curiæ Stylus habet, ut expri-
matur etiam gradus propinquior hoc modo, ſed quia tertio,
& quarto Conſanguinitatis gradu juncti ſunt &c. Corrad. dicto
lib. 7. cap. 7. ſub num. 72. Hic eſt inveteratus Uſus Datariæ, &
Cancellariæ Apoſtolicæ, etiam ad præſcriptum Conſtit. Pii V.
Roſa de Execut. Lit. Apoſt. cap. 4. num. 265. & ſeqq. & cap. 12.
num. 34.* ibi: *Et ita Stylus eſt inconcuſſus, & inveteratus, A-
naclet. ad lib. 4. Decretal. in append. de diſpenſat. §. 4. nu. 169.
Bonacin. tom. 2. de Leg. diſp. 1. par. 2. punct. 5. num. 17.* ibi:
*Propterea hoc tempore uſu receptum videtur, ut diſpenſatio
non admittatur niſi expreſſus ſit gradus proximior, & quæſt. 3.
punct. 7.* ubi ſe deceptum fatetur ab opinion. *Sanchez*, & contra
ipſum fuiſſe judicatum, ibi: *Diſpenſationem, conceſſam in
tertio gradu extendi ad ſecundum cum tertio, quia juxta Ju-
ris diſpoſitionem in cap. final. de Conſanguinitate gradus re-
motior trahit ad ſe minus remotum, & computatio graduum
deſumenda eſt ex perſona, quæ remotior diſtat à ſtipite, ita
Sanchez &c Hunc tamen caſum limita, niſi aliter ferat Stylus
25 Romanæ Curiæ, quem puto in contrarium extare: Cùm enim
in Curia Archiepiſcopali conſultus fuiſſem quid in hac re ſenti-
rem, reſpondi juxta communem doctrinam Sanchez, & alio-
rum, diſpenſationem in tertio gradu extendi ad ſecundum cum
tertio; Meo tamen non obſtante conſilio diſpenſatio, qua ſolius
tertii gradus mentio fiebat, non fuit admiſſa, & neceſſariam
eſſe ſecundi gradus cum tertio mentionem fuit judicatum &c.
de Juſt. de Diſpenſ. matrimon. lib. 1. cap. 4. num. 122. & num.
124. & lib. 2. cap. 3. num. 42. Anaclet. dicto §. 4. à num. 63. &
per totum.*

Quod adeo verùm eſt, ut ſi mentio non fiat utriuſque gra-
dus, matrimonium vigore talis diſpenſationis contractum nul-
lum ſit, copula inceſtuoſa reputetur, & filii illegitimi, & ne-
26 ceſſe proinde ſit novas Literas, in forma *Perinde valere* expe-
dire; *Corrad. d. lib. 7. cap. 7. num. 56. de Juſt. lib. 1. cap. 3. nu. 42.
Anaclet. loc. cit. verſ. Hinc bene notandum in fine, Roſa de E-
xecut. Lit. Apoſtol. par. 1. cap. 12. num. 23.* ibi: *Non tamen pu-
to tenendum cum Sanchez &c. At contrarium tenendum credo
cum Corrado ubi docet, hoc alienum à mente Papæ, & Datariæ
Apoſtolicæ, nam quando impetratur diſpenſatio cum narrati-
va proximioris gradus, ubi concurrit etiam propinquior, &
in verificatione ab Executore jam repertum fuerit, nempè Ora-
tores non ſolum in quarto, ſed etiam in tertio eſſe conjunctos,
tunc ſi Executor proceſſerit ad executionem, diſpenſatio erit
nulla, & matrimonium nullum, eritque petenda nova diſpen-
27 ſatio per Perinde valere ſuper proximiori, & interim copula
habita erit inceſtuoſa, nam nullum fuit matrimonium ſic con-
tractum*, & concordat epiſtola ſcripta Nuncio Colonien, à
Cardin. Carpineo anni 1671. quando fuit Datarius ſa. mem.
Clem. X. per extenſum exhibita in Summario Datariæ.

*Secundò* accedunt declarationes Summorum Pontificum
28 Urbani VIII. & Innocentii X. quas referunt per extenſum
*Barboſ. vot. 3. lib. 1. in fine, & Anaclet. loc. cit. num. 172. &
ſeqq.* in quibus expreſsè ſtatuitur, quòd matrimonia, con-
tracta vigore diſpenſationis, in qua proximior gradus retici-
tus fuerat, fuerint nulla, copula inceſtuoſa, & filii illegiti-
mi, ut latiùs in iiſdem Brevibus.

*Tertiò* accedunt, ultrà hæc duo, alia viginti quatuor exem-
pla, recenſita per Defenſores Datariæ Apoſtolicæ, & in
ejuſdem Regeſtis reperta, quarum duo præcipuè notatu digna
29 ſunt, ex quo promanant ab eodem S. Pio V. relatæ Conſtit.
Conditore, & paulò poſt publicationem Bullæ prodierunt;
In iis enim declaratum nullum matrimonium, contractum
inter conjunctos duplici gradu, facta ſolius remotioris ex-
preſſione, & non obtentis Literis declaratoriis ante matri-
monii contractum, & demandatur, ut matrimonium de
novo publicè contrahant.

Hæc verò adeò longæva, & non intermiſſa praxis Data-
riæ Apoſtolicæ, cum ortum habuerit ſtatim poſt editam
30 ipſam Bullam Pianam, ac ſub ipſo Pontifice conſtituente,
ſatis demonſtrat, tùm neceſſitatem exprimendi ad validi-
tatem diſpenſationis, etiam propinquiorem gradum, tùm
mentem Sancti Pontificis, hoc pacto intelligentis, atque
interpretantis propriam legem, quam ita declaravit praxis
ſubſequuta eſſe intelligendam, cùm talis eſſe debeat ſenſus
ipſius Conſtit. qualis fuit Stylus ab ipſo Conſtituente imme-
diatè inchoatus, & ſemper continuatus, ut, omiſſis gene-
ralibus, in terminis, probat *Roſa de Execut. par. 1. cap. 12.* 31
*num. 34. Corrad. lib. 7. cap. 7. num. 7. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell.
gloſſ. 63. num. 60. Rot. cor. Emer. jun. dec. 814. num. 4.* Adeoùt
quamvis nec de Jure, neque ex Conſtitutionibus prædictis
neceſſaria eſſet in diſpenſationibus petendis expreſſio gradus
propinquioris, idem nihilominus exprimi deberet, quia Sty-
lus Curiæ ita fert, atque idcircò de ejuſmodi gradu vigore
hujus Styli exprimendo, idem prorſus dicendum eſt, ac
dè illo, quem jura exprimi mandant *Decian. in cap. Ad aures* 32
*concluſ. 2. num. 28. de Reſcript. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 2.
caſ. 201. num. 28. Maſcard. de Probat. concluſ. 816. num. 8. Gut-
tier. quæſt. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 51. Pariſ. de Reſignat.
lib. 10. quæſt. 2. num. 14.* Ità quidem, ut qualitas dicti gradus,
licèt ex ignorantia omiſſa, adhuc diſpenſationem vitiet,
quia pertinet ad ſubſtantiam validitatis, quæ pendet ex vo-
luntate Diſpenſantis, *Roſignol. de Matrim. par. 2. controv. 15.
prænot. 2. num. 12.* erga finem, ibi: *Et ex hoc, & præceden-* 33
*ti limitatione deduci poteſt, invalidam quoque fore diſpenſa-
tionem, ſi qualitas, vel de Jure, vel de Stylo Curiæ Roma-
næ, vel de conſuetudine Principis exponenda, ex ignorantia
fuerit omiſſa, quia ignorantia quidem excuſat à culpa, non ef-
ficit tamen actum validum, cùm deficiat forma, Gloſſ. in cap.
Si motu proprio verb. Tacetur de Præb. in 6. Dec. in cap. Super
literis num. 18. de Reſcript.*

Non minoris ponderis eſt altera nullitas matrimonii, de
quo agitur, deſumpta ab irregulari, & prorſus inordinato
modo procedendi, quo uſus eſt Officialis Luceorienſis De-
legatus in exequenda Diſpenſatione; Qui, vix acceptis Li-
teris, ſtatìm conceſſit facultatem Parocho Sponſæ aſſiſtendi
matrimonio, nulla præhabita informatione ſuper verificaito-
ne narratorum, & nullo præcedente decreto ſuper Execu-
tione diſpenſationis, in prædictis Literis conceſſæ, quæ duo
neceſſarium erat præmitti, tanquàm pro forma ſubſtantiali
requiſita ad validitatem actus, ut in puncto notat *Corrad. in
Prax. diſpenſat. lib. 7. cap. 7. num. 73.* ibi: *Quod totum intel-* 34
*ligas, dummodo Literæ diſpenſationis fuerint per ſupradi-
ctum Vicarium Delegatum legitimè executæ, quia ſi non præ-
ceſſerit Informatio ſuper narratis in dictis Literis, & Decre-
tum diſpenſationis, ipſa Proles non erit legitima, Ricc. in
Prax. for. Eccleſ. par. 2. reſol. 189. num. 3. de Juſtis de Diſpen-
ſat. Matrimon. lib. 1 cap. 6. num. 250. Rot. deciſ. 273. num. 1.
par. 1. cor. Veral. & cor. Duran. deciſ. 205. num. 6. & cor. Pen.
deciſ. 484. num. 2. & cor. Achil. de Graſſ. deciſ. 47. ſeu 2. de Fi-
liis Presbyt. & coram Ubald. deciſ. 66. num. 1.* & alii infra ci-
tandi.

Cùm enim non agatur de libera, & gratioſa diſpenſatio-
ne, ex abſoluta Summi Pontificis authoritate conceſſa,
quæ alicujus Executoris miniſterio minimè indiget, nec de
aliquo Executore mero, cui poſt negotium plenè diſcuſſum, 35
ſola executio demandata ſit; Sed agatur de diſpenſatione,
conceſſa in forma commiſſaria, ſuper re, & facto, Ponti-
fici concedenti minimè cognito, & cujus cognitio Officiali
diſtrictè injuncta, & commiſſa fuit per illa verba relata in
Summario, ibi: *Mandamus, quatenus de præmiſſis Te dili-
genter informes, etſi per informationem eaſdem preces veri-
tate niti repereris, authoritate noſtra diſpenſes.* Hæc ſanè 36
verba reddunt Diſpenſationem conditionalem, & inducunt
formam, præcisè ſervandam, *Ricc. in Prax. for. Eccleſ.
par. 2. reſol. 189. num. 3. Sibilla de Gradib. par. 1 cap. 1. §. 2.
diſput. 6. Gratian. cap. 596. numer 2. 3. & 7. Filliucc tom. 1.
tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 354. Sanch. de Matrim. lib. 3.
diſput. 33. num. 34. de Juſtis de Diſp. Matrimon. lib. 1. cap. 6.
num. 249. Anaclet. in Appendic. de Diſpenſat. §. 7. de formul.
literal. num. 322.* Utique hoc caſu Executor ſervare debet for-
mam, ſibi in Literis præſcriptam, nec demandatam Infor-
mationem omittere poteſt, citra nullitatem actus, *Ricc.
reſol 189. num. 1. de Juſtis cap. 6. num. 293. lib. 1. Roſa de Exe-
cut. Liter. cap. 11. num. 4. Sibilla de Gradib. cognat. par. 1. §. 2.
diſput. 5.* ibi: *Delegatus igitur debet de contentis in diſpenſa-
tione diligenter ſe informare, quia diſpenſatio Pontificis eſt
commiſſaria, quæ valida non eſt niſi fiat Inquiſitio circa ex-
preſſa in Literis, Corrad. lib. 7. cap. 2. numer. 113. Sanch. de
de Matrim. lib. 8. diſput. 35 num. 24. Roſſignol. de Matrimon.
par. 3. controv. 15. prænot. 26. num. 20. §. Ex eo, & Rot. dec.
173. num. 5 par. 3. rec.*

Quamvis autem Executor non teneatur prædictam Infor-

mationem explere in forma, & figura Judicii, tenetur ta-
37 men ex præſcripto Concil. Trid. *ſeſſ.22. cap.5. de Reformat.* ſummariè, & extrajudicialiter teſtes audire, & illorum qualitates, & dicta perpendere, & alias legitimas probationes de veritate inquirere, ut ſatisfactum dici poſſit conditioni, ſibi præſcriptæ in Literis Apoſtolicis, *Corrad. lib.7. cap.*
38 *6. num.3. Cardoſ. in Summ. ſeu Prax. Jud. & Advocat. lit.D. verb. Diſpenſatio num.60. Roſſignol. prænotat. 16. num.15. Sibilla de Gradib. par.1. cap.1. §.2. diſp.3. & diſp.6. à princ.*

Ab onere autem prædictæ Inquiſitionis eximi non potuit
39 Officialis Executor, ex ea ratione, quia ageretur de re notoria, & non indigente ulteriori Informatione; Cùm enim gratia diſpenſationis ſit conditionalis, Executor habere non potuit illam pro juſtificata, *Roſa de Execut. cap.4. num.18. & cap.6. num.240. Rot. cor. Ludoviſ. deciſ.413. num.1. Beltramin. ad eund. deciſ.150.* Sed tenebatur ad unguem ſervare legem, ſibi præſcriptam pro forma; Quia in Literis poſita non eſt veritas precum, ut habita, & probata, ſed uti probanda, & habenda ab Officiali commiſſario ante executionem Diſpenſationis; Ideoque non conſtito de earum Precum verificatione, nec de præhabita diligenti Inquiſitione,
40 diſpenſatio invalida eſt, tanquam non ſervata forma, tametſi de illarum veritate aliundè conſtaret Executori, prout in his terminis docent *Guttier. Canon. quæſt. lib.2. cap.15. num.112. Garz. de Benef. par.6 cap.2. num.265. Sanch. de Matrim. lib.8. diſput.34. num.26 Pont. eod tract. lib.8 cap.21. num 16. Dian. par.8. tract.3. reſol.17. Roſſignol. de Matrim. par.3. contract.15. prænot.25. Filliucc. tom.1. tract.10. par.2. cap 10. num.354. Anaclet. in Appendic. de Diſpenſ. §.7. formul. liter. num.322. & de Juſt. de Diſpenſ. lib.1. cap.6. n.247.*

Reſpectu 2. dub. pari facilitate videtur reſpondendum af-
41 firmativè, ad quem effectum adducimus *Text.* qui non poteſt eſſe rotundior *in canon. Qui propinquam 35. quæſt.2.* cujus verba ſunt hæc: *Qui propinquam ſanguinis Uxorem ducunt, ſeparantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt,*
42 *alias Uxores ſibi conjugio ſociare*, ibique communiter Repetentes, citati *à Barboſa* ibi: *Vulgò colligitur ex hoc Textu, Contrahentes inceſtas nuptias; non poſſe cum aliis contrahere matrimonium.*

Adducimus pariter Datariæ æquè antiquum, ac laudabilem Stylum, ſecundum quem in illis Diſpenſationibus ma-
43 trimonialibus, quæ expediuntur pro inceſtuoſis Conſanguineis, apponi ſemper ſolet ſequens clauſula: *Quod alter, alteri ſupervivens, perpetuò abſque ſpe conjugii remaneat*, de qua teſtis eſt magnus Datariæ practicus, & æquè in Theorica verſatus *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib 8. cap 3. num.60.* Qui Datariæ Stylus pro lege ſervandus eſt, ea ratione, quia
44 Dataria dicitur organum Papæ ex adductis *à Card. de Luc. de Benefic. diſc.16. num.9. & Rot. deciſ.703. num.11. coram Cerr. & deciſ.379. num.2. par.18. rec.* & aliis infra.

Adducimus demum duas punctuales reſolutiones hujus
45 Sacr. Congreg. quæ pariter tanquam Sacri Canones ſervari debent, per ea, quæ notant *Fagn. in cap. Quoniam num.12. de Conſtit. & Rot. in Peruſina Penſion. 11. Junii 1716. §. Idem cor. Herrera.*

Prima eſt *in Papien. ſeu Januen.* de qua *in Lib.29. Decret. fol.428. à tergo*, cujus præciſa verba referuntur *in tom 1.*
46 *par.2. diſcept.17. num 14. & 15.* Secunda verò *in Salernit. Matrim. 17. Novembris 1708. ad 2. dub.* de qua *in Libr.63. Decr. fol.587.* & refertur pariter ubi ſupra *num.50.* Ex qua
47 ulteriùs patet, quòd ex parte Succumbentis cognita ſoliditate, & ſubſiſtentia dictæ reſolutionis, acceptata fuit, & inſtitum *in alia Congreg.* habita *die 10. Januari 1710.* pro gratia ducendi aliam Mulierem in Uxorem, quæ rotundè pariter denegata fuit.

Et meritò; Verè enim dignum, & juſtum eſt, ut profanantes magnum matrimoni Sacramentum, mediantibus in-
48 ceſtuoſis nuptiis, illo priventur, inhabileſque reddantur ad illud in futurum contrahendum, quam adducunt *Menoch. de Arbitr. caſ.102. num.106. Sanch. de Matrim. lib.3. diſput.22. num.7.* ubi, quòd pœna hæc tendit in maximum animarum
49 favorem, quia retrahit Conſanguineos ab irritis matrimoniis, *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.8. cap.3. num.60.* ubi, quod hujuſmodi inhabilitas ad contrahendum aliud matrimonium eſt in Jure fundata, quam admiſit hæc *Sacr. Congr. in dictis Papien. & Salernitana*, ut videre eſt, *in tom.1. par.2. diſcept.17. num.17. & per tot.*

Nec credimus allegandum prætextum ignorantiæ gradus conſanguinitatis; Abſque enim ulla neceſſitate recurrendi
50 ad illas congruas reſponſiones, Juris principiis innixas, de quibus *in dicta diſcept.17. à num 19.* Strictè dicimus, in facto talem prætextum nullam habere ſubſiſtentiam, teſte Epiſcopo in dicta ejus Relatione, data *in Summario* ibi: *D. Caſtellanus uti Vir diſpenſationem ante à S. Sede procuravit, & obtinuit in ſolo quarto, ſubticito de induſtria tertio, Sponſa, ſeu Duciſſa Conſtantia inſcia;* Quanta autem fides danda ſit hujuſmodi Relationibus Epiſcoporum, nemo ignorat, & obſervant adducti *à Bertacch. Vot. deciſ.100. num.16. & Rot. deciſ. 14. num.17. cor. Anſaldo*, ibi: *Admodum autem attendendas eſſe conſimiles Relationes, quæ per Ordinarios ad Sacr. Congr. Concil. remittuntur, reſpondit Rota &c. & in Biſuntina Juriſpatr. 20. Novembris 1705. §. Nec dicti cor. Card. Priolo, & in Cremonen Beneficii 2. Maii 1718. §. Verùm cor. Lancetta Decan.* & in terminis alterius Relationis ejuſdem Epiſcopi Luceorien. *ead. Rot. in Plocen. ſeu Luceorien. Matrimon. 13. Maii 1695. §. Minor cor. Card Caprara.*

Pro quorum admiſſione ſupplicamus obſervare qualitates Sponſæ, *ſummo loco natæ, ac innocentia vitæ, morumque ſuavitate præſtantiis*, juxta verba Nuncii: *Taliter malè tra-* 51
*ctatæ &c. ut ejus Pater ſupremus Magnus Lithuaniæ Cancellarius, vir religioſiſſimus, præ nimio animi mœrore, brevi poſt tempore obiit*, juxta verba Epiſcopi; Dignentur pariter præ oculis habere contrarium operandi modum; Sponſus enim poſtquam Duciſſæ abſtulit id, quod neque Deus poteſt illi reſtituere, juxta dictum *S. Hieronym. ad Euſtoch.* regiſtratum *in canon. Si Paulus 23. quæſt.5.* non dubitavit intentare actionem ad divortium, *cum fundamento* (ſunt verba Epiſcopi) *ſub, & obreptitiæ obtentæ diſpenſationis, quam tamen ipſe procuraverat, uti ex documentis probantibus intellexi;* Et quod magis eſt, ad dictum effectum procuravit ſubornare etiam Fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Luceorien. ut proſequitur idem Epiſcopus; In quibus circumſtantiis omnia jura clamant, ſuccurrendum eſſe Duciſſæ, ex adductis *à*
*Thoma de Thomaſet. in Flor. legum regul. 92. in princip. & à* 52
*Rota in Capuana Juriſpatr. 8. Junii 1709. §. Fortius coram Aldrovan.*

## In eadem Cauſa.

Die 7. Septembris 1720. fuit reſcriptum *Dilata & ad men-*
*tem*, & mens fuit, *ut perquirerentur Regeſta Datariæ,* 53
*tam ſuper antiquis, quàm ſuper modernis Perinde valere, & Declaratoriis.*

Hodiè igitur, dictis diligentiis peractis, repropoaitur Cauſa ſuper eiſdem dubiis, quæ videntur affirmativè reſolvenda.

Reſpectu enim 2. dub. repetimus, quod pro illius affirmativa reſolutione militat rotunda diſpoſitio celebris *Textus in Can. Qui propinquam 35. quæſt. 2.* in quo ad literam deciditur noſter caſus ſequentibus verbis: *Qui propinquam ſanguinis Uxorem ducunt, & ſeparantur, non licebit eis quandiù utrique vivunt, alias Uxores ſibi conjugio ſociare*, cum cujus Textus punctuali diſpoſitione proceſſit hæc Congregatio talem inhabilitatem canonizando in *Papien. ſeu Januen. 29. Maii 1588. de quibus ſupra*: Quæ omnia adnotata reperiuntur in dd. Regeſtis hujus in Sac. Congreg. manu Card. Alciati tunc temporis Præfecti, cui omnis fides in hac parte danda eſt, ut in terminis alterius adnotationis Card Panciatici obſervavi *in Inſtit. Crimin. lib. primo tit. 10. § 4 numer. 13.* Idemque pariter pro indubitato præſuppoſitum fuit in *Pra-*
*gen. Matr. 29 Maii 1677.* Licet in eadem Cauſa reſponſum 54
fuerit pro excluſione dictæ inhabilitatis, ex illa facti circumſtantia, quod decepta fuerat Mulier in contrahendo matrimonium, quodque impedimentum affinitatis eidem prorſus incognitum erat.

Idem demum reſolvit *in Salernitana, de qua ſupra*, in qua
agnoſcente Viro ſubſiſtentiam dictæ reſolutionis, illamque 55
acceptando, petiit deinde ex gratia facultatem contrahendi matrimonium cum alia Muliere exagerando propriam fragilitatem, quodque ſine matrimonio continentiam ſervare non poterat. Diſputato proinde alio dubio die 11. Jan. 1710. *An*
*eſſet locus petitæ diſpenſationi?* reſponſum pariter fuit *Nega-* 56
*tivè*: ut videre eſt *in par. 2. diſcep. 17.* per tot. & ſignanter *num 50.*

Cum quibus concordat Datariæ æquè laudabilis, ac antiquus Stylus, de quo ſupra, juxta quem in omnibus diſpen-
ſationibus matrimonialibus, quæ expediuntur pro inceſtuo 57
ſis Conſanguineis, apponi ſemper ſolet ſequens clauſula, *quod alter alteri ſupervivens, perpetuò abſque ſpe Conjugii remaneat*, teſte *Corrad. in Prax. diſpenſan. libr. 8 cap 3.* & comprobatus in Summario Datariæ ex multis Brevibus, in
illo regiſtratis; cujus praxis, ſeu laudabilis Styli reſpectu 58
ſpecialem meretur animadverſionem illud verbum *remaneat*, digito oſtendens, inhabilitatem adeſſe per priùs, neque imponi

poni tempore expeditionis d. Gratiæ, in pœnam commiſſi
inceſtus, juxta contrariam prætenſionem. Non enim rema-
nere aliquid poteſt, niſi priùs exiſtat, ut notat *Rebuff in leg.
Verbum verſ. Remanere ff. de Verb ſignific.* & firmavit *Roc.
deciſ.630. num.13. cor. Dunoz. jun. & deciſ.168. num.20. par.
17. recent.*

Quæ omnia adeo vera ſunt, adeoque communiter rece-
60 pta, ut tanquam nimis vulgaria uno ore aſſerantur, & affir-
mentur à Doctoribus, ut videre eſt apud *Barboſ in d. Can.
Qui propinquam, & alios infra citandos.*

Neque deeſt convincens ratio, ad hoc ſcilicet, ut retra-
61 hantur homines à matrimoniis contrahendis inter illas per-
ſonas, inter quas canonicum adeſt impedimentum, & in
favorem animarum, adducta à *Sanch. de Matrimon. libr.3.
diſput.42. num.7.*

Idemque *Sanch. ubi ſupra verſic. Prætereà* ad rem obſer-
vat, quòd diſpoſitio illa *Concil. Trid. ſeſſ.24. de Reform. Ma-
62 trim. cap 5* mandantis, eum non eſſe dignum, ut benignita-
tem Eccleſiæ facilè experiatur, qui ejus ſalubria præcepta
temerè contemnit, licèt loquatur expreſsè de contrahentibus
matrimonia, non præmiſſis denunciationibus, à fortiori
procedit in caſu matrimonii contracti inter illas Perſonas,
inter quas canonicum adeſt impedimentum, quia in his ter-
minis longè major verificatur contemptus, longèque majus
committitur delictum.

Quibus alia additur ſtringens ratio, quia dignum, & ju-
63 ſtum eſt, ut toto tempore ejus vitæ privetur facultate con-
trahendi matrimonii magnum Sacramentum ille, qui
non dubitavit ipſum mediantibus inceſtuoſis nuptiis profana-
re, eique magnam inferre injuriam, & ad hoc, ut puniatur
in eo, in quo peccavit.

Adverſus hæc tria adducta exadverſo fuerunt. I. Quòd
64 pœna inhabilitatis contrahendi matrimonia quoad Inceſtuo-
ſos, receſſit ab Aula, idquè ad evitanda pericula fornica-
tionis Conjugum, qui inceſtum commiſerunt. II Quòd ad
hoc ut habeat locum eadem pœna, probari debeat in Con-
trahente præciſa ſcientia particularis gradus Conſanguinita-
tis; & III. Quòd reſolutiones hujus Sac. Congregat. emana-
verint in terminis matrimonii clandeſtini, quæ omnia nulla-
tenus applicentur præſenti caſui, in quo eadem præciſa ſcien-
tia non probatur in Viro, & ab eodem matrimonium con-
tractum fuit in faciem Eccleſiæ, non autem clandeſtinè.
Nulla autem ex contrariis reſponſionibus, vel relevat in ju-
re, vel in facto ſubſiſtit.

Non relevat prima, innixa Text. *in canon. Si quis cum
65 duabus 3. quæſt.2.* ibi: *Si quis cum duabus fuerit Sororibus
fornicatus, aut cum his perſonis, de quibus ſacra Scripta pro-
hibent, ſi dignam egerit pœnitentiam, & caſtitatis non value-
rit continentiam ſuſtinere &c. liceat ei legitimam in conjugio U-
xorem accipere &c. ut fornicationes non perducantur ad Chaos*,
cum aliis Textibus, ſequutis ab Authoribus, citatis a *Sanch.
de Matrim. lib.3. diſp.15. num.16 & 17.*

Proceditur enim in hac parte cum æquivoco, ad noſtrum
66 effectum confundendo inceſtum, commiſſum extra colorem
matrimonii, de quo caſu loquuntur Textus, in contrarium
citati, cum inceſtu, commiſſo in figura matrimonii, qui
eſt noſter caſus præciſus, & de quo loquitur dictus punctua-
lis textus in *Canon. Qui propinquam 35. quæſt.2.* ut in ſpecie
utrumque caſum diſtinguendo, & conciliando omnes Te-
xtus, omneſque Authores, de dd. duobus caſibus confoſim
diſcurrentes, egregiè obſervat *Menoch. de Arbitr. lib.2. cen-
67 tur.5 caſ.502. num.97. & ſeq.* ubi poſtquam enumeravit, &
explicavit undecim pœnas, in Jure civili ſtatutas contra In-
ceſtuoſos, deveniendo deinde ad inhabilitatem, in Jure
canonico fundatam contra inceſtuoſas nuptias contrahentes
*num 97.* hæc habet.

*Hactenus de pœnis, à Jure civili adverſus Inceſtuoſos in-
dictis diſſervimus, nunc ſupereſt dicendum de pœnis, à Jure
Pontificio ſancitis, qua quidem in re diſtinguo pariter duos
68 caſus &c. Primus eſt, quando crimen inceſtus fuit commiſſum
ſine colore, & figura matrimonii, ſed ſolum per modum forni-
cationis; Hoc ſanè caſu multæ indictæ ſunt pœnæ &c.* quas
ibidem latè explicat. *Secundus caſus eſt, quando commiſſus
eſt inceſtus ſub colore, & figura Matrimonii, hoc etiam caſu
multæ impoſitæ ſunt pœnæ à Jure ipſo Pontificio*, inter quas
tertio loco numerat, & explicat inhabilitatem contrahendi
Matrimonium cum aliis Mulieribus, ibi: *Tertia eſt pœna,
ne poſſint ii Inceſtuoſi cum aliis contrahere matrimonium, can.
Qui propinquam*, & concordant adducti *à de Angelis de De-
lict. par.1. cap.77. nu.19.* ibi: *Contrahens verò inceſtuoſas nu-
ptias &c. & alia mat. Reus contrahere prohib., & à Bermund.
69 Choveron. de Concubin. tit. de Inceſt. num.17 fol. mihi 90.* ibi:
*De Jure canonico &c. conſideratur dupliciter, quòd ſi fuerit
commiſſum in figura matrimonii &c. in alio punietur, quia
quamdiu vivent etiam cum aliis non potuerunt contrahere ma-
trimonium canon. Qui propinquam 35. quæſt.2. & Farinac. in
Prax. tom.4. quæſt.149. num.142.* ibi: *Quia adhuc Contra-
hentes inceſtuoſas nuptias non poſſunt cum aliis contrahere.*

In qua parte verba ejuſdem punctualis Textus ſunt adeo
clara, adeoque cubitalia ut videatur intellectus debilitas red-
ducere Doctorum authoritates ad id explicandum, ut dice- 70
bat *Gratian. dec. March. 85. num.10.* ut patent Conſideranti
dicta verba *Textus*, quæ ſunt ſequentia *Qui propinquam ſan-
guinis Uxorem ducunt, & ſeparantur* quæ toto Cœlo diſtant
ab aliis: *Si quis cum duabus fuerit fornicatus, aut cùm de his
Perſonis, de quibus ſacra Scripta prohibent*, quia prima ver-
ba ſpecificant inceſtum in figura Matrimonii, ſecunda verò
eundem inceſtum denotant, ſed ſine Matrimonii colore, ut
Conſideranti manifeſtum eſt. Neque deeſt in utroque caſu 71
palpabilis diverſitatis ratio, quia in primo maxima, ſecun-
do verò nulla irrogatur injuria mägno matrimonii Sacra-
mento.

Neque huic ſecundæ parti dictæ diſtinctionis applicantur
ea, quæ de periculo fornicationis aſſerunt Doctores, lo-
quentes de inceſtu, commiſſo extra figuram matrimonii:
Quia licèt inceſtuoſas contrahens nuptias non poſſit matri- 72
monium contrahere cum aliis mulieribus, juxta authorita-
tes, ſupracitatas, poteſt tamen ſervatis ſervandis validè ite-
rum contrahere cum illa, quam ſub matrimonii colore de-
floravit; Et proinde nullo modo verificatur idem inconve-
niens, eo quia ducendo eandem in Uxorem, ad ſui libitum
poteſt ad praxim reducere conſilium illud *Aopoſtol. 1. ad Co-
rint. 7. 8. Si ſe non continent, nubant*, & aliud ibidem 2.
*Propter fornicationem autem unuſquiſque ſuam Uxorem
habeat.*

Minoris ſubſiſtentiæ eſt ſecundum objectum, quòd pro
incurrenda dicta inhabilitate probari debeat ſcientia certa, 73
& indubitata præciſi gradus conſanguinitatis reſpectu Viri,
quòd in caſu noſtro prorſus improbabile ſit, eo quia ſermo
eſt de Viro magnatitiæ qualitatis, non autem de ſummo
Practico Datariæ. Imò verificatur in eodem magna bona
fides, dum matrimonium contraxit prævia Apoſtolica di-
ſpenſatione.

Pro eo enim, quòd attinet ad dictam præciſam ſcientiam
certi gradus conſanguinitatis, reſpondemus, hujuſmodi 74
criticationem vim facere claris, & cubitalibus literis dicti
Textus in *canon. Qui propinquam*, in quibus ignorantia ex-
cuſans ab inhabilitate contrahendi aliud matrimonium, re-
ſpicit ipſam conſanguinitatem in genere, in quocumque
gradu illa verificetur, non autem reſtricta eſt ad ignoran-
tiam ejuſdem conſanguinitatis, potiùs in uno, quàm in alio
gradu, quòd evidens eſt ex ſola illius lectura ibi: *Qui pro-
pinquam ſanguinis Uxorem ducunt* (Ecce verba comprehen-
dentia omnes gradus conſanguinitatis) *& ſeparantur, non* 75
*licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias Uxores ſibi in con-
jugio ſociare, niſi ignorantia excuſentur.*

Ex quibus remanet manifeſtum, ignorantiam referri ad
propinquitatem ſanguinis inter illos gradus, inter quos ve- 76
rificatur inceſtus, non autem ad unum, vel alium gradum
ejuſdem propinquitatis: Et ratio rationis hæc eſt, quia in-
habilitas contrahendi matrimonium cum alia muliere, in-
ducta fuit ad impediendas inceſtuoſas nuptias, ex adductis
per *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.8. cap.3.* cum aliis citatis ſu-
pra. Nuptiæ autem inceſtuoſæ ſemper verificantur, quando
ſermo eſt de conſanguinitate à primo uſque ad quartum gra-
dum juxta doctrinam *D. Thom. 2. 2. quæſt.154. art.7.* ſequu- 77
tum à *Filiucc. tom 1. tract 10. de Sacram. Matrim par.2. cap.
10. num.278.* cum aliis, adductis a *Zuff in Inſtit. crim. lib.2.
tit.27. litt. CC.* & ſequutis in *Inſtitut. crimin. libr.3. tit.5.
à num.13.*

Reſpectu verò bonæ fidei, innixæ Gratiæ diſpenſatio-
nis obtentæ ab Apoſtolica Sede, dicimus, id nullam omni-
nò habere facti aſſiſtentiam, ſed potiùs ad hominem verifi-
cari oppoſitum; Quòd non probamus præſumptionibus, & 78
conjecturis, quæ ad noſtrum effectum ſuperabundarent, ex
adductis per *Maſcard. de Probat. concluſ.57. num 7. & 8. Pa-
nim. deciſ.93. annot.1. num 15. & Rot. deciſ.8. num.30. & ſeq.
cor. Arguel.*

Sed intra evidentiæ fines id ponit Epiſcopus Luceorien.
pro veritate, & conſcientia ab hac Sac. Congreg. requiſitus, 79
& loquens cum fundamento authenticorum documentorum,
ab ipſo recognitorum, ſequentibus verbis quæ nullam ad-
mittunt contrariam gloſſam, vel detorſionem in alium ſen-
ſum: *D. Caſtellanus, uti Vir, diſpenſationem ante à S. Sede*

procu-

*procuravit, & obtinuit de ſolo quarto, ſubticito ex induſtria*
*tertio, Sponſa ſua Duciſſa Conſtantia inſcia*, & ibi: *ſub. &*
*obreptitiæ obtentæ diſpenſationis, quam tamen ipſe procura-*
80 *verat, uti ex documentis probantibus intellexi, & quia ipſe*
*horum conſcius erat, per ſe cauſam aggredi noluit*, & ibi:
*Cùm perſpexiſſem dolum taciti Actoris &c.*

Quæ omnia ſubſequutus eventus, & actus, poſtea geſti,
81 intrà evidentiæ fines poſuerunt; Etenim non ſolum ortus
fuit rumor, antequam diſpenſatio exequutioni demandare-
tur, quòd illa ab eodem obtenta, nulla erat ob reticitum
gradum propinquiorem conſanguinitatis; Sed ex eodem
motivo poſitivum dubium excitatum fuit coram Apoſtolico
Exequutore circa ſubſiſtentiam, vel inſubſiſtentiam dict. di-
ſpenſationis, quæ omnia commendabili ingenuitate referuntur
ab Epiſcopo in ejus Relatione.

Innegabilis proindè remanet in his circumſtantiis præciſa
82 ſcientia certi gradus conſanguinitatis, cui innixum erat
idem dubium validitatis diſpenſationis, excitatum ante il-
lius exequutionem, & propereà æquè innegabilis remanet
mala fides, præcedens, nedum contractum, ſed etiam con-
ſumationem matrimonii, de quo diſputamus, ut Conſide-
ranti manifeſtum eſt: Neque poterit facilè ſuaderi, quòd
dictum dubium validitatis diſpenſationis, à Viro obtentæ,
fuerit ignoratum, dùm utì ab Exequtore publicè, & palam
promotum, & publicatum antè exequutionem diſpenſatio-
nis, dici poterat notorium, per ea, quæ notant commu-
niter *Repetentes in cap. Tua nos de Cohabit. Cler. & Mulier.*
*& de Angel. de Delict. par.1. cap.126. num.2.* Quòdque omnia
83 hæc eidem Viro probè nota erant, in ſpecie affirmat idem
Epiſcopus in dicta Relatione ibi: *Et quia horum conſcius*
*erat, ideſt* Vir.

Omnium denique debilius eſt tertium ſubterfugium ad evi-
84 tandam applicationem punctualium reſolutionùm hujus S.
Congregat. & præcipuè in *dicta Salernitana*, cum ſuppoſi-
to, quòd in dicto caſu matrimonium clandeſtinè fuiſſet con-
tractum; Hoc enim nullo modo regit in facto, quia in dict.
caſu matrimonium contractum fuerat coram Parocho, &
teſtibus, in quibus circumſtantiis non clandeſtinè, ſed in fa-
cie Eccleſiæ ſemper contractum dicitur, juxta diſpoſita in
*Conc. Trident. ſeſſ.24 de Reform. Matrim. cap.1.* & animad-
verſa per *Rot. deciſ.431. num.4. cor. Royas, & in Leodien.*
*Matr. 29. Aprilis 1699. §.1. cor. Card. Priolo, & in Carpento-*
*raten. Matrim 28. Aprilis in princ. cor. eodem, & in Placen-*
*tina Matrimon. 18. Novembris 1715. §.1. cor. Card. Scotto*,
85 ubi quòd ſubſtantia validitatis matrimonii reſtricta eſt ad ſi-
multaneum conſenſum Contrahentium, cor. Parocho, &
duobus teſtibus explicatum.

Licèt autem in d. caſu omiſſæ fuiſſent ſolitæ denunciatio-
86 nes, iſtarum omiſſio validitati matrimonii nullatenus obſtat,
neque illud tanquam clandeſtinum, nullum reddunt, ex
animadverſis per *Sanch. de Matrim. lib.3. diſput.5. num.3.* &
firmatis per *Rot. deciſ.1099. num.4. cor. Seraph & deciſ.433.*
*num.13. par.14. rec. & in Placentina Matrim. 15. Martii 1715.*
*cor. Card. Scotto*, ubi, quòd denunciationum culpabilis omiſ-
ſio reddit quidem matrimonium illicitum, ſed ipſum non
irritat, neque invalidum reddit.

Eo autem tempore, quo Scribentes pro Viro, indicantes
87 circumſtantias dictæ reſolutionis in *Salernitana*, conati ſunt
illius inapplicabilitatem aperire, ad oculum demonſtrarunt,
illam punctualiſſimè verificari in noſtro caſu: Itaut cum om-
ni proprietate dicere poſſimus, militare pro hac parte præ-
ciſam, & punctualem legem quales ſunt reſolutiones hujus
Sacr. Congregat. ex animadverſis per *Rot. dec.7. num.3.* apud
*Antonell. de Jur. Cler.*

Aſſeruerunt enim, quòd in d. caſu Vir (ſunt præciſa
88 verba) *ſumma cum fraude, revoluto Mantello, ſpreta Di-*
*ſpenſatione Apoſtolica, & contra fidem datam, & in præju-*
*dicium Mulieris, quam cognoverat &c. amplius matrimonium*
*cum illa contrahere recuſavit.*

Quæ omnia punctualiter verificantur in præſenti caſu, in
quo de induſtria Viri in expedienda diſpenſatione ſubrepti-
89 tiè, & obreptitiè, deque Mulieris præjudicio, quam co-
gnovit, & non ſolùm hodiè ampliùs cum illa matrimonium
validè iterùm contrahere recuſat, ſed palliato nomine pro-
curatoris Fiſcalis declarationem illius nullitatis totis viribus,
in Curia Epiſcopali procuravit, teſte omni exceptione ma-
jore Epiſcopo, ibi: *Contracto tali matrimonio, & conſuma-*
*to, aliquot Septimanis Sponſi cohabitarunt, &c.* & ibi: *Idem*
90 *D. Caſtellanus actionem intentavit ad divortium ſub funda-*
*mento, ſub, & obreptitiæ obtentæ diſpenſationis, quam ta-*
*men Ipſe procuraverat, ut ex documentis probantibus intel-*
*lexi, & quia Ipſe horum conſcius erat, per ſe Cauſam aggredi*
*noluit, ſed Fiſcalem Curiæ meæ ſubornavit, & ſub nomine*
*palliato actionem inſtituit, cum perſpexiſſem dolum taciti Acto-*
*ris &c.* cui Relationi omnis in hac parte adhibenda eſt fides,
juxta firmata per *Rot. in Cremonen. Beneficii 21. Maii* 1708.
*§. Verùm cor. Lancetta*, cum aliis ſupra citatis.

Neque ad excludendam inhabilitatem Viri ad contrahen-
dum matrimonium cum alia Muliere, applicantur regulæ 91
ex adverſo inculcatæ, quod ſumus in terminis pœnalis diſpo-
ſitionis, quodque in dubio ſemper inclinandum ſit pro illius 92
excluſione.

Quia non ſine improprietate impedimentum, ſe tenens ex
parte Viri, nulliter contrahentis, & mala fide, multis 93
Septimanis conſumatis matrimonium cum Muliere, ſibi ar-
cta conſanguinitate juncta, & impediente matrimonii con-
tractum, appellatur pœna, ex quo illud verè, & propriè
nihil aliud eſt, quàm ſimplex inhabilitas, ſeu ineptitudo
materiæ ad contrahendum matrimonii Sacramentum; Cùm
enim Sacramenta ad eorum validitatem pernecesſè requirant
concurſum materiæ, & formæ, juxta modum de illis diſcur-
rendi, primo loco uſurpatum *à Guillelmo Altiſſiodorenſi*,
quem deinceps omnes Theologi ſequuti ſunt, teſtibus *Mo-*
*rin. exercitat.1. de Sacram. Ordin. & du Hamel. in Theolog.*
*ſpecul. & pract. tom.7. tract. de Matrim. lib.1. diſſert.3. cap.5.*
*per tot. Bonacin. Oper. moral. tom 1. tit. de Sacram. in gener.*
*diſput.1. quæſt.2 propoſit.1. num.3.* ubi quod hodie id eſt de 94
fide, utì ſtatutum *in Conc. Generali Florentino de Inſtit. Ar-*
*menor. & in Trid. in Decr. de Sacram.* Et materia Sacramenti
Matrimonii ſint ipſæmet perſonæ contrahentes, ut uno ore
notant Theologi, ſequuti *à Card. Bellar. contr.1. de Matr.*
*cap.6. Suarez in 3. par. D Thom. tom.3. diſput.2. ſect.1. con-*
*cluſ.3. Caſal. de Veter. Sacr. Chriſti Ritib. cap.1. num.18. &*
*Gavard. in Theolog. exantiquat. tom.6. quæſt.2. de Matrimon.*
*artic.2. §.1. numer.4. fol.255.* Eo ipſo, quòd quis matrimo-
nium cum Conſanguinea contrahit, & conſumat, non da-
tur materia apta ad conficien. idem Sacramentum ex parte
Viri, & conſequenter ſi duceret aliam mulierem in Uxo-
rem, daretur acceſſus ad non ſuam, contra Divinum Præ-
ceptum, ut benè diſcurrendo notant *Araux d. triſ 1. Moral.* 95
*diſp.11. de Stat. Civil. quæſt.3. num.5. fol.497. Sanch de Ma-*
*trim. lib.3. diſp 17. num.4. Paſqualig. de Privileg. conſtit. in*
*artic. mortis quæſt.419. num.3. & per tot.* & firmavit *Rot. dec.*
308. *num.3. & 4. cor. Dunoz. ſenior.* ibi: *Quod eo magis eſt di-*
*cendum, quia Sacr. Concil. omnes Perſonas, non ſervata hac*
*forma, contrahere volentes, inhabilitat, ideſt ipſam mate-*
*riam Sacramenti, ex quo ſequitur propter hanc ineptitudi-*
*nem materiæ non ſubſiſtere matrimonium &c. Et hæc eſt ratio*,
*cur nullo modo poſſunt Conſanguinei matrimonio copulari ſub* 96
*prætextu cujuſvis neceſſitatis, quia inhabilitatis perſonis*,
*innabilis redditur materia &c. Eo enim ipſo, quòd Eccleſia*
*inhabilitat materiam, ideſt perſonas, aliter contrahentes*,
*daretur acceſſus ad non ſuam contra Præceptum divinum.*

Et ex hac ſolida reflexione retorquetur potiùs, quàm ob-
ſtet propoſitio, quòd in dubio ſemper reſpondendum ſit pro 97
excluſione pœnæ; In dubio enim validitatis Sacramenti,
non eſt permiſſum illa cum tali dubio conficere, ut ſancivit
*Ven. Dei Servus Inn. XI. 2. Martii* 1679. *prop.1.* Imò graviter
peccaret qui ad dictum effectum ûteretur materia cum du- 98
bio, quòd illa apta eſſet ad conficiendum Sacramentum, ex
adductis à *Bonac. Oper. Moral. tom.1. tit. de Sacram. in gener.*
*diſp.1. quæſt.2. punct.1. per tot.* ubi *num.32.* ſequentem addu-
cit ſtringentem rationem, *quia exponit ſe periculo faciendi*
*Sacramentum invalidum, cùm fieri poſſit, ut revera illa mate-* 99
*ria &c. non ſit ſufficiens. In moralibus autem exponere ſe peri-*
*culo faciendi Sacramentum invalidum perinde eſt, ac facere*
*Sacramentum invalidum*, & concordant *Filliuc. Oper. mo-*
*ral. tract.1. cap.4. quæſt.10. per tot. Conincb. de Sacrament.*
*quæſt.60. art.6. num.50 & 80. & Gavard. in Theolog. exanti-*
*quat. tom.6. quæſt.2. art.3. num.7.*

Poterat autem omitti exageratio illa, quòd in margine
dicti *can. Qui propinquam* legantur dubitativa verba hæc 200
*Fortaſſe iſta Gratiani*, quodque *Pag. in Vit. Pontif. Roman.*
aſſerat, ſuppoſita eſſe omnia ea, quæ *Gratianus* ſcribit de
Decretis S. Fabiani Papæ.

Reſpectu ſiquidem dictæ prætenſæ Apoſtillæ, neſcio an
illa in facto ſubſiſtat; Hoc unum ſcio, quòd in meo Co- 101
dice, Venetiis impreſſo anno 1572. illa nullatenus le-
gitur.

Reſpectu verò d. gratuitæ, & divinitativæ aſſertionis d.
moderniſſimi Authoris.

Reſpondeo primò cum punctuali authoritate *Monacel. in*
*Formul. tom.2 tit.13. formul.1. num 11. fol.6.* quòd non ca-
rent admiratione ſimiles gratuitæ modernorum Authorum

ex-

expreſſiones, eo quia *Decretum Gratiani* correctum fuit per
tres Summos Pontifices, nimirum Pium IV. S. Pium V. &
Gregorium XIII. ibi: *Nam quòd hic Author fidenter aſſerat
&c. quòd Epiſtolæ &c. quæ inſertæ leguntur in Codice Gra-
tiani, non ſolùm ſint antiquatæ, ſed fictitiæ, ſuppoſitæ, fal-*
102 *ſæ; & confictæ, non obſtante correctione d. Codicis per Pium
IV. Pium V. & Gregorium XIII. demandata, & executa &c.
videtur in hoc ſequi Criterium aliquorum &c. qui ferè nihil
certi antiquitati &c.*

Reſpondeo ſecundò, quòd verba dicti Textus non ſunt
103 paleæ, vel annotationes *Gratiani*, ſed ſunt propria verba
ejuſdem S. Pontificis Fabiani primi, utì talia recognita, &
approbata ab omnibus *Repetentibus*, aliiſque Authoribus,
ſupra citatis; Et quod magis eſt utì ejuſdem Sancti Pontifi-
cis canonizata etiam ab hac Sacr. Congregat. fuerunt in tri-
bus reſolutionibus, de quibus ſupra, & quotidiè approban-
tur à Dataria, de cujus Stylo ſequens apponi ſolet clauſu-
104 la in ſimilibus diſpenſationibus: *Quod alter alteri ſupervi-
vens, perpetuò abſque ſpe conjugii remaneat*, de qua ſupra,
hodiè comprobato à multis aliis exemplis, adductis in Sum-
mario Datariæ.

Eſt autem ſine ullo Contradictore propoſitio iſta commu-
105 niter recepta, quòd Stylus Datariæ legem faciat, quòdque
utì Lex ſervandus ſit, ea ratione, quia illa dicitur Papæ
Organum, ut diſcurrunt *Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 63.
num. 60. Card. de Luc. de Benef. diſc. 16. num. 9. & diſc* 103.
*num. 10. & Rot. dec. 703. num. 11. cor. Cerr. & dec. 814. num. 4.
cor. Emer. ſenior. & dec. 379. num. 2. par. 18. rec.*

Adverſus quem non merentur attendi piæ meditationes
unius, vel alterius Religioſi clauſtralis, quia ſumus in ter-
minis quæſtionum, concernentium Forum externum, in
quo Canoniſtarum, & Juriſtarum opinio præfertur opinio-
ni Theologorum, & Moraliſtarum, ex adductis per *Fagn.
in cap. Super eo num. 5. de Condition. appoſit.* ubi quòd S. Pius
V. in quadam gravi Cauſa matrimoniali, relicta opinione
Theologorum, ſequutus fuit illam Canoniſtarum, & *Card.
de Albic. in Diſcept. 2.* impreſſa apud *Card. de Luc. de Ju-
riſd. diſc. 34. num. 1.* & per eumdem *Card. de Luc. de Matrim.
diſc. 3. num. 7.* ibi: *In iis, quæ concernunt Forum externum,
ſequenda eſt opinio Canoniſtarum, non autem Theologorum,
quorum partes ſunt agendi de concernentibus Forum internum,*
& priùs *in Tract. de Cenſib. diſcurſ. 36. num. 8* ibi: *Moralibus*
106 *nimium quidem, ac reverenter deferendum eſt in iis, quæ
concernunt Fidem, ac etiam Forum internum; Parum verò
in materiis forenſibus, in quibus non ſunt verſati; Ideòque
potiùs deferendum eſt Juriſtis; Quinimò inter ipſos Juriſtas
adhibenda eſt diſtinctio inter Scholaſticos, & Forenſes, at-
que in ipſo genere Forenſium, inter illos, qui in magnis Ci-
vitatibus, & Tribunalibus benè verſati ſint, & illos, qui in
parvis Locis, ſive quòd etiam in magnis, modicam habentes
Fori praxim, vel occupationes, Cameralibus ſtudiis deditì,
in abſtracto, alios tranſcribendo, Libros componant:* Quæ
omnia mirabiliter noſtris terminis applicantur, quia Autho-
res, probantes nullitatem Matrimonii in noſtris terminis,
non ſolùm ſunt optimi Canoniſtæ, & inſimul Juriſtæ, ſed
egregii Practici Datariæ; E contra verò contrarii Authores
non ſolùm verſati practicè non ſunt in materiis, quas tra-
ctant, ſed unus alterum ſimpliciter tranſcribit mediante illo
ſtudio, quod *Cardin. de Luc.* ubi ſupra vocat Camerale,
quod repetit *in tract. de Regalib. diſc. 147. num. 2.* ibi: *Ob
quam rationem, à nimium frequenti experientia comproba-
tum, mea conſuetudo eſt parum deferendi iis Scriptoribus,
qui, alioquin docti, & ingenioſi, nullam; vel modicam Fo-
ri in magnis præſertim, ac primariis Tribunalibus notitiam
habentes, omnia dicunt theoricè, & in abſtracto, ex ſola
Librorum lectura, & revolutione, & de Canon. diſc. 33. nu
mer. 9.* ubi refert vulgatum illud *Romana ſingular. 654. Le-
giſta ſenza Capitoli, val poco, ma il Canoniſta ſenza Legge,
val niente.*

Et in terminis, quòd in conflictu opinionum, ſemper
107 procedendum ſit cum illa, quæ eſt conformis Stylo Data-
riæ, ea viva ratione, quia illa eſt organum Papæ, egregiè
obſervat *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib. 6. cap. 3. num. 25. Pa-
riſ. de Reſinat. lib. 11. quæſt. 13. num. 177. Rot. dec. 632. nu 21.
cor. Dunoz. jun.* ibi: *Quæ Datariæ obſervantia eſt magnifa-
cienda, cùm illa ſit organum vocis, & mentis Papæ*, cum
aliis, citatis *à D. Piton. de Controverſ. Patron. allegat. 16.
num. 11.* ubi, quòd omnis præſumptio militat pro Stylo Da-
tariæ, præſertim quando ille eſt inveteratus, ea ratione,
quia præſumitur habere fundamentum rationis, & con-
108 gruentiæ, *& diſcept. Eccleſ. 6. num. 5.* ibi: *Stantes pro ne-
gativa Sententia, & quibus aſſiſtit praxis Datariæ Apoſtolicæ,
cujus declarationibus, & Stylis tanquam approbatis, & quo-
tidiè ſtantibus ſub oculis Summi Pontificis, in conflictu opi-
nionum eſſe omnino deferendum in puncto concludit &c.* & con-
cordant adducti *per Amayden. de Stylo Datar. cap. 3. num. 1.
& ſeqq.* ubi illam adducit ſolidam rationem, quòd Datarius 109
dicitur repræſentare Perſonam, ipſius Principis, & cùm
Papa, medio ipſius, agat ea omnia, quæ tranſeunt per Da-
tariam, geſta per Datarium perinde habentur, ac ſi geſta
fuiſſent ab ipſomet Papa.

Quæ omnia eo magis admittenda videntur in præſenti,
ex quo in Regno Poloniæ, & magno Lithuaniæ Ducatu,
omnes ferè nobiles Familiæ conſanguinitatis vinculo taliter 110
junctæ ſunt, ut ſemper inter Conſanguineos ibidem, præ-
via tamen Apoſtolica diſpenſatione, contrahantur matri-
monia, ut obſervat Epiſcopus in Relatione ibi: *Unicum
inſuper pro meliori Informatione adjicio, quòd his in Parti-
bus omnes Familiæ inſigniores &c. ità ſunt cum aliis conſan-
guinitate allegatæ, ut extra nexum ſanguinis vix paria in-
venire valeant connubia.* Et proindè magna aperiretur via 111
innumeris inconvenientibus, ſi in eiſdem Regno, & Ma-
gno Ducatu permitteretur Viris primas Uxores relinquere
poſt contractum, & pluſquam conſumatum matrimonium,
aliaſque ſibi novo conjugio ſociare, prætextu nullita-
tis, ob gradus conſanguinitatis minùs candidè, & ex
induſtria expreſſos in illis Diſpenſationibus, quas, in-
ſciis innocentibus mulieribus, ipſimet Viri expedire pro-
curarunt.

Neque ſubſiſtunt contrariæ exagerationes, quòd præſens
lis ortum habuerit à prætenſionibus Dotis, quia eadem 112
diſſidia ſuam originem habuerunt ab aliis cauſis, non autem
à pecuniariis prætenſionibus Dotis, jam conſtitutæ, & ſta-
bilitæ ante contractum matrimonii; Quòd probamus ex in-
genua Relatione Epiſcopi, ibi: *Exortis demùm diſſidiis ex
cauſa D. Caſtellani, malè tractantis ſponſam, Familiæ Du-
calis nobiliſſimæ;* In quibus circumſtantiis omnia Jura cla-
mant ſuccurrendum in hac parte eſſe Mulieri, ex omni parte
afflictæ, & malè tractatæ ab ejus Viro, ex firmatis per 113
*Rot. in Capuana Juriſpatr. 8. Junii* 1709. *§. Fortiùs coram
Aldrovando.*

Et quod magis eſt, poſtquam Vir abſtulit à Muliere id,
quòd neque Deus ipſe poteſt illi reſtituere, juxta dictum *S.* 114
*Hieronym. in Epiſtola ad Euſtochium* regiſtrata in *canon. Si
Paulus 32. quæſt. 2.* ibi: *Audacter dicam, cùm omnia poſſit
Deus, ſuſcitare Virginem non poteſt poſt ruinam*, ubi *Gloſſ.
verb. Suſcitare* rationem adducit his verbis: *Deus non poteſt
facere quin fuerit corrupta, quia factum non poteſt non eſſe* 115
*factum*, læto animo, prætextu ſub, & obreptitiæ Diſpen-
ſationis, ab ipſomet impetratæ, & procuratæ, intentavit
actionem pro obtinenda declaratione nullitatis matrimonii,
de quo diſputamus, ad effectum tranſeundi ad ſecunda Vota
cum alia Muliere, & cum tali, tantoque ejus præjudicio,
quæ omnia à me humillimè expoſita huic Sacroſancto Sena- 116
tui, pronis auribus excepta fuerunt, & in maxima conſide-
ratione habita *in dicta Salernitana Matrimonii* 17. *Novembr.*
1708. quando non ſolùm intrepidè reſpondit, & Virum ef-
fectum fuiſſe inhabilem ad contrahendum cum alia Muliere
matrimonium, ſed intrepiditate majori die 11. Januar. 1710.
denegavit eidem gratiam tranſeundi ad alia vota cum diver- 117
ſa Muliere, non obſtantibus, neque attentis omnibus illis
exagerationibus periculi fornicationis, & aliis, que plus ju-
ſto magnificari, & amplificari ſolent ex adverſo.

Deveniendo modo ad primum dubium non meretur atten-
di reflexio, quòd pro matrimonii nullitate licèt citentur mul- 118
ti claſſici Authores, nulla allegetur reſolutio hujus Sacr.
Congregat. Reſpondemus enim quòd pro nullitate matrimo-
nii militant multa Oracula Summorum Pontificum, imò
ipſorummet immediatorum Succeſſorum S. Pii V. regiſtrata 119
in Summario Datariæ, ubi adducta fuerunt duo ipſiuſmet
S. Pii V.

Inter quæ celebre eſt illud Urb. VIII. quod per extenſum
regiſtravit *Barboſ. Vot. deciſ. 3. à num. 8.* quo mediante in 120
punctualibus terminis noſtri caſus idem Summus Pontifex
rotundè declaravit, nullum eſſe matrimonium, contractum
ante Literas declaratorias, reticito propinquiori gradu con-
ſanguinitatis.

Nec replicetur, eundem Summum Pontificem tali Oraculo
mediante non determinaſſe nullitatem ſimilium matrimonio- 121
nium per viam Legis generalis, ſed ſolùm id declaraſſe reſ-
pectu determinati matrimonii, de quo tunc temporis ageba-
tur in illa Cauſa *Toletana Diſpenſationis.*

Ultra quòd enim ſpeciale eſt in omnibus Pontificiis Ora-
culis, quòd illa faciant Legem quoad omnes caſus ſimiles,

licèt

licèt emanaverint in particularibus Cauſis, ut patet ex toto
122 Corpore Juris Canonici, cujus Capita quotidiè allegantur pro deciſione ſimilium Cauſarum, etiamſi emanaverint in particulari caſu.

Procedendo etiam cum Authoribus illis, qui in contrarium inclinant opinionem, objecto occurrit *Rot. in Mindonien. prima Martii 1706. §. Eòque fortiùs cor. Anſald.* his ver-
123 bis: *Intrante dilemmate, quòd, vel hoc Breve, ſeu Bulla, erat verè generalis reſpectu omnium, qui ſalubrem vovent, & præſtant obedientiam Summ. Rom. Pontifici, & res tranſibat ſine difficultate. Aut erat (quemadmodum ſe involvunt Tractantes de materia) definitio particularis, edita pro Eccleſia, & Archiepiſcopatu Tarentino; Tùncque ſi credulitatem, & venerationem præſtaremus Bartolo, vel Baldo, Hoſtienſi, aut Panormitano in aliqua diſcuſſione Juris, quare non erat*
124 *circumſpectanda definitio Supremi Principis, Paſtoris, & Judicis Eccleſiæ Univerſalis ſuper articulo, cæteroquin valdè per privatos DD. conflictato? Quando ſecundùm noſtram imbecillitatem habemus quotidiè affirmatam, quòd authoritati magni Doctoris ſtandum ſit in quacumque materia, ſuaptè natura diſputabili, & ambigua, teſte Jaſone &c.*

Indeque in illis quæſtionibus, in quibus Authores in con-
125 trarias claſſes diviſi ſunt, praxis Sacrarum Congregationum illa eſt, ut ſemper præferatur illa opinio, quam in Facti contingentia Summi Pontifices ſequuti fuerunt in uno, vel altero particulari caſu, ut noſtris temporibus practicari vidimus in illa quæſtione: *An Summus Pontifex diſpenſare poſſit in matrimonio rato, & non conſumato, diſſentiente uno ex Conjugibus*. In alia: *An poſſit diſpenſare in Voto ſolemni Caſtitatis*, in quibus hodiè prævalet illa pars, pro qua militant Summorum Pontificum particulares Gratiæ, ſeu facta.

Quòd autem Summi Pontifices ſoliti fuerint in hac parte
126 approbare oppinionem illam, quæ ſtat pro nullitate matrimoniorum, juxta circumſtantias noſtri caſus contractorum, patet ex multis ſimilibus Brevibus, in Summario Datariæ exhibitis; Inter quæ, ut ſupra vidimus magnam merentur animadverſionem duo, expedita tempore S. Pii V. Primum *in Salamantina 4. Octobris 1569 lib. 2. Matrim. Pii V. fol. 402.* Secundum verò in *Spoletana 15. Aprilis 1571.* in quibus
127 mandat idem Sanctus Pontifex, quòd ſi matrimonia contracta erant cum probabili ignorantia gradus proximioris; Apoſtolicus Delegatus diſpenſaret, ibi: *Si ita eſt, & ignorantia hujuſmodi probabilis fuerit, cum ipſis Fabrino, & Apollonia dummodo &c. quòd impedimento tertii affinitatis gradus hujuſmodi ac Conſtitutionibus &c. matrimonium inter ſe de novo publicè ſervata forma &c. diſtantiam verò ſecun-*
128 *di gradus prædicti eis non obſtare declares, Prolem ſuſceptam, ſuſcipiendam &c.* Verba enim hæc *de novo contrahere* digito indicant nullitatem matrimonii, antecedenter contracti, ut in noſtris punctualibus terminis advertit *Leo in Prax. par. 2. de Diſpenſat. Matrim. § Quo ad facultatem fol. 177. & 216.* ibi: *Hac ſua formula demonſtrat &c ipſius Curiæ Romanæ praxim, dum imponit de novo contrahendum; Niſi enim matrimonium fuiſſet invalidè contractum, non juberet de novo illud contrahendum.*

Idque comprobatur etiam ex illis aliis verbis: *Prolem ſu-*
129 *ſceptam, & ſuſcipiendam legitimam decernendo &c.* Si enim prius matrimonium validum ab initio fuiſſet, opus hujuſmodi legitimatione non fuiſſet, quia proles ab initio fuiſſet legitima, ut Conſideranti patet, & notat *Corrad. de Diſpenſat. Matrim. lib. 9. cap. 3. num. 46.*

Comprobatur ulteriùs ex illis enunciativis, quæ leguntur
130 in aliis Brevibus Succeſſorum Summorum Pontificum ibi: *Non quarto tantùm, ſed tertio, & quarto affinitatis invicem ſe attinere repertum extitit, propter quod tu Fili Vicarie Literas præfatas tanquam nullas, & invalidas, exequutioni*
131 *demandare recuſaſti*; Obſervando verba illa *tanquam nullas, & invalidas*, quæ nullam admittunt gloſſam, nullamque admittunt conciliativam interpretationem.

Itaut ex his omnibus, & aliis ſimilibus Brevibus, addu-
132 ctis in Summario Datariæ, concludenter probetur Stylus in noſtris terminis, qui non ſolum ſervandus pro lege eſt ex ſupra animadverſis; Sed non ſine legali fundamento Datariæ Stylo applicari poteſt illud: *Noli me tangere*, attributum
133 publicis Inſtrumentis à *Farinac. quæſt. 156. num. 156.* ſequuto in *Inſtit. crim. lib. 1. tit. 4. num. 34.*

Si enim in longè debilioribus terminis Styli Curiarum, etiam inferiorum, puta Curiæ A. C. Signaturæ Juſtitiæ, &
134 Rotæ pro legibus ſervantur, (ex notatis *per Ridolphinum in Praxi par. 1. cap. 1. num. 79. & ſeqq. & Amayden. de Styl. Datar. cap. 38. num. 7. & ſeqq.* Quantò magis idem dicendum eſt de dicto Stylo Datariæ, circa quem adeo uniformes, adeoque concordes ſunt omnes Doctores, loquentes de illius Praxi circa noſtram inſpectionem, ut difficile ſit inve- 135
nire aliam concluſionem, in qua Doctores cum majori conſonantia conveniant, quibus attentis cum omni legali fundamento *idem Stylus dici poteſt Lex Canonica, vel Conſtitutio Papalis*, ut ſequendo *Gomez in Reg. de Subrog. quæſt. 5. num. 4. & in Reg. de trienn. quæſt. 7. num. 3.* per hæc numero verba id aſſerit inſignis noſtræ ætatis Canoniſta *D. Piton. diſcept. 47. num. 14.*

Quòdque Papæ voluntas ſuperlativè comprobetur ex Datariæ Stylo, egregiè notat *Card. de Luca de Penſion. diſc. 38. num 5* ibi: *Taliſque eſt Datariæ Stylus, cui nimium deferendum venit, cum Dataria, & Cancellaria Apoſtolica dicantur organum Papæ, cujus voluntas ex hujuſmodi Stylo deſumi ſolet*; Idemque priùs obſervaverat *in dicto Tract. de Penſ. diſc 2. num. 9. & diſc. 12. num. 7.*

Nec augendæ ſunt piæ meditationes unius, vel alterius Religioſi Clauſtralis, potiùs divinativè, quàm ſolidè di- 136
ſcurrentes de eodem Stylo Datariæ, nempe *Tambur. de Sacram. lib. 8. tract. 2. tit. de Diſpenſ. cap. 9. § 7. num. 9. Gobat. in Theolog. exper. tract. 9. cap. 22. in append. nu. 620 fol. 1003. P. Syrus, in quodam manuſcripto*; Ultra enim ea, quæ ſupra obſervavimus pro reſponſione adverſus impugnantes dictum Stylum Datariæ; Dicimus, quod cùm idem Stylus Datariæ nihil aliud ſit, quàm jus non ſcriptum, ſeu facta Summorum Pontificum, ex latè animadverſis per *Amayden. de Stylo Datariæ cap. 38.* per totum; Dum de iſtis factis ha- 137
bemus authentica documenta, in Summario Datariæ exhibita, non eſt circa illa recurrendum ad intentionem, & interpretationem diverſam ſub colore introſpectæ voluntatis Papæ; Ut in terminis durioribus concurſus non intentionis, & ſpeculationis, ſed verborum, & factorum, quòd facta ſemper prævaleant verbis, habemus *Textus in leg. Paulus ff. Rem rat. haber. & leg. De quibus ff. de Legibus* cum concordantibus apud *Rota deciſ. 21. numer. 8. coram Celſo.*

Idque verum eſt, etiamſi verba Brevium eſſent nimis clara, & æqualiter literalia, quia in his etiam terminis factum, 138
obſervantia, & Stylus contrarius ſemper præferendus eſſet verbis, etiamſi contrarius intellectus eſſet de Jure verior, magiſque accommodatus verborum ſenſui, ea viva ratione, quia talis præſumitur ſenſus in verbis, qualem demonſtravit obſervantia ſubſequuta, & Stylus, poſtea practicatus, & in terminis interpretationis Conſtitutionum Summorum Pontificum egregiè advertit *Rot. in Romana 3. Decembris 1696. §. Quod talis cor. Card. Priol. & dec. 12. n. 24. apud D. de Proſper. de Territ. ſeparat.* cum quibus proceſſit *hæc Sac. Congregat. in Romana Diſtributionum 14. Novembris 1699.* 139
de qua *in tom. 1. par. 2. diſcept. 16. num. 101. & 117.* cum aliis concordantibus, citatis *in deciſ. 65. à num. 12. par. 15. rec. & deciſ. 24. num. 8. & 9. cor. Emer. jun* ubi ampliatur concluſio, etiamſi intellectus, comprobatus à Stylo, ſeu obſervantia, eſſet malus, & de Jure non tenendus: Certiùs 140
quia talis obſervantia, ſeu Stylus incœpit immediatè poſt editionem *Conſtitut. 13. S. Pii V* ut ampliant Doctores citati ſupra *diſcept. 17. num. 23.* Et in concurſu famoſorum Practi- 141
corum, & Canoniſtarum, ſequentium dict. Stylum, propriamque ſententiam cum illo conformantium, non ſunt habendæ in aliqua conſideratione interpretationes divinativæ, & piæ meditationes Moraliſtarum, ut in ſpecie obſervat *Card. de Luc. de Canon. diſc. 38. num. 10.* ibi: *Ideoque in concurſu inſinuati Maraldi, qui priùs in Curia diù verſatus Advocatus &c. non ponendus in comparatione, vel concurſu aliquorum, qui in Clauſtris recluſi, vel aliàs nullam Curiæ, & hujuſmodi negociorum practicam peritiam habentes, replent cartas cum collectionibus eorum, quæ ſcripta inveniunt, vel de proprio judicio, à praxi non edocto, loquuntur &c.*

Quibus non adverſatur reflexio, quòd non ſumus in terminis obſervantiæ judicialis, & actuum, geſtorum in con- 142
tradictorio judicio, ſed in Supplicationibus, ab utroque Sponſo Summo Pontifici porrectis potiùs ad cautelam, qui modus ſupplicandi non importat confeſſionem nullitatis, ut 143
quotidiè practicari videmus in ſimilibus Gratiis, quæ conceduntur ad cautelam pro abſolutione à Cenſuris, pro tollenda irregularitate, & ſimilibus.

Reſponſio enim in promptu eſt, quòd ſcilicet ſumus in terminis ſolius interpretationis dict. *Conſtitut. 13. S. Pii V.* in 144
quibus circumſtantiis uno ore receptum eſt inter Doctores quòd attenditur obſervantia, etiamſi illa non fuerit obtenta in contradictorio Judicio, & per actus judiciales, ut vi-

dere eſt apud Manſ. conſultat. 170. à numer. 73. Palm. Nepos
145 allegat. 68. numer. 86. libr. 1. Gilian. ad Statut. Peruſ. verbo
Succeſſio numer. 90. & 93. & Rot. deciſ. 37. numer. 49. coram
Anſaldo.

Et tamen in noſtris terminis neque etiam deſideratur hu-
146 juſmodi circumſtantia, eo quia dantur actus, in quibus pro-
ceſſum fuit per viam judicialem, ut eſt ille in Cauſa Toleta-
na apud Barboſ. vot. deciſ. 3. in quo emanavit Breve Urbani
VIII. In illa enim intentatum fuit judicium ſuper nullitate
147 Matrimonii, circa quam duæ emanarunt Sententiæ, una
Vicarii Matritenſis, & alia Nuncii Apoſtolici Hiſpania-
rum ut refert ibidem Barboſ. dict. vot. 3. in princip. §. Ve-
rificatis.

De ſimili pariter caſu, in judicium deducto, loquitur
148 Bonacin. Oper. Moral. tom 2. tit. de Leg. diſp.. par. 2. quæſt. 3.
punct. 7. num. 7. ibi: In Curia Archiepiſcopali &c. non fuit
admiſſa, & neceſſariam eſſe ſecundi gradus cum tertio mentio-
nem fuit judicatum.

In omnem verò caſum omnibus attentè ponderatis conci-
149 liari poſſe videntur Conſtit. Pii IV. & S. Pii V. nec non Sty-
lus Datariæ, aſſerendo, illa matrimonia eſſe nulla, quæ
contrahuntur quidem poſt expeditam Diſpenſationem, re-
ticito gradu proximiori, ſed fuerunt contracta, vel conſu-
ſumata antequàm obtentæ fuerint Literæ declaratoriæ;
150 Hoc enim modo verificatur revocatio Conſtitutionis Pii
IV. Quia illa mediante diſpenſationes, reticito gradu pro-
ximiori, erant prorſus nullæ; Non remanet ſuperflua, ſed
151 multum operatur Conſtitut. S. Pii V. quia præſervat à nul-
litate Diſpenſationes, obtentas reticito gradu proximiori,
illaſque conſervat in implicito ſtatu validitatis uſque ad tem-
pus, in quo poſtea obtineantur Literæ revalidatoriæ; Et
152 hoc modo Datariæ Stylus ad unguem concordat cum dictis
Conſtitutionibus; Intelligendo nimirum dictionem illam
poſtea, hoc eſt poſt expeditionem prioris diſpenſationis;
Non autem poſt contractum, & multo minus poſt conſuma-
tum matrimonium, quando opus eſt procedere per viam di-
verſam alterius Gratiæ, quæ vocatur Perinde valere; Ea
153 ratione, quia non obtentis Literis declaratoriis ante ma-
trimonii contractum, remanet in ſuo robore Conſtitution.
Pii IV. cujus vigore nulla ſunt matrimonia, contracta me-
154 diantibus diſpenſationibus, expeditis, reticito proximio-
ri gradu conſanguinitatis, ut obſervant Authores ſupra
citati.

Conciliatio hæc mirabiliter comprobatur, à Formula Li-
155 terarum declaratoriarum, regiſtratarum in Summario Da-
tariæ, quam per extenſum impreſſit Barboſ. vot. deciſ. 3. nu-
156 mer. 9. lib 1. ibi: Diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta man-
damus, quatenus, etiam ſi Literis præfatis jam Tibi præſen-
tatis, ad illarum executionem propter hoc (id eſt propter no-
157 titiam gradus proximioris, ſuperventam poſt expeditionem
diſpenſationis, ſed ante illius executionem) procedere di-
ſtuleris, ſeu recuſaveris, nihilominus negotium hujuſmodi
reaſſumens, ipſaſque Literas valere dicta authoritate decer-
nas, ad earundem Literarum executionem, ſervata aliàs ea-
rum forma, procedas.

Hujuſmodi ſiquidem clara verba Literarum declaratoria-
158 rum plura digito demonſtrant pro d. Styli Datariæ Compro-
batione.
159 Primum, quòd diſpenſatio expedita fuit reticito propin-
160 quiori gradu conſanguinitatis; Secundum, quòd illa præ-
161 ſentata fuit Exequutori; Tertium, quòd iſte Exequutor
ob ſuperventam notitiam gradus proximioris recuſavit exe-
162 qui dictam Diſpenſationem; Quartum, quòd poſt talem
recuſationem Exequutoris, habitus fuit ad Papam recur-
ſus pro obtinendis Literis declaratoriis. Quintum demum,
quòd Papa mandat Exequutori, ut reaſſumens exequutio-
nem prioris Diſpenſationis, ſervata illius forma, pro
cedat.

Ex quibus patet, hujuſmodi Literas declaratorias ſuffra-
163 gari dumtaxat pro illis matrimoniis, quæ non adhuc con-
tracta, & conſumata ſunt; Secus verò pro illis, in quibus
(ut in noſtro caſu) oppoſitum verificatur, juxta illa clara
verba, opportunè repetenda: Ad illarum exequutionem pro-
pter hoc procedere diſtuleris, ſeu recuſaveris.

Vel locum habere in illis pariter terminis (qui non ſunt
164 noſtri) quando matrimonium contrahitur cum bona fide,
tam Sponſi, quam Delegati Apoſtolici, probabiliter igno-
rantium ante exequutionem Diſpenſationis exiſtentiam gra-
dus propinquioris, qui longè diſtant à circumſtantiis noſtri
caſus, in quo, tam Delegato Apoſtolico, quàm Viro ante
exequutionem diſpenſationis notiſſimus erat gradus propin-
quior, illiuſque induſtrioſa reticentia, ut ait Epiſc. in Relat.

Imò ex hac reflexione reſponſum pariter adequatè vide-
tur illi objecto, quòd, admittendo nullitatem matrimonii 165
ex reticentia propinquioris gradus, nihil omninò conceſſiſſet
de novo S. Pius V. ex quo Pius IV. eandem nullitatem ante-
cedenter literaliter declaraverat.

Non enim videtur tenuis Gratia validitas prioris diſpen-
ſationis, quando illa exequutioni demandata non eſt, quia 166
præciſa dicta Conſtitutione Sanctiſſ. Pii V. pro validitate ma-
trimonii requireretur nova, & diſtincta gratia ex intero,
appellata à Practicis Perinde valere pro tollendo obſtaculo
gradus propinquioris, quæ, ut dixi, & repeto, ex gratia
d. S. Pii V. nullatenus eſt neceſſaria, quando primæ Literæ
diſpenſationis exequutioni demandatæ non fuerant: Vel id
factum fuit cum ignorantia gradus propinquioris tempore
exequutionis Diſpenſationis.

Comprobantur hujuſmodi literales interpretationes à
Roſ. de Exequutor. Liter. Apoſtolic. cap. 11. num. 33. Leo in
Theſaur. For. Eccleſ. par. 2. cap. 8. de Diſpenſat. num. 45. ibi:
Et hunc Stylum ſpatio 20. annorum, & ultra, quibus Roma-
nam Curiam ſequutus fui, inconcuſsè ſemper ſervare vidi;
Ita quod omiſſa gradus proximioris expreſſione, ut fit quan-
doque per errorem, neceſſaria ſit revalidatio cum Literis Pe-
rinde valere; Et hæc in praxi ſunt ſatis nota, non ſolùm in
Urbe, ſed ubique in Foro Epiſcopali, & de Juſt. de Diſpen-
ſation. Matrimonial. lib. 2. cap. 3. num. 42. & Corrad. in Prax.
lib. 7. cap. 7. num. 59. verſ. Hæc ſatis, obſervantibus in caſu 167
matrimonii, jam contracti, cum ſcientia propinquioris
gradus, Summo Pontifici non expreſſi (& nos addimus
multò fortius conſumati, juxta terminos noſtri caſus) non
ſufficere pro validitate matrimoniorum Literas declaratorias,
ſed requiri aliam Gratiam, Perindè valere; Imò d. Corrad.
ubi ſupra aſſerit, nunquam viſum fuiſſe in Dataria contra-
rium practicari, ſeu peti Literas declaratorias poſt contra-
ctum matrimonii, ibi: Hæc autem ſatis deſumuntur ex di- 168
cta Conſtitut. Pii V. qui in caſu exequutæ Diſpenſationis, in
qua bona fide fuit omiſſa expreſſio propinquioris gradus, non
invalidat dictam Diſpenſationem, quia, ſi Delegatus ignora-
verit, adeſſe etiam d. propinquiorem gradum, ſufficit, jam
diſpenſaſſe ſuper remotiore tantùm, expreſſo in Literis diſ-
penſationis. Nec propterea unquam viſum fuit contrarium
practicari, aut peti hanc Declaratoriam poſt matrimonium con-
tractum quæ tunc tantummodo omninò petenda eſt in forma
Perindè valere, quando ipſi Delegato ante exequutionem Li- 169
terarum Diſpenſationis conſtiterit, adeſſe etiam gradum pro-
pinquiorem. Quo caſu, ſi nihilominus diſpenſaverit, etiam
ſecluſo ſcandalo, peccabit mortaliter, quia contravenit Con-
ſtitutioni Pontificiæ, & Corradum in hac parte ſequutus fuit
Card. Carpineus, cit. ſupra num. 27.

Adverſus quæ non obſtant authoritates, ex adv. citatæ,
& ſignanter reſolutio hujus Sacr. Congregat. in Mediolanen. 170
1. Maii 1607.

Reſpectu ſiquidem authoritatis Doctorum, omnes ſigilla-
tim recogniti, fundantur in authoritate Sanchez de Matrim.
diſput. 24. num. 29. lib. 8. qui ad id aſſerendum motus fuit à
Breve Clem. VIII. dato in Summario Datariæ, quod regi-
ſtratum legitur apud eundem Sanchez ubi ſupra, ſed ex er-
rore Impreſſoris omiſſa fuerunt verba illa, quæ ad literam
declarabant nullitatem Matrimonii, de quo tunc actum
fuit, & ſunt ſequentia: Nos ne dicti Alphonſus, & Anna 171
Literarum præfatarum (notetur quæſo ſequens cauſalis)
quæ ideo invalidæ ſunt cenſendæ, fruſtentur effectu, pro-
videre volentes &c. Ex quibus patet, quòd Summus Ponti-
fex in dicto caſu habuit matrimonium, non ſolùm pro illi-
cito, ſed etiam pro invalido ex reticentia gradus proxi-
mioris.

Sicuti igitur ex hac ſolida animadverſione, in facto cla-
rè fundata, nullum fieri poteſt fundamentum in dicta au- 172
thoritate Sanchez, quia Doctori, loquenti cum aliquo ſup-
poſito, illo corruente, nulla fides danda eſt, ex adductis
per Corn. conſ. 111. num 28. lib. 2. Gabr. conſ. 114. num. 60 lib. 1.
Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæſt. 31. num. 53. & Rot. deciſ.
1284. num. 8. cor. Emer. Jun Ità nulla pariter fides præſtan-
da eſt aliis Doctoribus, ſequentibus, & referentibus illum
Doctorem, qui primam propoſitionem aliquam firmavit,
ut videre eſt apud Gob. conſult. 80. num. 70. ibi: Eorum au- 173
thoritas in tantum valet, in quantum Jura, & rationes, in
quibus ſe fundant, veritatis habent fundamentum, & Rot.
dec 364. num. 12. par. 4. rec.

Neque proinde aliam particularem reſponſionem meren-
tur Authores, citati pro contraria opinione, quia cum illi, 174
ſigillatim recogniti, ſequantur eundem Sanchez, appli-
catur concluſio, quam ſequuntur Card. de Luca de Penſion.
diſc. 81.

*diſc. 81. ſub num. 19.* ibi: *Dum ſimpliciter pertranſeunt cum authoritate Gabrielis &c. Propterea tunc, corruente Anteſignano, corrunt de conſequenti omnes alii, qui in ſola fide ejus authoritatis proceſſerunt, juxta nimis congruum, & adaptabile exemplum de teſtibus de auditu ab uno, qui ſit omnium*
175 *Author, & Magiſter, quoniam iſto convicto &c. de mala informatione, omnes alii corruunt, quamvis eſſent mille, utpote non plus valentes, quàm unus, à quo eorum dictum trahitur, & regulatur,* & D. *Piton. diſcept. 6. num. 5.* ibi: *Omnes procedere cum authoritate ejuſdem Pariſii &c. Unde illo fundatè rejecto, ſive conciliato, corruere omnes alios ejus Sectatores &c.*

Reſpectu verò dictæ reſolutionis *in Mediolanen. anni* 1607. obſervo, ex lectura facti, regiſtrati in *Lib. 11. Decr. fol. 1.*
176 *terg.* non poſſe colligi illius circumſtantias, ſed potiùs apparet in illo caſu, diſpenſationem fuiſſe conceſſam, non ab Apoſtolica Sede, ſed à quodam Vicario ipſius Delegato, circa cujus facultates aderat dubium, an eſſent ſufficientes, quod fuit reſolutum affirmativè, ibi: *Quoad primum, potuiſſe Vicarium, ex delegatione Apoſtolica dictam diſpenſationem, ut proponitur, concedere*; Quomodo autem
177 illa conceſſa fuerit, juxta id, quod fuit propoſitum in hac Sacra Congreg remanet in obſcuris; Et propterea in eadem reſolutione non poſſunt figi pedes pro declaranda validitate matrimonii in noſtris terminis; Ea ratione, quia reſolutiones hujus, & omnium illarum Sacr. Congreg. attenduntur ſolùm in illis terminis, in quibus concurrunt illæmet circumſtantiæ, quæ cauſam dederunt eiſdem reſolutionibus, ut pro illarum inapplicabilitate notant *Caram. in Theol. fund. lib. 3. de Matrim. fundam. 70. num. 3711. verſic. Hinc patet.* ubi quòd ut plurimùm tales concurrunt in aliquo
178 caſu circumſtantiæ, ut reſolutio, quæ unicum caſum reſpicit, ad cæteros extendi non poſſit; *de Juſt de Diſpenſ. Matr. lib. 1. cap. 4. num. 357. & Rot. dec. 72. num. 6. & 7. cor. Anſald. & in Hiſpalen. Juris votandi 4. Febr. 1697. §. Diſtinguentes cor. Card. Caprara.*

Cæterùm recognita in fonte eadem diſpenſatione Mediolanen. quæ eſt ſequens.

*Paulus &c. Vicario Archiepiſcopi Mediolanen. Aliàs pro*
179 *parte Jo: Baptiſtæ Soreſinii Laici &c. Margaritæ de Travedona Mulieris, Mediolanen. Diœceſis,* Nobis expoſito, eoſdem aliàs ignorantes &c. impedimentum &c. copulari carnis fragilitate &c. devictos ſe carnaliter &c. cognoviſſe, prolemquè ſuſcepiſſe. *Poſtmodum verò ad eorum &c. notitiam*, ſe quarto Conſanguinitatis &c. *eſſe conjunctos, & niſi matrimonium &c. dictam &c. diffamatam, & innuptam &c. remanſuram &c. ſcandala exoriri, cupereque &c. copulari, ſed ſtante impedimento hujuſmodi deſiderium &c. adimplere non poſſe, abſque &c diſpenſatione; Quare pro parte dictorum &c. Nobis &c. ſupplicato, ut ſibi &c. providere dignaremur; Nos tunc dictorum &c. ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ &c. dedimus in mandatis, ut de præmiſſis &c. informares, etſi preces niti reperires, eoſdem &c. ab* inceſtus reatu, & exceſſibus hujuſmodi &c. abſolveres, ac cum ipſis &c. quod impedimento quarti Conſanguinitatis &c. diſpenſares, Prolem ſuſceptam &c. *decernendo, prout in dictis Literis continetur. Cùm autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte dictorum &c. petitio &c. continebat, Literis prædictis tibi præſentatis, Tu contenta in eis verificari mandaſti, & licèt in verificatione ipſa Tibi conſtaret, dictos &c.* non quarto, ſed tertio, & quarto Conſanguinitatis &c. à communis &c. eſſe conjunctos, nihilominus cum eiſdem &c. ſuper impedimento quarti Conſanguinitatis &c. *ſub conditione tamen, quòd ipſi Literas declaratorias ſuper* diſtantia tertii gradus prædicti infra tres menſes, tunc proximos, & nondum elapſos, obtinere tenerentur, diſpenſaſti, ipſique &c. diſpenſationis hujuſmodi vigore matrimonium inter ſe per verba de præſenti publicè factis &c. juxta formam Concilii prædicti, nulloque alio detecto &c. impedimento, contraxerunt, illudquè &c. ſolemnizarunt, & carnali copula conſumarunt; *Et in eadem expoſitione ſubjuncto &c. prædictos* in hujuſmodi matrimonio &c. remanere, & ſi divortium &c. *ſcandala &c. exoriri, quare iidem ex Loco &c. dictæ Diœceſis Nobis &c. Diſcretioni tuæ &c. mandamus*, quatenùs negotium hujuſmodi reaſſumens, Literaſque ipſas valere decernens, ipſos ab excommunicationis Sententia, quam propter præmiſſa incurrerunt, inceſtus reatu, & exceſſibus hujuſmodi abſolvas, *ac cum eiſdem &c. quòd impedimento quarti conſanguinitatis &c. diſpenſes, diſtantiam verò tertii &c. non obſtare declares, & ad dictarum Literarum executionem, ſervata aliàs earum forma, procedas in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi in illis dictos &c. non quarto*, ſed tertio, & quarto Conſanguinitatis &c. *à communi &c.* eſſe conjunctos *expreſſum, ac cum eis deſuper diſpenſari, & declarari mandatum, præmiſſaque minimè ſequuta fuiſſent, & quatenùs Cauſa &c. in Judicio, parito Judicato, non obſtan. &c. præmiſſis &c. cæteriſque &c. quibuſcumque &c. Datum &c. apud S. Petrum 1606. Kalen. Februarii &c. anno 2.*

*Regiſtr. Lib. Matrim. Pauli Papæ V. anno 2. folg. 371. & 372.*

Illius innapplicabilitas videtur clara, plura obſervando. Primum, quòd in dict. caſu matrimonium ſub probabili ignorantia Conſanguinitatis fuerat jam contractum, & conſumatum inter Conſanguineos abſque ulla diſpenſatione; 180
Secundùm, quòd habita deinde notitia conſanguinitatis, cum ſuppoſito, quòd eſſet in ſolo quarto gradu, ſuper illo obtenta fuerat diſpenſatio; Tertium, quòd in verificatione dict. diſpenſationis repertum fuit, Contrahentes conjunctos eſſe non in ſolo quarto, ſed in gradibus tertio, & quarto; Quartum, quòd Exequutor vigore dictæ Diſpenſationis in quarto gradu præſtitit quidem ſuam authoritatem, mandavitque matrimonium contrahi, ſed ſub illa expreſſa conditione, quod Contrahentes Literas declaratorias obtinerent, præfigendo illis terminum trium menſium; Quintum, quòd poſt tale matrimonium, ut ſupra contractum, habito recurſu ad Apoſtolicam Sedem, mandavit Snmmus Pontifex dict. Exequutori, *ut negotium hujuſmodi reaſſumens, Literaſque ipſas valere decernens, ipſos ab excommunicationis ſententia, quam propter præmiſſa incurrerunt, inceſtus reatu, & exceſſibus hujuſmodi abſolvas &c. & diſpenſes, diſtantiam verò tertii &c. non obſtare declares, & ad dd. Literarum exequutionem, ſervata aliàs earum forma, procedas in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi in illis dd. &c. non quarto, ſed tertio, & quarto conſanguinitatis &c.*

Ex quibus nimis clarè reſultat, quòd in dict. caſu matrimonium à Summo Pontifice habitum fuit pro nullo, & convalidatum fuiſſe per viam *Perinde valere*. Inferendo nullitatem ex abſolutione à ſententia excommunicationis, ab inceſtu, & ab aliis exceſſibus, quibus ſuppoſuit Summus Pontifex ſubjectos eſſe Contrahentes, ea ratione, quia abſolutio, ſeu relaxatio vinculum ſupponit, ex adductis *in dec. 368. num. 14. coram Cerr. & dec. 98. num. 5. par. 7. rec. & in Piſauren. Molendinorum 17. Julii 1707. §. Neque vim cor. Kaunitz.*

Si enim dicti Contrahentes matrimonium validè contraxiſſent nullam excommunicationis ſententiam incurriſſent, nullum inceſtum, nullumque reatum, & exceſſum commiſiſſent, præcipuè quia non ſolùm bona fide, & prævia approbatione Exequutoris, ſed matrimonium contraxerunt ſub expreſſa conditione intra tres menſes impetrandi Literas declaratorias. Cùmque, his omnibus non obſtantibus, abſoluti fuerint ab excommunicatione, & ab inceſtu, videtur clarum, quod matrimonium in dict. caſu fuerit omnino nullum, quoque proinde eadem reſolutio *Mediolanen.* 1607. potiùs ſit uniformis, quàm contraria dicto Stylo Datariæ.

Pro quorum faciliori admiſſione non omittimus obſervare, quòd non ſumus in terminis alicujus caſus, qui ſolet rarò contingere, ut fuit ille celebris *Bojanen.* ab hac Sac. Cong. ultimo loco deciſus, de quo in fine hujus diſcept. *n.* 186 circa quem Officialis Matrimonialium, ab hac S. Cong. requiſitus, aſſeruit, non invenisſe in Regeſtis Datariæ ſimilem diſpenſationem fuiſſe conceſſam, imò, nec etiam petitam; Sed ſumus in circumſtantiis Diſpenſationum Matrimonialium, quæ quotidiè expediuntur in Dataria Apoſtolica, à 181
cujus attentiſſimis Officialibus circa pœnitentias, Oratoribus imponendas, nec non circa multa alia, explicata à *Jo: Vincentio Beger* magno Datariæ Practico in quodam ejus Manuſcrip. dato in Sum. ejuſd. Datar.

Cujus authoritatem taliter in his materiis reſpectu Datariæ Styli magnifecit hæc Sac. Congr. ut *in Brixinen 19. Nov. 1667. & 3. Decemb. ejuſdem anni*, licèt reſolverit, quòd, diſſoluto Matrimonio, contracto cum Conſanguinea in quarto gradu ſine Apoſtolica diſpenſatione, adeſſent duo impedimenta, unum publicæ honeſtatis, & aliud affinitatis 182
contrahendi matrimonium cum Muliere, tertio gradu conjuncta primæ Uxori, ut videre eſt *in lib. 25. Decret. fol.* 472 & 484. Attamen ſi obtineatur diſpenſatio cum expreſſione affinitatis in tertio gradu, valere matrimonium, etiamſi in precibus non exprimatur impedimentum publicæ honeſtatis, ex quo hęc cenſetur ſatis expreſsa per expreſſionem d. affinitatis reſolvit *in d. Brixinen. 3. Mar.* 1668. non ſolùm ſequendo Votū

d. Jo: Vincentii Bergerii, Datariæ Miniſtri, ſed raro, &
forſan unico exemplo regiſtrando illius Votum in *d. lib.* 25.
*Decret. hujus S. Cong. fol.* 548. Iſte enim magnus Datariæ
Practicus, quoad noſtrum effectum, hæc ait *In dictis Sup-*
*plicationibus ſemper fuit neceſſaria expreſſio, tam remotiorum,*
*quàm propinquiorum graduum, nam quandò in eis narra-*
183 *tur, videlicèt Oratores eſſe ſecundo, & tertio à communi ſti-*
*pite provenien. conſanguinitatis gradibus conjunctos, in ma-*
*joribus expenſis condemnantur, quàm ſi eſſent in tertio tan-*
*tùm gradu conjuncti, & ſi veſana forſan libidine victi ſe car-*
*naliter cognoverint, imponitur eis major pœnitentia quàm ſi*
*eſſent in ſimplici gradu conjuncti, & ſic in ſimilibus. Itaque ſi*
*exprimeretur ſolus gradus remotior, non daretur pœnitentia*
*juxta qualitatem inceſtus, & maximum etiam eſſet præjudi-*
*cium Datariæ reſpectu taxæ Eleemoſynæ ſolvendæ.* Quæ
tamen, *utì inconcuſſi moris eſt in Eleemoſynas erogantur*,
juxta verba *Innoc.* XII. *Conſt.* 12. *§.* 44. *in fine*, & obſer-
vant *Card. Pallavicin. in Hiſtor. Conc. Trid. lib.* 23. *cap.* 8. *nu.*
11. *Thomaſin. de Benefic. tom* 3. *lib.* 1. *cap.* 54. *nu.* 11. *Redhing.*
*in Hiſtor. ejuſdem Conc. Trident. tom.* 4. *fol. mihi* 380. *num.* 3.
*& Card. de Luc. de Offic. Vacabil. cap.* 4. *num.* 4. *&* 5. Eſtque in
Urbe notorium.

Die 7. Sept. 1720. propoſita Cauſa in Cong. Conc. reſcri-
184 ptum fuit: *Dilata, & ad mentem. Et mens eſt, quòd per-*
*quirantur Regeſta Datariæ, tam ſuper antiquis, quàm ſu-*
*per modernis Perinde valere, & Declaratoriis.* Quibus per-
quiſitis, & per Datariæ Officiales in Summ. exhibitis, re-
185 propoſita & reſoluta fuit Cauſa die 28. Martii 1722. ſub ſe-
quentibus dubiis.

*Dub. I. An conſtet de Nullitate Matrimonii Negativè, & E-*
*piſcopus mandet, quod Conjuges continuent in ſeparatione,*
*donec obtinuerint Literas declaratorias.*

*Dub. II. An Princeps Joannes Sapicha factus ſit inhabilis*
*ad contrahendum Matrimonium cum aliis mulieribus in caſu*
*&c. Ad II. Proviſum in primo, & amplius Cauſa non pro-*
*ponatur.*

ARticulus, deciſus ab hac Sac. Congr. in *Bojanen.* de
qua ſupra *num.* 181. fuit in illa propoſitus die 8. Junii
186 1720. quando dictum fuit: *Dilata, & ſcribant bini Theolo-*
*gi.* Et die 3. Auguſti ejuſdem anni 1720. quando reſcripſit:
*Ad mentem*, & 8. Martii 1721. quando reſcripſit: *Ad D.*
*Secretarium juxta mentem, & mens eſt, quod Epiſcopus det*
*libertatem contrahendi matrimonium*, fuit ſequens: *An Vi-*
*tricus, abſque ullo impedimento, vel affinitatis, vel publi-*
*cæ honeſtatis, ducere poſſit in Uxorem eam, quæ fuit Uxor ſui*
*Privigni;* Non obſtante clara diſpoſitione *Textus in leg.*
187 *Uxorem ff. de Rit nuptiar.* procedendo cum communi Do-
ctorum opinione, quòd idem Textus correctus fuerit à Jure
Canonico *in cap. Non debet de Conſang. & affin.* ut notant
*Faber. in Juriſpr. Papin. tit.* 10. *de Nupt. princ.* 6. *illat.* 12.
*Vinnius in Inſtit. tit. de Nupt. ſub num.* 2. *& Cujaci. in d. cap.*
*tit.* 14. *de Conſang. & affinit. tom.* 3. edit. poſthum. Pariſienſis
anni 1658. *fol.* 316. & in explicatione *dictæ l. Uxorem de Rit.*
*Nupt. tom.* 1. *inter ejus Oper. fol.* 153.

## §. II.

TEmpore hujus ſecundæ propoſitionis, attento quòd ne-
mo ſcribebat pro validitate matrimonii, dum tam Scri-
bentes pro Dataria, quàm pro Viro, & Muliere, omnes
inſtabant pro declaratione nullitatis ejuſdem Matrimonii, R.
P. D. Secretarius Sacr. Congreg. ſemper cum laude nomi-
nandus, & de quo honorifica habetur mentio in *to.* 1. *par.* 1.
*diſcept.* 5. *num.* 49. ſequentem doctiſſimum de more edidit
Diſcurſum.

Nonnulla ſunt, quæ urgent pro nullitate Matrimonii.
Primum eſt, quòd illud in tantum validum exiſtimari
1 poſſet, in quantum diſpenſatio obtenta ſuper gradu remo-
tiori ſuffragari poſſet conjunctis in illo gradu, & in gra-
du etiam proximiori. Cùm autem id de jure non ſubſiſtat,
juxta *Textum in cap. Quod dilectio de Conſang. & affinit.*
ſequitur de Matrimonii nullitate non eſſe dubitan-
dum.

Secundum eſt, quòd quidquid eſſet juxta antiquiores
2 Conſtitut. Gregor. XI. & Clem. VI. Pius certè Papa IV.
ſic decrevit; *Se de ſingulis obſtaculis plenè certiorari va-*
*lens, quod in quibuſcumque Diſpenſationibus, quas pro*
*Matrimonio ſcienter, ignoranter contracto, vel contrahen-*
*do in quibuſvis prohibitis conſanguinitatis, aut affinitatis,*
*ſeu mixtis gradibus &c. à Sancta Sede impetrari &c.*
*non ſolùm de remotiori, ſed etiam de proximiori, aut*
*de proximioribus gradibus, quicumque illi fuerint, eorum-*
*que diſtantia, ſpecialis, & expreſſa mentio, fieri debeat;*
*Alioquìn diſpenſationes &c. nullius ſint roboris, & momen-*
*ti, & pro infectis habeantur.*

Verba hæc leguntur *in Conſtit.* 37. *Pii Papa IV.* in anti-
quiori Bull. Rom. edito *anno* 1586. quod exiſtit in Bibliothe-
ca Caſanatenſi: Quibus attentis, ſicuti certa eſt nullitas 3
diſpenſationis inter Conjunctos tertio, & quarto, facta
tantùm mentione quarti gradus, ſic à nullitate diſpen-
ſationis valet illatio ad Matrimoniorum nullitatem.

Tertium eſt, quòd licèt S. Pius V. *in ſua Conſtitut.* 13.
*Bull. tom.* 2. derogaverit mox allegatæ Conſtitut. Pii Pa-
pæ IV. & voluerit, quòd valeret diſpenſatio, obtenta 4
ſuper quarto, nulla facta mentione tertii gradus, addi-
dit nihilominùs ſequentia verba: *Obtentis tamen poſtea*
*ſuper propinquiori Literis declaratoriis*, hoc eſt Literis,
in quibus declaratur, non obſtare reticentiam gradus pro-
pinquioris; Cùmque recenſita verba conditionem impor-
tent, juxta punctuales, & in his terminis authoritates,
infra allegandas; Hinc fit, cenſendum eſſe nullum Ma-
trimonium illud, quod fuit contractum inter Conjunctos
tertio, & quarto, obtenta diſpenſatione ſuper quar-
to, & non obtentis Literis declaratoriis ſuper tertio.

Quartum eſt, quòd ſi validum haberetur Matrimonium,
non obtentis Literis declaratoriis ſuper gradu propinquio-
ri, fruſtratoriæ quodammodo d. Literæ dici poſſent. Cùm 5
autem hoc non ſit dicendum, nec etiam dici poterit, vali-
dum eſſe Matrimonium inter Conjunctos tertio, & quarto,
prævia diſpenſatione ſuper quarto, & non obtentis Literis
declaratoriis ſuper tertio.

Quintum eſt, quòd habito recurſu ad Summos Pontifi-
ces Urb. VIII. & Innoc. X. à Conjugibus, qui, reticito
gradu propinquiori, diſpenſationem expediverant ſuper re- 6
motiori gradu, nec Literas declaratorias obtinuerant ſuper
propinquiori, fuit in Literis Apoſtolicis dictorum Pontifi-
cum, impreſſis *apud Anaclet. in* 5. *Lib. Decret. in Append.*
*de Diſpenſat. ſuper impedim. §.* 1. reſponſum, quòd Ordi-
narii, qui Diſpenſationem executioni dederant, nullitèr,
& de facto diſpenſaverant, quòd copula, interim habita,
fuerat inceſtuoſa, quòd filii nati erant illegitimi, & quòd
erat iterum contrahendum Matrimonium in facie Eccleſiæ.
Signa autem hæc ſunt evidentiſſima, quòd non obſtante ci-
tata Bulla S. Pii V. ſubſequentes Romani Pontifices nulla
eſſe judicarunt Matrimonia, contracta inter Conjunctos,
accedente Diſpenſatione Apoſtolica ſuper gradu remotio-
ri, & non obtentis Literis declaratoriis ſuper propinquio-
ri; Idque adeò verum eſſe dignoſcitur, ut *Barboſa, qui Vo-*
*to* 3. *lib.* 1. *per tot.* ſenſerat pro validitate, viſo Brevi Urba-
ni VIII. in fine Suffragii à d. opinione receſſerit, & conſi-
mili modo ſe etiam geſſerit *Bonacina*, qui licèt validum
de jure Matrimonium exiſtimaſſet, attento nihilominus
Stylo Sedis Apoſtolicæ, Sententiam amplexus eſt, ſtan-
tem pro nullitate, utì videri poteſt *tom.* 2. *diſput.* 1. *quæſt.*
2. *puncto* 5. *num.* 17 *& quæſt.* 3. *puncto* 7. *§.* 1. *num.* 7.

Sextum eſt, quòd, quidquid dixerint Authores ſcholaſti-
ci, qui pro validitate ſenſiſſe videntur, Authores certè pra- 7
ctici, ponderatis verbis Bullæ S. Pii V. *Obtentis tamen poſteà*
*ſuper propinquiori Literis declaratoriis*, & ponderatis Bre-
vibus Urbani VIII. & Innoc. X. ſupra indicatis, conſtan-
ter aſſeruerunt, matrimonium eſſe nullum *Cleric dec* 22. *de*
*Sacr. Matr. n.* 11. *Roſa de Execut. Liter. Apoſtol. c.* 11. *n* 33. *Ana-*
*clet. in* 4. *Lib Decr. in Appen. de Diſp ſuper Imped. §* 4. *pag.* 252.
*à n.* 170. *uſque ad n.* 183 *de Juſtis de Diſpenſat Matr. lib.* 2 *c.* 3.
*n* 40 *& duob. ſeq Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.* 7 *pag.* 289. *&* 290.
Cùmque in re, de qua nunc agitur, magis ſit practicis, quàm
ſpeculativis Authoribus deferendum, ſequitur retinendam
eſſe opinionem, quæ validitati Matrimonii adverſatur.

Ultimum eſt, quòd quidquid agit Dataria Apoſtolica,
dicitur geſtum ab ipſo Papa, teſte *Garz. de Benef. par.* 4 *cap.* 8
2. *num.* 18 Cùmq; ab egregiis Datariæ Officialibus in Diſ-
curſu impreſſo aſſerant. 24. exempla, ex quibus oſtenditur
nullitas matrimonii, ſive ignoranter, ſive ſcienter contra-
cti, quando propinquior gradus reticitus fuit, & inter hæc
duo adſint, quæ referuntur ad tempus S. Pii V. nil clarius aſ-
ſerri poſſe videtur ad rem, de qua nunc agitur; Quomodò
etenim in Literis *Perinde valere*, in terminis Matrimonii bo-
na fide, & cum ignorantia gradus propinqioris, contracti,
prævia diſpenſatione ſuper ſolo gradu remotiori, po-
tuiſſet S. Pius V. potuiſſent & alii Pontifices manda-
re, quòd Ordinarii publicè indicerent nullitatem prio-
ris matrimonii, & quòd Conjuges de novo contra-
herent, ſi præcedens matrimonium pro valido ha-
bitum

bitum fuiſſet ? Et rursùs , quomodo in aliis Literis *Perinde valere* in terminis contracti , & conſummati cum ſcientia gradus propinquioris , prævia diſpenſatione ſuper remotiore , potuiſſent iidem Romani Pontifices declarare, quòd Ordinarii de facto diſpenſaverant , quòd ſervata forma Concilii matrimonium de novo contraheretur , quòd Contrahentes abſolverentur ab inceſtu , & ab excommunicatione , lata *in clem. unica de Conſang.* quòd Proles declaretur legitima , & quòd propter inceſtum commiſſum, alter ex Conjugibus alteri ſupervivens , perpetuò abſque ſpe Conjugii remaneret , ſi matrimonium , contractum cum diſpenſatione ſuper remotiori , de jure validum fuiſſet?

Hæc ſunt , quæ pugnant pro nullitate Matrimonii :
9 Nunc autem tranſitum faciendo ad ea , quæ favent validitati ; operæ pretium eſt , nonnullas ſummatim exponere Romanorum Summorum Pontificum , Gregorii videlicèt IX. Greg. XI. Clem. VI. Pii IV. & S. Pii V. Conſtitutiones.

Gregorius itaque Papa IX. *in cap. finali de Conſang &*
10 *affin.* decrevit, quòd Vir , qui à ſtipite quarto gradu , & Mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, poſſunt licitè matrimonialitèr copulari, quia computatio fit à remotiori, itaut Vir, & Mulier diſtent in quinto, in quo gradu nulla eſt prohibitio, juxta *Text. in cap. Non debet de Conſang. & affinit.*

Conſtit. Greg. XI. mentio fit *à Guttierez quæſt. Can.*
11 *lib. 2. cap. 15. num. 127. & 128.* & Conſtit. Clem. VI. verba faciunt *Calder. conſ. 1. de Conſang. & affinit. Fagn. in cap. final nu. 15. eod. tit. Covar. in Epitom. lib. 4. Decret. 2. par. cap. 6. ſub num. 12.* & utraque Conſtit. Gregorii XI. & Clem. VI. reaſſumitur à S. Pio V. *in Conſtit.* 13. mox referenda ; Omiſſaque Conſtit. Greg. XI. quam reperire non potui , ſed quæ abſque dubio concordare dicenda eſt cum alia Clem. VI. ut ex citata Bulla S. Pii V. deſumitur. In eo , quòd attinet ad hanc Clementis VI. Conſtit. ſciendum eſt , quòd Clem. Papa V. diſpenſationem conceſſerat, ut Vir, & Mulier , non obſtante quarto gradu Conſanguinitatis, poſſent ad invicem matrimonialiter copulari . Matrimonium contractum fuit, & Vir , & Mulier in eodem perſtiterunt ſpatio annorum 30. exortaque ſubindè controverſia, an diſpenſatio valida fuiſſet ex quo deprehenſum fuit , Virum tertio , & Mulierem quarto gradibus à communis ſtipite diſtare, Papa ſic dubium reſolvit ; *Declaramus, prædictam, & quaslibet alias diſpenſationes ſimiles , obtentas à Sede Apoſtolica , & in poſterum obtinendas , omiſſione mentionis de diſtantia tertii gradus prædicti à ſtipite non facta , in illis , & quarumvis litium dependentia occaſione hujuſmodi ſuper eis nequaquam obſtantibus , ſufficientes , & validas exiſtere , ac robur obtinere plenaria firmitatis , reprobantes quorumcumque opiniones contrarias , ac eas , & quoslibet Proceſſus , in contrarium coram quibuſvis Judicibus delegatis , & vel Ordinariis , habitos , inanes , & irritos decernentes.*

Supervenit poſt hæc Conſtit. Pii Papæ IV. in ſuperioribus allegata , in qua non obſtantibus Conſtit. Gregorii
12 XI. & Clem. VI. voluit , quòd in diſpenſationibus ſpecialis , & expreſſa mentio fieret, non ſolùm de remotiori , ſed etiam de proximiori gradu , & de eorum diſtantia , declarando , quòd in caſu mentionis non factæ , diſpenſationes nullius eſſent roboris , & momenti, & pro infectis haberentur ; At S. Pius V. *in ſua Conſtit. 13. Bulll. tom. 2.* prævia derogatione Bullæ Pii IV. nec non facta renovatione Conſt. Greg. XI. & Clem. VI. & expreſſè proteſtando, *quòd favere intendebat Sacramento, & libertati Matrimonii* , ſtatuit , & ordinavit , quòd excepto caſu, quo Vir , & Mulier primum conſanguinitatis , vel affinitatis gradum attingerent , *in quo S. S. nunquam diſpenſare intendebat* , in cæteris aliis conſanguinitatis , & affinitatis gradibus *remotior attenderetur , & ſecum traheret propinquiorem , & ob id ſufficeret , remotiorem tantùm gradum exprimere ; Obtentis tamen poſteà ſuper propinquiore Literis declaratoriis , juxta Greg. & Clem. Conſtit.* Concludendo , *diſpenſationes propter proximioris gradus hujuſmodi non expreſſionem , de ſubreptionis , vel obreptionis vitio , ſeu intentionis defectu notari non poſſe , ſed in omnibus , & per omnia ſuffragari , perindè ac ſi in Literis , ſeu Commiſſionibus hujuſmodi de proximiore , ſeu utroque gradu ſpecialis , & expreſſa mentio facta fuiſſet.*

Adeòque, ſi S. Pius V. derogavit Conſt. Pii Papæ IV. Si
13 proteſtatus eſt, ſe favere velle libertati matrimonii . Si excepto primo gradu, validas, & ſubſiſtentes declaravit diſpenſationes, in quibus facta eſſet ſola mentio gradus remotiori; Nil clarius afferri poſſe videtur ad ſuadendum , tàm validitatem diſpenſationum , quàm validitatem matrimoniorum, dependenter ab illis factorum : Nullatenùs urgentibus verbis in eadem Conſtit. appoſitis ; *Obtentis tamen poſteà ſuper propinquiore Litteris declaratoriis* ; In his etenim Literis iterùm admittitur validitas præcedentis diſpenſationis , *ipſaſque Literas valere dicta authoritate decernens* , ut habetur ex earum formula , impreſſa *apud Novar. in Summ. Bullar. comment.* 60. In his iiſdem Literis , dicitur, diſtantiam propinquioris gradus non obſtare , & perindè ſe habere , ac ſi ejus mentio in prima diſpenſatione facta fuiſſet ; Itaut harum Literarum introductio non alium finem habuiſſe dicenda ſit , quàm avertendi ſcandalim , quod aliqui juris ignari ſumere potuiſſent, videndo, quòd conjuncti in tertio, & quarto, matrimonium inter ſe contraxiſſent , prævia tantùm diſpenſatione ſuper quarto ; Et aliàs diſcurrendo ſequeretur abſurdum , quia ſequeretur , quòd S. Pius V. non derogaſſet Bullæ Pii IV. ſed tantùm voluiſſet, quòd pro validitate diſpenſationis , & matrimonii , fieri deberet in una pagina mentio gradus remotioris , & in alia gradus propinquioris , quando Pius Papa IV. decreverat, quòd in una , eademque pagina, hoc eſt in una , & eadem diſpenſatione pro ejus, & matrimonii validitate utriuſque gradus, propinquioris videlicet , & remotioris , expreſſa mentio haberetur.

Diſcurſus hic clarus videtur , & efficax , uti dicitur ab intrinſeco , ſed idem magnum ab extrinſeco robur aſſumit 14
à claſſicorum videlicet, & magni nominis Doctorum communi authoritate, qui ponderata Bulla S. Pii V. validam eſſe cenſuerunt diſpenſationem , in qua facta fuit mentio ſolius gradus remotioris , etiamſi Exequutor notitiam propinquioris habuerit, & hoc minimè obſtante, eam exequutioni mandaverit, cùm ejus malitia validitati diſpenſationis obſtare non valeat ; Validum etiam conſequentèr exiſtimarunt matrimonium , quamvis illud fuerit contractum , non obtentis Literis declaratoriis , quarum defectus illud ad ſummum illicitum, ſed non invalidum reddere poteſt *Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 24. nu. 29. Perez de Matrim diſp. 46. ſect. 5. num. 7. Pont. de Mat. lib. 8. cap. 17. §. 5. num 26. & 27. Petr. de Ledeſ. de Sacr. Matr. in addit. ad 3. par. quæſt. 54. art. 2. pag mihi 419. Enriquez in Summ. lib. 12. de Imped. Matr. lib. 2. cap. 3. num. 6. in notis pag. mihi 709.* & rursùs *cap. 9. in notis lit. Z. pag. mihi 729. Salmatic. in Theol. Moral. tom. 1. de Matr. tract. 9. c. 14 punct. 4. §. 45. & 46. pag. mihi 260. Hurtad. in tr. de Sacram. diſp. 26. difficul. 7. per tot. Coninck. de Sacr. diſp 33. dub. 6. nu. 72. Tamburin. de Sacr. lib. 8. tract. 2. de Diſpenſ. cap. 9. §. 7. per tot. Dicaſtil. de Sacr. tom. 3. tract. 19. de Matr. diſp. 8. dubit. 9. per tot. Averſa de Sacr. Matr. quæſt. 19. ſect. 5. §. 7. pag. mihi 622. Baſſæus in Flor. Theol. pract. tom. 2. in verbo Matr. 9. ſub num. 5. pag mihi 344. Roſignol. de Sacr. Matr. tom 2. contract. 15. prænot. 23. num. 5. Rebell. de Oblig. Juſt. 2. par. lib. 3. quæſt. 5. ſect. 4. num. 23 pag. mihi 333. Leand. Oper. moral. p. 2. tract. 9. de Sacr. Matr. diſput. 24. qu. 40. Filliuc. Oper. moral. to. 1 tract. 10. de Sacr. Matr. dub 8. num. 49. & ſeqq. Ant. à Spirit. Sanct. in Director. Conf. tract. 11. de Matr. diſp. 8. ſect. 7. per tot. Gobat. in Theol. exper. tract. 9. cap. 22. in Appen. pag. mihi 1003. num. 620. & ſeqq. Van. Eſpen. Jur. Eccleſ. Univ. to. 1. par. 2. tract. 14. cap. 3. num. 17. Cherub. in notis ad Conſtit. 13. S. Pii V. tom. 1. pag. mihi 38. Novar. in Summ. Bull. comment. 60. num. 2.* Solaque inter Scribentes diſcrepantia eſt, quòd nonnulli cenſent, valere diſpenſationem, & validum eſſe Matrimonium cum expreſſione ſolius gradus remotioris, dummodò fœmina non ſit illa , quæ ſit propinquior ſtipiti, ſed Vir ſit propinquior ſtipiti, & Mulier ſtipitem attingat in gradu remotiori ; In ea etenim facti ſpecie , cùm fœmina ſit quo ad ſtipitem major Viro, & Vir per matrimonium evadere debeat caput Mulieris, aliquorum opinio fuit, quòd propter relatam inordinationem , pro validitate diſpenſationis, & matrimonii neceſſaria ſi utriuſque gradus expreſſio. *Sot in 4. diſt 40. quæſt. unic. art. 3. col. 8 verſ. Quarto demum , & art. 4. colum. penul. verſ. Et tertiò , Molina de Juſt. & Jure to. 1. tract. 2. diſp. 161. num 5. Bonac. Oper. Moral. tom. 2. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 5. num. 16 §. Secunda eſt ;* Quando alii è contrà cenſent , vel id ad ſummum procedere , ſi Mulier eſſet Amita , vel Matertera , ſecus autem, ſi in tertio gradu eſſet conſtituta *Sanchez de Matr. lib. 8. diſput. 24. num. 12.* & alii communiùs , ponderantes Bullam S. Pii V. indiſtinctè loqui aſſerunt , validam eſſe diſpenſationem , & validum matrimonium , contractum non obtentis Literis declaratoriis , & prævia diſpenſatione ſuper remotiori , ſi-

vè Vir, ſivè fœmina ſit ſtipiti propinquior, *Pontius*, *Perez*, *Roſigno. Giribald. Averſa*, *locis ſup. citatis*.

Quòdque notabilibus eſt, licèt ad tramites Bullæ S. Pii V. Sac. hæc Congreg. cenſuerit, pro validitate diſ-
15 penſationis primum gradum eſſe exprimendum, uti habetur *in Dub. Affinit. propoſito 19. Septemb. 1682. lib. 32. Decret. pag. mihi* 455. Diſputato ſiquidem ſequenti dubio: *An inter ipſos adſit impedimentum dumtaxat tertii affinitatis gradus, vel etiam primi, itaut ſuper tertio tantùm, vel potiùs ſuper tertio, & primo petenda eſſet diſpenſatio*, reſponſum fuit: *Petendam eſſe diſpenſationem, facta mentione primi gradus*; In hypotheſi tamen matrimonii, contracti inter Conjunctos extra primum gradum, prævia diſpenſatione ſuper remotiori, & non obtentis Literis declaratoriis ſuper propinquiori, hæc eadem Sacr. Congr. cenſuit validum fuiſſe matrimonium, & ſatis eſſe poſtea obtinere declarationem ſuper gradu propinquiori, nec opus eſſe poſt declarationem denuò contrahere, ut habetur ex ſequenti reſolutione edita *die 1. Maii anno 1607. lib. 11. Decr. pag. 1. à terg.* ibi: *Hujuſmodi Matrimonium, niſi aliud obſtiterit, eſſe validum, ſatiſque fuiſſe obtinere poſtea declarationem ſuper gradu propinquiori, juxta Conſt. ſa. me. Pii V. hac de re editam, neque opus fuiſſe poſt declarationem hujuſmodi, repetere formam Concilii, vel denuò contrahere*.

Hiſque poſitis, non obſtant ea, quæ in contrarium fue-
16 runt ponderata; Non obſtat etenim primum, quòd diſpenſatio, obtenta ſuper gradu remotiori, non ſuffragetur Conjunctis in illo gradu, & in gradu proximiori, juxta allegatum Text. in *cap. Quod dilectio de Conſang. & affin.* Textus etenim hic procedit attenta conſuetudine Loci, ibi: *Conſultiùs duximus multitudini, & obſervatæ conſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſenſionem, & ſcandalum Populi ſtatuendum, quadam adhibita novitate*: Quocircà Textus prædictus non facit ad rem, de qua nunc agitur, nec obſtat diſpoſitioni Juris communis, juxta quam gradus remotior trahit ad ſe propinquiorem, uti adnotarunt *in cit. cap. Quod dilectio Innoc. in fine, Hoſti. num. 4. Jo: Andr. num. 8. Abb. num. 7. Gonzal. num. 4. Fagn. in cap. Vir qui nu. 14. de Conſang. & affin. Covar. in 4. Decr. par. 2. cap. 6. §. 10 num. 12. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſput. 1. num. 33. propè finem*.

Minùs facit Bulla Pii IV. de qua in ſecunda oppoſi-
17 tione, cùm ei fuerit derogatum à poſteriori Bulla Sancti Pii V.

Majoris roboris non eſt, quòd in illa Bulla S. Pii V. ha-
18 bentur hæc verba; *Obtentis tamen poſteà ſuper propinquiori Literis declaratoriis*, uti tertio loco dicebatur; Punctus enim eſt, an Literæ declaratoriæ fuerint requiſitæ pro validitate diſpenſationis, & an fuerint requiſitæ, ut matrimonium eſſet validum, cùmque ex ſupra probatis S. Pii V. validam decrevit diſpenſationem, facta tantùm mentione remotioris gradus, & Literæ declaratoriæ ſint neceſſariæ, ut matrimonium ſit licitum, non autem ut ſit validum; Hinc eſt nullum momentum conſtitui poſſe in verbis d. Conſtit. Pianæ.

Conſimilis generis eſt, quod quarto loco opponebbatur, fruſtratorias videlicet evadere in hoc rerum ſtatu Literas
19 declaratorias. Id quippè nullo modo ſubſiſtit; Vel etenim expedita diſpenſatione ſuper remotiori, ante ejus exequutionem innoteſcit Ordinario, quòd Vir, & Mulier ſunt conjuncti propinquiori gradu, & Ordinarius debet abſtinere ab exequutione, uſquequò Literæ declaratoriæ afferantur, uti benè ponderant *Bonacina Oper. Moral. tom. 2. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 5. num. 17. & quæſt. 3. punct. 7. §. 1. num. 7. Sanchez de Matr. lib. 8. diſp. 24 num. 29.* Vel ante Bullæ exequutionem propinquitas non innotuit Ordinario, & ſic ſine Literis declaratoriis matrimonium contractum fuit, & tunc, ſtatim ac notitia defertur ad Ordinarium, debet ille Conjuges ſeparare, uſquequò Literæ afferantur, uti benè ponderat *Sanchez loco cit.* Uno verbo ſemper eſt obediendum Conſtit. Pianæ, & ſemper expediendæ ſunt Literæ declaratoriæ ſuper propinquiori, ſive Ordinarius ignoraverit, ſive ſciverit conjunctionem gradus proximioris; Et ſive matrimonium fuerit contractum, ſive non, & Ordinarius, qui, non obſtante notitia gradus propinquioris, non allatis Literis declaratoriis, diſpenſationem exequeretur, peccaret, *Tamburin. de Sacr. lib. 8. tract. 2. cap. 9. §. 7. n. 6 Clericat. Theor. Eccleſ. cap. 137. num. 13.* quod ſatis eſt, ne Literæ declaratoriæ tanquam fruſtratoriæ habeantur.

Cætera alia, quæ in contrarium ponderabantur, ſtylum
20 reſpiciunt Datariæ, & à d. Stylo nonnulli practici Authores inducti fuerunt ad ſuſtinendam nullitatem matrimonii, contracti prævia diſpenſatione ſuper remotiori, non obtentis Literis declaratoriis ſuper propinquiori. Porrò de hoc Stylo loquendo, mirum eſt, quæ, & qualia dicta ſint ab aliis Authoribus, qui ſentiunt pro validitate matrimonii. *Tamb. de Sacr. lib. 8. tract. 2. de Diſpenſat. c. 9. §. 7. ſub nu. 9.* facta ſibi oppoſitione Brevis Urbani VIII. *à Barboſa* loco citato, relati, inquit; *Cùm non ſit credibile, Urb. VIII. per Literas privatas voluiſſe abrogare dictum generale Decretum Pii V. mihi videtur eſſe putandum in memoratis privatis Literis aliquem irrepſiſſe errorem à Miniſtris commiſſum*; Alii per aliam viam procedunt; *Gobatus* quippè *in Theol. Eper. tract. 9. cap. 22. in Append. pag. mihi 1003. num. 620. & ſeqq.* ait, expreſſiones, quæ leguntur in Brevibus, de quibus agitur, non affirmativè, ſed relativè fuiſſe expoſitas, quod eſt idem, ac dicere, expreſſiones non ad Pontificem, ſed ad Supplicantes eſſe referendas, & *P. Syrus Placentin. & Pœnitentiarius Apoſtolicus in S. S. Baſilic. Later. in ſuis Adnotat. manuſcriptis ad Conſtitut. Innocentii XII. ſuper Facultatibus Majoris Pœnitentiarii pag. mihi 737. num. 38.* inquit. *Ad Stylum autem Curiæ reſpondetur, ipſum quidem facere jus, ſed non quando eſt contra ipſum jus. Stylus autem in ſubjecta materia, quòd matrimonium ſit nullum, niſi in diſpenſatione exprimatur gradus proximior, nec facit jus, nec obſervari poteſt, eò quòd adverſaretur eidem Motui proprio Pii V. relato. Conſequenter neque non obtentis Literis declaratoriis ſuper eodem gradu, inferri debet, nullum eſſe matrimonium, ſi fuerit contractum vigore diſpenſationis obtentæ, cùm tales Literæ ſolùm dentur ad evitanda dub. & ſcandala, quæ oriri poſſent in Populo*.

At quidquid ſit de hiſce reſponſionibus, & prævia proteſtatione debiti obſequii erga Stylum Datariæ, ſuſtineri poſ- 21
ſe videtur; Primò, quòd nonnulla, quæ pro eodem adſtruendo deducuntur, non faciunt ad rem; Secundò, quòd aliqua concordant cum his, quæ in ſuperioribus dicta ſunt; Tertiò, quòd alia pugnare videntur pro validitate matrimonii; Ultimò, quòd nihil in contrarium adducitur, quòd directè percutiat controverſiam, de qua nunc agitur.

Quòd autem nonnulla, quæ afferuntur non faciant ad
rem, patet; Quia ex Suffragio, in contrarium allegato cl. 22
me. Card. de Carpineo, non aliud infertur, niſi quòd Epiſcopi, habentes à Sede Apoſtolica facultatem diſpenſandi in tertio, vel quarto, non poſſunt diſpenſare in ſecundo, vel tertio, obſtante Bulla S. Pii V. Bulla quippè exigit Literas declaratorias, & Literæ declaratoriæ à Sede Apoſtolica ſunt impetrandæ; Quod utique, nec impugnatur, nec impugnari poteſt.

Quòd item aliqua concordent cum his, quæ in ſuperioribus dicta ſunt, facilè demonſtratur, & talia ſunt omnia do-
cumenta, ex quibus eruitur, quòd, exhibita Ordinario diſ- 23
penſatione ſuper remotiori, & conſtito coram eodem de conjunctione etiam in gradu propinquiori, Pontifices dixerunt, diſpenſationem non fuiſſe ſubreptitiam, & ſic Oratores eſſe diſpenſandos, ut matrimonium contrahere poſſent, ſervata forma Concilii, prævia tamen declaratione, eiſdem non obſtare conjunctionem in gradu propinquiori; Quid enim quæſo ex hiſce documentis argui valet, niſi quòd, conſtito ante matrimonium de conjunctione in gradu propinquiori, expediendæ ſunt Literæ declaratoriæ, ſi non fuerunt unà cum diſpenſatione expeditæ, quod utique admittitur, & eſt admittendum.

Rurſùs, quòd aliqua pugnent pro validitate matrimonii,
ponitur in claris; Plura etenim, & plura, tàm antiqua, 24
quàm moderna à Dataria allata ſunt exempla, in quibus, poſt contractum matrimonium prævia diſpenſatione ſuper remotiori, reticito propinquiori, non fuit Oratoribus demandatum, ut matrimonium inter ſe publicè, ſervata forma Concilii de novo contraherent, vel ſaltèm, quòd conſenſum renovarent, ſed tantùm *quòd in Matrimonio ſic contracto liberè, & licitè remanere poſſent*; Probant etiam hæc documenta, Matrimonium fuiſſe habitum pro illicito, ſed non pro invalido; Si etenim invalidum fuiſſet, novus conſenſus fuiſſet neceſſarius, & fuiſſet præſcriptus, ſive ambo Contrahentes ingnoraſſent conjunctionem in propinquiori gradu, ſive alter ignoraſſet, & alter ſciviſſet, uti latè probat *Claudius la Croix in Theol. moral. tom. 2. lib. 6. par. 3. num. 812 & ſeqq. pag. mihi 442.*

Abſque eo quòd quidquam referat reſponſio, ingenioſè
de more in Diſcurſu pro Dataria exaltata, quòd renova- 25
tio conſenſus non requiritur in Diſpenſationibus, quæ fiunt in radice matrimonii; Scio quippè, Summum

Pon-

Pontificem poſſe diſpenſare in radice matrimonii, & revocare impedimentum dirimens matrimonium, & ſimul, & ſemel abrogare legem Eccleſiaſticam, quæ dictum ſtatuit impedimentum, faciendo, ut diſpenſatio retrotrahatur ad initium matrimonii, & ſic, quòd proles quoad omnes effectus legitima ſit, & habeatur, juxta latè deducta *in dec.* 1121. *coram Seraph. & deciſ.* 19. *coram Ludov. & dec.* 174. *poſt* 2. *Vol. Conſ. Farinac.* Scio quoque controverſum eſſe inter Doctores, an in hac diſpenſatione ſuper radice matrimonii novus requiratur conſenſus, uti videri poteſt apud *Sanchez de Matrimon. lib.* 8. *diſput.* 8. *num.* 25. & veriorem eſſe opinionem, quòd nulla conſenſus renovatio in hiſce circumſtantiis ſit neceſſaria, uti latè probat *Rot. dec.* 455. *num.* 11. *par.* 1. *rec.* At punctus eſt, an in relatis exemplis dici quæat, Summum Pontificem diſpenſaſſe in radice Matrimonii; Diſpenſatio hæc quippè prodeſt filiis natis quoad omnes effectus ſpirituales, & quo ad omnes effectus civiles directè in Terris, temporali juriſdictioni Romani Pontificis ſubjectis, & indirectè in reliquo terrarum Orbe. juxta celebre reſponſum *Innoc. III. in cap. Per Venerabilem, Qui filii ſint legit.* Cùmque certum ſit, diſpenſationes has, non niſi urgentibus graviſſimis cauſis, & quidem raro concedi conſueviſſe à Summis Pontificibus *Barboſ. vot. deciſ.* 27. *num.* 31. *lib.* 2. *Diana in edit. Coord. tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 87. *num.* 6. Sicuti imperceptibile eſt, quòd in tot exemplis relatis, in quibus non fuit præſcripta renovatio conſenſus, *nec adbibitæ fuerunt formulæ, quæ adhibentur in diſpenſationibus in radice matrimonii*, voluerint in dicta radice Pontifices diſpenſare; Sic clarum eſt, ipſos nihil aliud facere voluiſſe, quàm diſpenſare in matrimonio contracto, prævia diſpenſatione ſuper remotiori, & non obtentis Literis declaratoriis ſuper propinquiori, excluſaque renovatione conſenſus, indicare voluiſſe, matrimonium fuiſſe illicitè, ſed non invalidè contractum.

Denique, quòd nihil in contrarium adducatur, directè percutiens controverſiam, de qua nunc agitur, clariſſimè dignoſcitur; In omnibus quippè exemplis, in quibus Summi Pontifices abſolverunt à pænis inceſtus, prolem legitimam declararunt, & præſcripſerunt conſenſus renovationem, ſervata forma Concilii, Oratores ſupplicabant pro diſpenſatione, & ſic ſe promptos oſtendebant ad permanendum in matrimonio, itaut mirum non ſit, ſi Supplicantibus iiſdem pro abſolutione à Cenſuris, pro legitimatione Prolis, Summi Pontifices petitis ad abundantiam indulgendo, & abſolverint à cenſuris, & Prolem legitimam declaraverint, & renovationem conſenſus præſcripſerint; At ab his argumentum deduci non poteſt ad declarationem nullitatis matrimonii, Ad hunc etenim effectum oſtendendum eſſet, quòd Contrahentibus à matrimonio recedere volentibus, & libertatem tranſeundi ad alia vota poſtulantibus, Sedes Apoſtolica facultatem conceſſiſſet; Cùmque tale documentum non afferatur, ſequitur non doceri de documento, quod faciat ad rem, & directè percutiat controverſiam, de qua nunc agitur.

26 (margin, beside "ctè percutiens")

Exemplum eſſe poteſt in Diſpenſationibus, quæ petentibus indulgentur ad cautelam, vel ſuper irregularitatibus, vel ſuper Cenſuris; Quemadmodum enim ab hiſce diſpenſationibus non valet argumentum ad incurſum in Irregularitatem, vel in Cenſuram, etiam in caſu conſimili, & vallato omnibus circumſtantiis, quæ adfuerunt in caſibus, in quibus dictæ diſpenſationes conceſſæ ſunt, *quando formitèr eſt diſputandum, an fuerit incurſa Irregularitas, vel Cenſura*, ſic à verbis Summorum Pontificum, nullitatem matrimonii ſupponentibus in hypotheſi, in qua Oratores ſupplicabant, & prompti erant ad permanendum in matrimonio, non valet illatio ad poſitivam matrimonii nullitatem, *quando formaliter ſuper eodem quæſtio inſtituitur.*

27 (margin, beside "tibus indulgentur")

Atque hæc dicta ſint ſub Cenſura &c. ſalvo ſemper &c.

# DISCEPTATIO XX.

## Ceneten. Reſtitutionis in integrum.

PRO

Chriſtophoro Roboreto.

## ARGUMENTUM.

*Religioſus, recurrens intra quinquennium, & poſtea reaſſumens inſtantiam, terminato quinquennio, poteſt nullitatem ſuæ Profeſſionis coram Ordinario, & Superiore locali deducere, neque indiget Gratia Reſtitutionis in integrum.*

ANno 1712. Chriſtophorus ab Oppido Roboreti Ditionis Tridentinæ, vi, metuque, ſibi illatis à Franſcico Patre, coactus fuit ingredi Religionem Cappuccinorum in Conventu S. Petri de Conigliano, Ceneten. Diœceſis, ibique, durantibus iiſdem vi, & metu, die 4. Nov. 1713. ſolemnem 1
emiſit profeſſionem ſub nomine Fr. Franciſci Raphaelis.

Licèt autem intra quinquennium reclamaverit, ut teſtantur P. Sanctes à Verona Provincialis, & Epiſcopus Ceneten. proſequi tamen ſuas inſtantias non potuit, eò quia de mandato Superiorum multo tempore carceribus fuit mancipatus, in eiſque tali cuſtodia, talique rigore, & arctitudine reſtrictus 2
fuit, ut neque etiam obtinere ex ſpeciali gratia potuerit ab eiſdem Superioribus extraordinarium Confeſſarium alterius Religionis, ut ipſemet non ſinè lacrymis narravit Epiſcopo Ceneten. in Epiſtola, originalitèr exiſtente in Secretaria. In cujus interiori parte adeſt originalis reſponſio d. Epiſcopi.

Fecit proinde quod potuit, ex eiſdem carceribus toto ſpiritu, enixiſque precibus ſe commendando Amicis, & piis Perſonis, quorum auxilio, & operationibus ſa: me: Clem. XI. porrectæ fuerunt preces pro obtinenda Gratia reſtitut. 3
in integrum, attento quòd hoc medio tempore lapſum jam erat quinquennium, ad reclamandum præſcriptum in *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 19. procedendo cum erroneo ſuppoſito, ſibi ab alio Religioſo inſinuato, quòd prior reclamatio, intra quinquennium facta, ei non erat profutura poſt materialem lapſum quinque annorum à die, quo ejus profeſſio emiſſa fuit, quod nullo modo ſubſiſtit, quia lapſus quinquennii non obſtat ad proſequendam nullitatem Profeſſionis cum Ordinario, ſi intra dictum quinquennium coram eo cæpta fuit inſtantia juxta reſolutionem hujus S. Congr. *in Taurinen.* 18. *Maii* 1638. de qua *in Lib.* 16. *Decr. fol.* 20.

De more remiſſæ fuerunt eædem preces ad hanc Sacram Cong. & ab ea tranſmiſſæ fuerunt d. Epiſcopo Ceneten. ad 4
hoc, ut audito Superiore locali, receptiſque formiter, & ſer. ſer. examinatis teſtibus, aliiſque probationibus, Proceſſum deindè tranſmitteret, ſui animi ſenſum aperiendo.

Localis autem Superior, interpellatus à dict. Epiſcopo, pluſquam tacitè admittendo irregularem modum, quo mediante coactus fuit Chriſtophorus Religionem ingredi, & in illa profiteri, expreſſè ſuum animum declaravit, nullam ſcilicet partem facere velle contra eundem. Fuitque proindè deputatus Procurator Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, injuncta eidem ſtrictiſſima obligatione adimplendi omnes illas partes, quas facere poterat idem Localis Superior: Ser. autem omnibus ſer. examinatis teſtibus coram ipſomet Epiſcopo, aliiſque ſuperadditis probationibus, tranſmiſſus fuit ultimo loco Proceſſus originalis, in Secretaria exiſtens.

Hodiè igitur nomine ejuſdem Chriſtophori humillimè reiterantur preces pro Gratia reſtitutionis in integrum, & videntur exaudiendæ.

Ad quem effectum ſuperabundare videtur ſola, & ſimplex Informatio ejuſdem Epiſcopi, qui cùm teſtes examinare voluerit ipſo præſente, & aſſiſtente, ex modo, ab eiſ- 5
dem teſtibus in evacuandis Interrogatoriis ſervato, perfectiſſimè cognovit, Chriſtophorum non ſponte, ſed vi, & metu compulſum fuiſſe Religionem ingredi, in eaque profeſſionem emittere. Magna enim fides danda eſt in his materiis Locorum Ordinariis, ex citatis *in tom.* 1. *par.* 2. *diſcept.* 9. *num.* 7. & *Rot. in Bituntina* 18. *Martii* 1707. *§. Et demum cor Card. Scotto.*

Addita circumſtantia illa, quæ magnam meretur ad noſtrum effectum conſiderationem, quia ſcilicet, attenta reclamatione Chriſtophori intra quinquennium declaratio

ratio nullitatis ejus profeſſionis, via ordinaria, ad ipſum Epiſcopum ſpectabat, unà cum Superiore Locali, juxta claram diſpoſitionem *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Regul. cap. 19.* Licèt ipſe commendabili obſequio erga Majeſtatem hujus ſacroſancti Senatus, attento novo recurſu Chriſtophori ad hanc Sac. Congr. poſt quinquennium reiterato, manus in hac parte apponere noluerit, ut ipſemet teſtatur ibi: *Orator dixit de nullitate ſuæ profeſſionis intra quinquennium &c. Hinc videretur exaudiendus intra lineam Sac. Conc. Trid. Verùm quia, eodem quinquennio elapſo, confugit ad remedium reſtitutionis, meum non putavit obſequium fas eſſe &c. via ordinaria procedere.*

Fortiùs, quia multa alia concurrunt, quæ inſimul unita,
8 ut in his terminis faciendum eſſe monent adducti *per Barboſ. Vot. dec. 16. num. 56. lib. 2. Ciarlin. contr. 108. ſub num. 68. & Rot. deciſ. 25. num. 47. cor. Arguel.* digito oſtendunt, profeſſionem à Chriſtophoro fuiſſe emiſſam adversùs ejus volun-
9 tatem, & coactè, in obſequium ſcilicet præceptorum ſeveri Patris, non autem ſpontaneè, & ſpiritu Dei ductus, eò quia iſte non citò pertranſit, ut ait *Rot. dec. 9. num. 26. cor. Arguel.*

I. Enim probatam habemus ejus magnam averſionem ſtatui Religioſo, concludenter juſtificatam, tam antè, quam poſt profeſſionem, teſte Epiſcopo. Illa ſiquidem eſt conclu-
10 dens argumentum, & fortis præſumptio, quòd ſequens profeſſio, ad quam Novitius nullam habebat inclinationem, emiſſa fuerit contra ejus voluntatem, ex animadverſis per *Pignatel. conſul. 180 num. 12. tom. 9. Ciarlin contr. 108. num. 48.* ibi: *Ex tali averſione, & repugnantia probatur metus, Rot. cor. Peuting. dec. 98. n. 1. & cor. Dunozet jun. dec. 930. eod. n. & in p. 1. rec. dec. 175. n. 1. & in p. 13. dec. 211. n. 1.*

II. Concurrit inſolita feſtinantia ipſum admittendi ad habitum Cappuccinorum, idque adverſus laudabilem praxim noſtræ Religionis, teſte Epiſcopo in ejus Relatione ibi: *Vis*
11 *adhibitæ pergrande eſt argumentum feſtinantia in illo prææmaturæ ætatis veſtiendo regulari habitu, contra probatum morem illius Religionis*, de qua teſtis pariter eſt Fr. Jucundus à Bibano Connovitius, loquens de facto proprio. Ea enim, quæ præter ſolitum fiunt, magnam contra ſe præſumptionem habent ex animadverſis *per Rocc. ſelect. quæſt.*
12 *cap. 46 num. 11. & Rot. dec. 188. num. 5. cor. Emer jun. & dec. 13. num. 12. par. 19. rec.*

III. Ingenuus modus, quem tenuerunt in hac Cauſa ejus Regulares Superiores, apertè ſe declarando, nolle partem aliquam facere in præſenti Judicio contra eundem Chriſtophorum. Quam animi declarationem opere punctualiter
13 compleverunt: Ex tali enim operandi modo maximum argumentum coactæ profeſſionis, probè notæ dd. Regularibus Superioribus, deſumunt Authores illi, quos referunt, & ſequuntur *Larr. dec. Gran. 63. num. 15. Rot. coram Merlin.*
14 *dec. 523. n 2 & in par. 19. rec. dec. 361. n. 11.* de quibus *in to. 1. p. 1. diſcept. 1. n. 66. & 75.*

IV. Ter repetita fuga Chriſtophori à Religioſis Clauſtris ad effectum recurrendi ad Superiores pro obtinenda declaratione nullitatis ſuæ profeſſionis, quam in facto admittit Provincialis Cappuccinorum, & in Jure ad noſtrum effectum il-
15 lam magnifaciunt *Ciarlin. contr. 108. num 52. & Rot. dec. 628. num. 5 coram Merlin.* de quibus *in tom. 1. par. 1. diſcept. 4. num. 33. & 65.*

V. Ejus apertæ conqueſtiones, & lamentationes, ab ipſo ſemper emiſſæ, ſemperque repetitæ ante Noviriatum,
16 tempore Novitiatus, quando pluriès inſtetit pro reſtitutione ſuarum Veſtium ſæcularium, & demum antè, & poſt profeſſionem, de quibus in facto teſtis eſt dict. Epiſcopus in ejus Informatione, & concordat P. Jucundus à Bibiano Connovitius in ejus formali examine, ibi: *Circa le proteſte, fatte da Lui medemo ho udito, che proteſtava nulla la ſua profeſſione per auerla fatta sforzatamente, e contro la ſua volontà, e ciò me lo diſſe in Convento a Venezia, aggiongendomi, aver domandato più volte nel tempo del ſuo Noviziato gli abiti ſuoi*
17 *ſecolari, & ho ciò udito a dire anco da altri &c. e da diverſi Religioſi &c.* Et concordat in hac parte P. Felix à Mortelliano, Magiſter Novitiorum, ibi: *Mi ſovviene bensì &c. che due, ò tre volte mi ha domandato gli Abiti ſecolari.* In jure verò illas magnifaciunt adducti *in dec. 533. num. 5. par. 11. & dec. 212. n. 1. par. 16. rec.*

VI. Tempore profeſſionis illam emiſit tremula, & timida voce, ut refert idem teſtis præſens, ibi: *Nel fare la pro-*
18 *feſſione nella Chieſa, e nel dire le parole di quella, aveva la voce timoroſa, e tremante.* Quod eſſe univocum ſignum voluntatis coactæ admiſit hæc Sac. Cong. *in Cephaluden. 14. Febr. & 18. Julii 1699. & in Biſuntina 18. Junii, & 9. Julii*
1701. & ad noſtrum effectum notant *Ciarlin. contr. 108. num. 48. Pignatel. conſult. 180 num. 12. tom. 9. & Rot dec. 205. n. 11. cor. Burat. & dec. 491. n. 1. & 3. cor. Royas, & dec. 9 n. 86. cor. Ar-* 19
*guel. & dec. 211. n. 2. & ſeqq p. 13. rec.*

VII. Conſtans demum, & inflexibilis repugnantia in ejus Religione ad titulum Religioſæ paupertatis ſuſcipiendi Sac. Ordines, à qua magnum meticuloſæ profeſſionis ar- 20
gumentum deſumunt Authores illi, quos refert, ſequitur *Rota in dec. 952 à n. 25. cor. Emer jun.*

Ex quibus non relevat, quod Nos non adducamus alias concludentiores probationes ejuſdem metus; Tres etenim
concurrunt facti circumſtantię, ex quibus infelici, atque af- 21
flicto Recurrenti alia hęc afflictio addita fuit, impeditiva aliarum probationum ejus coactæ profeſſionis.

Quarum prima conſiſtit in eo, quòd multi qualificati Religioſi, qui opportuno tempore, dataque opera, in actu ſa- 22
cramentalis Confeſſionis participes ab ipſo facti fuerunt illarum violentiarum, ex quibus motus fuit ad ingrediendum Religionem, & in illa per vim, & metum profeſſionem emittendi, etiamſi ab eodem ampliſſimam habuerint facultatem ea omnia impunè pro veritate, & conſcientia revelandi, relicta Angelici Doctoris ſana doctrina *in Supplem. 3. par. quæſt. 11. artic. 4. per tot.* de qua *Fagn. in cap. Offic. nu.* 23
*32. de Pœnit. & remiſs. Tolet. Inſtruct. Sacerd. lib. 3. cap. 16. de Sigil. num 6. & Barboſ. de poteſt. Epiſc par. 2. cap. 19. n. 56.* ſequentes opinionem illorum Theologorum, qui tenent, neque etiam tali facultate attenta, poſſe Confeſſarios revelare ea, quæ in confeſſione eis nota ſunt, quoſvè citavi *Ego in Inſtit. crimin. lib. 1. tit. 10. §. 2. num. 53.* meque citato illos ſequitur *Monacel. in Formul. tom. 3. tit. 2. formul. 1. num.* 24
4. Nullatenus adduci potuerunt ad teſtifican. ea, quę ipſi probè ſciebant, ut obſervat Epiſcopus, ibi: *Alii, quia repugnantiam intellexerunt in actu ſacramentalis Confeſſionis, quamvis ejus facultatem habuiſſent à Confitente, attamen, ambulantes in verbo Scoti, non approbantis manifeſtationem ſacramentaliter intellectorum, etiam facta licentia, intellecta expromerere detrectarunt, non reminiſcentię affectatę pretextu.*

Alia circumſtantia deſumitur ex immatura morte Joſephi Velli, cujus authenticum documentum exhibitum fuit in Secretaria, & pro cujus informatiſſimi teſtis examine Chriſtophorum inſtantiſſimè rogaverat Epiſcopum Ceneten. ut ex illius precibus in Proceſſu. Iſte enim tempore, quo idem Religionem ingreſſus eſt, ac in ea profeſſionem per vim, 25
& metum emiſit, actualiter inſerviebat pro famulo in ejus Domo, eratque perfectiſſimè informatus de omnibus illis actibus, à quibus coactus fuit ad profeſſionem emittendam, quæ omnia notoria in Oppidis Roboreti, & Conigliani, teſtatur Epiſcopus in ejus Informatione, ibi: *His ultimis temporibus vità ceſſit famulus, qui in teſtem nominatus, citrà reſpectus dicere potuiſſet &c.* Et propterea applicatur concluſio, quòd magna fides præſtanda eſt illi teſti, qui morte præventus formiter examinari non potuit, 26
juxtà theoricam *Bartol. in l. Admonendi Cod. de Jurejur.* quam ſequuntur *Deciſ. conſil. 42. num. 6. & Rot. deciſ. 263. num. 13. & 14. par. 19. rec.* cum concordantibus, citatis *in Voto, edito à R. P. D. Cerro in Romana Annuæ Præſtat. 26. Januarii 1714. §. Alterum*, & in alio extenſo *à bo. me. Lonio 23. Maii 1715. §. Fuit.*

Tertia, omnium aliarum fortiſſima circumſtantia, innititur periculo amiſſionis partis bonorum temporalium, quæ poſſident ejus Conſanguinei, & ad ipſum ſpectarent, ſi 27
ejus profeſſio declaretur nulla, quam in facto comprobat Epiſcopus ibi: *Mater, & Frater non abſque ſuſpicione prææverſentia eorum examinum, quinimò formidantes etiam reditum Oratoris ad Sæculum, propter intereſſe bonorum, vereor nè veritatem abſcondere affectarint:* In Jure autem uno ore obſervant Doctores, nullam fidem præſtandam eſſe teſti intereſſato, & aliquid ſperanti ab eventu illius Cauſæ, in qua examinatur, ut generaliter videre eſt apud adductos 28
*in deciſ. 359. num. 8. par. 9. rec. & in Romanà Prælat. 22. Aprilis 1709. §. Atque coram Molines*, & in noſtris præciſis terminis *eadem Rot. deciſ. 178. num. 10. coram Carill.*

Verum tamen eſt, quòd in hujuſmodi anguſtiis non ſunt abbreviatæ manus hujus Sac. Cong. admittendi probationes illas, quæ haberi poſſunt ad coadiuvandas alias, & ſignanter juramentum nulliter profeſſi, quod in his cir- 29
cumſtantiis magnifaciendum eſt, ex adductis per *Pignatel conſult. 4. num. 9. tom. 1.* juxta Rom. impreſs. ibi: *Non obſtat, quòd in re profeſſionis ſtari non debeat juramento Profeſſi &c. quia quando ſunt aliæ præſumptiones, adminicula, & conjecturæ, quæ nulliter Profeſſo favent, multi Authores,*

*iique*

iique graviſſimi docent, ſtari poſſe juramento illius. Quam opinionem ſequuta fuit *in Veneta*, de qua *in tom. 1. par. 1. di-*
30 *ſcept. 3. num 48. & 80.* Et *in Neapolitana 7. Sept.* 1718. de qua *in tom. 3. par. 1. diſcept. 6. num. 29. & 87.* Eamq; amplexa pa-
31 riter fuit *Cong. Epiſc. & Regul. in Præneſtina*, de qua *in d. tom. 3. par. 1. diſcept. 7. n. 38. & 62.*

Eò autem certiùs videtur ab hac Sac. Cong. amplectenda hujuſmodi ſuppletoria probatio, quò res ad eam extermina-
32 tem in præſenti redactæ ſunt, ex repetitis carcerationibus Recurrentis, quarum una duravit menſibus 16. Ex denegatione Confeſſoris extraordinarii, neque etiam pro unica vice extrà Religionem Cappuccinorum, non attentis enixis precibus qualificatiſſimi Oratoris, non admiſſis à P. Provinciali; Ac ex aliis motivis, ab Epiſcopo indicatis, eique probè notis: Ut in æquè evidenti, ac ſummo, & proximo deſperationis periculo reperiantur corpus, & anima infeliciſſimi Recurrentis, juxta verba illa Informationis Epiſ-
33 copi: *An Orator detinendus ſit ſubjectus jugo Religionis, in eum admodùm concitatæ, cum evidenti periculo perditionis vitæ, & animæ, an potiùs conſulendum ſit eidem, ejuſque graviſſimis imminentiis, mediante juramento pro pleniori comprobatione articulorum, non eſt humilitatis meæ, ſed ſuperioris ſapientiæ, & ſupremæ authoritatis EE. VV. decernerè.*

Toto ſpiritu ſupplicantes omnia hæc ſub eorum miſericordibus oculis habere ſub illa conſideratione, quòd non ſunt exagerationes Defenſorum, amplificantium miſerias Prin-
34 cipalium, ad extorquendam à Judicibus erga illos aliquam commiſerationis guttam, quod eis licitum eſſe admittit Author Libri, cui Titulus R. R. N. V. *fol. mihi 125.* ibi: *Patrono fas eſt augere Clientis calamitatem ad ejus Cauſæ commendationem*; Sed ſunt præciſa verba, pro conſcientia, &
35 veritate huic S. Cong. æquali candore, & commiſeratione fideliter narrata ab eo, quem Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Ceneten. non alio fine, quam ut Recurrentis anima, pretioſo D. N. J. C. Sanguine redempta non pereat.

Imò non deſunt Authores, aſſerentes, etiam in dubio inclinandum eſſe in mitiorem partem, faventem Religioſis,
36 recurrentibus ad verſus eorum meticuloſas profeſſiones, agnoſcentes in hac partes favorabilitatem, & magnum bonum ipſarum Religionum, ut videre *in tom. 1. par. diſcept. 20. nu. 97. 126. & 146.* &, acerrimè ſe opponentibus Conſangnineis
37 Religioſæ, ex ipſiſſimo motivo amiſſionis partis bonorum temporalium, quod eſt unicus, & maximus infelicis Recurrentis in hac Cauſa Adverſarius, reſolutionem confirmavit
38 *die 28. Martii 1716.* ut videre eſt *in tom. 2. par. 1. diſcept. 9. por tot.*

In ſupplementum pariter noſtrarum probationum, unà cum juramento Recurrentis, addi poteſt ſeria, & clara At-
39 teſtatio Epiſcopi Ceneten. teſtantis, cognoviſſe in examine teſtium, quòd ipſi ſub diverſis prætextibus, & ſcrupuloſitatibus, non aperuerunt illam veritatem, quæ eis nota erat, circa coactam profeſſionem Recurrentis, ibi: *Forſan formatus Proceſſus non ſubminiſtravit, quod ſcrupuloſus Forus deſiderat ad irritandam ſolemnem profeſſionem*; *Sed neceſſe eſt, ut Ego iſti Sac. Congreg. non procedenti ligatis manibus manifeſtem quæ mihi, intereſſenti examinibus teſtium, & quærimoniis non affectatis minùs callidi Oratoris, eluceſcere potuerunt.*

Quæ omnia nullatenùs debilitantur à teſtibus religioſis, aſſerentibus, Chriſtophorum non vi, ſed ſponte regularem emiſiſſe profeſſionem. Reſponſio ſiquidem in promptu eſt, quòd ſcilicet illi, uti deponentes ad evitandam proprii Conventus, propriæque Religionis diffamationem, in nulla
40 prorſùs conſideratione habentur, ex punctualiter firmatis per *Rot. dec. 178. num. 10. cor. Carill.* cum aliis, de quibus *tom. 1. par. 1. diſcept. 1. num. 40. & 85. in fine*, in qua ex eodem motivo hæc Sac. Cong. in nulla prorſùs conſideratione
41 habere voluit uniformem depoſitionem quinque Monialium, cum juramento ſer. ſer. deponentium de libera, & ſpontanea voluntate Monialis, recurrentis ad verſùs ejus meticuloſam profeſſionem, cum aliis, de quibus *in hoc tom. 1. par. 1. diſcept. 1.*

Die 16. Martii 1720. propoſita Cauſa in Cong. Conc. ſub
42 dubio: *An ſit locus reſtitutioni in integrum*, reſcriptum fuit: *Ordinario, prout de Jure*. A' quo ſer. ſer. declarata fuit nulla Profeſſio, & illius vigore à Religione diſceſſit Chriſtophorus.

# DISCEPTATIO XXI.

## Ferrarien. ſeu Bononien. Juriſdictionis.

*INTER*

Curiam Legationis, & Curiam Archiepiſcopalem.

## ARGUMENTUM.

*S. R. E. Cardinales de latere Legati, miſſi pro regendis Provinciis Status Eccleſiaſt. qualem, & quantam habeant Juriſdictionem, tàm in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, & in quibus Cauſis, circumſtantiis, & terminis procedere poſſint contra Perſonas Eccleſiaſticas.*

EOdem tempore, quo Curia Epiſcopalis Ferrarienſis ſer. ſer. conſtruebat Proceſſum contra Jo: Appium Junium, aſſertum Sacerdotem, oriundum ex Corcyra Melana, ſeu Nigra, vulgò *Curzola*, ob duplicatam Miſſę celebrationem 1
in una, eademq; die, idem Appius aufugit à d. Civitate, & Bononiam ſe contulit, in qua vigore Literarum requiſitorialium Vicarii Generalis Ferrarię, de mandato Eminentiſs. Legati arreſtatus fuit, & transmiſſus ad d. Judicem requirentem, ut fuit juſtificatum in Summario.

Pendente autem fabricatione ejuſdem Proceſſus, Literę dimiſſoriales ejuſdem Jo: Appii Junii viſæ ſunt taliter de falſo 2
ſuſpectæ, ut non leve dubium extortum fuerit, ipſum non eſſe Sacerdotem, ut ex Epiſtolis Nuncii Venetiarum, ad d. Legatum transmiſſis, & datis in Summario.

Rebus ita ſe habentibus, Promotor Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Bononiæ cæpit prætendere, ejus Eccleſiaſticam Juriſdictionem, ob dictam carcerationem, ſeu Arreſtum, læſam fuiſſe, & propterea recurſum habuit ad hanc Sac. Cong. 3
quæ de more audire voluit, tàm Eminentiſſimum Legatum, quàm Vicarium Eminentiſs. Archiepiſcopi Bononiæ, prout ab utroque huic S. Con. tranſmiſſæ fuerunt Relationes, in Secretaria exiſtentes.

Cùmque in ſpretum dictæ Litis pendentis coràm hoc Sacroſancto Conſenſu eadem Curia Archiepiſcopalis citaſſet 4
Birruarios Legationis, tàm præſentes, & manus dantes prędicti Appii carcerationi, quàm abſentes, & tunc temporis infirmos, & degentes extrà Statum Eccleſiaſticum ad dicendum cauſam, quare declarari non deberent excommunicati, & quidèm Excommunicatione majori, contenta in Bulla Cœnæ, eademque citatio non ſine magna publicitate affixa fuiſ- 5
ſet in locis publicis d. Civitatis; Ideò ſupplices petimus illius circumſcriptionem, uti nulliter, & attentatè exequutam, poſt recurſum ad hanc Sacram Congregationem.

Inſtantiam autem non poteſt eſſe magis congrua, eò quia nomine Promotoris Fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis controverſia per viam recurſus reperiebatur antecedenter introdu- 6
cta in hac Sac. Congreg. & propterea ligatæ erant manus, & facultates Curiæ Archiepiſcopalis ad dictam citationem procedendi, prout de facto proceſſum fuit, non ſine patenti attentatorum vitio, ex adductis per *Rainald. tom. 1. cap. 3 §. 2 num. 104. & vot. 59. num. 26. & Card. de Luc. de Judic. diſc. 18. num. 54.* Et applicatur celebre dictum *S. Bernard. epiſt. 156. ad Innoc. II.* inter ejus *Opera to. 1. fol. 1533* ibi: *Etiam poſt appellationem tui nominis auſi ſint exercere.*

Præcipuè, quia hæc Sac. Cong. jam manus in Cauſa appoſuerat, eò quia de ejus ordine utrique Collitiganti ſcriptum 7
fuerat pro Informatione, ad hoc, ut unaquæque Pars ſua Jura coram illa deduceret. Quibus ſtantibus eò magis nulli, attentati, & læſivi omni jure dicuntur Majeſtatis hujus Sac. Cong. actus omnes, à Curia Archiepiſcopali, poſteà geſti,
*tot. tit. Decret. Ut lit. pendent.* cum aliis, citatis à *Lancel de Attent. Lit. pend. par. 2. cap: 19. nu 9 & Fattolill. de Immun. Eccleſ. par. 5. tract. 5. ſect. 97. num. 2.* ubi refert, & ſequitur re- 8
ſolutionem hujus Sac. Cong. & noviſſimè, die ſcilicèt 5. currentis Menſis Martii 1722. idem reſolvit *S. Cong. Epiſc. Ponente Card. Decano in Colonien. Nullitatis Capituli*, quandò canonizavit, & declaravit nullitatem Capituli Provincialis, cum omnibus indè ſequutis, eo quia ad illius celebrationem proceſſum fuerat poſt recurſum, ad eandem Sac. 9
Cong. habitum, & poſtquam illa manus in Cauſa appoſuerat, ſcribendo pro Informatione.

Non minùs clara eſt inſubſiſtentia contrariæ prætenſionis circa Cauſæ merita, ſupponendo prætenſum 10
incur-

incurſum Birruariorum in Excommunicationem, eo quia
in Curia Legationis omnia ſequuta fuerint authoritate lai-
cali.

Objectum enim non poteſt eſſe magis frivolum, magiſ-
que inſubſiſtens, quia Cardinales de Latere Legati, ab A-
poſtolica Sede miſſi ad regendas Provincias, & Civitates, S.
11 R. E. ſubjectas, non ſine maxima improprietate appellan-
tur Judices Laici, ſed dicuntur, & ſunt Papæ Vicarii, tàm
in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, ut cumulatis con-
cordantibus, fruſtra hìc tranſcribendis, latè probat *Rainald.*
*tom. 1. §. 6. proem. à num. 59.* & ſignantèr *num. 62.* ibi: *Certum*
*eſt, quòd prædicta non habent difficultatem in Legato à Late-*
*re, qui, cùm ſit Vicarius Papæ, & verè, & realitèr habet*
*poteſtatem in Eccleſiaſticos Regulares, & etiam in Eccleſiaſti-*
12 *cos Sæculares, quod nullo modo poteſt inficiari, non tàm vi-*
*detur Princèps, vel Gubernator Sæcularis in hujuſmodi Ec-*
*cleſiaſticos animadvertere, quàm ipſe Pontifex, qui talem*
*facultatem conceſſit, & per conſequens Eccleſiaſticam, non Sæ-*
*cularem Juriſdictionem, exercere videtur*, & *num. 88.* ibi:
*Ulterius ſumus in Legato à Latere, quem utrumque gladium*
*Sæcularem, & Eccleſiaſticum habere diximus ſupra.*

In qua parte ſunt adeò clara, adeòque cubitalia verba Bre-
vis, Eminentiſſimo Legato à S. D. N. conceſſi, ut nullum
13 omninò locum dubitandi in hac parte relinquant, ut videre
eſt ex eodem Brevi, quod datur ad partes ibi: *Dilecte Fili*
*noſter &c. Te in Civitate noſtra Bononien. totoque illius Comi-*
*tatu, Juriſdictione, & Diſtrictu, noſtrum, & Sedis Apoſtoli-*
*cæ de Latere Legatum, & pro Nobis, & S. R. E. in Spiritua-*
*libus, & Temporalibus Vicarium Generalem, cum authorita-*
*te, & amplitudine, tanto muneri convenientibus, ad trien-*
*nium proximum conſtituimus &c.* & ibi: *Contra quoſcumque*
*Criminoſos, & Delinquentes, aut Inobedientes, ſeu Con-*
*temptores, tàm Sæculares, quàm Regulares, etiam exem-*
14 *ptos, cujuſcumque Dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, &*
*conditionis fuerint per viam accuſationis, denunciationis &c.*
*inquirendi, & procedendi &c.* Et ibi: *Nec non omnes alias*
*Cauſas Civiles, & mixtas, ad Forum Eccleſiaſticum quomo-*
*dolibet pertinentes, in quacumque inſtantia, præterquàm in*
*prima quoad Cauſas ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet*
*pertinentes tantùm, quæ coram Locorum Ordinariis cognoſci*
15 *debent &c. tam per viam ſimplicis querelæ &c. motas, &*
*interim movendas &c. ſimplicitèr, de plano &c. arbitrio tuo*
*procedendi audiendi &c.* Et latiùs in eodem Brevi, dato ad
partes, quibus claris verbis attentis, applicari videntur ea,
16 quæ ad rem notat *Gratian. dec. Marcb. 85. num. 16.* quòd ſci-
licèt dicatur intellectus debilitas adducere DD. authoritates
ad probandum id, quod in ſpecialibus facultatibus conti-
netur.

Ex dicta autem amplitudine facultatum, ſolitarum con-
cedi S. R. E. Cardinalibus de Latere Legatis, uno ore ob-
ſervant DD. quod iidem Cardinales de Latere Legati omnia
ea facere poſſint in eorum Legationibus, quæ faciunt Abba-
17 tes in Monaſteriis, Epiſcopi in Diœceſibus, & Archie-
piſcopi in eorum Provinciis, ut videre eſt apud *Dec. in cap.*
*Tu à nobis num. 21. de Confirm. util. vel inutil.* ibi: *Et poteſt*
*omnia, quæ poteſt Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in ſua Diœ-*
*ceſi. Speculat. in Decret. tom. 1. tit. de Legat. num. 54. fol. mi-*
*hi 52.* ibi: *Undè circa Legati poteſtatem dicendum videtur,*
*quòd, ſi ſibi ſit commiſſum in certa Provincia plenæ Legationis*
*Officium, omnia exercere liberè, & immediatè poterit, quod*
*ſive de Jure, ſive de conſuetudine quilibet Ordinarius &c. ex-*
*ercere poteſt, ſive ſit ille Abbas, ſive Epiſcopus, Archiepiſ-*
*copus, ſive Primas, vel Patriarcha, vel alius quicumque.*
18 *Barboſ. de Jur. Eccleſiaſt. Univerſ. lib. 1. cap. 5. num. 5.* ibi:
*Vices Papæ gerit, ac Ordinariam habet authoritatem*, & *n.*
*24.* ibi: *Qui Legatus de Latere poteſt in ſua Provincia quid-*
*quid Epiſcopus in ſua Diœceſi. Garz. de Benef. par. 1. cap. 5.*
*num. 283. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 9. num. 25. Boer.*
*de Poteſt. Legat. in princ. num. 5. & Rot. deciſ. 62. num 4. &*
*5. coram Ubald.* ibi: *Legatus de Latere intra limites ſuæ Le-*
*gationis dicitur habere Ordinariam Juriſdictionem, ut in to-*
*to tit. de Offic. Legati, & gerit vices Papæ Gloſſa &c.* & in
terminis Legati Æmiliæ latè probat *Maſer. de Avenion. Æ-*
*mil. Legat. de Later. lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 30. & 31.* ubi
refert ita deciſum; & in terminis Legati Bononiæ *Card. de*
*Luc. de Juriſd. diſc. 51. num. 9.* ibi: *Quoniam Legatus in ejus*
19 *Provincia dicitur Judex competens omnium Clericorum, ha-*
*bet cum eis, tàm habitualem, quàm actualem Juriſdictionem,*
*ſicuti Ordinarius, cum quo concurrit, eoque majorem habet*
*Juriſdictionem, & prærogativam &c. ac præſupponitur in*
*eodem Decreto Concilii dicto cap. 20. & in ipſiſmet Literis Gre-*
*gorii XV. in quibus præſupponitur Judex appellationum, &*
*recurſuum, ac etiam in certis caſibus ei datur cognitio in prima*
*inſtantia*, quem refert, & ſequitur *Pegas de Compet. inter*
*Archiep. & Nunc. quæſt. 2. cap. 84. per tot.* & ſignanter ibi: 20
*Attamen Cardinalis Legatus à Latere in ſua Provincia dici-*
*tur Judex competens omnium Clericorum, habens cum eis,*
*tàm habitualem, quàm actualem Juriſdictionem, ſicutì Ordi-*
*narius, cum quo concurrunt etiam contradicendo, eoque majo-*
*rem habet Juriſdictionem, & prærogativam &c. Card. de*
*Luca &c.*

Attenta proindè hujuſmodi habituali, & actuali Juriſdi-
ctione noſtri Eminentiſſimi Legati in Perſonas Eccleſiaſti- 21
cas, tàm Sæculares, quàm Regulares, prorſus extranei ſunt
termini violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ, cum quibus
exadversò in hac Cauſa proceditur, ea ratione, quia Arre-
ſtum dicti Jo: Apii Junii prætenſi Sacerdotis, ſequutum fuit
authoritate Superioris Eccleſiaſtici, & Papæ Vicarii in Spi-
ritualibus, & Temporalibus, & ſicuti idem Arreſtum de-
mandari poterat ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo, utì Or-
dinario Loci, ita eodem prorſus modo validè, & legitimè de-
mandatum fuit ab Eminentiſſimo Legato, dictis ampliſſimis
facultatibus munito, ex ſupra animadverſis.

Neque meretur allegari, quòd non ſumus in terminis Le-
gatorum de Latere, qui mitti ſolent ad Reges, & Impera-
torem, ſed Sermo ſit de Legato de Latere, deputato pro re- 22
gimine particularis Provinciæ Status Eccleſiaſtici, qui po-
tiùs Principis Sæcularis, quàm Eccleſiaſtici figuram faciat,
repræſentando Summum Pontificem, in quo utraque ma-
jeſtas, & utrumque imperium emicat, ex animadverſis per
*Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. forenſ. diſc. 4. n. 11. & 12. &*
*Raynald. lib. 1. §. 6. proemial. à n. 5.* cum aliis, ſequutis in *Inſtit.* 23
*Crim. lib. 1. tit. 7. à n. 6.*

Objectum enim nullam habet ſubſiſtentiam. Quia no-
ſtrum Breve, datum ad partes, præciſè loquitur de Lega-
to Bononiæ, prout etiam de Legatis de Latere, deputatis
pro gubernio Provinciarum Status Eccleſiaſtici, loquuntur 24
omnes ferè Authores, ſupra citati, aſſerentes, Legatos
de Latere, ab Apoſtolica Sede miſſos ad gubernandas dictas
Provincias Status Eccleſiaſtici, eſſe Vicarios Papæ in Spi-
ritualibus, & temporalibus, & amplam habere Juriſdictio-
nem in Eccleſiaſticos omnes, tàm Regulares, quàm Sæcu-
lares.

Quibus addimus *Rot. dec. 69. à n. 2. par. 13. rec.* loquen. in
punctualibus terminis Card. Legati Æmiliæ ibi: *Quia D. Car-* 25
*dinalis &c. Legatus omnia poteſt, quæ Papa ſibi ſpecialitèr non*
*reſervat, & ſic de Latere, majus omnibus poſt Romanum Pon-*
*tificem Imperium cenſetur habere &c. Etenim eſt Collateralis*
*Papæ, & in Provincia tenet locum Regis, gerentis vicem Pa-*
*pæ &c. Undè tales Legati ampliſſimis facultatibus fulti, ple-* 26
*rumque etiam Delegatis Papæ inhibent, allegantes ſe Perſo-*
*nam Papæ repræſentare, illiuſque generaliter Vices gerere.*

Et in terminis Legati Bononiæ eadem *Rot. dec. 164. num.*
*10. & 11. par. 17. rec.* ibi: *In Comitatu Bononiæ ſatis eſt licentia* 27
*Eminentiſſ. Legati, cujus ampla facultas ad omnia ea ſe ex-*
*tendit, quæ Summo Pontifici ſpecialitèr reſervata non reperiun-*
*tur*, & *dec. 15. § Non relevat apud Roderic. de Annuis red.*

Licèt autèm admittamus, dictis Legatis, deſtinatis ad
gubernium Provinciarum Status Eccleſiaſtici à S. Sede non 28
concedi, neque communicari omnes illas amplas facultates,
quæ concedi ſolent Legatis de Latere, miſſis ad Reges,
& Imperatorem; Hoc ad noſtrum propoſitum nihil ope-
ratur, dum quærimus dumtaxat, an unus ex dictis Lega-
tis, ad inſtantiam proprii Epiſcopi ſpecialitèr requiſitus,
de Jure arreſtare potuerit dictum prætenſum Sacerdotem Jo:
Appium Junium, quod ex huc uſque animadverſis remanet
indubitabile, ea viva ratione, quia ſi ad inſtantiam ejuſdem
proprii Judicis arreſtari poterat ab Archiepiſcopo, Judice
Ordinario in Civitate Bononiæ, arreſtari paritèr potuit de 29
ordine Legati, utì Papæ Vicarii in ſpiritualibus, omnem
ad dictum effectum Juriſdictionem habentis ex ſupra allega-
tis, quibus addo *Rot. dec. 15. num 2. coram Cavaler.* ibi: *Car-*
*dinalis Legatus poteſt facere omnia, quæ facit Epiſcopus &c.*
*& quemadmodum Epiſcopus potuiſſet concedere iſtud Jus &c.*
*ita, & Legatus concedere potuit &c.*

Minùs credimus inſiſtendum in notoria diſpoſitione *Conc.*
*Trid. ſeſſ. 14. de Refor. cap. 20.* præſervati in noſtro Brevi, 30
in quo diſponitur; quòd omnes Cauſæ in prima Inſtantia co-
gnoſci debeant ab Epiſcopis, neque in eadem prima Inſtan-
tia cognoſci poſſint à Legatis de Latere, niſi negligentibus
dictis Epiſcopis.

Reſponſio enim deſumitur ex claris verbis ejuſdem Con-
cilii, quæ directa ſunt ad Cauſarum judicialem cognitio- 31
nem in prima inſtantia, ibi: *Cauſæ omnes, ad Forum*

*Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes &c. in prima inſtantia coram Ordinariis Locorum dumtaxat cognoſcantur*, egregiè *Rot. deciſ.* 1042. *num* 8. *coram Emer. jun.* ibi: *Quæ nihil aliud eſt, quàm controverſia judicialis, prout de Jure finienda*. Ex quibus ad hominem patet, Sacr. Conc. loqui de 32 Cauſis, ſeu Controverſiis judicialibus, in quibus mandavit Ordinarios in prima inſtantia moleſtandos non eſſe à Legatis de Latere.

Hoc autem non ſolùm noſtro caſui nullatenus applicatur, ſed potiùs mirabiliter retorquetur, quia ex ſerie Facti, ſupra candidè expoſita, remanet manifeſtum, tantum abeſſe, quod Eminentiſſimus Legatus proprium Ordinarium in ſua Juriſdictione turbaverit, quin potiùs ipſum promptè, & ſummoperè adjuvaverit, dum ad ipſius inſtantiam Reum 33 fugitivum arreſtavit, eique ſtatim tranſmiſit. In quibus terminis nimis improprium eſt aſſerere, quod Legatus diſpoſitioni Conciliari contravenerit, dum in ipſius obſequium proprio Ordinario manus adjutrices porrexit, ne delicta impunita remanerent.

Nullum enim dubium eſt, idem *Sacr. Conc. in dict. cap.* 20. *ſeſſ.* 24. in illis verbis, *Locorum Ordinariis* comprehendiſſe etiam Ordinarium illum, qui ratione delicti talis eſt, ut in terminis notat *Fagnan. in cap. Licet num.* 25. *de For.* 34 *Compet.* ibi: *Nam ſub illis verbis Concilii* coram Ordinariis Locorum, *non ſolùm comprehenditur Ordinarius Loci Domicilii, verum etiam Ordinarius cujuſque Loci, ubi quis ex Juris præſcripto Forum ſortitur, ſive id contingat ratione originis &c. ſive ratione delicti &c. ſive aliis modis &c. Quod ſi diceremus, Concilium ſubſtuliſſe alios modos ſortiendi Forum, innumera ſequerentur abſurda, nam ratione delicti Epiſcopus non poſſet procedere contra eos,* 35 *qui in ſua Diœceſi Domicilium non habent, & ſic extra locum Domicilii crimina ubique committerentur impunè, nec liceret Epiſcopo illa ulciſci &c. Oliv. de For. Eccleſ. par.* 3. *quæſt.* 25. *num.* 24. ibi: *Declaratur tandem dictum Decretum, ut appellatione Loci Ordinarii, de quo in eodem Decreto, non ſolum veniat Epiſcopus Domicilii Rei Conventi, ſed etiam quicumque alius Epiſcopus, ſeu Ordinarius Eccleſiaſticus, coram quo ipſe Reus ſeu in ejus Territorio ſortitus eſt Forum &c. Unde adhuc hodie poſt* 36 *dictum Decretum poterit quis conveniri in prima inſtantia coram illo Ordinario, in cujus Diœceſi, ſeu Territorio Forum contraxit, ſeu ſortitus eſt. Leo in Theſaur. For. Eccleſ. cap.* 2. *num.* 75. *& Barboſ. de Poteſt. Epiſcop. par.* 3. *alleg.* 8. *num.* 14.

Abſque ulla prorſus difficultate, quia dictum Decretum Concilii, uti loquens de Cauſis contentioſis, nullo modo applicatur modo procedendi per viam meri, & ſimplicis 37 Facti, ſeu Arreſti, juxta præciſos terminos noſtri caſus, latè *Oliv. de For. Eccleſ. par.* 1. *quæſt.* 21. *ſub num.* 38. *verſ. Non obſtat*, quem refert, & ſequitur *Raynald.* poſt turbam aliorum Doctorum *tom.* 1. *Syntax. Rerum crimin.* §. 1. *proemial. numer.* 63. ibi: *Non obſtat, quod prima inſtantia, reſpectu ad Clericos, coram Ordinariis ſit videnda, ex Sac. Conc. Trid. de Refor. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *Quia præter quàm quod Legati à Latere prætendunt cognoſcere Cauſas eorundem, etiam in prima inſtantia vigore conſuetudinis &c. Reſpondetur, quod habet locum, quando agitur de Juriſdictione contentioſa, ut apparet ex lectura* 38 *dict. cap. Cauſæ omnes. Secus igitur in caſu, quo agitur de Poteſtate œconomica, & agitur de procedendo per viam Facti, abſque Juriſdictionis exercitio &c. Nam talis modus procedendi, non ſolùm eſt nimis privilegiatus ex traditis per ſupra citatos DD. & tanquam talis non comprehenditur ſub ſimplici diſpoſitione &c. Sed etiam quia Sac. Conc. in d. cap. Cauſæ omnes non ſubſtulit modos legitimos, quibus quis ex Juris diſpoſitione ſortitur Forum, &c. Ergo eò minus abſtulit modum extrajudicialiter providendi inconvenientibus*. Quibus, ut de ſe patet, facilè 39 occurri ſolet, & poteſt mediante Arreſto, quod nihil aliud eſt, niſi *manuum injectio, ne aliquis de certo loco exeat, ſeu diſcedat*, ut notant *Alberic. in ſuo Diction. dicto Verbo, & Camp. in addit. ad Zanc. de Hæret. cap.* 8. *lit. C.* & latè *Scannarol. de Viſit. Carcer. lib.* 3. *cap.* 8. *per tot. fol. mihi* 372.

Duas ſignanter præ oculis habendo reflexiones. Primam, quod ſumus in terminis duorum Judicum, Juriſdictionem habentium ab uno, eodemque Principe; Si enim Judex 40 unius Territorii implorare poteſt auxilium alterius Judicis diverſi Territorii, diverſoque Principi ſubjecti, nè delicta remaneant impunita; Etiam ſi requiſitio, & auxilium imploretur ab Eccleſiaſtico reſpectu Judicis Laici, ea ratione, quia in his terminis Judex Laicus non facit figuram Judicis, ſed ſolius Exequutoris, per ea, quæ notant *Altimar. de Nullitat. tom.* 1. *rub.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 1. *Sperell. dec.* 8. *num.* 52. *Panimol. dec.* 12. *annot.* 3. *num.* 42. *Monacel. in Formul. tom.* 1. *tit.* 15. 41 *form.* 10 *num.* 1. *&* 2. *& tom.* 3 *form.* 10. *num.* 8. *& Rayn. vot.* 132. *num.* 4. Multò fortiùs id practicare potuit Vicarius Ferrariæ cum Legato Bononiæ, Judice Territoriali, & ampliſſimam habente à Summo Pontifice facultatem, non ſolùm in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus ex ſupra animadverſis. 42

Secundum verò, quia Arreſtum non fuit practicatum cum aliquo Subdito Eminentiſſimi Archiepiſcopi ratione originis, domicilii, delicti, vel alio titulo eidem ſubjecto, ſed cum Reo, ratione delicti verè, & propriè ſubdito Epiſcopo 43 Ferrariæ, ab ejus Curia inſequuto, & in actu fugæ Bononiæ reperto; In his enim circumſtantiis, ne delicta remaneant impunita, communiter inter Doctores receptum eſt, quod Clericus delinquens, & in actu fugæ deprehenſus, etiam abſque requiſitoriis proprii Iudicis, capi poſſit à Judice Laico, ad effectum tamen illum ſtatim conſignandi proprio 44 Superiori (ut practicatum fuit in præſenti) ex iis, quæ notant adducti à *Caccialup. de Debitor. ſuſpect. fugit. quæſt.* 4. *num.* 4. *Clar. in Prax. lib.* 5. §. *finali quæſt* 28. *num.* 6. ibique *Bajard num.* 1. *&* 2. *& del Ben. de Immunit. cap.* 6. *dubit.* 12. *num.* 25. *& Rot. dec.* 2016. *num.* 5. *cor. Coccin.* ibi: *Et propterea* 45 *cùm eſſet in actu fugæ potuit à quocumque Judice capi*, quæ loquitur in præciſis terminis Arreſti.

Et habemus in hac parte magiſtralem reſolutionem hujus *Sac. Cong. in Recanaten.* 9. *Junii* 1671. quæ eſt regiſtrata *in Lib.* 1. *Decr Altovit. fol.* 561. eſtque in terminis longè fortioribus, quia agebatur de Clerico, carcerato à Curia Laicali, abſque ulla requiſitione Judicis Eccleſiaſtici; Et quia eadem 46 Curia Laicalis ſtatim cognita incompetentia propriæ Juriſdictionis ipſum excarceraverat, mandavit hæc Sac. Congr. ut contra eandem Curiam laicalem nullatenus eſſet procedendum ad Cenſuras, eandemque reſolutionem refert *Ricc. in Synopſ. verb. Curia Laicalis num.* 3. ibi: *Contra Curiam Laicalem, quæ carceravit Clericum, ſed ipſum reſtituit ſtatim ac agnovit exceſſum capturæ præfatæ, Epiſcopus non procedat* 47 *ad Cenſuras*.

Nec replicetur, quod Vicarius Generalis Ferrarienſis tenebatur implorare brachium Curiæ Eccleſiaſticæ Bononienſis, non verò Curiæ Legationis, allegando forſan ad d. effectum *Decretum Sac Congreg. Conc. in Januen.* 18. *Novemb.* 1702. quando propoſitis ſequentibus duobus dubiis; *Primò*; 48 *An Epiſcopus Brugnaten. potuerit carcerare facere Sacerdotem Vincentium Stagnarium, degentem Januæ, inconſultò Archiepiſcopo dictæ Civitatis*; Et quatenus negativè; *Secundò*; *An dictus Epiſcopus teneatur ad refectionem omnium damnorum, & intereſſe*; *Ad primum* reſponſum fuit *Negativè*; 49 Ad ſecundum verò *Affirmativè*, de qua *in Inſtit. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 38. *& in lib.* 52. *Decret. dictæ Sacr. Congreg. fol.* 618.

Talis enim, & tanta intercedit differentia inter utrumque caſum, ut nulla major, neque etiam de mero poſſibili, 50 non ſolùm dici, ſed neque etiam excogitari poſſit; Eo quia in caſu dictæ *Januen.* non ſolùm non agebatur de Sacerdote fugitivo, ſed de perſona Eccleſiaſtica, moram faciente in Civitate Januæ ab annis 30. ut refertur in Folio, dicta die diſtributo §. 1. in fine ibi: *Metropolitanus ſupradictus ſuam tranſmittens Relationem &c. ait, ſuam Juriſdictionem, & immunitatem Eccleſiaſticam violatam fuiſſe per dictum Epiſcopum, attenta carceratione dicti Stagnarii, Genuæ degentis à* 30. *circiter annis, prævia imploratione brachii ſæcularis*. 51

Idem Sacerdos, poſt Sententiam Curiæ Brugnatenſis, non ſolùm appellationem interpoſuerat ad Curiam Archiepiſcopalem Januenſem, ſed ab iſta eadem appellatio cum omni legali fundamento admiſſa fuerat, ut dicitur in eodem Folio, ibi: *A qua tamen interpoſita appellatione per dictum Stagnarium, Januæ commorantem, ad Archiepiſcopum* 52 *Metropolitanum, præfatus Epiſcopus conqueſtus fuit per Epiſtolam cum eodem Archiepiſcopo, quod talem appellationem admiſerat*.

Poſt hæc idem Sacerdos Stagnarius ad dictam Congreg. Conc. humillimum habuerat recurſum, quæ, in eadem Cauſa manus apponens, eidem Metropolitano ſcripſerat pro 53 informatione, ut proſequitur idem Folium ibi: *Poſtmodum recurſum habuit ad hanc Sac. Cong. à qua repertavit ſolitas Literas pro Informatione eidem Metropolitano*.

Quibus omnibus non obſtantibus, neque attentis, idem Epiſcopus Brugnaten. inconſultò eodem Archiepiſcopo Januæ, dictum Sacerdotem Stagnarium carcerare fecerat, 54

me-

mediante epiſtola, Januenſi Senatui directa ſequentis tenoris: *Cùm ego non poſſim tantum malum impedire, precor DD. VV. Sereniſſimas, ut ipſæ tale malum impediant, & ſi*
55 *benè exiſtimaverint, facere detineri, & carcerari Sacerdotem Stagnarium, qui &c. moratur Genuæ &c.* ut non ſine impropriis modis practicatum fuit à dicta Poteſtate laicali.

Et proinde nullo modo eadem reſolutio *in Januen.* allegari valet contra Emin. Legatum Bononiæ, qui arreſtare fecit dictum prætenſum Sacerdotem Jo: Appium Junium vi-
56 gore ſuæ ampliſſimæ facultatis, non ſolùm ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus; Ab eodem Proceſſato nulla interpoſita fuerat appellatio ad Metropolitanum, nullusque habitus recurſus ad aliquam ex Sacris Congreg. Et quod magis eſt idem Sacerdos Stagnarius, licet ratione originis, & delicti eſſet ſubditus Epiſcopo Brugnaten. ratione tamen Domicilii poſt longam moram 30. annorum in Civitate Januæ, erat ſubditus eidem Archiepiſcopo; Et propterea ſumma
57 ratione dicta Congreg. Conc. in primo dubio non ſolùm reſolvit, carcerationem fuiſſe nullam, ſed in ſecundo demandavit eidem Sacerdoti nulliter, injuſtè, & cum ſolemni abuſu Laicæ Poteſtatis carcerato, reficiendas eſſe omnes expenſas, omniaque damna, dicta occaſione paſſa, juxta laudabile ſolitum ejuſdem Sac. Congreg. de quo *in Inſtit. crim. lib. 1. tit. 3. num. 38.*

Adverſus quæ non obſtant Apoſtolicæ Conſtitutiones, de facili exadverſo allegandæ, emanatæ favore dictæ Curiæ Archiepiſcopalis, Bononiæ impreſſæ *à Raynal. tom. primo*
58 *cap. 7. §. 1. num. 240.* Nam licet Archiepiſcopo Bononiæ, tanquam Ordinario in dictis Apoſtolicis Conſtitutionibus reſerventur cognitiones Cauſarum, non introductarum coram alio legitimo Judice; In illis tamen non permittitur eidem Curiæ Archiepiſcopali, neque conceditur facultas avocandi, & reaſſumendi Cauſas, legitimè introductas coram Em. Legato, vel manus apponendi in illis actibus, & proviſio-
59 nibus, quas idem Emin. Legatus ſumere exiſtimavit, uti Supremus Papæ Vicarius in ſpiritualibus, & temporalibus ut in præciſis terminis, reſpondendo dictis Conſtit. Clem. VIII. & Gregor. XV. advertunt *Card. de Luc. de Juriſdict.*
60 *diſc. 51. num. 9. ante finem, & Maſerius de Avenionen. Æmil. & Legat. de Latere lib. 1. cap. 7. §. 1. n. 33. & 34.*

Abſque ulla prorſus difficultate, ex quo in omnem caſum præſens Controverſia ſemper diceretur verſari circa caſum mixtum, de quo dictæ Conſtitutiones non loquuntur, eo quia non reſpicit primam inſtantiam, neque Cauſam appellatio-
61 nis; Neque concernit abſolutionem, vel condemnationem alicujus Rei, in quibus terminis loquuntur dictæ Conſtitutiones Clementina, & Gregoriana; Sed concernit ſolum, & ſimplex arreſtum, de quo non loquitur Concilium, neque mentionem de illo faciunt dictæ Apoſtolicæ Conſtitutiones, emanatæ favore Archiepiſc. Curiæ Bononiæ; Unde applicatur concluſio, uno ore à Doctoribus recepta, & in magnis, & Collegialibus Tribunalibus quotidiè canonizata, quod Leges, Conſtitutiones, Statutum, & quælibet alia
62 diſpoſitio, loquens de caſu ſimplici, non procedat, neque locum habeat in caſu mixto, ut generaliter videre eſt apud citatos *à Thomat. dec. 46. num. 24. & Rot. dec. 171. num. 4. par. 15. & dec. 163. num. 13. & 14 par. 17 & dec. 167. num. 19. par. 17. rec.*

Et in præciſis terminis diſpoſitorum *in dict. Conc. Trid ſeſſ. 24. de Reform. cap. 20.* egregiè *Rot. dec. 23. num. 36. apud D. de Proſper. de Territ. ſepar.* ibi: *Hujuſmodi caſus remanet de-*
63 *finiendus ex diſpoſitione Juris communis &c. nam Synodus Tridentina derogare non conſuevit Sacrorum Canonum ſanctionibus ſub involucro verborum, ſed regulariter dum illa innovare voluit, id expreſſit. Ideoque nec præſumenda, nec admittenda eſt dicti antiqui Juris correctio &c.*

Ampliſſimæ autem facultates Eminen. Legati Bononiæ procedendi in Cauſis mixtis ſunt literaliter expreſſæ in ejus Brevi, dato ad Partes, juxta verba illa, opportunè repe-
64 tenda: *Nec non horum criminum, ac etiam omnes alias Cauſas, Civiles, Criminales, & Mixtas, ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, in quacumque inſtantia &c.* & ibi: *arbitrio tuo procedendi, audiendi &c. itaut etiam in quibuſcumque Cauſis, Criminalibus &c. Et mixtis, tam primæ inſtantiæ, exceptis tamen Cauſis Civilibus, ad Forum Eccleſiaſticum pertinentibus, ut præfertur, quàm etiam quarumcunque appellationum, inter*
65 *Clericos, tum cum Archiepiſcopo Bononien. ac cum cæteris Ordinariis tuæ Legationis concurras, & præventioni locus eſſe debeat;* Eo prorſus modo, quo eidem *præventioni locus eſt in omnibus Cauſis mixti Fori, in quibus præveniens præoccupat Cauſam, & ſolus de ea cognoſcit,* ut per hæc numero verba obſervant *Barboſ. vot. dec. 24. num. 25. lib 2. & Cabed. dec. 122. num. 2. par. 1.*

Minus obſtat reſtrictio illa facultatum Emin. Legati Bononiæ, quæ legitur in Breve, ibi: *In quacunque inſtantia,* 66
*præterquam in prima quoad Cauſas, ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes tantùm, quæ coram Locorum Ordinariis juxta Concilii Tridentini diſpoſitionem cognoſci debent:* Et ibi; *Non derogando Sac. Concil. Trid. Decr.*

Repetimus enim, quod Nos non ſumus in terminis Cauſæ judicialis, neque in prima, neque in ſecunda, vel alia ulteriori inſtantia; Sed ſumus in circumſtantiis ſimplicis Ar- 67
reſti, quod per neceſſarium antecedens præſupponit, Litem, ſeu primam inſtantiam incæptam eſſe, & pendere coram proprio Ordinario, ad cujus requiſitionem deventum fuit ad d. Arreſtum.

Dicimus pariter, quod ex limitatione, inſerta in d. Brevi cum dictione illa reſtrictiva, & taxativa primæ inſtantiæ *tantùm* nullatenus aliquid inferri poteſt ad reſtrictionem il- 68
lius ampliſſimæ facultatis in ſpiritualibus; & temporalibus, quoad reliqua non exceptuata, quæ in eodem Brevi oculis corporeis legitur, juxta animadverſa per *Fagn. in cap. Cùm contingat n. 6. de For. compet. Lotter. de Re Benef. lib. 1. cap. 23. à n. 14. Gratian diſcept. 918. nu. 56. & 60. Card. de Luca de Juriſdiction. diſc. 1. num. 27. & Rot. dec. 43. num. 1. & dec. 44. num. 7.* 69
*poſt Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3. & in Tolet. Juriſd. 17. Junii 1689. §. Quod ſufficit cor. Molines.*

Et in punctualibus terminis Legati Bononiæ notant *Nicol. in Floſcul. verbo Legatus num. 3. & Pignat. conſul. 1. num. 4. to. 2.* obſervantes, quod cùm Innoc. X. limitare voluiſſet facultates Card. Sabellio, tunc temporis Bononiæ Legato circa Ordinum collationem, Confeſſariorum approbationes, & 70
Monialium Clauſuram, id expreſsè, & literaliter declaravit.

Pro quorum omnium faciliori admiſſione non omittimus obſervare, quod licet Nuncius Neapolis multo minorem, magiſque limitatam habeat Juriſdictionem, nullamque facultatem pariter habeat judicandi in prima inſtantia, in præ- 71
judicium illius Curiæ Archiepiſcopalis, adhuc quotidiè ſimilia Arreſta concedit, & ad praxim reducit ad inſtantiam & requiſitionem Epiſcoporum totius Regni Neapolis, Em. Archiepiſcopo ejuſdem Civitatis vidente, patiente, & nullatenus reclamante, ut juſtificamus in Summario. Et prop- 72
terea deſtitutæ videntur omni legali fundamento contrariæ exclamationes adverſus unicum Arreſtum, in Statu Eccleſiaſtico conceſſum ab Emin. Legato Bononiæ, habente ampliſſimas facultates, uti à Summo Pontifice expreſsè deputato in Generalem Vicarium in ſpiritualibus, & temporalibus in ſua Legatione, dum id non denegatur dicto Nuncio Neapolitano, deputato ad inſtar dumtaxat Legati de Latere, qui proindè multò minores facultates habere dicitur, ut in 73
ſpecie benè differentiam inter utroſque conſiderando, notant *Kochier. de Juriſdict. in exempt. par. 2. quæſt. 2. num. 6. Villaroel. in Tractatu,* cui titulus, *Governo Eſdeſ. par. 1. quæſt. 4. art. 5. num 4. Oliv. de Foro Eccleſ. par. 3. quæſt. 11. num. 107. Barboſ.* 74
*de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. num. 4. & Pegas de Compet. inter Archiepiſc. & Nunt. cap. 33. num. 14. par. 2.*

Et quod omni conſideratione dignum videtur, notorium in facto eſt, quod Em. D. Card. Archiepiſcopus Bononienſis ultimo loco ſimile Arreſtum Eccleſiaſticæ Perſonæ ſibi 75
ſubditæ, procuravit, & obtinuit à Laicali Curia Florentina; Et propterea non benè impugnatur hodie talis facultas Em Legato Bononiæ, Arreſtum concedenti in illo Territorio, Civitate, & Provincia, In quibus ampliſſimam in ſpi- 76
ritualibus, & temporalibus Juriſdictionem, & Poteſtatem quotidiè exercet.

Ea autem, quæ lato calamo dicuntur exadverſo de Poteſtate laicali, cum qua Emin. Legatus in hac Cauſa proceſſit, deque Cauſis primæ inſtantiæ, in quibus idem Legatus ma- 77
nus apponere non poſſit, tam vigore *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. cap. 20* quàm in executionem Motus proprii Gregor. XV. impreſſ *à Raynald. tom. 1. cap. 7. §. 1. num. 240.* nullam habent in Facto ſubſiſtentiam, quia dictus Em. Legatus non eſt unicè deputatus pro ſolo Laicali gubernio, & cum ſola juriſdictione quoad temporalia, reſpectu ſuæ Provinciæ, ut 78
exadverſo ſupponitur, ſed eſt ſolemniſſimè deputatus in Vicarium Generalem, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus in Comitatu, Juriſdictione, & Diſtrictu Bononiæ, 79
juxta verba Brevis, dati ad partes.

Et propterea remanent prorſus inapplicabilia, ea quæ exa-

exagerantur cum tali inſubſiſtenti ſuppoſito ſolius temporalis juriſdictionis, eidem Emin. Legato in dicta ſua Legatione,
80 & Provincia competentis. Et eodem tempore non faciunt ad rem authoritates omnes, exadverſo citatæ, loquentes in terminis Judicis, ſolam Laicalem habentis juriſdictionem, & ſine ullo titulo procedentis contra Clericos, & Eccleſiaſticas Perſonas.

Ejuſdem inſubſiſtentiæ eſt alter prætextus primæ inſtantiæ, quæ non ſine magna detorſione exadverſo attribuitur
81 ſimplici Arreſto, de quo eſt quæſtio.

Diximus enim ſupra, & opportunè repetimus, idem Arreſtum nullo modo, nulloque colore denominari poſſe pri-
82 mam inſtantiam, ex latè animadverſis per *Scannar. de Viſit. Carcer.lib.3.cap.38. à num.1.* Sed potiùs per neceſſarium antecedens ſupponit, eandem primam inſtantiam introductam eſſe, & pendere coram alio Judice, inſtante, & requirente Arreſtum illius Rei, contra quem ſer. ſer. procedit, ut conſideranti patet.

Et ex hac reflexione remanent pariter inapplicabiles caſus illi, qui exadverſo adducti fuerunt circa ſpeciales facultates, petitas, & obtentas ab anteceſſoribus Cardinalibus Legatis
83 in noſtra Provincincia, & etiam ab Em. moderno Legato de menſe Januarii 1722.

Ex lectura ſiquidem illarum juſtificationum, quæ fuerunt exhibitæ in contrario Summario, remanet manifeſtum,
84 eaſdem facultates petitas, & obtentas fuiſſe circa Cauſarum judicialem cognitionem, & terminationem in prima inſtantia contra Perſonas Eccleſiaſticas; Cujus primæ inſtantiæ reſpectu, ſicuti admittimus, eaſdem ſpeciales facultates eſſe neceſſarias, ita conſtanter aſſerimus, nullo modo illis indigere Emin. Legatum Bononiæ reſpectu aliarum proviſio-
85 num, quæ non concernunt dictam primam inſtantiam, ſed verſantur circa ſimiles proviſiones ad inſtantiam, & requiſitionem aliorum Judicum, coram quibus in prima inſtantia pendent Cauſæ judiciales; Vel concernunt Cauſas mixti Fori, quarum reſpectu Emin. Bononiæ Legatus non dubiam,
86 neque diſputabilem, ſed claram, & literalem in omni, & quacunque inſtantia habet poteſtatem, & facultatem, juxta verba Brevis, de quibus ſupra.

Procedunt hæc in illis terminis, in quibus nulla omninò adſit difficultas, quod Perſonæ arreſtatæ, vel carceratæ extra terminos primæ inſtantiæ, vel in Cauſis mixti Fori
87 indubitanter ſint, & communiter reputentur pro Perſonis Eccleſiaſticis, juxta terminos, in quibus loquuntur authoritates, ſupra citatæ. Et propterea à fortiori militant in circumſtantiis noſtri caſus, in quibus ex replicatis Epiſtolis Venetiarum Nuncii, datis in Summario, remanet manifeſtum, tempore arreſti non leve adfuiſſe dubium, quod Jo: Appius Junius non eſſet Sacerdos, quodque falſæ omninò
88 eſſent illius Dimiſſoriales, juxta verba illa primæ Epiſtolæ. *Secondo le congetture o motivo di dubitare della falſità de' medemi, tanto più, che il Fiſcale, o ſia Agente di Monſignore Veſcovo di Curzola, ſotto il di cui nome è ſpedita l'ultima Dimiſſoriale, mi aſſicura non incontrare il Sigillo, e che il nome di detto Prelato è Marino Dragli, e*
89 *non Vicenzo, come è eſpreſſo in detta Lettera*, & ibi: *Ricevere dallo ſteſſo le giuſtificazioni più authentiche della detta falſità*; Et in ſecunda Epiſtola ibi: *Aggiungo a medemi l'atteſtato in autentica forma, fattoſi da queſto Sacerdote D. Gio: Canazza, che prova la falſità manifeſta della recognizione della ſuppoſta Dimiſſoria, & della per-*
90 *miſſione di celebrare in queſta Città: Onde ne riſulta evidente argomento di preſunzione contro il detto Appio.*

In iſtis enim circumſtantiis non levis dubii circa qualitatem Eccleſiaſticam, ſeu Sacerdotalem d. Appii Junii, arreſtati de ordine Emin. Legati, eo tempore, quo fugam ar-
91 ripuerat à loco delicti, ſeque contulerat ad Civitatem Bononiæ, non ſolùm validè, & licitè procedere potuit idem Em. Legatus Bononiæ in ſuo Territorio, & Provincia habens amplam facultatem, uti Papæ Vicarius in Spiritualibus, & Temporalibus, ſed etiam quilibet Judex Laicus, attenta qualitate fugæ ejuſdem Rei, & in exequutionem Requiſitorialium proprii Judicis, & Epiſcopi, abſque ullo excommunicationis periculo eundem capere, & carcerare potuiſ-
92 ſet, *Textus eſt literalis in cap. Ut famæ tuæ de Sent. Excom.* ibi: *Publicæ utilitati intereſt, ne crimina remaneant impunita &c. Laici verò citra excommunicationis ſententiam capere Clericos &c. poſſunt &c. dum tamen de mandato faciunt*
93 *Prælatorum, quorum illi ſunt Juriſdictioni ſubjecti*, ibique *Repetentes* communiter, & ſignanter *Barboſ. num.2. & ſeq.* & latè *Bellet.Diſquiſ.Cleric.par.1.tit.de Favor.Cleric.perſon. §.11.num.1.& per tot.*

Duo præcipuè obſervando, in eodem Textu, ſpecificata, quæ in noſtris terminis punctualiter verificantur, quod ſcilicet id permiſſum ſit Laicis, ne delicta remaneant impunita, 94
& ut id ſequatur de mandato illius Prælati, cujus Juriſdictioni Reus arreſtatus ſubjectus eſt; Utraque ſiquidem hujuſmodi circumſtantia in noſtro caſu concurrit, quia Reus jam aufugerat à loco commiſſi delicti, illiuſque Arreſtum 95
ſequutum fuit ad requiſitionem Epiſcopi Ferrariæ, cui idem Reus innegabiliter ſubjectus erat ex allegatis ſupra.

Nec dicatur, quod in his terminis Judex Laicus non poſſit retinere Reum carceratum niſi horis 24. In noſtro autem caſu idem Reus detentus fuerit in Carceribus Curię Legatio- 96
nis per ſpatium 15. circiter dierum.

Dupliciter enim reſpondemus: Primò, quod, ut ſæpè, ſed nunquam ſatis diximus, & ſemper opportuniùs repetimus, Nos non ſumus in terminis Judicis Laici, ſola, & ſim- 97
plici temporali Juriſdictione pollentis; ſed ſumus in terminis Viceſgerentis Papæ, juxta phraſim *Rotæ dec.79. num.1. par 13. rec.* loquentis in ſpecie de Legato Provinciæ Æmiliæ' Necnon in terminis illius Cardinalis Legati, cujus ampla facultas ad omnia ea ſe extendit, quæ Summo Pontifici ſpecialiter reſervata non reperiuntur, ſunt verba *Rot. dec. 164.num.10.par.17.rec.* loquentis in præciſis terminis Emin. 98
Legati Bononiæ; Et demùm ſumus in terminis unius ex S. R. E. Card. in ſpiritualibus, & temporalibus ampliſſimè deputati in Vicarium Generalem in Comitatu, Juriſdictione, & Diſtrictu Bononiæ, juxta præciſa verba Brevis, dati ad partes; In quibus circumſtantiis nimis improprium eſt prætendere, ut eidem qualificatiſſimæ Perſonæ, cum tali, tanta- 99
que Juriſdictione, facultate, & ampliſſima authoritate deputatæ in Legatum de Latere, competant ſolùm illæ reſtrictæ, & limitatæ facultates, quæ non denegantur pedaneis laicalibus Judicibus.

Secundò reſpondemus, quod ea omnia, quæ aſſerunt Doctores circa remiſſionem, faciendam à Judice laico illius Rei Eccleſiaſtici, quem carceravit ad requiſitionem proprii Judicis, procedunt in illis terminis, in quibus nullum omninò adeſt dubium, quod idem Reus verè, & propriè Eccleſiaſtica polleat qualitate, ut ex illorum recognitione remanet ma- 100
nifeſtum; Hoc autem in noſtris terminis nullatenus verificatur, quia, ut vidimus ſupra, & concludenter probavimus in Summario, æque magnum, ac fundatum aderat dubium circa qualitatem Eccleſiaſticam Rei, arreſtati ad requiſitionem Judicis eccleſiaſtici, ſolidè innixum falſitati Literarum Dimiſſorialium, diverſitati Sigilli, longè diverſi ab illo proprii Epiſcopi, & demùm maximæ immutationi 101
nominis ejuſdem Prælati, qui vocatur Marius Dragli, non autem Vincentius, ut cantabant Literæ Dimiſſoriales ejuſdem Rei, teſte, omni exceptione majore, Nuncio Venetiarum. Et propterea in iſtis circumſtantiis nullo modo noſtro caſui applicantur ea, quæ Doctores aſſerunt reſpectu carcerationis illarum Perſonarum eccleſiaſticarum, quæ abſque ullo dubio tales ſunt, & carceratum de mandato illius, qui nonniſi temporalem, nimiſque reſtrictam habent juriſ- 102
dictionem.

Poterant proinde omitti ea, quæ fuerunt exagerata circa moram dicti Jo: Appii Junii per 15. dies in Carceribus Legationis, & circa illius tutam cuſtodiam, cum qua aſſociatus 103
fuit, & tranſmiſſus ad Curiam Ferrarienſem; Omnia enim hæc ſequuta fuerunt eo tempore, quo adhuc durabat dictum fundatum dubium, quando poterat verificari illius qualitas merè laicalis, in quibus terminis neceſſaria fuit, tàm mora prædicta, quàm eadem tuta cuſtodia, quæ nunquam redargui poteſt de nimio rigore circa illum Reum, qui apparebat talis reſpectu notoriæ celebrationis duplicis Miſſæ in uno, 104
eodemque die, & de cujus qualitate, & dignitate Sacerdotali tale, tantumque aderat dubium ex ſupra animadverſis.

In iſtis enim terminis non benè aſſeritur exadverſo, delictum non fuiſſe atrox neque exiſtimari debere uti tale, habito reſpectu ad ſolam Miſſæ reiterationem, cujus pariter intuitu nimis grave reputatur ab aliis Doctoribus, quos ſe 105
quutus ſui *in Inſtit. Crim. lib. 10.tit.10. §.2. num. 54. & ſeqq.* Sed conſiderandum eſt idem delictum uti unitum cum dicto fundato dubio, tunc temporis vigente, quod verè Sacerdos non eſſet, in quibus circumſtantiis delictum reputatur atrociſſimum, juxta *Conſtit. 81. Clem. VIII. & 79. Urbani VIII.* citatas, & ſequutas *ubi ſupra num 90.* & addo *Dandin. de Suſpectis de hæreſi cap.3. ſect.1. ſub n 3.fol 266.* 106

Et ex his remanent abſque ulla facti aſſiſtentia duo illi prætextus, in contrarium exagerati pro incurſu Birruariorum Legationis in Cenſuras; Non enim ſubſiſtit primus, innixus 107
aſſer-

aſſertæ violentiæ, illatæ Perſonæ Sacerdotis, illegitimè carcerati; Quia tempore carcerationis nullatenus conſtabat de tali qualitate Sacerdotali, eademque carceratione, uti ſequuta de mandato Vicarii Generalis Papæ in ſpiritualibus, & temporalibus, & ad requiſitionem proprii Epiſcopi, neque de injuſtitia, neque de illegitimitate redargui cum legali fundamento poteſt, ex ſupra animadverſis.

Minùs ſubſiſtit ſecundus prætextus uſurpatæ, & turbatæ Juriſdictionis Emin. Archiepiſcopi; Cùm enim ex una parte non ſimus in terminis Cauſarum, ſer. ſer. in prima in-
108 ſtantia decidendarum, & ex alia parte ſimus in terminis Vicarii Generalis Papæ in ſpiritualibus, & temporalibus, talem, tantamque habentis amplam Juriſdictionem, ut ea omnia poſſit in ſua Legatione, quæ poſſunt Epiſcopi, & Archiepiſcopi in eorum Diœceſi ex ſupra adductis nimis im-
109 proprii, & æqualiter extranei ſunt termini violatæ Juriſdictionis, & læſę Eccleſiaſticę Immunitatis.

Pluſquam tacitè admittuntur hæc exadverſo, & proindè aſſeritur, quod in omnem caſum, cùm carceratio ſit actus
110 juriſdictionis, hæc exerceri non potuerit in Territorio, & Civitate Bononienſi, in quibus Epiſcopus Ferrarienſis nullam omninò juriſdictionem habet.

Cæterùm æquivocum in hac parte clarum eſt, quia Em. Legatus Bononiæ duas repræſentat perſonas, unam Epiſcopi Ferrarienſis, aliam verò Legati Bononienſis, ſeu Vi-
111 carii in ſpiritualibus,& temporalibus Sum. Pontif.in toto Diſtrictu,Civitate, Comitatu& Provincia Bononienſi, in quibus verè, & propriè omnem habet juriſdictionem, & poteſtatem, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, uti in ſuo proprio Territorio, & Gubernio.

Et proinde carceratio d. Jo: Appii Junii, ſequuta in Civitate Bononiæ ad ſolam requiſitionem Vicarii Generalis Fer-
112 rarienſis, ſed in vim d. ejus propriæ, & ampliſſimæ juriſdictionis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, nullo modo dici poteſt turbativa, & læſiva juriſdictionis Emin. Archiepiſcopi, quia iſte non privativè in omni caſu, & unicè in Civitate, Comitatu, & Diſtrictu, ſeu Diœceſi juriſdictionem habet, ſed in multis caſibus, & delictis etiam Eminent. Legatus in dicta Civitate, & Territorio
113 tali juriſdictione potitur, & gaudet, ut in eadem Civitate notorium eſt, & ocularitur patet ex ſola lectura Brevis, dati ad partes.

Fatendo tandem noſtram imbecillitatem neſcimus videre, quomodo deciſio præſentis caſus tranſire poſſit in pernicioſum exemplum quoad exteras laicas Curias, & ſæcula-
114 res Principes Catholici Orbis, ac ſi juridicum factum, & legalis operatio Judicis Eccleſiaſtici, ſeu Vicarii Generalis Papæ, cum ampliſſima juriſdictione, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus deputati pro gubernio unius ex Pro-
115 vinciis, eidem Summo Pontifici ſubjectis, & cui ipſemet Archiepiſcopus in ſua Metropolitana Eccleſia in ſolemnioribus feſtivitatibus locum cedit, trahi poſſit in exemplum ſæcularium Judicum, & Principum Laicorum, quod quàntum inſubſiſtens ſit de ſe patet.

Ea ratione, quia Juriſdictio Legatorum de Latere ſe extenderet etiam ad primas inſtantias, cum præventione quo-
116 ad Epiſcopos, & Metropolitanos, niſi expreſsè quoad primas inſtantias reſtricta fuiſſet à Concilio, ut poſt catervam Doctorum obſervat *Oliva de For.Eccleſ.par.3.quæſt.11.num.* 100. ubi, quod Cardinales Legati ſunt ordinarii Judices in eorum Provinciis, & Diſtrictu, & concordat *Fagnan. in*
117 *cap.Accedentibus num.3. de Exceſ.Prælat* ubi, quod Concilium Tridentinum correxit diſpoſitionem Juris communis ſolummodo in Cauſis primæ inſtantiæ, non autem in aliis Juriſdictionalibus inſpectionibus.

Ex quo ſequitur, quod negare Emin. Legato poteſtatem arreſtandi Clericum Reum, & fugitivum ad preces proprii Ordinarii, inſtantis pro tali Arreſto, idem eſt ac denegare
118 eidem Legato à Latere, non ſolum Juriſdictionem in ſpiritualibus, ſed etiam proprium Territorium, quod non ſolùm opponitur omnibus regulis Juris, & communi traditioni Doctorum, ſed notoriæ obſervantiæ omnium Curiarum Legationum.

Aſſerta limitatio facultatum noſtri Em. Legati circa delicta Eccleſiaſtica ratione materiæ, ſeu pœnæ, opponitur re-
119 ceptis Juris principiis, attribuentibus Cardin. Legatis de Latere omnimodam Juriſdictionem in ſpiritualibus quoad ea, quæ ſpectant ad Juriſdictionem Eccleſiaſticam, juxta ſuperiùs firmata; Opponitur ulteriùs claris verbis Brevis SS.D.N. in quo Literis cubitalibus dicitur, ut Em. Legatus poſſit procedere. *Contra quoſcumque criminoſos, & delinquentes, aut inobedientes, ſeu contemptores, tam Sæculares, quàm Regulares, etiam exemptos cujuſcumque Dignitatis, Status, Ordinis; & conditionis fuerint per viam accuſationis, aut ex officio, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura Judicii inquirendi, & procedendi, eoſque pro-* 120
*ut canonicæ requirunt ſanctiones, & aliàs Tibi videbitur expedire puniendi, necnon borum criminum, ac etiam omnes alias Cauſas civiles, criminales, & mixtas ad Forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in quacunque inſtantia, præterquam in prima &c.* quæ verba cum ſint undique clara, nulloque modo reſtricta ad Cauſas Eccleſiaſticas, ſive ratione materiæ, ſive ratione pœnę, nullam omninò reſtrictionem admittunt ex vulgatis.

Repetentes hìc quod duo ſunt pulmaria æquivoca, cum quibus exadverſo proceditur. Primum quod Em. Legatus 121
Bononiæ ſit Judex merè laicus;Secundum verò, quod arreſtando Joannem Appium Junium dicatur proceſſiſſe in prima inſtantia.

Pro dilucidatione primi æquivoci non poſſumus ſub Sole majorem afferre authoritatem ad demonſtrandum quod ſit etiam Judex Eccleſiaſticus, quàm repetere cubitalia verba 122
Brevis, in quibus Summ. Pontifex nedum ipſum conſtituit Generalem Vicarium, tàm in temporalibus, quàm in ſpiritualibus Apoſtolicæ Sedis, ſed eidem conceſſit ulteriùs amplas facultates relaxandi juramenta, abſolvendi à Cenſuris, diſpenſandi in impedimentis matrimonialibus, concedendi Indulgentias, & ſimilis, quæ leguntur in d. Brevi, & quæ 123
nullo modo, nulloque colore attribui poſſunt Judicibus Laicis, eiſque à remotiſſimis convenire.

Non minori claritate patet ſecundum æquivocum, obſervando, quod prima inſtantia contra d. Appium Junium eſt illa, quę fuit intentata in Curia Epiſcopali Ferrarienſi, me- 124
diante conſtructione Proceſſus, quæ proinde non ſine maxima improprietate prætenditur pendere in Curia Legationis Bononiæ, vel circa illam manus appoſuiſſe eandem Curiam, quæ cùm nihil aliud fecerit, quàm arreſtare Inquiſi- 125
tum, & Proceſſatum in prima Inſtantia coram ſuo Judice Ordinario, dicitur punctualiter exequutioni demandaſſe, tam contenta in Sac. Conc. Trid. quàm diſpoſita in ejus Brevi, in quibus Cauſæ in prima Inſtantia præſervantur Locorum Ordinariis.

Poterant, & debebant omitti ea, quæ extra propoſitum aſſeruntur de poteſtate œconomica, prætenſa à Judicibus Laicis contra Eccleſiaſticas Perſonas; Cohærenter enim ad 126
ea, quæ latè probavimus *in noſtris Inſtit. Crim. lib.3. tit.9. à num.8.* nunquam ſomniavimus aſſerere, quod illa competat Sæcularibus Judicibus adverſus perſonas Eccleſiaſticas.

Repetendo ſolùm, quod cùm Em. Legatus Bononiæ ſit Vicarius Generalis Papę non ſolùm in temporalibus, ſed 127
etiam in ſpiritualibus, & in noſtra Controverſia proceſſerit ad requiſitionem Judicis primæ Inſtantiæ, nunquam poteſt dici quod violaverit Eccleſiaſticam Immunitatem, ex 128
ſupra animadverſis.

Verum eſt, quod ſicuti Summus Pontifex quatuor repræſentat Perſonas, de quibus *in Inſtit. Crim. lib.1. tit.7. num.6.* Ita etiam Legatus Bononiæ, uti illius Generalis Vicarius ad noſtrum effectum repræſentat illas, tam in temporalibus, 129
quàm in ſpiritualibus. Sed ex tali diverſitate Perſonarum nihil poteſt inferri in noſtris terminis, in quibus non proceſſit, uti Princeps Sæcularis, ſed uti Judex Eccleſiaſticus, ſub qua qualitate fuit requiſitus ab Epiſcopo Ferrarien.

Quæ omnia dicta ſint ad hoc, ut undique cognoſcatur inſubſiſtentia contrariæ prætenſionis, quia ad noſtrum effectum videtur ſuperabundare unica illa reflexio, cui nihil ex- 130
adverſo reſpondetur, quod ex una parte eo tempore, quo Jo: Appius Junius arreſtatus fuit,& antequam conſegnaretur proprio Ordinario, notorium erat, ipſum una die celebraſſe duas Miſſas; Ex alia verò parte, maximum aderat dubium, ipſum non eſſe Sacerdotem, quod non erat innixum 131
frivolis præſumptionibus, ſed replicatis Epiſtolis, repetitiſque diligentiis, factis à Nuncio Venetiarum.

In iſtis autem circumſtantiis, nimis inſubſiſtens videtur prætenſio, quod Eccleſiaſticam Immunitatem violaverit d. 132
Legatus, ex una parte ipſum uti notoriè Reum arreſtando ad requiſitionem Judicis delicti, coram quo Cauſa in prima Inſtantia pendebat, quando ex alia parte non erat certum, ſed nimis dubium fuiſſe Perſonam Eccleſiaſticam.

Ultrò admittimus, quod Vicarius Ferrarienſis non poterat vigore ſui Mandati procurare capturam illius Rei, con- 133
tra quem proceſſum fabricabat, eo tempore, quo idem Reus non ampliùs moram faciebat in ejus Territorio; Sed conſtanter aſſerimus, quod ad d. effectum potuit recurrere ad Legatum Bononienſem, uti Vicarium Generalem Papæ in ſpiri- 134
tua-

tualibus, & temporalibus, in cujus Territorio, & Legatione d. Reus morabatur.

Speciales Facultates, obtentæ à Legatis Anteceſſoribus non benè exagerantur, eòquia illæ procedunt, & conceſſæ
135 fuerunt ad hoc, ut iidem Legati judicarent in prima Inſtantia, ut ex earum lectura remanet manifeſtum, quod nullo modo verificatur in præſenti, in quo non fuit proceſſum in prima Inſtantia, ut ſæpè, ſed nunquam ſatis diximus:

Die 24. Martii 1722 propoſita Cauſa in Cong. Immunitatis per R. P. D. Cerrum, reſponſum fuit. Non licuiſſe Curiæ Legationis devenire ad capturam præfati Sacerdotis, & Carceratum eſſe conſignandum præmemoratæ Curiæ Ar-
136 chiepiſcopali, & ad Eminentiſs. Præfectum juxta mentem, quæ fuit, ut Carceratus conſignaretur Ordinario Ferrarien. nec fieret verbum de Cenſuris, quam vidi explicatam in Cauſæ Poſitione, caractere unius ex EE. Votantibus, circa quod vide ea, quæ obſervavi *in Inſtit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. à num. 155.* quibus addo *Rot. dec. 460. num. 22. par. 18. recent.* Talis enim, & tanta fides debetur adnotationibus EE. DD. Card. in Cauſarum Poſitionibus, ut id in controverſiam adducente uno ex probatis Curialibus in Congreg. Concilii de mandato ejuſdem coactus fuerit ſe retractare, verbis illis, quæ legi poſſunt *in Inſtitut. Criminal. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 157.*

# DISCEPTATIO XXII.

## Romana Servitii Eccleſiæ.

PRO

Clericis Beneficiatis Baſilicæ Lateranenſis:

CUM

Beneficiatis ejuſdem Baſilicæ.

### ARGUMENTUM.

*Clerici Beneficiati Baſilicæ Lateranenſis an teneantur inſervire Beneficiatis celebrantibus, quando induunt Veſtimenta Sacra, ut Miſſam Conventualem celebrent; Et cum quali Voto intervenire poſſint Congregationibus, concernentibus commune intereſſe: Sacerdos, cui data fuit eleemoſyna major ſolita, an poſſit celebrationem alteri demandare cum eleemoſyna conſueta, tam ſi id ſciat, quam ſi id ignoret ſecundus Sacerdos.*

VIdetur deſtituta omni legali fundamento prætenſio Beneficiatorum circa ſervitium, exigendum à Clericis
1 Beneficiatis quando in Sacriſtia induuntur ſacris Veſtibus; Sive habeatur reſpectus ad Jus commune; Sive ad Conſtitutiones noſtræ Eccleſiæ; Sive demum ad conſuetudinem; Ideoque eadem prætenſio omnino reiicienda videtur.

Quantum attinet ad Jus commune, hoc in præſenti nobis aſſiſtit potius quàm reſiſtat, ex quo Acolythi, quales ex Conſtitutionibus noſtræ Eccleſiæ ſunt Clerici Beneficiati,
2 ad nil aliud tenentur, quàm ad inſerviendum in ipſo Altari, in deportandis ſcilicet Cæreis, & Urceolis præparandis, per Textus literales *in can. Acolythus diſt. 23.* ibi: *Acolythus cùm ordinatur &c. accipiat Cæroferarium cum Cæreo, ut ſciat ſe ad accendenda Eccleſiæ Luminaria mancipari; Accipiat, & Urceolum vacuum ad ſuggerendum Vinum in Euchariſtia Sanguinis Chriſti: & in can. Perlectis diſt. 25.* ibi: *Ad Acolythum*
3 *pertinet præparatio Luminariorum, in Sacrario ipſe Cæreum portat, ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia Diaconibus præparat:*
4 & advertunt *Paſqualig. de Sacr. novæ leg. qu. 832. num. 4. &c. Filliuc. Oper. moral. tract. 9. de Ordin. cap. 2. num. 16. Vener. in Exam. Epiſcopor. lib. 1. cap. 12. de Ordin. num. 11. Bonac. Oper. moral. tract. 9. de Ordin. cap. 2. num. 16. Lancellot. Inſtit. can. lib. 1. tit. de His qui ſunt in minorib. Ordinib. Conſtit. in princ.*

Atque deducitur ex ipſamet Græci nominis ethymologia, Acolythus enim latinè idem ſonat ac Ceroferarius *can. Cleros*
5 *diſt. 21.* & explicat *S. Thom. in Supplem. 3. partis qu. 37. artic. 4. ad 6. & artic. 5. par. ad 6. Divus Iſidor. lib. 7. ethymol. cap. 12* ibi: *Acolythi Græcè, Latinè Ceroferarii dicuntur à deportandis Cæreis, quando cantandum eſt Euangelium, & Sacrificium offerendum, & Anton. Timotheus in addition. ad Lancellott.*
6 *Inſtit. Can. loco ſupra citat. lit. A.*

Quo verò ad Conſtit. noſtræ Eccleſiæ, adducuntur ex adv. ad hunc effectum verba illa: *Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, qui per hebdomadam celebraturi ſunt Miſſam, ſe pa-* 7
*rent, & induant cum Acolythis, qui eiſdem deſerviant:* Pro adequata autem reſponſione ſat eſſet animadverſio, quod ædem Conſtitutiones æquè benè, imò majori ratione comprehendunt Canonicos noſtræ Baſilicæ, ut de ſe patet, & clarius diſponitur in ſequenti Capite. Et tamen idem Can. pro hoc ſervitio exigendo, à Clericis Beneficiatis, non quidem quotidiè juxta contrariam prætenſionem, ſed in ſolis diebus feſtivis, coacti fuerunt illud pretio acquirere, mediante ſcilicet ſolutione annuorum ſcut. 16. 80. Signum evidens, quod illud vigore dd. Conſtitutionum prætendere non poterant ad
*Text. in leg. 1. Codic. de Theſaur. lib. 10.* & tradita per *Barboſ.* 8
*axiom. 135. num. 4. & Surd. d. 173. num. 18.* cum aliis *citatis in tom. 1. par. 2 diſc. 8. n. 9.*

Verùm ſolus tenor verborum ponit rem extra omnem controverſiam; Non enim ibidem dicitur, ut neceſſarium eſ-
ſet, quod Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus induantur 9
ab Acolythis, ſed ſe parent, & induant cum Acolythis, hoc eſt, quod inſimul cum Acolythis id faciant, ut deducitur ex vi illius dictionis *cum*, quæ taliter copulat unam diſpoſitionem cum alia, ut illas individuas reddat *Rot. dec. 545. n. 7 p. 5.* 10
*& dec. 98. n. 4. & ſeqq. p. 17. rec.*

Repugnat autem, quod Acolythi eodem tempore ſe induant, & inſerviant aliis ad ſe induendum, ut de ſe patet;
Sequentia verò illa verba. *Qui eiſdem deſerviant:* intelli- 11
genda ſunt de ſervitio, præſtando in ipſo Altari, non autem in Sacriſtia, ſecundùm Juris diſpoſitionem, à quo Statuta, & Conſtitutiones dubias declarari probant citati *à Surd. d.* 12
*270. à n. 26. Manſ. conſul. 18. nu. 15.*

Quæ juridica interpretatio mirabiliter confirmatur ex ſequenti Capite earundem Conſtitutionum, ibi: *Statuimus, & ordinamus quod in eadem Eccleſia ſint perpetuò quatuor Acolythi, qui tàm Canonicis, quàm Beneficiatis, vel aliis Miniſtrantibus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, in ipſis of-*
*ficiis, & aliis præparantibus ſubminiſtrent:* Per quæ clariſ- 13
ſimè oſtenditur, verba antecedentis Capitis non indefinitè, & in omni loco, ſed ſolùm de ſervitio, præſtando in Miſſarum ſolemniis eſſe intelligenda; Unam ſiquidem Conſtitutionis partem aliam declarare communiter advertunt DD ut vi-
dere eſt apud *Maſchard. de Gener. Statut. interpret. concluſ. 12.* 14
*à num. 18. Mantic. de Conject. lib. 6. tit. 13. num. 10. Sperell. d. 102. num. 51. Rot. coram Ludoviſ. d. 87. num. 10. & coram Ptol. d. 28. num. 13. & 17 & in Romana Pretii Officiorum 16 Junii 1680. §. Propriæ ſignification. & 17. Martii 1681. §. Pluribus coram Albergato* impreſſa apud *Card. de Luca de Offic. vacabil. à fol. 379.*

Confluente in idem ſolito aliarum Baſilicarum Urbis, in facto comprobato in Summario; In jure verò pro deciſione
noſtræ Controverſiæ ſolitum attendendum eſſe monet *Car. de* 15
*Luc. de Feud. diſc. 51. n. 7.* & firmavit *Rot. dec. 50. n. 27. p. 7. rec.*

Quo demum ad prætenſam conſuetudinem, dato, nunquam tamen conceſſo, quod eſſet formiter probata, adhuc
nullum tribuere poſſet titulum cogendi; Sumus enim in acti- 16
bus facultativis, à quibus nec præſcriptio, nec poſſeſſio manutenibilis unquam prætendi poteſt, ex cumulatis *à Card. de Luc. de Feud. diſc. 51. num. 3. Lagunez de Fructib. par. 1. cap. 33. § unic. à num. 1. & Rot. coram Cerr. dec. 336 num. 10. Paſſim enim*
*videmus Epiſcopis, aliiſque Superioribus benevolis per Cleri-* 17
*cos munera, & ſervitia præſtari, quæ tamen à Succeſſoribus*
*non ita gratis &c. exigi non poſſunt &c.* ut proſequitur idem 18
*Card. de Luc. de Feud. d. diſc. 52. ſub n. 5.*

Et in terminis Ruſtici, dantis per plures annos par Caponum alicui Nobili *Bartol. in leg. Cùm de in verſo num. 9 ff. de*
*Uſur.* Et in terminis Amici, qui alterum Domi ſuæ hoſpita- 19
ri ſolitus erat per longiſſimum tempus, & Matris, quæ id 20
paſſa eſt, Filium ex fundo proprio fructus percipere *De Marin. variar. reſol. lib. 1 cap. 78. à num. 8.* Et in terminis munerum, ſolitorum præſtari cuidam Marchioni ab aliqua Uni-
verſitate *Capyc. Galeot. lib. 2. contr. 42. à num. 1. & per totam.* 21
Et in terminis facientis eleemoſynam per longiſſimum tem-
pus *Menoch. de Arbitr. caſ. 160. num. 19* Et in terminis Strena- 22
rum præſtari ſolitarum Dominis à Vaſſallis *Nov. de Gravam. Vaſſallor. grav. 10. num. 8. & ſeqq.* Et in terminis Strenarum,
ſolitarum dari Epiſcopis à Capitulo, & aliis Presbyteris per- 23
petuò reſpondit C. E. & ſignanter in *Reatina 6. Martii 1596. Hydruntina 25. Junii 1613 Ruben. 6. Junii 1614. Lavellen. 15.*
*Junii 1640. Montis Peluſii 11. Decemb. 1654. Hydruntina 5.* 24
*Decem. 1681.* & alibi ſæpiſſimè.

Et tamen prætenſæ hujus conſuetudinis, quæ eſſet à Beneficiatis concludentiſſimè probanda, ex adductis *Pignatell. conſul.*

25 *conſul.26.num.12.tom.3.* non alia exhibetur juſtificatio, quàm ſimplex, & informis atteſtatio, lite pendente, & non citatis Clericis Beneficiatis procurata, quę nullum gradum probationis conſtituit, *Gloſs. in leg.3.§.Ideoque Verb. Non teſti-*
26 *moniis ff. de Teſt. Rot. coram Priol d.335.num.17.& d.1203.ſub n.12.coram Emer.jun.*

Prętereà pro faciliori ejuſdem contrarię prętenſionis rejectione ſupplicamus advertere, quod pro ſervitio, exadverſo prętenſo, adſunt octo Clerici, ex communi Maſſa ſala-
27 riati, qui parati ſemper ſunt ad omnem nutum Beneficiatorum, unde prætendere, ut idem ſervitium eis præſtetur à Clericis Beneficiatis, omnibus in ſacerdotali Dignitate conſtitutis, & quidem relinquendo Chorum, cum divini cultus detrimento, videtur ſapere quandam ſpeciem elationis, quę ſi ſemper procul eſſe debet à Sacerdotali humilitate,
28 quantò magis in ipſo actu ſe præparandi ad divina peragenda, eò præcipuè, quia iidem Clerici Beneficiati ex propriis muneris obligatione, non ad idem ſervitium præſtandum, ſed ſolùm *ad accendenda Eccleſiæ luminaria, & ſuggerendum*
29 *Vinum in Euchariſtia mancipati* ſunt; ad literam *Text. in d. cap. Acolythus diſt.23.*

Ex quibus dubitantes Beneficiati de viribus eorum prętenſionis (cui, uti prorſus inſubſiſtentis, illorum Decanus, &
30 duo alii Collegę expreſsè renunciarunt) ſub verborum involucro effugere vellent reſtrictiſſimum judicium Em. Cardin. Ponentis, cum ſuppoſito, quod deputatus fuerit ſimplex, & merus Exequutor decretorum Sacræ Congreg. Inculcando etiam Conſtitutionem ſ. m. Innoc. XII. prohibentem appellationem à Decretis Viſitationis.

Pro congrua autem reſponſione ſat eſt obſervare, quod
31 omnia, exadverſo adducta procederent, quando eadem S. Cong. non admiſiſſet noſtrum recurſum, neque reſcripſiſſet: *Ad Em. Nigronum, qui auditis Partibus provideat authoritate Sac. Congr.* Hoc enim ſtante, decreta, exadverſo indicata, & Nobis inauditis edita, nedum in nulla haberi de-
32 bent conſideratione ad deciſionem præſentis Controverſiæ, ut benè obſervat *Rot dec.103.nu.28.p.15.rec.*

Sed dicuntur per eandem Sac. Cong. tacitè revocata, ut in terminis terminantibus firmavit *Rot. in Rom. Immiſſ.* 16.
33 *Junii* 1684.*§. Nil refragante coram bo. m. Rondinini*, ibi: *Nil refragante quod Cong. Sac. Viſitat. Apoſt. mediante decreto edito die* 24. *Januarii* 1666. *præfixerit terminum duorum menſium Bernardo ad reddendam rationem &c. Unde deducebant Informantes &c. à noſtro Tribunali reverenter ſuſcipien-*
34 *da, & exequenda, juxta ſtylum, de quo apud Bich. d.459. num.1.&c. Quia præfatum decretum fuit poſtmodum ab eadem Sac. Cong. tacitè revocatum per remiſſionem Cauſæ ad R. P. D. Viceſgerentem Em. Vicarii.*

Quò verò ad merita, iterum dicimus, nec de Jure communi, nec attentis Conſtitutionibus noſtrę Eccleſię, nec
35 vigore Conſuetudinis, illius Beneficiatos teneri ad prætenſum ſervitium, ut probavimus ſupra, non quidem mediantibus Authoribus clauſtralibus, ferè incognitis, ſed ex punctualibus Textibus Juris Canonici, quibus addo *can. Cleros*
36 *diſtinct.21.* ibi: *Acolythi Græcè, latinè Ceroferarii dicuntur à deportandis Cæreis, quando legendum eſt Euangelium, aut Sacrificium offerendum &c.* & Cathechiſmum ad Parochos: ibi: *Acolythorum munus eſt Miniſtros majores &c. in Altaris miniſterio aſſectari, eiſque operam dare; Præterea lumina deferunt, & aſſervant cùm Miſſæ ſacrificium celebratur, præcipuè verò cùm Euangelium legitur, ex quo etiam Ceroferarii alio nomine vocati ſunt:* & Pontificalem Romanum ibi:
37 *Acolythum enim oportet Ceroferarium ferre, & lumina Eccleſiæ accendere &c.* & alios adductos à *Graſſ. de Effect. Cler. in prælud. num.287.* ibi: *Quartus Ordo eſt Acolythus, cujus munus eſt Candelabra, Luminaria, & Urceolos ad Aram deponere, & portare &c.*

Nec refragantur authoritates, exadverſo adductę; omnes enim loquuntur in Miſſis ſolemnibus, Nos autem ſumus
38 in caſu Miſſarum Conventualium, ſeu ferialium, quas multùm differre à Miſſis ſolemnibus in ſpecie in ordine ad Miniſtros, in utriſque neceſſarios, benè advertit *D.Thom. in 3 p.*
39 *quæſt.83.art.5 ad 12* & adducti per *Paſqualig. de Sacrif. nov. legis qu.344.num.1.* ubi quod Miſſæ Conventuales ſunt medię inter privatas, & ſolemnes, *& qu.431. eodem num. & quæſt. 883.num.5. & quæſt 886.nu 2.* ubi, quod Miniſtri pertinent ad ſolemnitatem, non ad Conventualitatem Miſſę.

Addito etiam, quod Clerici Beneficiati non ſunt meri, & ſimplices Acolythi, juxta terminos Authorum, exadverſo
40 adductorum, quorum aliqui loquuntur juxta Conſtitutiones propriæ Religionis; Sed conſtituti ſunt in ordine Sacerdotali, cum coęquali obligatione Beneficiatorum intereſſendi divinis Officiis, & ſolummodo ad decorem Eccleſiaſticarum functionum: *in Acolythorum numero miniſterio Chori, & Sacrificiis præſtò ſunt*, juxta verba *Raſponi in Patriarchio Lateranen. lib.2.cap.3.* Proindeque eò minus illorum 41
reſpectu congruere videtur ſervitium in Sacriſtia, exadverſo prętenſum, ut de ſe patet; Et habemus practicum exemplum Cappellę Pontificię, in qua Sig Juſtitię Votantes, qui hoc munus Acolythorum explent, excepto Summo Pontifice, 42
nemini alteri manus adjutrices porrigunt, quando ſacris Veſtibus induuntur.

Conſtitutiones noſtræ Eccleſiæ potiùs aſſiſtere huic Parti, quàm refragari, probavimus ſupra; Quia verò magna vis fit exadverſo in Rubrica de *Numero Acolythorum, & de Officio, per eos exercendo*, ibi: *Statuimus, & ordinamus, quod* 43
*in eadem Eccleſia ſint perpetuò Acolythi, qui, tam Canonicis, quàm Beneficiatis, vel aliàs Miniſtrantibus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, in ipſis divinis Officiis, & aliis præparationibus ſubminiſtrent;* Ideo noſtras preces adjungimus, ut ad tenorem hujus Capituli pręſens quęſtio decidatur; Hoc enim modo non dubitamus de victoria; Non obſtantibus, illis verbis: *Et aliis præparationibus ſubminiſtrent:* Reſponſionem enim non mendicamus à modernis Collectoribus, ſed
illam deſumimus à punctualibus Textibus, qui in his caſibus 44
præparatoria nullo modo ſumunt pro ſervitio in Sacriſtia, ſed in Altari, ibi: *Ad Acolythum pertinet præparatio Luminarium &c. ipſe ſuggeſta pro Euchariſtiæ Diaconibus præparat, ut in Can Acolythus diſt 23.* & in aliis, adductis ſup.

Tantùm abeſt, quod prætenſa Conſuetudo exadverſo concludenter probetur, quin potiùs iidem teſtes, exadverſo adducti, illam excludant, cum illa declaratione, quam ad veritatis dilucidationem emiſerunt, ſe quidem vidiſſe: *Li* 45
*Signori Chierici Beneficiati ajutare a veſtire li Signori Beneficiati, quando sì, e quando nò &c* Sed neſcire, an id fecerint *per obligo, o per atto di corteſia*. Quomodo igitur poteſt prætendi, ut ex dicto horum teſtium dicatur probata conſuetudo in noſtris terminis, in quibus, uti facultativis, perneceſſe requiritur coactio, & acquieſcentia, de qua deponere debent teſtes, ut punctualiter firmavit *Rot. in d. 742. num.8. &* 46
*d.820.nu.17.& ſeqq.p.18.rec.*

Imò etiam ſi hæc omnia, per falſam hypotheſim, eſſent concludenter probata, adhuc non relevarent: Sumus enim in Collegio, quorum particulares Perſonę nequeunt eorum 47
univocis, & expreſſis actibus Succeſſoribus prejudicare, juxta regulam, communiter à Doctoribus approbatam, de qua *Card. de Luc. de Regalib. diſc.31. num.10.& Rot. coram Caval.* 48
*d.631.num.7.*

Quibus additur expreſſa renunciatio trium qualificatorum Beneficiatorum, quorum unus eſt etiam Decanus, adducta illa expreſſa, & conſiderabili ratione: *Perche conoſco, che* 49
*non hanno ſoſſiſtenza le ragioni de' ſudetti Beneficiati &c. la quale come diſſi non ha ſoſſiſtenza alcuna in bono Jure*; Non enim poſſumus meliorem, perfectioremque probationem adducere ad *Tex. in cap. Per tuas de Probat.& in leg. Cum te C. de Tranſaction.& in leg. Generaliter C. de Non numer. pecun.&* in 50
terminis confeſſionis unius ex Litigantibus benè *Rota coram Priol. d.464. num.2.* Sicque clarum remanet, qualis ſit finis præſentis controverſiæ.

Ad quæ comprobanda obſervavimus ſupra, quod in noſtra Eccleſia adſunt octo alii Clerici, qui præſtò ſunt omnibus ſervitiis Beneficiatorum; Agnita fuit exadverſo vis, & 51
efficacia hujus animadverſionis, & propterea reſp. quod ſi id practicaretur, iidem minores Clerici fierent irregulares, exer-
cendo Ord. quem non habent; Reſponſio autem petit prin- 52
cipium, ſupponendo id, quod eſt in quæſtione, quod ſcilicet ſervitium, præſtandum in Sacriſtia, ingrediatur eſſentiam Ordinis Acolythatus, idque contra tres literales Textus, per Nos adductos, necnon adverſus claram diſpoſitione Cathechiſmi, & alias punctuales authoritates.

Cæterùm diſput. gratia hoc admiſſo, ceſſat undique iſte panicus timor, & conſequenter fundìtus corruit reſponſio ex communi concluſ. quod ea, quæ aſſeruntur à DD. de irregularitate, incurrenda à Miniſtrante in Ordine, quem non 53
habet, intelliguntur de Ordinibus ſacris, non de minoribus, quæ ex communi conſuetudine indiſtinctè exercentur etiam à Laicis, ut advertunt *Barboſ. in cap.1. ſub num.5. de Cleric. non ordin. miniſtr.* ibi: *Unde quando Laicus inſervit Miſſæ,* 54
*deferendo Urceolos ad Altare, illoſque porrigendo Sacerdoti, non dicitur Ordinem Acolythatus exercere, eò quod hoc munus ex conſuetudine poſſit, non ſolùm à Clericis præſtare, ſed etiam à Laicis: Ugolin. de Irregular. cap.37. in princ. Continch. diſp. 18. de Sacram. dub 6.n.45.& Graſſ. dec. Aur. p.p. lib 4 cap.27. de Irregul. n.31.* ibi: *Irregularis efficitur ſi quis in eo Ordine admini-*

*miniſtrat, quem non habet: Intellige ſi ſit adminiſtratio in*
56 *Ord. ſacro, nam in quatuor minoribus Laicum adminiſtrare,*
*non eſt irregularitatis cauſa.*

Die 17. Aprilis 1690. Ponente Card. Petruccio propoſitis
in Cong. Viſit. Apoſt. duobus dubiis. I. *An Clerici Beneficia-*
*ti teneantur ad obſervantiam Decreti Sac. Cong. emanati die* 8.
57 *Martii* 1656. *in quo ſancitur, quod Clerici Beneficiati Acoly-*
*thi inſervire debeant Celebrantibus, quando induunt Veſti-*
*menta Sacra, ut Miſſam Conventualem celebrent.* II. *An Cle-*
*rici Beneficiati intervenire debeant in Congregationibus cum*
58 *Voto activo, & paſſivo, & cum Voto conſultivo, & deciſivo.*

Ad I. reſponſum fuit: *Affirmativè quoad ſervitium.*

Ad II. verò: *Affirmativè ad favorem Clericorum Benefi-*
*ciatorum.*

OCcaſione eleemoſynæ Miſſarum manualium, circa quas
vigore Decretorum generalium Cong. Conc. approba-
59 torum ab Urbano VIII. & Innocent. XII. & impreſſorum *à*
*Matthæuc. in Offic. Cur. Eccleſ. cap.* 10. *§.* 1. à num. 9. in quibus
in reſp. ad 7. dictum fuit: *Permittendum non eſſe, ut Eccle-*
*ſiæ, & Loca pia, ſeu illorum Adminiſtratores, ex eleemoſy-*
60 *nis Miſſarum celebrandarum, ullam, utcumque minimam por-*
*tione, retineant ratione expenſarum, quas ſubeunt in Miſ-*
*ſarum celebratione, niſi cum Eccleſia, & Loca pia alios non*
*habent redditus, quos in uſum earundem expenſarum erogare*
*licitè poſſint.*

Et in reſp. ad X. in quo fuit quæſitum: *An Sacerdotes,*
*quibus aliquando offertur eleemoſyna, major ſolita pro cele-*
61 *bratione Miſſæ, debeant dare eandem integram eleemoſy-*
*nam iis, quibus Miſſas celebrandas committunt; An verò ſa-*
*tis ſit, ut dent Celebrantibus eleemoſynam conſuetam. Quod*
*fuit reſolutum ibi: Debere abſolutè integram eleemoſynam*
*tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem ſibi re-*
*tinere poſſe.*

In una *Romana Eleemoſynæ* 23. *Auguſti* 1664. fuit quæſi-
62 tum: An id procederet etiam in illo caſu, in quo Sacerdos,
celebrans cum minori eleemoſyna, id probè ſciat, ſeque
contentum declaret; Fuitque reſolutum, id nullo modo fie-
ri poſſe, neque permittendum eſſe, ut videre eſt *in Lib.* 24.
*Decr. fol.* 245.

In alia verò Cauſa *Anconit.* 5. *Julii ejuſdem anni* 1664. re-
63 giſtrata in eodem *Lib.* 24. *Decr. fol.* 296. eadem *Congreg. Conc.*
reſolvit, Sacerdotem, taliter operantem 1. *Peccare mortali-*
*ter;* 2. *Non ſatisfacere;* 3. *Teneri ad reſtitutionem*; ibique
64 ſubditur, s. m. Alex. VII. reſolutionem dictæ Sac. Congreg.
approbaſſe.

In caſu autem Legati, facti Sacerdoti in ſumma ſcut. de-
cem pro celebratione 30 Miſſarum Sancti Gregorii, eadem
Congreg. Conc. *in Romana Retentionis Eleemoſynæ* 21. *Feb.*
1688. regiſtrata *in lib.* 38. *Dec. Fol.* 89. à tergo reſpondit, eun-
65 dem Sacerdotem non poſſe illas per alium Sacerdotem cele-
brari facere cum minori eleemoſyna.

In Piſtorien. demum 3. *Maii* 1643. de qua *in Lib.* 17. *Decr.*
*fol.* 189. reſolvit, Miſſas celebrari non poſſe pro eleemoſynis
66 in futurum recipiendis; Qua reſolutione attenta, nullam
hodiè meretur conſiderationem opinio Doctorum, qui con-
trarium ſubſtinent. Quando verò id fieri poſſit in illis Miſſis,
quarum celebratio injungitur à Teſtatoribus, vide *Paſqualig.*
*de Sacrif. nov. leg. q.* 1149. *per totam*, ubi de more egregiè que-
ſtionem reſolvit cum multis limitationibus, ſolidè innixis
fundatis rationibus.

Nota hìc, quod circa Utenſilia ſacra ſequens legitur De-
cretum *Lib.* 39. *Decr. Cong. Conc. fol.* 109. in terminis legati his
67 verbis concepti *in Romana* 26. *Martii* 1679. *Di far celebrare*
*tante Meſſe l'anno, quante ne comporterà il frutto della ſua*
*eredità: Taxandam eſſe eleemoſynam ad rationem eleemoſynæ*
*manualis in Urbe currentis, detractis tamen ex iiſdem introi-*
*tibus hæreditariis ſcutis quatuor pro ſingula Miſſa quotidiana*
*ratione Utenſilium ſacrorum ſupellectilium pro hujuſmodi Miſ-*
*ſæ celebratione.*

# DISCEPTATIO XXIII.

## Romana Penſionis.

*PRO*

Jo. Antonio Mezzaſalce.

*CUM*

Aloyſio Rinalduccio.

## ARGUMENTUM.

*Penſiones, reſervatæ ſuper Diſtributionibus quotidianis Va-*
*ticanæ Baſilicæ, an poſſint exigi à Penſionariis in illis*
*temporibus, in quibus determinata fuit illarum ſolutio;*
*Vel potiùs eo tempore, quo dividuntur eædem Diſtributio-*
*nes inter Capitulares. Et an dicto tempore exigi integrali-*
*ter poſſint, vel pro rata dd. Diſtributionum.*

SUper fructibus Beneficiati Baſilicæ S. Petri, à Jo: Ant.
Mezzaſalce nunc poſſeſſi, duæ reſervatæ fuerunt penſio-
nes; Altera ſcut. 100. de anno 1650. ad favorem Aloyſii Ri-
nalducci; Altera verò ſimilis ſummæ ſcut. 100. de ann. 1672.
ad favorem Benigni: Et quia fructus omnes ejuſdem Benefi- 1
cii conſiſtunt in meris diſtributionibus quotidianis, quæ in
caſibus deficientiæ ſervitio Chori, vel vacationis, ſemper ac-
creſcunt aliis Intereſſentibus, ideo à tempore immemorabili
conſuevit Capitulum illas ſolvere per medium menſtruarum 2
præſtationum med. publico Banco; Semper tamen poſticipa-
tè, pro minori, vel majori tempore, juxta majorem, vel
minorem facilitatem illorum exactionis, itaut currenti men-
ſe Maii 1702. ſolvatur menſtrua præſtatio menſis Julii anni
1601. Ex hoc autem factum eſt, quod omnes Penſionarii, cu-
juſlibet generis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, eoſ- 3
dem terminos penſionis exegerunt ſemper poſticipatè, ratam
nempè eorum penſionis ex qualibet menſtrua preſtatione, cor- 4
reſpondente tempori decurſo, pro quo ſolvenda venit Bene-
ficiato ejus menſtrua præſtatio, ut eſt notorium, & teſtatur
Rationalis Capituli his verbis.

„ Io ſottoſcritto Computiſta del Reverendiſs. Capitolo di
„ S. Pietro in Vaticano atteſto &c. qualmente è ſtile invete-
„ rato del Clero della ſudetta Baſilica, che molti Illuſtriſs. 5
„ Canonici, e Signori Beneficiati pagano la penſione a' ſuoi
„ Penſionarj di meſe in meſe, che il ſudetto Capitolo paga
„ le Meſate alli ſopradetti Signori Canonici, e Beneficiati,
„ come il tutto coſta dalli Libri delle Quietanze di ciaſche-
„ dun'anno, che ſi conſervano, parte in Archivio, parte in
„ Computiſtaria, a' quali &c. E detti pagamenti delle Me-
„ ſate ſempre reſtano arretrate un'anno in circa, di modoche
„ preſentemente ſi paga la Meſata di Gennaro dell'anno
„ 1701. e così ſi và continuando meſe per meſe; Di più fo
„ fede, come in tempo, che ſono vacanti, tanto li Canoni-
„ cati, come li Beneficiati, le Meſate di eſſi accreſcono a
„ benefizio degl'altri Servienti, detrattene però da ciaſche-
„ duna Meſata la rata della Penſione ripartitamente ogni
„ meſe la Porzione dell'anno, e queſto ſi è ſempre praticato in
„ S. Pietro, e preſentemente ſi pratica da me medemo Com-
„ putiſta nel ripartimento de' Fogli de' pagamenti di ciaſche-
„ dun meſe; in fede &c.

Quia verò, hoc non obſtante, prætendit hodiè Rinalduc-
cius conſequi velle ſatisfactionem ſuæ penſionis ſtatim ac ma-
turatus eſt terminus, licet à Beneficiatis non exigantur fru- 6
ctus decurſi: Vel ſaltem illam exigere ſtatim ac incipiunt ſol-
vi Beneficiato dictæ menſtruæ præſtationes, percutientes in-
tegrum tempus effluxum: Itaut idem Penſionarius pro ſatiſ-
factione ejus Penſionis, integras menſtruas ſibi appropriare 7
poſſit præſtationes, nec obulo quidem relicto ipſi Beneficiato,
ad d. effectum in judicium vocavit eundem Mezzaſalcem.

Neutrum autem ei competere videtur. Non primum, quia
contraria prætenſio nullum habet fundamentum, nec de Jure 8
communi, nec ex jure ſpeciali reſervationis Penſionis; Pen-
ſio ſiquidem ſolvi tantummodo debet ex annuis redditibus ip-
ſius Beneficii, dum dicitur pars, ſeu quota fructuum ejuſd.
Beneficii, ut, aliis cumulatis, notat *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. 9
*q.* 24. *à nu.* 82. Et firmavit *Rot dec.* 327. *n.* 3. *cor. Cerrin.* loquens
in terminis penſionis, debitæ à Card. Maphæo Barberino, po-
ſtea s. m. Urbano VIII. *& d.* 80. *n.* 4. *apud Zacch. de Oblig. Ca-*
*mer.* cum aliis, citatis *à Car. de Luc. de Penſ. d.* 20. *n* 8.

Et proinde quoties de tempore decurſæ penſionis Benefi-
ciatus

10 ciatus nullos percepit fructus, non poteſt cogi ad penſionis
ſolutionem de proprio, ea ratione, quia Beneficiati bona,
nec à jure, nec à Summo Pontifice fuerunt gravata ad favo-
11 rem Penſionarii, ut proſequitur *Lotter.ubi ſup.*

Minùs ſubſiſtit ſecunda pars contrariæ prætenſionis, quod
ſcilicet primæ menſtruæ præſtationes Beneficato debitæ,
12 erogari debeant pro integra ſatisfactione penſionis, decurſæ
pro terminis jam maturis.

Quia jus exigendi Penſiones, quod habet Rinalduccius,
reſtrictum eſt ad ſolam ſummam ſcut. 100. in quolibet anno,
ita ut totius anni curriculum debeat intercedere ad hoc, ut
13 debeatur integra ſumma ejus crediti; Et proindè in quolibet
menſe oritur eidem jus reſtrictum, ad ſolam ratam, ſeu quo-
tam ejus penſionis ſuper fructibus cujuslibet menſis: Reli-
qua verò rata, ſeu quota fructuum ſingulorum menſium re-
manet propria Titularis, eſtque immunis, & libera ab omni
onere penſionis, idemque Penſionarius pro ſumma ratæ ſuæ
14 penſionis tantùm cenſetur habere obligatam portionem fru-
ctuum Beneficii, ex vi reſervationis ſeparatam, & abſtra-
ctam à cæteris fructibus ejuſdem Beneficii, ex firmatis *per
Rot. cor. Millin.dec.*448.*per tot.* & ſignanter *nu.*7.*&* 8. quæ in
hac materia eſt Magiſtralis *cor.Otthob.dec.*46.*n.*19.

Cùmque fructus ſint quædam ſubſtantialis pars Beneficii,
Penſionarius quoad partem, quæ ſibi ratione penſionis debe-
15 tur, ipſummet beneficium habere dicitur, ex animadverſis
*per Collant. in Pragm. lib.1. cap.3.num.8. Acoſt. de Priv. cred.
reg.1.ampl.12.num.18. & Rod. de Ann. redit. p.1.artic.5. num.
81.& ſeqq.*

Videmus hoc quotidie practicari in illis caſibus, in quibus
Beneficiatus moritur in 3. vel 4. menſe ex. gr. poſt terminum
deſtinatæ penſionis; In iſtis enim circumſtantiis, quando
ſolvuntur præſtationes illorum quatuor menſium, idem Pen-
16 ſionarius non ſolet, nec poteſt ſibi appropriare d. ſummam
pro tota penſione, quamvis decurſa, & maturata, ſed ſo-
lùm illius ratam partem proportionabiliter ad totum annum,
reliquam vero portionem fructuum percipiunt hæredes Bene-
ficiati defuncti. Idque optima ratione, quia aliàs ſequere-
17 tur quod Succeſſor in Beneficio remaneret immunis ab onere
penſionis pro reliquis menſibus illius anni, pro quo jam fuiſ-
ſet ſatisfactus Penſionarius ex integris fructibus primorum
quatuor menſium, quo nihil abſurdius dici poteſt.

Nec replicetur, quod ſufficiat Penſionario adeſſet tot fru-
18 ctus Benificii illius anni, qui ſatis ſint ad ſatisfactionem de-
curſæ penſionis ex *dec.*130.*n.*2.*par.*3.*rec.*

Quia Rota ibi loquitur de fructibus naturalibus, quos jam
perceperat Epiſcopus Neritonen. vigore donationis Papæ,
19 maturatis, & recollectis de tempore decurſo, qui petebatur
non obſtante prætenſione ejuſdem Epiſcopi, quod fructus,
ei à Papa donati, non eſſent obligati pro penſione.

E' contra verò quando fructus Beneficii ſunt merè civiles,
20 conſiſtentes in menſtruis Diſtributionibus, qui ut ita, dicam
colligi dicuntur duodecim vicibus quolibet anno, dum Pen-
ſionarius ad proportionem ratæ fructuum, quæ ſingulo men-
ſe percipitur, debet recipere ratam penſionis, quæ pro rata
fructuum debetur, ut probant *Tondut.de Penſ.cap.*20.*nu.*3.4.
21 & clariùs *n.*43.*& Barbos in vot.*5. *n.*11. *lib.*1. & firmavit *Rota
dec.*646.*n.*7.*par.*18.*rec.*

Abſque ulla prorſus difficultate in caſu noſtro, in quo om-
nes fructus proveniunt ex Diſtributionibus quotidianis, quę
22 accreſcunt aliis Intereſſentibus ſervitio Chori. Nam ſi inte-
gra ſumma cujuslibet menſtruæ præſtationis deſtinata Bene-
ficiato, percipi poſſet à Penſionario ex primis menſibus,
nihil remaneret pro augumento, debito aliis Intereſſentibus
23 ſervitio Chori in caſibus deficientiæ, vel vacationis Titula-
rium, à cujus portione detrahi deber augumentum. Et pro-
inde, quoties vacant Canonicatus, ſive Beneficiatus, penſio-
24 ne gravati, ſemper conſuevit Capitulum relinquere in De-
poſitaria ratam penſionis correſpondentem ſingulis menſibus,
pro quota eorum crediti, reliquum verò quolibet menſe di-
ſtribuere inter Concanonicos, & Collegas inſervientes pro d.
25 augumento, ut in facto ſervari teſtatur Rationalis, juxta
verba ſupra regiſtrata. Et de Jure faciendum eſſe firmavit
*Rota apud Garz de Beneſ. p.*1 *c.*5.*nu.*214 *& apud Marcheſ. de
Commiſſ p.*1.*fol* 552 *n.*5. & latè probat *Card.de Luc. de Beneſ.
diſc.*19.*à n.*8 *uſque ad fin.Rot dec.*356.*n.*6.*p.*18.*rec.*

Cauſa hæc, anno 702. cor. Card. Vic. agitata, nullam
habuit ulteriorem proſequutionem, quia Rinalduccius tunc
acquievit: Fuit autem iterum reaſſumpta anno 1705. à Ve-
nantio Benigno, altero Penſionario ejuſdem, coram Viceſ.
26 qui de menſe Julii ejuſdem anni ſequens fecit decretum per
Acta Gialii: *Terminos decurſos ſolvendos eſſe proportionabi-
liter menſtrualim juxta ſolutiones menſtruas, à Reverendiſſ.
Capitulo factas D. Jo: Antonio Beneficiato Inſtanti*, Cui be-
nignus acquievit.

# DISCEPTATIO XXIV.

## Sancti Severi Matrimonii.

INTER

Michaelem Panuntium.

ET

Gratiam Vitalem.

## ARGUMENTUM.

*Matrimonium, metu contractum, nullum eſt; Idemque di-
cendum, quando contrahitur inter conjunctos in gradu
prohibito affinitatis, etiamſi illa proveniat ex copula illi-
cita; Adducuntur multæ conjecturæ, & præſumptiones,
comprobantes copulam; Oſtenditurque qualis illa debeat
eſſe ad hoc, ut matrimonium dirimat ex cauſa affinitatis.*

Die 9. Maii 1694. è Carceribus, in quibus, ad præciſum
effectum contrahendi matrimonium, detinebatur, co-
ram Canonico Joſepho Bellino, Vicario S. Severi ductus Mi-
chael Panuntius, nullis denunciationibus præmiſſis, Ma-
trimonium per verba de præſenti contrahere fuit coactus cum 1
Gratia Vitale, præſentibus Archidiacono de Vivo, Onu-
phrio Phantaſia, & aliis Conſanguineis ejuſdem Gratiæ, quo-
rum opera paulò poſt ſupponitur dolo tranſmiſſus ad Bellum,
quod tunc temporis vigebat in Cathalunia, ex quo tandem
poſt quatuor annos reverſus, cæpit idem Matrimonium, utì
nullum, impugnare, & tanquam metu contractum, & ob
impedimentum affinitatis ex copula, per plures annos habita
cum Laura Vitale, germana Sorore ejuſdem Gratiæ.

Controverſia autem ad Sac. Congr. Conc. delata, ex quo
juſtis de cauſis Epiſcopus S. Severi, de noſtra Legali facul-
tate optimè meritus, ut teſtantur Opera, ab ipſo Typis da-
ta, à judicando ſe abſtinere voluit, commiſſa fuit Card. Ur-
ſino Metropolitano, ex reſcripto ejuſdem Sac. Cong. Conc. 2
ſub die 9. Aug. 1698. circa quam pro veritate de meo ſenſu
requiſitus, cenſeo ex utroque capite, metus ſcilicet, & affi-
nitatis in primo gradu, idem Matrimonium omnino nullum
eſſe.

Poſthabito denunciationum defectu; Iſtæ enim, licet non
ſine peccato abſque legitima cauſa, & diſpenſatione Superio-
ris omittantur, ex adductis per *Boſſ.de Matr.cap.*8.*n.*1.*& Pont.* 3
*eodem tract. cap.*30.*nu.*3. Omiſſæ tamen Matrimonii nullita-
tem aptæ non ſunt inducere, ut firmavit *Rot.in dec.*375.*n.*10.
*p.*11.*rec & in Neapolitana Matrimonii* 21. *Aprilis* 1681. *§. Nec* 4
*obſtare cor. Alberg.* & pluries reſolvit S. C. Conc. ut, omiſſis
antiquioribus, videre eſt *in Romana Matrimonii* 2. *Junii*, *&* 5
28 *Julii* 1696. *& in Taurinen. Matrimonii* 28. *Septembr.* 1697.
*& in Reatina Matrim.*6. *Febr.*1700.

Quoad metum, iſte videtur concludenter probatus in Pro-
ceſſu, ex quo apparet, ad præciſum effectum cogendi Mi-
chaelem ad contrahendum Matrimonium, carceribus fuiſſe
emancipatum, ibique inhumaniter tractatum, nec non cum
aſſiſtentia armata Conſanguineorum Gratiæ coram Vicario 6
ductum, manibus colligatis, & arcta cuſtodia detentum, cum
aliis circumſtantiis, de quibus in eodem Proceſſu. Probato
autem metu, & quidem in conſtantem virum cadente, nec
minimum adeſt dubium, quin Matrimonium ſit nullum, juxta
Textus relatos à *Sanchez de Matrim.lib.*4.*diſp.*12 *n.*18.*Pani-* 7
*moll. dec.*102.*n* 1.*& pluribus ſeq.& Rot. in Melevitana Sponſa-
lium* 8. *Maii* 1696.*§ Fundabatur,& per tot.cor Pio.*

Et in præciſis terminis Matrimonii, contracti ex metu,
reſultante à præceptis pœnalibus, & carceratione, de man- 8
dato Judicis ſequuta, conſtanter reſolvit Sac Cong. Concil.
in *Vintimilien.Matrimonii* 24. *April. anni* 1700. *& in Sanctæ
Agathæ Gothorum Matrimonii eiſdem die, & anno.*

Qui metus nullatenus dicitur purgatus per ſequentem co-
pulam, hæc enim procurata fuit, nedum durante adhuc metu,
quod ſufficeret, ſed quod magis eſt, tempore, quo ſub arcta 9
cuſtodia retinebatur Michael ad præciſum effectum, ut ma-
trimonium conſummaret, per ea, quæ in terminis obſervant
*Sanchez de Matrim.lib.*4 *diſp.*18 *num.*7.*verſ.Durat.autem*, *&*
*num.*15.*& ſeqq. Panimoll.dec.*102.*num.*13.*& ſeqq.& adnot.*2. 10
*num.*10

*num.*10.& *Raynald.obſerv.Criminal.ad c.*23.*ſupplet.*5.*per tot.* & ſignanter *à n.*30.*uſque ad finem*.

Quò verò ad impedimentum affinitatis in primo gradu ,
11 indubitatum eſt, illam Matrimonium contractum dirimere,
ex juribus , relatis *à Rota in dec.*8.*n.*64.*cor. Arguell.* & *in Colo-
nien Nullitatis Matrimonii* 1.*Julii* 1693.§.1.*coram Molines* ,
25.*Junii* 1694.§. *Validitas coram Emerix jun.* inter ſuas la
12 1194.*num.*1.& *Congreg.Concilii in Cæſenaten.*18.*Junii* 1611.
*ut in Lib.*11.*Decret.fol.* 99.

Ad probandum verò dictum impedimentum præmitto ,
13 non eſſe neceſſarium, ut copula demonſtretur mediantibus
probationibus directis, quòdque de illa deponant teſtes,omni
exceptione majores, quia agitur de re difficilis probationis ,
14 & in qua vocari non ſolent teſtes, ut dicit *Gloſſ. in cap. Lite-
ris verb. Ut credebant de Præſumpt.* & obſervat *Gonzal. in c.*
15 *Præterea num.* 3. *de Teſtib.* ubi refert *illud Martial. lib.*1.
*Epigr.* 35.

*At Meretrix abigit teſtem , veloque ſeraque*
*Raraque ſi memini fornice rima patet.*

Communiter proinde receptum eſt , illam probari præ-
ſumptionibus, & conjecturis, ut ad noſtrum præciſum effe-
16 ctum , dirimendi ſcilicet Matrimonium , cum dicto impedi-
mento contractum , obſervant *Maſcard de Probation concluſ.*
57.*num.*7.& 8.*Farinac. de Delict. Carn. quæſt.* 136. *num.* 2. &
17 *Panimoll. dec.* 93. *annot.* 1. *num.* 15. & ſunt magiſtrales *deciſ.*
262. *per tot. coram Otthobon.* & *deciſ.* 8. *num.* 30. *uſque ad fi-
nem coram Arguell* & *in citata Colonien. nullitatis Matrimonii*
1.*Julii* 1693. §. *Ex quibus coram Emerix jun. dec.* 1194. *n.*2.
Et licèt ad alium effectum egregiè pariter *Rota cor.Cerro dec.*
515. *num.* 12.

Quæ præſumptiones, & conjecturæ ad noſtrum effectum
18 conjungi debent ad inducendam concludentem copulæ pro-
bationem , ut generaliter obſervant *Caball. reſol. crimin. caſ.*
200. *num.* 137. *Rot. coram Cerro dec.* 515. *num.* 14. & *in Bar-
chinonen. Divortii* 15. *Martii* 1680. §. *Non obſtat coram Vice-*
19 *comite*, & *in Monaſterien. Matrimonii* 5. *Decembris* 1696. §.
*Hujuſmodi coram Caprara*.

Et in noſtris præciſis terminis probant *Farin. conſ. crimin.*
20 38. *num.* 8. *lib.* 1. *Ciarlin. controv.* 174. *num.* 9 & *Panimoll.
dec.*93.*num.*41.& 42.& *Rota coram Otthob dec.*262.*num.*15.&
*coram Arguell. dec.* 8. *num.* 57. ubi , quòd in noſtris terminis
21 habet locum regula: *Singula quæ non proſunt, unita juvant*, &
*in Colonien. Nullit. Matr.* 1. *Julii* 1693. §. *Ex quibus omnibus
coram Molines*.

Nec eſt neceſſe, ut teſtes de hujuſmodi conjecturis , &
præſumptionibus deponentes , ſint omni exceptione majores,
22 ut in præciſis terminis ad effectum dirimendi Matrimonium ,
cum tali impedimento contractum , benè advertunt *Gig.
conſ.*29.*n.* 20. *Panimoll dec.* 93. *annot.* 1. *num.* 20. & egregiè
23 obſervat *Rota in ſæpius citatis dec.* 262. *n.*10.*coram Otthobon.*
& *dec.*515.*n.*17.*coram Cerro*, & *in Colonien. Nullitatis Matri-
monii* 1.*Junii* 1693. § *Parum relevantibus coram Molines*, &
*cor.Emerix jun.dec.*1194 *n* 3.

Quibus præmiſſis videamus, an in caſu noſtro tales præ-
ſumptiones, & adminicula concurrant , ex quibus , præſer-
24 tim unitim ponderatis , inferri poſſit copula : Apud me au
tem nulla remanet de illa dubitatio ex lectura , & attenta
ponderatione Proceſſus, ex quo plura reſultant , &

I. Magna familiaritas Michaelis cum Laura ,frequens ac-
25 ceſſus ejuſdem ad ejus Domum , tam de die, quàm de nocte,
quæ omnia ad nullum bonum , vel indifferentem finem à te-
ſtibus referuntur , ſed potiùs unanimiter appellantur , & ab
eis reputabatur ſcandaloſa , cum aliis circumſtantiis , in Pro-
ceſſu deductis, de quibus ad effectum probandi copulam *Ciar-
lin.controv.*174.*n.*18.*Vener.in Exam.Epiſcop.lib.*8.*cap.*22 *de*
26 *Teſtib.n.*74 *de Juſt.de Diſpenſat.matrimon.lib.*1.*cap.*8 *n.* 203.
& *ſeq* & *Rota in Barchinonen.Divortii* 14.*Apr* 1679. §. *Inſu-
per* & 15.*Martii* 1680. §. *Adulteria cor. Vicecomite.* & *coram*
27 *Emer.jun.dec.*1226.*n.*1.& ad noſtrum preciſum effectum in
cit.*dec.*263.*n.*8.& *ſeq.cor.Otthobon.* & *in d.Colonien.Nullitatis
Matrimonii* 1.*Julii* 1693.§ *Copula cor.Molin.*

II. Exceſſivus, & reciprocus amor utriuſque, qui ex par-
te Lauræ talis erat naturæ, ut contra Mulierum tenacitatem,
de qua *Gloſſ.in leg Quæ dotis Verb.Tenebitur ff.Solut. Matrim.*
28 quam ſequitur *Nevizzan in Syl.nuptial.lib.*2 *fol.*212.*num.*95.
& ad noſtrum effectum à faceto *Poeta Antonio Abb. nelle
Fraſcherie* deſcriptam , ipſamet Laura dona dabat Michae-
29 li, ut in Proceſſu deponunt Dominicus Attolinus , & Sa-
cerdos Philippus Antimonacus ; Ex parte verò Michaelis
non erat minor, etenim non ſemel à quampluribus Amiciis
ſeriò monitus , & multoties etiam carceratus ad hoc , ut ab
illicito, & ſcandoloſo commercio cum eadem Laura deſiſte-
ret , adhuc in eo majori ſemper affectu , nec ſine Vitæ diſcri-
mine perſeveravit ; Reciprocus ſiquidem amor cum aliis
præſumptionibus unitus, magnum eſt copulæ adminiculum,
juxta originale dictum *Felin. in cap Præpterea n.*3. *de Teſtib.*
quòd ſequuntur *Panimoll.dec.*93.*annot.*1.*num.*16.& 26 & *Ro-
ta dec.*95.*n.*6 *par.*2. *diverſ.* & ad noſtrum præciſum effectum 31
*cor Otthob.dec.*262. *num.* 6. & *ſeqq.* & *in Colonien. Nullitatis
Matrimonii* 1. *Julii* 1693. §. *Parum relevantibus coram Mo-
lines*.

III. Permanentia utriuſq. in ead domo , imò in ead. man-
ſione , remotis arbitris, & quidem non ſemel , nec per bre-
ve tempus, quod ad noſtrum effectum conſiderant *Rota cor.* 32
*Arguell.dec.*8.*num.*50.ubi refert illud *Virgilii: Speluncam Di-
do Dux* , & *Trojanus eandem deveniunt*. Advertendo ,
quòd cùm Poæta vellet Didonis , & Eneæ congreſſum ſi- 33
gnificare , nihil aliud dixit, quàm ſolos ſe in Speluncam re-
cepiſſe , & refert pariter illud Comici . *Quid tunc fatue?* Et
generaliter *in Monaſterien. Matrimonii* 27. *Junii* 1696. §. *Ex* 34
*teſtibus coram Caprara* , & *in Senogalien. Legatorum* 13. *Ju-
nii* 1697.§ *Quinimò coram Molines* , ubi refert illud *Ovid.lib.*
2.*faſtor. Quid non amor improbus* , *audet*. 35

Creſcitq; vis hujus adminiculi ex peſſima interpretatione,
communiter data eidem permanentiæ, ſignanter à Franciſ-
co Candia , vulgò *Cicconi* , Marito Lauræ, qui cùm ſemel 36
eoſdem ſolos in cubiculo inveniſſet , utrumque occidere ten-
tavit, mediante ſecuri , ex qua Uxor vulnerata remanſit .
Michael verò mortem evaſit , partim ex fuga , & partim ex
concurſu Vicinorum, ut deponunt omnes ferè teſtes , aſſe-
rentes ex eod. motivo, paulò poſt eand. Lauram fuiſſe à Vi-
ro miſerè occiſam .

IV. Actus impudici , ſeu , ut dicunt teſtes , *geſti amoroſi* ,
amatoriæ epiſtolæ, & ſimiles , de quibus in Proceſſu , quos 37
unitos cum aliis conjecturis ad probandam copulam magnifa-
ciunt *Farinac.de Delict.Carn.q.*136.*n.*143.& *ſeq. Sanchez de
Matr.lib.*10.*diſp.*12.*n* 43.*Panimoll.dec.*93.*annot.*1.*n.*17.& *ſeq.* 38
& *num.*27. ubi de præſumptione , ortum habente ex Epiſto-
larum tranſmiſſione , & receptione & *Rot.cor.Emer.jun.dec.*
1226.*n.*1.& *ſeqq.*

V. Confeſſiones extrajudiciales copulæ ante contractum
Matrimonium cum Gratia emiſſæ , tam à Michaele , quàm 39
à Laura , & à Franciſco di Candia , vulgò *Ciccone* ejus Vi-
ro, de quibus in Proceſſu , quæ confeſſiones , adminicula-
tæ à dictis aliis præſumptionibus , & conjecturis magnifa-
ciendæ ſunt ad probandam copulam , ut conſiderando aſſer-
tiones Mulieris, in noſtris præciſis terminis firmavit *Rot. in* 40
*dec* 1194.*num.*1.& *ſequentibus coram Emerix jun.* & genera-
liter advertunt *Rub. Alexandr. inter Conſ. Matr. diverſ. conſ.*
73 *num.*12.& *Rota deciſ.*163.*num.*6.*par.*9.& *dec.* 305. *num.* 9.
*par.*15.& *dec.*621.*num.*12.*p.*18.*rec.* & *in Bononien Nullitatis* 41
*Matrimonii* 15.*Junii* 1676 §.*Et licèt coram Vicecomite* , & *in
Avenionen.Donationis* 9.*Junii* 1684 §.*Nec aliter cor. Alberga-
to*, & *in Novarien Sponſalium* 1 *Julii* 1663.§. *Et omnia cor.
Muto*, & *in Monaſterien.Matrimonii* 27.*Junii* 1696.§ *Juſtifi-
cata cor Caprara*. Et conſiderando ſimiles aſſertiones Vi-
ri ante Matrimonium, ad noſtrum effectum firmavit pari-
ter *cor.Arguell.dec* 8 *num.*45.& *ſeq.*& *cor.Otthob.dec.*262. *n.*3.

VI. Demum publica vox , & fama ſcandoloſi commercii
inter Michaelem , & Lauram , cum talibus circumſtantiis
notorietatis, ut vix poſſit major excogitari & ortum habens
non à perſonis ſuſpectis , ſed ab ipſiſmet teſtibus , quorum
aliqui non ſemel monuerunt Michaelem , aliqui videntes il-
lum ingredi Domum Lauræ tempore ſuſpecto , jacierunt la-
pides contra utrumque , aliqui ſe poſuerunt ante oſtium ejuſ-
dem Domus ad ſtandum , ad hoc ut viderent illum exire ,
aliqui ipſum ad eandem Domum aſſociarunt , & ſimilia fe-
cerunt , vel viderunt , ut ex Proceſſu , in quo de eadem pu-
blica voce, & fama deponunt omnes teſtes , & ſignanter tres
etiam ex illis qui fuerunt ad defenſam examinati , & à Mu-
liere inducti , nempe Sacerdos Petrus Graſsus Honuphrius
Phantaſia , Joſeph Antonius Palumbo .

Quæ publica vox , & fama eò devenit , ut nedum multo-
ties carceribus fuerint mancipati , tàm Laura , quàm Mi- 42
chael , ut patet ex Proceſſ. Sed quod magis eſt Dominus Lo-
ci, nempe Dux Sancti Severi , poſt notitiam Matrimonii
cum Gratia , Sorore Lauræ contracti , præceptum eidem
tranſmiſerit de non converſando cum d. prætenſa Uxore ,
ob notorietatem præfati impedimenti affinitatis in primo
gradu , quæ omnia ad noſtrum effectum magnifacienda
ſunt , per ea , quæ in noſtris præciſis terminis firmavit
*Rota in deciſ. Colonien. Nullitatis Matrimonii* 1. *Julii*
1693. §. *Convenit coram Molin.* & *coram Emer. jun. dec.*
1194. in fine.

De viribus autem publicæ vocis, & ſamæ ad noſtrum pre-
ciſum effectum dirimendi Matrimonium, benè *Panimoll.* ci-
tans concordantes *in dec.* 93 *& adnot.* 1. *num.* 19. *&* 20. &
45 meliùs *Rot. in citata Colonien. Nullitatis Matrimonii* 1. *Julii*
1693. *§. Concurrit cor. Molines, & cor. Emerix jun. dec.* 1194. *n.*
2. *& ſeqq.* Et ad effectum probandi copulam *Menoch. conſ.* 41.
*n.* 24. *Ciarlin. controv.* 174. *num.* 17. *Panimoll dec.* 93. *num.* 38. *&*
*Rot. in Barchinonen Divortii* 14. *Aprilis* 1679. *§. Accedit, &*
*§. His omnibus cor. Vicecomite.*

Quibus non obſtat, quòd ad hoc, ut affinitas in noſtris
terminis Matrimonium dirimat, probanda ſit copula perſe-
cta, & conſumata, hoc eſt cum ſeminis effuſione intra Vas,
apta ad Prolis generationem ex animadverſis *per Sanchez de*
*Matrimon. lib.* 7. *diſp.* 6. *n* 7. *& ſeqq. Engel. in Jus Canon. lib.* 4.
46 *tit.* 14. *de Conſanguin. & Affin. n.* 7. ubi ad rem obſervat, non
obſtare *Textum in cap. Juvenis de Sponſal. & in cap. Frater-*
*niti de eo, qui cognovit Conſanguin. Uxoris ſuæ*, Quia loqu-
untur de impedimento juſtitiæ publicæ honeſtatis, quod ne-
47 dum ex copula imperfecta, & ſeminatione extra vas, ſed ex
ſolo contractu ſponſalitio naſcitur *Coninch. de Sacram. tit.*
32. *de Matr. diſp.* 31. *ſect.* 1. *per tot. & Jorius eod. tract par.* 8. *q.*
48 25. *num.* 8 Quid quid enim ſit in foro conſcientię, juxta ter-
minos in quibus loquuntur dd. Authores, certum videtur,
quòd in foro fori probata copula, nihil aliud deſideratur ad
effectum dirimendi Matrimonium, ex illa vehementi præ-
49 ſumptione, quæ viget contra Virum, & Mulierem, rem
carnalem habentes, ut egregiè objecto reſpondendo obſervat
*Rot. cor. Arguel. dec.* 8. *n.* 19. *&* 21. ubi illam congruam aſſignat
rationem, quia hujuſmodi probatio eſt impoſſibilis, & in ef-
50 fectu ex hac conſideratione in dd. *magiſtralibus dec.* 262 *co-*
*ram Ottbob. & in Colonien. Nullitatis Matrimonii de annis*
1693. *&* 1694. *coram Molines, & Emerix juniore* etiam exci-
tata fuit ſimilis objectio; Imò in illis firmata concluſio, quæ
eſt in terminis longè duriorioribus, quòd nimirum ex ſola
condormitione in eod. lecto, quod certè longè minus eſt, pro-
51 bata dicatur copula, ſufficiens ad dirimendum Matrimo-
nium, ut videre eſt *in illa coram Molines §. Copula & coram*
*Emerix §. Affinitas*, quod priùs probaverant citati à *Pani-*
*moll. dec.* 93. *annot.* 1. *num.* 21. ubi, quòd licèt condormitio in
52 eod. lecto non concludat per neceſſe copulam, eſt tamen pro-
batio ſufficiens, tam ad dirimendum Matrimonium, quàm
ad pœnam. Quod generaliter conſiderant etiam *Zacch. q. me-*
*dic legal. lib.* 5 *tit.* 1. *q.* 3 *n.* 14. *Ciarlin. controv.* 174. *num.* 13. &
53 firmavit *Rota in dec.* 162. *n.* 17. *p.* 9. *rec. & in Monaſterien.*
*Matrim.* 27 *Junii* 1696. *§. Ex teſtib. cor. Card. Caprara. In-*
*certus eſt exitus.*

---

# DISCEPTATIO XXV.

## Piſauren. Functionum

*PRO*

Fabritio Ballcono Præpoſito Piſauri.

### ARGUMENTUM.

*Impedito Epiſcopo, vel nolente facere functiones in majori-*
*bus Solemnitatibus, an illas teneatur facere prima Digni-*
*tas, vel potiùs Hebdomadarius; Et quid dicendum de*
*Benedictione Cinerum, Palmarum, & ſimilibus ſacris*
*Functionibus, tam tempore majoris Hebdomadæ, quam*
*in aliis totius anni Feſtivitatibus.*

Requiſitus de meo ſenſu circa ſequentia dubia

1 *A Chi ſpetta fare la funzione del Venerdì Santo la mattina;*
*Cantare la Meſſa nel giorno del Sabbato Santo, con la be-*
*nedizione del Fonte; Se al Veſcovo quando voglia, o in ſua*
*vece alla prima Dignità, o altre Dignità gradatamente; o*
*pure al Canonico Eddomadario; E ſe ciò ſi pratica per conſue-*
*tudine; O pure per decreti particolari, o per la regola del Ce-*
*remoniale.*

II *Se quando il Veſcovo abbia cantata la Meſſa nelli giorni*
2 *di Natale, Paſqua, e Penteceſte, ſubentri nel ſecondo giorno*
*la prima Dignità, o pure la ſeconda a cantare la Meſſa, & il*
*Veſpero; Overo ſia eſcluſa la prima Dignità, por avere già*
*per eſſa preſo il luogo il Veſcovo nel primo giorno.*

III. *Se le benedizzioni delle Ceneri, delle Palme, e del Sa-*
*gro Fonte nel giorno del Sabbato Santo, e di Penteceſte (quan-*
3 *tunque tocchi al Canonico Eddomadario cantar Meſſa in detti*
*giorni) debba fare le ſudette funzioni la prima Dignità; O im-*
*pedita queſta, le altre Dignità gradatamente, o pure il Cano-*
*nico Eddomadario.*

IV. *Non potendoſi dubitare, che fra le Solennità Pontifica-*
*li, una ſia quella del Corpus Domini, in cui per lo più tutti i*
*Veſcovi fanno la Proceſſione pontificalmente, ed eſſendo altresì* 4
*certo, che tutte le Solennità hanno il loro principio da i primi*
*Veſperi, quali non poſſono eſſere di altra diverſa natura della*
*Feſta ſeguente: E perchè quaſi in tutte le Catedrali i Veſcovi*
*ne i primi Veſperi di queſta Solennità non ſogliono far Cappel-*
*la: Se tocchi di farli alla prima Dignità, come quella, che ſub-*
*entra de Jure a tutte le funzioni Pontificali abſente, impedito,*
*ſive nolente Epiſcopo Pontificalia exercere, o pure al Canonico*
*Eddomadario:* Et quatenus affirmativè *a favore della prima*
*Dignità, Si ricerca ſapere, ſe ciò gli poſſa ſpettare in virtù di*
*conſuetudine, e di decreto particolare, overo per regola del Ce-*
*remoniale.*

Quò ad primum dico, claram eſſe in hac parte diſpoſitio-
nem *Cærem. Epiſc. in cap.* 25. *&* 27. in quibus uſque ad minu-
tias præſcribuntur ea, quæ Epiſcopi volentes, & valentes 5
celebrare feria 6. in Paraſceve, & Sabbato Sancto, ſerva-
re debeant, quæque adimplere teneantur alii Cano-
nici, aſſiſtentes eidem Epiſcopo, Pontificaliter cele-
branti.

Quia verò in illis terminis, in quibus Epiſc. dd. diebus
non celebrat, non determinatur in eodem Cæremoniali, quis
teneatur celebrare, ſed ſolùm *in c.* 26. *&* 28. *ejuſdem lib.* 2. preſ- 6
cribuntur ea, quæ practicari debent, Epiſcopo non celebran-
te, ſed præſente, aut etiam abſente: Hinc deveniendo ad
ſecundam partem d. primi dubii.

Dico, procedendum eſſe in hac parte cum alia æquè clara
diſpoſitione ejuſdem *Cærem. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 26. *de Spplen.* 7
*vicibus deficien.* ibi: *Deficientium vices ab aliis ſuppleri de-*
*beant*, & ibi: *Supplebit alter ei proximus*; Quam Cæræ-
monialis diſpoſitionem tanquam unum ex primis principiis
Sacrorum Rituum, ſequuntur *Caſtald. in Prax Cærem. lib* 1.
*ſect.* 7. *cap.* 4. *num.* 15. *& ſect.* 8. *cap* 6. *num.* 4. *Bauldr. in Manuali*
*ſacrar. Cerem. par.* 5. *cap* 26. *de Supplen. vicibus Canonicorum* 1.
*& ſequen. Biſſ. in Hierurg Verbo Subdiaconus nu.* 196. *§.* 25. *an-*
*te med. Bonfad. in Theſaur. Eccleſiaſt. dec.* 7. *num.* 14. *Barboſ. in* 8
*Summ. Apoſt. deciſ. collect.* 391. *Franc. de Eccleſ. Cathed. cap.* 19.
*num.* 129. *& Card. de Luc. de Præeminen. diſc* 41. *n.* 14. *& ſeq. &*
*diſc.* 43. *n.* 3. & quotidiè reſolvit eadem Sacra Rituum Cong.
& ſignanter *in Tarentina Cryptaliorum* 29. *Octobris* 1606. *&*
*in Piſana* 12. *Junii* 1628. *& in Baren.* 6. *Octob.* 1645. *& in No-*
*vocomen.* 29. *Julii* 1649 *ad* 3. *dubium, & in Senarum* 29. *Se-*
*ptembris* 1670 *& in Gerunden.* 11. *Februarii* 1702. *&* 24. *No-*
*vemb.* 1703. *& in Cremonen.* 19 *Januarii* 1704. *ad* 1. *du-*
*bium.*

Cùmque extra omnem controverſiam ſit, in Cathedrali
Piſauren. illius Præpoſitum eſſe primam Dignitatem, ut
fuit etiam admiſſum *à Sacra Rituum Cong. in Piſauren.* 21. 9
*Martii* 1609. his verbis *Piſauren. Præpoſitus, qui eſt prima Di-*
*gnitas in Eccleſia Piſauren.* de qua infra, in neceſſariam ve-
nit conſequentiam, quòd d ſolemnes functiones in feria 6. in
Paraſceve, & Sabbato Sancto, nolente, vel impedito E-
piſcopo illas facere, teneatur ſupplere Præpoſitus, illius 10
prima Dignitas, ex authoritatibus ſupra citatis, quibus ad-
do *Pignatell.* innumeras referentem reſolutiones Sacrarum
Congregationum *in tom.* 4. *Conſult.* 35. *per tot. & Rot. in Su-*
*trina Præcedentiæ* 8. *Maii* 1716. *§. Non videbatur coram*
*Card. Altbann.*

Addo ulteriùs duas Sacræ Rituum Cong. æquè punctua-
les, ac magiſtrales reſolutiones; Primam *in Baren.* 19. *Ja-*
*nuarii* 1608. quæ eſt in *Libr. Decretor. ejuſdem Sac. Cong. d.* 11
*anni* 1608. *fol.* 425. quamvè per extenſum refert *Barboſ. de Ca-*
*nonic. cap.* 5. *num.* 43. Secundam verò in *Parmen.* 28. *Aprilis*
1640. quam referunt, & ſequuntur *Pignatell. conſultat.* 35.
*num.* 7. *tom.* 4. *& Card. de Luc. de Præeminen. diſc.* 20. *num.* 10.
ibi: *Sacra Rituum Congregatio &c. reſpondit; Functiones E-*
*piſcopales, Epiſcopo abſente, vel impedito, ſpectare ad pri-*
*mam Dignitatem, quocumq; nomine nuncupetur, dummodo*
*ſit in ſacerdotali Ordine conſtituta; Et propterea in caſu pro-*
*poſito, omnia munia, quæ ad Epiſc. pertinerent, ſi præſens* 12
*eſſet, Archidiacono primæ Dignitati competere, & ſignanter*
*delationem Sanctiſſimi Sacramenti in die ejus feſti, dummodo*
*Archidiaconus etiam Miſſam ſolemnem eo die celebret, die* 28.
*Aprilis* 1640. Addo demum punctualiſſimam reſolutionem
*Sac. Rituum Cong. in Piſauren.* 21. *Martii* 1609. cujus verba
per extenſum regiſtrantur infra.

Quæ omnia procedunt de Jure, ſeu ex diſpoſitione Cæræ-
monialis, & ad terminos dictarum punctualium reſolutio-
nem Sacræ Rituum Congregationis, non autem vigore
con-

conſuetudinis, ex authoritatibus ſupra citatis; Et adeò ve-
ra ſunt, ut non ſit in facultate Epiſcopi impediti, vel nolen-
13 tis celebrare, aliam Dignitatem, vel Canonicum in pro-
prium locum ſubrogare, in præjudicium primæ Dignitatis,
ſed ſemper ſuccedere debet proximior, juxta plures reſolu-
tiones Sacræ Rituum Congregationis, citatas à *Barboſ. de
Canonic.cap.5.num.46.Panimoll.deciſ. 1.adnotat. 6. num. 39.
& 40.Gavant.in Manual Epiſcop.Verbo Functiones Epiſcopa-
14 les in addit.num.11.Franc.de Eccleſ.Cathedr.cap.16. nu. 126.
D.Piton.de Controverſ.Patron.allegat.95.num. 12.& Rota in
Sutrina Præcedentiæ 8. Maii 1716. §. Nulla & §.Non videb.
cor.Card.Altbann.*

Stringens autem ratio ejuſdem communiter receptæ pro-
poſitionis, quam ad noſtrum effectum adducit *Card. de Luc.
de Canonic.diſc. 30.num. 11.* hæc eſt, quia ſcilicet corpus
15 myſticum Eccleſiæ Cathedralis conſtituitur ab Epiſcopo, &
Capitulo ſimul, tanquam ex Capite, & membris; Et pro-
pterea in defectum Capitis, cui ſpectat ſolemnes functiones
peragere, per Jus non decreſcendi ſuccedit reliquum Cor-
pus, hoc eſt ipſum Capitulum, tam in juriſdictionalibus,
quàm in aliis proportionabilibus functionibus: Et quia im-
poſſibile eſt, quòd iſtæ expleri valeant ab integro Corpore
16 Capituli, ideo ejuſdem Capituli nomine illas peragere tene-
tur prima Dignitas, ex quo inter dd. membra primum occu-
pat locum, primamque facit figuram, illoque impedito, al-
ter, & deinde alter de Capitulo, ordine ſemper ſucceſſivo,
& gradatim.

Quò ad ſecundum dubium, dico, quòd ſi Epiſcopus, qui
ſolemniter celebravit diebus Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti,
17 Paſchatis, & Pentecoſtes, nolit duobus ſequentibus diebus
pariter celebrare; In quibus, ſicuti, & in aliis feſtivitati-
bus per annum, ad ſui libitum eidem celebrare permiſſum
eſt, ex diſpoſitione *Cæremonialis Epiſcopor. lib. 2. cap. 34.
poſt principium Verſ. Vel etiam arbitrio ſuo in aliis feſtivitati-
bus per annum;* Tunc dd. diebus celebrare debet prima Di-
gnitas, quæ in noſtro Capitulo eſt Præpoſitus, tanquam di-
gnior, & immediatè proximus Epiſcopo impedito, vel-
18 nolenti celebrare, ex animadverſis circa primum dubium;
Neque in illis ſe immiſcere valet Canonicus Hebdomadarius
juxta reſolutionem Sacræ Rituum Congregationis *in Pen-
nen. 15. Februarii 1633* quam referunt, & ſequuntur *Bon-
fadin. in Theſaur. Eccleſ. deciſ. 7. num. 15 & Barboſ. in Summ.
Apoſt. dec. collect. 391. num. 3.*

Neque dici poteſt conſumpta talis facultas Præpoſiti ex
eo, quòd Epiſcopus Pontificaliter celebravit dd. diebus Na-
19 tivitatis, Paſchatis, & Pentecoſtes; Quia in dd. ſolemniſſi-
mis diebus, legitimo ceſſante impedimento, tenetur ipſe
Epiſcopus celebrare, ut clarè diſponitur *in dicto Cæremo-
niali Epiſcop. citato lib. 2. cap. 34. in principio Verſ. Celebra-
re igitur poterit Epiſcopus*. Et proinde per talem actum,
ſeu neceſſariam celebrationem, quæ incumbit Epiſcopo,
non poteſt dici illatum præjudicium aliquod primæ Digni-
20 tati, quæ nullum habebat arbitrium celebrandi in dd. feſti-
vitatibus, per ea, quæ notant communiter *Repetentes in l.
In rebus §. Non omnis C. de Jure Dot. & in l. finali Codic. de
Annali præſcription.* cum concordantibus *apud Priol.dec.417
num.2.& cor.Cerro dec.784.num.9.*

Et contrarium aſſerendo, nedum prima Dignitas eſſet in-
ferioris conditionis omnibus aliis minoribus Dignitatibus,
21 ſed numquam poſſet ſuas explere partes, niſi Epiſc. ægro-
tante, vel legitimè, impedito ad explendas Pontificales fun-
ctiones, quod quantum abſonum ſit, omnibuſque principiis
Sacrorum Rituum oppoſitum, de ſe patet, & in noſtris ter-
minis obſervavi *in tom.2.p.2.diſcept.2 n.58.*

Reſpectu 3. dubii, quidquid dici poſſet in ordine ad alias
Metropolit. & Cathed. Eccleſias totius Orbis, vel ex parti-
cularibus Conſtitutionibus, & Statutis dd. Eccleſiarum, vel
22 ex conſuetudine, ſive immemorabili, ſive legitimè præſ-
cripta, ſive ex aliis titulis, quæ omnia non expedit hic in-
veſtigare, & de quibus latè agit *Pignatell. conſult. 35. num.
28. & ſequen. to. 4.* in noſtris terminis habemus caſum indi-
vidualiſſimè deciſum *à Sacra Rituum Cong. in Piſauren. 21.
Martii 1609.* per extenſum regiſtrata *in tom. 2. par. 2. diſcept.
2. num. 76.* quamvè referunt, & ſequuntur *Gavan. in Ma-
nual. Epiſc. Verbo Functiones Epiſcopales in addition num. 7.
23 & Barboſ. de Canon. cap. 5. num. 43. ante finem*, quæ pun-
ctualiſſimè concordat cum Libro decretorum ejuſdem Sacr.
Congr. anni 1609. hac occaſione à me iterum recognito *fol.
413.* & eſt ſequentis tenoris *Piſauren. Præpoſitus, qui eſt pri-
ma Dignitas in Eccleſia Piſauren. petiit declarari, ad quem,
abſente Epiſcopo, pertinet benedicere Palmas, Candelas, &
24 Cineres, & alias ſimiles functiones facere, quas faceret E-
piſcop. ſi eſſet præſens: S. Cong. Rit. reſpondit, functiones
prædictas, & benedictiones Candelarum, Cinerum, & Pal-
marum, abſente, vel impedito Epiſcopo, ad primam Digni-
tatem, non autem ad Canonicum Hebdomadarium pertinere
cenſuit, & declaravit die 21. Martii 1609.*

Remanet proinde præſens dubium omni alia diſcuſſione
incapax, quia punctuales reſolutiones Sacrarum Congrega- 25
tionum, nedum habent vim particularium legum, & tan-
quam Sac. Canones ſervari debent, ex animadverſis *per Fa-
gnanum in cap. Quoniam num.8.de Conſtitut.& Paſqualig.quæ-
ſtion.moral.centur.1.cap. 61. num. 4. & per tot.* & firmavit *Rot.
in deciſ. 72. num.4. coram Anſaldo, & in Peruſina Præemi-
nentiarum 2. Decembris 1711. §. Fortiùs coram eodem, & in
Romana Matrimonii 3. Julii 1719. §. Hinc deſcendendo coram
Corio*; Sed illa *Sac. Cong. Rit.* 21. *Martii* 1609. utì emanata 26
in præciſiſſimis terminis controverſiæ inter Præpoſitum,
& Canonicos hebdomadarios noſtræ Eccleſiæ Piſauren. me-
retur epithetum authoritatum, loquentium *della Vacca roſſa*,
juxta lepidum dictum *Card. de Luc. de Jure patron. diſc. 4.
num.7.* ſequuti in *Inſtitut.criminal.lib.2.tit.8.num. 239.* Neque
proinde tempus terendum eſt in generalibus propoſitionibus,
& vagis argumentis, qui enim relictis punctualibus authori-
tatibus, vult procedere per viam generalium argumentorum;
*inciampa come Pulcino nella ſtoppa*, juxta phraſim *Borgnini*
ſequuti *à Cyriac. contr. 248. n. 22. & D. Piton. de controv Patro-
nor. contr. 15. n. 1.*

Circa 4. dubium, licèt ſacræ ſolemnitates regulariter à pri-
mis Veſperis ſuum initium ſumant, ut dicitur *in Cæremon.
Epiſcoporum lib. 2. cap. 1. in principio*; Non omnes tamen
dicuntur, & ſunt functiones Epiſcopales, & in ſpecie in d. 27
Cæremoniali Epiſcoporum, ubi ſupra, in quo adnotantur
omnes Veſperæ, quæ ſolent per Epiſcopos ſolemniter cele-
brari, nullatenus numerantur Veſperæ ſolemnes feſtivitatis 28
Corporis Chriſti: Sed ſolùm ſequentes: *In Vigiliis Nativi-
tatis D.N. Jeſu Chriſti, Epiphaniæ, Pentecoſtes, Sancto-
rum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Aſſumptionis B. Mariæ Vir-
ginis, omnium Sanctorum, Dedicationis Eccleſiæ, Sancti Ti-
tuli Eccleſiæ, & Patroni Civitatis.*

Et propterea non poteſt in dd. Veſperis Sanctiſſimi Corpo-
ris Chriſti verificari ſuppletio, loco Epiſcopi impediti, vel
nolentis dd. Veſperas celebrare, neque etiam habere poſſunt 29
locum ea, quæ ſpectant ad primam Dignitatem, impedito,
vel nolente celebrare Epiſcopo, de quibus ſupra.

Sequitur proinde, quòd Veſperæ in Vigilia d. Solemnita-
tis celebrari debeant per Hebdomadarium, ad quem perti-
nent omnes illæ functiones, quæ non ſunt propriè Epiſcopo- 30
rum; Non ſic autem delatio SS. Sacramenti in Proceſſione,
ſolita fieri die ejus ſolemnitatis, quia, impedito Epiſco-
po, illa fieri debet à prima Dignitate; dummodo ſit in Sa-
cerdotali ordine conſtituta, & Miſſam eo die celebret, jux-
ta reſolutionem Sacræ Rituum Cong. *in Parmen. 28. Apri-
lis* 1640. de qua ſupra. Quibus addo multas alias punctuales 31
reſolutiones ejuſdem Sacræ Congregationis, per extenſum
impreſſas *in Tom. 2 par. 2. diſc. 2. à num. 69. uſque ad num.*
94. Quòd ſi eadem prima Dignitas nolit Miſſam cantare,
tunc eadem functio fieri debet à Celebrante, ut reſolvit *Sa-
cra Rituum Congr. in Baren. 19. Januarii 1608. & in Areti-
na 30. Januarii 1612. & in Neritonen. . Martii* 1614. ſe- 32
quutis *à Barboſa de Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. capit
21. numer. 100. & in Summ. Apoſtol. deciſ. collect. 253.
num. 13.*

Omnes autem dictæ communiter receptæ propoſitiones
circa ſuppletionem functionum, faciendarum ab illa Digni-
tate, quæ immediatè ſequitur, vel Epiſcopum, vel aliam 33
Dignitatem impeditam, limitantur in ſolo caſu, in quo con-
cludenter probetur immemorabilis conſuetudo in contra-
rium, ut, ſequendo punctualem reſolutionem *Sac. Rituum
Congr. in Collen. 13. Sept. 1670.* advertit *Card. de Luc. de Ca-
non.diſc.30 num. 1.* Quòd ſi adhuc probata non ſit, & ab una
ex Partibus contendentibus in controverſiam adducatur, do- 34
nec illa concludenter probetur, ſemper prima Dignitas ſup-
plere debet vices Epiſcopi impediti, & ita gradatim omnes
aliæ ſequentes Dignitates, juxta innumeras reſolutiones
Sac. Rituum Congr. ſequutas ab illis Doctoribus, quos ci-
tant, & ſequuntur *Panimoll. dec. 1 annotat. 6. num. 4. Cor-
rad. in Prax. Diſpenſation. Apoſtol. lib. 4 cap. 3. num 5. Barboſ. de
Canonic. cap. 6. num. 7. & in Summ. Apoſtol. dec. collect. 78. n. 6. Pi-
gnatell. conſultat. 35. num 10. tom. 4 & in tom. . par. 2. diſcept.
12. num. 32.*

Et ſtringens ratio illa eſt, quòd licèt Cæremoniale Epiſ-
coporum tanquam lex ſervandum ſit, ut ſpecificè confirma- 35
tum à ſ.m. Clemente VIII & Innoc X. ex firmatis *per Rotam*

*in d^e c.3. num.19. apud Novar. in Summ. Bull. & dec.27. num. 10. coram Arguell. & deciſ.647. num.3. part.4. tom.3.* & cum aliis, citatis in *tom.1. par.2. diſcept.24. num.19. & diſcept.26. num.36.* In illo tamen nullatenus derogatur immemorabili conſuetudini, quæ uti ſpeciali nota digna, non comprehenditur ſub generali revocatione cujuſcumquè conſuetudi-
36 nis, quæ continetur in d. Cæremoniali, ſed requiritur derogatio ſpecialis, & individua, ex replicatis oraculis Sac. Rituum Congr. ſequutis *à Barboſ. in Summ. Apoſt. dec collect.74 num.5. & à Novar. in Summ. Bull. comment.19. num 19.* & ſignanter *in Salamantina 10. Januar. 1604. & in Cæſarauguſtana 10. April. ejuſdem anni, & in Eboren. 17 Junii 1606. & in Brunduſina 17. Sept. 1611. & in Tornacen. 28. Jan. 1612. & in Forolivien. 4. Apr. 1615.*

In hac autem parte laudandus potiùs videtur zelus moderni Præpoſiti, nil aliud quærentis, quàm pro veritate inſtrui
37 circa ea, quæ concernunt defenſionem propriæ Dignitatis: *Loca enim digniora quæruntur, non propter ambitum, ſed propter finem obſervandi debitum ordinem, quod eſt laudabile, & Juri conſonum:* Sunt verba *Bordoni de Præceden. n.6.* & concordant adducti per *Menoch. conſil.126. num.1. Carol. Anton. de Luc. ad Franch. obſervat.139 num.1. & Rot. dec.17. num.1. poſt Antonell. de Jurib. Cler.* ubi, quòd defenſio propriæ Dignitatis nedum eſt licita, ſed etiam omni Jure neceſſaria, quòd probat ex Sanctorum Patrum pluribus egregiis teſtimoniis.

---

# DISCEITATIO XXVI.

## Braſilien. ſeu Ordinis Carmelitarum.

*TRO*

PP. Reformatis Braſiliæ,

*CUM*

Religioſo ejuſdem Reformationis.

## ARGUMENTUM.

*Religioſi Reformati Ordinis Carmelitarum in Braſilia an poſſint tranſire inter Obſervantes ejuſdem Religionis, cum ſola licentia Provincialis Portugalliæ, ſive cauſa ſtudii, ſive ſub quocumque alio pretextu, vel cauſa.*

IN Congr. habita die 26. Sept. 1721. nomine P. Joſephi à Nativitate, tunc temporis Procuratoris PP. Carmelitarum Reformatorum Vicariæ Bahiæ in Statu Pernambuci in Braſilia, humillimæ porrectæ fuerunt preces EE. VV. in
1 quibus, mediante exhibitione Originalis Proceſſus, in Secretaria exiſtentis, juſtificatum concludenter fuit, N. P. Religioſum Reformatum ejuſdem Vicariæ, abſque proprii Superioris licentia, diſceſſiſſe à ſuo Conventu Civitatis Parahibæ, ſeque profugum recepiſſe ad Civitatem Uliſiponenſem, ibique, licèt Fugitivum, & Apoſtatam, benignè receptum fuiſſe inter Religioſos antiquæ Obſervantiæ ejuſdem Ordinis à P. M. Bento de Sampayo, tunc temporis Provin-
2 ciale Portugalliæ, de cujus Licentia mediantibus Literis dimiſſorialibus ordinatus poſtea fuit Sacerdos, prout hæc omnia patent ex ſola lectura, & ſimplici recognitione ejuſdem Proceſſus originalis.

Omnia hæc ſequuta fuerunt non ſolùm poſt quàm ſervatis ſervandis idem Religioſus declaratus fuerat Fugitivus, & Apoſtata à P. Emanuele à S. Gonzales, Commiſſario Generali d. Reformationis in Braſilia, ut patet ex Sententia, con-
3 tra ipſum promulgata, & per extenſum regiſtrata in d. Proceſſu; Sed ulteriùs poſtquam à Tribunali Nunciaturæ Portugalliæ rejecta fuerat inſtantia ejuſdem Religioſi, qui appellationem interpoſuerat ad eandem Nunciaturam, ut videre eſt in dicto Proceſſu.

Ad colorandam verò eandem illicitam Sacrorum Ordinum ſuſceptionem fuit ex adverſo prætenſum, illam ſequutam fuiſſe vigore Brevis anteceſſoris Nuncii; Cæterùm, at-
4 tentè pervolutis Actis eiſdem Nunciaturæ, fuit opportune obſervatum, & in eodem Proceſſu originali demonſtratum, Datam ejuſdem Brevis eſſe ſub die 24. Martii 1721. cum illo addito: *S. Sede Apoſtolica Vacante*, quæ vacantia S. Sedis cùm ſequuta fuerit die 19. ejuſdem Menſis impoſſibile prorſus fuit in ſolo ſpatio quatuor dierum cum dimio alterius, illius notitiam pervenire potuiſſe ad Civitatem Uliſſiponenſem.

Quibus attentis, re maturè perpenſa dicta die 25 Septemb.
1721. hæc Sac. Congreg. reſcripſit: *Procuratori Generali prò* 5
*informatione, & Voto, & ad mentem cum eodem, & mens eſt, quòd ſcribat Procurator Generalis Provinciali pro Informatione, & interim veris &c. ut ſuſpendat P. N. ab exercitio Ordinum.*

In hujus reſcripti exequutionem d. Procurator Generalis ſuas punctualiter adimplevit partes; Loco autem parendi Oraculo EE. VV. idem Provincialis Portugalliæ tranſmiſit 6
Relationem, datam in Summ. circa cujus ſubſiſtentiam idem Procurator Generalis ſuum exibuit Votum, in quo ſolito candore aſſeruit, ea, quæ continentur in dicto Reſponſo P. Provincialis Portugalliæ, nullam habere ſubſiſtentiam.

Supplices proinde hodiè redimus ad hunc Sacroſanctum Conſeſſum, humillimas reiterando preces pro opportuno re- 7
medio adverſus æquè continuum, ac patens ſcandalum, dum in Civitate Uliſſiponenſi publicè, & palam incruentum Miſſæ Sacrificium quotidiè celebrat d. P. N. N. à ſua Reformatione Fugitivus, & Apoſtata, etiam poſt decretum hujus S. C. emanatum d. die 26. Septembr. 1721. ſolemniter P. Provinciali Portugalliæ de mandato hujus Sac. Congregat. notificatum à P. Procuratore Generali, ut patet ex Summario, in quo demandata fuit ſuſpenſio ab exercitio Ordinum ejuſdem P. N N.

Quòd enim Religioſus ſtrictioris Obſervantiæ, ſine Summi Pontificis expreſſa licentia, non poſſit tranſire ad Reli-
gionem laxiorem, literaliter ſtatuitur in *cap. Sanè de Regul.* 8
ubi *Repentes* communiter. In *Conc. Trid. ſeſſ.25. de Regul. cap.19.* ibi: *Nemo etiam Regularis, cujuſcumque facultatis vigore, transferatur in laxiorem Religionem.* In diverſis 9
Conſtitut. Summorum Pontificum, indicatis in Conſtitut. *Urb. VIII.* impreſſa in *2. tom. Bullar. Carmelit. fol.455.* in quibus idem Summus Pontifex expreſsè loquitur de Religioſis Reformatis noſtræ Religionis, ibi: *Cùmque ſemel eas* 10
(ideſt Conſtitutiones Reformatas) *profeſſi fuerint, ab earum obſervantia nequaquam diſcedere nec ad quamcumque aliam Congregationem, niſi de ſpeciali noſtra licentia tranſire poſſe, ſed juxta eas ſemper vivere teneri.* In alia Innoc. X. impreſſa in *d. Bullar. Carmel tom.2. fol.504.* ibi: *Nec non ab omnibus, & ſingulis Fratribus, qui d. Ordinem in Conventibus Reformatis profeſſi ſunt &c. perpetuò, inviolabiliter exa-*
*ctè, & inconcuſsè ſub pœnis, in illis comminatis, obſervari.* 11
*Ipſoſque ſecundum illas, & ad præſcriptum earum, vivere debere, nec ab eis recedere, adidque opportunis Juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe.* In Articulis pro Reformatis noſtræ Religionis à Ven. Dei Servo Innoc. XI. 4. Junii 1686. ſpecificè confirmatis, & impreſſis in *d. tom.2. Bull. Carmel. fol.643. §.19.* ibi: *Non potuerunt mitti Reformati,* 12
*ne quidem Studii cauſa in Conventus non Reformatos, alioquin Miſſi carebunt Voce, & Loco, habebunturque Deſertores Reformationis.* Idemque repetitur in eiſdem Articulis *§.4. d. Bullar. tom.2. fol 642.* ibi: *Conventus, ut ſupra, declaratus de ſtrictè Obſervantibus, non poterit amplius ſtrictæ Obſervantiæ Conſtitutiones deſerere. Nec Religioſi, qui &c. illarum praxim, ut ſupra ſpoponderint, ad non ſtrictè Obſervantes tranſire, ſub pœna privationis Vocis, & Loci per tres annos ipſo facto. Nec Provincialis non Reformatus prætendet eos transferre ſub pœna depoſitionis ab Officio.* In Decretis P. Generalis Villalobos die 27. Sept. 1695. ſpecificè confirmatis à Card. Cornelio, tunc temporis Nuncio Portugalliæ, impreſſis *in d tom.2. Bullar. Carmel. §.8. fol.664.* ibi: *Pariter volumus,* 13
*nullum ex Reformatis moveri poſſe à Reformationis Cœnobiis, niſi de aſſenſu, & conſilio Commiſſarii, & Socii. Sicuti nec pariter facultatem impertiri accedendi ad Conventus extra Reformationem, aut alium locum; & fol 665.* ibi: *Denique, cùm Religioſi, qui Reformationis obſervantiam fuere profeſſi, nullatenus extra Reformationis Cœnobia degere valeant, quin à Sede Apoſtolica fuerint legitima cauſa diſpenſati; Ideoque* 14
*illis præcipimus ſub pœna Apoſtatarum, quòd illico ad ſuos reſpectivè Conventus Reformationis ſe conferant, in eiſque ſub Reformatione degant.*

Supplicantes obſervare, quòd hujuſmodi prohibitiones, & Decreta in ſpecie, & præciſè loquuntur pro Religioſis Reformatis noſtræ Vicariæ Bahiæ. Pro quibus etiam ulti- 15
mo loco, hoc eſt die 14. Martii 1721. idem reſolvit hæc Sacr. Congreg. *in Ordinis Carmelit.* mediante Reſcripto: *Serventur Decreta, & Conſtitutiones*, quæ ſunt illæmet, ſupra al- 16
legatæ, & indicatæ in Voto P. Procuratoris Genalis, in d. Cauſa exhibito.

Ex quibus remanent abſque ullo fundamento duo prætextus Provincialis Portugalliæ, indicati in ejus Informatione,

matione, data in Summario, quòd ſcilicet id factum fuerit
ex eo, quia noſtra Reformatio Vicariæ Bahiæ eſt adhuc ſub-
ordinata Provinciali Portugalliæ, qui licentiam conceſſit
dicto P. N. N. accedendi ad Civitatem Uliſſiponenſem.
17 Quodque id ſequutum fuerit ex cauſa Studii, juxta Literas
patentes, annexas eidem Relationi P. Provincialis Portu-
galliæ.

Uterque ſiquidem ex dictis prætextibus in ſpecie rejicitur
in dictis Articulis, pro Reformatis à d. Ven. Servo D. In-
nocentio XI ſpecificè confirmatis §. 15. *In Bullar. Carmelit.*
18 *tom.2.fol.*643. juxta verba regiſtrata ſupra, & hìc opportunè
repetenda ibi: *Non poterunt mitti Reformati, ne quidem Studii
cauſa, in Conventus non reformatos, alioquin Miſſi carebunt
Voce, & Loco, habebunturque Deſertores Reformationis.*
19 Quæ cùm clariſſima ſint, reputatur intellectus debilitas ad-
ducere Doctorum authoritates ad id comprobandum, ut di-
cebat *Gratian. dec. Marcb.*85. *num.*4.

Reſpectu verò d. ſubordinationis P. Provinciali Portugal-
20 liæ, idem prætextus æquali claritate rejicitur in Decretis
pro Reformatione noſtræ Vicariæ, editis à P. Generali Vil-
lalobos, ſpecificè confirmatis à d. Card. Cornelio, tunc
temporis Nuncio Apoſtolico in Regno Portugalliæ, in qui-
bus poſt demandatam d. ſubordinationem Provinciali Por-
tugalliæ, ſubſequuntur verba, ſupra regiſtrata, ex quibus
non permittitur eidem Provinciali Portugalliæ facultas, ut
Religioſos Reformatos mittere poſſit in Conventus antiquæ
Obſervantiæ.

Idque eſt adeo evidens, adeoque in Jure fundatum, ut
nihil clarius dici poſſit, quia cùm, ex ſupra animadverſis,
21 prohibitus ſit tranſitus à ſtrictiori ad laxiorem Religionem à
Jure communi, à Concilio Tridentino, à diverſis Conſtit.
Summorum Pontificum, ab Oraculis hujus Sacr. Congreg.
& à diverſis Decretis Priorum Generalium noſtræ Religio-
nis, ut ſupra ſpecificè confirmatis, ex ſupra citatis, quibus
addo alios ſequutos *à Baboſ. ad Concil. ſeſſ* 25. *de Regul.*
*cap.*19. *num.*26. Nimis improprium eſt prætendere, quòd ad
determinandum oppoſitum ſe extendant ordinariæ facultates
ſimplicis Provincialis, dum ad id non ſe extendit authori-
22 tas ipſorummet Priorum Generalium, & Capitulorum
Generalium, ut latè, & egregiè probat *Donat. in Prax.
Regularium tom.*1. *tract.*5. *de Tranſeunt. ex uno in aliud Ordi-
ſtr. quæſt.*25. *per tot.*

Et viva ratio eſt hæc, quia ſubordinatio Reformatorum
Braſiliæ Provinciali Portugalliæ, non facit illum Superio-
rem Conſtit. Summorum Pontificum, Oraculis S. Congreg.
23 Decretiſquè Capit. Generalium, & proindè in his circum-
ſtantiis egregiè obſervat *Rot. dec.*3. *num.*6. *cor. Anſal.* quòd in
his caſibus non eſt immorandum ſuper generalitatibus con-
jecturis, & diſcurſibus, ſed Apoſtolicæ Conſtit. præcisè,
& adamuſſim tanquàm leges ſervari debent, & actuali
exequutioni demandari. Idemque de Oraculis ejus, &
24 aliarum Sacr. Congregat. obſervat *Fagnan. in cap. Quoniam
num.*12. *de Conſtit. & Rot. deciſ.*7. *num.*3. *apud Bonell. de
Jurib. Cleric.*

Ex quibus cum omni legali fundamento ſuas humillimas rei-
25 terat preces huic Sacroſancto Conſeſſui pro puncto exequu-
tione noſtrarum *Conſt p.*4. *ca.*1. *de Apoſtat. & vagiſcurren-
tibus*, in neceſſariis datarum in Summar. d. Paſchalis à
S. Thereſia, Procurator Carmelitarum Refortorum in
Braſilia, ad hoc, ut noſtra Reformatio pacificè manutene-
ri poſſit in illis tribus Conventibus Gojanæ, Reciffi, &
Parahibæ, in quibus hæc *Sacr. Congreg. die* 1 *Martii* 1712.
*ad relat. Card. Fabroni* mandavit, manutenendos eſſe Re-
26 formatos, ut videre eſt *in tom.*2. *par.*2. *diſcep per tot.* &
ſignanter *num.*70. & 189.

Idque ad evitandum exemplum, & impedimentum, ne in
evidentem deſtructionem noſtræ Reformationis Braſiliæ,
ſimilia in futurum practicentur à PP. Provincialibus Portu-
27 galliæ, juxta animadverſa per *Gonzal. in ca. cum quidem
num.*1. *de Jur. jur.* & applicatur celebre illud dictum *S. Leo-
nis Magni in ſermon. de Nativit. S. Laurentii, r ejus Oper.
fol. mihi* 181. ibi: *Validiora ſunt exempla, quam verba, &
plenius eſt opere docere, quàm voce.*

Adverſus autem dict. evidentem falſitatem aſſerti Brevis
28 Nuncii anteceſſoris, non merebatur adduci vola illa ex-
cuſatio P. Provincialis Portugalliæ, quòd ſeſſio diei 24.
Martii 1721. fuerit error Scribentis, gratisque id aſſe-
rendo in ejus Informatione, data, in Sum. abſque ulla
juſtificatione, vel minima præſumptione diſſerti erroris.
Eſt enim prorſus inauditum in jure, quòd P. Provin-
cialis duas in hac parte facere poſſit figuras adverſarii ni-
29 mirum, & Teſtis. *Omnibus enim in regia dicendi te-*

*ſtimonium facultatem Jura ſubmoverunt*, ſunt verba *Text. in
leg.*5. *C. de Teſtib.* cum concordantibus *apud Rot. deciſ* 359.
*num.*8. *par.*9. *& in Romana Prælationis* 20. *Aprilis* 1709. §.
*Atque coram Molines.*

Pro adequata autem reſponſione ſpecioſo proæmio contra-
riæ Scripturæ, applicari videntur verba illa *Ariſtot. lib.*3.
*Rhetor. cap.*14. *Exordium tum maximè neceſſarium eſt; cùm* 30
*malam Cauſam habemus.*

Quod autem ex adverſo Scribens peſſimam foveat Cauſam
reſpectu NN. quem gratis ubique ſupponit calumniatum,
& indebitè punitum à ſuis Superioribus, mediantibus men-
daciis, falſis ſuggeſtionibus, & fraudolentis ſuaſionibus, 31
juxta contrarias phraſes, dignentur Em PP. manibus pal-
pare ex qualitatibus ejuſdem NN. quem cum juramento tali-
ter deſcribunt 17. informatiſſimi teſtes, omnes ejus Correli-
gioſi, quorum reſpectu ad augendam illorum fidem verifi-
cantur ea, quæ de ſe ipſo ſcripta reliquit *S. Jo: Epiſt.*1. ibi:
*Quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpe-
ximus, & manus noſtræ contrectaverunt &c. teſtamur, & an-* 32
*nunciamus.*

*Il Fr. NN. è fuggito da queſto Convento due volte, una dal-
le Carceri. Se li ritrovò nella Cella un Coltello di punta, &
una chiave maeſtra, che egli Teſtimonio vidde, con la quale
apriva alcune Porte del Convento; Cercandolo una notte il ſuo
Superiore non lo ritrovò nel Convento; Teneva communicazio-
ne con Donne di cattiva fama, principalmente con una pubbli-
ca. Era poco obediente al ſuo Superiore, tanto che in una oc-
caſione s'avanzò per baſtonarlo. Mandandolo a chiamare il* 33
*ſuo Superiore per andare al Coro non volſe venire. Aveva vi-
ſto un bollettino del detto Fratello Coriſta, nel quale doman-
dava denari a Perſone fuori del Convento. Chiamandolo egli
Teſtimonio una notte col Superiore cercando il Convento, non
lo ritrovorno.* Ita, aliis omiſſis, teſtantur in Proceſſu Ori-
ginal, in Secretaria exiſtente, decem, & ſeptem teſtes,
nempè P. Bernardus à Jeſu Maria, P. Vincentius à Reme- 34
diis, P. Joannes à Monte Carmelo, P. Joannes à Purifica-
tione, P. Stephanus à S. Michaele, P. Emanuel à S. Ma-
ria, P. Aloyſius à S. Maria, P. Joannes à S. Anna, P. Jo-
ſeph à Spiritu Sancto, P. Didacus à S. Antonio, P. Joſeph
à S. Antonio, P. Joſeph ab Aſſumptione, P. Antonius ab
Aſſumptione, P. Dominicus ab Incarnatione, P. Aloyſius
à S. Thereſia, P. Aloyſius ab Aſſumptione, & P. Emanuel
à Nativitate. Quæ omnia adverſus genium, & profeſſionem
dicta ſint ad meram defenſionem Superiorum noſtræ Refor-
